



LIBROS

EGREGIOS CEMCLARE



EGREGIARUM SUPERLEX.


BIBLIOTHECA CORTINIANA.



Par

63

1659.



ADAGIA  
QVAECVMQVE AD  
hanc diem exierunt,

PAVLLI MANVTII STUDIO, ATQVE  
industria, doctissimorum Theologorum consilio, atque  
ope, ab omnibus mendis vindicata, quae pium,  
& veritatis Catholicae studiosum lectorem  
poterant offendere:

*Sublatis etiam falsis interpretationibus, & nonnullis, quae nihil ad propositam  
rem pertinebant, longis inanibusq; digressionibus.*

Quem laborem, a SACROSANCTI CONCILII TRIDENTINI  
Patribus Manutio mandatum,

*Nunc vero summa industria iterum impressa, incredibiliq; labore  
emendata à F. ANGELO Rocch. Eremita Augustiniano  
S. Theol. Doctore, Qui exemplum Florentiae editum  
ab innumeris erroribus expurgauit.*

Cum plurimis, ac locupletissimis Indicibus.



Venetijs, Apud Hieronymum Polum. 1578.

ADAGIA  
QUAECUMQUE AD  
hanc diem exierunt,

PAVLLI MANVTII STUDIO, ATQVE  
industria, doctissimorum Theologorum consilio, atque  
ope, ab omnibus mendis vindicata, quae pium,  
& veritatis Catholicae studiosum lectorem  
poterant offendere:

*Sublatis etiam falsis interpretationibus, & nonnullis, quae nihil ad propositam  
rem pertinebant, longis inanibusq; digressionibus.*

Quem laborem, a Sacrosancti CONCILII TRIDENTINI  
Patribus Manutio mandatum,

*Nunc vero summa industria iterum impressa, incredibiliq; labore  
emendata à F. ANGELO Rocch. Eremita Augustiniano  
S. Theol. Doctore, Qui exemplum Florentiae editum  
ab innumeris erroribus expurgauit.*

Cum plurimis, ac locupletissimis Indicibus.



Venetijs, Apud Hieronymum Polum. 1578.

# AYUNTAMIENTO DE MADRID

## CONSEJO DE ECONOMÍA Y FINANZAS

En el día de hoy, en el Ayuntamiento de Madrid, se ha reunido el Consejo de Economía y Finanzas, presidido por el Sr. Alcalde, para tratar de los asuntos que se le han sometido.

El Sr. Alcalde, Sr. D. Juan de Dios, ha leído el informe que el Sr. Secretario, Sr. D. Juan de Dios, ha presentado sobre el asunto que se le ha sometido.

Después de haberse leído el informe, el Sr. Alcalde ha preguntado a los señores Concejales si tienen alguna observación que hacer.

El Sr. Concejale Sr. D. Juan de Dios ha contestado que no tiene ninguna observación que hacer, y que aprueba el informe que el Sr. Secretario ha presentado.

El Sr. Alcalde ha dado cuenta de lo que se ha acordado.



En fe y verdad, yo, Sr. Alcalde, Sr. D. Juan de Dios, he firmado y sellado el presente informe en el Ayuntamiento de Madrid, a los días de hoy.

# GREGORIO XIII. PONT. MAX.



NIHIL in rerum natura stabile, nihil firmum, omnia fluxa, omnia fallacia reperiri, & omnes iampridem affirmarunt, & ego nuperrime, domestico exemplo doctus, nimis grauitersensi. Cum enim Paullus Manutius, pater meus, Romam venisset, tuaque benignitate fretus, ea agredi in animo haberet, quae studiosis omnibus summam vtilitatem parerent: cum inquam in eo totus esset, ecce tibi mors eum rapuit, rapuit mihi patrem, rapuit (liceat mihi, quod sentio, libere proloqui) praeclarum, ac prope singulare veteris eloquentiae exemplum. Quis enim, eius scripta legendo, & sententiarum pondere, & verborum nitore referta, valde non commouetur? aut quis in eis natium quendam antiquitatis characterem non agnoscit? Sentiemus posterius, quantum difficultatis insit in eloquentia comparanda: cuique viuo maleuoli quidam obtrectatores inuidebant, cum nunc e medio sublatum vel inuiti admirabuntur. Verum quid ago?



Patris ne mei laudes perscribere proposui? Minime: & si, si id etiam facerem, pietatem debitam praestarem. Sed in hoc non me affectus aliquis mouet, verum iudicium, quod tamen etsi in me sit exiguum, cum id tamen videam tot amicorum non insulsorum hominum iudicio comprobari, non possum de meo pessime existimare. Hoc assequor certe, vt, patrem meum dum laudo, summas Tibi deberi gratias confitear, qui litteratos homines tua benignitate subleuandos, liberales disciplinas, iamdiu prope exsules, ad patriam sedem reuocandas cures. Tu inter alia, quae ad summi Apostolatus curam pertinent, cum videas plurimum referre, vt S. Concilij Tridentini Decreta obseruentur, omne studium, omnemque auctoritatem tuam eo confers, vt ne quid praetermittatur eorum, quae Sanctissimi illi Patres ad Christianae Reipub. vtilitatem pertinere censuerunt. Cumque ab eodem Concilio eidem Patri meo demandatum fuisset munus perpurgandi librū de veteribus vtriusque linguae Prouerbijs, ne, qui eorum studio tenerentur, vllam partem combiberent eius impietatis, quam eius libri scriptor scriptis suis plurimam adsperserat: fecisti, vt Pater meus  
emen-

emendationem susciperet: quam cum doctif-  
simorum Theologorum ope, tuo iussu absol-  
uisset, paullo post ipse moritur. Hic liber cum  
edendus in publicum esset, Tibi debitus, a Te  
proficiscens, quippe quem communicari om-  
nibus iusseris, iure optimo a me S. T. inscribi-  
tur: A me, tamquã ab eius filio, cui Tu id man-  
daueras: S. Tuæ, tamquam ei, quæ bonum  
hoc omnibus impertierit. Laetentur igitur ho-  
mines, talem nobis contigisse Pastorem, qui  
inter alias, quas multas habet, curas, præci-  
pua quoque illam habet, vt hæreticorum  
libri, detractis omnibus, quæ incautos lecto-  
res errore aliquo inuoluere poterant, publicen-  
tur. Quæ Tibi debentur gratiæ? quæ habe-  
buntur in omni tempore a studiosis homini-  
bus, dum hoc volumen tractabunt? Verum  
Tu id non spectas: qui ipsum recte agere, non  
propter laudem, quæ apud mortales conse-  
quitur, laudabile iudicas; sed quod in omni  
tua vita vnum illud Tibi propositum fuit, vt  
recte agendo aetatem ageres. Quod cum sem-  
per feceris, ea es assecutus a Summo DEO,  
quæ summa in terris sunt. Quod vt benefi-  
cium nobis idem DEVS diuturnum quo-  
que concedat, ( qui ex vita tua tot commoda,  
tot

tot ornamenta sentimus ) summis precibus  
obsecrare neque desinimus, neque vnquam  
desinemus. Venetijs, Kal. Maij.

CID D L X X V.

SANCTITATIS TVAE

Humillimus seruus,

*Aldus Manutius, Pauli F. Aldi N.*



IOAN. GVADAGNI  
MONTERCHII  
Carmen ad Lectorem.



*ESCI A mortalis mens, quæ fortuna secundet,  
Quæve aduersa premat, cur vno frangeris ictu?  
Sustulit ista prior, terrarum compita plantis  
Quæ omnia lustrarunt prouerbia; reddidit ista.  
His igitur doctus nullo discrimine pectus  
Præscia quod munus fati, sortisq. futura*

*Obiectat, comple; atq. humeris cape grande trophæum  
Ipse volaturus puer inter numina Diuum.*

*Hæc noua Pieridum, inquam, munera candida pubes  
Combibat, & præsens; quæ & consistabitur Aeuum?*

*Nam quod apud veteres complexa est attica Mirus*

*Quidquid & in libris scalpsit saturnia Clio,  
Instar apum hinc liceat liquentia sugere mella,*

*Nectareos succos, queis laus, & gloria surgit*

*Non cessit certe cuiquam, Duce, cautius ire*

*Vel Phæbo, quem Cinthos amat, vel clarior illa*

*Delos: Neq. fauet cuiquam, tam Pallas, ad artes,*

*Aeuo. Reliquias veterum, monumenta diserta*

*Prelucens monstrat codex: & dulcia vite.*

*Vertentes huic opta annis: nam vulnere secto,*

*Totum collucet, prorsusq. tibi omnia lector*

*Portat opus Phæbo, Aonijs, Aeuoq. dicatum.*

# AVCTORES, QVORVM LOCI PASSIM, AVT emendantur, aut explicantur.

Æmilius Probus	Etymologici auçtor	Plato
Æschines	Eubulus	Plautus
D. Ambrosius	Eustathius	Plinius
Ammianus	Festus Pompeius	Plutarchus
Angelus Politianus	Galenus	Polibius
Apuleius	A. Gellius	Porphyrio
Arati espositor	Gratianus	Quintilianus
Argyropilus	Gregorius Nazianze- nus	Seneca
Aristophanes	Helius Lampridius	Silius Italicus
Aristoteles	Herodotus	Sophocles
Athenæus	Hesiodi interpres	Stattius
D. Augustinus	Hesychius	Stephanus
Ausonius	Horatius	Strobus
Boethius	Iulius Pollux	Strabo
Cælius Rhodiginus	Iuuenalis	Suetonius
Catullus	Laurentius Valla	Suidas
M. Cicero	Leonardus Aretinus	Synesius
Q. Cicero	T. Liuius	Terentius
Cornarius	Lucianus	Theodorus Gaza
Demetrius Phalereus	Marsilius Ficinus	Theocritus
Demosthenes	Martialis	Theognis
Diogenes Laertius	Nicolaus Perottus	Theophrastus
Diogenianus	Nonius	Valerius Maximus
Diomedes	Origenes	Vergilius
Dion Chrysostomus	Ouidius	Vitruuius
Dion Prusæus	Persius	Vulpianus in Pan- dectis
Dioscorides	Philostratus	Zenodotus
Donatus	Philostratus Iunior	
Empedocles	Pindarus	
Epicharmus		

# I N D E X

# PROVERBIORVM

## SECUNDVM ORDINEM

### ALPHABETI, CORRECTVS,

Digestus, & locupletatus.

*Eorum verò, quæ in appendice continentur, prouerbiorum  
indicem, seriatim hunc subiecimus.*



Banicorum con- uiuuiis nõ diu ab stinendum 642	abstinenda uis a regib <sup>9</sup> 1415	actum agere 258
Ab Aboriginibus	ab transfenna cibum petere 1587	actum est 194
1448	ab vnguibus incipere 1644	a culco infixo fugere 40
ab asino delapsus 425	ab vno diagrammate 1538	acum inuenisses. 1347
ab asino lanam 262	abydena illatio 865	acu rem tetigisti 855
ab asinis ad boues transcen- dere 424	abydum ne temere 469	adactum iusiurandum 1173
abderitica mens 1608	abydus, abydenus 1604	ad ambas vsque aures 762
ab epulo hoc qui possũ ab- esse 646	a calanthis 708	adamantinus 434
ab equis ad asinos 424	a canthia cicada 279	adamussim 332.870
ab Eteobutadis ducit genus 1211	a lineis excidere 1919	ad aquam malus 378
abhorrentis, ac detestantis 1413	a canthida vincit corn. 516	ad aras 1370
ab Hymetto profectũ 148	a capite vsq; ad calcem 134	ad asylum confugere 1706
abiecit hattam 745	a carnici equi 1488	ad bonam frugem 1573
abiicere scutum ibid.	acmox 1392	ad calculos reuocare & simi- lia 309
abiiciendum procul 1456	a carcere 897	ad clepsy dram dicere 378
abdia grammate 1538	a carceribus 381	ad coronidem vsque 1604
ab impijs egressa est iniqui- tas 528	a carnarius procellus 785	ad consiliũ ne accepseris 163
ab incunabulis 441	accepta candella 1630	ad cornos 688
abiit & taurus in syluã 67	accerditum malum 1469	ad cribrum dicta 1485
ab ipsa messe 1594	accisare 747	ad Cynofarges 1125
ab ipso lare 393	accipit & glebam erro. 768	addere manum 305
a bis septem undis 1175	accipere morsũ culpas 19.4	ad deorũ aures peruenit 927
abominãd <sup>9</sup> scarabeus 1065	aceruus honorum 187	ad digituli crepitum 988
a bonis bona discẽ 1680	a celeri & Heliconis op. 928	a deo ficti 1778
ab ouo usq; ad mala 851	a cestias medicatus est ibid.	a deo felicitas 1494
abronis uita 863	a cest. x. luna 328	ad ephelum prosperare 649
absque baculo non ingredi- tor 1235	acetũ hæret in pectore 782	aderit Temelszus genius 95
absit clamor in colloquio aclusus 1398	achiuos a turre iudic. 1176	Quid ad farinas? 1296
	achilles 433	ad felicem insectere parie- tem 179
	achilles iccit duas test. 1708	ad felicis latus insectere ibidem
	achilleum argumetum 434	ad finem vbi perueneris, ne velis reuerti 29
	a chrytiopode cibum 356	ad fractam canis 369
	in acie nouaculę 48	
	a cœlo ad terram 898	A
	a cõlo non fico 1623	ad græcas
	actii & Titii idem 608	

# Index Prouerborum

ad græcas calendas	328	z dibus in nostris quæ praua	a fabis abstineto	27
ad Herculis columnas	1260	aut recta geruntur	afra auis	1342
ad oculos magis quam ad ve-		zdilitatem gerit sine populi	africa semper aliquid noui	
ficam	2017	suffragio	apportat	1342
adhuc aliquis Deus respicit		zgzum nauigat	a fronte præcipitium, à ter-	
nos	1399	zgzum scaphula transmittit	golupi	1243
adhuc cælum voluitur	1524	tere	a fronte simul & occipitio	
ad id quod erat opus	1173	zgis venit	1387	
ad incitas	1653	zgina primum pueros opti-	a furiis oriundus	1470
ad libellam debere	1704	mos alit	a gallo candido abstineas	35
ad mensuram aquam bibunt		zgroranti animo medicus	agamemnonii putei	928
citra mensuram offam com-		est oratio	agamemnonis hostia	882
medentes	867	zgioto dum anima est, spes	agas affellum	1371
admeti nœnia	909	est	agathonia cantio	843
admoto capite	1456	zgyptii centum non tolle-	agones	1748
ad noueræ tumulum flere		rent	agninis lactibus alligare ca-	
528		zgyptii machinarum artifi-	nem	1723
adonidis horti	39	ces	agnos canib <sup>9</sup> obicere	1054
adorato circumactus	35	zgyptii	agri padex	1973
adoraturi sedeant	36	zgypti nuptiæ	agricola semper in nouum	
a Dorio ad Phrygium	895	zgyptius laterifer	annum diues	132
ad pedem	1034	zgre quidem, sed facimus	agrippa sterilior	890
ad pedes ad caput	1599	tamen	agrum imbecilliozem esse	
ad pila vbi ventum	1766	zgroto dum anima est, spes	oportet	1594
ad porcellum da mihi mu-		est	agrum optime colere	1341
tuo tres drachmas	1302	zcolifare	agos alienos irrigas tuis si-	
ad pristina præsepia	526	zqua concertatio	tientibus	1116
ad pugnam præfatare	1046	zqua lance	aheneus	436
adrastea Nemesis	917	281. 890	aiacis risus	437
ad restim funiculum	1238	zqualem tibi vxorem quæ-	a ianua aberrare	364
ad restim res rediit	284	re	alabanda fortunatiss.	690
adscisse ad extremum scien-		zuales calculi	alabastrus vnguenti putei	
tiam	1299	zqualis equalẽ delectat	248	
ad Scolon nec proficisceris		1494	alare ordiri	393
ipse, nec alterum comita-		zra lupinis quid distent	alas addere	1694
beris	838	In acre piscari, venari in	alasso rixa quæritur	372
adsint dii beati	1172	mari	alba auis	716
ad suum, quemque quæ-		z alienum cepe multa al-	albẽ gallinæ filius	90
stum æquum est esse cali-		lium	alba faba	307
dum	1347	z fopicum nouus	alba felicia	ibid.
aduersus solem ne loquitur		z fopicus graculus	alba linea	1863
32		z fopicus sanguis	albo rete aliena captant bo-	
aduersus solem ne me iito.		z fopum terere	na	1346
ibidem		zstate penulam detersis	album & nigrũ nouit	405
ad vinum diserti	1715	z tate prudentiores reddi-	album calculum addere	307
ad viuum refecare	816	mur	album panẽ pinso tibi	1171
adulatore & amico non po-		z thiopem dealbas. lauas	albus an ater sis nescio	405
tes eodem vti	775	z thiopem ex vultu iudico	alcinoi apologus	1769. 827
adulterinus	1218	544	alcinoi mensa	726
ad vmbilicum ducere	131	z thiops non albescit	alea extrema	244
ad vng uenu	332	z tna, athon	aleam omnem iacere	243
ad verum is paratus	1381	z tneus cantharus	ale luporum carulos	681
z acidi nœ minæ	1746	z toli	aliam z tate alia decet	1397
			alia	

## Per ordinem Alphabeti.

alia committenda, alia ez- landa 1412	aliud homini, aliud huma- nitate 2004	amici mores noueris non oderis 898
alia estate, alia hyeme 451	aliud septrum, aliud plestrū 1451	amici procul agentes, non sunt amici 800
alia datur alia negatur 1391	aliud stans aliud sedes 1200	amicitia equalitas 24
aliaz aliorū inuēctōnes 806	alius aliis in rebus præstan- tior 1393	amicitia que desit, nun- quam vera fuit 796
alia Lacon, alia asinus por- tat 739	allia & fabas needas 1438	amicitia stabilium, felicitas temperantium 796
aliam quercum excute 293	allium in retibus 1634	amicitias immortales esse oportet 1573
alia mēneles, alia porcellus loquitur 1107	allii caput 1363	amicitię personam 1341
alia res sceptrū, alia res ple- strum 1451	allium olfacere 864	amicorum communia om- nia 22
alia vita, alia dizeta 527	aloes plusquam mellis ha- bet 507	amicorū est admonere mu- tuum 1383
alia uoce psitacus, alia con- turnix loquitur 380	alpha penulatorum 819	amico amicus 181
aliena iacis 293	altera manu fert aquam, al- tera ignem 1549	amico Hercule 88
aliena incipere 380	altera caduceum, hastam al- tera 1801	amico oportuno homini ni- hilamicus 1459
aliena infania frui optimū 293	altera manu fert lapidem, altera panem ostētat 484	amicos multos habet felici- tas 1254
alienam metis messem 248	altera scabit caput, altera fe- rit malam 485	amicos ne cito pares 25
alieno choro pedem inferre 716	alter Hercules 432	amicos tragędos simulatur 1312
alieno auxilio potētes 1381	alter Ianus 1493	amicus nemo cogēdus 1382
alieno serox p̄sidio 1380	alterum pedem in cymba Charontis habere 658	amicus neque nullis neque multis 1298
alieno periculo cautus 770	altius Oromedonte 1759	amicus salute tenus 1201
alienis uti soleis 1696	a lupi venatu 1174	amicus vsque ad aras 1147
alienos rigas agros tuis sitiē- tibus 1117	alybantis hospitis munera 1444	amicus alter ipse 24
alienum arare fundū 1116	amara azesiam reperit 977	amicus certus in re incerta cernitur 1565
alii sementem faciunt, alii metent 292	amantes sibi somnia fingūt 802	amicus magis necessarius, quam ignis & aqua 732
aliis lingua, aliis dētes 1170	amantium irę 1135	amicus cum vitis ferendus 2002
aliis prospiciēs, nō sibi 1387	amare & sapere vix deo con- ceditur 735	amicū euitare 740
a limine salutare 566	amas te ipsum, ideo nullus tibi amicus 790	amor fit ira iucūdior 2020
a linea incipere 380	ama tanquam osurus, ode- ris tanquā amaturus 667	amnis cursum cogere 1934
a lineis excidere 919	amaris pharmacis in amara bilis proluitur 1984	amist vrbem & pugionem recepit 1822
alio relinquēte fluctu, alius excepit 362	amazonum cantilena 652	amor Caunius 1159
aliorum medicus, ipse hul- ceribus scates 1532	ambabus manibus aurire 531	amor ex aspectu nascit 159
alios tragędos prouocat 1714	ambobus pedib. fugere 363	a mortuo tributum exigere 528
aliquid mali propter vici- num malum 59	ambroses 1667	amphictyonū confessus 665
aliquo numero esse 674	ambrosia alendus 1136	amphidromiam agis 1478
aliter catuli longe olent, ali- ter sues 911	amere frustra 2002	ampullas loqui 1804
aliter cum aliis agēdū 1384	ameles angulus 1017	ampullacea 1734
aliud cura 1409	ambulatio iuxta mare 163	amulsi applica lapidem non contra 870
aliud genus remi 955	amens consultor 1208	amulsi alba 331
aliud noctua sonat, aliud cornix 1170	amens longus 1234	A 2 amyclas
aliud quidquā exorna 1963		



# Index Prouerbiorum.

amyclas perdidit silentium 524	annosam arborem transplā tare 250	anus vnguento nevtare ib. anus clibanum 607
amyris insanit 763	anno senior fio 1355	apae hospitem in tempe state 913
anagyrim commoues 80	annum in mensem contra hit 1828	a patella rapere 356
a Nannaco 1448	annus olibanum 607	ad apaturia profectus 1227
anaxyrida ostentare 123	annus producit, nō ager 70	apetire ianuam 228
ancilla semel, nunquam he ra 1584	annus superior semper me lior 1285	aperte, simpliciterq. loqui 1404
ancipitis animi 1390	annulus Acoreus 2031	apertis tibiis 235
ancora domus 197	ansam quēre, & consimi les metaphore 229	aperte loqui 1377
ancora non vulgari niten dum 1578	ante bardā doces senes 1186	apies apum similes 279
ancora rupta 1446	antehac putabam te habere cornua 1187	aphia in ignem 698
ancoreꝝ iactum preuertit Deus 1499	antelētem augere ollā 1139	aphyarum honos ibi. & 995
ancoris duabus niti bonum 1690	ante misteria discedere 653	apicem ponere 775
ancoras tollere 907	an tepedes 1346	Ne interapia quidem sunt 612
ancoris duabus fultus 47	ante pilos sapit venit 1211	apine, Triceꝝ 138
andramachon ex anguibus concinare 1890	antequam incipias consul to 793	apio mollior, aut mitior 430
androclides in seditione dux 742	ante tubam trepidas 1017	apio opus est 1093
angeronia Volupieꝝ comes 1134	ante victoriam encomium canis 442	a piscibus abstineto 36
angina vinaria 1667	anthericum metere 261	apis hospitem, Siren amicū nunciat 993
anguilla in strigmeto 1921	anticyras nauiget 498	apollo quid tibi cecinit 996
anguillam captare 1310	antica exclusum postica te cipe 1870	apologus alcinoi 827. 1769
anguillam cauda tenes 268	antidotum ante venenum 1520	apros immittere fontibus 1473
angustior scytala laconica 692	antiopeꝝ luctus 1235	apra prouincia 1392
angustum & latum 1696	antiquior Codro 1500	apud aram consultare 1225
angularis bobix 1812	antiquiora chao 1006	apud campanos plus vngue ti, quā ceteros olei 712
anicularū deliramenta 1345	antiquiora diphthera lo queris 286	apud equū & virginē 1715
anima sicca sapientissima 1835	antiquis debetur veneratio 1411	apud simum odorum vapo rem spargis 255
anima & vita 801	antronus asinus 883	apud matrem manere 1691
animam debet 584	anulus aureus in narib. suis 423	apud mensam verecundari non decet 1750
animo quicquid statueris non eueniet 1109	Medium anulum traharis oportet 527	apud noueram queri 1581
animum abiicit 1047	a nuptiis pura 1037	a puro pura defluit aqua 1174
animus bonus in re mala 1237	annus bacchatur 527	aqua heret. 270
animus est in corii 1350	anus corthonissar 1236	aqua & terra redamini 1645
animus heptabœus 1417	anus eriphus 994	aquā plorat cum lauat fun dere 1942
animus in auribus 1581	annus hircissans 527	aquam bibens, nihil boni parias 901
animus ī pedes decidit 5087	anus saltat 995	aquam ē pumice postul 261
animus mulieris 1302	anus simia sero quidem 862	aquam igni miscere 1519
annacum plorare 997	anus subsultans multum ex citat pulueris 995	aquā inaniter cōsumis 259
annas clibanum 1425	anus velut equus profundā habebis fossā ibid. 661	aquam in mare ferre 443
a Ninnaco 1448		aquam in mortario tudere aqua
annosa vulpes haud capitur laqueo 182.		

# Per ordinem Alphabeti.

aqua optima	1700	archimedes non posset me-	in hac se ex.	737
aqua præterfluit	1167	lius describere	artibus suis capi	75
aqua strangulat fauces	633	architec crepitaculum	artifex propus probæ mate-	
aquæ furtiuæ dulciores	2027	actum anulū ne gestato	riæ	1290
aquilæ columbam non gi-		arcus tæsus rumpitur	a sacris abstineñdæ man <sup>o</sup>	1400
gnunt	805	ardens vestis	a sartagine rapere	356
aquilā in nubibus	533	a remo ad tribunal	ascisce ad extremum scien-	
aquilā cornix puocat	1189	arenæ copia	tiam	1299
aqla muscas nō captat	1167	arena cedere	a sexaginta viris venio	1630
aquilam volare doces	269	arenæ mandas semina	asini caput ne laues nitro	
aquilam testudo vincit	450	arenam metipris	1196	
aquila thripas aspiciens	561	arena sine calce	asini cauda	1484
aquilā veatibcus q̄rit	1316	areopagita	asini lana	263
aquilæ senecta	555	areopagita taciturnior	asini mandibula	1196
aquilæ senecta, Corydi iu-		argas	asini mortes	1165
uent	556	argenteanginam patitur	asino grācē & baculus	1975
aquilā nocturæ cōparas	532	argenteis altis pugnare	asino sabulam	1642
a quinque scopulis desilire		argenteus puteus	asinos non curo	1506
influctus	1167	argētea sâma cōiunati	asino ossa das, cāi paleas	1256
arabiz tibicen	427	argentum accepi, imperiū	asini i rupes protrudere	1459
arabum gazæ	390	vendidi	asinum tondes	263
arā neq; nec fidē hēt	1351	argenti fontes	asinum sub fræno currere	
a radicibus	851	argi tumulus	doces	248
arancarum telas texere	251	argi collis	asinus ad liram	245
arancarum plenus	1960	argiua calumnia	asinus ad tibiam	1448
araneas eiicere	1517	argiui fures	asinus apud Cumanos	412
araneis abūdat propter ino-		argiuo clypeo dignus	alinus alino pulcher	1739
piam	1918	argiuos exarmat oraculum	alinus auis	1348
aralelitus	253	1923	alinus auriculas mouēs	246
Citra arationem citraq̄ue		argiuos vides	alinus balneatoris	1539
sementem	325	argiuū clypeū detraxit	Si vel asinus canem mor-	
arator nisi incuruus præua-		argum fallere	deat, litem mouebit	523
ricatur	1593	aries rornib. lasciuies	asinus complexitur	1166
arator iacularis	965	aries nūcicationis mercedē	asinus esuriens sustem negli-	
arbelas profectus fies	996	perfoluit	git	966
arbore deiecta quiuis ligna		arietem emittit	asinus in vnguento	301
colligit	1132	arietis ministerium	asinus in palcas	880
arbores cadūt post folia	1016	aristarchus scriptor um	asinus in pelle leonis;	209
arbor è fructu cognosc.	544	aristylli more	asinus inter apes	301
arcadas imitans	1166	aristophanis velpis	asinus inter simias	ibid.
arcadiam me postulas	ibid.	aristophanis & Cleanthis lu-	asinus in rupem	880
arcadicum germen	1191	cerna	asinus mysteria portās	694
arcanium celat	1419	arreptra candela	asinus sedet	1266
arcem ex cloaca facere	1596	arripte negotii curam	asinus de Aescopi puteo ami-	
archidamicum bellum	1192	arripienda q̄ offerunt	cus Plato	2002
archigeni indiget	1816	arma aululeia	asinus stram, mauult quam	
archilochia edicta	720	arrogantia non ferēda	aurum	1680
archilochi vulpes	1988	arundinea crura	a sitiente camelo	1175
archilochi melos	1768	ars amat fortuna	asparagi	1340
archilochi patria	721	ars, portus miseriz	aspendius citharædus	643
archilochum calcaz	1810	asciam eruris illidere	aspera vita, sed salubris	1419
archilochum teris	1425	artem quæquis alit terra	asperisiti aquam	1166
archimedcū problema	1806	artem quam quisque norit	aspidis morsus	1131
			aspis	



# Per ordinem Alphabeti.

thæus cum sit	1985	bœoticum ingenium	753	bonorum glome	854
agalonem vincit	1854	bœotiffare	1767	bonum est duabus dicti a-	
ager quam multos habuisti		bellicum canere	1283	moris	1690
dominos	2017	bello porta	1543	bonus cantor, bonus cupi-	
agnum demetere	1948	bellorophôtes litteras	436	diarius	869
agrestib. olerib. victitat	1861	bellum cū protogene mor-		bonus Dux bonum reddit	
agrestis apis	1881	tuo gerere	1998	comitem	523
agri podex	1975	bellum haud quaquam	910	borea cessante	1224
alabandicum opus	1941	bellum cononi curæ fuerit		bos ad ceroma	257
a laudæ in nido later gramē		1186		bos ad lyram	245
1848		bellum omniū pater	1264	bos alienus subinde foras	
alba præcordia	1845	bestia bestiam nouit	1650	prospec.	600
alcinoi horti	1877	bęta tum hyeme, tum æstate		bos ad præsepe	648
alcinoo poma dare	2041	bona	1345	bos aduersus seipsum pulue	
a lauda non sine crista	1849	bętica sus	576	rem	888
alexandrinæ deliciæ	1955	beta sapientum	2011	bos apud aceruum	1164
1999		berizare, lachanizare	847	bos consenescit	1224
alienis excidere	1919	bibe helleborum	498	bos cyprius	616
B		bibliotheca animata	1926	bos expecta aliquando her-	
Abulus antea nunc ca-		bifrons mercurius	1852	bam	1163
prarius	1862	bipedum nequis	434	bos ephippia optat	388
bacchæ morę	372	bilis in naribus	2031	bos Homolottorum	1163
bacchi similis	345	binis tondere forficib <sup>9</sup>	1881	bos in ciuitate	122
balbus balbum rectius intel		bis per omnia	122	bos in lingua	2017
ligit	563	bis pueri senes	295	bos in quadra argętea	1629
ballio	1711	bis dat qui cito dat	519	bos in stabulo	1629
balneator	372	bis septem	899	bos in stabulo senex	1627
balneum ingressus deponē		bis interimitur qui suis ar-		bos inuincula	974
odium	2003	ra petit	1466	bos lassus fortius figit pedē	
barbam vellere	846	bitus contra Bacchiū	898	72	
barbam abulnis puerorum		byssina verba	1838	bos lente aut placide	630
vellere	1987	byssina verba	1993	bos marinus	1628
barbarus ex triuio	641	bizeni libertas	1471	bos porrecto vltra Taygetō	
barbę tenus sapientes	165	bocchyris	933	capite	1484
batalus	345	boliti pęnam	699	bos senex non lugetur	1033
bathylis poculum	1656	bolus ereptus ē faucib <sup>9</sup>	1316	bos septimus	601
basilica facinora	1751	bona nemini honesta	1565	bos sub iugum	933
bauz egent oleo	1688	bona etiam offa post pa-		botrus oppositus bot. matu	
bene plaustrū percudit	346	nem	842	resc.	1163
benefacta benefactis aliis p-		bona terrę	1110	bonē in faucibus portat	754
terito ne perpluant	2038	bona spes ostensa	1414	bonem si nequeas, asinum	
benefactis pensare delicta		bona Porsenę	465	agas	1002
1758		bonę leges ex malis morib.		bouem volentē ducito	1441
bene natis turpe est male vi-		pręcreantur	600	boues mcos nunquam abe-	
uere	1785	bonę fortunę: siue boni ge-		gerunt nec equos	985
beneuolis trucidator	1146	nii	376	boues soldī ē clibano	1104
bene contulit sed male facit		bonas pharetra dies	996	boues ē clibano	1570
2009		boni vini lachrymabiles	973	boue tōto dcuorato in cau-	
bęon malus pisus	1645	boni ad bonorum conuicia		da	1206
bęotica enigmata	754	589		bouis in tergores defedit	
bęotis varicinare	755	bonis auibus, malis auibus		1245	
bęotica auris	1161	89		boues messis tempus expe-	
bęotica cantilena	753	bonorum myrmecia	188	ctantes	1163
				boue	

# Index Prouerbiorum

bove venari & similia	1537	calceum eundem omni pe-	ligare	1723
boni clitellas	1058	di inducere	1542	canem excoriatam excoriat
brachias ostendere	1233	calceus maior ped	874	re
brafidas quidem vir bonus	1223	calciamenta portare	334	canens vitæ palmum
		calculo mordere	1353	canes peius & angue odit
brasicam iurare	914	calculus omnium	311	1051
bricarei manus inicere	2017	calculus vtrinq; ponere	309	canere ad mirtum
briareus, alias Lepus	1874	calculum reducere	ibid.	canere intus
britannica mensa	724	calicum remiges	1644	canere sibi
bubo canit lulcaniæ	1525	calidam veruti partem	939	canes Tellenis
bubulum obtueri	1936	calidis balneis teneri	1123	canere bellicam
In Buccam quicquid vene-		calidum & frigidum ex co-		canere de Telamone
rit	320	dem ore ef.	486	canere receptui
buccas inflare	1277	calidum mendacium	1586	ibidem
budoro more	1160	calidum plus fatis	875	canes veteres non temere la-
bulbos querit	1231	calidum prandium comedi-		trant
bulbus nihil profuerit	1481	sti	77	canes timidi vehementius
bullatæ nuge	1316	caliga Maximini	50	latrant
bunas iudex est	933	caligare in sole	887	canes venatici
bupalia odium	1889	calliæ defluunt pennæ	1656	1711
bupalia pugna	ibid.	callidum esse equum est ad		canib. agnos obicere
butubata	477	suu quenq. questu	1347	1054
buthus obambulat	932	callicyris plures	1155	canidas paleas, asino ossa
		callipides	370	1256
<b>C</b>		callipygos	1636	canina facundia
Aball <sup>o</sup> arate optat	388	calliphanes	1442	827
cadauer viuum	310	callum ducere	1114	caninam pellem rodere
cadere causa formula	1778	calumnia Argiua	1221	849
cadere in cursu	1786	caluum vellis	1005	caninum prandium
cadmea victoria	1002	caluus comatus	880	591
cæca dies, & oculata	486	caluus quum sis	1633	canis
cæcæ diuitiæ	463	camerine loqui	1557	1425
cæcæ speculatio	491	camelus desiderans cornua,		1629
cæcias nubes attrahens	315	etiã aures perdidit	1254	canis ad cibum
cæcior Leberide	203	camelus saltat	974	1822
cæcias spirat	1695	camelus vel scabiosa com-		canis circum intestina
cæci præscriptio	1650	plurium asinorum gestat		901
cæco cû speculo nihil	1357	onera	556	canis digna pabulo
cæcum infomnium	1506	campana superbia	1670	902
cæcus auribus & mète	1506	capalicolæ	1356	Ut canis è Nilo
cæcus cæco dux	490	cancellis circūscribere	1301	564
cæcus dux	1208	cancer leporem capit	849	canis festinans cæcos parit
cæquate me doce	1272	canceri nuquam recte ingre-		catulos
cæque deorum	1137	dientur	2352	707
cæqueus inuulnerabilis	1225	cæcos leporei comparas	517	canis in præsepi
cænei hasta	1460	cæcrum ingredi doces	1374	580
Inter cæsa & porrecta	205	candidorum virorum nulla		canis in vincula
cæsim ac punctim	241	utilitas	1296	974
cæuis cata	152	candidum linum lucri cau-		canè intestina gustasse
calabi hospitis xenia	1313	sa ducis	1172	822
calauriam pro Delo	1499	canem alens externum præ-		canis lapidem mordēs
calcat addere currenti	142	ter linum nil hêt	1197	591
calcar tollere	705	canem agnitis lactibus al-		canis malculi infinita cubi-
cæna popularis	1750			lia
				1070
				canis mendico auxiliās
				1492
				canis panes somnians
				1424
				canis peccatum sus depen-
				dit
				1216
				canis per Phratores
				1313
				canis podicè inspicere
				708.
				1473
				canis reuersus ad vomitum
				1256
				canis læuius in lapidē
				1474
				canis tanquam Delum nau-
				gans
				1159
				canistrum canistrum vocat
				751
				canis vindictam
				438
				canis

# Per ordinem Alphabeti.

cānis viuus ē Magdalia 438	carcini strobili	ibidem	caue thoracem	838
cannax res siue more 997	carcinus quoque in rebus		caunius amor	1160
cantharo astutior 1159	desperatis	742	causa cadere	1778
cantherium in fossa 352	cardo rei	48	caute loquacior	1303
cantherius in porta 324	cares	347	cautus enim metuit, &c.	
cantilenam eandem canis	in care periculum	346	1465	
887	cares ite foras	154	cecidis & Buphonorum	
cātionem Lityersam canis	catizare cum care	130	1530	
1239	carico more	1624	celro digna	1450
cantonem Telamonis ca-	carica musa	513	cedendū multitudini	1402
nit	carica saltatio	ibidem	celei suppellex	1734
1221	caricum sepulchrum	1496	cælum digito attingere.	
cātoris hēstītia tussis	carica victima	1154	1511	
1044	caricum vinum	1612	celeritas in desiderio mora	
cape nihil, & serua bñ	caricus hircus	1316	est	1014
1638	carne ipse Delphis immo-		celeritas in malis optima	
capere desertam	lata vescitur	1083	1770	
173	carpathius leporem	677	celerius quam Butes	941
capere ciuitatem	carpet citius aliquis quam		celmis in ferro	1156
1576	imitabitur	738	cænare me doce	1271
capere crines	casens cascam ducit	151	cenforia virgula	1665
1733	casem habens non eget ob-		cenum barbaricum	1665
capillis trahere	sonio	1242	cenura dat veniam coruis	
1719	casta nuce non emam	477	vexat columbas	1278
capillus quoque vmbra-	casta glande	1753	centauris mens non inest	
1263	castes rodere	1265	1066	
suam habet	castioticus nodus	869	centones farcire	841
1263	catastrophe fabulæ	133	centro & spacio circunferi-	
capite admoto	catella Melitæa	1206	pra	1654
1546	Catone hoc cōtenti sumus		cētum plaustri trabes	1517
capite ne quid suas	1725		cēpas edere aut olfac	1158
1121	catinus malorum	894	cēpe tātum sumperis, iam	
capite gestare	catena negotiorum	319	vixeris	128
1631	catenati labores	1073	cēpis iisdem vesci	1104
capitis & iuguinis discrimē	catone hoc contenti sumus		cēpis putridi nulli vus	1177
nescit	1725		cepphus parturit	707
947	catulæ dominas imitantes		ceram auribus obdis	1497
cappa duplex	906		ceris rubris notare	312
1312	Catulus Leonem adlatrans		cera tractabilior	1155
cappa tria pessima	510		cercopissare	961
1312	cauam Arabiam serere	659	cercopum cætus	960
capra ad festum	cauda blandiri	1443	cercyræa scutica	706
1421	cauda de vulpe testatur	543	cercalis cœna	1157
capræ liberæ ab aratro	caudæ pilos equinæ paul-		cerebri vacuum caput	1230
1076	tim vellere	521	cereri sacrificant	1457
capram cœlestem orientem	cauda tenes anguillam	268	cerite cera dignus	609
conspexerunt	cauendum ab eo, qui semel		certainen non accipit excu-	
1420	imposuit	1383	sationes	1204
capra cœlestis	cauendū à potentiore	1381	certissima paupertas	1589
340	cauenda pœna mali in tem-		ceruinus vir	961
capra contra sese cornua	pore	1403	cerulæ miniatulæ	312
81	cauentis clancularias infi-		ceruus canes trahit	1524
capra gladium	dias	1577	cescon habitas	938
77			B	cestreus
caprā portare non possum,				
& imponitis bouem				
985				
vel capra mordeat nocētē				
522				
capra nondum peperit hœ-				
cus autem ludit in rectis				
904				
caprarius in æstu				
942				
capra Scyria				
582				
capra contra leonem				
849				
captautes capti sumus				
581				
caput artis decere quod fa-				
cias				
1563				
caput sine lingua				
608				
caput scabere, & consimilia				
1315				
caput tertium				
1372				
caput vacuum cerebro				
1229				
carbone notare				
308				
carcini poemata				
1154				

# Index Prouerbiorum

cestreus ieiunat	184	cinædo mollior	430	cleomatis Aegyptia	50
cestum habet Veneris	1156	cinclus	734	cleomenes Iuperat cubile	1507
chalcenterus	1618	cinerem vitans in prunas		cleon Prometheus	226
chalcidica vxor	1085	incidit	1207	climacides	1533
chalcidiffare	1159	cinnari bonorum direptio		clithene in tēperantior	1151
chamæleon de suo coriolu-		1037		clithenem video	1152
dit	740	cinyræ opes	1127	cnips in loco	1149
chamæleonte mutab.	1217	circa clepsidram aīus	701	coalemo liba	1695
chao antiquiora	1006	circeo poculo	1710	coclare crescet	702
charadrium imitans	1662	circes virga	486	coclæz vita	1543
charetis pollicitationes	938	circulum absolueret	939	cocta numerab. exta	281
charybdin vitans in Scyllā		circulus res moralium	447	codali chœnix	1148
incidit	273	circum tondere comam	306	codro generosior	1002
charybdis	1553	citeria	1682	codro pauperior	390
charmione & Nazrea	1297	cissamis cous	1154	cœlo ac terræ loqui	323
charmatis ianua	998	cithara incitat ad bellū	1655	cœlo delapsus	518
chimæra	1757	citis quadrigis	239	cœlum capite perumpere	72
chironium vulnus	997	citius vsura currit	940	cœlum terræ miscere	21
chius	1479	citius quam formicæ papa-		cœlum territat	812
chius ad coum	975	uer	1749	cœna popularis	1351
chius dominum emit	801	citius quam asparagi coquū		cœnare me doce	1271
chius risus	320	tur	1320	cœno puram aquam turbās	
chnaumata omnia	1046	citius Teleg. donarim	1566	nunquam inuenies po-	
chœnici ne infideas	24	cito sapientes non tuto fa-		tum	937
chordæ vice	1209	piunt	630	cœnum barbaricum	1665
choreæ Ionicæ	319	citra arationem, citra semen		cœnum è triuio	641
choro alieno pedem	716	tem	325	cœpas edere, aut olfacere	
chorus maior & concinen-		citra puluerem	324	1158	
tior	359	citra vinum temulentia	17	cogi ad bibendum in huma-	
a chytropode cibum	355	ciuitas non ciuitas	1775	num	778
cibo opus duraturis in labo-		ciuitate ludimus	1153	cognati mulci felicitū	1134
re	1395	clamosior lauro ardēte	936	cognatio mouet inuidiam	
cibum in matellam ne im-		clancularias insidias cauē-		1687	
mittas	29	tis	1377	cognomina plura expedit	
cibum è flāma petere	1449	classicum canere	1283	habere	1358
cicada Acanthia	279	clauam extorquere Herculi		colophonem addidit	774
cicada cicadæ chara, formi-		1465		colophonia ferocitas	637
ca formicæ	128	claudiana tonitrua	1150	colophonium calciamen-	
cicadæ apem comparas	511	claudicare vtroque	1200	tum	1676
cicadam ala corripuisti	539	claudi more tenere pilam		colophonium aurum	1673
cicada stridet	573	1151		colophonium suffragium	
cicada vocalior	ibidem	claudo vicinus discēs claudi		1423	
cicadis pleni	1214	care	604	colubri in sinu fouere	1480
cicadæ sibi canet	1766	claudus optime virum agit		1280	
ciceris emptor	1261	1045		columnas rumpere	1513
cicernus Bacchus	291	claudus sutor	1151	comam geris cum sis seruus	
cilicii imperatores	1153	clauē findere ligna, & securi		1035	
cilicium exitium	1152	fores aperire	936	commateus trium dierum	
cilicium bona	860	clauo purior	855	1022	
calix haud facile verum di-		clausus Trabalis	549	comitia de tuo. capite agun-	
cit	1111	clauum clauo pellere	110	tur	1457
cimbitum	631	clauum rectum tenere	1111	cominus atq; eminus	241
cimmeriæ tenebræ	915	cleantis lucerna	454	comis	

## Per ordinem Alphabeti.

comis mens non inest	1066	contra stimulum calces	197	creta notare carb. not.	308
comœdia ac tragœdia iif-		contra torrentem nitri	1147	cræso, Craffoditior	389
dem è litteris componi-		contribulis factus serua or-		crassa minerua, crassiore	89
tur	1243	dinem	1488	muſa	63
comœdiæ veteris licëtia	455	conuicio locum dare	228	cratorlitium	1443
comœdice	1056	conuiva non conuiva	1406	crepitu probabis	1482
commouere sacra	1712	copiæ cornu	338	cretensis cretensem	129
communis Mercurius	678	copiis nostris	350	cretensis cum Aegineta ibi.	
commune naufragiũ	1497	coquinariis verbis	1695	cretensis mare	131
communis tanquam Sifa		coichorus inter olera	419	cretenses sacrum	1130
po	1668	corne edito	26	cretiza cum cretensi	130
compedes aureæ	823	cor calidũ in re frigida	1774	cribro aquam haurire	255
compendiaria res improbi-		coreya libera, eaca vbi libet		cribro crebius	1735
tas	1178	438		cribro diuinare	577
complura masculi canis cu-		coriaceum auxilium	1637	crisonem Himæreum præ-	
bilialia	1070	coryceus auscultauit	119	currere	1661
compressis manibus	641	corinthiari	1511	cristas detrahere	509
concha dignus	1148	corinthia videris	1372	crobyli ingum	967
cõciliat homines mala	667	corinthiis non indignatur		crocodili lachrymæ	842
concordia fulciuntur opes		Ilium	1447	cræso ditior	389
etiam exiguæ	1385	Inter corinthum & Sycio-		creſi pecuniæ teruntium ad-	
connæ calculus	702	nem	336	dere	1735
conon curabit prælia	1186	corinthum ire non est cu-		crono & Titanib. antiquo	
conos artoxya	1455	iustibet	226	res	1006
conſcientia mille testes	614	corinthus & collibus surgit		crotone salubrius	830
conſilium improbi, in extre-		& vallibus deprimit	830	crotoniatarum postremus	
rum incidit malũ	1167	coronam ne carpito	34	reliquorum Græcorum	
cõſilia inania inaniũ	1262	coronã quidem gestans	698	primus	832
conſilii & curſus non idem		corpore effugere	340	crudelis Bacchus	1229
exitus	711	corpus sine pectore	608	crumena nobilis	1000
conſiliis ſimul & facto va-		cornea libra	436	crumena te generoſum fa-	
lens	1413	cornicũ oculos cõſigere	213	cit	ibid.
conſilium in melius com-		cornicari	414	cubito emungere	813
mutatum	1391	cornicibus viuacior	384	cubito eodem	593
conſilium ne adeas inuoca-		cornix ſcorpium	77	cuculus	1591
tus	163	cornutam beſtiam petis	92	cucurbizæ flor. aut cucurbi-	
conſputare	1044	cori luſcintiis honoratio-		res	966
conſultor amens	1262	res	1497	cucurbita ſanior	1128
conſilium res ſacra	653	corrumpunt bonos mores		cucurbitas lippis	671
conſulendum, & conſiliis		colloquia mala	606	cucurrit quiſpiam ne plu-	
parendum	1378	coruum deluſit hiantẽ	414	uia maſceſceret, & in fo-	
contentionis filium	1208	coruus albus	1642	ueam præfocatus eſt	1213
cõſigit & malis venatio	858	coruus ſerpentem	1460	cui iſta arident, meis ne	
conto nauigare	1148	coruus æquat	1144	gaudeat	1360
contorquet piger funicu-		coſſi	1710	cuique ſua patria iucundif-	
lum	263	cotem alis	258	ſima	1411
contra bouem ne opta	1057	cothoniſare	1621	cui multum eſt piperis, e-	
contra duo contraria pugna		coturnix Herculem	86	tiam oleribus immiſcet	
re difficile	298	coturno verſatilior	101	1194	
contrahere ſuperciliũ	1277	coturniſſare	1151	cui nullum negocium erat	
contrahere vela	1755	corvtheo deformior	1147	Harmene męnia addidit	
contra oſtium	1533	crambe bis poſita mors	297	1613	
contra retiarium ſerula	888	cradophagus	1626	cui placet obliuiſcitur, cui	



# Index Prouerbiorum

folet meminit	412	cum ramento	1764	caduceum alter, alter hastā	
curusmodi portento me in-		cum sacco addere	1600		1993
uoluit fortuna	1043	cum sarcitis enatare	1595	calathum Sycaminorū in	
culicem elephanti conferre		cumulus meritorum	1869	malis habere	2007
1111		cunctatio noxia	1783	calcei Sicyonii	1992
culleo dignus	1702	cuniculis oppugnare	1651	calēdas tibi ipsi edicito	1969
cumani sero sapiunt	314	cupressum simulare	283	camelus pyrrhichicam didi	
cum amico non certandum		cupidinum erumena porri		cerit	1904
emulatione	1412	folio vincita est	164	campas dictis abigi	2024
cum adsit via, semitam quaeris	1469	cura esse quod audis	1464	canibus ossa prodo	1982
cū adsit visus, vestigia quaeris	589	cura hospitis habēnda	148	canina uisitans, cynocephalum oppugnans	1820
cū aqua fauces strāgulet	633	cura aliud	1409	canis clanculum mordens	1924
cum care carizas	130	curatore opus est	500	canis in eadem dormitat te	
cum cane simul & fororum	1502	cur cessatum est	1456	gula	2035
cum cessat boreas	1224	curetum os	1130	canis quam facile extra edit	
cum coryco luctari	1230	currē denuo	1764		1977
cum Deo quisque & gaudet & flet	1129	currenti calcar addere	1143	cans talis qualis hera	1900
cum delphis sacrificauerit, ipse carnes absumit	1083	currentem incitare	141	canit formice semitā	1984
cum diis non pugnandum	1396	currus bouem trahit	424	cantilena ex scholis	1989
cum diis pugnare	873	cursum lampada trado	135	capita quatuor habens	1987
cum erugine	1021	e cursu reuocate &c.	143	cappari uicitas, qui potes	
cum exollis suum rodit pedem	1516	cutem usque radit	1193	Anthia	1912
cum ini sector, cum aliis similibus aliquot	631	curru utere, de asinis nihil laborans	1341	capra cinnamomum	1907
cuminum conuiciis feritur	631	cyatho non eman	1734	caprarum nomina	1833
cum hasta, cum scuto	1016	cyclaminon infodias Halen		caprae anniculae peral	1969
cum lacte nutricis	441	cyclobori vox	1149 (ti 772)	caprarius nunc, ante bubulcus	1862
cum sis nanus, cede	1503	cyclopica vita	602	caracallae nummi	2025
cum laruis luctari	146	cyclopolis donum	230	caricum schema	1916
cum licet fugere, ne quaerites	1248	cyclopolum mote	1681	charitate septum esse oportet	2002
cum minerua manum quoque moue	350	cydi pœnam debet	1149	caro ubi adest, nemo uiscitur thimo	1820
cum mula pepererit	327	cydonis in domo semper aliquid	696	carpathius testem	1875
cum musis	1312	cygnea cantio	147	carum quod rarum	1978
cum Nibas coccyssauerit	1197	cymbalum mundi	1744	cauum pedis ostēdere	1999
cum paruula est, bona uideatur spina	1207	cynire opes	1127	cedrus cecidit	1927
cum plurimum laborauerimus, eodem in statu sumus	661	cynofarges	1125	celocem qui regere nequit petit onerariam	1560
cum principe non pugnandum	1404	cyparissi fructus	1497	cena sine sanguine	2020
cum puluisculo	1021	cyppio boni merendam	616	cena terrestris	2022
		cyprius bos	ibidem	cenforium superciliū	1873
		cyrbes malorum	894	centum uiri uuum pauperem spoliare non possunt	2014
		cyrnia iactura	1373	cera & ære nobilis	2012
		cyrnia noxa	1127	certa præmia pro incerta spe	2021
		cyrnia terra	ibidem	cerua uirginis loco	1903
		cythnice calamitates	1126	cerylus euadam	1850
		cythonymi probrum	ibid.	charadrii vitam uiuit	1839
		cyziceni stateres	ibidem	charadrii	
		INDEX A PENDICIS			
		PROVERBIORUM.			
		<b>C</b> Adaucris instar uentus	1812		

## Per ordinem Alphabeti.

charadrii vita	1994	imponere	2033	dea excogitavit	1707
charixene nō sunt ista	1803	crateris poetica	2036	de alieno liberalis	1416
chilonius modus	1815	crispiores apio	2015	de alieno ludis corio	740
chius eorum loqui non sinit	1847	crocum in ciliciam	1925	de allis loquenti respondes	
choros tragicos moleste fert	1981	crura arundinea, & tabis		de cepis	1227
cicadę humi canunt	1937	prophetis	1971	de asinis nihil laborās	1341
cinerem querere	2037	cubitale	1797	de asini prospectu	207
circa montis radices versari	1929	cubitis adolescere	1865	de asini umbra	200
circulator cybelius	1980	cum aquila esse queas	2013	de calcaria in carbonariam	855
citius quam gradatim	1847	cum Euandri matre loqui	1862	decempes umbra	1137
citius terra ætherem con-		cum gladio volfellis pugna		decerneretur equa Theßali-	1438
scendet	1947	re	2009	ca	1243
clamidem demens qualein		cuminum serere	1840	decipula murę cepit	760
dispersit	1997	cum musis certare	1853	dedi malum & accepi	738
clavis in lingua	1868	cum Protogene mortuo bel-		de fece haurites	575
clausis oculis agere	2012	lum gerere	1857	de fera comedisti	928
clausis thesauris incubare	1991	cum vulpe habens commer-		de filo pendet	561
clypeum post vulnera sume		cium	1898	de fructu arborem cogno-	544
re	2038	curfus Fluuii non detorque-		scō	1643
colaturam olet	1864	cus	1898	de fumo ad flāmam	202
collaria cadauera	1911	cyeni canent quando gracu-		de famo disceptare	225
collosi fragmenta	1937	li tacuerunt	1997	de gradu deicere	544
colosso Pigeum ponere	1993	cyne sulicam cōparas	1917	de gustu cognosco	202
computatorum digiti	1994	cyndrę aqua libera	1916	de lana caprina	360
conando Gręci Troia poti-		cyreneus videris	1896	delius natator	200
ti sunt	2030			delphica umbra	792
conchas legere	1989			delphicus gladius	268
conclamare vasa	2006			delphinum cauda ligas	269
condere sub pallio	2013			delphinū natare doces	848
conscientia crimen prodit	2018			delphinum syluis appingit	175
consensere ad Sirenum				de manu in manum	1409
scopulos	2005			demittere sese ad aliorum	1315
corinthia verba Ethionica	1795			mediocritatem	1426
cornus absente graculo pul-				demorsos vngues sapere	1322
cher	1973			dente Theonino rodi	719
cofe, consilium	1841			deo fortunęq; comit.	1391
cothurni tragici strepitus	1897			deo nemo pot nocere	1377
cothurnus cum claua quid				deo volente, quisque ridet	1129
conueniunt	1935			atque flet	519
coturnicis naturam induc-				deorum concio	1597
re	1797			deorum manus	172
coturniculę animus	1854			de pilo pendet	561
crania bina gerit	1823			de plastro loqui	454
cras cerdo, hodie nihil	1973			de pulchro ligno vel stran-	696
crateri Lagenam nunquam				gulare	de pul-

# Index Prouerbiorum

de pulmone reuellere	1270	difficilia quæ pulchra	635	diu dissimulatum aperiens	1379	
de pusillis magna proœmia	1215	digitū crepantis signū	996	diues aut iniquus est, aut ini	548	
de reuouia queritur	1704	digitū nō porrexitum	183	qui heres	1005	
deserta caussa	325	digitum qua proferat	1745	diues factus fastidit lentem	1626	
desertam vincere, capere, ac	ibidem	digitū mediū ostēdere	845	diuinator sapiens	1130	
desertam	ibidem	digitū stultone pmit.	1254	diuinum excipio sermonē	1576	
desertum obtueri	1491	digitum tolle	1222	diuite uena.	934	
desportula cœnare	1645	digitum transuersum	276	diuitis nō semper optimis	1408	
despuere malum	1754	digna, indigna, & similia	642	diana Pergea.	1808	
desitutus uentis, remos ad-	hibe	digna cedro	1450	dicere supra clepsidram.	1942	
deteriorum uictoria	358	digna canis pabulo	901	dies digitus	1982	
detestantis ac abhorrentis	1413	digna propter quod uadi	monium deseratur	480	digiti compuratorū	1993
detoga ad pallium	1579	dignus pilo	478	dictidii pomum	1970	
de tribus capellis dic	1107	dignus qui cū in tenebris	mices	482	dignus qui tanis ministres	2024
de tripode	466	dii ā morte ne quidem libe	rant	1401	dionysiaca scommata	1852
de tuo capite aguntur comi	tia	dii beati adsint	1172	dii paruis dant parua	1975	
deturbare gradu & similia	225	dii facientes adiuuant	349	ditrephes doliaries habens	1940	
deum esse, deum facere	336	dii laneos habent pedes	609	diues factus iam desit gau	1005	
deum fallere uolenti multa	scienda	dii omnia possunt	1601	doceat qui didicit	1770	
deum sequere	708	diis hominibusq; plauden-	tibus	88	doce me cenare	1271
deuotionis templum	160	dii tibi dent tuam mentem	1464	docti eodem ludo	1010	
deus ex improuiso apparēs	81	dii uinctis pedibus	609	doctū doces & similia	114	
deus nullius indigens	1054	dimidio uitæ nihil differit	felices ab infelicitibus	634	docui te urinandi artē	1241
deus ollaris	1309	dimidium plus toto	568	dodonæum zs	41	
deus nos respicit	1399	diolygium malum	935	doliaris uita	505	
deus uisceretur	1403	diomedis & Glauci permu	tatio	107	in dolo figuratam artem di	348
de <sup>o</sup> uitro subiicit bona	765	diomedea necessitas	526	solere	587	
deus vnus, amici plures	1242	Dionysium Thrasibulo di-	citis esse similem	1023	dolium percusum	587
deus uidecūq; iuuat, si mo-	do propitius	Dionysius corinthi	93	dolium uoluitur	1496	
dextera non cuius iniicien	da	dionis gry	490	domesticum dissidiū	1415	
dextero aut amico Hercule	88	diphthera antiquiora	287	domesticum malum	1403	
dextrum pedem in calceo,	sinistrum in pelui	diphtheram sero iuspexit	Iupiter	599	domesticum thesaurum ca	374
diagoras Melius	1237	diereci	1756	luminari	752	
diametro distare	594	diris agere	447	domesticus testis	596	
dicendo dicere discunt	360	discordia fit carior concor-	dia	1135	domi hēt, domi nascit	786
dictum ac factum	1057	dispensio æquale malum	lucrum	1198	domi leones	1400
diem noctibus æquare	594	dithyramborum poetis in-	fanior	705	domi manere oportet belle	1106
dies antiquus	1274	dithyrambus non est, aquā	si bibat	1508	domi pugnans more galli	1690
dies datyli	855	diu delibera	1489			
dies nouerca & parens	509					
dies posterior prioris disci-	pulus est					

domum

# Per ordinem Alphabeti.

domū cum facias, ne relin- quas impolitam 354	duos apros vno saltu cape- re 1306	durei equi speciem præfert 1854
domum imperfectam ne re- linquito 354	duos parietes de eadem deal- bare fidelia 408	duro flagello mens docetur rectius 1926
domum redire 841	duplex cappa 1311	<b>E</b>
domus amica, domus opti- ma 1294	duplices viros 1105	<b>E</b> Adē ancora nixus 47
domus optima 1414	dūrus alloquiis 1227	<b>E</b> Eadem cera 1013
domus recta 1565	dūres & implacabilis 1539	eadem mensura 62
donum quodcumq; dat ali- quis proba 1436	dux cæcus 1208	eadem oberrare chorda 278
doribus dorice loqui fas est 1714	dux bonus bonū reddit co- mitem 523	eadem pensari trutina 278
dorica Musa 873		eadem per eadem 331
dorice concinere 1718		eadem queri 1727
dorice loqui 1714		eamus Athenas 1607
dormiēs nullius rei est 634		ea tela texitur 642
dormiens somnias 1209		ebrietas absque vino 170
dormienti dii cōficiēt 326		ebur atramento candeface- re 212
dormientis rete trahit 326		e canis podice 1473
dosones 1595		e cātū dignoscitur aus ibi.
doryphorematis ritu 1568		e chini duo prius amicitia ineant 850
drachma canit, quatuor de sinit 427		echino asperior 849
drachmæ grando 1205		echinus asper totus 1049
drachmas tres da mihi mu- tuo ad porcellum 1302		echinus partum differt 850
draco non fiet serpens nisi e- dat serpentem 1203		e circulo 1778
duab. ancoris fultus 47		e clibano boues 1569
duabus sedere sellis 408		e crumena nobilis 1000
ductus per phratores canis 1313		e creta raptus 1556
dulce & amarum 1732		e culmo spicam conicere. 1469
dulce bellū in experti 1429		edax currus 843
dulce pomum quum abest custos 1555		edax triremis 1726
dulcis cubitus 647		edentulus septennis 695
dum clauum rectum teneā 1111		ede nasturtium 500
dum virent genua 1527		edentulus vescentium den- tibus inuidet 1103
duobus clavis figere 363		e dolio hauris, 682
duobus digitis primoribus 1717		e duobus tria vides 1103
duobus malis resistere diffi- cile 1388		effeminatorum etiam ora- tio effeminata 1032
duob. pariter euntib. 1120		effici mi pro nostris optib. mēnia 448
duobus pedibus fugere 363		e fontibus haurire 632
duodecima artium 1105		effugi malum, inueni bonū 1102
duos fures non alit vnus sal- tus 799		e fimbria de texto iudico. 543
duos insequens lepores, vē- trum capit 1194		e flamma cibū petere 1449
		egēs in turba versetur 1415
		e iure manum confertum. 1778
		electro lucidior 1548
		elephāti celeri <sup>9</sup> pariūt. 528 clē

## INDEX A P E N D I C I S P R O V E R B I O R V M .

<b>D</b> A panem & pugnum 1847	daphnis inter pastores pri- mus 1950
dardaniz artes 2028	dardaniæ artes 2028
darii opes 1884	decumani malorum fluctus 1920
de fumo ad flammam 2032	delimine ostendere 1845
delphinis in terra vires. 1792	delphinum patina non ca- pit 1829
deo præeunte nullus officit obex 1949	deorum dona sæpe non do- na 2012
deorū liberi sunt in vulne- rabiles 1997	deos absentes testes facit. 1990
de paxillo suspendere 1961	de scammate egredi 2000
determinare fossam 2012	deus si faueat, quorsum a- micis opus 2001
docti in tabula 1994	domi militizque 2015
domi suz quilibet rex. 2036	dorice incedere 1802
dormienti loquor 1818	dormire in portu 2017
diaconis leges 1793	dium vides 1814
dum vitat humū nubes ca- ptat 2037	

# Index Prouerbiorum

elephanti culicem conferre 1111	equi senectâ 644	habet acuminatam 162
elephanti similis 1060	equitandi peritus ne cantet 1707	et operam, & retiam produ- re 1735
elephantum ex musca facit 561	equo senescenti minora ci- cela admone 1010	et post malam segetem serē- dum 1544
elephantum subalis citius ecies 879	equum in planiciem 515	et prædam & præmiū 1725
elephantus Indus haud cu- rat culicem 601	equus ex asino 424	et puero perspicuū est 650
elephantus non caprat mu- rem 561	equus in quadrigis, in ara- tro bos 738	et Scellii filium abominor. 1691
eloquentia Attica 148	equus me portat, alit rex. 419	e tribus malis vnum 1276
elleborum bibe 498	equus Seianus 616	euenit malo male 1383
e Massilia venisti 1429	erastinades 1070	euitata charybdi in Scyllâ inciidi 273
embarus sum 1422	erecti 1569	eum auscultâ, cui quattuor sunt aures 174
emendus cui imperes 1752	eretriensium rho 1011	eundem calcem omni pe- di inducere 1542
emere malo quam rogare. 1828	ergini cani 1211	euparyphus ex comædia. 1556
emori risu 1462	eritunys ex tragœdia 1493	eurius homo 557
empedoclis simultas 925	erisichthonis metra muta- bilior 1206	eurybatizare 161
emptor difficilis haud bo- num edit obsoniū 1598	eschola cantilena 1777	eurycles 1445
e mulctro bibere 683	escopulis enauigare 1118	eurytmis 1470
e multis paleis paululum fructus collegi 157	escurra diues 815	exacta via, viaticum quære- re 1232
e nasâ escam petere 1554	esernius cū Pacidiano 895	ex academia venis 1223
encomium ante victoriam 442	esquilla non nascitur rosa. 804	ex agro, siue è rure 1297
endymionis somnum dor- mis 558	est pylus ante pylum 1008	ex æquo partire 1490
eadem collyrio mederi om- nibus 1673	esto promus 1491	ex amphitheto bibisti 1472
eadem cubito 593	e sublimi me derides 159	examen virtutum 189
eadem in ludo docti 1009	esurienti ne occurras 1736	ex animo loqui 594
e Patroclis domo venit 1544	esurienti leoni prædam ex- culpere 1761	ex arena funiculum necis 262
e paucis verbis ingēs bonū aut malum 1783	esurienti viro necesse est fu- rari 276	ex asino equus 1009
e pelle apparet 1243	et fama fuit & eras 1053	ex aspectu nascit' amor 159
ephellæo 1730	e tantali horro fructus colli- gis 1504	ex astris delapsus 372
epæo timidior 1008	e targigradis asinis equus podit 1009	ex bono in bonum 1310
ephesiz litteræ 1009	e terra spectare naufragiū. 1756	excorias priusquam macta- ris 1187
ephemeri vita 1492	etiam betylum deuorares. 1494	excubiarius 'gratia canens 461
epimenidum corium 1489	etiam in deorū cætu 1442	excubias agere aut ditari. 1086
epimenidis somnus 559	etiâ capillus vnus habet vm- bram 1263	excubias agere i Naupacto. 160
epiphylides 1476	etiam chorcol' inter olera. 419	excusationes nō accipit cer- tas nen 1204
epicythizare 777	etiam quercus bacchatur. 1494	ex metro opposita 594
e poculo perforato bibere. 1218	etiam si cato dicat 1584	exerationes serere 1646
epops cū cignis certat. 510	etiâ si lupi meminisses 993	ex eodem ore calidū & si- gidum efflare 485
equi dentes inspicere dona- ti 1572	et me mater, &c. 1525	exercitatio domestica & vni- bratilis 1717
equis albis præcedere 239	et meum telum cuspidem	exerc.
equi generosi senect' 1782		

# Per ordinem Alphabeti.

exercitatio potest omnia! 718  
 ex fronte perspicere 811  
 ex habitu bonum virū prae se ferre 1398  
 ex hara 605  
 ex arena funiculum neclis 924  
 exigit & a status farinas. 1175  
 exiguum malum ingēs bo. 882  
 exigū oboli preciū 1273  
 ex inanibus paleis 982  
 ex Iouis tabulis testis 482  
 ex ipso boue lora sumere. 158  
 eximere è manu manubriū 1444  
 exiti nulla ratio 1652  
 exitium honestum 689  
 exitus flagitiorum turpis. 1411  
 ex iure manu confertum. 1778  
 ex lib. gubernatores 1641  
 ex minimis initiis maxima 1379  
 ex natali emortualem face- re 1725  
 exotica auis 777  
 exordiri telam 931  
 ex ore lupi 972  
 ex ovo prodit 225  
 ex paleis inanibus tritutam facis 983  
 ex patre malo nūquam bo- nus filius 221  
 expecta nos 1240  
 expecta bos aliquando her- bam 1240  
 expedit habere plura cogno- mina 1356  
 ex perpendiculo 1621  
 expertes inuidentiæ musa- tum fores 161  
 ex Phelleo 1730  
 ex præscripto 215  
 expuis in cœlum 1242  
 ex pylo captiui 1470  
 ex quercubus & saxis nati 518  
 ex reliquiis conticere 593

ex se fingit velut araneus. 1536  
 ex stipula cognoscere 595  
 ex syngrapha agere 1659  
 ex tempore dicere 806  
 ex tempore viuere 506  
 extus pluit 1170  
 extra calcem 1623  
 extra chorum saltare 931  
 extra cantionem 713  
 extra fumum & vndam. 1668  
 extra lutum pedes habes. 159  
 extra oleas 698  
 extra organum 1114  
 extra periculum ferorū 1385  
 extra publicam viam ne de- flexeris 30  
 extra querere sese 870  
 extra telorum iactum 222  
 extra viam currere 73  
 extrema extremorum mala 1212  
 extrema manu 568  
 extremis digitis attingere. 568  
 extremum occupet scabies 1523  
 extremus actus fabulæ 137  
 ex tripode 466  
 extritum ingenium 1044  
 ex vitibus nō amputatis ne- libaris diis 35  
 ex vmbra in solem 159  
 ex vno multa facere 654  
 ex vno omnia spectā 158  
 exurere mare 1583

## INDEX APENDICIS PROVERBIORVM.

**E** Burneis rastris solūm vertere 2001  
 echinus parturiens cuncta- tur 1999  
 edentulæ maxillæ 1947  
 eleuzina seruat quod osten- dit 1905  
 elige vitam optimam 2013  
 eloquentia male sine mori- bus discitur 2008  
 embarus es 1826

eodem iugo vgeri 2015  
 equum Scythæ 1913  
 equus festorem rapit 1929  
 equus Troianus 1991  
 esca malorū voluptas 2020  
 est modus matulæ 1829.  
 2033  
 etiam euiterubus nascitur 1817  
 etiam inter vepres rosæ na- scuntur 1995  
 etiam mater & sorores 1866  
 etiam vetus abustum trans- ferri potest 1991  
 e tragico comicum drama 1819  
 euclionis gallinaceus 1990  
 ex cubitis cenare 2008  
 ex eodem Lare 1885  
 ex eodem præsepi 1821  
 ex Illo me ducis 1939  
 expiatis bona obtingunt 1971  
 expumicare 2014  
 extra callem 1842

## F

**F** Aba cudetur in me 93  
 faba alba 307  
 fabam, & falem 1258  
 fabarum arrosor 1611  
 faber cōpedes quas fecit ipse- gestet 94  
 faber fabro inuidet 124  
 faber quum sis 1519  
 fabis abstineto 27  
 fabri fabrilis tractant 1519  
 fabulæ supremum actum- addere 137  
 faciem perficere 496  
 facies tua computat annos 949  
 faciles partus 1759  
 faciunt & spheccli immuni- tatem 162  
 facile cum valemus recta cō- silia ægrotis damus 386  
 facta iuuenum, consilia me- dioerium vota senum 1252  
 factum insectum fieri non- potest 794  
 factum transactum 1737  
 factum stultus cognoscit 57  
 C falces

# Index Prouerbiorum

falces postulabam	715	Teneates	879	filo crasso, tenui, & simil.	
fallacia alia aliã trudit	723	felix qui nihil debet	987	733	
fallum probrum	1719	fenestram aperire & similes		filum contentionis tunc e-	
fama prodit omnia	1767	metaphoræ	228	rat	1207
famelicus non interpellan-		feram præturbare	1256	filum neuisti & acu opus est	
dus	1378	feras, non culpes quod mu-		1633	
fame mori miserum	1300	tari non potest	177	fimo luffitum facis	255
fames perit interuallo, & op		feri puer	1571	finite minore pomærio.	
time perditur	1234	ferociam facietas parit	1357	1301	
fames & mora bilem in na		ferox alieno præsidio	1380	finem vitæ specta	292
sum conciant	1013	ferreus, aheneus	46	fingere causas	664
fames magistra	285	ferro diuidere	369	fixis oculis intueri	1043
fames multa docet	1482	ferrum & flamma	1728	flagitiorum turpis exitus	
fames Melia	560	ferrum natare doces	255	1401	
fames optimum condimen		ferrum tuum nunc in igni		flamma fumo est proxima	
tum	975	est	1556	284	
fames saguntina	560	fertilior seges est alieno in		flammam citius ore presse-	
famelicus non interpellan-		aruo	389	ris	879
dus	1378	færuet olla, viuit amicitia		flere ad noueræ tumulum	
familia decem dierum	1023	286		528	
famis campus	561	ferule manû subducere	930	fler victus, victor interiit	
farcire centones	841	festina lente	619	911	
faringæ nostræ	1269	festinantem vltro incitare		floci non facio, aut floci fa	
farinam fugit quicumque		142		cio	476
molam deicit	1202	festo die si quid prodegeris		flocinis	1635
farinas exigit a statuis	1175	156		flocus fluctum excipit	362
fasces submittere	509	festucam ne moue	1208	flumina quæque altissima	
fastigium imponere	132	festucam ex alterius oculo		minimo sono labuntur	
fastuosus Maximus	157	eiicere	397	1375	
fatale vitæ tempus exactum		festum multas habens	1424	fluctus mutus	1612
1399		vt fici oculis incumbunt		fluuio riuolum inducere	
fatris imputandum	1379	1015		1117	
fato non repugnandû	1771	ficos diuidere	632	fluuius cû mari certas	563
fatum inmutabile	1401	fictilis homo	1095	fluuius non semper fert se-	
fatuos non inuenit	456	ficu similior	993	cuius	1508
fauere linguis	1257	ficulna machæra	463	fluuius quæ procul abstunt	
fecem bibat qui vinum bibi-		ficulna mens	ibidem	irrigat	1117
bit	389	ficinum auxilium	ibidem	focus luculentus in ædibus	
fele rapacior	157	ficulus	468	1419	
feles Tartessia	156	ficulus gladius	1015	fodere non didici	703
felices quo differant ab infe-		ficum cupit	750	foedum est & mansisse diu,	
licibus	634	ficum Mercurio	1015	vacuumq. rediisse	1021
felicia alba	405	ficus aubus gratæ	1441	foemina nihil pestilentius	
felicitus sunt & trimestres		ficus ficus, ligonem ligonẽ	751	1412	
filii	431	vocat:		fenum esse	1136
felicitas a deo	1493	ficus post piscem	1441	fenum habet in cornu	92
felicitas multos habet ami-		fides rara	1201	folia cadunt, post cadent ar-	
cos	1253	fiducia pecunias amisi	1200	bores	1016
felicititer sapit qui periculo		figulus opes	598	folio ficulno tenes; anguil-	
alieno sapit	1054	figulus figulo inuidet, faber		lam	268
felicitum multi cogna	1134	fabro	128	solum Sibyllæ	467
feli crocoton	157	filix innascitur agris negle-		sons Dodoneus	485
felix Corinthus, at ego sim		ctis	1062	fontes ipsi sitiunt	445
				fontibus	

# Per ordinem Alphabeti.

fontibus apros, floribus au- strum 1308	frugi homines omnia recte faciunt 722
fontibus omissis sectari ri- uulos 1776	frusto panis 215
foras Cares, non amplius an- thisteria 154	frustra canis 266
foras famem 561	frustra habet qui non vitur 1395
foras prospicere 600	frustra Herculi 916
fores habet tritas vt pastorū caſæ 1033	frustra niti, dementiſq̄ eſt 1775
foris habere pedem 903	fucum facere 306
formica camelus 304	fuga tutior 1411
formica formicæ chara 124	fuge procul a viro maiore 1235
formicæ quoque ſua bilis 268	fugientem quid inſequeris preſentem mulgo 1176
formoſus in oſtio 1314	fugit amantem, inſequitur fugientem 867
formoſus Python. 1284	fugitiuus 1395
foris domina campi 1729	fuitus Troes 551
fortes fortuna adiuvat 141	fuit & Mandroni ficulna na- uis 1579
fortis in alium fortiorem incidit 1427	fulgur expelui 932
fortiorem te vita 1235	fulmēt lectū scandūt 1729
fortuna cui por. me inuol- uita 1043	fumantem naſum vſi ne tē taueris 1276
fortunæ nouacula 1773	fumi vmbra 810
fortunam præſentem boni conſule 1039	fumos vendere 195
fortuna æſtuaria 1307	fumum fugiens in ignem incidi 276
fortuna Euripus 557	fumus 1693
fortunam ſui cuiq̄. mores ſingunt 816	funditus, radicitus 1673
fortuna quem nigrum pin- xit 165	fundum alienū arare 1116
fortunæ committere 1391	funem abrumperè nimium tendendo 318
fortunatioꝝ Strobilis Carci- ni 156	funem reducere 556
fortunatum domi manere oportet 1106	fungus 1445
foſſa & vallum 43	fungus putidus 1748
in foueam incidit quam fe- cit 75	funiculum ad lapidē 1697
fractis auribus 1641	funiculum ad reſtim 1258
frater viro adſit 467	funiculum muniatum fu- giunt 155
fratrum iræ acerbiffimæ 144	funiculus curarum 319
fræno egere 143	funis nihil attraxit 548
frænum mordere 236	ſurari littoris harenas 1480
fricantem refrica 471	ſurari neceſſe viro eſurien- ti 1276
frigidam aquam ſuſtunde- re 596	ſurem q̄ ſur cognoviſcit, & lupus lupum 788
frons occipitio prior 123	ſures clamorem 155
frons perit 496	ſuror ſit læſa ſæpius patien- tia 319
frontem ex porrigere, fron- tem contrahere 497	ſuſtem facile inueneris, qui cupit cedere cauem 664

## INDEX APENDICIS PROVERBIORVM.

<b>F</b> Aber cadit cum ſerias fullonem 1922
fabilibus victitat 182
fabula Mileſia 2016
facilius quam oreum deui- cerint Bæoti 1840
fac nidum vna in arbore 2031
Fame argentea conuiuari 1959
familiaris dominus ſatuū nutrit ſeruum 2006
farinam ſubis priuſquam pinſueris 1859
felix & fauſtum ſit lumen 2013
ferrum virū attrahit 2008
feſtū piger ſemper eſt 2006
figura & triobolus 1954
ſili Neptumni, ſiue maris 2028
flamma ſine Vulcano 1947
flamma perſequeris quem genueras 1796
fluctibus obloqui 1968
fluctus quot inſulæ 2013
fulmina in terram cōmu- tat 1882
fluuii curſus non detorquē tus 2017
folia quot ilicis 2011
forficibus binis tōderi 1881
formicarum nidos inſpira- uit 1846
formicæ ſemitā canit 1984
formoſus ſine pulchritudi- ne 2007
fortes in tabula 1995
fortuna artem amat, ars for- tunam 2001
foſſam determinare 2012
frondium crepitus leporem terret 1861
fronte tabernariam exercet 2008
fronti ocream, tibiſq̄, galeam applicat 1827
fructibus non ſtadiis certa- re 1872
<b>C</b> 2 fructus



# Index Proverborum

fructus literarum dulces, radices amaræ 2020	genius Octavius 1309	grata nobilitas 1398
frumentum in populum. 1958	genius malus 86	gratiz nudæ 967
fulicam cygno comparas 1917	genu fura propius 220	gratia gratiam parit 61
fulmenta lectum scandunt 1903	ne genu quidem flexo 649	grauè nihil passus 1297
fumus efieubus 1877	genua quum virent 1527	grauiora Sambico parit 91
fumus pulchriorem perfe- quitur 2024	genuino mordere 721	grues lapidem deglutientes 1306
fundo carens calix 1879	genuinum frangere ibidè gerræ 814	gry 475
fures ipsi accusant 1931	gigantum arrogantia 1426	gustu dignoscere 544
furor arma ministrat 2029	gigantum fraterculus 317	gustum dare ibidem
furtiuz aquz sunt dulcior- es 2027	gladiator in arena cõsilium capit 373	gutta vini 1484
<b>G</b>	gladiatorio animo 214	gygis anulus 102
<b>G</b> Alateam & Thetidè simul amare non po- tes 1198	glaciem scindere 1256	gyrina rana sapientior 645
galerus aut nauis 1063	gladio plumbeo iugulare 860	gradum figere 2006
galeritis omnibus oportet cristam inesse 1205	gladius Delphicus 792	<b>INDEX A PENDICIS PROVERBORUM.</b>
gallam bibere 1733	gladius plumbeus in ebur- nea vagina 413	<b>G</b> Allinaceus Euclionis 1990
gallinacii in morem trepi- das 704	gladium acutum auertat 32	gangrena addere 1951
galloniuz 1702	gladium dedisti qui se occi- deret 1116	gaura in stagnis 1814
gallorum incusare ventres 1097	gladium ne mulier 877	geminas cordas ferit 1913
gallos quid execas 1121	glandes mihi eo quam 43	geometriam exercere in ci- lio 2000
gallus insilit 2190	glande cassa 1753	gorgone conspectu 1943
gallus in suo sterquilinio plurimum potest 1529	glandibus visitantes 1191	graculi quando tacuerunt, tunc cygni canunt 1295
gallus submissis alis 704	glanci ars 1001	graculo absente coruus pul- cher 1975
gallus antequam iterum cantet 1361	glaucus alter 1488	græci Troia conando positi sunt 2030
gamma Betam persequi- tur 1899	glaucus comesa herba habi- tat in mari 1454	gratia bina gerit & in nu- meros oculos 1822
gangamon 1614	glaucus poto melle resurre- xit 1002	gradum figere 2008
gargara bonorum 1606	gleba aruum 1001	gratia non ducitur peniten- tia 1968
garrire optimus &c. 964	glebam quoque accipit er- ro 768	gratis lira 2040
gaudium dolori iunctum 1418	glomi pro bonis 1282	gratiarum horti immorta- les 1899
gaudium pyraustę gaudes 1186	glomi bonorum 854	gratias musis commiscere 1807
gello puerorum amantior 1000	glossogastores 1597	grossus maturus esui inep- tus 1869
generosior arboris statim planta cū fructu est 213	gnomõn & regula 662	gubernatori somuolèto ne benefacito 1927
generosior sparta 1015	gordius nodus 549	gutta cauat lapidem 2021
generosior Codro 1002	gorgonem Peaseus aggredi- tur 1488	gutta fortunæ præ dolio sa- pientiz 1809
generosus es ex erumena. 1000	graculo cum fidibus nihil 247	gyaro dignum 1901
	graculo Aefopieus 1312	<b>H</b>
	graculus graculo assidet 117	<b>H</b> Abet 1445
	graculus inter musas 419	<b>H</b> habet & musca sple- nda
	græca fide 483	
	græco more 1455	
	gralatorius aut testudineus gradus 1754	

## Per ordinem Alphabeti.

hem	1254	hercules hospitatur	1442	hodie nihil succedit	1683
habitus virum boni indi-		hercules malorum	1073	hodie nullus, cras maximus	
cat	1398	herculus quæstus	147	1463	
habuisse miserum	351	heri & nudius tertius	872	holerū appositiones	1095
hac non egreditur verbum		hermionis vice	883	holitor opportuna loquês.	
107		hermonium officium	923	337	
hac nos deus ducit	709	herniosi in campum	1652	holmus erit mihi cubile.	
hęc Helena	212	herniosus vsque ad gulam.		1013	
hęc potior	357	1475		homericæ versus aliquot p-	
hereditas sine sacris	204	heroum filii noxæ	361	uerbales	1375
hæsitantia cantoris tussis.		hesiodi senectæ	971	homionis vice	883
1044		hesperidum mala	1499	hominū vniuersa proliuit	
halcedonia sunt apud forū		heterognathus	1213	pelagus mala	1220
924		heteromolia caussa	1096	homo Bombylius	932
halopanta	1761	her? omnis seruo monofyl-		homo bulla	776
hamaxia	1169	labus	1214	homo fictilis	1095
hamaxobii	506	herum nemo bene gerit, ni		homo homini deus	83
hamum vorare	721	si seruerit bene	38	homo homini lupus	86
hamus semper pœdeat	548	hiberę neniz	813	homo nouus	507
hanc technam in te ipsum		hic bonorum virorum est		homo semper contradicens	
75		morbus	1367	1635	
harmodii cantilena	1096	hic depono	1257	homo Thales	1349
harpocratem reddidit	1450	hic Rhodus, hic saltus	1191	homo tressis	477
hasta caduceum	1097	hic telam texuit, ille didu-		homo trioboli	477
hasta & scuto	1016	xit	1614	homo trium literarum.	
hastam abicere	564	hinc belli initium	1262	1022	
hastam prius iactare	1776	hinc illę lachrymæ	211	honos alit artes	520
haud annuncias bellū	1108	hinnulus leonem	1844	horis omnibus nemo sapit	
haud canit paternas cantio-		hipparchi murus	1463	855	
nes	1097	hipparchorum tabula	1096	horna messis	1453
haud contra ostium	1513	hippoclidis non curat	580	Hospes indignam	1245
haud vnquam arcer ostium		hippolytū imitabor	1305	hospes in tēpestate aut hyc	
700		hippomene magis impius.		me molestus	913
hecate cœna	1566	1073		hospes quisquis p̄futurus	
hecate sacrificant	545	hippancarum tabula	1096	est veniat	963
hedera lasciuior	1721	hipponacteum præconium		hospitibus aliqd relinqui-	
hedera post antisteria	1223	720		to	172
helenæ cibus	382	hircus Caricus	1315	hospitem non semper ho-	
heraclius lapis	320	hirudo nisi plena non omit		spitem	1701
herbam dare	564	tutentem	850	hospitē habenda cura.	
herculana balnea	789	hitūdines sub eodem tecto		1408	
herculana scabies	823	ne habeas	33	hostimentum est opera pro	
herculani lecti	1637	hirundinum musca	693	pecunia	816
herculanus nodus	549	hirundo totos schēnos an-		hostes semper tales me inse	
herculanus morbus	823	teibit	1500	quantur	994
hercule dextro	88	hirsuto corde homines	765	hostibus eueniat	1143
herculei labores	1100	hoc calciamentum consuit		hostis domesticus	1576
hercules contra duos	298	Histigus, Aristagoras in-		hostium munera non mu-	
hercules κροκτοφάρος	157	duit	1229	nera	189
hercules & simia	1254	hoc iam & vates sciūt	1624	huius non facio	476
herculis columnæ	1260	hoc municeps aut vicinus		humeris sustinere	1595
herculis cothurnos aptare		nunciavit.	1704	humi hauris	1094
infanti	1306	hoc nouerā priusquā	1521	humida nox	1296
				humid	

# Index Prouerbiorum

hntni sapere	1094	hircundo æstatem loquitur	1934	iisdem numeris	593
hybernium somnium	1094	holeribus agrestibus victi-		iisdem uescentes cepis	110
hydram secas	578	rat	1871	iliade prolixius	1580
hydra magis varius	102	homini aliud, aliud huma-		ilias bonorum	185
hydrus in dolio	1428	nitatis satis	2004	ilias malorum	185
hymettia nulla	148	honorat seipsum qui hono-		ilico hyems erit	1542
hymettia noua falerna. vete-		rat	2014	iliensis tragædos conduxit	828
ra	729	horti Gratiarum immorta-		ilio semper mala	1438
hypera omissa pedem in se-		les	1899	illaudatus	1042
queris	1232	hortus altera, succidia	2013	illotis manibus	554
hyperberetza	1084	humeros licet perdas aqua		illotis pedibus ingredis	553
hyperbolo peior	1509	in cernendo	1852	illo respiciēs, sed hic remit-	
hyper vertigo	992	hydrargiro furacior	1932	te bona	1290
hypsea cæcior	204	hydropico nihil siccior	1871	imbre terra gaudet	788
hytriciis seta	1493	hysam vocare	2025	imis ceris eradere	1516

## INDEX A PENDICIS PROVERBIORVM.

<b>H</b> Abenas ignarus non tractet	1888
habitus & incessus	1976
hadriam Aufidus retro fugit	2029
hæres absens non erit	2032
harena Lydia	2027
harmonia nulla	1909
hastam altera, altera caducum	1801
hecates cena	1955
Hectorem imitatis ab illo numquam recedis	1951
hecuba intus, foris Helena.	1946
helenæ crater	1908
hercules in Lydia	1974
Hercules animo Tyde <sup>9</sup> cor pore	1882
Herculis ædem mulier non intrat	1932
Herculis clypeus	2034
Herculis cornu	1854
Herculis ira	1949
hinnulus ne cū Leone partiat	1844
Hippocratis liberis cedit.	1883
Hippocratis vinculis adligare	2007
hippodramica bona	2013
hircos mulgēs sanguinem ducit	1924
hircus Thmnicitarum	1859

<b>I</b> Acere in fermento	1090
Iactantiz comes inuidia	1416
iactantia turpis	1401
iactare iugum	1369
iaculari sine scopo	1270
iaculo immisso fugere	40
ialemo frigidior	1094
ialemo miserior	ibid.
a ianua aberrare	364
ianua m aperire	1788
ibyci equus	1650
ibyci grues	534
idem actii quod Titii	608
idem puluis	424
iecit achilles duas tesseræ & quattuor	1008
ignarium dare	1616
ignauis semper feriz sunt.	905
ignauis vertitur color	162
ignem dissecare	254
ignem igni ne addas	112
ignem ne gladio fodito	25
ignem palma	1093
ne ignifer quidē reliquus est factus	885
ignis ad Naphtam	1306
ignis ad torrem	1305
ignis, mare, mulier, tria mala	715
ignis non extinguitur igni	1197
iisdem litteris comœdia ac tragœdia componitur.	1243

iisdem numeris	593
iisdem uescentes cepis	110
iliade prolixius	1580
ilias bonorum	185
ilias malorum	185
ilico hyems erit	1542
iliensis tragædos conduxit	828
ilio semper mala	1438
illaudatus	1042
illotis manibus	554
illotis pedibus ingredis	553
illo respiciēs, sed hic remittet bona	1290
imbre terra gaudet	788
imis ceris eradere	1516
imitabor Nepam	1466
imodo, venare lepore, nunc itum tenes	1300
immunem venire	1535
impari numero superis sacrificato	30
Imperator bonus & idē robustus miles	1420
Imperatorum multitudo Cariam perdit	948
impete peritum artus	957
imperere lingua	784
improbi cōsiliū in extremum incidit malū	1120
improbitas muscæ	1350
improbitas compendiariorum	1178
in absurde locutum	1378
in acie nouaculæ	48
in ære meo est	440
in ære piscari	260
in agro surculario capras.	1594
in albo esse	428
in alia regione esse	1784
in alieno foro litigare	741
in angulo	1586
inania multa in bellis	1070
inaniter aquam consumis.	259
inani spe flagrat	1496
inanium inania consilia.	1292
inantiō Trophonii vaticinatus est	457
in antrum haud legitimū, simulū impingis	1243
in anu-	

# Per ordinem Alphabeti.

in anulo dei figuram ne gestato	34	indolio figurarem artēdi- scere	348	in horas	506
in apes irruisti	1087	in dominum adferre dētes	682	inicta aqua more balnea- toris abire	41
in aphannis	1173	induitur me Leonis exuuiū	209	in integrit restituerē	1778
in apio nondum est	612	in durum & implacabilem.	1539	iniquum petendū, vt eq̄uū feras	762
in aqua hāret	269	indultriam adiuuat deus.	1402	initio condens, in factō ti- midus	1221
in aqua semētē facis	253	in eadem es nauī	634	iniuria soluit amorē	1659
in aqua scribis	254	in eandem nassam	646	in syluam ligna ferre	445
in arduis cunctatē agen- dum.	1783	in eandem anfas venistū	646	iniurato credere	482
in area latitas	1244	in eburna vagina plūbeus gladius	422	in laqueo lupus	582
in arena edificas	254	in eodem hāstas luto	269	in laqueum inducere	576
in arenam descendere	565	in eo ipso stas lapide, i quo p̄t̄co p̄dicat	1090	in lente vnguentum	420
in arenam descendere	565	in egyptior Libethriis.	374	in leporemis	1681
in armis accissat	1490	in exitium	689	in limine deficere	323
in aurem dicere	198	inexplēbile dolium	587	in Lipsydrio pugnas	1491
in beatam	689	in fermento iacere	1090	in magnis & voluisse fat est 1013	
in beato omnia beata	1745	infixo aculeo sugere	40	in malis celeritas optima. 1770	
in bello peccare bis	1112	in flammam manum mit- to prudens	1290	in manibus esse	1346
in caducum parietem incli- nare	931	inflare buccas	1277	in mari aquam quzris	563
incantatione quauis effica- cius	1672	inflige plagam ab arat	1510	in matellam immerere	319
in capras syluestres	1172	influit qd̄ exhauritur	766	in mentem, quicquid vene- rit	311
in caprificatus es.	1167	in solle offerre	1709	in micronem incurrere	75
in caput p̄cipitari	1209	in foribus adesse	739	in morbo consumat	1616
in Care periculum	346	in foribus vrceum	662	in narebilis	1014
in cedis per ignem.	11427	in foro nostro res vertitur. 1057		in nauibus enutritus	1664
incidit in foueam quam fe- cit	75	in foro veritas	1730	in neruum ire	891
incerta equū iuxta nyslam.	1552	in frigidum furnum panes immittere	1631	in nihil sapiēdo iucundis, vita	1092
incitare currentem	1380	in fugitium	1395	in nocte consilium	711
in cœlum expuis	1242	in genibus deorum	1013	innocens alium aspiciam, meū habētē malū	1053
in cœlum iacularis	1268	ingens discriminē	1404	in numerato	1515
in coriis est animus	1350	in gradum reponere	225	in occipito oculos gerit. 1196	
in cotyla gestaris	1087	ingredi Iunonium	144	in omni fabula & Dzdali execratio	1091
in crastinum seria	1651	in re mala animo si bona vtare adiuuat	1236	inopi nullus amicus	1135
in eadem eandem tondere.	372	inguinis & capitis disci- men nescit	947	in orci culum incidat	1086
incudi reddere	333	in arena edificas.	254	in ostio formosus	1314
in culmo arare	1512	in herba esse	741	in pace Leones	1589
incus maxima non metuit strepitus	1112	in herba luxuries	1781	in Panticapzum	1210
in dextram aurem	480	in herbis	1724	in parte vel ignem p̄de- turaliquis	1091
in diem viuere	506	in hoc calciamento pedem habet	1690	in pedes retrocedit	1490
indignus qui me vel aspi- cias	1483	in holmo cubabo	1013	in periculoso negocio non est dormitandum	1393
indignus qui illi matellam porrigat	334			in planicem equum	515
in directum	1755			in portu nauigare	72
in discrimine apparet qui vir	1389				in
indoctor Philonide	913				

# Index Prouerbiorum.

in portu impingere	323	inter os & offam	272	1225	ioca seriâque	647
in pulicis morsu deum inuocat	1218	inter pueros puer, inter viros vir,	803	iocandū vt seria agas	1880	
in puteo constrictus	646	inter pueros senex	1486	ionice, pro lasciuie	319	
in puteo cum canibus pugnare	590	in terra pauperem	1486	io pzan, io triumphe	824	
in pythii templo cacare.	1486	inter sacrum & laxum	48	iouem esse credere stultitia est	1052	
in quadrum redigere	575. 1786	interfecta musica	1216	ionem lapidem mirare	914	
in quinque iudicium genibus situm est	1013	interuallo perit fames & opime perditur	1234	iouis auribus seruare	927	
in saltu vno, duos aptos capere	1305	in toga saltantis personam inducere	867	iouis Corinthus	654	
insana laurus adest	826	intra labia risit	1738	iouis germen	1745	
insania aliena frui opt.	769	intra pelliculam tuam te cōtinet	398	iouis lac	1649	
insania non omnibus cadē	1427	intra rāsenā inducere	1587	ionis & regis cerebrum	382	
insanire cum insanētibus.	1635	intra septimam	1087	iouis quadrigis	139	
in faxis feminas	254	intra suas præsepes	440	iouis sandalum	978	
inscītia confidentiam parit	1582	intra teli iactum	222	iouis suffragium	890	
in senē ne quod collocaris beneficium	597	intristi, exedendum	94	iouis taxilli semper feliciter cadunt	175	
in simpulo	729	intriuiio sum	143	iouis tergus	1485	
in sinu manū habere	1074	in tua ipsius arena	1305	ipes mali	1075	
in sola Sparta expedit senescere	1487	in tuo luco & sano est suū	440	ipsa olera olla legit	446	
insomnis quæcunque videtur	463	in regno tuo	440	ipsa pelle præ te fers	949	
intempestiua beneuolentia nihil a similitate differt.	450	intus cauere	643	ipse dixit	891	
in tempore cauenda pœna mali	1403	intus & in cute	566	ipse semet canit	891	
in tenebris saltare	544	in tuum ipsius caput	1627	ipse sibi mali fontem reperit	76	
inter calicem & os	272	in tuū ipsius caput inspue	399	ipse sibi perniciem accersit	1389	
inter cæsa & porrecta	205	in uado	72	ipsi testudines edite, qui cepistis	94	
inter cæcos regnat strabus.	1244	in venatu perit	582	ipsis & Chiis	1693	
interfecta musica	1216	in venatu insilire	1652	ipso cratere	1484	
in tergoze bouis desedit.	1245	inueni, non quod pueri in faba	1059	iracundior Adria	2628	
in tergoribus mens est	701	in via ne feces ligna	35	ira omnium tardissime senescit	412	
inter Corinthum & Sycionem	336	inuidus vicini oculus	110	ite per extentum funē	858	
inter indoctos etiam Corydus sonat	742	in uia	1672	iratus deus	88	
inter lapides pugnabāt	166	in vino veritas	415	irritare zrabrones	78	
inter manum & mentum	1676	in uita Minerva	66	iro pauperior	390	
inter malleum & incudē	48	inuitis canibus venari	448	irrisibilis lapis	881	
		inuitis boues plaustr. inducere	449	isauricus	1153	
		inuito non confertur beneficium	1413	issa	1305	
		inuitis Iupiter nouit	1086	isthmum perferdere	1529	
		in voti compotem	1384	ita fugias, ne præter casam	272	
		inutilior Blace	1457	iter infortunatum Iepus ap parens facit	1078	
		in vtramuis dormire aurē	480	iterum ad eundem lapidē offendere	277	
		inuis dolores	1090	iterum atque iterum ad pythum uia	1083	
		in vtramuis dormire oculum	1447	iterum tranquillitatem ui	695	
		in uulnerabilis vt Cæcus		deco	695	
					ithorus	

## Per ordinem Alphabeti.

<p><b>i</b>chorus 1436  idem vt Acheronti 1749  ithym nunc tenes, i modo  venare leporem 1300  iubentis aperte loqui 1377  iucunda malorum præteri-  torum memoria 1705  iucundissima nauigatio iu-  cta terram 163  iucunda vicissitudo rerum  448  iugulare mortuos 146  iugum iactare 1369  iunco sicco 1716  iungere vulpes 199  iunonium ingredi 1441  iuppiter aliquâdo pluit, ali-  quando serenus est, 509  iuppiter inuitus nouit  1528  iuppiter non omnibus pla-  cer 969  iuppiter orbis 567  iuppiter aquilam delegit  1433  iuppiter quomodo duxerit  iunonem nouit 1527  iusturandum adactum 1174  iustitiz oculus 1434  ius in manibus 359  iustitia iustior 1435  iustitia ipsa exigua res est  664  iustitia Prienensis 1289  iuuenta viribus poller.  1386  iuuenum facta virorum  consilia 1252  iuuenari 1461  iuuenum lanceæ 1253  iuxta cubitum profecit  1456  iuxta fluuium puteum fo-  dit 1206  iuxta melam 1283  iuxta nauem 1456  iyngetrahor 1601</p>	<p>idem furnus idem duxit  trocus 1868  iciunium olet 1894  ignauia ignauiam generat  &amp;c. 2024  ignem sacrum inflare illi  nefas 1871  ignem stipulæ, admouere  non tutum 1854  ignis &amp; mare ventis serui-  unt 1965  ignis in sinu 2035  ignis in vepribus 1837  illo indigna verba 1853  imbrii &amp; Lemnii 1914  immortales Gratiarum hor-  ti 1899  in aceruum metere 1941  in Aetolis manum, mens  autem in Clopidis.  1986  in Aetolis manus habet  1918  in agrum seruus 1881  inania caprat, dum vitat hu-  mum 2037  in asini aures canere 1848  in astralagis nobilitas.  1843  incauea minus bene canit  luscinia 1952.1993  in ceo quis dies 1954  in cinere scribere 1958  in communi pisce non in-  sunt spiæ 2010  in cubiculo nola 1941  indigentia mater sanitatis  2015  indigno dignitas ornamen-  tum in luto 2001  indirectum. 1755  in eandem lanceam impone  re 1796  in eodem valetudinario ia-  cere 1990  inferorum triacadas 1842  in talesmos adscribendus.  1872  in meridie vitæ philosopha  ri 1799  in naribus bilis 2031  innumeros oculos, &amp; cra-  nia bina 1823</p>	<p>in ollis venari 1987  in paguro sapientia 1954  in Paro frigida aqua, sed  mulieres pulchræ 1997  in Pisa animum confirma  1865  in portu dormire 2017  in prato spinosum aliquid  2036  infantiam Orestis insanire  1966  infans appensis pellibus  non curatur 1876  infuere in saccum vel cule-  um 2004  in tabula sortes 1994  inter lugentes iocari 1983  inter Orci caneros adhasit  1810  inter Socias, &amp; Tybios re-  ferre 1961  intestina adotens ipse car-  nes deuorat 1964  intra quatuor esse 2016  in triclinio Choa 1940  introite nã, &amp; hic Dii sunt  2010  intus Hecuba, foris Helena  1046  iolaum implorat 1799  ionica verba, &amp; Corinthia  1770  ioui paria intonat 1910  io Saturnalia 1977  ira fit iucundius amor.  2020  ira telum facit 2029  istic vellus non carpitur.  1882  isthmon sinapi bibit.  1957  italicæ mensæ 1028  iuppiter incuruum ceruicæ  nondum habet 1859  iuppiter pluc mel 1985  iyn gem habet 2026  iyn ges 1878</p>
<p><b>INDEX A PENDICIS  PROVERBIORVM.</b></p>		
<p><b>I</b> Eci cena 1957  iciens iclus est 1958</p>		
<p><b>L</b></p>		
<p>Abore laboriosus. 1081  laborem ferere 1082  D Labraz</p>		

# Index Prouerborum

labrax Mileſius	ibidem	latum vnguem & ſimilia.	leonis exuuium induitis.
labores acti iucundi	772	276	209
labor ſeneſtuti optimū ob-		latronum beneficium	leonis exuuium ſuper cro-
ſonium	1205	230	coton
labrum mordere	1363	lauares Peliam	1286
labyrinthus	1081	1462	leonis loco murem oſten-
lac gallinaceum	340	laudant vt pueri pauonem	dis
lachanizare	847	1462	1110
lactadæ	1082	laudare æquum, capere plus	leonis ſeneſta
lactaſti ſimile	279	1344	1099
laconicæ lunæ	866	laudat teipſum	670
lactyma nil citius areſcit.		laudiceni	764
1701		lauerniones	1431
lampada tradere	135	laureolâ in muſtaciis quæ-	laureolâ in muſtaciis quæ-
lampon iurat per anferem.		1344	1720
1443		lauro clamorior ardente.	
de lana caprina	202	956	
lanam in officinam ſullo-		laureum baculum geſto.	
nis	1643	91	
lanei pedes deorum	608	lauriorticæ nocturæ	113
lapide cinpiti	1090	lezna non ſtatuar in machæ	
lapidem decoquere	1283	ra	1057
lapidem elixas	252	leberide cæcior	203
lapides flere	1780	leberide nudior	54
lapidi loqueris	266	leberide ſcabroſior	1174
lapis lydius ſiue heraclius.		lecytho pinguior	867
330		lecythum habet in malis.	
lapiſana viuere	1532	1687	
laqueo ſuo captus eſt.		legatus non cæditur, neque	
75		violatur	1637
laqueum effugere	1576	lemnia manu	1078
laqueum mandare	845	lemnix bouis latera athos	
laqueus auxiliari videtur.		celat	1175
1477		lemnium malum	539
laqueus laqueum cepit.		lens deus	1640
1189		lente bos	72
alare ordiri	393	lente gaudere deſii	1102
largitio nõ habet fundum.		lenticulam angulo tenes.	
587		1272	
lari ſacrificans	545	leti vnguementum infundere	
larinum verbum	1692	420	
laryngizein	1723	lentium mandere	487
læum larnis luctari	146	leo chordula vincus	1587
larus	206	leonem ex vnguibus æſti	
larus hians	1082	mare	452
larus in paludibus	1304	leonem radere	861
larus parturit	529	leonem larua territas	369
laterem lauas	252	leonem ſtimulas	79
late viuens	1082	leonem videre, hoſtium pre-	
latine loqui	64	lia portendit	1304
Latini tibicinis more.		leonibus vulpes iungere.	
1785		533	
latum & anguſtum	1696	leonina ſocietas	465
		leonis catulum nõ alas.	
		796	
			leopardæ ſuper te omnia.
			1477
			leporum non edit
			639
			leporos duos inſequens, neu-
			trum capit
			1194
			lepori eſurienti etiam pla-
			centæ ſici
			1303
			leporis vita
			1514
			lepos Atticus
			148
			lepus apparens infortuna-
			tum facit iter
			1078
			lepus dormiens
			599
			lepus marinus
			639
			lepus pro carnibus
			675
			lepus pulpamentum quæ-
			rit
			343
			lerna malorum
			186
			lerii mali
			835
			lesbia regula
			333
			lesbiari
			1364
			lesbiis digna
			1078
			lesbius pryſis
			1371
			letale muſum
			503
			lencæus & ſcriptura non
			idem
			1283
			leui brachio
			240
			leuidenſe munus
			1259
			leua mens
			1394
			leuiſſima res oratio
			1109
			lex & regio
			1303
			lex in manibus
			1647
			liba coalemo
			1695
			libera Corcyra, caca vbi li-
			bet
			1438
			liberæ capræ ab aratro.
			1077
			liber non eſt, qui non aliqn
			nihil agit
			1781
			liberorum atmantior quam
			gello
			1600
			libetriis inelephantior.
			374
			libya ſemper adfert mali
			quip-

## Per ordinem Alphabeti.

quippiam	1342	locrenz pactum	868	lupi illum priores viderūt.	
lybica fera	1341	locrensis bos	1015	463	
ligna in syluam	443	loculi mēdicorum semper		lupi a tergo, præcipitum	
lignum ligno adglutina-		inanes	1067	à fronte	1243
re	364	locusta bouem prius pariet		lupi venatus	1174
lignum tostum, haud vi-		683		lupinum potum	943
quam rectum	1077	lolo victitant	643	lupis parcere	701
lingula non dignus	1456	longe manus	1235	lupus ante clamorem festi-	
limam addere	313	longe regum manns	109	nat	979
limen ostii tetigisti	1190	longis tibiis canere	335	lupo agnum eripere postu-	
lindii sacrum	863	longum proœmium audiē		lant	979
lineam ducere	235	di cupido	1797	luporum catulos alere	681
lingete sale	1520	longum valere iussit	750	lupus aquilam fugit	978
lingua amicus	1201	loquax talpa	1622	lupus circum puteum cho-	
lingua bellare	1078	loqui nescit, tacere non po-		ram agit	732
lingua his, at illis dentes.		test	865	lupus hiat	784
1170		loripedem rectus derideat.		lupus lupum, fur furem co-	
lingua iurauit	872	1151		gnoscit	788
lingua lapsa verum dicit.		lorum ex ipso boue sumere		lupus milesius	1082
417		158		lupus non curat numerum	
lingua non redarguta		lorum vna cum cane	1502	836	
1660		lotum gustauit	972	lupus in fabula	1384
lingua impetere	784	lucernam accendere possis.		lupus ouē prius ducat vxo-	
in linguam quicquid vene-		1743		rem	1353
rit	321	lucernam in meridie adhi-		lupus pilum mutat non mē	
lingua præconi	1354	bes	859	rem	1189
lingua quo vadis	709	lucernam olet	454	lusciniæ deest cantio	1309
lingua seorsum inciditur.		lucerna pinguior, & lecy-		lusciniæ nungis insidentes-	
1354		tho pinguior	867	693	
linum cādidum lucrī caus-		lucerna sublata, nihil discri-		lusciniæ somnus	1043
sa ducis	1171	minis inter mulieres.		lutea, pro vilibus	1097
linum lino nectis	504	1240		luteus	ibidem
lippis ac tōsoribus notum.		lucris bonus odor ex re qua-		luto lutulentior	1727
387		libet	1343	lutum luto purgare	601
lippo oculo similis	1749	lucrum pudori præstat.		lutum nisi tandatur, nō fit	
lis item ferit	1077	1344		vrceus	1196
lis mea est	851	lucrum cape à subeunte na-		lutum sanguine maceratū	
litæ	412	ui	1175	1076	
litem parit lis, noxa item		lucrum malum æquali di-		lux affulsit	978
noxam	523	spendio	1498	lybica fera	1341
litem mouebit, si vel asinus		lucrum vndecunq; captant		lychnobii	1534
523		1406		lydi mali, post hos Aegy-	
litem incipere	1382	lucta Phrynichi	1290	ptii	1076
litem ne quære quum licet		lumen solt mutuas	445	lydio more	ibid.
fugere	1244	lunæ radiis non maturefcit		lydius currus	733
littoris arenas furari	1048	botrus	1656	lydius lapis	330
littore loquacior	1039	lunam in tuum malum de-		lydo non erat negocium.	
littori loqueris	265	ducis	1144	976	
littus arare	253	lunam detrāhere	1453	lydorum caricæ	943
lityersam cantionem canis		lupi alds quæris	263	lydam in placinime prouo-	
1239		lupi decas	943	cat	1240
liuor quoque laudaret fac-		lupi etiam si meminisses.		lydus in meridie	942
ciem	322	993		lydus cauponatur	ibid.



# Index Prouerborum

lydus ostium clausit	941	literarum radices amaræ		magistratus virum indicat	
lynceo perspicacior	659	fructus dulces	2010	607	
lystratri diuitias habes.		locusta rufestris	1883	magna ciuitas, magna solitudo	838
1240		lucernas fraudare oleo.		magna loqui	716
		2033		magnetis more attrahere.	442
INDEX A P E N D I C I S		ludere inter lugentes	1983	magnetum mala	1069
PROVERBORUM.		lumbos fractus vt Myfius		magnorum fluminum nauigabiles fontes	213
		afinus	1917	magno flumini riulū inducis	1117
<b>L</b> Abra non palatum rigat	1825	lumen felix & faustum sit	1800	magnum os anni	954
lacinia obtinere	1991	lusciniā in cauea non canit	1952	magnum versator in re pusilla	1240
laconice cenat	1821	lusciniā musarum	1794	mala attrahens vt Cæcias nubes	314
lacrime Simonidis	1893	lutea progenies	1963	mala extrema extremorum	1212
lamiam vti nutrices	1898	lydia arena	2013. 2017	mala auis	995
lamæ turris	1996			mala bona	288
lapidem nitidum adorantes.	1851			mala mallis	1784
				mala senium accelerant.	1418
lapides ad filum	2019			mala vltro adsunt	1485
lapis ad funiculum	1969	<b>M</b> Achæra tibi est, & nobis vrbina	1033	malem legens, quæ sunt domi obliuiscere	833
lapis molaris	1920	machinamentum megareicum	785	male parta, male dilabuntur	463
lapitha	1846	machinas post bellum ad ferre	1108	mali bibunt improbitatis seccum	1075
lari vita	1875	macilenta manu pinguem pedem	1516	malicia varia est	723
lecytho nihil cum strophio	1882	macilentior leotrephide,	1638	mali commatis	1145
legatus sine mandatis	1988	macmata hostia lenior	882	mali corui malum ouum	536
legem patere quam ipse tuleris	2018	macle virtute	824	mali fontem sibi reperit	76
lemnii & Imbrii	1914	macula, labes	1733	mali principii malus finis	1720
lemnius obtutus	1856	madusa	1717	malis auibus	89
leonem subula excipere.	1989	mæandri	1537	malis ferire	846
leo prius, nunc leporem agit	1922	mæsonica dicteria	1649	tralis mala succedunt.	1408
leporem studium crepitus terret	1861	mænia semper amidis	1504	malis non cedendum	1389
lepus leonem trahit aureo laqueo	1832	magdari	1618	malis ter mala	1216
leuato velo de causa cogno scere	2034	magarensium lacrymæ	664	mali thripes, mali ipes	1075
lex Astinani	2034	magdalia canem alens.	1438	malo accepto stultus sapit	57
libera in Cynadra aqua.	1916	magis gaudet eo, qui senectam exiit	1367	malo asino vehitur	1634
liberi Deorum inuulnerabiles	2997	magis ipse Phryx	999	malo male euenit	1383
libertæ Romana & Latina	2010	magis impius Hippomene	1073	malo nodo malus querendus cuncus	111
licynii, & licynium fulmen	1846	magis mutus quam pisces	290	malorum	
ligonibus aureis terram fodere	2001	magis quam sol Heracliti	1644		
lincam mittere	1994	magis sibi placet, quam Peleus in machæra	1000		
lippus oculus solis radios non fert	1917	magis varius quam hydra	102		
		magistratum gerens, audi & iuste & iniuste	982		

## Per ordinem Alphabeti.

malorum meminisse	686	diisse, scdum est	1021	mars haud contentus sua ip-	
malorum obliuio	1379	manum ex ore dare	1761	sius arma	1216
malorum panegyris	1672	mantica in tergo	397	marsi initio laudatus obfi-	
malorum thesaurus	136	nianticulari	1369	lios	1289
malo vni obnoxium.		manubrium e manu exime		mars rex	1431
1479		re	1444	martem tueri	1222
malua mollior	430	manuari	1604	martis nostro	350
malum bene conditum ne		manu longa & manu breui		martis campus	963
mouerit	79	tradere	1600	martis pullus	1216
malum bono pensatum.		manum admouenti fortuna		maschalam tollere	998
1410		na est imploranda	736	masculum	1738
malum consilium	115	manum admouere	1504	massiliam nauiges	808
manere apud matrem.		manum de tabula	182	matellæ immittere	319
1691		manum prudens immitto		materiæ probæ probus arti	
malum est bonum	1495	in flammam	1290	sex	1290
malum hercules	1073	manum habere sub pallio .		matiolechus	1498
malum lucro coniunctum,		1074		matrem sequimini porci .	
non est malum	1345	manus conferere	1778	1682	
malum lucrum, æquale di		manus in sinu habere.		matris vt capra dicitur .	
spendio	1158	1070		1068	
malum malo medicari.		manus longæ	109	matulam porrigere	334
111		multæ manus onus leuius		matura satio sæpe deci-	
malum munus	1496	reddunt	1807	pit, sera semper mala est	
malum vas non frangitur		manu ferendum, non thy-		59	
1494		laco	1121	maturo fias senex	149
malus cum malo collique-		manum habere sub pallio		maturoior morio	1635
scit voluptate	795	1074		maza esurienti	843
malus ianitor	1483	manum non verterimi.		mazam pinxit à me pi-	
malus choraules bon <sup>o</sup> sym-		183		stam	1064
phoniacus	1709	manu ferendum, non thyla		mazam scarabeo	1065
malus nullus hoc sciet.		co	1121	maza post panem bona.	
1219		manu vtraque adesse	532	843	
mamacuthæ	1548	manus manum fricat	60	mazonomum cautio	652
manendum domi	1400	maras	1448	mea est pila	851
manenti vincendum, aut		mare aureum	531	medicus multorum instar	
morendum	1154	mare cælo miscere	216	478	
mancipi pera	1612	mare exhauris	1375	medicus oratio	1142
mandare laquæum	845	mare inexpugnabile	714	medis aliquid relinquere.	
mandrabiuli more res suc-		mare prius vitem tulerit.		172	
cedit	148	847		medium ostendere digitum	
mandragoram bibere	1585	mare proluit omnia morta-		845	
mandroni fuit scirulna na		lium mala	1220	medius teneris	268
uis	1579	mare salsum esse è paucis		medullitus	1763
manduces	1677	guttis cognoscitur	544	medus his nõ insidiabitur	
manere apud matrem	1691	margites	794	1086	
mannii Ariciæ multi.		maris fossa aquam	1168	megarenses neque tertii, ne	
1072		marinam auditionem flu-		que quarti	672
manibus nihil non fit.		uiali abluit sermone.		megarensibus nunquam	
1350		1190		1:96	
manibus pedibus	237	maritimi mores	1608	megarensium lacrymæ	804
manica	1533	maritimus quum sis, ne ve-		megaricæ sphinges	954
maniuoro vinculo	1073	lis fieri terrestris	1255	megaricum machinamen-	
mansisse diu & vacuum re-		mars communis	1647	tum	785

Megari-

# Index Prouerbiorum

Megaricus risus	320	metam belli tempore neq.	miles siculis	1282
Meis telis vulneror	74	serito, neque edito	militauit cū Erasimade	1070
Melápygum ne incidas	650	in mentem quicquid uene	miliu terebrare	1643
Melaniōne castior	1068	rit	miliū torno sculpere	1069
Meliaceum nauigium	1067	mentis bonæ bona opera	miliu adorat	1289
Meliza fames	560	377	milius quantum non ober	
Meliores nancisci aues	955	mentiantur multa canto	ret	1288
Melitæus eatulus	1541	tes	mineruz selem	583
Melitide stultior	1548	meos corymbos nesto	mineruz suffragium	1234
Melius nobis est quam heri	1130	mercator est	cum Minerua manum quo	
Mella poetica	138	mercator nauiga & expone	que moue	350
Melca pzfocatio	504	1590	miniatura cera notare	312
Melle poto Glæucus resurre		mercenarium pzfconium	ministrabo mihi balneum	
xit	1001	1712	590	
Mellelitus gladius	503	merces amico constitnatur	minimo pro uocare	1300
Melle temetipsum perun-		1679	minis trib. in sumpris dua-	
gis	1067	mercuriale	decim impurat	828
Mellis medulla	955	mercurio dextro	minore finire pomerio	1301
Memorem cōpotorem odi	286	mercurius infans	minus de istis laboro quam	
Memorem mones & similia	114	mercurius non è quouis li-	de ranis palustribus	128
Memoria iucunda pzfeteri-		gno fingitur	minus habet mētis quā Di-	
torum malorum	1705	mercurius superuenit	thyramborū poetæ	706
Me mortuo terra misceatur		mercurius vtriceps	minus animi, aut plus potē	
incendio	216	merhæ ac Siloam flumina	tiz	1492
Mendacem memorem esse		seiuñta sunt	minutula pluuia imbrem	
oportet	795	merx vltronea putet	parit	169
Mendacium vtile	1178	messens miserā metere	mirnillo	626
Mendax Atraphaxis	1510	messena seruilior	mira de lente	1575
Mendici pera non impletur	866	messe tenus propria viuere	miscetis sacra pphanis	217
Mendico ne parentes quidē		396	miserior mouomachis	
amici sunt	1483	messis in herba	1639	
Mendici oculi semper inane		messis tempus boues expe	miserimū fame mori	1299
nes	1067	ctantes	mithragyrtes nō daduchus	
Mēdicus etiam plurimum		metam pzfstitnere	1685	
in loco potest	742	metiri digitis	mitior malua	430
Meneles alia, porcellus alia		metum inanē metuisti	mitior columba	1302
loquitur	1107	metus infamię	mitte in aquam	689
Mensa communis	344	metus & pudor	mittere manum in flamma	
Mens cœli terræq. regina		micare in tenebris	1290	
1775		midæ diuitiæ	modo pleno	1722
Mens cuiq. deus	709	midas anritulas asini	modo demetiar	1066
Mense maio nubunt malæ		midas in testaris consultor	modius salis absumendus	
233		optimus	priusquam sidas	637
Mens est in tergoribus	701	mili curæ erit hoc nego-	modo palliatu, modo toga	
mens læua	1394	cium	tus	1689
mens non inest centauris		mihī ista curæ futura sunt	mœnia ferrea	1219
1066		1423	mœnia ferrea, non terrea	
mens peregrina	1301	mihī istic nec seruitur nec	1220	
mens videt, mēs audit	1567	mititur	mœnia pro opibus	448
		393	mœnia Semiramidis	1504
		milesia stragula	molam qui vitat, vitat & fa-	
		milesia stromata	rinam	1202
		ibidem	molesia necessitas	1705
		milesij quondā strenui	molesius	
		550		
		milesius lupus		
		1082		

## Per ordinem Alphabeti.

molestus est, sediam assue-	mortuos videns	1299	multę rotę voluentur	1524	
uimus	1059	mortuum flagellas	257	multam sylvam gestas	1304
molestum sapientem apud	mortuum vnguento perun-		multa noris oportet, quib.		
stultus loqui	1066	gis	1192	deum fallas	1071
molestus interpellator ven-	mortuus iacet pedens ibidē		multa novit vulpes verum		
ter	1410	mortuus per somnum vaca-	echinus vnum magnum		
molli brachio, leui brac-	bis curis	1437	281		
chio	240	moricho stultior	1026	multas amicitias silentium	
mollior cinzdo, pepone,	moscus canens Bæoticum	1208	diremit	642	
malua	430	mothonem a remo aufer	multi discipuli præstantio-	1260	
molon	1273	1165	res magistris	361	
momo satisfacere & similia	321	mouere calculos	309	multiq. bouiq.	
321		mouere Camarinam	79	multi boum stimul	
munitor adiuvat	347	mouebo talum a sacra linea	53	multi manii Aricię	
monosyllabus	1214	53	multis irundinibus opus	410	
mons cum monte non mi-		mox sciemus melius vate	est	1072	
scetur	1197	1421	multis ictib. deticitur quer-	469	
monstrum alere	858	cula vbi pepererit	cuis	522	
monstro cui me fortuna im-		multa allium, æsalienum	multis parasangis præcur-		
plicauit	1043	cepe	798		
montes frumenti	1728	multetro bibere	multi te oderint, si te ipsura		
mōtes aureos polliceri	531	682	amas	1072	
mopso Nisa datur	899	mulgere hircum	multitudo imperatorū	948	
morbū morbo addere	112	multi asinis quantum præ-	riam perdidit	1402	
mordere stratum	236	stant	1122	multitudini cedendū	
mordere labrum	1363	multi Mariani	1550	multorum festorum Louis	
mordicus tenere	240	mulierem ornat silentium	1466	glandes comediati	
more Carico	1624	1466	mundus vnus nō capit duos	482	
more Romano	1701	mulier imperator, & mu-	soles	702	
more Aristylli	1682	lier miles	839	muneribus res agitur	
more cyclosum	1681	mulieri desunt verba	1311	1381	
more galli domi pugnas	1690	multi Mariani	3550	muneribus vel dii capiun-	
1690		mulieri ne credas, ne mor-	1071	tur	
mores gemmei	1095	tuę quidem	1302	181	
mores regioni respondent	1502	mulieris animus	1302	947	
1502		mulieris oculis	1337	munerum corruptela	
mors omnibus communis	1393	mulieris iusiurandum	407	1406	
1393		mulieris podex	1302	munus lenidense	
mors optima rapit, deterr-		mulier mala	714	1259	
ma relinquit	1399	mulier pudica ne sola sit v-	1399	munus exiguum, sed oppor-	
mortalis deus	337	quam	1071	1408	
mortui non dolent	1785	mulierum exitia	1071	murę cepit decipula	
mortui non mordent	1299	multa cadunt inter calicem	270	1243	
mortuis non cōiutiandum	1419	supremaq. labra	270	murę obstrepente etiam ti-	
1419		multa dicere, & opportuna	167	met	
mortuo mederi, senem ad-		non est eiusdem	1482	862	
monere	149	multa docet fames	1070	murē pro leone ostendie-	
mortuo verba facit	265	multa in bellis inania	1758	1110	
mortuo leoni & lepores in-		multę manūs onus leuius	806	muris circum currentibus	
sultant	1660	reddunt	109	1518	
mortuos rursus occidere	1772	multę regum aures, atque	1138	1072	
1772		oculi	842	1599	
mortuo vilior	1765		643	948	
			791		
				Mus	

# Index Proverbiorum

mus non ingrediens an- trum cucurbitam ferebar 1208	myfortitus es 1486	melanurum perca sequitur 1850
mus non vni fudit antro 1750	myforum ac Phrygum ter- mini discreti sunt 837	mel summis digitis deliban- dum 1901
muscæ 1644	myforum postremus 391	mensa Alcinoi 1878
muscæ improbitas 1390	myforum præda 614	mensa Ciceronis ibidem
muscæ quoque splen est 1254	myforum vltimus nauig. 391	mensæ Siculæ, Asianæ &c. 2028
muscas depellere 1359		mensura aquam bibens 1925
muscas præteruolantes me- tuere 3018	INDEX APPENDIC. PROVERBIORVM.	mercurii catena 1858
musco lapis volutus haud obducitur 1239	<b>M</b> agni pisces paruulos comedunt 2041	mercurii typus 1815
muscum demettere 1169	male discitur sine moribus eloquentia 2009	mercurius bifrons 1811
musicam docet amor 1569	malorum esca voluptas 2020	mercurius ipse ne cum mu- sis sanarit 2010
musicam nescio 492	mandibulis alienis ridere 1913	metere in aceruum 1941
musicam ne vitias 1498	manum male reiciias, 1831	milesia fabula 2026
musicæ occultæ nullus re- spectus 463	manissa absouia vincit 1804	minutz calculus 1343
musicæ viuere 767	manuarium æs 2017	minuit præsentia famam 2003
musis iratis 62	manubrium eripere 2000	mitheus cum sit, Agamen- nonem simulat 1985
musis sociis 1312	manu ignauus, mente piæ sens 1849	mithrii pœnas sustinere 2016
vel mus mordeat virum im- probum 522	manum præteritis, & pedem potrigis 1880	mittere lineam 1994
musoparagos 1741	manus Briarei iniicere 2017	molaris lapis 1920
mus picem gustans 791	manus in Aetolis, mens in Clopidis 1918. 1986	monetq; veteris 1907
mustelæ seuum 235	mappam mittere 2003	monitor capras age. 1910
mustelam habes 157	mareaminum non indiget 1943	morimi versus quis descri- pserit 1925
mutabilior metra Erisich- thonis 1206	mare & ignis ventis seruiût 1965	mugilis vitam ducere 187
muti citius loquentur 1587	mariaandinus tibicen. 1890	multatore rei publicæ pestis 1959
muti magistri 121	mariandinis calamis Ioni- cos modos sonare 1347	mulgens hircos sanguinem ducit 1924
mutuas operas tradunt 470	maris filii 1345	mulieres pulchræ, sed in Pa- ro aqua frigida 1998
mutua defensio tutissima 1386	maris mors 1843	mulieri & gremio non cre- dendum 2029
mutus Hipparchion 983	massilienses mores 2023	mulier Hercules eadem non intrat 1932
mutus magis quam pisces 290	matræz beluam alit 1889	multa bene comparata &c. 2018
mutus magis quam scapha 1007	matulæ modus est 2033	multa noris oportet quibus Deum fallatur 1071
mutuum fricant senes 471	matutinum oderût, vesper- tinum amant 1838	multa te oderint, si te ipsum amans 1072
mutuum nulli scabunt 470	maxillæ edentulæ 1947	multis brachiis æqualis 1805
mutuum testimonium 469	medica mensa 1956	multum nauigauit aque 2006
myconius crispus 632	mediocritas omnis virtus 1431	mulum de asino pingere 2015
myconius caluus 632	medium sequere 1873	
myconius vicinus 1298	megabyzi sermones 1830	
myconiorum more 1674		
myconius conuiua 632		
myconus vna omnia 834		
my facere 474		
mylus omnia audiens 96		

murus

## Per ordinem Alphabeti

musus Semiramidis	1822	ne alii quidem caput	1363	dignum	1636
musarum fauus	1828	ne altero quidem pede	594	ne minimum calidum hoc sit	
musarum Lulcinia	1794	ne Apollo quidem intelli		modo	876
musas hortari, ut canant		gat	1588	ne respiciens quidem a ter	
1791		ne bestię quidem ferre pos		go	167
musicus apparatus	1802	sent	1710	neq feritur, nec metitur mi	
mus in pera &c.	1035	neholus quidem relictus		hi	393
myricę citius poma ferent		1267		neq sibi nec aliis utilis	877
2001		ne bos quidem pereat	1558	si quercus loqueretur	
missi Pythię talenta	2013	nebulę in pariete	829	1118	
myforū more clamar	1892	nebulas diuerberare	1298	nectaris flos	269
N		neq animans, nec inanime		neq vno dignus	478
<b>N</b> Azra & Charmione		1614		neq utilis, nec inutilis	1198
1297		neq apud homines nec in		ue decima quidem Syracu	
nam illi iam non sunt, at		mari	1689	sanorum pars	833
qui sunt, mali	1042	neq caput nec pedes	1752	ne de lite pronuncies	1119
nannacus	1448	neq aures habeo, nec tango		ne depugnes in alieno nego	
nanus quum sis cede	1503	1287		tio	1387
nare sine cortice	491	neq ara nec fides	1351	ne dii quidem a mortelibe	
nasō suspendere	481	neq Catonem quidem crede		rant	1401
nasturcium edere	501	rem	1584	ne pudeat artem	1786
nasturcium obruere ibidem		neq catulus quidem relin		ne Excectides quidem viam	
nasus	392	quendus ex genere malo		inuenerit	922
nasum fumantem vsq necē		598		ne salines	1526
taueris	1276	neq cum bonis nec cum ma		ne genu quidem flexo	649
natare non didici	704	lis amicis cerrandum	784	negocium ex ocio	1063
natum non nouit	406	neq currimus nec remiga		negocium meum non est,	
naturam expellas furca, ta		mus	1683	multum valeat	1065
men vsq̄ recurrit	953	neq deus nec homo	1690	negocium nō aptum	1405
nauci non facio	476	neq dignus qui me intuca		negocium ruminare	1364
naues onustę conuiciis	510	tur	1383	negry quidem	475
naustragium commune		neq elephātus ehiberet	1619	ne gustaris quibus nigra est	
1497		necellarium malum	288	cauda	24
nauibus atq. quadrigis	238	necellitas feriis caret	770	ne Hercules quidem aduer	
nauigare cum deo.	661	necellitas ingens telum	770	sus duos	298
nauigare cum felicibus	179	necellitas molesta	1705	ne incedis per ignem	1609
nauigatio ad mensam	227	necellitas magistra	1649	ne incalcitatus in montes	
nauigatio iuxta terram	163	necellitati ne dii quidem re		1609	
nauigationis socius	1774	sistunt	771	ne in neruum erumpat	917
nauis annosa haud qua quis		nec hieci credere	227	ne insciens quidem verum	
nauigabit per mare	953	neq in funerali cœna laudan		dicit	1719
nauem in portu mergis	324	dus	665	ne inter apia quidē sunt	612
nauis aut galerus	106	neq mulieri, nec gremio cre		ne alia comedas & fauas	
nauis vna non vchit.	1453	dendum	1554	1437	
naulum perdere	1079	neq musicam scio	491	ne in tōstrinis quidem	662
nauphracton tueri	1062	ne cœra bouem opta	1057	ne intra vestibulū quidem	
nauson naxcrati	1064	ne cuius dextram inieceris		1060	
nauticę vsurę	1713	25		ne Iuppiter quidem omni	
naxia cos	304	neq obolum habet,	198	bus placet	969
ne Acosopum quid triuisti		neq omnia, nec passim, nec		nelibariis diis, &c.	35
912		ab omnibus	817	neligula quidē dignus	1456
ne à chytropode cibum mū		neq propius ferire	934	ne maior thylaco accessio	
dum	355	neq crepitu quidem digiti		1487	

# Index Proverbiorum

ne mercurio quidem crede- rem	1632	neq; compluitur, neque fo- le aduritur	878	nestorea eloquentia	147.
nemesis adest	919	neque cum malis, neque si- ne malis	1061	nestorea senectâ	385
nemesis in dorso	1156	neque dicta, neque facta.	1684	netemere Abydum	468.
nemini fidas, nisi cum quo prius modium falis ab- sumpseris	637	neque enim ignari sumus.	1417	netemestas quidem noce- re potest	1711
nemo bene merito bouem immolauit, præter Pyr- rhiam	810	neque intus, neque foris.	1576	ne terra quidem iuuit.	1198
nemo bene sperat, nisi &c.	38	neque Lydorum caricas.	1557	neteruncium quidem, &c.	477
nemo cogêdus amicus i382		neque mel neque apes	383	netria quidê Stefichori no- sti	1061.
nemo cogêdus officii cau- sa	1410	neque natate, neque literas	236	ne via quidem eadem cum illo vult ingredi	713
nemo læditur nisi à seiplo	1297	neque nullis sis amicus, ne- que multis	1298	ne vidit quidem oleum.	1525
nemo malus hoc sciet	1219	neque pessimus neque pri- mus	1528	ne vitius musicam	1498
nemo natus	1725	neque quantum lusciniæ dormiunt	1043	ne vni naui facultates.	1523
nemo nos insequitur	1220	neq; terræ motus timet ne- que fluctus	1669	ne vnquam viri senis.	977
nemo omnibus horis sapit	825	ne quicquam sapit, qui sibi non sapit	351	niba coccyssante	1197
nemo quæquam prohibet ire publica via	1262	ne quid moueare verboũ strepitu.	1394	nicostrati more	1311
nemo sibi nascitur	1625	ne quid nimis	402	niger infamis	309
nemo sine crimine	826	neqd suo sunt capiti	1122	nihil ab elephante differit	1060
ne moue festuam	1207	ne quis vnquam Megaren- sis	1296	nihil ad Bacchum	839
ne moueto lineam	572	ne ramenta quidem, ne fe- stuca quidem	578	nihil ad fides	303
ne musca quidem	678	ne inficiens quidem verum dicit	1719	nihil ad Parmenonis suem.	44
ne my quidem	474	ne rebus prosperis mihi ve- nias	180	nihil ad versum	308
ne nimium calidum hoc sit modo	876	neruis omnibus	237	nihil agere	1306
ne nomen quidem	1524	neruos incidere	1282	nihil aliz ciuitates ad Cro- tonem	1424
neoptolemi vindicta	97	ne sacrificato sine farina.	35	nihil cum amaracino sui	247
nepam imitabor	1466	nescis quid seruus vesper ve- hat	408	nihili cocio est	1500
ne paspalam quidem	579	nescit cap. & inguinis di- scrimen	947	nihil est ab omni parte Bea- tum	1132
ne patris quidem nomê di- cere possit	1117	ne si ad Iouis quidê aulam	1743	nihil est, aut nil curæ est	1756
ne per somnium quidê	205	ne si bos quidem você ædat	1117	nihil de vitello	1507
nephalia ligna	1061	ne spina quidem vulnera bit boia	1297	nihil desperandum	900
nephali um sacrum	1062	ne sutor vltra crepidam.	349	nihil differit a Chæzephon- te	1060
ne pictum quidem vidit.	1586			nihil dulcius quam omnia scire	1757
ne pudeat artem	1786			nihil est ab omni parte bea- tum	1132
ne puero gladium	862			nihil est miser⁹ quam ani- mus conscius	1734
ne præceps fueris ad iuran- dum	1658			nihil ex agro dicis	1297
ne propius ferire	934			nihil graculo cum sidibus	247
ne quærias deus esse	1689			nihil	
ne quære mollia, ne tibi cõ- tingant dura	922				
neque cælum neque terrâ attingit	301				

## Per ordinem Alphabeti.

nihil graue pass. es, nisi	1297	non absque Theseo	289	non interpellandus fameli- cus	1378	
nihil homini amico est op- portuno amicus	1459	nō admodum misces	1484	non liberat podagra cal. cus	1549	
nihil inanius, quam multa scire	1648	non bene imperat, nisi qui paruerit Imperio	38	non licet bis in bello pecca- re	1112	
nihil intra est oleam, nil extra est in nuce duri.	562	nō capit somnum, nisi hoc auxillud fecerit	1354	nō luctu, sed remedio opus	1399	
nihil minus expedit, quam agrum optime colere.	1340	non cedendum malis	1389	non magis quam canem.	1753	
nihil potest nec addi nec a- dini	1667	non certatur de oleastro	1097	non magis quam lupis par- cemus	704	
nihil profuerit bulbus.	1481	non Chius, sed Cius	697	non mouenda loqui	1772	
nihil recusandum quod do- natur	1417	non contis aut ramulis &c.	1622	non mouenda moues	382	
nihil sacri es	483	non curat numerum lupus	856	non nauigamus ad Hippo- laitas	1476	
nihil sanum	489	non decet principem solidā dormire noctem	983	non nauigas noctu	1501	
nihil sale vtilius	1715	nondum sacrificata deuo- rat	355	non nostrum onus, bos cli- tellas	1058	
nihil sine ope diuina	1402	non e quercu aut saxo	1665	non nouit natos	406	
nil intra est oleam, nil ex- tra est in nuce duri.	562	nō e quouis ligno fingitur Mercurius	874	non omnes qui habent ci- tharam, sunt citharedi	410	
niobes mala	1193	non eras in hoc albo	428	non omnia eueniunt, quæ in animo statueris	1109	
ni pater esses	954	non est amicus qui desit	756	non omnia possumus om- nes	805	
ni purges & molas, non co- medes	1059	nō est beatus, esse qui se ne- sciat	1564	non omnibus contingit.	1414	
nisi erura ei fracta fuissent	1590	non est cuiuslibet Corin- thum appellere	226	non omnibus dormio	341	
nisi si qua vidit auis	705	non est curæ Hippocliidi	579	non omnibus seruio ibid.	nō omnino tenere est quod vulgo dicitant	354
niti contra torrentem.	1147	non est Dithyrambus, si bi- bat aquam	1503	non omnis fert omnia tel- lus	1527	
nitro	1776	non est eiusdem, multa & opportuna dic	167	non oportet hospitem sem- per hospitem esse	1701	
nitro caput asini ne laues.	1196	non est laudandus ne in ce- na quidem	950	non persuadebis, ne si per- suaseris quidem	969	
nix alba non est	563	non est dormitādum in pe- riculoso negotio	1394	non pluit, &c.	873. 1548	
nocte lucidus, interdum inu- tilis	1503	non est meum negotium, multum valeat	1005	non pluris quā simias	1576	
noctua aliud sonat, aliud cornix	1170	non est oleum in lecytho.	1367	non probantis	1376	
noctua volat	90	nō serenda arrogantia	1414	non pugnandum cum prin- cipe	1404	
noctua Laureoticæ	1001	non filius Achillis	1538	non omnibus eadem insa- nia	1428	
noctuinum ouum	651	non habet cui indormiat	1739	non quiduis contiget quod optaris	1417	
noctu nauigare	1501	non huc nauigatura bonis viris	227	non quiuis sus hoc sciet.	1219	
nocuit & nocebit	1388	nō inuenta victoria	1391	non semper erit æstas	1516	
nondum in scyrpo queris	848	non idem sunt scriptura & Leucus	2283	non sine diis	1129	
nominis proprii obliuio.	ibidem	nō incedis per ignem	1609	non soli Atridæ amant vxo		
non ab Hymerro	1744	non inest illi dentale	1426			
non abiicit animum	1407					



# Index Prouerbiorum.

res	16 10	nox humida	1296	nunc dii beati	956
non statim decernendum.		nuce casta non emam	477	nuntio nihil imputandum	
1382		nucem frangit quid nucem		1774	
nō statim finis apparet	1582	nucleum esse vult	1041	nuntius bonus honore dignus	1108
non statuat lezna in machēra	1057	nuces relinquere	294	nūc in regionem veni	1056
non sum diuinus	191	nuces abiicere & similia	294	nūc ipsa floret mīsa	1190
non sum ex istis Heroibus,	875	nucleum amisi, reliquit pigriori putamina	1054	nūc ipsa bibit sapientia	ibidem
non suscipiendum negotiū temere	1407	nudz gratiz	967	nunc leguminum messis.	956
non tam ouum ouo simile	278	nudior paxillo	1900	nunc tuum ferrum in igni est	1558
non tam lac lacti simul	279	nudior leberide	54	nunquam efficies vt recte ingrediatur cancri	1352
non tam aqua simisi aque ibidem.		nudo capite	1236	nūquam ex malo patre bonus filius	362
nō videntis manticz, quod in tergo est.	397	nudo mādas excubias.	1055	nunquam expugnabit vrbem	1576
non vna manu capere	1575	nudo vestimenta detrahere	261	nunquam enim meos boues abegerunt, nec equos	986
non vna vehit nauis	1453	nudus nec a centum viris spoliari potest	ibid.	nutricis pallium	1764
non vulgari ancora nititur	1576	nudus tamquam ex matre	1007	nutricum more male	1262
nosce ipsum	400	nugz sicutz, Persolz	814	nymphz Baccho conueniunt	749
nosce tempus	451	nugz theatri	1722		
nos decem Rhodienfes, decem naues	968	nugas agere	267		
nostro Marte	350	nulla cadidorum virorum vtilitas	1296		
nostiz rinz	1270	nullam corporis partem.	1732		
nostris ipforū alis capimur	376	nullam hodie lineam duxi	235		
notz eiusdem	1268	nullius coloris	1724		
notare vngni & similia	312	nullius indigens deus	1054		
nota res mala, optima	1058	nullo in numero esse	673		
notum lippis, ac tōforibus	387	nullo scopo iaculati	1270		
nouacula in cotem	49	nullum animal, quod animal	677		
nōua hirundo	381	nullum ocium seruis	775		
noua Hymettia, faterna ventera	729	nullus dies omnino malus	1746		
noui nummi	1684	nullus emptor difficilis bonū edit opsonium	1198		
nouercale odium	744	nullus malus magnus piscis	803		
noui Simonem & Simonem	875	numerus Platoniceis obscurus	1297		
nouitas grata	1398	numerus	761		
nouit hæc Pylea & Tytygias	969	numinis ira tenuitabil.	1784		
nouit mala & bona	1417	nummo addicere	1698		
nouit quid album, quid nigrum	404	nummum plumbeum non credam	1357		
nos os parans amicos ne obliuiscere veterum	1208	nummus plumbeus	1751		
nouum cribrum nouo paxillo	1763	nunc bene nauigauit, quum naufragium feci	1056		
		nunc cōtingat seruari	1055		

## INDEX A P E N D I C I S P R O V E R B I O R V M .

<b>N</b> Auis Salamina	2034
nauplius, quasi Caphareo rediens	1824
nausichlidis solitudo nec ver nec amicos	1825
ne ad Adonia quidē	1933
neadas superas vna clamore	1976
ne bazon piscis molestus sit	1897
nec mulieri, nec gremio credendum	2029
nectar spirat	1940
nec corticem quidem dededit	1897
nec vola, nec vestigiū	1953
ne hoc quidem male	2015
ne Mercurius ipse cum musis sanarit	2010
nemo comatus, qui nō praeciditur	1906
neptumni filii	2028
neque defraudat, neque marginem	

## Per ordinem Alphabeti.

ginem excedit	1934	demerunt	2005	oculus iustitiæ	1435
neq; Phasis mala eluat	1871	nummum quærit pestilen-	ibid.	oculus vicinorum inuides	1110
neronianas thermas refri-		gerat	1828	ocul <sup>o</sup> dexter mihi salit	828
ne salcm quidem dederit	1932	nunquam crateri legenam	2033	ocyor accipitæ	1390
ne Sannione domi relicto		imponas	2006	oderint dum metuant.	1050
1996		nutrit serum satuum do-		odi memorem compoto-	
nescit aranea sobolem	1818	minus familiaris	2006	rem	406
nescit se ipsum	2002			odi puerulos præcoci sapien-	
ne sol quidem sciet	1935	O		tia	1467
ne vicini quidem sentiunt	1978	Obedientia felicitatis		odit cane peius, & angue	
nidum vnum in arbore vna	2031	matæ	1584	1051	
nihil ad Persum	1977	obelob notare	310	odium agreste	672
nihil desperandum, & nul-		obelisco dignus	478	odium nouercaie	744
li rei fidendum	2015	obliquus cursus	968	odium vatinianum	743
nihil hydropico sicci <sup>o</sup>	1871	obliuionis campus	1048	odor lucri bonus ex quali-	
nil boni cogitat vir arri-		obliuio malorum	1379	betæ re	1343
gens	1948	obolus quatuor non emam	1028	odorati	392
niliaciis cataractis	1928	obli exiguum pretium	1273	oedipi imprecatio	446
niobes archetypum	1808	obulum non habet vnde re-		oenoc charadram	839
nobilitas in astragalus	1343	stim emat	198	oestro percitus	1011
nodorum vincula textentes	1972	obolo dignus	1726	oeteus genius	1308
nola in cubiculo	1941	obolũ reperit Parmetes	963	offa etiam bone post panem	1842
nondum incuruam cerui-		obsequium amicos, veritas		officium humilium	1415
cem iuppiter habet	1859	odium parit	1047	officium ne collocaueris in	
nondum omnium dierum		obtrudere palpum	1295	innitum	1413
sol occidit	1995	obtrudas frustra vclut vnda	1204	officii causa cogendus ne-	
non est cuius recte condi-		obuiis vlnis	1048	mo	1410
re	1866	occasio dea	452	ogygia mala	1046
non hodie, aut heri insitu-		occasio præmenda	1404	olearii velabrum	1369
tum	2005	occasio mali tollenda	1415	oleo baccæ egent	1688
non omnia per bouem obri-		occasione duntaxat opus		oleo incendium restinguere	113
nebis	1888	improbitati	664	oleo nitidius	1747
non propter pedi cum lira		ociosus esto	1402	oleo tranquillior	429
discidium	1834	occipitium oculos habet	1196	oleum & operã perdidit	255
non radi debet, sed tonderi		occisionis ala	1155	oleum in auricula ferre	316
pecus	2018	ocium seruis nullum	775	oleum non est in lecytho.	
nõ soli Attride vxores amãt		ocno funem torquet	263	1367	
2036		ocstipodem excitas	79	oleum non vidit	1525
norma Polyæleti	1901	oculata dies	486	oleũ & sale m oportet emere	1295
non tractet ignarus habenas	1888	oculataz manus	486	oleum camino addere	112
nonus iste Palephatus	1962	oculatus testis, & auritus re-		olitor oportuna loquẽs	337
noxa caput sequitur	2034	stis	926	olitorẽm odi qui radit	1343
nox gubernatorem prudentem terret	1813	oculis ac manibus	1723	olliam ne comedas	1639
nubes captat, dum vitat lumum	2037	oculis fixis intueri	1043	ollæ amicitia	286
nummis sparsis crimina re-		oculo vtioq; dormire	1447	ollæ fabariz toryna aurea	617
		oculis offundere puluerem	1044	ollæ vestigium in cinere tur-	
		oculis magis habenda fides quam auribus	106	bato	31
		oculitus	1763	olla	
		oculum excludere	1731		

# Index Prouerbiorum.

olla ipsa legit holera	446	omnibus oris nemo mortaliū sapit	825	oracula loqui	2744
olla lenticulam attigit	1634	omnibus communis mors	1393	orami foluere	908
ollam alere	1294	omnibus neruis	237	oratio effeminatorum curā effeminata	1032
ollam exornas	257	omnibus vestigiis inquire re	1474	oratio leuissima res	1109
ollaris deus	1308	omni certaminis genere	1411	oratio pharmacum optimū	1141
ollas lippire	672	omni deuorato boue, in cauda defecit	1208	oratio medicus	1141
ollas ostentare	709	omni pede standum	1114	orationis sculptura	222
ominabitur aliquis te conspecto	1484	omni telorum genere oppugnare	241	oratio vitę speculum	106
omissa hypera, pedem insequeris	1232	omnium calculis	313	orci culus	1086
omissis fontib. sectari riuulos	1776	omniū horarum homo	217	orci galea	1088
omissis nugis rem experiamur	1396	omnium rerum vicissitudo	448	orecti pallium texere	1449
omitte vatem	1050	omnium mores	1137	origanum tueri	1619
omnem iacere aleam	243	onobatis	1607	ornatus ex tuis virtutibus	231
omnem mouere lapidem	241	onus nauis	1190	orphica vita	1666
omnem rudentem mouere	242	onus tollenti auxiliare	31	osceloqui	1551
omnem vocē mittere	1617	operam & retiam perdidit	1735	osculana pugna	1551
omnesq; alienum cepe & multra allium	1203	operari	1777	osculante vno deinde oscitat & alter	1243
omne tulit punctum	313	operi incipienti fauendum	1689	os curetum	1131
omnes adhibere machinas	1587	oportet omnibus corydalis	1203	os inest orationi	1508
omnes attrahens vt magnes lapis	442	oportet agrum in beciorē esse	1594	ossa dea	354
omnes intus	1736	oportet remum ducere qui didicit	158	os sublinere	304
omnes laqueos effuge	1575	oppedere, & oppedere contra tonitrua	457	ostii limen tetigisti	1189
omnes sibi melius esse malunt quam alteri	210	opes concordia fulciuntur	1386	ostium mouet Lydus	241
omnia bonos viros decent	1049	optulandum re, non verbis	1392	ostium obdite prophani	1257
omnia chnaumata	1046	optat ephippia bos piger, optat arare caballus	388	ostrei in morem quem lupo commisisti	1682
omnia esculenta obsecris	1040	opta vicino vt habeat magis autem ollę	1254	Ouis <i>αροσδμαλ</i>	1138
omnia ex sententia cedunt	1390	optimum obsonium labor senectuti	1205	ouis cultrum reperit	545
omnia idem puluis	424	optima quidem aqua	1700	ouium mores	1138
omnia non possunt omnes	163	optima mors rapit	1399	ouium nullus vsus	956
omnia octo	423	optima domus	1414	ouo prognatus eodem	760
omnia prater animā	1704	optimis diuitiis non continent	1408	ouum adglutinas	257
omnia potentes	144	opus ad opus	1736	ouum ouo simile	279
omnia secunda saltat senex	1115	oraculum	467		
omnia similia	109				
omnia sapientibus facilia	1049				
omnibus armis presidiiq; delitutus	1395				

## INDEX A P P E N D I C I S P R O V E R B I O R U M.

**O** Boli duo quātum vbi que possunt 1998  
 octream capiti, tibię galeam adaptate 1988  
 oculis clausis agere 2012  
 ocyma cantare 2039  
 odium deponere balneum ingressus 2003  
 ornamaus rusticanus 1833  
 oleo fraudare lucernas 2033  
 olim pelagii, Danaidę postea

## Per ordinem Alphabè ti.

postea	1908	pape Myxus	1272	patrem suum nemo nouit	1069
omnem lapidem nitidum		papyri fructus non postulat	1160	patris est filius	1505
adorantes	1851	magnam spicam	1160	patris mali nūquam bonus	
omnia omnibus annuit	2018	parafangis multis preccurre		filius	805
omni fune remisso	2008	re	558	patrocli occasio	1272
omnis virtus est mediocri-		parcarum mater	771	patrocli foetidior	1213
tas	2011	parentem laudabunt infeli-		patrua lingua	829
onerariam petit, qui celocē		ces filii	1041	patrum esse, patruos (ape. 6	829
nequid regere	1960	pardi mortē adsimulat	844	pattione calumniosior	1114
orectis infantiam infantie		pares cum paribus facillime		pauciloquus, sed eruditus	1387
: 1966		congregantur	127	paupere picturatio	102
orectis somnium	1961	parentum consiliis	1378	pauper diuiti dās, petit	133
orectis somnium narrare		paratus ad ut unque	1378	pauper, sed ingeniosus	1416
: 2008		parat sibi malum qui alteri		paupertas sapientiam forti	284
oralilides cum Acylis ne		parat	1686	ra est	1509
contuleris	2031	peries dealbatus	1294	paxillo nudior	1100
ornamentum in luto digni		parieti loqueris	267	paxillū paxillo pellere	110
tas indigno	2001	pari lance & simil.	593	pax redimenda	1103
os duodecim salientū	1813	pariter remum ducere	1693	peccare bis in belle non li-	1112
ossa canibus prodo	1982	parit puellam, etiam si male		cet	787
otus, & othus	1864	adlit viro	957	peculum re non verbis au-	907
oues meridiantes	1979	parmula relicta	745	gendum est	1600
P		parni scaphula	862	pecunia absq; peculio	802
Pactoli opes	390	pernetes obolū reperit	963	pecuniz pedibus compen-	1609
pactum trāfactum	1737	paropsis malorum	894	santur	1004
paginam vtranque facere		par pari referre	61	pecuniarum cupiditas Spar	
817		parthi quo plus biberint		tam capiet, precterea nihil	983
palestra	1776	1730		pecuniosus damnari nō po-	1676
palmodiam canere	566	partitio non p̄focatio	1293	telt	608
pallio manum tegunt	1074	partire ex æquo	1490	pedem alterum in sepulcro	461
pallium orecti texere	1449	parturiunt mōtes, nascetur		habere	277
palmam ferre & similia	170	ridiculus mus	530	pedere thus	1351
palmarium facinus	1712	parturit Larus	ibidem	pede summo	1713
palpum obruderet	1295	parturit Cephphus	ibidem	pedetacito	631
palpari in tenebris	1359	paruo empras carnes	1505	pedentim	ibidem
palpo percutere	1444	parfetis semibobolus	918	pede tuo te metire	376
palumbem, pro columba		pasalam non habet	579	pedem dextrum in calceo,	1124
1110		passim coruos insequitur		sinistrum in pelui	1193
pamphi furtum	1482	534		pede vtroque standum	1144
panagxa Diana	1045	pastillos Ruffillus olet, Gor-		pedibus	
panaria ebrietas	170	gonius hircum	1045		
pancratiee valere	1021	pastoris boni est tōdere pe-			
pandelecias sententias	1449	cus non glubere	1343		
panegyris malorum	1072	patella dignum operculum			
panem albū pinso tibi	829	603			
panem ne frangito	35	paternas cantiones non ca-			
panicus casus	1339	nit	1097		
panidis suffragium	1113	patria sua cuique iucūdiſsi-			
panis bene confectus	829	ma	1411		
panis fractio	345	patriz fumus igni alieno			
panis lapidosus	1544	luculentior	120		
pannus lacer	797	patria ibi est, vbi bene	741		
		patris nomē nō nouit	1117		

# Index Prouerbiorum.

pedibus sedecim superauit 1238	diurnum	1381	philoxeni non	1177
pedibus utriusque claudicās 850	peribis si non feceris	1536	phocēsum desperatio	1528
pedibus ingredior, natāre enim non didici	periculo alieno cautus	769	phocensium excretio	378
pedibus in sententiam disce dere	periculo alieno sapiens	769	phoci conuiuium	1006
pediculi platonis	periculosum est canem inte- stina gustasse	822	phœnicia commutatio	994
pegaso velocior	periculū ne temere subeas 1407		phœnicæ rarior	949
petus Babys tibia canit	periculum prorę sellis	957	phœnicum more	994
peleus in machæra	perierunt bona	1274	phœnicum pacta	1273
pelle præ te fets, & non dicas 1243	per ignem incedis	1427	phœnicæ uia actor	661
pellem caninam rodere	perit sus	1471	phormionis thori	1058
pelopis talenta	perisfortata Campanica 1729		phrynichi lucta	1290
pellis Leonina	per manus tradere	1574	phryndas alter	1348
pellis vulpina	per medium annulum tra- haris oportet	527	phryges sero sapiunt	40
pellenza tunica	per nebulam per caliginem per somnium	207	phrygium mancipium	488
penelopes telam retexere 249	per parietem loqui	1234	phryx ipse magis	488
penicillare	perplexus, animique cōster- nati	1382	phryx plagis emēdatur	488
pennas decidere	per publicam viam ne am- bules	30	pica cū luscinia certat	508
pennas nido maiores exten- dere	perq; enses, perq; igitur oportet irrumperere	783	pica mus gustat	791
penulam æstate deteris	per satyrā	1657	picifer	1515
pensum persoluere	perficere apparatus	274	pictores liberi	1118
pepone mellior	persolæ nugæ	570	picura poësis tacita	86
pepones	personam mauult quam fa- ciem	288	pietas vultu sæpe læditur 1702	
per antiquum diem	perspicere ex fronte	811	pilam tenero more claudi 1151	
per anulum medium trahi 527	persuadebis! minime, ne si persuaseris quidem	678	pila mea est	851
perca sequitur sepiam	per tenebras quæ apud quer- cum	683	pileū donat, vt pallium re- cipiat	828
per crambem	peruicacia stultitiæ dat pœ- nas	1773	pilum iniicere	1023
perdere nulum	per transennam inspicere 1119		pili non facio	475
perdicis crura	perтусum dolium	411	pilo dignus	478
perdidisti vinum, infusa a- qua	phaiaridis imperium	611	pilos pro lana	508
peteant amici &c.	phallus deo	1204	pilus in medio	1740
petendinum ventum prædi- cere	phæra per præcipitiū	290	pingui mensura	1738
per enses, per ignē oportet irrumperere	phanax ianua	1264	pingui Minerua	63
per exitum funem ire	phani ostium	976	pinguis venter non gignit sensum tenuem	1292
per fluuium traducere	phaselatarum sacrificiū	958	pinus in morem	981
perfricare faciem	phasim vsq; nauigauit	836	pipere abundans, etiam ole- ribus immiscet	1194
perfricare os	phicidissare	1199	pireus non fert vasa inania 1626	
perfrictæ frontis	philippi gallus	957	pisca in aere	260
pergreccari	philippe tenuius	1583	pisca tor ictus sapient	56
per hastæ cuspidem	philonide indoctior	639	pisca sanior	1555
per harma aliquid facere 329	philothelus crater	1655	pisca aut florem olet	1572
periculi subitum reme-			pisca magnus nullus ma- lus	562



# Index Prouerbiorum

princeps sapit congressu sa- pientum 1286	profetus ad apaturia 1227	puer glaciem 710
princeps indiligens 1416	profundum fulcum 1174	pueris puer, in consilio fe- nex 803
principatus Scyrius 369	prolixius Iliade 1580	pueris odi præcoci sapien- tia 1467
principes iter se noti 1407	pro malo cane suem repo- scis 1290	puero gladium 32
principium dimidium to- tius 136	promeri canes 981	vel puero perspicuum 650
principium medium, finis 1666	promissa præstiturum 1399	pugna petacta uenit 1046
principi obtemperandum in omnibus 1775	promus magis quam con- dus 848	pugna verbis non re 1394
principiū fauor necessarius 1405	promus esto 1207	pugno tenere 1661
prior occupat 1401	pronomi barba 1472	pulchra noxa 702
priscis credendum 1735	proœmia magna de parua re 1215	pulchre fallit vulpem 1571
priscus antidotum quam ve- nenum 1520	properans nimium, serius absoluit 1274	pulchrorum etiam autum- nus pulcher est 213
priscus duo echini amicitia ineant 850	pro perca scorpionum 902	pulchrum sepulchri elogio 1700
priscus lupus ouē ducat vxo- rem 1552	propria uincta cadere 394	pullati de pace consultant 56
priscus quā assa sit farina 1187	protra & puppis 42	pullus tuus semper paruus 958
priscus quam gallus iterū ceci- nerit 1362	protei more 1217	pulmo prius uenisset 1577
priscus quam maclaris, exco- rias 1187	proteo mutabilior 730	pulmonis vitam viuere. 1790
priscus quam fortiaris, com- munia denoras 1287	proteruiam fecit 546	puluerem excutere 1011
probræ materis probus arti- fex 1190	protinus apparet, quæ plan- ta frugiferæ futuræ. 1471	puluerem oculis offundere 1043
pro beneficentia Agamem- nonem vlti sunt Achiui 902	provinciam capere aut tra- dere 830	punica fides 484
pro bonis glomi 1282	prouoluitur ad miluos. 1289	punicis malis omnibus in- est granum aliquod pu- tre 1106
probrum honestum 946	prudencia coniuncta cum viribus 1387	punctis omnibus 313
pro cæco exoculatus est. 1352	prudens inflamma mitto manum 1290	punctis singulis ibid.
procridis telum 981	prudenciores etate 1402	puncto non discedam 276
procul ab auribus nuntius veniat 1174	pruriunt dentes & siml. 828	puta a nuptiis 1037
procula Ioue 225	psallium iniicere 1665	purgatis auribus 855
procula a pedibus equinis. 223	psaphonis aues 167	purior clauo ibi.
pro Delo Calauriam 1499	pssecas aut ros 1044	purpura iuxta purpuram diudicanda 669
prodesse potest qui nocere 1405	quam apes apum similes. 279	purpura voracior 799
prodico doctior 1483	psydracia 1600	purus puram defluit aquā 1173
pro eleganti medico malus poeta 1241	psyra Bacchum 1229	pusillum pusillo addere. 522
proximum longum audiē- di cupido 1697	psyrica facta 615	pusillum quantus Molon. 1273
profani fores ocludite. 1257	ptolemaica lis 1289	puteum fodit iuxta fluuio 1206
	publica via ne ambules 31	puteus argenteus 1634
	pudebat recitare, & non au- debant suscipere 1139	putre sallamentum amat origanum 798
	pudor & metus 1392	pygæorum acrotinia co- lloso adaptare 1463
	pudor in oculis 665	pylea & Tytygias hæc no- uit
	pudori lucrum præstari. 1345	

# Index Prouerbiorum

nit	969	per eundem lineam reciprocare	2008	postica recipere, antica exclusum	1870
pylus ante pylum	1008	pergaza Diana	1808	postico discedere	1615
pyraustz gaudes gaudium	1186	perficax mensz &c.	2028	post vulnura clypeum sumere	2038
pyraustz interitus	552	persum legete nolo	1977	præ Nili cataractis	1928
pyrrhandri commentum.	1184	personam, nõ faciem gerit	2007	præ sente arboze ligna omnes colligunt	1964
pyrrichen oculis præ te ferens	1364	phœnicis instar reuinitere	1899	præ sentia famam minuit	2003
pyrrhias bouem immolauit benemerenti	810	phœnicium mēdaciũ	1811	præ mansum in os inferere	1075
pythagoreis taciturnior.	1113	pharmacis amaris amara bilis	1924	primus iter pastores Daphnis	1950
pythagorz symbola	23	pharus	2016	primus, medi <sup>9</sup> , nouissimus	2004
pythia & Delia eadem	935	phasis neq; mala eluat	1871	primus, secundus, tert <sup>9</sup> ibi.	
pythum versus via iterum atque iterum	1803	philoxeni codicillus	1954	prius quã ignitus lapis enatarit	1866
		phryx non minus, quã spintharus	1818	priusquam pinsueris fatinam subigis	1858
		pica Siuenem imitãs	1876.	pro amphora vrceus	2036
		2001		pro aris, & focis	2006
		pigmei, vel Thiodamas cũ Hercule	2019	problemata Archidemicum.	1993
		pigneum imponere colosso	1993	prodit crimen conscientia	2018
		pigris semper est festũ	2025	producere ad scamma	2009
		pilum vulpes mutat nõ mors	2038	pro incerta spe certa p̄mia	2021
		pisandri galeam & supercilium	1926	proletarius scriptor	2003
		pisces magni paruulos comedunt	2021	pro pede xenium	1898
		pisces vulgaris spinas non habet	1971	proteruia ignominiam præcedit	1832
		pistillum exornatum	1983	pro virgine serua	1903
		pituitam à naribus detergere	2008	puerorum ab vluis barbã vellere	1987
		planus semel crura stegit	2032	pugna cõsilia scindit	1830
		plato amicus, magis amica veritas	2001	pulchra apud pueros sumia	2004
		plaustrum perculit	2029	pulchriorem persequitur	2025
		plus verrere, quã serere	2002	pulegium apud indos pipe re preciosius	1978
		pœnas Mithri sustinere.	2016	pulmonis vitã viuere	1790
		poetica Crateris	2036	puteus si hauriatur	1863
		poecula Helenz	1909	pura à nuptiis	1037
		polydetti norma	1901	puluere extrito decertat.	1974
		polypus scopulo affix <sup>9</sup>	1885	pythiz Mysii talenta	2013.
		poma agrestia cum Acylis	2031	2030	
		poma Alcinoõ dare	2040	pythicham camelus didicerit	1904
		poma citrus myricz serent	2001		
		potles transcendere	1851		



# Index Prouerbiorum

pyrrhonia hēstatio	1915	quantū pedibus potes	1663	qui è nuce nucleū esse vult	
pygmeū imponere colosso		quarta luna nati	90	frangit nucem	1045
1992		quasi dies dicta sit	1713	qui insperit in cauernam	
		quasi locū in balneis	1069	formicarum	1625
<b>Q</b> Vadra propria	1762	quasi millus cani	1549	qui lucerna egent insun-	
quadriatus hō	1678	quasi futrium cant	1540	dunt oleum	1632
quam Clinia ex De		quatuor aures habenti au-		qui iure petierunt	1419
metrio	1765	sculta	174	qui modus equitum	997
quæ apud inferos	263	quatuor obolis non estimo		qui mori nolit ante tem-	
quæ apud Sagram	535	1028		pus	165
quæ circa salē & fabam	45	quauis re dignus	479	qui multa rapuerit, pauca	
quæcunq; mentiuntur so-		quem mater amictū dedit		suffragatoribus dederit	
omnia	464	obseruare	215	saluus erit	729
quæ dantur	1481	quem fortuna pinxerit	165	qui mulcum obfuit	1577
quæ deciderūt, ne tollito	34	ex quercubus ac saxis nati		qui nimis properat, serius	
quæ dolent, ea molestum est		318		absoluit	1274
contingere	1451	quercum aliam excute	293	qui nocere potest, idē pro-	
quæ ex antiqua	1373	quercus bacchatur	1494	delle	1405
quæ non posuisti, ne tollas		quercus multis ictibus deu-		qui non litigat cœlebs est	
1231		citur	521	1479	
quæ quis ipse facit	1686	queruli in amicitia	1507	qui non zelat	1640
quære hospitem	456	qui amant sibi somnia fin-		quinte classis, pro postre-	
quærens obsonium, vestem		gunt	802	mo	675
perdidi	879	qui arat oliuetum	635	qui obtusecetit	1393
quæ semel ancilla, nunquā		qui bene coniciet, hunc va-		qui omni in re, & in omni	
hera	1583	tem	797	tempore	1040
quæ sero cōtingunt, sed ma-		quib <sup>9</sup> nec ara nec fides	1351	qui parat <sup>9</sup> ad resistendum	
gnifica	1378	qui canē alit exterum	1197	1389	
quæ subalis fiant	743	qui citra salem & fabam	45	quis parentem laudabit, ni-	
quæ supra nos, nihil ad nos		qui cōtinet arcanum	1419	si infelices filii	1041
387		quæquid in buccam vene-		qui primus venit primus	
quæuis terra patria	743	rit	320	molet	1069
quæ vncis sunt vnguibus ne		quæquid in linguam ibid.		qui prior læsit	1756
nutrias	30	qui cum contemptu vitæ		qui probus Atheniēsis	1450
qualis hera, tales pedissēq;		inuadunt	1386	qui quæ vult dicit	55
1585		quid ad farinās	1296	quis aberrerēt ianua	364
qualis vir, talis oratio	374	quid ad mercurium	1176	qui sese non habet, Samum	
quā apes apum similes	279	quid cæco cū speculo	1357	habere postulat	463
quam curat testudo muscā		quid distētra supinis	216	quisquis is fuerit	1385
1026		quid domi compluitur	1505	quisque suam rem memi-	
quam in tragœdia comici		quid nisi victis dolor	899	nit	1446
1753		quid non fies profectus Ar-		quisquis tarde venit ad ce-	
quam facile vulpes pirum		belas	996	nam	1606
comedit	1277	quid opus erat longis cane		quis vsus cepis putridi	1174
quam quisque norit artem		re tibiis	335	quod adest, boni consule	
in hac se exerceat	373	quid si cœlum ruat	317	1413	
quando id fieri non potest		quid tandem non efficiant		quod alibi diminutū, exz-	
1288		manus	1350	quatur alibi	1386
quantum habet	1515	quid tibi Apol. cecinit	996	quod alius vitio veritas ipse	
quantum ex Bacchanalibus		qui eget, in turba versetur		ne feceris	1397
1435		1415		quod alius cōdiuit coquus,	
quantum non miluus ober-		qui apud inferos sunt ter-		aliter condiam	1467
ret	1288	niones	1042	quodeunque in solum vē-	
				uit	

# Per ordinem Alphabeti.

nit	1288	qui celocem regere nequit,	receptui canere	1233
quod datur accipe	1757	onerariam petit	recoquere	333
quod dedi, datum nollem	842	quid barbiton Crocoto lo-	rectam instans viam	1746
quod fieri nequit, ne inci-		quitur	rectam ingredi viam	1256
piendum quidem	1774	quid cothurnus cum clauis;	recurrere satius quam cur-	
quod in animo sobrii, id in		1935	rete male	452
lingua ebrii	660	quid delphino, & boui com-	recusare pudebat, & non au-	
quod in corde sobrii, in lin-		munc	debant suscipere	1140
gua ebrii	660	qui honorat seipsum ho-	re ididit Harpocratem	1450
quod index auro, id aurum		norat	refingere	333
homini	837	quid Lecytho cum stro-	refutantis laudem immodi-	
quod non opus est, asse cha-		phio	cam	1376
rum est	1558	quid Lyra Cantalicę	regia vacula	1037
quod pulchrum, idem ami-		quid, quid licet, minus deli-	regis cerebrum	382
cum	1660	deratur	regulus bipedum nequissi-	
quod recte datum est	1697	qui sitiunt silentio bibunt	mus	668
quod volumus sanctum est		1936	regum offensę vitadę	1416
1636		quo curris potius quã ad	regum aures atq; oculi mul-	
quo properas, nũ ad Ephe-		Ephebum	ti	109
bum	650	quod dubitas, ne feceris	regum manus longę ibid.	
quo semel est imbuta	821	2015	relicta parmula	745
quos non tollerent centum		quod sal carni	relinque quippiam & Me-	
Aegyptii	1270	quorsum opus amicis si fa-	dis	172
quo terrarum raperis	1784	ueat Deus	rem suam quisque memi-	
quot homines tot sententię		quot fluctus insulę	nit	1446
173		quot illicis folia	rem acu terigisti	855
quot seruos habemus, tori-			rem factam habere	1480
dem habemus hostes	764		rem factam stultus intelli-	
			git	57
			remis velisque	238
			remũ ducat qui didicit	158
			remum ducere	1693
			re opitulandum, non verbis	
			1392	
			repagula aperire	228
			repariazare	1168
			reperite rimam	1170
			reperit deus nocentem	904
			rerum omnium vicissitudo	
			1404	
			res ad Triarios rediit	51
			res Cannacę	997
			res est in cardine	49
			res indicabit	282
			res vbi abest, optima est opi-	
			nio	664
			refecare ad viuum	816
			resistere paratus	1388
			res in nostro foro vertitur	
			1287	
			res palestřę & olei	1776
			respicens illo, sed hic emittit	
			res bona	1250
			respu-	

## INDEX A PENDICIS PROVERBIORVM.

<b>Q</b> uadrãte dignũ	1793
quadricubitus homo	1797
quærere cinerem	2037
qua in re clarus quisque, ad	
eam properat	2011
qualis hera, talis canis	
1900	
quam facile canis exta edit	
1977	
quãtum vbiq; possunt duo	
oboli	1998
quasi locum in balneis oc-	
cupare	2004
quasi Nauplius Capharceo	
rediens	1824
quatuor habens capita.	
1987	
quem Cos non nutrit, illũ	
nce Aegyptus	1842

<b>R</b> adit vsque ad cutem	1193
ramenta quidem ne fe-	
stuca quidem	578
ramenta melior	ibi.
rana cum locusta	1599
ranę aquam	1291
rana Gyrima sapięcior	645
ranarum more	1291
ranarum palustrũ maior	
est mihi cura, quam rerũ	
istarum	2128
rana Scriphia	292
ranis viuũ pministras	760
rapere a veru	355
rapina Cotytiis	1373
rapina rerũ Cinnari	1037
rara auis	641
rara fides	1290
ratio quidem apparat, argẽ-	
tum	1703
ratio sapienti pro necessita-	
te	2015
rebus turbatis & pellimus	
in honore est	742

# Index Prouerbiorum

res publica virū docet	1518
res publica nihil ad mus-	
cum	1694
res salua est , saltat senex	
1116	
res facta consultor	653
res tuas tibi habeto	1699
rete albo aliena captas bona	
1246	
rete hoc nihil attraxit	548
reti vento venaris	257
rex aut asinus	1267
rex sum	1735
rex tragicus Chartaceus	
883	
redamantheum iudicium	
1038	
rhadamanti iusurandum	
1037	
rhamnusia Nemeses	917
rhamnusius	1272
rheginis timidior	1037
rhinocerotis nasus	481
rhodienses decem, naues de-	
cem	958
rhodiorum oraculum	921
rhodii sacrificium	920
rhodus hic, hic saltus	1191
riprasis	745
rimam reperire	1170
risu emori	1462
risus Chius	320
risus de hoste iucundissim⁹	
769	
risus equinus	1227
risus Ionicus	319
risus Megaricus	320
risum cui ista parit in me-	
is ne gaudeat	1160
risus Sardonius	1245
risus Synerusius	919
riuulum inducere	1117
romanus sedēdo vincit	586
romano more	170
rore pascitur	1526
rolam quæ præterierit, ne	
quæras iterum	920
rosam cum anemona con-	
sers	ibidem
rosa non nascitur e squilla	
805	
ros aut psecas	1044
roscius	1654

rore multæ voluentur	1514
rudibus semel, ac decies pal-	
lidus	1284
rubo arefacto præfacior	
691	
rubo neglecto vitis impeti-	
tur	464
rude donare	375
rudem accipere	536
rudentem omnem mouere	
168	
rudentes & remos cum ar-	
mis mutauit	1193
rudius ac planius	64
rufilus pastillos olet, Gorgo-	
nus hircum	1045
ruminare negotium	1363
rumor publicus non omni-	
no frustra est	1678
rupta ancora	1446
ruris fons	928
rursus iterum tranquillita-	
tem video	695
rus ciuitas	921
rusticanum oratorem necō	
tempferis	921
ruta cæsa	1534
ruta opus est	1527

## INDEX APPENDICIS Prouerbiorum.

<b>R</b> Adices litterarū ama-	
re fructus dulces	2010
rarum carum	1978
rastris eburneis solum ver-	
tere	2001
ratio sapienti pro necessita-	
te	2015
recessit ab aula	2034
recte condire cuius non est	
1866	
repente tamquam procella	
2015	
reperit patella operculum	
1962	
respōsa numinis, vt ædituus	
prædicas	2012
rete inflas	1912
recibus confert , nihil tamē	
capit	1976
romana libertas	210
rore pascitur	2030

rosæ inter vepres nascuntur	
1996	
rubus etiam e vite nascitur	
1827	
rudēte omne remisso	2008
rudens omnis disruptus est	
1943	
rupturam conue acum & fi-	
lum sumens	2003
rurestris locusta	1883
rusticanus Oenomaus	1833

### S

<b>S</b> Aburratus	1358
Sacer manipulus	1615
sacer piscis	1620
facra hæc non aliter contit̄	
852	
afacra linea mouere talum	
36	
facram ancoram soluere	53
facra nihil sunt	1285
facra haud sacrificata deuo-	
rare	801
facra prophanis miscere	
217	
facrum sine fumo	579
saæpe etiam est holor valde	
opportuna locutus	337
saguntina fames	400
salacones	1768
salamina nauis	1183
sale emptum mancipium	
462	
sale & aceto	1752
sale desiccare	347
sale m apponito	35
sal & faba	45
sale m & fabam	1258
sale m & caseum edere	1595
sale m & mensam ne præte-	
reas	344
sal & mensa	1718
sale m & oleum oportet eme-	
re	1295
sale m lingere	1358
sale nihil vilius	1715
sale m vehens dormis	462
sale perunctus , hic adiua-	
bitur	1225
saliares cenæ	1729
salillum animæ	1711
salis modius absumendus	
prutquam fidas	434
salis	

## Per ordinem Alphabeti.

salis onus vnde venerat, il- lucabit	462	saturnia olet	670	serpulum abentti	29
saltes dapes	1719	saturnalia non semper erūt 108		seutra semel, nunquam pa- ter sam.	815
salua Mercurialis	574	saturnia olet	670	scutica vna omnes impellit	1085
saluam imbibere	820	saturnia tempora	1006	scuto pacem petere	1097
salua prima	ibidem	saturnia lemæ	670	scutum abiicere	745
salmoncus alter	1789	saturni lacrymæ	ibidem	scyrius principatus	370
salumetum putre amat ori- ganum	799	saturni podex	1101	scytala Laconica angustior	692
salutudo non inest illi	780	saxum voluere	829	scyta accessans asinum	747
saluginosa vicina	368	saxum volutum non obdu- citur musco	1239	scytala tristis	692
salutatenus amici	1101	scapha magis mutus	1007	scythamalus	1720
salute æquorum filia	1684	scaphula Vngultea Aegæū transmittere	661	scytharum oratio	767
sambico grauiora patit	91	scabrosior leberide	1174	scytharum solitudo	1285
sambucâ citius caloni	1169	scabere caput	1315	scythica potatio	778
samiti literati	1602	scarabeo citius persuaseris		secum viuere	259
samii mores	1603	scarabeus citius faciet mel	1671	securim iniicere	1715
samiorum flores	1036	scarabeus abominandus	1065	sedecim pedibus superauit	1239
samiorum laura	1370	scarabeus abominandus	1065	sedens aliud quâ stans	1201
samiorū mala metuis	1463	scarabei vmbre	1160	sedens columba	1280
samium comatum	1371	scarabeo nigrior	1159	seianus equus	616
sanguine flere	844	scarabeo vnguentum inui- sum	171	seipsum vincere	149
sanior pisce	1555	scarabeus aquilam querit	1316	seivncta sunt Meritæ ac Si- loam fluenta	1228
sapiens sua bona secum fert	1565	scellu hiliū abominor	1691	sellâ oleo ne absterferis	34
sapiens non eget	1687	scenæ seuire	97	sellâ stare	1529
sapiens diuinat	1626	scientiam ad extremum ad- cere	1299	semel rudibus, ac decies pal- lid.	1284
sapientia gubernatur naus	1763	schœnicolæ	1777	seiventem vt feceris, ita me- tes	512
sapientia nunc viuūt	1190	scindere glaciem	1286	seivinare in saxis	254
sapientia vino obumbratur	722	scipioni arundineo inniti	932	seivitam queris quum ad sic- via	1469
sapientem apud stultos lo- qui molestum	1066	scit quomodo Iuppiter du- xerit lunonem	1527	seivper affert Libya mali quippiam	1342
sapientibus omnia facilia	734	scolon nec proficisceris ipse nec alterum comit.	838	seivper agricola in nouum annum diues	1033
sapientes tyranni, sapiētum congressu	1286	scopæ dissolutæ scopas dissol- uere	334	seivper aliquem virum ma- gnum	1743
sapientum octauus	519	scopo aberrare	586	seivper aliquis in Cydonis doino	700
sarcinator summum centen- nem	1763	scopum attingere	586	seivper graculus adsidet gra- culo	127
sardanapalus	1349	scopo nullo proposito iacu- lari	ibidem	seivper Illo mala	1438
sardi venales	342	scorpium pro perca	902	seivper faciliter cadunt lo- uis taxilli.	175
sardonica tinctura	1025	scorpius sub omni lapide	245	seivper Icontini circa pocu- la	184
sardonijs risus	1245	scriptæ	1730	seivper me tale hostes infe- quan.	994
satone magis nauticus	1182	scriptura & Leucæus non idem sunt	1283	seivper similem ducit deus ad similem	
sarpedonium litus	1035	scrophia alba scēdiōr	1037		
satanas satanam	111				
sat cito, si sat bene	445				
facietas ferociam parit	1357				
satis quercus	228				
satius est initiis mederi quâ fini	137				

# Index Prouerbiorum

ad similem	127	serere ne dubites	137	siccio iunco	1716
semper superioris anni me- liora	1285	serenitati nubem inducit	1531	si coruus possit tacitus pasci	1465
semper virgines furæ	1033	seriphia rana	292	si crebro iacias, &c.	114
semper seni iuuenulam lu- bice	1284	nec seritus nec metitum mi- hi	393	sicula nugæ, Gerræ, persolæ nugæ	814
semiramidis muri	1504	sermonem diuinum exci- pio	1576	siculilare	1280
senecta leonis præstantior hinnulorum iuuenta	1099	sero venisti	1520	siculus omphacizat	861
senectuti labor obsonium optimum	1105	sero molunt deorum molæ	1551	siculus coquus	728
senectus non sola venit ibi.		sero venisti, sed in colonum ito	1034	siculus mare	749
senem erigere	1223	sero sapiunt Phryges	56	siculus miles	1282
senem admonere	150	sero vidit iustitiam	1770	sicion atrodens vxor lacce- nam tere	1569
in senem ne quod colloca- ris beneficium	597	serpes ni edat serpentem, draco non fiet	1203	si deus voluerit	1407
senescere in sola sparta expe- dit	1487	serpentem coruus	146	si dixeris quæ vis, audies quæ non vis	55
senescit bos	1224	serpentis oculus	572	signum bonum aut malum	1194
senesco semper multa addi- scens	504	seruabis bouem	1422	sileni Alcibiadis	1179
senes mutuum fricant	47	seruatori tertium	988	silecti tutum præmiu	1253
senex bos non lugetur	1034	serui dimidio mentis carēt 764		silentium multas amicitias dremic	642
senex pstracæ negligit seru- lam	151	seruilis capillus	762	silentium mulierem ornat	1467
senex secunda saltat	1115	seruite scenæ & simil.	97	si leonina pellis non satis est, vulpina addenda	1281
senior anno suo	1357	seruire tempori	ibidem	silurus putris in quadra ar- gentea	422
seni baculus maxillæ	907	seruorum ciuitas	1035	simia barbata seu caudata	1280
seni puellam subiice	1284	seruum haud vchō	1372	simia ficata	1359
senis doctor	150	seruum pecus	151	simia in pelle leonis	209
senis mutare linguam	150	seruus Car	346	simia in purpura	411
senium tenuem non gignit venter pinguis	1292	seruus cum sis, comam ge- ris	1035	simia non capitur laqueo	587
senium mala accelerant	1418	seruus seruo præstat, domi- nus domino	786	simiarum pulcherrima de- formis est	878
senum consilia	1253	sesquipedalia verba	718	simia simia est etiã si aurea gestet insignia	411
senum prudētia	1403, 1420	seuim vnde excoquat	1369	simile gaudet simili	126
sententia vtroque mutans	1313	sexagenarios de pōte deice- re	296	similem simili adducit deus	126
sententia Pandeleteria	1449	sibi canere	1281	similes captiuus ex pylo	1470
septa transilire	614	sibi malum reperit	1418	similes habent labra laestu- cas	602
septem conuiuium, nouem conuicium	224	sibi parat malum, qui alteri parat	1686	similior sicu	993
septennis edentulus	695	sibi placet	119	simonidis cantilenæ	103
sepulchrum viuum	810	sibi pulcher	110	simpulariæ	730
sepulchri pulchrum elogio	1700	sibi quisque amicus est	221	in simpulo	750
septimus bos	601	sibi sapere qui nescit, frustra sap.	351	simul & da & accipe	993
sequitur perca sepiam	1570	si bouem non possis, a sinum agas	992	simul & dictum & factum	1013
sera in fundo parsimonia	723	sibyllæ folium	327		
serendum & post tralam se- getem	1544	sibylla viuacior	1449		
		si calcem haberem, non desi- derarem obsonium	1241		

simpli-

## Per ordinem Alphabeti.

simpliciter loqui	1404	solę lacęę viros pariunt	lat papyri fructus	1160		
simul & miserum est, & in-		1499	spina cum parua est bona vi-			
terragratia	1131	solem adiuuare facib.	detur	1207		
simulare cupressum	284	1674	spine	888		
sinapi victicare	1588	solitudo scytharum	spirat cęcias	1695		
sine canibus & retibus	1691	solidos ę cibano boues	spithama vitę	729		
sine capite fabula	47	1104	sponde, vox pręsto est	404		
sine Cerere & Baccho friget		sol lumen inferre	859	spungia corrigere.	313	
Venus	807	sol omnium dierum nondū	occidit	409		
sine cortice nabis	491	solum vertere	778	spungia mollior	430	
sine farina ne sacrificato	35	solus amas	641	solum vertere	378	
sine ope diuina nihil vale-		solus currens vicit	452	sponsi vita	1059	
mus	1402	solus sapit	782	spillas a sepulchro vellat	771	
sine pennis volare haud faci-		solus venter superest	1357	E squilla non nascitur rosa	805	
le	1282	somnio beatus	463	stadius centum pręcedere	1238	
sine rivali diligere	640	somnium hybernium	1714	stans aliud quam sedens	1200	
sine sanguine vincere	911	somnium tuum tibi narro	1052	stateram ne transgrediaris	24	
sine facti. hereditas	104	somnus absit ab oculis	1005	statua taciturnior	152	
sine vt incolumis redeat	1605	somnus domat famem	927	statuā saucibus colas	1234	
si non ad sunt carnes, tari-		fontica causa	1733	stellis signare	310.1268	
cho contentos esse oportet	843	somnum non capit	1556	stentore clamosior	769	
si nopissas	1179	sophocles	764	sterilior agrippa	890	
si nisi inspuere	399	sorbere & stare simul	735	sterilem iundum ne colas	1671	
siphniastare	1283	sorex suo indicio perit	209	stefichori ne tria quidem no-	1061	
si quis mali, in pyrřhā	1143	sortitione nondum facta cō-	munia deuorat	1287	stilla assidua cauat lapidem	1182
si quis iuxta ciuitatem cly-		sortem & vsuram perfolue-	re	1653	stillo appetere	313
peus	1446	soterichi lecti	1536	stilum vertere	313	
siren amicum nunciat, apis		spartana disciplina	809	stimulatores bouum multi,	410	
hospitem	993	sparte serui maxime serui	1707	oratores pauci	143	
sisyphi artes	1349	sparta generosior	1015	stimulum in foramen non	1243	
si tanti vitrum, quanti mar-		spartam nact. es hanc orna-	856	ex stipula cognoscere	593	
garitum	1512	spem precio emere	811	strabus inter cęcus regnat	1244	
si tibi amicum, nec mihi ini-		spe inani flagrat	1496	stragula semper conuoluta	34	
micum	645	spes tennis	1029	habeto	1154	
si tibi machera est, & nobis		spes alunt exules	1137	strobilis carcini fortunatior	1154	
vrbina est domi	1033	spes bona ostensa	1414	strumā dibapho tege.	1757	
situ proreta	1721	spes seruat afflictos	1544	strychnum bibit	499	
si vel asinus canem momor-		sphaceli faciunt immuoria-	162	stultior praxillę Adonide	1032	
derit, litem mouebit	523	tem	162	stultior Melitide	1547	
si uinum postulet, pugnos il-		sphęram inter sese reddere	1140	stulto ne permittas digitū	1254	
li dato	902	spiera per pręcipitium	299			
si uultus es, cadauer expecta.	413	sphondyla fugiens pessime	1352			
smaragdus in luce obscurus	1226	spicam e culmo conicere	1467			
sociatis callus aut Gallus	1760	spicam ma; am non postu-				
soleis alieni vti	1696					
solem orientem plure, ado-						
rant, quam occidentem	1188					

# Index Prouerbiorum

Stultus malo acce, sapit	57	1511			
stultus opportuna loquens	337	summis labiis	567		fursum versus, sacrorum flui- minum seruntur. fontes
stultus qui patre caeso libe- ris peperit	598	summis velis uti	761	178	
stultus stulta loquitur	105	summis vnguibus ingredi	700		sus acina dependens 1224
stupa seniculus	1051	summo an imo inhazere, id est deuiter	585		sus agrestis vbi peperit, non pluet 875
suadae medulla	955	summo digito	569		sus commessatur aut sakta- uit 1277
suadeo quod ipse facturus essem	1407	summo digito caput scalpe re	488		sus enim minerua certamen suscepit 66
suade lupis vt insaniant	1526	summo pede	1713		sus in volutabro cœni; 1510
suam quisque homo rem meminit	1446	summum cape & medium habebis	761		sus Mineruam 65
sub aliena arb. fructū	1642	summum fastigium impo- nere	132		suspensio deligenda arbor, 583
sub alis quæ fiunt	734	summum ius, summa iniu- ria	584		suspende te 996
sub cultro liquit	1093	suo gladio iugulari	74		suspicax vulgus 1410
subere leuior	812	suo iumento sibi malum ac cerfere	74		sus quiuis non hoc sciet 864
suber	1295	suo ipsius laqueo capi	75		sus peritit 1471
suber immersibile	812	suo ipsius iudicio perit lo rex	208		sus sui pulcher, asinus asino 1739
subitum remedium pericu- li	1381	suo quisque studio gaudet, 1409			sus per rosas 1348
subligaculum seu brachas ostentare	1233	suorum obliuisci	833		sus sub sultem 992
sub manu nasci	98	supera pio certamus	1093		sustine & abstine 952
submissis alis gallus	704	superavit dolum Troianū 1723			sus tubam audiuit 246
sub omni lapide scorpius dormit	245	superatus es a gallo quopiā 1489			sutorium atrametum 1278
sub pallio habere manum	1074	supercilium attollere	497		ne sutor vltra crepidem 349
sub pollice ducere	1155	supercilium ponere ibidem			sutrium ire 1540
subuentanea parit	1347	supercilium contrahere 1277			suum cuique pulchrum 118
sub vnam Myconum om- nia	834	supercilium salit	1716		suus cuique crepitus bene olet 1217
succedunt mala malis	1408	superis impari numero	30		suus rex reginæ placet 83
succo suo viuere	1019	super te hæc omnia Lepar- ge	1477		sybariciffare 725
suem irritat	988	supinus	480		sybaritæ periplateas 727
suem Veneri immolauit	1112	supremum fabulæ actum ad dere	132		sybaritica calamitas 726
suem reposcis spro malo ca- ne	1290	surculus surculum ferens 1767			sybaritica mensa 724
suere capiti malum	1122	surculum defringere	1782		sybaritica oratio 380
sustenus aut Meuius tibi ne sis	861	surdaster cum surdastro liti gat	1241		sybaritici sermones 1634
sustragium optimum	1706	surda testimonia	1279		sybari qui mori nolit antè tempus 163
sui cum amaricino nihil	247	surdo canis, fabulam narras 265			syrophante morsus imme- dicabilis 913
sui tibicen	891	surdo oppedere	251		sydera addere cælo 1481
sulcum profundum	1474	surgens è lecto, vestigium corporis confundito 36			sylosontis chlamys 610
summam manum addere	32				sylosontis opera ampla re- gio 612
summaria indicatura	1037				syluam multā portas 1304
summis ingredi pedibus					sylyæ ligna inferre 443
					symphoniacus bonus ma- lus choraules 1709
					syncerum vas incrustare 212
					sycretismus 44

# Index Prouerbiorum.

Syracusana mensa	727	senis ira	1935	Spintharus non minus quã	
Syracusanorum ne decima		senex tripuet	1972	Phryx	1818
quidem pars	833	serpens in gremio	2035	Spongia medebitur	1958
syrbenç chorus	971	sertam per eandem lineam		statua viatores omnes in-	
Syrorum olera	500	reciprocare.	2005	tuens	1924
Syrus quum non sis, ne Syris		sex congios capit	194	sternutauerunt amores	
sa	1207	sicula aula	2040		2031
		siculç mensç	2028	stipulç ignem admouere	
		sicyonei calcci	1991		1812
		simia pulchra apud pueros		studium generat studium	
			2004	&c.	2014
		simiç, sanguinem profudif-		stupidior praxille Adonide	
		se	2000		1032
		simonidis lacrymç	1348	stultior corç bo.	1051
		simulacrum pictum	1842	stupa seniculus	1051
		sinapi Isthmum bibit	1957	sua fronte	2019
		sine persona lasciuire	2008	sua cuique rei tempestiui-	
		sine pulchritudine formo-		tas	2032
		sus	2007	suauem suffocet	2214
		sine sanguine cæna	2020	sub pallio condere	2013
		sine vino vinalia expediri		sub tunica & sinu	2013
		non possunt	2006	subula Leonem excipere	
		siphnia arra	1871		1989
		sirenas præternavigares		succidia altera hortus ibid,	
			1984	suz domi quilibet rex	2036
		sirenem pica imitans	1876	sufflaminare	2016
		siticulosi silentio bibunt		suilla absumpta bouem nõ	
			1936	expectes	1796
		smyrnei mores	1906	suilla harmonia	1909
		solis radios lippus oculus		suilla in nare annulus au-	
		non fert	1917	reus	2032
		solitudo Nautilifidis	1825	summaria indicatura	1036
		sol ne quidem sciet	1936	summis aurib. insidet	1942
		sol non inuideret vespere		supra clepsydram dicere	
			1829		1933
		sol omnium dierum non-		supra sumum clauus	1967
		dum occidit	1995	syaminorum calathum in	
		somnium Orestis narrare		malis habere	2010
			2010	syri aduersus pœnices	1805
		foracus malorum	2009		
		sociarum & Tybiorum in			
		numerum referre	1968		
		spartis redemerunt crimina			
		nummis	2005		
		sphynçis enigmata dissol-			
		uit	1895		
		spice legium relinquere			
			2004		
		spina colligens	1909		
		spine non in sunt in com-			
		muni pisce	2011		
		spinofum aliquid in prato			
			2035		

## INDEX APPENDICIS PROVERBIORVM.

<b>S</b> acrum ignem inflare ne	
fas	1871
Salaminia nauis	2034
salem nequidem dederit	
	1952
sal fatuus	1946
fabula leonem excipere	
	1989
salinas & paludem emere o-	
portet	2034
salmones alter	1789
sal patriç pluris faciundus,	
quam hospitis mensa	
	2014
sal quemadmodum carni	
	1946
sanguis & anima	1851
fannione domi non relicto	
	1996
sanitatis mater indigentia	
	2015
sapientes sunt qui veteri vi-	
no viuuntur	1990
sapientia in exitu canitur	
	2006
sapienti ratio pro necessita-	
te	2015
sapede videmur	1813
sexus homo	1277
scaperdam trahere	1876
schema & gradus	1976
scemmata Dionysiaca	1852
scribere in cinere	1958
scriptor proletarius	2003
scripturæ & ventis in aqua	
credere	1834
scytha equum	1913
semel in laqueum vulpes	
	1830
senator absque prouocatio	
ne, legatus sine mandatus	
	1988

<b>T</b> acito pede	631
taciturnior Arcopa	
gita	1726
Taciturnior Pythagoreis	
	1512
tenarium malum	1370
talaria induere	137
talia gignit bellum	1740
tales reddimur, qualia sunt	
nostra colloquia	606
talum reponere	1717
talpa cæciot	203
talpa Goronea	1292
	G 2 tam



# Index Prouerbiorum.

tam in procliu quam imber	1544	tellenis cantilenas cane	903	teruntium non insumpsit	477
tam multa quam sapiens	1685	telum ingens necessitas	770	terram hospitem cōstrin- gere	596
tam perit quam extra faba	1548	telum & meum cuspidē ha- ber acuminatam	162	testa colisa testæ	1350
tanagræus cetus	1637	temescus genius	95	testaceum flagellum	1627
tangere vlcus	392	tempori parere	708	testa non fit lutum nisi run- darur	1196
tanquam ad aram	1706	tempus longum vitii lap- dem	1179	testa tenax odoris quo pri- mum imbuta	574
tanquam cōchylium discer- pere	1007	tempus arguit amicum	638	testimonia suda	1279
tanquam de narthecio	1557	tempus index morum	638	testis domesticus	752
tanquam heros in clypeo excipi pere	977	tempus nosse	451	testudinē equus insequitur	1547
tanquam in phiditiis	1009	tempus omnia reuelat	817	testudinem Pegaso compa- ras	511
tanquam in speculo, tan- quam in tabula	779	tempus omnium pater ibi.		testudines edendæ aut non edendæ	599
tanquam meum nomen, tā- quam digitos	853	tempus omnium sapientif- simum	ibidem	testudines ipsi edite, qui ce- pistis	94
tanquam suber	1295	temulentus dormiens non excitandus	1312	testudines vincunt sapien- tiam & virtutem	851
tantalicæ opes	352	tenebræ apud quercum	683	testudo intra tegumen tuta	1195
tantali horti	653	tenedia bipennis	540	testudo non curat muscam	1026
tantali lapis	1031	tenedius homo	1431	testudo leporem citius	516
tantali pœnæ	906	tenedius patronus	1432	testulæ transmutatio	656
tantali talenta	352	tenedius tibicem	894	theudem & Galatæā simul amare non potes	1198
tarditas consilio adiuta	449	tenens teneris	407	tegit lapidem a cane mor- sum	1569
tarichus afflus est, simularq- viderit ignem	799	teneri calidis balneis	113	te tua, me mea delectant	119
tarichus boni consulitur ubi desunt carnes	843	tenuem noctis	1028	theutidum more	1602
tarichus non feret se digna	799	tenuem sensum ventet pin- guis non gignit	1292	tales pro sapiente	1349
tauricum tueri	1355	tenui filo	933	thasium infundis	1150
taurum tolle, qui vitulum sustulerit	145	tenui vena, tenui canale	934	thasius bonorum	189
taurum in syluam	67	tentantes ad Troiam perue- nerunt Græci	708	theagenis hecathem	1200
technam hanc in te struxi- sti	75	ter	1029	theagenis pecuniæ	1030
tecum habita	396	ter abstergere	400	theoclines tragicus	1505
teipsum inspicere	1502	ter abstergis dii dant melio- ra	497	theonina dente rodi	719
teipsum laudas	970	terebintho stultior	1504	thericlei amicus	1199
teipsum non alens, canes talis	893	tergora tueri	701	theritæ facies	1514
telam hic texuit, ille didu- xit	1614	termeria mala	96	thesaurus carbones erant	541
telam: onis canit cantionem	1221	terniones apud inferos	1042	thesaurus cinis	ibidem
telegoræ citius donarim	804	terra amat imbrem	788	thesaurus malorum	186
telemachi olla	1451	terra defossum habes	1223	thessala mulier	177
telluris onus	426	terræ filius	517	thessalorum alæ	176
telenicia echo	1504	terræ intestina	894	thessalica bucca	1791
telenicus pauperior	1504	terræ onus	426	thessalicus saltus	1791
		terra, marique	240	thessalica equa decernetur	1438
		terram pro terra	756		
		terra non profuit	1198		
		terram video	1672		
		terra volat	185		
		terrestria balnea	1029		
		tertium caput	1372		
		tertius Cato	519		

thessalo-

## Per ordinem Alphabeti.

thessalorum commentum 176	ticio ad ignem 1024	tredecim cubitorum 1737
Θ præfigere 310	tollat te qui non nouit 456	trepidans ante cubam 1017
traces fœdera nesciunt 940	tolle calcar 705	trepidat in morem galli 704
thracium commentum 585	tolle digitum 122	treffis homo 477
thraſybulo Dionyſium dici tis eſſe ſimilem 1023	tolle tolle mazam ſcarabeo 1065	tria cappa peſſima 1311
thrioboli multi, vates pauci 410	tollenda mali occaſio 1415	tria mala 714
thriorum complurium ſtre pitum audiui 612	tollenti onus auxiliare 30	ad Triarios res rediit 51
thripes mali 1075	tolle cristas 507	tria ex curia 1185
thunicum enthymema 940	tolle cornua ibidem	tria ſaluberrima 1546
thuniſſare 940	toſoſanum aurum 617	triauides è duobus 1103
thuriſm lemma 1619	tonforibus omnibus notũ 387	tribulis factus ſerua ordi- nem 1488
thus alicum 197	tondere pecus non deglubere 1343	tribus holiſ 1356
thus pedere 1351	tonfore egere 397	tribus minis inſumptis duodecim imputat 828
thylaco non ſerendum, ſed manu 1121	toroneo portu ſurdior 1032	tribus verbis 1551
thymbra viſitans 1567	tota erras via 73	tributis poriora 1024
thymitarum hircus 1861	tota hulcus eſt 172	tributum vel a mortuo au- • ſerre 665
theſſalus miſſus 1987	tota manu 1107	triaz, apinz 138
theuchidum more 1602	toto coelo errare 73	triceps Mercurius 1374
thinni more 1255	toto organo 1115	tricornis quæſtus 138
thyſigeri multi, Bacchi pau- ci 409	trabem baiulans 1686	trimeſtris filii 431
tibiam tubæ comparas 511	trabs in omnibus 1634	triobolares 476
tibicem vapulat 1645	tragicæ excretiones 446	trioboli homo 477
tibicines mente capti 1429	thriorum ego ſtrepitum cõ- plurium audiui 612	ex tripode 455
tibicinis vitam viuis 767	tragica ſimia 1024	tristis nota 309
tibus apertis 335	tragice loqui 871	tristis ſcytale 692
tibiis magnis ſpirat ibidem	tragicum malum 1506	trium dierum comœcũ 1022
tibiis longis canere ibidem	tragicum ſpirare 718	triũ litteratum homo 1022
timidi mater non ſlet 1601	tragicum tueri 871	trozenem nauiges 809
timidi nunquam ſtatuẽrũt trophæum 912	tragicus rex 888	trochi in morem 1675
timidior eſt proſpiciẽte 525	tragœdias agere aut inſani- mire 1164	troianos veteror 149
timidior piſandro ibidem	tragœdias excitare 1023	troianum dolum ſuperauit 1723
vbi timor. ibi pudor 154	tragœdias in nuge agere 1023	tropheum incuruentum 611
timidus Plutus 1338	tragœdos amicos æmulatur 1314	trophonii antrum 458
tinctura Cyzicena 1421	tragœdos alios prouocare 1715	trucina eadem penſari 280
tinctura Sardonica 1025	tragulam iniicere 1022	trucina luſtrus 890
tineas paſcere 1024	tranquillo mari quilibet gubernator eſt 1557	tuam ipſius terram calca 1526
tireſia egiot 204	tranquillum æthera remi- gas 157	tuas res agit, quum proxi- mus ardet parios 1307
titanicus aſpectus 933	tranſuerſum agere 1023	tuas res tibi habeo 1699
titanib. & Crono antiquio- res 1007	traſybulo Dionyſium eſſe dicitis 1023	tu in legione, ego in culina 1749
titanas imploras 775	trahorlyngue 1601	tuis coloribus te pingam 254
thymallus Laconicus 1025	tranſuerſo calamo 312	tuis veſtigiis 1473
thithoni ſenectã 385		tumultus dormiens non eſt excitando 1311
titiuillitium 1667		tumul.



## Per ordinem Alphabeti.

vbi p harma fulgurarit 329	ventum perendinũ prædice	veste circũferens ignẽ 1498
vbi timor, ibi pudor 154	re 1302	vestigis omnibus inquire
vbi tu Caius ego Caia 1677	ventus neque manere sinit,	re 1473
vbi non sis qui fueris, non	neque nauigare 864	vestis virum facit 1123
est cur velis viuere 494	ventrem mihi obiicit 946	veterata vaticinari 1727
vbi paueris impera 1529	venter pleno melior consul	vetulo canelatrante 151
vbi quis dolet, ibidem &	tatio 1355	via depellere, reducere, mō-
manum habet 712	ventus neque manere sinit,	strare, facere, sternere, ape-
vela ventis permittere 244	neque nauigare 864	rire, &c. 73
vela vertere, funem reduce-	venus friget sine Cerere &	via cũ adsit semitam quæ-
re 556	Baccho 807	ris 1469
valatis manibus orare 1766	vera fronte 811	viã qui nescit ad mare, Au-
vel acum inuenisses 1347	verba importat Hermodo-	uinm sequatur 979
vel puero perspicuũ ibid.	rus 944	vias nouit quibus effugit
vel capra mordeat nocen-	verba pro farinis 907	Eucrates 1020
tem 522	verberare lapidem 886	viam rectam ingredi 1257
velitari 1776	verbigerari 1079	via publica nemo &c. 1262
velle suum cuique 173	verbis pugnas, non re 1394	vicino opta vt habeat 1254
vel Megaram vsque 1617	verbis coquinariis 1695	vicinia falsuginosa 368
velis equisque 237	verborum strepitu ne quid	vicinus malus aut bonus 59
velocem tardus assequitur	mouere 1394	vicinus vocandus 800
449	verbotenus amicus 1416	vicissitudo rerum iucũdissi-
vel muscas metuit pertur-	verecũdia inutilis viro egẽ-	ma 443
bationes 318	ti 945	vicissitudo rerum omniũ
vel mus mordeat impro-	ver ex anno tollere 1584	446
bum 522	ver hyemem sequitur 852	victi non audent hiscere.
velut e specula 1520	veriora iis, quæ apud Sagrã	1514
velut in craterẽ ibidem	acciderunt 555	victitant succo suo 1019
venari in mari 260	verisimiliter mentiens.	victoria ἐριςταλκῆς 447
venatio datur & malis 858	1418	victoria meliorum 358
venatum præmouere 1256	veritas odium, obsequium	victoria non incruẽta 1392
venatio debetur antiquis	amicos parit 1047	victis dolor 899
1411	veritatem aperit dies 819	videris mihi Lada 1460
venetis cestum habent 1156	veritatis simplex oratio.	videberis, me videns, plane
veneri suem immolauit.	218	matrem videre 1222
1212	vero verius 1693	vilis cœna non gignit de-
venercum iusurandum.	verrucis offendi qui tubera	bacchationem 1568
853	habet 397	vincere sine sanguine 911
veniat hospes quisquis pro	versatilis Artemon 1433	vinaria angina 1667
futurus est 963	versator magnus in nego-	vincula Tyrhena 1488
venia primum experienti	cio leui 1440	vinculo maniuoro 1072
557	versus Homeri prouerbia-	vinculum Herculanium.
veni in regionem 1056	les 1385	549
venimus ad summam lineã	versis gladiis pugnare 1283	vindemiam impune facere
1338	vertumno inconstantior.	700
venter auribus caret 1021	731	vindicta tarda, sed grauis.
venter pinguis non gignit	veruecca statua 1753	1396
sensum tenuem 1292	veru signare 312	vindicta velox 1771
venti campus 884	veruri calidam partem 939	vineta propria cædere 394
vento loqueris 265	vespaciadæ obstrepens 508	vinaria angina 1667
ventorum stationes 884	vespero quid vchat nescis	vini gutta 1484
ventos colis 255	409	vino inscribere mulieris
vento viuere 1698	vesperilio 1078	iusurandum 254
		viuo

# Index Prouerbiorum.

vino sapiētia obumbratū 722	virum improbum vel mus mordeat 522	vltra res Callicratis 1017
vino subsidere, supernatant verba 660	virtus gloriam parit 1689	vltra vires nihil aggredien- dum 1389
viuo vendibili suspenſa he- dera nihil opus 908	virtus simplex 1668	vlro deus suppeditat bona 1018
in vino veritas 415	virtutem & sapiētiā vin cunt testudines 851	vlulas Athenas 113
vinum animi speculū 416	vir videbatur nauis sup- plicans scopulo 1276	vllyſſes pannos exiit 1018
vinum caret clauo 778	vira doliaris 505	vllyſſeum commentum ibi.
vinum dementat sapiētes ibidem.	vita & anima 801	vllyſſis remigium 1084
vinum equus poetæ 901	vita macerata 506	vlmbra amici, panis &c. 565
vinum noueris 1748	vita molita 1494	vlmbra fumi 810
vinum, & veritas 415	vite contemptum inuadūt 1387	vlmbra in morē sequi 1357
vinum quum adſit, acetum bibit 1102	vita incundiſſima in nihil ſapiendo 1092	vlmbra volitant 782
vinum, ſenem etiam vel no- lentem, ſaltare compellit 759	vita mortalium breuis. 1418	ne vlmbriam quidem eius nouit 565
vir fugiens haud moratur lvrz ſtrepitum 591	vitandæ potentum offenzæ. 1416	vlmbriam ſuam metuere 317
vir fugiens denuo pugna- bit 592	vita ſpinofa 506	vlmbra pro corpore 1178
virgiferos ſequi 979	vita ſponſi 1053	vlmbia territis 369
virgines ſemper ſuriz 1033	viteliana cicatrice ſtigmo- ſus 1279	vna cum ipſo canifiro 683
virgula cenſoria 312	vitiat lapidem longum tem- pus 1179	vna cum ipſis manipulis 912
virgula diuina 104	vitioſa nuce non emā 76	vna cum templis, & aris. 1554
virgultea ſcapula Aeggeum transmittere 661	viua vox 121	vna domus non alit duos canes 703
vir aurei 463	viuere in diem, ex tempore 506	vna hirundo non ſacit ver. 469
vir boni lachrymabiles. 973	viueram tones 1300	vna lauabor 980
vir in diſcrimine apparet 1380	viuit aut mortuus eſt 466	vna myconus omnia 834
vir infortunati proclami- ci 1019	viuit, incende ignem 1020	vna nauis non vehit 1453
vir iureiurando, pucti ta- lis fallendi 1196	viuorum meminſſe oportet 145-1748	vna pertica 1577
vir ſenis aſtaphis caluaria 1016	viuum cadauer 810	vna ſcutica omnes impellit 1085
virorum candidorum nul- la vititas 1296	viuum noueris 1748	vuicis unguibus quæ ſunt ne nutrias 31
viro eſurienti neceſſe futuri 1276	viuum ſepulchrum 810	vuictius 1777
viro Lydo negocium non erat 976	viuus, an mortu⁹ ſit neſcio. 405	vndarum in vlnis 1612
viro malo ne comes viz fue- ris 524	viuus, ſueris, vel cepe ſolum accipiens 1186	undas numeras 251
viro ornat magiſtratū 607	viuus, vidensq̄, 1513	vndecunq̄e lucrum captāt 1406
viros bonos omnia decet 1049	vixit dum vixit bene 1276	vnde excoquat ſeuum 1368
viro ſeni maxillæ baculus 907	vlciſcetur Deus 1403	vnguem medium oſtende- re 855
	vltra catalogum 1275	vnguento mortuum perun- gis 1192
	vltra Eurybatum 161	vngues arrodere 1315
	vltra ſuſum, vel p̄ſum 386	vnges demorſos ſapit ibi.
	vltra Gades 1261	vngui notare 312
	vltra Hyperbolum 1509	vnguium, criniumq̄e præ- ſegmina ne commingi- to 30
	vltra linum 1115	vnicō digitulo ſcalpit ca- put 487
	vltra malleum 349	vuica 487
	vltra peram ſapere 1275	

## Per ordinem Alphabeti.

vntes filia duos parare gene ros 408	vntiā aitem docui te 1241	vntroque pollice laudare 495
vnicum arbutum haud alit duos erit haec 702	vnceum in foribus 662	vulcani tripodes 787
vnicum duobus non est pu- gandum 1783	vriq̄ literæ 936	vulcanus tibi vaticinatus est 887
vni naui ne committ. omnia 1523	vrit absque torre 124	vulcanium vinculum 1017
vni malo quam duobus 1479	vrius quū adsit vestigia que ris 589	vulgus suspicax 1410
vnione signare 309	vrii nasum fumanrem ne tentaueris 1276	vulpe pellace benigni 495
vnius manus infirma pu- gna 807	vsi que ad aras amicus 1147	vulpes annosa haud capitur laqueo 582
vnius peccatum tota ciuitas Init. 60	vsi que ad rauim 1457	vulpes bonem agit 912
vno collyrio 1543	vsiura ante vsuram 1008	vulpes cum leonibus con- gregare 533
vno die consenescere 1211	vsura currit citius quam Heracitus 920	vulpes multa, echinus vnū nouit 281
vno digitulo 1550	vsuræ nauticæ 1713	vulp. haud corrumpitur mu- neribus 582
vno dignus 478	us, est altera natura 1705	vulp. non iterum capitur la- queo 865
vno fæce complecti 344	vt Bagas constitisti 1374	vulpes quam facile pyrum comest 1277
vnum ad vnum 710	vt erit curru, de asinis nihil laborans 1341	vulpi esurienti somnus ob- repat 927
vnus contra multos 298	vt canis è Nilo 564	vulpina pellis assuenda, si leonina non sufficit 1281
vnum è tribus malis 1276	vt ex bulga matris 1761	vulpinari cum vulpe 129
vnius deus, & plures amici 1242	vt fici oculis incumbunt 1015	vultus si es, cadat exspecta 413
vnius homo non facit ciuita- tem 469	vt herba fossitialis 1723	vultus sæpe læditur pictas 1702
vnius multorum 761	vtilis nec sibi nec aliis 877	vultus vmbra 980
vnius multorum instar 1384	vti foro 98	vxor seni sponso regina est 474
vnius vir haud cernit omnia 807	vtinam domi sim 1018	INDEX APENDICIS PROVERBIORVM.
vnius vir, nullus vir 300	vtinam male, quemadmo- dum inuenisti, ciuitas ibidem	V Alcedinario in co- dem iacere 1990
vocales 1777	vtinam mihi contingant ea, que sunt inter Corin- thum, & Sicyonem 336	vbi Atridarum scapha 1956
vocatus atque non vocatus deus aderit 765	vt in velabro olcarii 1369	vbi vber, ibi tuber 2006.
vocem omnem mittere 1617	vt lupus ouem 1664	2033
volam pedis ostendere 1737	vt luti baiuli 1683	velo leuato de causa cogno- scere 2034
volam da lapidi 1688	vt Phrygius amauit Pieriā 1741	veluti Mineræ calculus 1893
volare sine pennis haud faci- le 1282	vt possumus quando vt vo- lumus non licet 492	venari in ollis 1987
volantia sectari 534	vt ranque paginam facit 817	ventis, & mare, & ignis fer- uiunt 1965
volaticum iusiurandum 1489	vt raque manu adesse 239	ventis, & scripturæ, in aqua credere 1834
volens nolente animo 979	vt rem cædis 257	ventos pascere 1860
volentem bouem ducito 1441	vt rem excortias 257	ventura per dioptram pro- spicit 1832
voluitur dolium 1496	vt rem mergis vto plenum 1227 369	verba sine penu, & pecu- nia
voracior purpura 799	vt rem vellis 258	H
vorare hamum 887	veres Thylaci 1615	
vota senum, consilia medio- crium, facta iuuenum 1252	vt re certitas 369	
voti compos 1384	vtroque claudicare 1100	
vrbani nihil æqui cogi 1311	vtroque nutans sententia 1311	

# Index Prouerbiorū per ordinē Alphabeti.

nia	1869	vmbꝛꝛ, me prohibent	1887	vꝛꝛ passꝛꝛ similis	1914
veriora Bacidis dictis	1912	vna clamore Neadas	supꝛ	vulpes pilum mutat non	2039
versari circa radices montis	1929	rat	1976	mores	1813
vespere sol non inuadet	1829	vnum aluere	1904	vulpis reliquiꝛꝛ	1830
vespertinum amant, matu-		vnum nidum vna in arbore	2031	vulpes semel in laqueum	
tinum oderunt	1838	vola, nec vestigium	1953		
veteris monetꝛꝛ	1907	volfellis pugnare, non gla-		X	
vicini ne quidem sentiunt	1978	diis	1995. 2008	<b>X</b> Enoꝛꝛꝛꝛ calcolus	1264
vicinum semper inuenies	2003	voluptas malorum esca	2020		
vinalia sine vino expediri		vomētum in numero	1930	INDEX A P E N D I C I J S	
non possunt	2008	vomer humo teritur	2021	P R O V E R B I O R V M.	
vincat tuus tripes	1943	vꝛbe amissa, recipit pugio-		<b>X</b> Enocratis testimo-	
vinculis Hippocratis adliga-		nem	1825	num	1970
re	2007	vꝛceus pro amphora	2037	Z	
vino veteri qui utuntur, sa-		vt Aedituus responsa numi-		<b>Z</b> Aleucilex	1084
piantes sunt	1990	nis pꝛꝛdicat	2011	zenone moderatior	610
virum ferrum trahit	2006	vt egeni eruum	1858	zenonium est & lentem co-	
vita Charadrii	1994	vti nutrices Lamiam	1298	quere	1639
vita suilla	1967	vtꝛamque inflare tibiam	2038	zoili	359
vitex floret, & botrus matu-		vtꝛ	2002	zonam perdidit	280
rescit	1962	vtꝛ fastu plenus	1884	zopyri talenta	1085
vitulus pauperi castrum est	2035	vt sportum furunculus cap-			
ltra pedem	2016	tare	2007	F I N I S.	
vlyxis vinculum	1970	vulgari pisci non in sunt			
		spinꝛꝛ	1971		
		vulpes archilocheꝛꝛ	1988		

# INDEX GRAECORVM

## PROVERBIORVM.

<b>Α</b> Βίωτος βίος	1005	Αὐτοβυῶν	1671
Αβιωμέτερον ὁ δ' αἰὲς αἰσίτω	1202	Αὐτόθιν κατάβαλλε	1257
Αδγκμντοπέδιλον κίων	1822	Αὐτολήκοβοι	1540
Αιγροίς εἶεν ἰορτυ	2026	Αὐτόχθονος	517
Αἰγυπτικῶν	1266	Αχιμ	579
Αἰδέομαι τρεῶς	212	Αχοντι	324
Αἰκάλλων	1443	Αχρείογαλως	1471
Αἰγαίουδα	1732		
Αἰκίπια δύεν	579	<b>Β</b>	
Αἰκρόκτος πόλεμος	1210	Βαλακοφᾶροι	1191
Αἰκροθάρακας	1621	Βαλλ' ἔγως	824
Αἰκροχεριζιδω	568	Βασιλικῶς pro magnificē	1021
Αἰκοσκοπιή	491	Βαταλίζιδω	346
Αλιπτήριον	1458	Βατακάρας	1489
Αλλοπροσάλλον	102	Βατταρίων	1367
Αλλοτροφάγμ	1541	Βεργαίζων	1713. 1986
Αμικς ἑπίτητον	715	Βλάξ	847
Αμνισία	687	Βαλύτιον	699
Αμουσολογίς	841	Βομβύλιον	932
Αμπιλαργεῖν	2012	Βηλιμῖαν	560
Αμφαξοῖον	1870	Βηφᾶρον	707
Αμφιδαλῆς ἴρεον	1471	Βυσσοδομήων	1469
Αμυσί πίνων	1478	Βωμολοχόβιδω	1361
Ανάγκη Parcaum mater	771	Βωμολοχός	ibidem
Αναματί	325		
Αναπιμπάξων	1363	<b>Γ</b>	
Ανδράπαιδες	1467	Γενεῆς	517
Ανιμοφόροικ	1348	Γεροβοσκῶν	575
Ανεμωλίς	ibidem	Γοργον βλέπων	1221
Ανίδρωτι	325	Γεῖζων	677
Ανιπιελαργεῖν	573	Γύης	1426
Ανωπωμαῶν	178		
Ανοῖα σύμπτωσις	388	<b>Δ</b>	
Ανοῖον μέδων	170	Δημοπιθήροι	1280
Απ' ἀκροφυσίων	1477	Διακαδωίζων	1728
Αποσκυδίσω	1638	Διονυσιοκόλακεις	728
Απὸθμενα	537	Δις δια πάντων	752
Ασαλακμίγιος	1182	Δηλόπολυς	1036
Ασκληπιῶ δειδω	1816	Δύριον ἴππον	1468
Ασσιδαποβλής	565	Δωρεῖζων	1787
Ασσιδον πόλεμον	1210	Δωροδοκῆσι	873
Αταρροτον βιον	70	Δωροδοκῶν	965
Ατιμαγελῶν	68		
Αΐδεις ἄν	655	<b>Ε</b>	
Αυτοβοῶν	1054	Εγκλιῶτις ἡμέρα	1433
		Εἰκῶ	1133
		Εἰλισσοῦ ἐν φέριγγι	1823
		Εκλιῖσαι	1165
		Εκπερδίσω	1258
		Εκπινανθῶν ἢ πιλώας	2026
		<b>Η</b>	
		Η	2
		Ελλῶ.	



100			
101			
102			
103			
104			
105			
106			
107			
108			
109			
110			
111			
112			
113			
114			
115			
116			
117			
118			
119			
120			
121			
122			
123			
124			
125			
126			
127			
128			
129			
130			
131			
132			
133			
134			
135			
136			
137			
138			
139			
140			
141			
142			
143			
144			
145			
146			
147			
148			
149			
150			

A. H. T.

# INDEX PROVERBIORVM

IVXTA LOCOS, AC IVXTA

numeros primi indicis,

*Cuius quidem numeri huic indici respondent.*

## ABERRANDI.



**E**xtra calcem  
quis aberrat  
toto celo erras  
tota erras via  
pugna consilia scindit  
a lineis excidere

*Ab initio ad finem.*

Ab ipso lare  
a capite ad calcem  
prora & puppis  
venimus ad summum  
a carcere  
a carceribus  
ab uno vsque ad mala  
a linea incipere  
ab incunabulis  
a teneris vnguiculis  
principium dimidium  
quodcumque in solum  
exordiri telam  
scindere glaciem  
ea tela textitur  
toto organo  
a caelo ad terram  
ne inter appia quidem  
salua prima  
ianuam, fenestram aperi re  
schema & gradus

*Absurda indecora seu praepostera.*

Fluuius quae procul &c.  
frustra habet  
asinus auis  
herculus corhurnos  
lumen soli mutas  
ranæ aquam  
soli lumen  
sus Mineruam  
mercurius infans  
sus cum Minerva

pica cum luscinia certat  
vespa cicada obstrepens  
currus bouem trahit  
caner leporem capit  
velocem tardus  
virgultea scapha  
silurus putris in quadra ar-  
gentea  
mali viri honesta oratio  
archilochi melos  
agninis lactibus alligare ca-  
nem  
eodem collyrio mederi om-  
nibus  
ante pilos sapere  
odi pueros praecoci sapien-  
tia  
calceus pede maior  
aratro iaculari  
sus saltavit  
mulgere hircum  
iungere vulpes  
nocte lucidus  
cum aqua fauces strangulet  
primas iactare hastas  
operarii  
omissis fontibus insectare  
riuulos  
in herba luxuries  
tuum tibi narro somnium  
nil intra est oleam  
iuppiter orbis  
iugulare mortuos  
mortuum vnguento perun-  
gis  
ad consilium ne accesseris  
antequam voceris  
aduersus solem ne loquitur  
more carico  
accepta candela  
lanam in officinam sullo-  
nis

nec aures habeo, nec tango  
sincerum vas incrustare  
iuxta fluuium puteum so-  
dit  
per parietem loqui  
priusquam assa sit farina  
priusquam mactaris  
prius antidotum antequam  
venenum  
capra nondum peperit, he-  
dus autem &c.  
anulus aureus in naribus suis  
in mari aquam quæris  
vmbra suam metuere  
furari littoris arenas  
canem excoriatam excoria-  
re  
nudo vestimenta detrahere  
nudo mandas  
caput artis  
gallos quid execas  
in aere piscari  
piscem natare doces  
lupi alas  
boue venari leporem  
serenitati nubem inducit  
dum virent genua  
ceruus canes trahit  
aquam igni miscere  
faber cum sis  
elephantum ex musca  
ebur atramento candeface-  
re  
exacta via viaticum  
qui se non habet, samum  
petit  
leoni exuuium super cro-  
coton  
cantherium in fossa  
ex natali emortualem face-  
re  
ocandum vt seria agas

post

# Index Prouerbiorum

post rem detorātam ratio  
 trabem batulans  
 solem adiutare facibus  
 tarditas consilio adiuta  
 caligare in sole  
 teipsum nō alens, canes alis  
 mari aquā e fossa infundis  
 mus non ingrediens  
 ad mensuram aquam  
 aliorum medicus ipse vulne  
 ribus scetet  
 anus eriphus  
 anus saltat  
 anus cothonifat  
 in toga saltantis personam  
 inducere  
 camelus saltat  
 lucernam adhibes  
 clauē findere ligna, & securi  
 fores aperire  
 canidas paleas  
 vulpes bouem agit  
 ante barbā docēs  
 dasypus carnes desiderat  
 tutelepus es, & pulpamen-  
 tum quæris  
 sydera addere cælo  
 in pace leones  
 smaragdus in luce  
 nec vola, nec vestigium  
 delphinis in terra vires  
 manum peteris & pedē por-  
 rigis  
 eburneis rastrois solū vertere  
 lingonibus aureis terram  
 fodere  
 fronti ocream, tibi galeam  
 applicat  
 oreitis somnium narrare  
 pitillium exornatum  
 flumina in terram cōmutat  
 priusquam pinsueris, fari-  
 nam subigis  
 fulmenta lectum scandunt  
 nouus iste palzphatus  
 a cauda ad os transferre  
 inter Sotias & tybios referre  
 fluuii cursus nō detorquen-  
 dus  
 crocum in ciliciam  
 tanquam super spinas ince-  
 dere  
 auisus Adriam retrofugit

calcei Sicyonii  
 vinalia sine vino expediri  
 non possunt  
 aleindo ponā dare  
 de scammate egredi  
 testudo volat  
*Accessio pusilla aut nimia.*  
 Cræsi pecunię teruio  
 piscis sale eget  
 holerum additamenta  
 gleba aruum  
 gutta vini  
 ne maior thylaco  
 cubitale  
 mantilla obsonia vincit

## Ad rem pertinacia.

Nunc in regionem  
 ipsum ostii limen  
 rem acu tetigisti  
 aedibus in nostris  
 omissis nugis rem  
 ab vnguibus incipe

## Adulatio.

Mercenarium præconium  
 saluete equorum filię  
 verbis coquinariis  
 in hostio formosus  
 resutantis laudem  
 haud quaquam difficile A-  
 theniensem  
 cura esse quod audis  
 herculna scabies  
 ficum cupit  
 de fera comedisti  
 cauda blanditi  
 præstat habere  
 benignior pellaco  
 letale mulsium  
 io pcam  
 polycrates matrem  
 ipse semet canit  
 magis ipse Phryx  
 climacides  
 glosstogastores  
 gallonius

## Æqualitas.

Æqua concertatio  
 in eadem lancea imponere

## Æquanimitas.

In re mala  
 magistratum gerens  
 iactare iugum

ad finem vbi peruenieris

## Alijs alia placens.

Felix Corinthus  
 quor homines, tot sententię  
 suum cuique pulchrum  
 balbinum Polypus agnæ de  
 lectat

suus rex regiņe placet  
 te tua, me mea delectant  
 velle suum cuique est  
 asin'asino, & sus sui pulcher  
 ad Syrenum scopulos conse-  
 nefere

## Alibi dimittum, alibi red- ditum.

Clandus optime  
 nō omnia possumus omnes  
 facta iuuenum, consilia se-  
 num

mainam auditionem flu-  
 uiali abluic

quod alibi dimittum  
 subiice seni iuuenulam  
 nō omnis fert omnia tellus  
 senum consilia, iuuenum  
 fructibus nō stadiis certare  
 spicilegium relinquere  
 paludem & salinas emere  
 oportet

## Aliena curantis.

Bellum conohi curæ fuerit  
 in alieno choro  
 ne depugnes in alieno nego-  
 tio  
 quæ supra nos nihil ad nos  
 aedibus in nostris, quę pra-  
 ua, aut recta gerantur  
 veteri curru, de asinis nihil  
 laborans

## Stultior Morycho

## Alieno pericula.

Coctum de alio edere  
 de alieno ludis corio  
 non est meum negotium  
 alienam metis mēsem  
 innocuus alium aspiciam,  
 meum &c.  
 faber cadit cum ferias sullo-  
 nem

## Aliena a re.

Nihil ad versum  
 nihil ad fides  
 nihil ad Bacchum

mira

## Per ordinem Alphabeti.

mira de lente  
 quid ad farinas  
 alia menceles  
 neque celum neque terram  
 quid ad Mercurium  
 ego tibi de albis  
 falces postulabam  
 extra chorum saltare  
 vltra septa transilire  
 extra oleas fertur  
 iucita equum iuxta nyslam  
 haud contra ostium  
 meos corymbos  
 omissa hypera  
 de curru delapsus  
 me mortuo terra  
 mihi istic nec feritur, nec  
 meretur  
 non luctu, sed remedio op'  
 in malis  
 res publica nihil ad musicū  
 quam in tragædia comici  
 equus sessorem rapit  
*Alijs sapere.*  
 Alijs prospiciens  
 facile cum valemus recta cō  
 filia ægrotus damus  
 quarta Luna nati  
*Amicitia.*  
 Amicus non cogendus  
 amicitia stabilium  
 ama tanquam osurus  
 amantium itæ, amoris re-  
 dintegratio  
 amici mores noueris, non  
 oderis  
 nouos parans amicos  
 non potes Thetidem  
 vnus deus, & plures amici  
 neque nulli sis amicus  
 ne cuius dextram iniice  
 nemo sibi nascitur  
 amicorum communia om-  
 nia  
 de manu in manum  
 amicitia æqualitas  
 amicus amico  
 amicus magis necessarium  
 quam &c.  
 nazra & charmione  
 qui circa salem ac sabam  
 salem & mensam ne prete-  
 reas

intempestiua beneuolen-  
 tia  
 præstat habere acerbos  
 non sunt amici, qui degūt  
 procul  
 multas amicitias  
 abiit & taurus in syluam  
 vbi amiei, tibi opes  
 vsque ad aras amicus  
 amicorum est adiuuere  
 mutuum  
 animo egrotanti medicus  
 est &c.  
 in xre meo est  
 syncretismus  
 conciliant homines  
 cum amico non certādum  
 æmulatione  
 queruli in amicitia  
 amicus lingua  
 felicitas multo habet ami-  
 cos  
 felicitum multi cognati  
 mensa communis  
 panis fractio  
 ad felicitus latus inflectere  
 nauigare cum felicibus  
 tempus arguit amicum  
 ne rebus prosperis mihi  
 venias  
 feruet olla; viuit amicitia  
 ipsis. & chiis  
 vultu læpelæditur  
 sal & mensa  
 philotesius crater  
 salutetenus amici  
 amicus certus in re incerta  
 cernitur  
 ollæ amicitia  
 viri infortunati procul ami-  
 ci  
 plures adorant solem Oriē  
 tem, quam &c.  
 ad felicem parietem  
 nudæ gratiæ  
 sapientes Tyranni  
 amicitias immortales esse  
 oportet  
 amicus cum vitis ferendus  
 amere frustra, odio ne sis  
 frustra  
 fac nidum in vna arbore  
 tantali philotesia

*Amor.*  
 Caunius amor  
 liberorum amantior  
 iniuria soluit amorem  
 mansum ex oro  
 medullitus  
 omnes incus  
 vclupus ouem  
 vt phrygius amaui  
 cestum habet veneris  
 ex aspectu nascitur  
 paruus semper tuus  
 aureæ compedes  
 musicam, docet amor  
 capite gestare  
 qui non zelat  
 e creta raptus  
 lyge trahor  
 nō soli Atridæ vxores amāe  
 sanguis & anima  
 sternutauerunt amores  
 amor fit ira iucundior  
 capra cinnamomum

### *Anceps & dubius.*

Necessarium malum  
 neque cum malis  
 polypi caput  
 gaudium dolori iunctum  
 plus alos  
 quid primum, aut vlti-  
 mum  
 etiam capillus vnus vmbra  
 habet  
 ad verumuis paratus  
 vti oque nutans sententia  
 volens nolente animo  
 mala bona  
 vnica filia duos parere gene-  
 ros  
 inter pueros senex  
 aut cucurbitæ florē, aut cu-  
 curbita  
 oportet testudinis carnes  
 aut edere, aut &c.  
 aut mortuus est, aut docet  
 literas  
 aut quinque bibat, aut tres,  
 aut ne quatuor  
 excubias agere, aut ditari  
 in triuio lum  
 ancipitis animi  
 hasta caduceum

# Index Prouerbiorum.

Delphicus gladius  
iisdem eliteris  
qui nocere potes,  
nauis aut galerus  
tertium caput  
triceps Mercurius  
psecas aut ros  
altera caduceum, hastam al-

tera  
gemina cordas ferit

*Aperse & crasse.*

Præmansum in os inferere  
crassa Minercia  
crassiore tuus  
cambus oisâ proda  
vomentum in numero  
sua fronte

*Approbandi.*

Præmere pollicem  
album calculum addere  
ci eta notare  
pedibus in sententiam di-

scedere

momo fatisfacere  
omne tulit punctum  
punctis singulis  
calculus omnium  
vnione signare

alba felicia  
alba faba  
rectam instans viam  
ne Iuppiter quidem  
Seruum haud veho  
Si tibi amicum

*Arrogantia, iactantia.*

Mira de lente  
sine incolumis redeat  
arcem e loaca facere  
gallus in suo sterquilinio  
tollere cristas  
attollere supercilium  
nauphracton tueri  
tollere cornua  
arrogantia non ferenda  
sybaritici sermones  
tuo pede te metire  
vltra peram  
hamixça  
sophocles Laudicæni  
altius Otomedonte  
ampullacea  
basilica facinora  
canpana superbia

dea excogitauit  
laurecolâ in mustaciis quæ-

tere  
palmarium facinus  
peristomata campanica  
pulchrum sepulcri elogio  
phaniz ianua  
sybaritæ per plateas  
cicadis pleni  
ex academia

ingredi Iunonium  
summis vngui bus  
cœlumi territat armis  
ex vno multa facere  
cœlum digito attingere  
iouis sandalium  
imperitus subligaculum  
indutus

fastuosus maximus  
tamquam argiuum clypeû  
homo bambylus  
de pulmone reuellere  
ipse dixit

auro loquente  
ne mihi Iuffenus essem  
pennas nudo maiores exten-  
dere

ne sutor vltra crepidam  
cœnei hasta  
gigantum arrogantia  
magis sibi placet  
hic Rhodus, hic saltus  
atticus in portum  
calliphæus

bullatæ nugæ  
vino vendibili suspensa he-

dera non opus  
rellisfare  
diuinum excipio. sermonē  
ampullas loqui  
annum in mensē contra  
hit

ne samnione domi relicto  
salmonæus alter  
briareus, alias lepus  
io saturnalia  
coturnicis naturâ induere  
vtur fastu plenus  
delphinum patina. non ca-

pit  
mithecut cum sit agamen-  
nonem simulat  
antronios afinos

fortes in tabula  
orus, & Othos  
rusticanus Oenomanus  
g oisus maturus æsui ine-  
ptus

ocyma cantare  
nescit se ipsum  
telephus è perula  
pisandri galea, & superciliû  
ionii patria intonat  
tragici cothurni strepitus  
lapitha

*Affiduitas.*

Minutula pluuia  
assidua stilla saxum excauat  
bis septem plagis polyypus  
contusus

dicendo dicere discunt  
latum vnguem  
taurum tollit, qui vitulum  
sustulit

velut umbra sequi  
ne altero quidem pede  
saxum volutum non obdu-  
citur musco

multis icibus deicitur  
quercus  
exercitatio potest omnia  
ne genu quidem flectere  
studium generat studium  
&c.

gutta cauat lapidem  
polyypus scopulo affixus.

*Aperitas, morositas.*

Ferreas, abznæus  
versatilis Artemou  
cornea fibra  
scytharum oratio  
pandelitias sententias.  
thymbra victima  
scabrosior leberide  
totus echinus asper  
durus alloquii  
echino asperior  
corinthus, & collibus surgit  
& vallibus deprimitur  
etiam quercus bacchatur  
agamemnonis hostia  
matiolæchus  
ne moue festucam  
alasso rixa quæritur  
in durum. & implacibilem  
scyta malus

gratis

# Per ordinem Alphabeti.

gratiis lita  
reperit patella operculum

*Attentio, & cura.*

Purgatis auribus  
mens peregrina  
præfens abest  
crecti  
ausculta, & perpende  
confulendum, & consiliis  
parendum  
ceram auribus obdis  
summis auribus insidet  
fluctibus obloqui

*Audacia.*

Neque terræ motus timer,  
neque fluctus  
fortes fortuna adiuvat  
animus heptabocus  
aqua præterfluit  
marcis pullus  
alter Hercules  
achilles  
achilleum argumentum  
non abiicit animum  
ne quid moueare  
in discrimine apparet qui  
vis  
non cédendum malis  
qui cum cōtemptu vitæ in  
uadunt  
improbitas muscæ  
megabyri sermones  
vbi vber, ibi tuber,  
gyaro dignum  
qui colocæ regere nequit,  
onerariam petiit  
eum musis certare

*Auxilium infirmum.*

Lunæ radiis nō mat urefcit  
botus  
per fluitum traducere  
sacer manipulus  
coriaceum auxilium  
sculnum auxilium  
fuhula Leonem excipere  
iolaum implorat  
istic vellus non carpitur

*Beneficium corruptum.*

Perdisti vinum  
capra Scyria  
panis lapidosus

canina vicitans, cynocephala  
lum oppugnans  
*Bibacuas.*

Angina vinaria  
madusa  
parthi quo plus biberint,  
plus siciunt  
ranarum more  
nec elephantus ebiberet  
cothonissare  
calicum remiges  
argenteus puteus  
colaria cadavera  
in ollis venari  
mensura aquam bibens  
hectorem imitaris, ab Illo  
nunquam recedis.  
quatuor habens capita

*Bonæ fortunæ, copie, felicitatis aut ominis.*

A sinus in paleas  
in voti compotem  
nunc illa aduenit Daidis  
cantilena  
proctridis telum  
albæ gallinæ filius  
aut piscem olet, aut florem  
virgula diuina  
gygis anulus  
oici galea  
bonis aibus  
omnia ex sententia cedunt  
datyli dies  
diis hominibusque plaudē  
tibus  
semper feliciter cadunt Io-  
uis taxilli  
sapiēs sua bona secum fert  
contingit, & malis venatio  
iecit Achilles duas tesseras,  
& quatuor  
ex astris delapsus  
mortalis Deus  
iliās bonorum  
cumulus meritornm  
plaustra bonorum  
rex sum  
sale, & aceto  
sale nihil vtilius  
supercilium salic  
tranquillo quilibet guber-  
nator est

effugi malum, inueni bo-  
num  
inueni non quod pueri in

saba  
sardi venales  
thassus bonorum  
bonorum aceruus  
horna messis  
bonorum myrmecea  
dathus bonorum  
gargara bonorum  
bona terræ  
bonorum glomi  
copiz conu  
lac gallinaceum  
extis pluit  
capram celestem orientem  
conspexerunt  
bonz fortunæ, siue boni ge-  
nii  
oculus dexter mihi salit  
bona spes ostensa  
deus vnde cunque  
lux affulsit  
noctua volat  
laureum baculum gesto  
midas in tesseris  
boues messis tempus expo-  
ctantes  
bos apud aceruum  
bos ad præsepe  
felicitas à Deo  
primum recte valere  
deum esse  
lacinia obtinere  
quæuis terra patria  
mare animum non indiget  
achaicum telum  
ter sex iacit  
italicæ mensæ

*Breniloquia.*

Tribus bolis  
pauci loquus, sed eruditus  
minore finire pomerio, &  
his similia  
vno salce complecti  
tribus verbis  
chilonius modus

*Cacusimtia.*

Lolip vicitant  
saturinæ lemez

# Index Prouerbiōrum

excurbitas lippio  
 ollas lippire  
 hypſca cæcior  
 talpa cæcior  
 cæcior leberide  
 titeſia cæcior  
 in canis podicem inſpice-  
 re  
 cimmeric tenebræ  
 cæca ſpeculatio  
 cæcus cæco dux  
 neque cæcum ducem, ne-  
 que amentem conſulto-  
 rem  
 palpari in tenebris  
 ed nobis tria vides  
 puluerem oculis offun-  
 dere  
 nox hūmida  
 lippus oculus ſolis radios  
 non fert

## *Calumnia.*

Theocrines tragicus  
 abo rete aliena captant bo-  
 na  
 ſycophantæ morſus  
 argiua calumnia  
 boliti pœnem  
 cydi pœnam debet  
 ehius  
 patrazione calumnioſior  
 crater litinm  
 fruſtra Herenli  
 ſami mores  
 abydeni  
 falſum probum  
 hoc municeps, aut vicinus  
 nunciavit  
 ſumns e ſicubus

## *Carpens ſe ipſum.*

Domesticum theſaurum  
 propria vinera cædere  
 aſciam eruribus illidere  
 carpathius reſtem  
 aranea neſcit ſobolem

## *Cauſa in deſenſa.*

Heteromolie cauſa  
 deſerta cauſa  
 ne de lite pronuncies  
 haud impune vindemiam

facies  
 deſertum vincere, capere, ac  
 cuſare

## *Cedendum multitudini.*

Ne Hercules quidem  
 cedendum multitudini  
 extra publicam viam ne de-  
 ſectas  
 plurium calculus  
 contra duo cōtraria pugna  
 re difficile  
 vnus contra multos  
 vnus vir, nullus vir  
 vni cum duobus nō eſt pu-  
 guandum  
 tria Theramenis cauenda

## *Citra laborem.*

Citra ſementem  
 dormienti Dii conſcient  
 citra puluerem  
 ſub aliena arbore fruſtū  
 citra arationem  
 vitro deus ſubiicit bona

## *Clamoſus.*

Septem contiuuium  
 clamoſior lauro  
 vſque ad rauim  
 claudiana tonitrua  
 apertis tibiis  
 cyclobori vox  
 ſarpedonium litrus  
 ſtentore clamoſior  
 abydena illatio  
 columnas rumpere  
 abſit clamor in colloquio,  
 aut luſa  
 hūbe factu procliuia  
 vna clamore Neadas ſupe-  
 rat  
 ſuilla harmonia

## *Commodum in ſeruerſum.*

Alii ſementem faciunt, alii  
 metent  
 mazam pinſuit a me  
 palmam præripere  
 abſen. hætes non erio

## *Commodo magno emptum.*

Vale charum lumen

ſalamina nauis  
*Conatus.*

Omnibus  
 aut terra, aut mari  
 conuocare iacia  
 cominus & eminus  
 manibus pedibusq; & nex-  
 uis omnibus  
 omnem vocem miſtere  
 omni telorum genere  
 renis velis que  
 ancoras tollere  
 omni pede ſtandum  
 cum haſta, cum ſcuto  
 omni certaminis genere  
 ſumms vti velis  
 in magnis, & voluiſſe ſat  
 eſt

miſcebis ſacra prophantis  
 mare cælo miſcere  
 terra mari que

## *Concordia.*

Velut in cratere  
 concinere  
 dorice concinnere  
 eādem queri  
 pariter remum ducere  
 concordia fulciuntur, opes  
 etiam exiguz  
 mutua deſenſio,  
 tradunt operas mutuas  
 vt in uelabro olearii  
 acum & ſilum ſumens ru-  
 pturam conſue  
 balneum ingreſſus deponit  
 odium

## *Coieſtura.*

Leonem ex unguibus æſti-  
 mare  
 e ſimbria de texto iudico  
 de guſtu cognoſco  
 de fruſtu arborē cognoſco  
 æthiopem ex uulſu diuidi  
 care  
 cauda de uulpe reſtatuz  
 ex fronte perſpicuum  
 ex ſtipula cognoſcitur  
 e calmo ſpicam  
 e cantu dignoſcitur auis  
 eſtaminatorum etiam ora  
 tio eſtaminata  
 ſtellis ſignare

## Per ordinem Alphabeti.

obelo notare  
 vnus homo non facit ciuitatem  
 multas iruindinibus opus  
 vnus nummus non facit diuitem  
 ex vno omnia  
 domi coniecturam facio  
 prima facie  
 cribro diuinare  
 signum bonum, aut malum  
 vna hirundo non facit ver.  
 omnibus vestigiis inquirere  
 qui bene coniciet  
 rem acu tetigisti  
 scopum attingere  
 crepitu probabis  
 qualis vir talis oratio  
 pelle apparet  
 protinus apparet  
 leonem videre, hostium prælia portendit  
 mortuos videns  
 mortuus per somnium vacabis curis  
 mittere lucem  
 hirundo cęstatem loquitur  
 conscientia crimen prodicit  
*Consilium.*  
 nihil est miserius quā animus conscius  
 res sacra consultor  
 suadeo quod ipse facturus esse  
 colę consilium  
 nox gubernatorem prudentem terret  
 ratio sapienti pro necessitate.  
 numquam crateri lagenam impone  
 quod dubites ne feceris  
 vt egeni eruum  
 archilochi vulpes  
 cum aquila esse queas &c.  
*Contagio morum.*  
 Negustaris quibus nigra est cauda  
 a bonis bona discere  
 oscitante vno  
 corrumpunt mores  
 si iuxta claudum

talis est qualis cum familia  
 ris  
 igne stipule admouere non tutum  
 studium generat studium  
 &c.  
 cum vulpe, habens comertium  
 elige vitam optimam  
*Contemptus & militatis.*  
 tineas pascere  
 homo creffis  
 ne crepitu quidem digiti dignum  
 cancha diguus  
 ne ligula quidem  
 tithymallus laconicus  
 semper me tales, hostes &c.  
 incus maxima  
 aquila non capit muscas  
 elephanti non capit mu-  
 rem  
 cœnum barbaricum  
 casta glande  
 fumus  
 fungus puridus  
 mithragyræ non Daducus  
 nummo addicere  
 nummus plumbeus  
 non magis quam canem  
 nihil est, aut nihil curę est  
 aquila thripas aspiciens  
 aquilam cornix prouocat  
 asinus compluitur  
 manum non verterim  
 quod non est opus, alle-  
 rum est  
 vapula papyria  
 asinus esuriens negligit su-  
 stem.  
 pili non facio  
 quam curat testudo muscæ-  
 nauici non facio  
 ne turuncium quidem  
 ne nummus quidem plum-  
 beus  
 ne vmbra quidem  
 ne alii quidem caput  
 ne terra quidem innuit  
 ne ramenta quidem  
 nihil sacri es  
 nihil sanum  
 homo trioboli

exiguum oboli præcium  
 holerum appositio  
 fyrorum multa holera  
 huius non facio  
 quattuor obolis  
 thryce, apine  
 nebulę in patiere  
 trium litteratum homo  
 vitiosa nuce  
 etiam chorchorus  
 inter indoctos  
 mandare laqueum  
 medium ostendere digi-  
 tum  
 minimo pronocare  
 antehac putabam te habere  
 cornua  
 non pluris quam sim  
 plumbeo iugulare gladio  
 hoc noueram priuquam  
 theogni, natus est  
 loerensis bos  
 scarabei vmbrem  
 bos homolortorum  
 septimus bos  
 geniosus ex erumena es  
 indigenus qui illi calceos de-  
 trahat  
 obolo dignus  
 vt laci baruli  
 tinnillitium  
 serapte  
 ficula mens  
 dupondii  
 robolates  
 casta nuce  
 ne turuncium quidem in-  
 sumptis  
 attagen  
 sale emptum mancipium  
 ficulus miles  
 feruorum ciuitas  
 de fece haurire  
 garica musa  
 asinos non euro  
 pomarius Hercules  
 malum Hercules  
 leuidente munus  
 cicernus Bacchus  
 ollaris deus,  
 sotericli lecti  
 cecidis & buphonorum  
 ficulus

ficul.



# Index Proverbiorum

<p>refringere recoquere ad libellam debere feniculum ad lapidem factum transactum pleno gradu pluteum cadere demonstros vngues sapientia in quadrum redigere in nocte consilium ruminare negotium fixis oculis intueri in occipitio oculos gerere vnum ad vnum incuti reddere ruris fons ithorus caput scabere aristophanis, &amp; cleantis lucerna olet lucernam non vnam manu capere metiri digitis arator nihil incuruus praenarratur non nauiges noctu somnia absit ab oculis neque quantum lusciniæ dormiunt vel acum inuenisses grues lapidem deglutientes frons occipitio arripe negotii curam mihî curæ exit hoc negotium mihî ista curæ ex perpendiculari folia cadunt post cadent arbores transuersum vnguem digitum transuersum puncto non descendere non omnia per bouem obtinebis omni sunt remisso gallinaceus Eudionis conando Græci Troia potiti sunt</p>	<p>discidi pomum mappam mittere <i>Discriminis.</i> A pio opus est sub cistero liquit sus sub fultem in Pithii templo vltimam domi sim fuge procul a viro fuga ruri post folia cadunt arbores nunc contingat de tuo capite e canis podice afice ad extremum scientiæ in eadem es nauis de pilo pender periculum proræ inter sacrum &amp; saxum a fronte præcipitium, a tergo lupi flamma fumo ex proxima tua res agitur tunc per ignem incendis in neruum ire nocuit, &amp; nocebit inter malleum, &amp; incudem in acie non acule res est in cardine e nassa esca in petere ruta opus est longæ regum manus fortiorem te vita ne vni nauis vndarum in vluis filium contentionis caluum quam sis ouem lupum committis obitcere canibus ne in melampygam ne temere Abydum ad scolum nec proficere ipse caue thoracem ægyptum nauigat ne in neruum erumpat a bis septem vndis ne puero gladium gladium acutum auertas perque enses, perque ignem oportet irrumperere non cerrat de olea malcam legens per hastæ cuspidem</p>	<p>lepus pro carnibus ex ore lupi certamen non accipit executionem corpore effugere in periculoso negotio ingens discrimen pyrrhoniam hæsitatio nihil ad persium imbrii, &amp; lemuu <i>Diffiniendini, &amp; incongruencie.</i> nihil graculo cum fidibus nihil cum amaracino sui nihil aduersum nihil ad fides nihil ad Bacchum asinus ad Lyram quid cæco cum speculo asinus ad tibiam aliud noctua sonat aliter catuli longe alia voce psittacus graculus inter musas lyrus cum sis asinus in vnguento asinus portans mysteria felix crocoton cibus in manulam ne puero gladium in eburnea vagina plibeus gladius in lente vnguentum congregate cum Leone aufert Mithonem canis in præsepi seruus cum sis extra oleas extra camionem extra organum que semel ancilla in agro surculario asinus in pelle Leonis asinus in pelle Leonis asinus auriculas mouens bos ad lyram scarabeo vnguentum inuisum alabastrum</p>
---	--	--

## Per ordinem Alphabeti.

alabastrus putet huic  
tu in legione, ego in culi-  
na  
charixene non sunt ista  
tunc canunt cycni quando  
tacuerunt graculi  
Orimalides cum Acylis ne  
contuleris  
pica Sirenem imitans  
quid delphino, & boui com-  
mune  
quid lecytho cum strophio  
quid coturnus cum claua  
quid batbitou crocoto lo-  
quitur  
quid lyra cantalicę  
pigmeum imponere colosso  
hercules *κρωτοφορῶν*

*Diuitiæ.*

Cræso, Crasso ditior  
midę diuitię  
lystrati diuitias  
pactoli opes  
cynirę opes  
pelopis talenta  
ad ambas vique aures  
ne decima quidem  
vltra res Callicratis  
zopyri talenta  
diues aut iniquus  
facieras ferociam parit  
quantum non miluus  
tentali Talenta  
noctuz laureoticę  
dextro Hercule  
quantum habet quisque  
pecuniz vir  
vnde excoquat  
diuitię non semper  
vestis vitum facit  
magnum os anni  
nullus indigens  
cuparyphus ex comędia  
atragine nouilunium  
arabum gazę  
persici apparatus  
cantalicę opes  
herculis quęstus  
ad pedes ad caput  
pythiz Mysii talenta  
pauperi vitulus castrum  
alcinoi horri  
lydia arena

darii opes  
herculis cornu  
mare amnium non indiget  
*Diuitum prerogatiua.*  
Felicibus sunt, & trimestres  
liberi  
multitudo imperatorum  
citius Telegore donatim  
nemo bene imperat, qui  
non &c.  
bonus dux bonum reddit co-  
mitem  
arbore deiecta  
vina vox  
annus producit  
aliis lingua, aliis dentes  
dii trephes doliare habens  
alas

*Diuturnum.*

Lapis ad funiculum  
*Docilitas.*  
Aperte musarum ianuz  
bos alienus subinde  
vinam domi sim  
duro flagello mens docetur  
rectius

*Domi viuere.*

Testudo intra tegumen  
domi manendum  
domus amica  
domus optima

*Elabendi.*

Casses rodere  
omnes laqueos effugere  
reperire rimam  
extra callem  
plaastrum perculit  
formicę semitam canit

*Error in initio.*

In limine deficere  
in portu impingere  
cantherius in porta  
de limine offendere

*Excellentia, inæqualitas.*

Aquilam noctuz comparas  
cicadz apem comparas  
rana cum locusta  
rosam cum anemone  
acanthida vincit cornix  
cancros lepoti comparas  
testudo pegafo  
senecta leonis præstat  
victoria meliorum

deteriorum victoria  
chorus maior & concinna  
tior  
ius in manibus  
græsi pecunię teruncium  
optima quidem aqua  
bipedalis  
camelus vel scabiosa  
crotoniatarum postremus  
plus apud campanos  
aquilę senecta, Corydi iu-  
uenta  
equis albis præcedere  
culicem elephati comparas  
multis parasangis  
testudinem equus insequi-  
tur

pica certat cum luscinia  
bubo canit luscinia  
si tanti vitrum  
sedecim pedibus  
tibiã tubę comparas  
quanto afinis præstat  
fluuius cum mari  
hirundo totos schęnos  
hinnulus leonem  
mineruę selem  
nihil ad Parmenonis suem  
post lesbium cantorem  
nihil alię ciuitates  
indignus qui illi porrigat  
&c.

ne dignus qui me intuea-  
tur  
celmis in ferro  
aquila in nubibus  
manica  
multi discipuli  
solus sapit  
formica camelus  
hercules cum simia  
nanus cum sis cede  
hęc potior  
corui lusciniis  
seruus seruo præstat  
antiquis debetur  
a carnici equi  
inter cæcos regnat  
qui probus Atheniensis  
vnus multorum instar  
alabanda fortunatissima  
alpha penulatorum  
accessi, & Heliconis opera

K ambro-

# Index Prouerbiorum

ambrosia alendus  
gorgonem aggreditur  
lydius currus  
ne caprea contra leonem  
prodico doctior  
quo properas  
alius aliis in rebus  
non omnia possumus omnes

diuinum sermonē excipio  
friuołæ ciuitates relique ad  
crotenem

dii omnia possunt  
nec ad Adonia quidem  
dum vitat humum, nubes  
& inania captat  
gratia musis commiscere

*Execrandi.*

Tragicæ execrationes  
diris agere  
deuotionis templum  
oedipi imprecatio  
phocentium execrationes  
in omni fabula Dedali ex-  
cratio

*Execratio.*

Res palestræ & olei  
vmbra tralis, & domestica  
exercitatio  
nitor ac palestra  
e schola cantilenam  
puteus si auriatur

*Ex euentu iudicium.*

Mali principii malus finis  
mox sciemus melius  
cocta numerabimus exsta  
res indicabit  
magistratus virum indicat  
rem factâ stultus cognoscit  
piscator ictus sapiet  
post acerba prudentior

*Exiium honestum.*

De pulchro ligno vel stran-  
gulare  
sapientia in exitu canitur

*Exiium.*

Seruabis bouem  
testaceum flagellum  
terram pro terra

*Experientia, seu peri-  
clitacionis.*

In care periculum  
in dolio figulariam

in arenam descendere  
primas iactare hastas  
velitari

quanta mus apud pisam  
omnem mouere lapidem  
omnem rudentem mouere  
respublica virum docet  
omnem iacere aleam  
aut ter sex, aut tres tessere  
rex aut asinus

vela ventis permittere  
deo, fortunę quę committo  
res ad triarios rediit  
sacram ancoram soluere  
mouebo talum a sacra linea  
semper tibi pendeat hamus  
fabri fabrilis tractant  
asinus sedet  
rex sum

tentantes ad Troiam perue-  
nerunt Græci

& post malam segetem se-  
rendum est  
multum nauigauit aquę

*Ex sefc.*

Domi habet, domi nascitur  
domesticum malum  
nihil passus graue  
emere malo, quam rogare

*Facundia.*

Attica musa  
lepos Atticus  
cygnea cantio  
tunc cauent cygni, cum ta-  
cebunt graculi

nestorea eloquentia  
nihil ex agro ducis  
nunc ipsa viuunt sapientia  
nunc ipsa florescunt  
musarum aues  
mella poetica  
incantatione quauis effica-  
tius

corinthia verba & Ionica  
byssina verba

luscinia musarum  
mercurii typus  
musarum fauus  
mercurii catena  
os duodecim salientum  
præ nili cataractis

*Fames.*

Fames, & mora

miserimum fame mori  
molestus interpellator ven-  
ter

cestus ieiunat  
non interpellandus famelicus

ventre pleno melius  
etiam bztylum deuorares  
manduces  
ære & rore pastus  
choros tragicos moleste fert  
thessalica buccæ

*Festinationis.*

Nauibus atque quadrigis  
citis quadrigis  
iouis quadrigis  
equis albis præcedere  
talaria induere  
citius quam asparagi coquã  
tur

celerius quam butes  
simul & dictum, & factum  
duobus pedibus

in foribus adesse  
velis equisque  
vir fugiens aut moratur ly-  
ræ strepitum

ocyoraccipitre  
pegaso velocior  
salamina nauis

parit puella etiam si male  
abit viro

ignem palma  
aphya ad ignem  
ne nimium calidum  
intra septimam  
prius quam gallus iterum  
cecinerit

viuit, incende ignem  
a subeunte portum nauis  
matura satio  
prior occupat  
sacra celerius absoluerit  
lupinum potum  
vt canis e Nilo  
duobus clauis figere  
alienis vt soles  
erisonem Imerzum præcur-  
rere

quantum pedibus potes

*Festinatio præpropæra.*

Qui nimium properat  
canis festinans cæcos parit  
catulos

# Per ordinem Alphabeti.

catulos  
 ante victoriam encomium  
 canis  
 ante lentem augere ollam  
 ætate penulam deteris  
 muscum demerere  
 ficulus omphacillar,  
 prouocare venarum  
 odi puerulos præcoci sapien-  
 tia  
 non statim finis  
 festina lente  
 citius quam formicæ papa-  
 uer  
 dedalum remigium  
 ante pilos lapis  
 imberbis senes doces  
 ergini cani  
 vno die consensere  
 facilius quam morbum de-  
 uicerint Bzoti  
 quam facile canis exta edit  
 citius quam gradatim  
*Fides, & granitas.*  
 Folium sibyllæ  
 ex tripode  
 bonus magnusque  
 priscais credendum  
 suffragium optimum  
 semper aliquem virum ma-  
 gnum  
 oraculum  
 ex adyto  
 iniurato credere  
 legatus non cæditur, neque  
 violatur  
 eo Iouis tabulis  
 atticus testis  
 attica fides  
 Iouis lapidem iurare  
 rhadamanti iusurandum  
 viri iureiurando  
 Iouis suffragium  
 amphictionum confessus  
 pollicetis se promissa re præ-  
 stitutum  
 dictum ac factum  
 mineræ suffragium  
 veriora his quæ apud sacrâ  
 oculis magis habenda fides  
 domesticus testis  
 venereum iusurandum  
 dignus qui cum in tenebris

mices  
 de manu in manum  
 manu longa seu breui  
 cenforium supercilium  
*Femina.*  
 Femina nihil pestilentius  
 ignis, mare, mulier  
 sublata lucerna  
 mulieri ne credas  
 nec mulieri, nec gremio cre-  
 dendum  
 mulierem exitia  
 mulieris oculus  
 mulier pudica ne sola sit vs-  
 quam  
 qui non litigat, cælebs est  
 tamquam Chalcidica  
 thessala mulier  
 in triclinio choa  
 in cubiculo nola  
 intus Hecuba, foris Helena  
 nec mulieri, nec gremio cre-  
 dendum  
*Focus.*  
 Focus luculentus  
*Forma deformitas.*  
 Ominabitur aliquis  
 a furiis oriundus  
 leporem non edit  
 myconius caluus  
 pistillo caluor  
 multam sylvam gestas  
 pronomi barba  
 træzenem nauiges  
 quod pulchrum, idem ami-  
 cum  
 callipygos  
 perdicis crura  
 ex ovo prodiit  
 pulchrorum etiam autunus  
 pulcher est  
 simia est simia  
 therstix facies  
 corytheo deformior  
 simiarum pulcherrima de-  
 formis est  
 fumus pulchriorem perse-  
 quitur  
 herculis clypeus  
 tâquam pavo se circumspice-  
 ans  
 cadaueris instar venustus

*Forsitudo.*  
 Masculum  
 achilles  
 achilleum argumentum  
 naxia eos  
 adamantinus  
 aut manenti vincendû, aut  
 moriendum  
 thurium lema  
 mœnia ferrea  
 inflige plagam  
 in lyphidrio pugnas  
 solæ, Lacenæ viros pariunt  
 achillea arma  
 deorum liberi sunt in vul-  
 nerabiles  
 tydeus corpora, animo Her-  
 cules  
 murus semiramidis  
 pallenicum tueri  
 atticus miles  
*Fortune commutatio.*  
 Testule transmutatio  
 alia vita, alia dicta  
 nunc pluit, & claro nunc Iup-  
 piter æthere fulget  
 cum, Ideo quisque & gaudet,  
 & flet  
 ipsa dies quandoque paræs  
 quandoque nouerca  
 omnium rerum vicissitudo  
 multæ rotæ voluentur  
 fortuna æstuaria  
 res in foro nostro  
 flos cinis  
 catastrophe fabule  
 bene natis turpe est male vi-  
 uere  
 vbi non sis qui fueris, nō est  
 curvelis viuere  
 ad pristina præsepia  
 a remo ad tribunal  
 dionysius corinthi  
 nemo mortalium omnibus  
 horis sapit  
 pirana sum  
 fors domina campi  
 inter manum & mentum  
 multa in medio  
 mets communis  
 circulus res mortalis  
 quod aliter cœdiuit coquus  
 aliter condiam  
 K 2 bona

# Index Prouerbiorum

bona nemini hora est  
 osculana pugna  
 per manus tradere  
 de manu in manum  
 cedrus ceculit  
 cras cerdo, hodie nihil  
 computatorum digiti  
 nauiclidis solitudo, nec ver,  
 nec amicos

victoria *ετιραλις*

*Fortunata stultitia.*

Atheniensium incōsulta te  
 meritas

dormientis rete trahit  
 in nihil sapiendo iucundif-  
 sima vita

malum vas non frangitur

*Fraus ab amico.*

Vallus vitem decipit  
 canis mendico auxilians  
 ascoliffare  
 agamemnonium epulum  
 vulpis reliquæ  
 nodorum vincula texentes

*Frugalitas.*

Phormionis thori  
 a colo non fico  
 allium in retibus  
 oliuam ne comedas  
 cilicii imperatores  
 vita doliatis  
 scycon arrodens vxor lacer-  
 nam texe

tanquam in phiditiis  
 hecatæ cæna  
 rhymbra victitans  
 salem lingere  
 si caseum haberem  
 xenocratis caseus  
 aspera vita sed salubris  
 saleni & caseum edo  
 anima sicca sapientissima  
 hecales cæna  
 in agrum seruus  
 cappari victitas, qui potes

*Anthia*

est modus matulæ  
 hortus altera succidia  
 indigentia mater sanitatis

*Frustrata spes.*

corum delusit hiantem  
 thesaurus carbones errant  
 bolus ereptus e faucibus

murem ostendit pro leone

concupiuit aslam  
 ne per somnium quidem

aliena iacis  
 larus parturie  
 cepplus parturie  
 parturiunt montes  
 lupus circumputeum  
 lupus hiat

aurificem te futurum

quærens obsomum

ne quære mollia

diuos insequens lepores

hic sumis nihil attraxit

inani spe flagrat

fluuius non semper fert se-

cures

spem precio emere

semper agricola in nouum

annum diues

cretentes sacrum

nucleum amisi, reliquit pi-

gnori putamina

præuertit ancoræ iactum

deus

in caducum parietem incli-

nare

sedum est mansisse diu va-

cuumque redisse

non omnia cucnint, quæ in

animo

scipioni arundineo

ab alno spectat

argiuos armat oraculum

minunt præsentia famam

suilla absumpta, bouem nō

expectes

da panem & pugnum

*Fuerunt non sunt.*

Stultus opportuna loquitur

iam illi iam nō sunt, at qui

sunt mali

fuere quondam strenui

suimus Tioes

omnia bonos viros decent

sæpe etiam est holitor valde

opportuna locutus

summaria indicatura

bubulcus antea, nunc capra

rius

leo prius, nūc leporem agit

olim Pelasgi, Danaidæ po-

stea

*Fucus.*

Leцитum habet in malis

oleo nitidius

schenicolæ

thesalicum numisma

aliud quidpiam exorna

cathatum sicaminorum in

malis habere

formosus sine pulcritudine

caracalle nummi

geometriam exercere in ci-

lio

*Garrulitas.*

Archytæ crepitaculum

arabius tibicen

turture loquacior

prolixus Iliade

cornicari

daulia cornix

hirundinum musca

lusciniæ nugis insidentes

in mentem quidquid vene-

rit

ad vinum disertis

cicadæ sine canent

citeria

musarum aues

tam multa quam sapiens

dodonæum es

caute loquacior

littore loquacior

cicada vocalior

non est eiusdem & multa &

opportuna dicere

homo semper contradicens

tanquam suber

telenitia echo

balnearor

moscus canens Bœoticum

si coruus possit tacitus pasci

quiequid in buccam venerit

quiequid in linguam vene-

rit

citra vinum temulentia

meliacum nauigium

intersecta musica

lingua quo vadis

leuissima res oratio

faburratus

cane Tellenis

sarcite euntones

sine capite fabula

chius eoum loqui non sinit

cicade

## Per ordinem Alphabeti.

caicade humi canunt  
treicia hirundo labiis in-  
strepiť  
supra clepsydram dicere  
turtur cantat

### *Gratitudo.*

Merces amico constituatur  
qui lucerna egent, infun-  
dunt oleum

lingua præconi præciditur  
pro bonis glomi  
sylofontis chlamys  
lingua festium inciditur  
gausia in stagnis  
immortales gratiarum hor-  
ti

### *Heradipeta.*

Si vultur es, cadauer expe-  
cta

### *Honos indigno habitus.*

Bos in quadriga argentea  
bos septimus  
asinus in pelle leonis  
simia purpurata  
malus choraulas, bonus sym-  
phoniaicus  
strumam dibapho tegere  
ornamentum in luto, di-  
gnitas indigno

### *Hospitalitas.*

Haud vnquam arceť ostiũ  
semper aliquis in cydonis  
domo  
hospitis habenda cura  
fores habet tritas

### *Ignavia. & inscitia.*

Neque compluitur, neque  
sole aduritur  
nequelatere, neque literas  
neque tria quidem Stesicho-  
ri nostri

libethrii in elegantior  
barbarus et truius  
nec sibi, nec alius utilis  
claudi more tenere pilam  
equi senectũ  
anus velut equus  
ab asino delapsus  
liberę caprę  
ne æfopum quidem triuisti  
nullam hodie lineam duxi  
negleciis vrenda filix inna-  
scitur agris

domi pugnas more galli  
supinus  
amcles angulus  
ignauis semper ferię  
mulicris pollex  
qui domi compluitur  
ne vidit quidem oleum  
pigritis semper est festum  
ignarus habenas non tra-

### *Act*

circa montis radices versari

### *Ignoratio.*

Nullius coloris  
in alieno foro litigare  
in tua ipsius arena  
albus an ater sis nescio  
non nouit natos  
ne pictum quidem nouit  
late viuens

### *Ulecebra mali.*

Lotum gustauit  
periculolium est canem inte-  
stina gustasse

### *Impossibilia.*

Prius lupus ouem ducat v-  
xorem  
prius duo echini amicitia  
incant  
prius locusta bouem pariet  
mare prius vitem tulerit  
prius testudo leporem præ-  
uerterit  
sursum versus sacrorum stu-  
minum feruntur fontes  
fontes ipsi sitiunt  
citus in nauis cadens a li-  
gno exciderit  
aquilam testudo vincit  
terra volat  
citus elephantum sub ala  
celes  
capram portare nõ possunt  
& imponitis bouem  
ab asino lanam  
simul forbere, & stare  
sine pennis volare  
statuam faucibus colas  
nunquam efficies, vt recte  
ingrediantur caneri  
lambucam citius  
lenticulam augulo tenes  
ex arena funiculum necis  
asini cauda non facit cribrũ

augiæ stabulum  
veste circumferes ignem  
lupo agnum criperere  
luscinię deest cantio  
quid si cælum ruat?  
bos porrecto vltra Tayge-  
ton capite  
nec Deus, nec homo  
vento viuere  
scarabeus citius faciet mel  
mulieri desunt verba  
tantali mensa  
atlanticum mare cotyla ex-  
sorbere  
priusquam ignitus lapis o-  
natarit  
andromachen ex anguibus  
concinare  
rete inflas  
amnis cursum cogere  
citus terra æthetem con-  
scendet  
in aceruum metere  
myricę citius poma ferent

### *Imperitia.*

Dulce bellum inexpertis  
operarii  
vocales

### *Imposura.*

Dare verba  
addere manum  
os sublinere  
obtrudere palum  
fucum facere  
circum tondere comam  
noua hirundo  
personam maunt, quam  
faciem  
in laqueum inducere  
obolium reperit parnazes  
ephesiæ literę  
embarus es  
planus semel crura fregit

### *Improbi.*

Lydi mali  
lerii mali  
ætolii  
mali commatis  
bipedum nequissimus  
tenedius tibiem  
phrynondas alter  
noui Simonę, & Simon me  
bestia bestiam nouit  
ambrones

# Index Prouerbiorum.

ambrones  
 ballio  
 eurybatiffare  
 vltra Eurybatum  
 tria cappa pessima  
 duplex cappa  
 diagoras melius  
 non capit somnum  
 lupi decas  
 cum sacco adire  
 onobatis  
 cercopum cœtus  
 cercopiffare  
 magis impius Hippomene  
 mare proluit omnia  
 qui omni in re, & in omni  
 tempore  
 ferulis capillus  
 vlyffis remigium  
 dii dent tibi tuam mentem  
 non es laudandus  
 compendiaria res est impro  
 bitas  
 infania non omnibus  
 sacrum ignem inflari nefas  
 fiphnia atra  
 annulus aureus in nare suil  
 la  
 durei equi speciem præfert  
*Impudicitia.*  
 Ofce loqui  
 o nobatis  
*Impudentia.*  
 Manci pera  
 faciem præficare  
 nudo capite  
 atticus aspectus  
 lingua non redarguta  
 personam non faciem gerit  
 sine persona lasciuire  
 tabernariam exercet fron  
 te  
 ilio indigna verba  
 lynges  
*Inanis metus.*  
 vmbra territas  
 vtre certitas  
 da lapidi volam  
 mure obftrepente, etiam ti  
 met  
 panicus cafeus  
 metum inanem metui  
 multa in bellis inania

theagenis hecatæum  
 canes timidi vehementius  
 latrant  
 asperiffi aquam  
 leporem frondium crepi  
 tus terret  
 lamix turris  
 vti nutrices lamiam  
*Inanis opera.*  
 afinum tondes  
 ab afino lanam  
 vtrem vellis  
 caluum vellis  
 æthiopem lauas  
 mortuum flagellas  
 aquam e pumice postulas  
 mortuo verba facis  
 littori loqueris  
 bulbos quærit  
 aquilam volare doces  
 delphinum natate  
 delphinum cauda ligas  
 nebulas diuerberare  
 afini caput ne laues nitro  
 de afini profpectu  
 ad fractam canis  
 de fumo difceptare  
 de afini vmbra  
 arenam metiris  
 arenæ mandas femina  
 de lana caprina  
 in aqua fcribis  
 reti ventos venatis  
 ignem difsecare  
 ifthum perfodere  
 in arena ædificas  
 parieti loqueris  
 cribro aquam haurire  
 in aqua fementem facis  
 danaidum dolium  
 fimo fuffitum facere  
 bos ad ceroma mittis  
 ocnos funem  
 nudus nec à centum virtis  
 fpoliari poteft  
 operam & retiam perdere  
 sterilem fundum ne colas  
 eundem calceum omni pe  
 di  
 in faxis feminas  
 vtrem mergis  
 in aqua fitire  
 inter lapides pugnabant,

nec lapidem tollere po  
 terant  
 cauam Arabiam ferere  
 aranearum telas texere  
 arare litrus  
 e multis paleis parum fru  
 ctus colligi  
 ouum adglutinas  
 penelopes telam retexere  
 oleum & operam perdi  
 periti fus  
 ollam exornas  
 ollas oftentare  
 quid opus erat longis cane  
 re tibiis  
 nihil agere  
 cum diis non pugnandum  
 afinum sub fræno currere  
 doces  
 apud nouercam queri  
 ferrum natate doces  
 cauda tenes anguillam  
 austrum perculi  
 cui nullum negotium erat  
 Hermenem muro cinxit  
 milium terebrare  
 vacuum inhabitare  
 in frigidum furnum pa  
 nem immittere  
 coruus albus  
 lapidi loqueris  
 linum lino neclis  
 furdo oppedere  
 laterem lauas  
 anthericum metere  
 lapidem elixas  
 furdo canis  
 vtrem cœdis  
 verberare lapidem  
 impete peritum artis  
 laborem ferere  
 a lupi venatu  
 alienum arare fundum  
 hvlam inclamas  
 hic funis nihil attaxit  
 hydram fecas  
 cotem alis  
 cum coryco luftari  
 cum diis pugnare  
 cum plurimum laborateri  
 mus, eodẽ in ftatu fumus  
 cum laruis luftari  
 canis

vire

## Per ordinem Alphabeti.

vtre territas  
 senex pſitacus negligit feru  
 lam  
 mortuo mederi  
 senem admonere  
 vmbra territas  
 mari aquam addere  
 inaniter aquam consumis  
 vndas numeras  
 in cœlum iacularis  
 in eodem hzitas luto  
 voluitur luto dolium  
 vlulas Athenas  
 in ſyluam ligna ferre  
 contorquet piger funiculū  
 tranquillum ethera remi-  
 gas  
 ventos colis  
 vento loqueris  
 nugas agere  
 actum agere  
 aquam in mortario  
 volantia ſectari  
 ſaxum voluere  
 ex inanibus paleis  
 fruſtra canis  
 milium torno ſculpere  
 obturbas fruſtra  
 memorem mones  
 cancrum ingredi doces  
 apud ſimum odorum va po-  
 rem ſpargis  
 inuitis canibus venaris  
 inuitos boues plauſtro indu-  
 cere  
 contra torrentem niti  
 contra ſtimulum calces  
 leonem larua terres  
 ſenis mutare linguam  
 ſenis doctior  
 hereulei labores  
 quaſi ſutrium cant  
 aſinus balneatoris  
 mare exhauris  
 exurere mare  
 phrynichi luſta  
 muſcas depellere  
 aues quæris  
 humi auris  
 excubiærum cauſa canens  
 inſluit, quod exhauritur  
 e tantali hortis  
 dente in dente rodere

oreſti pallium texere  
 ver ex anno tollere  
 barbam ab vluis puerorum  
 vellere  
 caprarum nomina  
 dormienti loquor  
 ventos paſcere  
 in cinere ſcribere  
 araneæ tela  
 acceſſorium operis loco  
*Inæquali penſatio.*  
 Ne verba pro farina  
 pro perca ſcorpium  
 vmbra pro corpore  
 palumbem pro columba  
 pilos pro lana  
 pro malo cane ſuen  
 malo bono penſare  
 diomedis, & glaudi  
 ad fractam canis  
 conoſ artoxya  
 ſi vinum poſtule, puguos il-  
 li dato  
 in parte vel ignem præde-  
 tur aliquis  
 amiſit vrbem, & pugtonem  
 recepit  
*Incertus euentus.*  
 Mars communis  
 inter os & offam  
 multa cadunt inter calicem  
 & ſuprema labra  
 in herba eſſe  
 neſcis quid ſerus veſper ve-  
 hat  
 nullo ſcopo iaculari  
 ſi crebro iacias, aliud alias  
 ieceris  
 ſol omnium dierum, non-  
 dum occidit  
*Incitare.*  
 Alas addere  
 cithara incitat ad bellum  
 claſſicum canere  
 ſtimulus fodere  
 cubito ſtantem tangere  
 fodere latus  
 aurem vellere  
 cur ceſſatum eſt ?  
 frigidam aquã ſuffundere  
 feri puer  
 ignarium dare  
 ad ſcamma producere

hinnulus ne cum leone par-  
 tiatur  
*Inconſtantie, perfidia  
 verſutia.*  
 Ventorum ſtatio  
 panagæa Diana  
 cothurnus  
 vnica filia duos parere go-  
 netos  
 clumæra  
 lachryma nil citius areſcit  
 modo palliatus, modo to-  
 gatus  
 pedibus vtriſque claudicare  
 vtroque nutans ſententia  
 venti campus  
 mutabilior Metra criſich-  
 thonis  
 chamæleonte mutabilior  
 polyphi mentem obtine  
 euripis animus  
 euripus homo  
 enips in loco  
 cothurno verſatilior  
 aliud ſtans, aliud ſedens  
 duabus ſedere ſellis  
 duos parietes de eadem de-  
 albare fidelia  
 duplices viros  
 de toga ad pallium  
 duodecim artium  
 theſſalorum commentum  
 phœnicum paſta  
 loerenſe paſtum  
 thracium commentum  
 hoc calciamentum conſuit  
 Hiſtizus, Ariſtagoras in-  
 duit  
 thraces ſœdera neſciunt  
 quibus nec ara, neque fides  
 altera manu fert lapidem, al-  
 tera panem obſtentat  
 repariazare  
 maritimi mores  
 lingua iurauit  
 punica fides  
 græca fide  
 non idem ſunt ſcriptura, &  
 leucæus  
 dædali opera  
 admirabiles in neſtendis  
 machinis ægyptii  
 multa nouit vulpes  
 magnus



# Index Prouerbiorum

magnus uersator in re pu-  
 silla  
 simia non capitur laqueo  
 uolaticum iusurandum  
 semper adfert lydia mali  
 quippiam  
 semper astra noui aliquid  
 apportat  
 uerisimiliter mentiens  
 lampon iurat per anserem  
 magis uariis quam hydra  
 sisyphi artes  
 pyrihandri commentum  
 negaricum machinamētū  
 uylisseu commentum  
 uias nouit, quibus effugit  
 Euerates  
 libyca fera  
 e poculo perforato bibere  
 expedit habere plura co-  
 gnomina  
 si leonina pellis non satis  
 est, uulpina addenda  
 non chius, sed eius  
 uespertilio  
 trochi in morem  
 fons Dodoneus  
 utroque claudicare  
 protei more  
 dextrum pedem in calceo,  
 sinistrum in pelui  
 multa noris oportet, qui-  
 bus Deum fallas  
 ex eodem ore calidum, &  
 frigidum efflare  
 ex se tingit uelut araneus  
 obliquus cursus  
 cantharo altius or  
 cassiocius nodu  
 pardi mortem adsimulat  
 sphondyla fugiens  
 uulpis reliquæ  
 pergea Diana  
 paradisi exuuium induere  
 deos absentes testes facit  
 lenis ira

### *Inculpatus.*

Raria quidem apparet &c.  
 aurum indice exploratum  
 purior clauo  
 a puro pura defluit aqua  
 aurum igni probatur  
 aurum colophonium

ne momus quidem ipse pos-  
 set carpere  
 sol non inuider uespere  
 massilienses mores  
 amicus Plato, magis amica  
 ueritas

### *In delijs.*

Porcellus acarnanius  
 mus albus  
 melitæus catulus  
 alexandrinæ delictæ  
 agri podex  
 ex cubitis cenare  
 expumicare  
 cuspiores a pio  
 totam spirare Arabiam  
 siculæ mensæ  
 pigris semper est festum  
 quem cos non nutrit, illum  
 nec Aegyptus  
 byssina uerba

### *Indeprehensos.*

Folio siculno tenes anguili-  
 lam  
 medius teneris  
 decipula murem caput  
 in laqueos lupus  
 in area latitas  
 in eadem anfas uenisti  
 laqueus laqueum caput  
 laciadæ  
 hinc illæ lacrymæ  
 ubi cognitum est, quod erat  
 occultum  
 hæc Helena  
 culleo dignus  
 hydrus in dolio  
 tempus omnia reuelat  
 cuculus  
 anguilla in strigmento  
 determinare fossam

### *Indiligentiæ.*

Princeps indiligens  
 si quis iuxta ciuitatem cli-  
 peus  
 malut ianitor  
 phani ostium  
 a limine salutare  
 ut canis e Nilo  
 per transennam inspicere  
 per satyram  
 summo pede  
 summis labijs degustare

extremis digitis  
 primoribus labijs  
 inolli brachio, leui brachio  
 compressis manibus  
 pulmo prius uenisset  
 oculis clausis agere, uel per-  
 stringere  
 de paxillo suspendere

### *Industria.*

Dii facientes adiuuant  
 cum Minerua manum mo-  
 ue  
 manu admouenti fortuna  
 imploranda  
 ni purges & malas, non co-  
 medes  
 neque mei, neque apes  
 qui uitat molam, uitat fari-  
 nam  
 manu admouere  
 optimum obsonium labor  
 senectuti  
 lutum nisi tundatur, non  
 sit uceus  
 serere ne dubites  
 qui arat oliuetum  
 quid tandem non efficiant  
 manus?  
 probæ materia est, si probū  
 adhibeas artificem  
 artem quæuis alie terra  
 ex uinbra in solem  
 muli Mariani  
 ais porticus miseræ  
 multis brachijs æqualis  
 aurum e stercore colligen-  
 dum

### *In sacundia.*

Canere ad myrtum  
 ialemo frigidior  
 peius Babys canit

### *Infortunij sine exitij.*

Asinus inter simias  
 nouacula in cotem  
 uita spinosa  
 aqua & terra reddamini  
 asinus inter apes  
 in apes induxisti, irruisti  
 tria e curia dicas  
 ad aquam malus  
 canis in uincula  
 mitte in aquam

## Per ordinem Alphabeti.

ad cynofarges  
 ad coruos  
 in puteo cum canibus pu-  
 gnare  
 in beatam  
 in orci culum  
 charontis ianua  
 terrestria balnea  
 aurum habet Tolosanum  
 equam habet Scianum  
 tragicum malam  
 molitellam habes  
 cadmea victoria  
 fortunatio Strobolis  
 ista  
 nens Izua  
 genitrix malis  
 mala vltro adfunt  
 per medium anulum traha-  
 ris oportet  
 e tribus malis vnum  
 extrema extremorum mala  
 ogygia mala  
 diolygium malum  
 labore laboriosius  
 lemnium malum  
 magnetum male  
 malis mala succedunt  
 tenarium malum  
 tam perit, quam extrema  
 faba  
 viuis videns que  
 ilias malorum  
 Ierna malorem  
 semper Illo mala  
 sybaritica calamitas  
 alio relinquente fluctu, a-  
 lius excipit  
 cyrbes malorum  
 noctua inter cornices  
 hodie nihil succedit  
 malorum thesaurus  
 malorum panegyri  
 per tenebras que apud quer-  
 cum  
 grauiora Sambyco  
 malo asino vehitur  
 miserior monomatis  
 que ex antiqua  
 cuiusmodi portento me in-  
 uoluit fortuna  
 my fortitus es  
 seruabis bouem

inus dolores  
 niobes mala  
 antiopæ luctus  
 cythrice calamitates  
 cyrnea iactura  
 argyeollis  
 ardadamicum bellum  
 ardens vestis  
 aegyptii nuptiz  
 militauit cum Erasuade  
 qui multum obsuit  
 excubias agere in Naupa-  
 eto  
 lepus apprensus  
 rupta ancora  
 commune naufragium  
 obedientia felicitatis mater  
 maritandinus tibi cem  
 simz sanguine profudisse  
 tenedia regula  
 orektis insaniam insanire  
*Ingenij malitia & insitiusio.*  
 Lupus pilum mutat, non  
 mores  
 naturam expellas furca ta-  
 men ipsa recurrit  
 lignum tortum, haud vn-  
 quam rectum  
 aethiops non albescit  
 qui semel scurra nunquam  
 patet familias  
 pedex lotionem vincit  
 occasione dütaxat opus im-  
 probitati  
 saligram imbibere  
 quo semel est irabuta recēs  
 seruabit &c.  
 pardus maculas nō deponit  
 colossi fragmenta  
 eloquentia male siue mori-  
 bus discitur  
 intestina adolens, ipse car-  
 nes deuorat  
 figura & triobolus  
 vulpes pilum mutat non  
 mores  
*Ingratitudo.*  
 Viuum noueris  
 ale luporum catulos  
 aries nutritionis merce-  
 dem persoluit  
 qui canem alit externum  
 hirūdines sub eodem tecto

ne habeas  
 pro beneficentia Agamem-  
 nonem vlti sunt Achiu  
 pro perca scorpium  
 nemo bene merito bouem  
 immolauit &c.  
 simul & miserum est, & in-  
 terit gratia  
 in tenera ne quid beneficiū  
 collocaris  
 arietis ministerium  
 numeros licet perdas a-  
 quam in comendo  
*Ingrata ob resust.*  
 Piscis nequam  
 piscis repositus  
 quantum ex Bacchanalib.  
 antiquiora Diphthera lo-  
 queris  
 ab aborigenum seculo  
 a nannaco  
 res cannax  
 antiquior quam claus  
 per antiquum diem  
 pellenza tunica  
*Initium laudatum.*  
 In hoc calciamento pedem  
 habet  
 operi incipienti fauendum  
 cum paruula est, bona vide-  
 tur spina  
 primum aegina pueros op-  
 timos alit  
 primum Mars in filiis lau-  
 datus est  
*Iniuſtitia.*  
 Statetam ne transgrediaris  
 malum lucrum, & quale di-  
 spendio  
 fabarum arrosor  
*Inſalubritas.*  
 Qui mori nolit sybari ante  
 tempus  
 herculanus morbus  
 herculana scabies  
 cadaueris instar venustus  
*Inſidia.*  
 Canis ad cibum  
 cauentis elacularias insidias  
 oportet omnibus corydalis  
 tragulam inticere  
 ab transeuna cibum  
 in transeunam inducere

# Index Prouerbiorum

pulchre fallit vulpem  
cuniculis oppugnare  
punicis malis omnibus gra-  
num aliquod putre  
equus Troianus

*Inflans.*

Ante pedes  
in manibus esse  
conclamare vasa

*In stupidos.*

Ede nasturti um  
nihil ab elephante differs  
poreus obelus  
sacer piscis  
tanagrauz cetus  
ramacuthæ  
loquax talpa  
bos marinus  
nihil differs à cherephonte  
mens non inest centaurs  
becce selenus  
saturni podex  
caput vacuum cerebro  
m argites  
rana gyrina sapientior  
ouium nullus vsus  
quium mores  
sœnum esse  
tibicines mente capti  
ne quis vnquam Megarensi-  
bus  
midas auriculas asini  
fungus  
aut regem , aut fatuū nasci  
oportet  
stultior Melitide  
nescit capitis, & inguinis di-  
scrimen  
vir videbatur nauis  
terræ intestina  
Iarus hians  
lucerna pinguior  
bœotica sus  
bœoticum ingenium  
bœotica auris  
asinus stramenta manult,  
quam aurum  
colophonium calciametum  
in nauibus educatus  
vasis instar  
veruecia statua  
tredecim cubitorum  
antiquiores cronos & Tira-

nibus suis  
falsitudo nihil inest illi  
bibe elleborum  
strychnum bibit  
porcum immola  
squillas e sepulchro  
minus habet mentis, quam

Dithyramborum &c.

pistilio retusius  
embarus sum  
phryx plagis emendatur  
seruilius Messana  
stultior corzbo  
stultior Morycho  
stupidior praxillæ  
corpus sine pectore  
antronus asinus  
archadicum germen  
arcadas imitans  
asinum in rupes  
seles Tartessia  
stulto ne permittas  
non inest illi dentale  
septennis cum sit, nondum  
edidit dentes  
stultitia est Iouem putare  
esse  
vt Bagas stas  
defectum obtueri  
terebintho stultior  
cæcus auribus  
bis pueri senes  
saturniæ lemæ  
auris Batana  
abderitica meus  
neronianas thermas refrige-  
rat  
archigenis indiget  
pulmonis vitam viuut  
phryx non minus , quam  
spintharus  
ne Mercurius ipse quidem  
fanarit  
alba præcordia  
*Intemperantia, libido*  
Myconius vicinus  
vnicò digitulo scalpit caput  
baceli similis es  
hermosus vsq; ad gulam  
batalus  
tibicinis vitam viuut  
samiorum flores  
sponsi vita

melle te ipsum perungis  
samiorum larua  
samium comatum  
fardanapalus  
vale charum lumen  
lesbiis digna  
lesbiari  
corinthiari  
lydus in meridie  
lydus cauponatur  
pepones  
lydo more  
videre nihi labda  
adonidis horti  
vt corinthia videris  
agathonia cantio  
summo digito scabere  
chalcidissare  
phicidissare  
siphniassare  
christhenem video  
sinopissas  
sus per rosas  
aries comibus lasciuiens  
caprarius in estu  
quæ sub alis fiunt  
emassilia venisti  
complura masculi canis cu-  
bilia  
lentiscum mandare  
pernicissare  
nil boni cogitat vir arrigens  
vira charadrii  
circulator cybelius  
voluptas malorum esca  
lumbos fractus , vt Mysius  
asinus  
vtramq; inflare tibiam  
caricum schema

*Intempesiua, inepta.*

Saturnalia non semper  
ibyçi equus  
in crastinum seria  
simulare cupressum  
intempesiua beneuolentia  
in lente vnguentum  
aestare penulam deteris  
mense maio nubunt malæ  
mentam belli tempore ne-  
que serito, &c.  
rosam , quæ præterierit , ne  
quæres iterum

*form*

## Per ordinem Alphabeti.

foras cares, non amplius an  
thisteria  
anus hirciflans  
anus bacchatur  
feli crocoton  
apage hospitem  
quid de pusillis magna proq  
amia  
tragædias in nugis agere  
annosamarborem transplā  
tare  
ne vnquam viris senis  
molestum sapientem apud  
stultos loqui  
malum est bonum  
in pace leones  
mira de lente  
cum Euandri matre loqui  
alabandicum opus  
inter lugentes iocari  
monitor capras age  
morfimi versus quis descri  
pserit  
clypeum post vulnera sume  
re

### *Internicio.*

Funditus, radicitus  
ne ignifer quidem reliquus  
est factus  
ne bolus quidem relictus  
pinus in morem  
perdere nauulum  
cum cane simul & lorum  
suimus Troes  
qui iure perierunt  
omitte vatem  
rudens omnis disruptus  
est  
multiores reipublicæ pestis  
hippodromica bona

### *Inuidia, æmulatio.*

Cognatio mouet inuidiam  
esurienti ne occurras  
inuidus, vicini oculus  
figulus figulo inuidet  
inimicus & inuidus vicino  
rum oculus  
vnicum arbutum non alit  
duos erithacos  
vna domus non alit duos ca  
ues  
zoili  
edentulus vescent ium den

tibus inuidet  
expertes inuidentiæ  
iactantiz comes inuidia  
turpelifere  
optat ephippiabos piger,  
optat arare &c.  
fertilior seges est in alieno  
aruo  
præstat inuidiosum esse  
quam miserabilem  
alauda non est sine crista  
matteæ beluam alit  
a vipera morsum calpas  
*Ira.*

Lucernam accendere possis  
in fermento iacere  
fluus mutus  
iracundior Adria  
mordere frenum  
mordere labrum  
telum ira facit  
bilis in naribus  
herculis ira

### *Iteratio citra tedium.*

Bis terq; quod pulchrum  
honesti nulli facietas  
vnedones

### *Iteratus error.*

Eadem oberrare  
iterum ad lapidem eundem  
offendere  
nō licet bis in bello peccare  
vulpes non iterum capitur  
laqueo  
cauendum ab eo, qui semel  
imposuit  
venia primum experiendi  
sus in volutabrum  
canis reuersus ad vomitum

### *Iudicandi.*

In quinque iudicium geni  
bus situm est  
panidis suffragium  
sus tubam audiuit  
auris Batava  
cornus albus  
cæci præscriptio  
quod index auro, id aurum  
homini  
lydius lapis  
gnomon, & regula  
tenedius homo  
tenedius patronus

manum ferule subduximus  
nouit quid albū, quid nigru  
nouit mala & bona  
purpura iuxta purpuram  
di iudicanda  
amulsi alba  
lesbia regula  
nafus  
cenforia virgula  
veteris mouetq  
pulchra apud pueros simia  
postes transcendere  
omnem lapidem nitidum  
adorantes

### *Iuuenta.*

Iuuenta viribus pollet  
iuuenari

### *Iustitia.*

Aequa lance  
rhadamanthi iudicium  
orphica vita  
rectam instans viam  
virtus simplex  
partitio non præfocatio  
homines frugi  
exigua res ipsa iustitia  
trutina iustius  
iustitiæ oculus  
iustitia iustior  
mars rex  
bachyris  
eadem pensare trutina  
rhamnusus  
prienenis iustitia  
rectam ingredi viam  
dum clauum rectum teneā  
ad amulsum  
ne moueto lineam  
ex equo partire  
æqualitas haud parit bellū  
quæ non posuisti, ne tollas  
a sacris abstinentiæ manus  
nemo quemquam ire prohi  
bet publica via  
zaleuci lex  
dat veniam coruis  
quod alii vitio vertas, ipse  
ne feceris  
vrbanus nihil æqui cogitat  
draconis leges  
*Laceffensio.*  
Arietem emittit  
cominus atque eminus

# Index Prouerbiorum.

non vt prior lædam  
nunquam enim meos abe-  
gerunt, nec equos  
tangere hylcus  
temulentus dormiens non  
est excitandus  
thuniffare  
irritare crabrones  
vt lupus ouem  
in fure in faccum, vel culefi

*Latitia, vide triftitia.*

*Languor, vide vehementia.*

*Laudata.*

Ciauis in lingua  
filentii tutum premium  
mulierem ornat filentium  
alia committenda, alia cel-  
da

qui obricescit  
qui continet archanum  
muti citius loquentur  
areopagita taciturnior  
veluti Mineræ calculus  
fapientes funt, qui veteri vi  
no vtuntur  
mare amnium non indi-  
get

primus, fecundus, tertius  
primus, medius, nouiffi-  
mus

ne fol quidem fciet  
ne vicini quidem fentiunt  
qui fitiunt fentio bibunt

*Lauitia.*

Iouis cerebrum  
iouis lac  
deorum cibus  
attica bellaria  
herculana balnea  
in cotyla gefaris  
mellis medulla  
optimum condimentum fa-  
mes  
æfra auis  
anima, & vita  
coruniffare  
Lydorum caricæ  
qui poffum ab hoc epulo  
abefle  
thafium infundis

nectaris flos  
veneris lac  
cena popularis  
in leporinis  
non ab Hymetto  
laconice cænat  
thefalus miffus

*Libenter.*

Accipit & glebam erro  
obuiis vinis

*Liberalitas.*

Quod recte datum efl  
pingui menfura  
pleno modio  
bis dat, qui cito dat  
ambabus manibus  
promus magis, quam con-  
dus

larus in paludibus  
coladi chænix  
bona potlenæ  
de alieno liberalis  
plena manu  
communis Mercurius  
theagenis munificentia  
charitate feptum eflle opor-  
tet

*Libertas, veritas.*

In vino veritas  
quod in corde fobrii, in lin-  
gua ebrii  
vinum animi fpeculum  
lingua lapfa verum di-  
cit

emendus cui impenes  
oracula loqui  
vera fronte  
vero verius  
de plaufiro loqui  
iubentis aperte loqui  
obfequium amicos, veritas  
odium parit  
byzeni libertas  
& fama fuit, & eras  
aperte fimpliciterque lo-  
qui  
veritas fimplex oratio  
ad cribrum dicta  
curetum os  
in vino veritas

ficus ficus, ligonem ligonæ,  
vocat

audi quæ ex animo dicun-  
tur

profundum fulecum

os inefl orationi

libera corceyra

liberi poetæ

ter

alba linea

veriora Bacidis dictis

libera in cynadra aqua

ad Scirrhonem tendere

amicus plato, magis amica

veritas

in cauea non canit Iufcinia

libertas Romana

latina libertas

domi fux, quilibet rex

leuato velo de cauffa cogno-  
fcere

quod fal carni

*Longeuitas.*

Neflore fenecla  
vltra penfum viuere  
vltra catalogum  
vltra linum  
cornicibus viuaciore  
hefiodi fenecla  
rithoni fenecla  
phænice viuaciore  
fiblylla viuaciore  
facies tua computat annos  
altetum pedem in cymba  
charontis habere  
viri fenis afthaphis caluaria  
maturæ fias fenex  
mala fenium accelerant  
fexagenarios de ponte deii-  
cere  
vitiat lapidem longum  
tempus  
mors optima rapit  
in fola fparta expedit fene-  
fcere  
fatale vitæ tempus  
fenex bos nou lugetur  
vium cadauer  
danace  
epimenidum corium  
idem Accii, quod Titii  
viro fenii maxillæ baculus  
feno.

## Per ordinem Alphabeti.

fenescit bos  
phenicis instar reuiuifcere

*Luctum ex scelere.*

Vfurz nauticæ  
tributis potiora  
lari vita  
æquæ furtiuæ dulciores  
sunt  
briaræ manus iniicere

*Luxus & mollicies.*

Vita macerata  
pontificalis cæna  
pergræcari  
semper leontini iuxta po-  
cula  
thericlei amicis  
sale perunctus hic adiuua-  
bitur  
e clibano boues  
thessalorum alæ  
sapientia vino adumbratur  
sine Cerere & Baccho friget

*Venus*

heterognathus  
siculifare  
ficus anibus gratæ  
asini mandibula  
choreæ Ionicæ  
matrem sequimini porci  
ionice  
porcus Troianus  
græco more bibere  
decempes umbra  
venter auribus caret  
ventrem mihi obiicit.  
vires Thylaci  
pireus non fert vasa inania  
bos in stabulo  
herculani lecti  
abronis vita  
episcythifare  
sebaritica mensa  
syraculana mensa  
vixit dum vixit  
nauiges in Massiliam  
teneri calidis balneis  
amazonum cantilena  
amphidromiam agere  
ex amphithero bibere  
masehalam tollere  
vinum senem etiam vel no-

lentem saltare &c.  
vinum caret clauo  
coronam quidem gestans,  
cæterum siti proiustus  
cerylus euadam  
binis tonderi forficibus  
ne Dzon pisces molestus sit  
dorice incedere  
alexandrinæ delitæ  
nemo comatus, qui non p-  
ciditur

hercules in Lydia  
in compuni pisce non in-  
sunt spine  
thessalicus saltus  
suaue me sulfocet  
thymitarum hircus  
ad oculos magis, quàm ad  
vesicam præinet  
vossellis pugnare, non gla-  
diis  
nectar spirat

*Magnifica promissa.*

Aureus in olympia stato  
aureos montes polliceri  
solidos e clibano  
charetis pollicitationes  
album panem pinso  
modio demetiar  
verba importat Hermod.  
alybantis hospitis munera  
hesperidum mala  
cillicon bona  
nicostati more  
sponde, noxa præsto est  
montes frumenti  
theagenis hecateum  
theatrum simul & appetit, &  
claudit

*Magni momenti.*

Vel Megaram vsque  
dignum propter quod vadi-  
monium deseratur  
sal patriæ pluris faciendus,  
quàm hospitis mensa

*Maledicentia.*

Excerationes serere  
mesonica dicteria  
vltra hyperbolum  
archiloçum calcas

cuminum serere

*Mali vet aliatio.*

Neoptolemi vindicta  
termeria mala  
dedi malum, & accepi  
qui quæ vult dicit, quæ non  
vult audit  
eodem bibere poculo  
pro pede xenium

*Malum conduplicatum, aut  
renouatum.*

Ignem igni ne addas  
ignis non extinguitur  
oleum camino addere.  
oleo incendium restinguere  
hydram fecas  
malum malo medicari  
morbum morbo addere  
lutum luto pitigare  
pro cæco exoculatus  
præstat vni malo obnoxium  
esse quam duobus  
post Marathonem pugna  
lis litem ferre  
de fumo ad flammam  
litem parit lis  
est Pylus ante Pylum  
fallacia alta aliam trudit fal-  
laciã  
illico hyems erit  
tumultus post bellum  
addere gingrenam  
neque phasis mala eluat  
foræus malorum  
in eodem valetudinario ia-  
cere

*Malum versens bene.*

Nunc bene nauigauit cum  
nausfragium tæci  
laqueus auxiliari videtur  
bellum haud quaquam la-  
chrymosum  
e tragico comicum diama

*Malum affusum.*

Callum ducere  
neque cum ignarus sum  
nota res mala

vsus

# Index Prouerbiorum.

<p>vsus est altera natura scarabeo citius faciet mel <i>Malum accersitum, aut retortum.</i> Iliensis tragedum conduxit suo iumento sibi malum ac cersere qui inspuerit in cauernam formicarum suo sibi hunc iugulo gladio suo telo suo ipsius laqueo captus est suo ipsius iudicio peritit fo- rex incidit in foueam quam se cit captantes capti sunt in venatu peritit hanctechnam in te ipsum struxisti ex ipso boue lora sumere taliam gignit bellum securim iniicere sibi parat malum qui alteri parat nemo leditur nisi a seipso chius dominum emit viro Lydo negocinm non erat mala attrahēs, vt cæcias nu- bes nequid suo sunt capiti arcadiam me postulas in cælum expuis in tuum ipsius malum lunā deduces lunam detrahere eurycles dares entellum ipse sibi perniciem accersi- uit accersitum malum atlas cælum cornus serpentem omnes attrahēs, vt magnes lapis bis interimitur qui suis ar- mis perit colubrum in sinu fouere hostis domesticus pyrauste gaudes gaudium capra gladium prudens in flammam mit-</p>	<p>to manum calidum prandium comedi sti malum consilium consulto ri pessimum bæotis vaticinare camelus desiderans cornua etiam aures &amp;c. sibi malum reperit cæno puram aquam tur- bans, nunquam &amp;c. bellorophontes literas ale luporum catulos phoci conuiuium puer glaciem tractat turdus ipse sibi malum ca- cat tute hoc intristi, omne tibi exedundum faber compedes quas fecit, ipse gestet ipse sibi mali fontem repe- rit ipsi testudines edite bos aduersum se ipsum pul- uerem mouet echinus partum differt nostris ipsorum alis capi- mur cenoe charadram capra contra se cornua carpathus leporem calidam veruti partem cornix scorpionum cornutam bestiam petis cicadam ala corripuisti iritare crabrones octipedem excitas anagrym commoues suum irritat leonem stimulas fontibus apros immittere leonem radere malum bene conditum mouere camarinam pyraustæ interitus ipsa olera olla legit ipso crater docui te vrinandi fecem bibat, qui vinum bi- bit de fumo ad flammam isthmum si napi bibit</p>	<p>asciam cruribus illidere iccens ictus est semel in laqueum vulpes formicarum nidos inspira- uit proteruia ignominiam p̄- cedit pauca male parata, multa be- ne comparata perdunt <i>Malum male vitatum.</i> Fumum fugiens ignem in- cidi de fumo ad flammam cuitata charybdi in scillam incidi ne cinerem vitans, in pru- nas incidas cucurret quispiam ne plu- uie. &amp;c. <i>Malum immedibile.</i> Chironium vulnus podex lotionem vincit acesias medicatus est nō liberat podagra calceus insanus appensus pellibus non curatur decumani malorum fluctus <i>Malus vicinus.</i> Salsuginosa vicinia aliquid mali propter vici- num malum si iuxta claudum habites, disces &amp;c. <i>Mansuetudo.</i> Macata veniet lenior ostia auricula infima sedens columba spongia mollior appio mollior oleo tranquillior mitior columba cera tractabilior pepone mollior mitior malua cinædo mollior <i>Memoria.</i> Iucunda malorum præteri- torum memoria stimulus fodere fodere latus cubito tangere ignarium dare iucundi acti labores</p>
---	--	--

## Per ordinem Alphabeti.

quæ dolent, ea molestum est  
contingere  
vbi quis dolet, ibi & manū  
habet  
aurem vellere  
tanquam meum nomen  
ex Illo me ducis  
adamante notare

*Metus ex conscientia.*

Fures clamorem  
lupus aquilam fugit  
lupus ante clamorem festi-  
nat  
conscientia mille testes  
fures ipsi accusant

*Metus pœnæ.*

Funiculū fugiunt miniatū  
metus infamiz  
manum de tabula  
absque baculo ne ingredior  
cautus enim metuit &c.  
in tempore cauenda pœna  
mali

famiorum mala metuis  
volam pedis ostende

*Mimantis.*

Acacidiz minz  
ferum & flamma  
et meum telum  
si tibi machzra est  
complurium thriorum  
ollam alere  
calcar tollere  
qui paratus ad resistendum  
ne mihi vacuum abstergas

*Mira noua.*

Agamemnonii putei  
annus elibanum  
cyziceni stateres  
carnici poemata  
cornicum oculos  
glaucci ars  
cercyrea scutica  
tenui filo  
agas afellum  
ad id, quod erat opus  
magna ciuitas, magna soli-  
tudo

ut Aedituus responsa nu-  
minis prædicat  
ab aula recessit

*Mixta.*

Copiz cornu

centones  
aurum e stercore colligen-  
dum

*Modestia, modusqz.*

Nosce te ipsum  
in se descendere  
intra tuā pellem te contine  
ter abstergere  
secum viuere  
emungens acius elicit sau-  
guinem

futor fit læsa sepe patientia  
bonus animus læsus graui⁹

multo irascitur

contrahere vela  
in tuum ipsius sinum in-  
spue

tecum habita  
efficimus pro nostris opib⁹  
mœnia

manu serendum, non thy-  
laco

ita fugias ne præter Casam  
demittere sese

arabius tibicen

ne viciis musicam

nihil minus expedit

ne quid nimis

dimidium plus toto

vbi paueris impera

domus recta

neque Lydorum carycas

neque pessimus, neque pri-  
mus

funem abrumperere

ne supra pedem calceus

messe tenus propria viuere

iucundissima nauigatio

iucunda vicissitudo rerum

iniquum petendum

summum cape, & medium

habebis

pastillos Rufillus

arcus tensus rumpitur

oportet agrum inubecillio-

rem esse quam agricolā

lapides ad filium

et el summis digitis delibā-

dum

est modus matulæ

musicus apparatus

*Molesti, intolerabiles.*

Lippo oculo similis

ne bestiz quidem ferre pos-  
sent

tota hulcus est

muscæ improbitas

onus nauis

quos non tollerent

ægyptius laterifer

in culmo arate

anno senior

ut fici in oculis

athos celat latera

maniuro vinculo

zethna Athon

*Multri.*

Non vna vchit nauis

quod ilicis folia

quod fluctus insulæ

*Munerum corruptela.*

argentinam patitur

bos in lingua

bouem in faucibus

lupi illum videre priores

malis ferire

muneribus vel dii capiuntur

virtutem & sapientiam vin-

cunt, &c.

dorica musa

munerum corruptela

muneribus res agitur

argentis hastis pugnare

qui multa rapuerit, pauca

suffragatoribus, &c.

vulpes haud corrumpitur

muneribus

saluete equorum filiz

pecuniosus dominari non

potest

frumentum in populum

lepus leonem trahit aureo

laqueo

manus in Aetolis habet

*Munus, non munus.*

Mali viri munera inutilia

pauper diuiti dans, petit

cyclopi donum

hostium munera, non mu-

nera

malum munus

cum Delphis sacrificauerit,

ipse carnes absumit

*Munus apertum, aut ineptum.*

Ranis vinum

non nostrum onus

negocium



# Index Prouerbiōrum

negocium non aptum  
non quo uis ligno Mercurius fiat  
officium humilium  
apra prouincia  
nauis annoſa non nauigabit per mare  
putre falſamentum ad pedem  
iuxta nauem  
pigmeorum acrothinia coſſo falſo adaptare  
ueneri ſuam  
bos ſub iugum  
a Deo facti  
ad hoc nati, ſculpti, facti  
labra non palatum ligat  
*Munus boni conſulendum.*  
Munerum ani mus  
nihil recuſandum  
donum quodcunq; arripienda quæ offeruntur  
equi dentes inſpicere  
thymo nemo uſcitur, ubi adest caro  
gubernatori ſomnoſcō ne beneficito  
*Mutandæ ſententiæ.*  
Palynodiam canere  
calculum reducere  
vertere uela  
funem reuertere  
conſilium in melius commutandum  
imitator nepam  
talum reponere  
antica excluſum, poſtica recipere  
capræ anniculæ pera  
ſpongia medebitur  
æqualia reddere capita in pugna  
duro ſtagello mens docetur  
rectius  
ſtamma perſequeris, quem genueras  
*Mutati inſtituti.*  
Nuces relinquere  
Longum ualere iuſſit  
rudentes & remos cum armis, commutauit  
pro eleganti medico malus  
poeta

de calcaria in carbonariam  
de toga ad pallium  
a Dotio ad phrygium  
maritimus cum ſis ne uelis fieri terreſtris  
vlyſſes pannos exiit  
ad bonam frugem  
qui multum obſat  
circeo poculo  
*Neceſſitas.*  
Neceſſitas magiſtra  
nemo cogendus amicus  
ſatum immutabile  
fatis imputandum  
diomedes neceſſitas  
ingens telum neceſſitas  
ſcias non culpes, quod uita ri non poſſis  
quod factum eſt, inſectum reddi non poteſt  
tranſuerſum agere  
uocatus atque non uocatus  
nec dii quidem a morteliberant  
mois omnibus communis  
omnia eleuenta  
lepori eſurienti etiam placente ſici  
uero eſurienti neceſſe eſt ſurari  
adactum iuſurandum  
uolentem bonem ducito  
nemo cogendus amicus  
officium ne collocaris in inuitum  
neceſſitas moleſta  
fontica cauſa  
panis prior prora  
eodem iugo utgeri  
*Nobilitas obſcuritas.*  
Virtus gloriam parit  
auis ex aurbus  
cymbalum mundi  
iouis germen  
generoſior Codro  
generoſior Sparta  
ne patris quidem nomen dicere poſſit  
terræ filius  
matris ut capra  
lychnobii  
in aſtragalis nobilitas  
cera & ære nobilis

*Non ſolus ille.*  
Brasidas quidem  
multi Manii Aricia  
multiq; boniq;  
*Nouitas.*  
Hoc iam & uates ſciunt  
rumor publicus  
intus & in cute  
principes inter ſe, noti  
*Nouitas.*  
In folle offendere  
nouitas grata  
*Homericum verſus.*  
Aliud genus remi  
grata nouitas  
quis modus equitum  
pulchra apud pueros ſimila  
caſtaturam olet  
aſinus de Aſiopi puteo  
*Nugalia.*  
Nugæ theatri  
cantilenæ ex ſcholis  
*Nunquam.*  
Cum Nibas occyſaueris  
ad Græcas calendas  
cum mola pepererit  
plenitudo fiet  
per harma  
*Nuſpera.*  
Heri nudiſtertius  
da mihi hodiernum, tu ſume caſtrinum  
*Nuſquam.*  
Nec apud homines, nec in mari  
ubi cerni abiciunt cornua  
in Aphaniis  
*Nunciuſ latus.*  
Haud annuncias bellum  
prouoluitur ad milium  
quid tibi Apollo cecinit  
vulcanus tibi vaticinatus  
eſt  
ſirenem amicum nunciat,  
apis hoſpitem  
hælenæ crater  
*Obluſio.*  
Hac nõ egredietur uerbum  
uino inſcribere mulieris  
iuſurandum  
obluſionis campus  
malorum

# Per ordinem Alphabeti.

malorum obliuio  
ne malorum memineris  
odi memorem compotore  
ex libro gubernat  
uiuorū oportet meminisse  
olle vestigium in cinere tur

bato  
imis ceris eradere  
bibere mandragoram

*Obscuritas.*

Per nebulam  
delius natator  
numeris platonis  
dāuus sum; non Oedipus  
bœoticum enigma  
incanis podice inspicere  
ne Apollo quidē intelligat  
non sum diuinus  
lex Africani  
problema Archimedicum

*Obsecundansia.*

Ad digituli crepitem  
lex & regio  
Deum sequere  
non statuar leznam  
obediencia felicitatis mater  
insanire cum insauientibus  
bubulum obtueri

*Obtrectatio, & male-  
dicentia.*

Mortui non mordent  
mortuus non conuitiandū  
cum laruis luctari  
iugulare mortuos  
non imperam lingua  
tuis te pingam coloribus  
sphæram inter se se reddere  
infixo aculeo  
vulgus suspicax  
pellem caninam rodere  
zoili  
archilochum teris  
deate Theonino  
carpet citius  
genuino mordere  
dentata charta  
hipponactum præconium  
archilochi patria  
etiam in deorum cætu  
archilochia edicta  
plaustra conuictis  
naues onustæ conuictis  
morsus aspidis

nystricis seta  
cum protogne mortuo bel-  
lum gerere

*Occasio.*

Repagula aperire  
iannam aperire  
capere crines  
occasio premenda  
ansam quætere  
eximere e manu  
fenestram aperire, & similia  
gladium dedisti  
tollenda mali occasio  
nunc tuum ferrum in igne  
est

non semper erit æstas

*Ocium.*

Liber non est, qui non ali-  
quando nihil agit  
nihil agere  
rurestris locusta  
tanquam ouis meridianis  
pigris semper esse festum

*Occulta.*

Fauere linguis  
terra desolium  
occulzæ musices  
qui apud inferos  
nisi si quia vidit auis  
artici Eleusinia  
in tenebris saltare  
monstrum alere,  
muris circumcurrentibus  
summis ingredi spediibus  
in aurem dicere  
ostium obdite prophani  
in simpulo  
in angulo  
admoto capite  
vrit absque torre  
sphvngis enigmata dissol-  
uit  
sub tunica & sinu  
sub pallio condere  
*Occupatio ocium.*  
Ne ad aures quidem scal-  
pendas ocium est  
nullum ocium seruis  
festum multas habens  
vincula tyrrhena  
cum licet fugere  
pigris semper est festum  
ælopicum onus

*Odiu.*

Odiu agreste  
odiu vatiniānum  
cdium nouercaie  
oderint dum metuauit  
odit canes perus  
empedoclis similtas  
archidamicum bellum  
cui ista ardent  
ne via quidem eadem  
fratrum inter se iræ  
ira omnium tardissimæ  
nelicit  
cui placet obliuiscitur, cui  
dolet meminit  
a te, litæ  
& Scellii filium abominor  
non magis quam canem  
velupus ouem  
principum fauor

*Ominandi.*

Si tu proreta  
cum musis  
adfint dii beati  
mercurio dextro  
in morbo consumat  
in tuum ipsius malum lu-  
nam deduces  
introite, nam & hic dii sunt

*Omnia.*

Angustum & latum  
dulce, & amarum  
nec animans, nec inanime  
ioca, seruaque  
etiam mater, & sorores  
eleusina seruat, quod osten-  
dat

*Originia.*

Ex tardi gradis asinis equus  
prodit  
ex quercibus nati  
nunquam ex male parte bo-  
nus filius  
esquilla non nascitur rosa  
ex minimis iniciis maxima  
exiguum malum], ingens  
bonum  
bonæ leges ex malis mori-  
bus procreantur  
hinc belli initium  
piscis primum a capite fœ-  
tet

# Index Prouerbiorum

<p>ab impiis egressa est iniquitas male corui malum ouum e circulo generosioris arboris statim planta cum fructu est magnorum fluminum nauigabiles fontes hinc illæ lachrymæ etiam e vite rubus nascitur ex eodem lare etiam rosæ inter vepres nascuntur eroia non producit Thracæ <i>Parasitii.</i> Muscæ olla feruet myconiorum more quadra propria ad solarium versari <i>Paupertas.</i> Obolus non habet leberide nudior iro, codro pauperior nudior paxillo telenico pauperior nudus tanquam ex matre araneas eicere cum exossis suum rodit pedem macilenta manu pinguem pedem pedem ubi ponat cinclus pistillo nudior paupertas sapientiam fortita est pauper sed ingeniosus multa docet fames zonam perdidit animam debet saguntina fames melizza fame famis campus aquam bibens non est dithyrambus paulone mendicior qui eget, in turba versetur hæcæla pauperior fames magistra ad incitas centro &amp; spatio circumscripta</p>	<p>ne tempestas quidem non habet cui indormiat omnia præter animam tunicati mendico ne parentes quidem amici sunt bipedalis canalicolæ theagenis pecuniæ cleomenes superat certissima paupertas cæna sine sanguine mugilis vitam degere cæna terrestris agrestibus oleribus victitat araneis abundat crateris poetica araneorum plenus aluus in prato spinosum aliquid centum viri vnum spoliare non possunt <i>Pensasio beneficij, vel officij.</i> Manus manum fricat botrus oppositus da mihi mutuum testimonium senes mutuum fricant pro Delo calauriam fricantem refrica eodem cubito eadem mensura par pari referre hostimentum est opera pro pecunia pro bonis glomi vt sementem feceris benefactis pensare delicta gratia non ducitur pœnitentia qui honorat, se ipsum honorat in paro frigida quidem aqua, sed pulchræ mulieres benefactis aliis perregito &amp;c. <i>Perficiendi, siue absoluendi.</i> Tenedia bipennis colophonem addidit colophonium suffragium summum fastigium imponere</p>	<p>circulum absoluere summam manum supremum fabulæ ad vmbilicum ducit ad coronidem vsque feruatori tertium domum imperfectam ne reliquas domum cum facias, ne relinquas impolitam omnia octo ad Herculis columnas ad phafim vsque omni deuorato boue, incat da defecit bellicum cauere receptui canere hic telâ texuit, ille diduxi filum neuisti; &amp; acu opus est summum suere centonem lunæ radiis non maturefci botrus nihil potest nec adi, nec adimi quadratus homo vltra gades classicum canere rudem accipere rude donare sinem vitæ spectata prouinciam capere cursu lampada tradere polycleti norma <i>Perfidia.</i> Superauit dolum Troianum græca fide punica fides altera scabit, altera ferit ex eodem ore calidum, &amp; frigidum efflare magadari altera manu fert aquam, altera ignem altera manu fert lapidem, altera panem ostentat ventis &amp; scripturæ in aqua credere <i>Perplexus.</i> Ventus neque manere sinit neque nauigare auribus lupum teneo gangamon</p>
--	---	---

## Per ordinem Alphabeti.

in aqua hæret  
 in puteo constrictus  
 perplexus, animique con-  
 sternatus  
 ne Execestides quidem  
 labyrinthus  
 de gradu deicere  
 peribis, si non feceris  
 nec currimus, nec remiga-  
 mus  
 nec caput, nec pedes  
 edentulæ maxillæ  
 mithrii pœnas sustinere  
 tanquam Gorgone conspe-  
 cta  
 statua viatores omnes in-  
 tuens

### *Perspicacitas.*

Lynceo perspicacior  
 serpentis oculus  
 odorari, & similes  
 manubrium eripere  
 abaridis sagitta  
 ventura per dioptram pro-  
 spicit  
 pharus

### *Perspicuitas.*

Et puero perspicuum  
 notum lippis ac tonforibus  
 tanquam in speculo  
 rudius ac planius  
 electro lucidio  
 velut e specula  
 archimedes nō poterat me-  
 lius describere  
 mens vidit, mens audit

### *Pertinacia.*

Alios tragædos prouocat  
 ostrei in morem  
 mordicus tenere  
 toto corpore, omnibus vn-  
 guiculis  
 gladiatorio animo  
 nisi crura fracta fuerint  
 vincat tuus tripes  
 gradum figere

### *Philautia.*

Non videmus manticæ,  
 quod in tergo est  
 quod volumus sanctum est  
 papæ Myrus  
 amicus tragædos emulatur  
 tragicæ loqui

turpis iactantia  
 ne magna loquaris  
 argenti fontes loquuntur  
 fœnum habet in cornu  
 colophonia ferocia  
 oleum in auricula  
 ab Eteobutadis  
 ne intra vestibulum quidē  
 aut minus animi, aut plus  
 potentiæ  
 mendax atraphaxis  
 verrucis offendi, qui tubera  
 habet  
 auris supina  
 quæ, quis ipse facit  
 suum cuique pulchrum  
 suo quisque studio gaudet  
 festucam ex alieno oculo e-  
 iicere

suus cuique crepitus  
 pedere thus  
 in armis accissat  
 & me mater &c.  
 te ipsum laudas  
 te ipsum inspice  
 patris, sumus  
 multi te oderint  
 sine riuali diligere  
 sapere videmur cum simus

### *Potentes.*

Preces armatæ  
 pisces magni paruulos co-  
 medunt  
 deorum liberi sunt in vul-  
 nerabiles

### *Prolongi.*

Porcus obefus  
 caliga Maximini  
 clematis Aegyptia  
 amens longus  
 nullus malus magn<sup>o</sup> piscis  
 pinguis venter  
 pusillus quantus Molo

### *Præter spem bonum, aut malum.*

coturnix Herculem  
 omnia secunda  
 homo homini Deus  
 Deus ex improuiso apparēs  
 mercuriale  
 deorum manus  
 negocium ex ocio  
 faciunt sphaceli imunitatē

mopso nisi datur  
 glaucus poto melle resurre-  
 xit  
 lauares peliam  
 subitum remedium  
 ne hoc quidem male  
 pro virgine cerua  
 matulæ modus est  
 mansum male reiciias  
 non propter pedis cum lyra  
 discidium  
 deorum dona sæpe non do-  
 na

### *Probrum gloriam.*

Fractis auribus  
 non omnino temere  
 futurium attramentum  
 scarabeo nigrior  
 cythonymi probrum  
 cerite cera dignus  
 hic bonorum virorum est  
 morbus  
 quem fortuna pinxit  
 vitelliana cicatrice stigmo-  
 sum  
 probrum honestum  
 cur non suspendis te  
 Smyrnei mores  
 verba sine penu, & pecunia

### *Proclinatas.*

Currentem incitare  
 bene plaustrum perculit  
 a vicinis exemplum  
 in planiciem equum  
 mustellæ seuum  
 calcar addere currenti  
 vna scutica omnes impellit  
 lydum in planiciem  
 sphaera per præcipitium  
 vno digitulo  
 suade lupis vt insaniant  
 in numerato habere  
 tarichus afflus est  
 titio ad ignem  
 maturior moro  
 olla lenticulam attigit  
 ignis ad torrem  
 incitare currentem  
 quam facile vulpes pyrum  
 comest  
 tam in procliui quam im-  
 ber  
 tanquam de narthe

# Index Prou erbiorum :

mercator nauiga  
vna pœrtica  
monitor adiuuas  
ignem ne gladio fodito  
mufas hortari, vt canant  
præfente arbore ligna om-  
nes colligunt

## *Proficientium in melius .*

Abafinis ad boues  
diues factus defuit  
fatis quercus  
effugi malum , inueni bo-  
num  
iuxta cubitum profecit  
meliores nancifci  
melius nobis eft quam heri  
ex bono in bonum  
fuit & Mandroni ficulna na-  
uis  
hodie nullus, eras maximus  
i modo venare  
etiam inter vepres rofæ na-  
fcuntur  
etiam vetus arbutum tranf  
ferri potest  
benefacta benefactis aliis  
perregito &c.  
cubitis adolefcere

## *Profufio .*

Callix defluunt pennæ  
opus ad opus  
gallorum incufare ventres  
proteruiam fecit  
relinque quippiam  
e dolio hauris  
vna cum ipfo canifiro  
largitio non habet fundum  
plena manu  
cupidinum crumena  
feflo die fi quid prodegeris  
bello parta  
glaucus alter  
carichum fepulchrum  
cui multum eft piperis etiã  
oleribus immifcit  
non nauigamus  
drachmæ grando  
qualem demens ille clamy-  
dem difperfit ?  
fundo carens calix  
nunquam crateri lagenam  
imponere

## *Proprij commodi ftu- dium .*

Tunica pallio propior eft  
intus canere  
afpendius citharædus  
ne quicquam fapit, qui fibi  
non fapit  
ad fuum quenque queftum  
æquum eft efle calidum  
anguillam captare  
vna lauabor  
manum admouere  
vnde cunq; lucrum  
genu fura propius  
omnes fibi melius efle ma-  
lum quam alteri  
fibi quilque amicus  
fimonidis cantilena  
mihi ipfi balneum  
fibi canere  
aftutior coccyce  
opta vicino vt habeat  
veniat hofpes  
fuam quilque homo rem  
meminit  
mercator eft  
ciuitates ludimus  
qua in re clarus quilque eft  
ad eam properat

## *Proximis vtendum .*

Viam qui nefeit ad mare ,  
& cætera  
vt poffumus , quando vt vo-  
lumus non licet  
bona eft etiam offa, poft pa-  
nem  
fi nõ adfunt carnes, taricho  
contentos efle oportet  
auledus fit, qui citharædus  
efle non potest  
fi bouem non poffis, afinum  
agas  
præfentem fortunam boni  
confule  
quæ dantur  
præfentem mulge  
quod datur accipe  
quod adefl, boni confule  
pro incerta fpe, certa præ-  
mia

## *Prudentia .*

Mus non vui fidit antro  
alter ianus

fapiens diuinat  
non oportet hofpitem fem-  
per hofpitem efle  
homo Thales  
acetum habet in peftore  
fapiens non eget  
in holmo cubabo  
perendinum ventum  
amyris infanit  
non pluit poft noctem, qua  
fus agreftris pepererit  
lefbius prylyis  
timidi mater non flet  
qui bene coniciet  
omnis virtus eft mediocri-  
tas

familiaris dominus fatuũ  
nutrit feruum  
bibliotheca animata  
in paguro fapientia  
anima ficca fapientiffima  
crania bina gerit  
manu ignauus, mente præ-  
fens  
melanurum perca fequitur  
frenas præter nauigare  
turbinem felix profpecta  
vulpes femel in laqueum  
tempore pacis de bello cogi-  
tandum

## *Prudentia fenilis .*

Vetulo cane latrante  
multorum Iouis feftorum  
glandes comedit  
annofa vulpes  
cum aufcultat  
anus fufultans  
prudentia fenum

## *Homerici verfue .*

Aetate prudentior  
fine cortice nabis  
fenefco femper multa addi-  
fcens

## *Prudentia coniuncta*

### *viribus .*

Confiliis fimul & factis va-  
lens  
prudentia coniuncta virib-  
imperator bonus, & idem  
robustus miles

## *Pudicitia .*

Hippolytum imitabor  
melanione caftior

Pudor

## Per ordinem Alphabeti.

*Pudor*  
 Ad mensam verecundari  
 nomen oporet  
 pudor in oculis  
 pudebat recusare  
 pudor & metus  
 verecundia inutilis, viro  
 egenti  
 tinctura Sardonica  
 tinctura Cyzicena  
 vbi timor, ibi pudor

*Puniri pro alio.*

Tibicem vapulat  
 canis peccatum sus depen-  
 dit

*Repacitas Et Avaritia.*

Amortuo tributum exigere  
 laudare æquum, capere plus  
 olitorem odi, qui radicitus  
 herbas excidat  
 malum lucro coniunctum,  
 non est malum  
 lucrum vnde cunque captat

*Homerici versus.*

Exigita statuis  
 nec omnia nec passim, nec  
 ab omnibus  
 lucri bonus odor ex re qua-  
 liber

fabarum artofor  
 mendici pera  
 mendicorum loculi  
 larus  
 feles Tartesia  
 fele rapacior  
 nondum sacrificatum cibū  
 a chrytopode rapias  
 a patella  
 a veru rapere  
 a sartagine  
 communis tanquam Sisa-  
 po

nullam corporis partem  
 veterata vaticinati  
 lauerniones  
 vna cum ipsis manipulis  
 cum pulvisculo  
 lucrum pudori præstat  
 manticulari  
 charybdis barathrum  
 megaricæ sphinges  
 boni pastoris est tondere pe-

cus non deglubere  
 canis circum intestina  
 rapina coticiis  
 ne a chrytopode  
 per sæpe sacra non sacrificata  
 deuorat  
 vulturis vmbra  
 voracior purpura  
 nouit hæc Pylea  
 edax currus  
 laudant vt pueri  
 atticus mortens porrigit  
 manum

pamphili furtum  
 non curat numerum lupus  
 argiui fures

vorare hamum  
 polypi  
 candidum linum  
 nutriticum more

pecuniarum cupidi  
 dolium inexplabile  
 larus hians  
 labrax Milesius

buthus obambulat  
 serpens ni edat  
 priusquam sortiatis com-  
 munia deuoras

bona portenzæ  
 partitio non præfocatio  
 aquam plorat, cum lauat  
 fundere

cyreneus videris  
 vicinum semper inuenies  
 vt sportum furunculus ca-  
 ptare

sparsis redemerunt crimi-  
 na nummis  
 gutta fortunæ præ dolio sa-  
 pientiz

tonderi pecus, non radi de-  
 bet  
 hydrargyro furacior  
 nihil hydropico siccius

quantum vbi que possunt  
 duo oboli  
 corticem ne quidem dede-  
 rit

mulgēs hircos sanguinem  
 ducit  
 plus verrere quam serere  
 manus in Actolis, meus in  
 clodidis

*Raritas.*

Phœnice rarior  
 vbi per armas fulguravit  
 lac gallinaceum  
 rara auis  
 alba auis  
 nocturnum ouum  
 rarum carum  
 pulegium apud Indos pipe-  
 re preciosius

*Refugium.*

Quo curris potius quā ad  
 Ephebum?

*Repellens.*

Aliam quercum excute  
 tollat te qui non nouit  
 quære hospitem  
 fatuus non inuenit  
 philoxeni codicillus

*Rigor.*

Summum ius summa ini-  
 ria  
 ex syngrapha agere  
 ad libellam debere  
 censoria virgula  
 olitorem odi, qui radicitus  
 herbas excidat  
 ad viuum refecare  
 radit vsque ad cutem  
 duro flagello mens docetur  
 rectius

*Risus.*

Ionice choreæ  
 ionice  
 intra labia risit  
 risus Ionicus  
 risus Megaricus  
 risus Chius  
 risus Sardonijs  
 aiacis risus  
 risus syncrusius  
 stultior Melitide  
 emori risu  
 mandibulis alienis ridere

*Rixosus.*

Rhodijs sacrificium  
 spirat cœcias  
 insana laurus adest  
 lindii sacrum  
 litem mouebit  
 cretensium Rho-  
 caniua facundia  
 litem incipere

# Index Prouerbiorum

ne allia comedas  
 prolemaica lis  
 syrbenz chorus  
 vltra hyperboreum  
 tetigit lapidem à cane mor-  
 sum

ignis in vepribus  
*Salubritas.*

Crotone salubrior  
 cucurbita sanior  
 valere pancratice  
 saniores pisce  
 tria saluberima

*Scurrilitas.*

Equitandi peritus ne cātet  
 a sexaginta viris venio  
 scommata Dionysia

*Secundæ experientia.*

Posterioribus meliora  
 posterioribus cogitationes  
 meliores

danda venia lapso  
 destitutus ventis remos ad-  
 hibe

nummum quærit pestilen-  
 tia &c.

multum nauigauit aquæ  
*Securitas & tuta rei.*

Ad asylum confugere  
 ara

bonum est duabus niti an-  
 coris

extra sumum, & vndam  
 e terra spectare naufragium  
 mortuo leoni & lepores in-  
 sultant

ne si ad Iouis quidem aulæ  
 primus apes abigendæ

pugno tenere

tanquam ad aram

testudo intra tegumen tuta  
 in vado

duabus an coris

in portu nauigare

medus his nō insidiabitur  
 ociosus esto

chænici ne infideas

thymbra vicitans

hermionis vice

in terra pauperem

mœnia Semiramidis

in tuo regno

in tuo luco & sano

in tuas præsepes

aliud cura

in diem viuere

canis tanquam delum

porrectis dormire pedibus

in vtramuis dormire autē

in dextram aurem

in vtrumuis dormire

halcedonia

vita molita

equus me portat

extra lutum pedes habere

extra periculum

procula pedibus equinis

extra telorum iactum

porro a Ioue atque fulmine

post principia

non vulgari ancora

quid Achiuos ex turre iudi

catis

quasi millus cani

mater timidi non flet

legatus non ceditur, neque

violatur

clausis Thesauris incubare

dormire in portu

intra quattuor esse

vllissis vinculum

vinculis Hippocratis adli-  
 gare

a laudæ in nido later gramē

quorsum opus amicis, si

modo faueat Deus

supra fumum clauus

pro aris & focis

*Semper.*

Non hodie, aut heri institui-  
 tum

noxa caput sequitur

tonitrus imbrem antecedit

domi militiæque

*Senium præmaturum,*

*aut mors.*

Præstat canem irritare quā  
 anum

vno die conulescere

senium accelerant mala

erigni cani

vux passæ similis

omnia omnibus annuit

*Sera penitentia.*

Sero sapiunt phryges

cumani sero sapiunt

malo accepto stultus sapit

piscator ictus sapiet

factum stultus agnoscit

mus picem gustans

post acerba prudentia

sera in fundo parsimonia

quod dedi, datum nollem

fatius est recurrere, quā ma-  
 le currere

optimum frui aliena insa-  
 nia

hedera post anthisteria

post bellum auxilium

atqui non est apud aram cō-  
 sultandum

mortuis mederi

in meridiz vitæ philoso-  
 phantes

*Serum remedium, aut*

*tempestiuum.*

Satius est in initis mederi,  
 quam fini.

sero venisti

post bellum auxilium

senem erigere

mortuis mederi

aquam infundere cineri

in meridie vitæ philosophā  
 tes

*Seruire temporis.*

Seruire scenzæ

vti foro

aut bibat, aut abeat

gladiator in arena

polypi mentem obtine

spartam nactus

omnium horarum homo

sub manu nasci

aut abi, aut exuere

temporibus seruire decet

gutta cauat lapidem &c.

sua cuique rei tempestiui-  
 tas

*Seruius.*

Argentū accepi, imperium

vendidi

spartæ serui maxime serui

leo eborcula vinctus

famii literati

cum sarcinis enatare

retibus confert, nihil tamē  
 capiti

# Per ordinem Alphabeti.

capiti  
asino gramen, & baculus

*Similitudinis, & congruentiæ.*

Notæ: farinæ  
nos etas in hoc albo  
non sum ex istis heroibus  
patris est filius  
aphyarum honos  
terra amat imbrem  
scopæ dissolutæ  
boni ad bonorum cõiuuia  
vltro accedunt  
simile gaudet simili  
malus cum malo collique-  
scit voluptate  
aequalis æqualem  
aequalem tibi vxorem que-  
re  
cicada cicadæ charta  
ouum ouo simile  
quam apum apes similes  
non tam aqua similis aquæ  
regis nostri  
eiusdem notæ  
vxor seni sponso regina est  
vno collyrio mederi omni-  
bus  
non tam lac lacti similis  
furemque fur cognoscit  
semper similem ducit deus  
ad similem  
semper graculos assidet gra-  
culo  
similior ficu  
aut, ipse fuisti  
omnia similia  
croblyi iugum  
eadem cera  
ficum post pisces  
ouo prognatus eodem  
catulæ dominas imitantes  
similes habent labra larucas  
qualis hera, talis pedisse-  
qua  
aspis a vipera  
aut piscem olet, aut florem  
sequitur perca sepiam  
arator nisi incuruus præua-  
ricatur  
patella coperculum dignũ  
reperit  
matellæ immittere

conto navigare  
surdaster cum surdastro li-  
tigat  
cascus cascam ducit  
omnia idem puluis  
omnia sub vnam Myconũ  
idem Accii quod Titii  
atrabas conuenerunt  
eundem calceum omni pe-  
de adaptare & inducere  
naufon Naucrati  
nouu Simonem, & Simon  
me  
cretensis cum Aegineta  
cretensis cum cretense  
ver hyemen sequitur  
cretensis Cretensem  
chius ad Coum  
vulpinari cum vulpe  
clauum clauo pellere  
cum care carissas  
thrypes mali  
balbus balbum rectius in-  
telligit  
e fernius cum Pacidiano  
bithus contra Bacchum  
non filius Achillis  
ab vno diagammate  
eodem in ludo docti  
musæ eiusdem æmuli  
iisdem vefcentes cepis  
bonus cantor, bonus cupo-  
diarius  
mars haud concutit sua ip-  
sius arma  
stultus stulta loquitur  
inanium inania consilia  
malo nodo, malus cunens  
querendus  
paris cum paribus facile cõ-  
gregantur  
formica formicæ chara  
vbi tu caius, ego caia  
asinus asino, & sus sui pul-  
cher  
aut abi, aut exuere  
doribus Dorice loqui fas est  
nouum cribrum nouo pa-  
xillo  
mons cum monte  
mores hominum regioni  
respondent  
vinalia sine vino expediri

non possunt  
adulter ad adulterum tra-  
hit  
ferrum virum attrahit  
mulum de asino pingere  
ars amat fortunam, fortuna  
artem  
beta sapientum  
ex eodem præsepi  
idem furnus idem duxit  
trochus  
qualis hera talis, & canis  
paruis parua dant Dii  
vnum alucare  
canis in eadem dormitat re-  
gula  
*Simulatio, dissimulatio.*  
Salem & sabam  
vulpines triobolos  
thyrsigeri multi  
multi qui boues  
non omnes qui habent ci-  
tharam  
asinus apud cumanos  
Flere ad novercæ tumultũ  
megarensium Lachrymæ  
acciffare  
hesitantia canteris  
tuffis pro crepitu  
cretensis mare  
simia fucata  
simia barbata  
sileni Alcibiadis  
vulpi esurienti somnus ob-  
reperit  
audiens non audit  
illo respiciens sed hic remit-  
te bona  
patrocli occasio  
melle litus gladius  
altera manu fert aquã, alte-  
ra ignem  
barbatenus sapiens  
alia Lacon, alia asinus il-  
lius portat  
paries calbatus  
demei felix  
chara ium imitans  
de reduuia queritur  
non omnibus teruio  
non omnibus dormio  
lepus dormiens  
mortuus iacet pendens

croco.



# Index Prouerbiorum.

initio confidens  
lingua bellare  
cum adsit vrsus vestigia que  
ris  
cum adsit via  
numquam expugnabit vr-  
bem

in fugitium  
ne my quidem facere  
corinthiis non indignatur

Ilium  
verbis pugnas  
in pedes retrocedere  
myrorum prada  
animus in pedes  
trepidat in morem  
quem mater amictum dedit  
obseruare

nulla candidorum virorum  
utilitas

teuthidum more  
non incedis per ignem  
domi leones

corniculæ animus  
abenas ignatus non tractet  
in Ialemos adseribendus  
nondum incuruam ceruicē

Iuppiter habet  
cauum pedis ostendere

## *Tolerantia.*

Socratis callus  
chalcenterus  
adamantinus  
patere legem quam tu ipse  
tuleris  
pigmei vel Thiodamas cū  
Hercule

## *Tornitas.*

Non e quercu, aut saxo  
origanum tueri  
martem tueri  
titanicum tueri  
arcopagita  
pallenicum tueri  
quasi Nuplius Caphareo re-  
diens

lemnius obtutus  
vter

## *Totum vs nihil reliqui.*

Omnia chnaumata  
cum puluisculo

vna cum ipsis manipulis  
vna cum templis  
ruta caesa  
cum ramento  
& prædam, & præmium  
mæandri  
principium medicum finis  
tibi ipsi calendas edicito

## *Triffitia, letitia.*

Irrisibilis lapis  
suuapi victitat  
animus habet in auribus  
in antro Trophonii  
harmodii cantilena  
argiuos vides  
admeti nenia  
arctum anulum ne gestato  
cor ne edito

ne si ad Iouis quidem aulā  
canere de Telamone

lityersam cantionem  
tragicum tueri  
tauricum tueri

atrei oculi  
titanicus aspectus  
cepas edere

superatus es a gallo quopiā  
tristis Scytale

arcopagita  
erinnyes ex tragœdia  
ne sis patruus mihi  
frontem expottrige  
magis gaudet  
contrahere supercilium  
sanguine flere  
sarone magis nauticus  
lachrymæ Simonidis

*Tuta, vide securitatis, & in-  
sa rei tumultus.*

Tytia maria

## *Vanitas.*

Quæ apud inferos  
cilix haud facile verum di-  
cit

cretissa cum Cretense  
mendacem memorem esse

oportet  
mentiantur multa canto.

res  
fumos vendere

ne si bos quidem vocem e-  
dat

hiberæ nenize  
epiphyllides  
tantali horti  
thus aulicum  
in foro veritas  
ne inficiens quidem verum  
dicit

neque dicta, neque facta  
somnia hybernium  
alcinoi apologi

anicularum deliramenta  
asini mortes

subuentanea parit  
cyparissi fructus  
cæcum insomnium

calidum mendacium  
dofones

angularis bom byx  
fabula Milesia  
orestis somnium

phznicium mendacium

## *Vehementia, languor.*

Oestro percitus  
non contis, aut ramulis  
martem tueri

pyrrhichen oculis  
manni habere sub pallio  
vulgari pisce non infun-

spitæ  
myrorum more in clama

flamma siue vulcano

## *Veneficia.*

Manci pera  
thetisala mulier  
iyngem habet  
dardaniz artes  
vmbraz me prohibent

## *Vices officij.*

Pensum persolueret  
contribulis factus

## *Victoria vring. tristia.*

Fict victor  
testa collisa testæ  
victoria non incruenta

## *Vincere, vs vinci.*

Palمام ferre  
solus currens

extremum

## Per ordinem Alphabeti.

extremum occupet sca-  
bies  
inuulnerabilis vt Gæneus  
herbam dare  
arena cedere  
hastam abicere  
mea est pila  
quid nisi victis dolor  
victi non audent hisce  
re  
tolle digitum  
quasi locum in balneis occu-  
pare  
manuarium æs  
pulvere extrito decertat

### *Vltio malefacti.*

Canis vindictam  
ornatus ex suis virtuti-  
bus  
reperit deus nocentem  
fero Iuppiter diphtheram  
inspexit  
semper virgines furiz  
mali bibunt improbitatis  
fecem  
sus acina dependens  
placiadz  
hipparchorum tabulæ  
habet  
longæ regum manus  
scarabeus aquilam quæ-  
rit  
promeri canes  
cissamus cous  
improbi consilium  
ibyci grues  
dii laneos habent pedes  
oeræus genius  
aderit Temessæus genius  
adrastæa Nemesis  
ad deorum aures peruenit  
bos læsus fortius figit pe-  
dem  
euenit malo male  
falis onus vnde venerat illuc  
abiit  
habet & Musca splenem  
ductus per fratoras  
inuitus Iuppiter nouit  
in tergore bouis defedit

ineest & formicæ & serpho-  
bilis  
stultus qui patre cæso libe-  
ris peperit  
nunc dii beati  
super te hæc omnia  
anus simia fero quidem ca-  
pitur.  
boliti pœnam  
vel capra mordet  
in me hæc cudetur faba  
qui prior læsit  
fortem & vsuram persolue-  
re  
esopicus sanguis  
deus vlcisectur  
flagitiorum turpis exitus  
virum improbum vel mus  
mordeat  
male parta, male dilabuntur  
malis ter mala  
miseram messem metere  
canis sæuiens in lapidem  
canis peccatum  
fortis in alium fortiozem  
incidit  
ne spina quidẽ vulnerabit  
bonos  
sui cuique mores  
sumantem nasum  
vindicta tarda  
vitandæ potentum offen-  
sæ  
aratro iacularis  
dulce pomum  
fero molunt deorum mo-  
læ  
dum vides

### *Vinculum insolubile.*

Vulcanium vinculum  
herculanus nodus

### *Vis iniusta.*

In rupes  
ne quis malus ingreditor  
chordas non mouendas mo-  
uere  
ferro diuidere  
ius in manibus

capillis trahere  
cyclosum more  
oculum excludere  
prophani fores  
leonis catulum ne alas  
lex in manibus  
leonina societas  
atticus aduena  
mars rex  
rus ciuitas  
hospes indigenam  
priusquam fortiaris. com-  
munia deuoras  
non mouenda moues  
in antrum haud legitimum  
stimulum impingis  
abstinenda vis  
cescon habitas  
cyclopica vita  
cyrnia terra  
martis campus  
in caput præcipitare

### *Vita hominis miseræ, & breuis.*

Homo bulla  
spitama vitæ  
dimidio vitæ  
fictilis homo  
stupa feniculus  
vita mortalis breuis  
ephemeri vita  
vt herba solstitialis  
falillum animæ  
dies digitus

### *Votum.*

Vtinam contingat mihi  
omnes es alienum cepæ  
alia dantur, alia negan-  
tur  
canis panes somnians  
etiam dormiens somniat  
ne contra bouem opta  
adoraturi sedent  
non quoduis contingit quod  
optaueris  
quæcunque in somnio vi-  
dentur  
qui amant, ipsi sibi som-  
nia

# Index Prouerbiorũ per ordinẽ Alphabeti.

nia fingunt  
quid non fies, profectus  
arbelas  
semper superioris anni pro  
uentus melior  
quæcumque mentiuntur  
fomnia  
arenæ copia

voti compos  
expiatis bona obtingunt

*Vsura.*

Citius vsura currit  
est Pylus ante Pylum  
felix qui nihil debet

animam debet  
semel rubidus, ac decies pal  
lidus  
echinus parturiens cuncta-  
tur

F I N I S.

# LOCI SECVM CON- GRVNTIVM ET Pugnantium materiarum.

Quæ in hoc Indice continentur.



**D**ulce  
 paupertas  
 munerum  
 rupertela  
 forma. deformitas  
 tedium ex iteratione  
 iteratio citra tedium  
 molesti intollerabiles  
 ingrata ob vetustatem  
 nupera  
 iteratus error  
 error in initio  
 garrulitas  
 breuiloquentia  
 clamorosus  
 rixosus  
 taciturnitas illaudata  
 laudata  
 infacundia  
 facundia  
 munus, non munus  
 exitium honestum  
 malum immedicabile  
 industria  
 ignavia, infcitia  
 ingratitude  
 gratitudo  
 simulatio, dissimul.  
 libertas, veritas  
 securus  
 vanitas  
 curiositas  
 crudelitas & contra  
 timiditas, igauia  
 inanis metus  
 audacia  
 fortitudo  
 cedendum multitudini  
 liberalitas  
 tenacitas  
 hospitalitas, & contra.  
 profusio

cor-

rapacitas, auaritia  
 sordes & parsimonia  
 perficiendi, absoluendi  
 ab initio ad finem  
 similitudinis, & congr.  
 dissimilitudinis, & incon-  
 gruentæ  
 munus aptum aut inept.  
 infortunii, exitii  
 bonæ fortunæ copiz felici-  
 tatis, aut omnis  
 malum accersitum  
 sera pœnitentia  
 serum remedium  
 damnandi  
 approbandi  
 iudicandi recte  
 alia aliis placent  
 aberrandi  
 cæcipientia  
 perspicacitas  
 perspicuitas  
 obscuritas  
 surditas  
 attentio, & contra  
 obsecundantis  
 correctio dicti  
 commodum interuersum  
 impossibilia  
 absurda, indecora, præpro-  
 stera  
 inanis opera  
 difficultatis  
 procliuitas & contra  
 nunquam  
 semper  
 nusquam  
 pensatio beneficii, vel officii  
 malum duplicatum, aut  
 nouatum  
 malum male vitatum  
 malum assuetum

mali retaliatio  
 inæqualis pensatio  
 alibi diminutum, alibi red-  
 ditum  
 frustrata spes  
 desperatio  
 præter spem bonū aut malū  
 malum vertens bene  
 subiti interuentus  
 magnifica promissa  
 votum  
 spes pertinax  
 excellentia. inæqualitas  
 differentiz  
 æqualitas  
 vincere & vinci  
 victoria vtrinque  
 non solus ille  
 securitas, & tutz rei  
 contemptus & vilitatis  
 dignitatis  
 proximis vtendum  
 inconstanz, perfidiz, versutiz  
 mutandæ sententiz  
 mutati instituti  
 fortunæ commutatio  
 temperantia  
 intemperantia, libido  
 modestia modusque  
 arrogantia, iactantia  
 philautia  
 contrarium philautiz  
 mansuetudo  
 asperitas, morositas  
 occasio  
 sumptuosa  
 frugalitas  
 luxus & mollities  
 lautitiz  
 fames  
 festinationis  
 festinatio præpropera  
 tarditatis

# Index Prouerbiorum

tarditatis & cunctat.	iustitia	secundę experientię
salubritas	iniustitia	imperitia
insalubritas	rigor	conatus
diuturnum	vis iniusta	pertinacia
hæredipetę	incolparus	incertus euentus
senium præmaturum, aut	temeritas	ex euentu iudicium
mors	pudor	multi
longæuitas	impudentia	in stupidos
iuuenta	pudicitia	pręlongi
vita hois & misera, & breuis	impudicitia	improbi
prudentia senilis	originis	ingenii malitia & instit.
prudentia	nobilitas, obscuritas	malus vicinus
alii sapere	degenerantium in peius	aperte & crasse
prudentia coniuncta vir.	initium laudatum	raritas
instans	proficientium in melius	concordia
anceps, & dubius	proprii commodi stud.	discordia
perplexus	lucrum ex scelere	fuerunt, non sunt
decretum	internitio	exilium
in deprehensos	subitum exitium	accessio pusilla, aut nim.
metus & conscientia	totum vt nihil reliqui	focus
vinculum insolubile	oblitio	usura
vitio malefacti	memoria	probrum, gloria
metus pęnę	elabendi	munus boni consul
aliena a re	ex sese	libenter
aliena curantis	domi viuere	refugium
ad rem pertinentia	fęminę	docilitas
laccessentis	ęquanimitas	diuitum pręrogatius
insidię	solitudo	repellentis
coniecturę	ignoratio	mira noua
calumnia	nouitas	omnia
obtrectatio & maled.	notus	illicebra mali
causa indifensa	occulta	exercitatio
carpentis seipsum	vices officii	contagio morum
necessitas	fides & grauitas	commodo magno
tristitia, lætitia	perfidia	tumultus
sollicitudo	consilium	potentes
nuncius lætus	cum auxilio, citra auxil.	magni momenti
minantis	intempestiua, & inepta	scurtilitas
vehementia, languor	tempestiua	auxilium
amor	seruire tempori	bibacitas
amicitia	deprecandi, abomin.	honos indigno
adulatio	execrandi	maledicentia
in deliciis	ominandi	nugalia
odium	beneficium corruptum	nuxta
ira	risus	parasti
inuidia, æmulatio	derisio	puniti pro alio
diffidentia	imposturę	veneficia
fraus ab amico	fortunata stulticia	tolerantia
diligentię	ciria laborem	toruitas
assiduitas	incitare	fucus
indiligentię	discriminis	ocium
fomnolentia	alieno periculo	
occupatio, ocium	experientię, seu pericl.	

F I N I S.

# POSTERIOR HIC

## INDEX RES, ET VERBA

scitu digniora toto opere contenta, demonstrat.

### A



Barmentari 68  
 abdera a quo con-  
 dita 1608  
 abdera vnde dicta  
 ibidem  
 aborigenum scribendi mos  
 1863  
 academia disputationum  
 locus 1126  
 acanthis auis affinis habet  
 inuisos 516  
 acarnanes & Actoli quomo-  
 do euerſi 60  
 achilles appellati iſigni for-  
 titudine duces 434  
 aciei Romanꝝ ordo 52  
 acopi fructex 80  
 acrea Iuno 78  
 acyla 2032  
 adagia vnde ſumantur 3  
 adagium vnde dictum ibid.  
 adelle gaudet, ſed laboranti  
 Deus 736  
 adoleſcenturire 1462  
 adoleſcentia & vinum du-  
 plex voluptatis incen-  
 dium 113  
 adorans vacuus, & rei diui-  
 nꝝ intentus 36  
 adulterii pœna apud cum-  
 nos 1607  
 adulterii pœna apud varias  
 gentes ibidem  
 ægypti oppida peculiaria  
 numina habuerunt ani-  
 malium 1860  
 ægyptiorum ſimulacrum  
 168  
 ægyptii muſici dicti 1848  
 æmilii Pauli dictum 1035

æmulatio honeſta qualis  
 129  
 æqualitas amicitiæ mater  
 571  
 aer momenti multum ha-  
 bet 71  
 æſculapius medicinam ex-  
 coluit 1817  
 æſchylꝝ dictum 1938  
 æſchylꝝ mors 1321  
 agalo 1372  
 agathonis fabula 350  
 ageſilai dictum 530  
 agreſte, quod non purga-  
 tum 35  
 agri ſecundi imitandi 63  
 alabando, Cariz vrbs vnde  
 diſta 1941  
 alabandeorum vecordia  
 ibidem  
 albutii ſententiæ 91  
 alceſtis mors 910  
 alcibiades tibias abiicit de  
 ſpecta oris deformitate  
 428  
 alcibiadis ingenii dexteri-  
 tas 100.1434  
 alcibiadis mores ibid.  
 alexândria πόλις dicta per ex-  
 cellentiam 1999  
 alexandri dictum 982  
 alienis malis prudētior 60  
 aliterii 1458  
 alegoria metaphoꝝ ſpecies  
 4  
 amalthææ capræ fabula 339  
 amalthææ cornu 1854  
 amaracinus 247  
 amazonum mos 1045  
 ambroſia deorū cibus 1940  
 ambroſia ſecundum quof-  
 dam mel nouis dulcedi-

ne ſuperat ibidem  
 amerinꝝ ſalicis natura 1962  
 amicitia non dirimenda 35  
 amicorum abſentium, non  
 minus, quam præſen-  
 tium memores eſſe oportet  
 146  
 amoris mater ſimilitudo  
 126  
 amphicratis ad Seleucianos  
 dictum 1829  
 amphictryones vnde 1263  
 amullis 1623  
 anachardiſidi dictum 416.  
 1730  
 anagyraſtionis lucus 81  
 anaxogoræ opinio 82  
 anaxagoræ ſententia de inſi-  
 nito 41  
 anxii fabula 270  
 angeronia 1134  
 angeroniꝝ ſimularam ibid.  
 anima quid ſecundum Em-  
 pedoclem 125  
 anima quid ſecundum Pla-  
 tonem ibid.  
 anima quid ſecundum Ze-  
 nonem ibidem  
 animam Dei iniuſſu e cor-  
 poris præſidio decedere  
 nefas 1786  
 animalia quæ apud quofq;  
 ſunt ſacra 1323  
 animalium inter ſein mi-  
 citiæ ibidem  
 animalium inter ſe amici-  
 tiæ ibid.  
 animalium vnum quodq; mi-  
 natur his armis quibus a  
 natura eſt inſtructū 1766  
 animus fortis & conſtans  
 226

animus

# Index Prouerbiorum

animus principis	167	aristagorę historia	1229	attici Mothones eurđicti	
animi sedes quę	1581	aristotelis dictum	456		1165
animi peculiaris sedes in oculis	159	aristideę adagiorum scriptor	7	auaricia in senibus insanabile vitium	824
annus magnus	328	aristippi dictum	1687	aures Memorię Deę sacę	
ante Romanis sacer	1324	aristomenis Messenii miris			443
anticyre	1817	uis	763	auri vires	983
antigeridas tibięem	1656	aristomanis historia	ibid.	auscultationis peculiaria	
antimachus poeta ψικς dictus	1044	aristoteles prouertia scriptor	7	commoda	122
antinoi casus	271	arrogantia sacrum morbum			
antigoni de alexandro dictum	2004		824		
antiopę fabula	1235	ars citharędica	428	<b>B</b> Accho ferula, & obliuio consecrata	407
antron cauernis, & specub. abundat	883	ars inopię portus	ibid.	bachus e Iouis femore genitus	563
anthisterion	154	artemon	1433	bachus εσαλαμύρος dictus	
anuli supersticiosi	102	artemon cur περιφ'ετος ibidem			1183
a paruria	1227	artes liberales vnde dicantur		bachus quare dictus Morychus	1026
apellis dictum	182	artemesius υοσίχλων, & περπυθ'εχως cur dictus	1790	bachus obliuionis filius	407
apellis & Protogenis factum	324	artifex quisque suo delectatur opere	118	bachus fici & vitis arborum inuentor	1026
aphie	324	arulator	1501	bachus ετινεράμβος dictus	1509
aphia veneri sacra	659	ascię inuentor Dedalus	1805	bachus cur dictus ερεβίνθεος	1026
applauda	1622	asinus enidius Pisander cur dictus	1926	bachus simulachrum ibid.	
apologus de simiis	411	aspidis venenum venenorum pessimum	1132	bachanalialia celebrantium mos	78
apologus de fele	ibid.	aspis	1578	baętylus	1494
apologatio ανος gręce	6	asparagi	1342	balnea apud veteres habitata	789
apollo Lucius	943	asphodelus	569	banda	691
apollo εινολμος cur dictus	1013	assiduitatis vis	1132	barbam auream quibulđā signis antiqui addere cōsueverunt	479
apollinis simulacrum	174	assis	477	barba Trezenis portus	809
appianus & Plutarchus eadę cętate floruerunt	1801	astyagis crudelitas	1956	barbarum vnde dicatur	1665
aprilis veneri sacer	234	atalantę fabula	846	barbiton quid	1939
aqua si hauriatur dulcescit	1864	athenienses tei nauticę istudiosi	753	barbiton vnde dicatur ibid.	
aquila auum regina	1318	atheniensium lucri cupidissimi	965	basiliani imperatoris lacrymę	842
aquila cur Ioui sulmina ministrare fingatur	1492	atheniensium numisma	90.113	barbari qui nunc ollandij	1610
aquilarum natura	1318	athonis montis altitudo	1535	bellum cur κυρδιδεγογο 1689	
aquilarum & vulpium inimicitie	1323	atlantes	1596	beneficium ingratum, quod diu inter manus dantis hęsit	519
aquile in Romano exercitu vexillum	1325	atlantis fabula	82	beneficia quomodo multi collocant	60
aratı Thessali votum	178	atriplex	150	benevolentia ciuium ad res gerendas	
archidami dictum	1493	attaginum fabula	1216		
archimedes εκατίηρης cur dictus	1806	attagen	1513		
archyta in mecanicis excellent	964	attica regio Oggygia olim dicta	1046		
archyę dictum	1971				
areopagum causarum capitulum iudicium	1716				

## Per ordinem Alphabeti.

gerendas non mediocre	1823	catonis dictum	1021
telum	770	cælio ceres monstravit agri	
betylus	1494	culturæ rationem	1734
blitei	847	cælum	74
boccheris instituta	973	celox nauigii genus vnde di-	
bcnti corporum exercita-		ctum	1960
mentis valent	753	cerastæ	1149
bœoti v̄avris cur dicti	1968	ceres amœa dicta	977
bona quæ vere bona nostra		ceres etiam αλιτήρια dicta	
industria parantur	858	1459	
bonæ Dææ templum uiris		ceroma	257
ingredi nefas	1932	cefcus ciuitas mentis inops	
bonorum consuetudo	62	938	
bos ad ceroma	257	cestreus	184
bos Appollini sacer	418	cestrei piscis natura	1265
bottizæ	1608	chabriz dictum	1923
brabâtes agricolæ industrii		calcis vnde dicta	1087
258		charadrii auis proprietas	
brenni dictum	900	1994	
briarens vnde dictus	1875	chamaleon aere victitat	
bruci spectrum	87	1699	
bucolicum carmen vnde di-		charetis dictum	938
ctum	1951	charybdis	274
bulga	1761	cherophon cur noctua di-	
bullæ	776	ctus	1060
burhus solidos boues vorat		chirographus quomodo	
re solitus	931	differat a singrapha	1660
buphonia	1215	choenix quid	24
buxus materies maxime æ-		choenice seruis cibus distri-	
terna	875	buit	25
byontini & Carthaginen-		chrisippus proueria scri-	
ses inimici	62	psit	7
byssina vestis principatus		ciadæ mutæ in Rhegino	
insigne	1818	agro	280
byssum quid	ibid.	ciadæ rore pascuntur	2030
		ciceronis mensa	1878
		ciceronis ad Hortensium di-	
		ctum	1895
		ciconia pietatis symbolum	
		574	
		ciconiæ Aegyptiis sacræ 84.	
		1323	
		cii nec meretrices, nec tibi-	
		cinas in ciuitate recipie-	
		bant	697
		cilicia croco abundantissi-	
		ma	1925
		cilicium	1152
		cinestas cur φιλάνης dictus	
		1972	
		cinestæ gracilitas	1638
		cinnamomum	1908
		cipressi descriptio	1498
		O	
		citeria	

### C

<b>C</b> Aduceus Mercurii m6	
strifica virga	104
cæca testimonia	487
cæcum	1185
cænei historia	1225
cænei fabula	1460
calauria	1499
calendæ diis superis dicatæ	
30	
calidum	876
calones	1269
calippi historia	1825
callinous elegiaci carminis	
inuentor	1893
callizhoes Atheniensium	

sons	1823
calistenis ad Alexandrum	1816
dictum	1816
calumniz morsus pernicio-	
simus	914
camelus vnde dictus	1905
campæ	2024
canalicolæ	1358
cæcer exiit sæpius anno	44
canes a Lygurgo prolati	72
canendi artem ingenui nō	
discebant	441
canes eos amant, quorum	
salua gustarint	821
canes vetuli temere non la-	
trant	175
canis fabula	439
canis habens oculos, cor cer-	
ui	497
canuacus, seu Annacus lu-	
pra annos trecentos vixit	
997	
cantherius	323
canum genera	1541
capææ cerebrum contra in-	
fantium morbos	527
capro deo salsamentis rem-	
diuinam faciunt Phaseli-	
tæ	959
capparo cani de publico pa-	
stus decretus	439
cappari canis cura sacerdo-	
tibus mandata	ibid.
capua de principatu cum	
Roma contendit	1670
caracis fabula	537
caræ tibis in lectu vtun-	
tur	114
carius nihil emitur quam	
quod roganti datur	182
carmenta Euædri mater cur	
sic dicta	1863
carmenta Nicostrata appel-	
lata	ibidem
carmenta Themis dicta ibi.	
carneadis acadæmici factū	
499	
carpathus insula a leporib.	
deuastata	1875
carum mores	346
castor & Pollux	226
cataractes Nili	1928
catena Homeri quid	775





# Per ordinem Alphabeti.

dianz Ephesiz de collo cur pagurum suspenderetur 1956	dodonea sylua 250	excreationis templum 160
diabaphum 1758	dolii duo in limine louis 508	exilium Apollinis 909
dictum in Cleonem 246. in Pompeium & Cæsarem 338. in Cæsarem, & Cice- ronem 408. in stratoniciũ citharædũ 426. Aristore- lis in mendaces 456. in Lampen Eginetam 562 Coqui Dionysio ius ni- gram commedeti 1011. 986. Alexandri 982. Phi- lippi Macedonum regis 984. Platonis 1661	dubium 1565	ex preſcripto viuere 1876 extemporanea dictio vitan- da 1931
didimus Chalcenterus qua- re dictus 1619	<b>E</b>	
didymus grammaticus cur adamantius dictus 435	<b>E</b> cclesia 1665	
dies albus 308	echini terreſtris, & ma- rini historia 282	<b>F</b>
digitare 1604	educatio ad virtutem 71	<b>F</b> abarum apud Aegy- ptios religio 28
digiti Meneruz sacri 431	elaratæ 1155	fabarum vsus in suffragiis 27. 28
dignitatis splendor homi- num calumnias detinet 1757	elegantis est scire quid cui conueniat 422	fabas tangere, aut nomina- re Flamen dialis prohibi- tus 28
dii lupinis manibus finge- bantur 1406	elegiz ad sepulturam cane- bantur 1893	fabæ apud Romanos Fune- stæ ibidem
dii trephes 1694	elegiz inuentor Simonides ibidem	fabæ crudæ etiam esurienti saccarum sapiunt 975
diluculum 1363. Dioclis di- ctum 421	ellebori vsus 408	fabis Pythagoras vesci soli- tus 28
dinonis Tarentini senten- tia 357	elleborum pro infania 1817	fabii pictoris sententia 349
diobolare 1028. Diogenis dictum 721 847	elephanti partus 528	fabula prospicientis Hercu- lem 526
diogenianus adagi orũ scri- ptor 8	eleusina sacra 455	facium vsus in certamina- bus 135
dionysius Siracusanorum tyrannus Corinthi pue- ros docuit 93	ecloum statuz Neronis ap- positum 1704	facies truculentæ & horren- dæ depingi in clipeis so- lent 701
dionysius Siculus Aescula- pio auream barbam de- traxit 846	empedoclis motes 925	facta rectæ, sunt prædicanda 521
diphthera 187	empusa 731	fama a factis velut e fonte nascitur 1784
discendum quandiu viuas 505	ephemerus 1492	fames iracundiam exaspe- rat 1736
diuinationo prudentium tan- tum est 797	ephiaktis proceritas 1864	famem eiicere 560
diuinaro & auguria a me- tu & spe reperta 802	ephorum magistratus de cõ- tractibus cognoscebat 33	fata numinum toleranda 177
diuitiæ cæcæ 285	epicuri imago in tabulis, & anulis 146	fauentia 1258
diuortium quibus verbis perageretur 751. 1700	epichyſis 730	ferocia ex facietate 92
	epimenidis cretenſis som- nus 559	ferula Baccho, & Sileno sa- cra 930
	epimonidis vaticiniũ 1684	ferula cedebantur & pueri, & milites 889
	erebinthus 29	ficulum 1579
	erebus vnde dictus ibidem	ficulus deus 464
	eruditio nemini contigit, nisi labore parata 858	ficus Mercurio suspendi so- lita 1016
	esurienti offa carior auro 843	ficus oculorum vitium ibi- dem facientia apud Cicero nem 417
	eteoclis fabula 918	
	euander scripsit deos iocõ- rerum summæ imperare 423	<b>O</b> 2 figura
	euentus stulcorum magi- ster 57. 1421	
	euphorbi fabula 904	
	euripidis mors 434	
	europæ fabula 1161	
	exarmate 1923	

# Index Prouerbiorum

figura corporis relucet in o- ratione	106	fumum accerrimum ex fi- culno ligno	463	harpocratés	1450
fimi vñs apud diuerfos ho- mines	1328	fundamentum prima, falti- gium suprema operis	1817	hæreditas quinque modis factis astringitur	204
flaccus, flacidus, flacescere	1458			hebræi	1155
flamen Dialis quid gestare vetitus	1722	<b>G</b>		hecate sacra vrtica marina	36
flamini Dialkanulum soli- dum gestare non erat con- cessum	ibid.	<b>G</b> Albæ cuiusdam fabu- la	341	hecate triglantina	1566
flamini Diali hederam tæge- re nefas	ibidem	gallicinium	1363	hecalus Iuppiter cur dictus	1955
flores	1622	galli gallinacei post pugna- suam decantant victoriã	892	hederam tangere Flamini Diali nefas	1722
fortus	529	gallorum auiũ natura	1362	hecuba in canem conuersa	1946
foliis olim suffragia fereban- tur	1734	gallus sacer	35	hegeſias ἀγρία μέλιτῶν cur di- ctus	1981
fons Azanæ	903	gargara mons	1606	helotæ	1707
fontes pernicioſi	77	generis claritas quasi fax ad- dita	1786	heraclitus aqua inter cute la- borauit	1872
formicæ prægrandes	188	genua Misericordiz sacra	431	heraciti opinio de sole	1665
formicæ serpentum carne vescuntur	1847	genus hominum quale in coniuiis coniungi, aut non coniungi debeat	129	hercules adonidis imaginẽ contempsit	1489
fortes viros ob robur leoni, ob prudentiam vulpi Piu- tarchus comparat	866	geradæ dictum	1485	hercules quarta luna natus	90
fortuna mediocris patet in uidiz	1759	gladiatoris fors	215	hercules idem cum Mercu- rio	1858
fortuna rectæ institutionis, parſuasionis & prouiden- tiæ soror	826	glande vesciebantur antiqui	1494	hercules quo ornatu descen- dit ad inferos	210
fortuna omnis in sensu sa- pientis habitat	ibid.	glans a: ud Hispanos in de- litus habita	228	hercules quadraginta tres varro enumerat &c.	433
fortuna nemini dat bonam mentem	815	glauci historia	1510	herculus cum Hyda pugna- quid	1800
fortuna secunda nocentior aduersa	451	glauci fabula	1455	herculus templa feminis in- gredi nefas	1932
fortunati dies	308	gorgon animal Lybicum	1944	herculus columbæ	1261
fortunæ tribuitur, quod ac- cidit præter animi desti- nationem	1720	gorgonum fabula	1944	herculus fabula	86
fraces	1622	graculus	1247	herculi lucri partem deci- mam vouere plerique so- lebant	1747
frequens quod affixit vñs, perpetuum quod indidit natura	1705	gralz	1754	herculi malum sacrificatur	945
frigere	808	græci absque soleis accum- bebant	1698	hermæum	1633
frons animi ianua	811	græcia nequaquam nouit fi- dem	483	hermione templum Cereri, & Proserpinæ sacrum	883
frons genio sacra	432	græcorũ comotatione	62	herodius	1617
frons pudori sacra	496	gygis fabula	103	herodis Attici dictum	409
fions ristiſtig, hilaritatis, ele- mentiz, scuetitatis index	497	<b>H</b>		hesychius Adagia scripsit	7
frugalis	1574	<b>H</b> Abitus Lacedemonio rum in bello	1422	hippola	1476
frugi	ibidem	halcyon	925	hippurus piscis nulli præti- i	419
		harmarii modi	1656	histæi historia	1230
		harmoniarum quinque spe- cies	153	historia vnde dicta	106
		harmoniz genera	1803	hominis mensura	397
				homo somniũ, vmbraz hone-	778

# Per ordinem Alphabeti.

honestarum rerum nulla fa- tietas 144	inusa Megarensibus Leuco- thoe dicta ibidem	lactuca marina 1026
horarum nūcius gallus 35	ionica consuetudo 319	lagophthalmi qui 1832
horatii Coclitis itaque histo- ria 115	iouis in cuculum versi fabu- la 1528	lais Corinthia 227
honor virtutis præmiū 521	iouis summa mens omnia complectes 1001	lamachi dictum 1113
hostimentum 816	Mer Germaniz fluuius 1872	lapithe vnde dicti 1878
hostis ibid.	isthmii ludij in Palemonis honorem instituti 1890	lapsana 1532
humor marinus 253	itis auis quæ & phasianus 1300	lapsus primus casui, itera- tus stultitiz tribuitur 278
hyberni hominis non illepi- da fabula 1674	ityphallus 1204	laribus primitiz immola- bantur 394
hydra Herculis 186	ityps 1300	lathyrus 29
hydragiri natura 1933	iudices cur sententiam latu- ri sedant 1948	latomiz 1945
hylæ fabula 259	iudicum imago apud The- banos 1329	laudare vita defunctum 950
hymetrus mons mellificio nobilis 148	Iulius Cæsar maluit in stri- gidulo oppido primus ef- fugiam Romæ secundus 773	laudes fortium virorum ti- bicines olim decurabant 892
hypans flumen 1492	iumentum 74	laura Sami angiportū 1371
hyperæ I	iunius mensis iunoni dica- tus 234	laurios auri uenis frequens 1001
Ialemus q & Linus 1873	inno Acræa 77	laurus aduersa venenis 91
iâbi pedis proprietates 1627	iunonis Teliz simulacrum 1528	laurus fulmine non tangi- tur ibi.
ianuz Musarum cãdidæ 161	iuppiter cur Hecalus dictus 1955	laurus in amatoriis malefi- ciis incendebatur 956
ibyci poetæ mors 534	iuppiter & iuramentum 1460	lauretum liuiz quando exa- ruit 91
ictis 1300	iuramentum 914	lectionis peculiaris com- moda 121
ichnusia 1252	iuuenum affectus immode- rati 402	leges sumptuariæ 547
idea 1203	iyngis vsus in veneficiis 1579	legumina venicem irritant 40
idus diis superis dicari 30	iyngis fabula ibi.	lemnii cur Sintiens dicti 1857
iecur anseris in summis de- litiis erat 1694	iynx quæ & motacilla ibi. 1601	lemuria 233
ignis cœlestis ferula a Pro- metheo exceptus 930	iynx L	lentisci succus 487
imbrus 1914	Abyrinthus vnde dica- tur 1081	leotrophides 1812
impium abnegare virtutis diuinitatem 217	lacedæmones circa leges di- ligentes 753	leporariæ aquilæ 1320
improborum ciuitas 1036	lacedæmoniorū responsum 93	lesbii & Cumani stolidi 210
inæqualitas discordiæ belli- que mater 571	laconis cuiusdam dictū 715	lethe unde dictus 29
induciæ bellū nō finiūt 1763	laete, & mola salsa rustici diis sacra faciunt 947	lethum 145
infelicitas stultitiz comes 825	lactes 1723	leuidensa uestis 1260
ingenia summa sepe in oc- culto latent 338	læna 619	libertas seruis in Saturnali- bus 154
ingenui canendi artem non discebant 427	lægna 1235	libes Psaphoni rem diuinā faciunt 167
ingenui tribus nominibus, quæ tribus literis nota bant, vsi sunt 1022		lina 1265
insania antiquitus squillis expiabatur 771		lindonium 920
insanus pro magno 1534		linguam a maledictis tem- perare 784
insomniorum portæ 926		linus qui & ialemus 1873
intercessio 951		litæ apud Samios inuentæ 1603
inusa fabula 1091		

literæ

# Index Prouerbiorum

litteræ muti præceptores 122	mare falsum esse ut discas nihil opus est torum ebibere 544	menſon perſonæ inuentor 1649
luitæ Auguſti Verentanum reuicenti quid accidit 91	manes aſphodelo victitant 570	metius & Polymneſtor 179
londinum 920	manſuetudo par pietatis 35	metragyræ 1980
londini ciuitas origo ibid.	manticulari 1369	metus & ſpes diuinationem, & auguria repererunt 802
longinus Caſſius Porphyrii præceptor 1927	manuum geſtus velut altera lingua 183	micare 482
longurio 1737	manumittendi Athenis ſerui capitis pilos deradebant 762	midas vermiculus 1059
loquacitas in mulieribus inſanabile morbum 824	maris interitus 76	midæ fabula 218
lucas 1683. 1693	maritima uſura 1714	mileſiorum luxus 232
lucernæ ſymbolo vita repræſentata 978	marſiæ uictoria 1647	milo adagiorum ſcriptor 7
lucius Apollo 943	marullus mimographus tempore floruerit 1952	milonis Crotoniatæ factum 148
lucius Siciuius Dentatus qua de cauſa Achilles appellatus 434	marſyæ interitus 1844	miluus apud Britannos ſacer 1323
luporum interfeſtoribus Attici præmia dabant 704	marianæ tibiæ 1891	minerua ingenii tutrix 69
luſcinia non niſi libero ærecantant 1952	maſſilia unde dicta 809	minerua diſciplinæ præſes 66
lyceum græcorum gymnaſium 1126	mathematicæ diſciplinæ 229	mithecus rei coquinariæ ſcriptor 1985
lydi primi omnium caupones & inſtitores extiterunt 943	matrimonii ceremoniæ 1678	mithras Perſis ſol. 1685. 1981
lygurgi lex 328	mauſolei deſcriptio 1496	miſericordiæ ara 919
lygurgi inſtitutio in conuiuiis 407	melancholicorum inſomnia diuinatione carent 115	moderator 596
lyſimachus Ariſtidis filius a uirtute paterna degenerauit 1009	melanurus piſcis latine oculata 24	moly herba 384
lyte 1233	meleſias Thucydidis filius a uirtute paterna degenerauit 1009	momus 321
	melia arboris genus 1067	mores principis 334
	melicerta à Corinthiis Palemon dictus 1090	mores hominis deus, ſine fortuna 826
	mellis inſima laudatur pars 724	moſimus tragicus poeta ineptiſſimus 1926
	mendaces quid lucri faciãt 456	mortales Deum imitantur cum ſunt benefici 84
	mêdicitas inexplebilis 866	morycus poeta tragicus 1028
	menedemi dictum 149	mos in funeribus 145. in iudiciis 259. Thracum in ſacrificiis 438. Athenic. in Leneo feſto 455. gentis Thraciæ 461. Apud Argiuos 479. Phœnicum in Luctuſ 13. Romanorum 546. apud Græcos 567. Sybaritarum 724. in ſacrificiis 801. in uictoria 846. in ſolutionibus græci alieni 891. gallorum gallinaceorum 891. Romanorū in epulis 908. Atticorum 950. Phæſelitarum in ſacrificiis 959. Regis Perſarum 985
	menſa apud antiquos ſacra 801	
	menſam inanem tolli apud Romanos neſas erat 546	
	mercurii plura cognomina 1356	
	mercurii ſigillum buxi ligno ſcalpendum 875	
	mercurius & Hercules idem 1858	
	mercurius φούριος dictus 1933	

## M

**M** Actus uirtute 882  
 mandander lydiæ fluiuius unde dictus 1081  
 magice voces 1010  
 magiſtratus officium 393  
 mala amoris ſymbolum 847  
 mala ueneri ſacra ibidem  
 mancipia laudatiſſima 488  
 mandragora 1585  
 mane 978. 1363  
 marcus Tullius M. Tullii filius plurimum a paternis uirtutibus degenerauit 1009  
 margetis dictum 794  
 margitis matrimonium 794

## Per ordinem Alphabeti.

in conuiuio 1001. 1002	natix	1429	numidica auis	1345
Scytharuni 996. Atheniē sium 1727. Heliogabali 425. Eudionis 424. anti- quorum 411	navium varia insignia	1063	numisma Atheniensium	419. 1001
motacilla quæ & Iynx 1379	naupactus	160	numisma Peloponnesiorum	852
motacillę vsus in beneficiis ibidem	naxia cos durissima	435	numisma Tenedi regis	540
mothon 1166	neadas	1513	nuptiarū ceremonię apud Athenienses	294
mothones cur Attici dicti ibidem	necessarii	772	nuptiarum pompa qualis	1490
motus vitę argumentum 121	necessesse esse	1556	O	
mulę partus 327	necessitas dea parcarum ma- ter	771	O Belisci & pyramides summis viris erige- bantur	478
mulier irata 78	natura molesta	1705	obscena	1551
mulier mala malorum the- saurus 187	necessitas feriis caret	771	occasiones mali vitandę	137
muli perpetuarii 1551	nectar deorum potus, vel ci- bus secundum alios	1940	occultare natiuos mores dif- ficile	953
mundus suis cultoribus dat verba 305	nefas gustare Heroum reli- quias	34	ocni fabula	264
munus exiguum à tenui amico missum vt maxi- mum accipiendum 947	neida in auem sui nominis mutata	1976	oclo certaminum species olympiis	424
munichia Diana cur dicta 1826	neleidam Diana	1742	oclo deos esse Euander scri- psit	ibidem
mus acris audire 211	nemesis dea iactantię vltix 717. 917		oculi in amore duces	159
mugilis inter pisces velocif- simus 450	nemini mortalium datum est vt cuncta noscat	806	oculum appellant amantes, quod charum vnice est	1763
musica 1695	nemini sua fortuna satisfac- it	492	oculus domini saginate- quum	123
musicę nomine omnem li- beralem eruditionem de- signabant veteres	nemo sapiēs nisi sanus	500	oeneus Meleagri pater	289
ibid.	nepe	1466	oenomaus histrio	1833
mustella in venatione inse- llex omen 157	neptumni filii truces	1745	oenomaus Pifę rex	ibid.
myrtea corona vtebantur re- ges 1499	neptumni fabula	493	ostrum	1012
mythus Dianę sacerdos 1272	nequam	1574	officium officio prouocatur	61
in sacris 335. Romanorū in ludis 342. Macedo- num 344. incorporatio- nibus 378. Atheniensium & Boætorum ibid. Pho- censium in scæderibus ibi- dem in sacris 394. mulie- ris abominantis inuidiã 408	nessi centauri fabula	1098	officię	306
	neronis statuę elogiū	1703	ogygia Thebanorum regio dicta	1046
	nicostrata Euandri mater 1863		olere probitatem senes de- cet	1680
	niuem non esse albam dixit Anaxagoras	562	olei summa pars laudatur	724
	noctis diuisio apud Roma- nos	1362	oleum more tranquillat	429
	noctu cur acris quã inter diu soni audiantur	1567	oleum nitorem addit	1747
	noctua Minerę sacra	90	ollę	1611
	noctuę volatus	90. 113	olympias Marfę discipu- lus	1727
	non omnibus idem pul- chrum	173	olympius quidam cur de- xas dicitur	1044
	nonz diis superis dicatę	30	omnes cupimus, at non li- cet	
	nox pudore vacat	962		
	nubere mense Maio Roma- nis inauspicatum	233		
	nulla ętas ad discendum se- ra	151		
	numerare pręteritas vndas 1750			
	numeri impares efficacio- res	749		

### N

**N**ares indicium iracun-  
dię 1014  
narr hecium 1556  
nassu 481

# Index Prouerbiorum

cet ditescere	492	palamedis poema ab Home	soliti	1981
omnium dulcissimum est ac		ro abolitum	ibidem	1577
cipere	182	pallium Græcorum uestimē	perica	1232
onaget	738	tum	pharus	2016
opes magnę sunt bonam ha-		pallium	1579	phasiani ab Aegyptiis ori
bere mentem	1687	palpare	1295	di
opiniones de anima secun-		palpones	ibidem	836
dum Platonem, Empedo-		panderę nomen vnde	58	phasif Colchidis fluuiio
elem, & zenonem &c.		pandorę pyxis	189	1871
125		panegyris	1073	phęgra ciuitas, quę & palle
oppido	1728	panionium cōcilium	1423	ne
opportunitatis vis	452	paralus Periclis filius stupi-		1195
opus esse	1556	dus	1009	phileta
optima a teneris eligenda		parasiti conuiuę fabula	225	philetę gracilitas
1706		paręmia a sententia quomo-		ibidem
oracula Delphis quomodo		do differat	5	philippi Macedonum regis
reddi solita	1967	paręmię quę optimę	3	dictum
oratio animi speculum	375	paręmię quid proprium	2	phocensium factum
origenes Theologus ada-		paręmiarum genus anti-		379
mātinus dictus	1619. 435	quissimum	9	phoci historia
orestis iudicium	1894	parricidium	1704	phęnices & Cares tibiis in
orimalides	2031	parricidii pœna	ibidem	luctu vtuntur
oryges contrario sunt pilo		pasleres magus	958	513
1958		passiphes fabula	192	phęnices Herculi coturni-
osiris mors	37	pauper numquam probus		cem sacrificant
osiris sol dictus apud Assy-		1004		86
rios	1981	pax finit bellum	1764	phęnicum commutatio
ossifragę aquilę	1318	pecunia vt pecuniam pariat		994
othis & Ephialtis proceri-		pręter naturam est	529	phęnix Achillis formator
tas	1864	pecunia velut altera homi-		1955
ones laudatę	139	nis natura	803	phęnix cur πύλαξ dictus
ouum aceto maceratum		pecunia amissa exanimis est		ibidem
5:7		homo	1748	phęnis auis mors & ortus
		pecunia traiectitia	1714	1900
		pecunię vires	964	phorci siliarum fabula
		pectus	513	1088
		pelasga gens errabunda		phrygis fabula
		1958		962
		penestę	1155	phynes dictum
		pentheus sero Bacchum re-		1688
		uereri cepit	57	phynes cur κλεισίγεια di-
		persona	1341	cta
		personę iuuentor quis	1650	1983
		perdicia	509	phines altera cur σαπίρδι
		perdicis astutia	1259	cognomen fuerit ibidem
		pericli concionanti noctua		pica auis Baccho sacra
		aduolauit	90	1515
		perpetuarii muli	1551	pictura muta poësis
		perpetuum quod indidit		122
		natura	1705	pietę historia
		perfarum mores	1303	1742
		perfarum inmanitas	1843	pietas secundum plutarchū
		perfarę per Mithram iurare		403
				prioris dictum
				1853
				pipolo
				1667
				pireus vnde dictus
				1422
				pisander astutus Cnidius di-
				ctus
				1926
				pisces vocales
				291
				pistores Romę quando esse
				ceperunt
				1171
				pitthetus Thesei auis
				1679
				platonis nobilis sententia
				149. 218
				platonis dictum
				1662
				platonis

## Per ordinem Alphabeti.

platonis philosophia numeris obfcurata	64	experientia paratur	506	quod bonum idem simplex	723
plutarchus prouerbiorum collectanea fcripfit	7	prudētia fua vniciq. deus	826	quod malum id varium eſt	ibidem
plutarchi opera adagijs ſcitant	8	pſeudarbata regis oculus dictus	109	quo ornatu Hercules deſcendit ad inferos	209
plutarchus & Appianus eadē ætate floruerunt	1801	pſitachus quando diſcat	151	<b>R</b>	
pluto diuinarum deus	286	puccitia theſaurus incomparabilis	1664	<b>R</b> atio non omnium partibus habenda	120
poëſis muta pictura	122	pueri Athenis, & Romæ quod diſcebant	236	raiz piſcis natura	449
poëſis philoſophiæ admixta	164	pueris qualis honos apud Argiuos	479	ranunculī herbæ proprietas	1247
poëſis non abſque fabula & mendacio	852	pumicis proprietas	261	recipere	1534
poëtarum verſus in conuiujs cani ſoliti	4	puſtulę in naſo mēdicibus adnaſcuntur	1600	regulus qui & trochilus	1322
polite ſacellum	95	pygmet	1464	remuria	233
polignoti Thaffii pictura	264	pygmei vnde dicti	1797	res mortaliū circulus	447
polypi natura	98	pylus	1108	reſponſa Delphici oraculi	401. 423
polypus nitium nariū	119	pyramides, & obeliſei ſummis viris erigebātur	478	rhadamanthi conſilium Luciano datum	26
poſterior dies prioris eſt diſcipulus	505	pyrrichia ſaltationis genus apud ſpartanos	1905	rhamnusia	919
præfixæ	950	pyrrichia vnde dicta ibidē		riſus interdum improbum demonſtrat	202
primitiæ diis antiquitus cōſecratæ	316	pyrri dictum	90	robur in neruis	237
princeps dei imago	168	pyrrhonis ſecta	1916	roma per excellentiam vrbs dicta	1999
princeps ſolidam noctē dormire non debet	983	pyrrhonii cur Εποη; & Αποριματικη ſiue Απορητικοι nuncupati & Σκιπτικοι	ibidem	romanorum iuſurandum	914
principis animus	167	pythagoras fabis veſci ſolitus	28	roſa piſcis in præcio	920
principis officium	857	pythagoræ auctoritas	892	roſæ ſumus habitus olim honos	ibidem
prifici hominibus, locis, ædibus binos attribuebant	87	pythagoricorum iuſuradū	1039	rubicon flumen	243
prifici philoſophia vero aberrauerunt	73	<b>Q</b>		<b>S</b>	
promethei, & Epimethei fabula	58	<b>Q</b> uare homines dii dicti ſunt	337	<b>S</b> acra Eleuſina	456
proſerpina Azeſia dicta	977	quadrangulus ſui ſimilis	1679	ſacra in honorem cæceris	883
protagoræ ſophiſtæ fabula	537	quadrantal	790	ſacra in honorem Bonę deę	ibidem
protogenis, & Apellis factū	236	quercus iouiſacra	150	ſacra ſacere pro ſalute laborantis veſ in parētibus	204
prouerbia qui olim ſcripſerunt	7	querna Dodonea ſylua ibid.		ſacra res conſilium	116
prouerbia vnde ſumantur	3. 18	quæ ocyſſime conſeſcunt	412	ſacrificia in honorem Hylę	259
prouerbia mutilata	12	quæ conſeſcunt tardiſſime	ibidem	ſacrificia ſine vino quibus deis fierent	1062
prouerbia ad quę conducāt	9	qui Herculi decimam conſecrat &c.	88	ſacrificium Fecialis	48
prouerbiorum vſus antiquiſſimus	8	quirita	775	ſactorum mos	16
prudētia vitæ vſu, multa;				p	ſala-



# Index Prouerbiorum

salacitas mirum mira	948	scythæ equino sanguine p	similitudo amoris mater
salacitas paupertas	1768	cibo, & potu vtuntur	126
salmonius mechanicarum		1913	similitudo morum, & insti-
artifex	1790	scythia cur seris abundet	tuti beneuolentiam con-
salpæ torpor	399	1285	ciliat
sal seruac	35	scyllæ Nisi regis filiz fabula	1739
falsum	781	273	simonides elegiz inuentor
falsitudo vitibus inimicissi-		scyllæ Phorci, & Crateidis fi-	1893
ma	847	liz fabula	simulacrum Aegyptiorum
calluginosa vicinia	253	ibid.	168
fambici pœna	92	secundarius cursus	simulacrum Apollinis
fambuca	1269	1684	174
famazna	1603	feneçtæ vitium	simulatio diuturna esse nõ
famosa insula cur dicitur		74	potest
& περσικη dicta	1036	feneçtuti fors, ocium, & qui	544
sanctus Romanorum Deus		es	150
1678		senes probitatem olere de-	1680
sanctum	247	bent	senes depontani
sapientes septem apud Græ-		297	senesum iudicium fallax
cos	519	1663	1663
sapientiz mysteria obiecta		sententia manuum porre-	sententia manuum porre-
64		ctione antiquitus com-	ctione antiquitus com-
sapientia in eodem bis non la-		probata	952
bitur	280	sæpia corde caret	1602
sapientum filii vt plurimū		sepulturæ agna apud vete-	529
stupidissimi	1009	res religio	529
sarcinator vnde dictus	1763	sepulchra, & sacella mouere	382
sardanapali sepulchrum		nefas	382
1636		sertorii factum	315
sardanapali epitafium	1349	seueritas Iacedemoniorum	232
sardo, siue Sardon insula		106	sermo hominis indicium
1025		serus dimidium ingenii au-	1952
saronicum mare vnde	1182	sert Iuppiter	1952
saturno quomodo sacrificia-		seruorum nomina disylla-	1214
batur	819	ba e monosyllaba	1214
saturno quare antiquitus sa-		fibillæ Erithræ vaticinium	911
cificia fiebant	ibid.	911	911
satyrii herbæ proprietas		fibillæ tres, & earum nomi-	1912
2078		na	1912
scarabei natura	1325	sicophantæ vnde dicti	1819
scarabei omnes mares	1329	1819	1819
scarabei in Aetna mōte piz		sciculi natura dicaces	658
grandes gignuntur	1331	658	658
scipio fossa & vallum aduer-		silphium	685
sus vim carthagenensium	44	silurus piscis qui, & sturio	1457
44		1457	1457
sciron	1979	silurus piscis aura vietitat	1698
1979		1698	1698
scopeliani dictum	1952	simia	1024
1952		1024	1024
scorpio piscis	57	simiz natura ridiculæ	1281
57		1281	1281
scytharum de vitæ felicitate		simiarum copia in Mauru-	844
iudicium	996	844	844
996		simiarum honos apud Pithe-	2000
scythæ supramodum iracun-		2000	2000
di	768		
768			

# Per ordinem Alphabeti.

extinguit	927	sybillæ cumææ fabula	1419	ptor	8
fordes	146 1	syrophantæ siculnei gladii	1015	themis Eudæri mater	1863
fordidi	ibidem	dicti	1015	themistocles fuit nothus	1126
fors ingenium probi non vi-		syllæ dictum de Mario	1960	themistocles cur habitus in	908
tiat	71	symbolum pietatis ciconia	573	doctior	908
fortes	310	symbolum	1194	themistoclis dictum 60.	714
spartanorum mores	1015	symposium	730	theophrast <sup>us</sup> adagia scripsit,	
spartanorum habitus	1801	sinanche	418	quæ Zenobii nomine cir-	
sparti genera	1769	singrapha quomodo diffe-		rumferuntur	7
speculi quomodo imagines		rat a chirographo, tabu-		theonidis mulierculæ fabu-	974
reddant	780	lis, & codicillis	1659	la	962
sphynxis simulachra pio-				theramenes cur νότορος δι-	101
templis ab Aegyptiis de-				ctus	1966
dicata cur	1895			thericles	1199
sphynxis fabula	ibid.			thessali equestris rei studio-	733
sphynxis symbolum	1849			si	177
spissigradissimus	1754			thiodamantis fabula	2019
splendor	1531			thracia Martis domicilium	2036
spurius	1118			thresilai dulcis infania	1092
staphilius vinum ostendit				thurini Verconii suppliciu	196
aqua diluere	744			thiestes filioru nomina	1886
stater	1127			thymbra	875. 1568
statera Aequitanis symbo-				thynnus	940
lum	24			tibiarum in luctu vsus	513
stephanus Thucydidis filius				timallus	1572
stultus	1009			timocreonis epitaphiu	406
sterculeus Saturni cognomen	1328			timotheus Atheniensium	
stercutus Fauni filius ibi.				imperator mars rex di-	1431
studio suo quisque ducitur				ctus	142
119				titam Achemoniis sol di-	1911
stultitiæ comes infelicitas				ctus	385
825				titiuillitium	1667
stylus graphiarius	313			tmolus Siciliæ mons croco-	
suasum	1735			abundantissimus	1925
subulcos Aegyptii nec in				toga Romanorum, pallium	
templa respiciunt. nec ad				Græcorum vestes pacis,	
matrimonium admittunt	248			saga autè belli	1579. 1669
suffragia foliis olim serebatur				torpedinis natura	1265 450
734				tradere	1575
suffragia serebantur fabis				traictoria pecunia	1714
27				triani sextus ordo	52
suidas prouerbia scripsit	8			tria aurea præcepta	404
supercilia superbiz sedes				tricoli	38
2000				tricolus	ibidem
supplicandi mos apud persas	1519			trictica	1435
sutus	1767			triglantia	
sus abominandus apud Aegyptios	248				
sybaritz gallum gallinaceu non alunt	725				

## T

**T**alentum Atticum minus, sexaginta, magnum octoginta libras valebat  
 tali fabula 1247  
 talis suffragia olim serebantur 990  
 talorum lusus 975  
 talus 1247  
 tanaquil, quæ & Caia 1678  
 tantali fabula 906  
 tarcorellæ vis 1247  
 tauri in Epiro quando non appareant 69  
 telchines 876  
 telegoræ fabula 804  
 temperantiam sectari, imtemperantiam fugere 1663  
 templum execrationis 160  
 temporis & opportunitatis obseruatio 451  
 tempus omniu sapientissimum 818  
 tenedi lex 1432  
 tenedi regis numisma 540  
 tenæ fabula ibid.  
 testera 596  
 tessudines in Catania 95  
 tetragonum ex omni parte sui similis 1785  
 thaletis ad Solonem dictum 1825  
 thaletis dictum 386  
 thalia vna gratiarum ynde dicta 1899  
 tharion pictor 1975  
 thæcæctus adagiorum scri-

# Index Prouerbiorum

triglantina Hecate	1556	steris	801	sta	1678. 1699
tribolus manisma	114	vigilantia Epaminōdæ	984	vox nulla piscib <sup>9</sup> quare	291
trochea	1434	vindictarum. forma	1781	vsturæ maritimæ	1714
trochilus qui & regulus	1322	vini in cibis appositis infu-	1001	vutiligatores	1972
troiani quando de reddenda Helena consultare cæperunt	56	sio	1001	vtres sale peruncti meliores	1225
tuciz vestalis virginis factū	255	vini temperatura	748	vttris	1236
tibi populi qui	1961	vinum pueris a Platone pro-		vulcani, Martis, Veneris fabula	449
tyrannus porcentum	109	hibitum	112	vulgus diligentior iudex	349
tyrotarichus	1752	vinū & adolescentia duplex		vulpinariū	130. 1368
tyrthenorum superstitio	24	incendiū voluptatis	113	vultures ex Aegyptiorum opinione omnes femine	414
<b>V</b>		vinum in medio saluberrimum	724	vultures ex euro concipere putant Aegyptii	ibid.
V Adam	72	vinum lac senum	556	vultus animi iudiciū	1383
M. Varro argumenta fabularum a prouerbis sumplit	8	vinum lac veneris	808	vultus. habitusque interdū insanum demonstrat	487
vatum genus irritabile	540.	virgi- famem ex quibus Græci eiciebant	560	vuxores formosæ a uicæ com-pedes dicitæ	823
1766		virī boni deorum sunt amici	21	vuxores in alterius inuidiam mortuum maritum laudant	1760
vectū valentis dictum	1923	virtutis aliquid simile in be-		<b>X</b>	
velabrum	1369	stis inest	65	X Enia munera	107
velitari	1776	virtus ad beate viuendum se ipsa contenta est	1744	Xenophanis somniū de sole	1665
venationi infelix omen mu-		virtute nihil pulchrius ibi.		Xenophon ἀπὸ τῆς μέγιστæ δι- ctus	1881
stellæ nomen	157	vipera	1578	Xenophon ἀπὸ τῆς Μεσση- æ	514
veneris iactus in talorum lu-		vipera bis exiit	54	Xerxes aquam manibus hau-	
sa felicissimus	115	vita cuius non abbrevianda	35	stam a rustico libenter ac-	947
venus Phidizæ	1195	vita infelix vbi	260	<b>Z</b>	
verecundia in lecto, & in conuiuio	1751	vita quid significet	1005	Z Enodotus adagiorum scriptor, qui & zeno-	
veritas temporis filia	818	vitæ indicium morus	1686	brus	7
veritate nihil robustius	11	vitici proprietates	1962	zenonis iniurandum	914
veritatis consideratio	366	vitis carica	1613	zenonis dictum	358
vermis e vetustiore nunc nascitur	552	vitiis seruire grauissimū	775	zephyro flante canunt cy-	
verum a pueris, ebriis, & insanis auditur	416	vitium senectæ	75	gni	147
vesica	2017	viuere	1276	zouis Homeri simulacrū	
vestæ fabula	394	viuetra quæ	1300	verberare solitus	1789
vestigia domini agris ster-		viuetra quæ & ictis cur sic dicitæ	ibid.	xythum	832
cus optimum	123	vlixis & Diomedis factum	526	Ζεφοροδότης	1360
vestilla Romanorum quib <sup>9</sup> animilib <sup>9</sup> insignita	125	ymbilici	131	<b>FINIS.</b>	
viaticum honestissimum honesta ars	428	vnda decumana	363		
victoriæ symbolum	90	vnguenta amaracina	247		
victimæ fas non eræt con-		vnus non est numerus sectū	478		
tingere, nisi peractis my-		dum Philosophos	478		
		voca	291		
		volupia	1134		
		voluptati meror comes	507		
		voluptas quare summum bouum a philosopho di-			

# A D A G I A,

## QVAECVNQVE AD HANC DIEM EXIERVNT, ACCVRATE NVPER EMENDATA.

### QVID SIT PAROEMIA.



PAROEMIA, definitio-  
te Donato, est accom-  
modatū rebus tempo-  
ribusq; prouerbiū .  
Diomedes autem finit  
hunc ad modum : Pa-  
rœmia est prouerbii  
vulgaris vsurpatio, re-

bus temporibusq;ue accommodata, quum  
aliud significatur quàm dicitur. Apud Græ-  
cos scriptores varix seruntur finitiones.  
A nonnullis describitur hoc pacto, *παροι-  
μία ἐστὶ λόγος ἄφελος ἐν τῷ βίῳ, ἐπικρύψαι  
μυστρία πολὺ τὸ χεῖρισμὲν ἔχων ἐν ταῦτο.* id est,  
Prouerbiū est sermo ad vitam rationē con-  
ducibilis, moderata quadam obscuritate  
multam in sese continens utilitatem. Ab  
aliis hoc finitur modo, *παροιμία ἐστὶ λόγος  
ἐπικλύπων τὸ σκεφίσι ἀπεφύκει.* id est, Pro-  
uerbiū est sermo rem manifestam obscu-  
ritate regens. Neque clam est, complureis  
alias, & apud Latinos & apud Græcos pa-  
rœmiæ finitiones extare : verum eas om-  
neis hic referre non arbitratus sum opere-  
pretium fore, cum quodd in hoc opere præ-  
cipue propositum sit, breuitatem illam,  
quam ad docente requirit Horatius, vbiq;ue  
quo ad licebit sequi : tum quodd eandem se-  
re cantilenam canunt, eodemq; recidunt.  
maxime quod inter tam multas nulla repe-  
ritur quæ vim naturamq;ue prouerbii sic  
complectatur vt non aliquid vel redundet,  
vel diminutum sit. Si quidem Donatus ac  
Diomedes ( vt interim alia non excutia-  
mus) in omni parœmia requirere viden-  
tur inuoluerum aliquod : vt qui eam al-  
legorix speciem fecerint. Deinde *ἡρωμι-  
κός*, id est sententiale quiddam, expectant,  
quum addunt, Rebus temporibusq;ue ac-  
commodatum. Græcorum item quotquot  
sunt finitiones, aut sententiam ad vitam

instituendam conducibilem, aut metapho-  
ræ rectorium admiscunt : quædam vtrun-  
que cum altero coniungunt. Atqui per-  
multa reperies apud *ἀκρίτους* (id est neuti-  
quam violandæ auctoritatis) scriptores,  
prouerbii nomine citata, quæ nulla meta-  
phora tegantur. Rursum non pauca quæ  
nihil omnino pertineant ad institutionem  
vitæ, & à sententiæ ratione prorsus *ἐκ δ' α-  
μίτους*, quod aiunt, dissideant. Exempla  
pro multis duo succerint. *μὴδὲν ἄγειν*, ne  
quid nimis, nemo non ponit inter adagia,  
nihil tamen habet integumentum. Et, *τὶς ἂν  
ἂπὸ βύραο ἀμάρτοι*, hoc est, Quis aberret à  
foribus? ab Aristotele parœmiæ titulo re-  
fertur : at id non video quid conferat ad vi-  
tæ rationem. Iam vero non omne prouer-  
bium allegoria quapiam regi, vel ex Fabio  
liquet cuius hæc verba sunt, libro Instit. 5.  
Cui confine est *παροιμία* genus illud, quod  
est velut fabella breuior. Videlicet palam  
indicat & alia parœmiarū esse genera quæ  
non sint allegorix confines. Quanquam  
haud inficias iuerimus, maximam adagio-  
rum partem aliqua metaphoræ specie sicca  
tam esse. Tum optimas satemur eas, quæ  
pariter & translationis pigmento delectet,  
& sententiæ profint utilitate. Verum mul-  
to aliud est, commendare parœmiā, & que-  
nam sit optima demonstrare : aliud, quid  
ea sit in genere, definire. Vt dictum græ-  
maticorū pace fiat) absoluta & ad nostrum  
hoc institutum accommodata parœmiæ fi-  
nitio tradi posse videtur ad hunc modum,  
Parœmia est celebre dictum, scita quapiam  
nouitate insigne. Vt dictum generis : cele-  
bre, differentix : scita quapiam nouitate  
insigne, proprii vicem obtineat. quando-  
quidē his tribus partibus perfectam consta-  
re definitionem, dialecticorū consensus est.

*Quid Parœmiæ proprium, & quatenus.*

IT A Q V E peculiariter ad prouerbii rationē  
pertinent

pertinent duo, τὸ θρυλλοῦμενον καὶ καινότης, hoc est, vti celebratum sit, vulgoq; iactatum. Nam hinc etiam Paræmia Græcis vocabulum, videlicet ἀπὸ τοῦ οἴμῃ τὸ ὄδῳ, ἅπαντο τρέμμα καὶ περισθῆν, q; passim per ora hominum obambulet: & adagii Latini, quasi dicas circummagium, auctore. Varrone. Deinde scitum, vti aliqua eou no ta discernatur à sermone communi. Neque enim protinus, quod populari sermone tritum sit, aut figura notatum, in hūc catalogum adlegimus: sed quod antiquitate pariter & eruditione commēditur. id enim scitum appellamus. Quibus ex rebus accedat nouitas adagiis, mox ostendemus: nunc quot modis celebritas cōtingat, paucis indicabimus. Veniunt igitur in vulgi sermonem vel ex oraculis numinum: quod genus illud, οὔτε ῥῆτοι, οὔτε τέταρτοι, id est, neque tertii, neque quarti. Vel à sapientum dictis, quæ quidē antiquitas oraculorum instar celebravit. quale est illud: θῆσκα τὰ καλὰ, hoc est, ardua quæ pulchra. Vel è Poeta quopiam maxime vetusto: vt Homericum illud:

ῥῆξέτι δὲ τὴν πῶν. id est, Rem factam etiam stultus intelligit.

Item illud Pindaricum,

ποτὶ κέντρον λακτιζέμεν. id est, Cōtra stimulū calcitrare. Et illud Sapph<sup>o</sup>.

Μῆτε μοι μέλι, μῆτε μέλισσα. id est,

Neque mel mihi, neque apis.

Siquidem dum linguæ adhuc incorruptæ manerent, Poetarum versus in conuiujs etiam canebantur. Vel è scena, hoc est, tragicorum, & comicorum actis fabulis: quod genus illud ex Euripide, ὄνω ποταμῶν. rursum illud ex Aristophane βάλλ' ἐς κόρακας. Præcipue vero comædia mutuo quodam commercio & vsurpat pleraque iactata vulgo, & gignit, traditq; vulgo iactanda. Nonnulla ducuntur ex fabularum argumentis, vt ἀπληστῶ, πῖτῶ, ex Danaïdum fabula. κέρκιων, Orci galea, ex fabula Perfei. Quædam trahuntur ex apologis: è quibus illud: At non videmus mantice quod in tergo est. Aliquot ex euentu nascuntur: sicut hoc, ἀλλὰ μὲν Ἀδύκων, ἀλλὰ δὲ Ἀδύκων ὄνῶ φέρει. id est, Alia Leucon, alia Leuconis âsinus portat. Ex historiis aliquot mutuo sumpta sunt: quorum est illud: Rōmanus sedendo vincit. Quædam profecta sunt ex apophthegmatis, hoc est,

scitè breuiterq; responsis: sicut illud:

Ὅς αὐτὸς αὐτὸν οὐκ ἔχει, σάμου ἐέλας

Qui semet ipse nō habet, Samum petit.

Sunt quæ ex verbis veterem dicto sunt accepta: velut, ὡ φροῖτῃς Ἱπποκλεῖδῃ, id est, non est curæ Hippocleidi. Denique mores, ingenium seu gentis, siue hominū alicuius, siue etiam animantis: postremo rei quoque vis quærsam insignis, ac vulgo nota, locum fecerūt adagio: cuiusmodi sunt, σῦρι πρὸς φοῖνικας, id est, Syri contra Phœnices. ἀκίλειαν, pro eo quod est, sicilè reculare quod accipere cupias, & ἀλάτις οὐδ' ὠροσ' ὀκεχταί, id est, viupes non capitur muneribus, & δις κράμβη ὄκατῶ, Bis crambe, mors: & κληματῖς κάρπυλας, Clematiss Aegyptia.

Quibus ex rebus accedat nouitas  
Paræmia.

IA M quod de nouitate diximus, id neutiquam simplex est. Nam hęc nonnquam ipsa res secum adfert, vt κροσ' ἄλγ' ἰκέρνα. Crocodili lachrymæ. Nonnquam eam figura conciliat: quam per omnes sermō schematum species adagiū variat, quas singulatim persequi non est necesse. eas duntaxat attingamus, quas frequentissime recipit. Metaphora penè semper, adest: multas autem partes ea complectitur. Allegoria non minus crebra: quantum & hęc quibusdam metaphorę species est. Exemplum prioris: Res omnis in vado est. Posterioris: λύκῶ ἔχων. Lupus hiat. Nec infrequens hyperbole, velut γυμνοτεῖς λέβητις, id est, Nudior exuūto serpennis. Nonnquam vsque ad ænigma peruenit: quod, auctore Quintiliano, nihil aliud est quàm obscurior allegoria, quod genus, πλέον ὕμνον παντὸς, id est, dimidium plus toto. Nonnquam allusio venerè adiungit paræmię, veluti, βάλλ' οὔτως, id est, Sic ferito. &, πῶ δὲ διερχομῆια, id est, Duobus simul euntibus. &

Ὁ, πῆτοι ἐν μεγάροισι κακῶν τ' ἀγαθῶν τε τίτνηται. id est.

A Edit<sup>o</sup> i propriis q; rectave, prauave fiāt. Aliquoties κντή διάλεκτῶ καὶ ἰδιωμα, id est verbi proprietates, prouerbii simulachrum addit, vt ὠγύγιον κακόν, id est, ingens malum. Fit interdum vt ipsam ἀμφίβολον, hoc est ambiguitas, decus apponatur prouerbio. Cuius generis est, βῶς ἐπιγλώσση, id est, Bos in lingua, & ὄσα μῆς ἐν πῆσι, id est.

Quæcum-

Quæcunque Mus in Pifa. Si quidem bos & animal significat, & numisma. Mus item animantis est nomen, & item athlete cuiusdã vocabulum. Et Pifa nomen Urbis, accessione litterulæ auctũ, picẽ significat, πιασσα. Nonnunquam ipsa eloquendi nouitas paræmiã efficit, vt *εν οινω & λυσειε*, id est, In vino veritas. Nam si dicas ebrios vera loqui, non videbitur adagium. Item si dicas: Sine cibo & potu languet libido, non habebit adagii faciem. Contra: Sine Cere & Baccho friget Venus, nemo non agnoscat adagii speciem. Quanquam hæc ipsa nouitas, vt oronis alia, proficiscitur à figura. Decorat interim & antiquitas, vt *εγγνα, παρεξ δ' ἀτη*, Sponde, sed præsto est iactura. Denique in paræmiis omnes, τῶν γελοίων, id est, ridiculi, formas inuenies. Sed hæc minutim persequi, moleste cuiusdam diligentie fortè videatur. Tamen si de figuris prouerbialibus paulo post aliquã to copiosius dicturi sumus.

*Quomodo paræmia differat ab ijs, quæ videtur illi consilia.*

SUNT autem quedam affinia paræmiis, puta γνάμω, quas nostri sententias appellant: ad hæc *αινοι* qui à nostris apologi vocantur: tum *ἀποφθέγματα*, quæ Latine, breuiter ac scite dicta, vertere licebit: præterea *σκώμματα*, id est, salse dicta. Denique quicquid allegoriam aut aliam quampiam figuram prouerbialẽ, seu personam, præ se gerit. Ea tamen si difficile non sit ab adagiorum genere secerne, si quis ad finitio- nem, tanquam ad gnomonem, & regulam, vnumquodque norit applicare: tamen quo faciamus satis etiam imperitioribus, haud grauiabimur rudius & pinguiore, quod aiunt: Mineruã rem explicare vt planè konstet quid in hoc opere simus sequuti. Primum inter sententiam & paræmiã eiusmodi ratio est vt vtraque cũ altera coniungi, vtraque rursus ab altera queat sciungi, non aliter quam album ab homine. Vt enim non statim album quod homo, neq; protinus homo quod album: nihil tamen verat id album esse quod sit homo: Ita non raro fit vt sententia paræmiã complectatur: at nõ statim qd paræmia fuerit, idẽ erit & sententia, neq; contra. velut, Avaro tam deest quod habet, quam quod non habet, &c,

Pascitur in viuus liuor, post fata q̄scit, non vt sententię sunt, ita sunt & adagia. E diuerso: Ego in portu nauigo, vt est prouerbium, ita sententia non est. Rursus, *μη παυδι τῶ μάχαιραν*, id est, ne puerulo gladium, pariter & paræmię sententię rationem complectitur, denique & allegorix. Neque defuere tamen, potissimum apud Græcos, qui grauati nõ sunt operam in hoc genere sumere, *γυμναλογίαν*, id est sententiarum collectionem, conscribentes. *αινον* Aphthonius in Progymnasmatibus, simpliciter *μύθων*, id est fabulum, vocat, huic sunt, vt ait, varia ex inuentoribus cognomina, *συβακρίτης, κίλις, κύπριος, αἰώπειος*. Quintilianus *αινον* ait à Græcis appellatum *λόγον κωιδιόν, αἰσιωποποιόντων*, à Latinorum nonnullis apologationẽ, non satis in vsum recepto nomine. Neque negat *αινον*, paræmię confinem esse, verum ita distinguit, vt *αινος*, totus sit apologus, paræmia, veluti *fabella breuior*. Exempli loco posuit: Non nostrum onus, bos elittas? Ad hunc quidem modum vsurpauit Hesiodus:

*Ναὺ δ' αἶνον βασιλῶσ ἔραω, τοῖς τε καὶ κούσις. Ὡδ' ἴμεν προσειπὼν ἐνδ' ὄνα ποιηλιδέειραν. Ἄενον principiῶν referã, notum licet ipsi. Vocalẽ accipiter sic affatus philomelã est. Vtitur eundẽ ad modum & Archilochus, & Callimachus. Etiam si Theocritus ἐκ νησιεύς, *αινον* pro paræmia videt vsurpasse, *Διὸς ἐνὸν λέγει τῶ τις, ἔβα χε τῶσθ' αἰ ὕλων*. Iam: verò apophthegmata non alio discrimine dissident à paræmiis, quam sententię. Quem ad modum enim illud, *ὄς αὐτὸς κούτων ὄνα ἔχει, σάμων βέλαι*, simul & adagium est & apophthegma, ita illud Simonidis ad quemdam in conuiuio tacentem, *εἰ μὲν ἡλίβις εἰ, σοφὸν πρᾶγμα ποιῆς. εἰ δ' ἄ σοφός, ἡλίβιον*, id est, Si quidem stultus es, sapiẽtem rem facis, si verò sapiens, stultam. Item illud: Decet Cæsaris vxorem non solum crimine, verum etiam criminis suspicione vacare, apophthegma quidem est, at nõ item paræmia. Item: Soles duabus sedere sellis, simul & prouerbium & *λοιδόριον* est. Contra: Mater nunquam, pater persepe. Item illud Turonit: Ad molas sunt *σκώμματα* quidem est, at non item adagium. Quanquam sunt in hoc genere quedam adeo commo- de dicta, vt facile possint in adagiorum ordine adfici, velut illud, *μῆχει βρωμῶν φίλος ἐμ*, id est, vsq; ad aras sum amicus. Adest*

enim simul & breuitas & sententia & figura. Hęc paulo verbosius inculcauimus, ne quid à nobis in hoc expectetur opere, nisi quod sub parœmiæ cadit appellationem, neue quis per negligentiam præteritum existimet, quod prudēter, cōsultoq; tanquā ab argumento alienum, prætermisimus.

*Commendatio Prouerb. à dignitate.*

**PORRO** autem ne quis hanc doctrinæ partem, tanquam nimium humilem, & impediō facilem, penēque puerilem, fastidiat, at que aspernetur, paucis exponamus quantum hæc, sicuti vidētur, minutula, apud antiquos illos obtinuerint dignitatis, deinde quantum adferant commoditatis, si quis in loco sciteque utatur, postremò non vsq; adeo cuiuslibet esse, recte prouerbiis uti. Principio, cognitionē adagiorum non in postremis habitam apud summos viros, vel illud sat argumenti est, quod primi nominis auctores non indigna duxerint de quibus diligenter voluminibus aliquot conscriberent. Quorum primus est Aristoteles, nimirū tantus Philosophus vt vnus hic pro multis suffecerit. reliquit is, teste Laertio, de parœmiis volumen vniū. Chrysippus item ad Zenodotum duos de prouerbis libros cōscripsit. Scripsit eadem de re Ceanthes. Quorū virorum si labores extarent, nobis nō fuisset necesse tāto sudore quędam ex minutis istis scriptoribus, & iisdem, vt indiligentibus, ita deprauatissimis etiam, expiscari. Reperiuntur nonnulla prouerbiorum collectanea Plutarchi nomine, sed paucula, eaque ferme nuda. Inter parœmiographos subinde citatur tū ab aliis, tum ab Athenæo in Dipnologia, Clearchus Solensis, Aristotelis auditor, & Aristides, deinde Zenodorus, qui Didymi Tarrhæique parœmiis in compendium redegit. Citantur & Theophrasti prouerbia in commentariolis Demosthenis. Vnde liquet & illos hisce de rebus commentarios reliquisse. Neque nos fugit, id operis Zenobii nomine circumferri, verū quoniam inueniuntur quędam apud Aristophanis interpretem, Zenodoti eius, qui Didymum ac Tarrhæum in compendium redegerit, nomine relata, quę ad verbum in huius commentariis leguntur, circa fraudem esse quod is, quocunq; fuerit nomine (quid enim refert?) in hoc opere, Ze-

nodoti titulo adducetur. Hic præter aliōs Milonem quendam parœmiographum al legat. Citatur & Dæmon quispiam, cum ab aliis compluribus, tum ab eo qui distinctiones aliquot ex orationibus Demosthenis est interpretatus, qui multos de prouerbis libros videtur composuisse. nam citatur liber 40. Extant & Diogeniani collectanea. Helychii præfatio testatur ab ipso copiosius explicata prouerbia, quę nudius recensuisset Diogenianus. etiam si opus ipsum pugnat cum suo prologo, quum is non enclaturam auctori profiteatur, & prouerbiorum argumēta, hic ita nudus sit vt nihil esse possit magis. vnde in coniecturā adducimur, opus hoc copiosius ab auctore descriptum, post ab alio quopiam in cōpendium contractum. Suidas, qui & ipse in hoc numero ponendus est, Theætetum quendam adducit, qui de prouerbis conscripserit. Nec illud argumentum leue, quod inter bonos auctores vt quisque fuit eruditissimus eloquentissimusque, ita quam plurimum adagiorū suis libris asper sit. Et vt à Græcis exordiar, quid de magno illo Platone, ne dirā diuino; *μακρολόγος*, vt sic dixerim? Aristoteles, serius alio qui philosophus, haudquaquam granatur suis illis disputationibus parœmiis crebras, ceu gemmulas, intertexere. Quem quidem sicut in ceteris, ita hac quoque in parte Theophrastus est æmulatus. Plutarchus grauis ac penē tetricus auctor, præ multis vndique scater adagiis? quem nec piguit inter problemata quasdam parœmiis & proponere & excutere, idque Aristotelis exemplo. Iam vt ad Latinos veniamus, omisis vtroque in genere grammaticis ac poetis (nisi si quis in his M. Varonem existimat annuerandum, qui Menippeis illis suis prouerbiales indidit titulos, vt planē consentaneum sit illum argumenta fabularum nō aliunde, quàm à prouerbis sumpsisse mutuo) Romani Principes non existimarunt inferius esse maiestate Imperiali, vt magnis de rebus consulti, prouerbio responderent, quod ex numero extat in Digestis, *ούτε πόντος, ούτε πόντος, ούτε παραπύρρον*. id est, Nec omnia, nec passim, nec ab omnibus. Apud Græcos hoc adagium fertur, *ἐκ τοῦ κληπτοῦ τὸ δέλεον γινώσκω*. id est, E fructu arborem iudico. Pittacus philosophus consultorē suum ad pueros

ad pueros turbine ludentes mittit, à quibus deducenda vxore prouerbio doceat, audiatque, *πῶ κατὰ σαυτὸν ἔλα* Theognides aut. *οὐδ' ἐ γὰρ ὁλ' οὐς*

*οὐδ' ὅαν πάντας ἀνδ' ἀνε, οὐτ' ἀνέχων*, id est. Nō etenim cūctis placeat vel Iuppiter ipse, seu mittens pluuiam, seu cohibēs pluuiā.

Quōd si quē mouet antiquitatis auctoritas nullum doctrinæ genus antiquius fuisse videtur quàm paræmiarum, In his ceu symbolis tota sempe priscorum philosophia cōtinebatur. Quid aliud veterum illorum sapientum oracula quàm prouerbia? quibus tantum honoris habitum est olim, vt non ab homine profecta, sed cœlitus delapsa viderentur. Et cœlo, inquit Iuuenalis, descendit, *πρῶτι σαυτὸν*, id est, nosce te ipsum. Proinde pro foribus templorum veluti digna dus inscribentur: passimque columnis, ac marmoribus insculpta visabantur, tanquam immortalī digna memoria. Quōd si minutula quæpiā res videtur adagitur, ne minetimus ista non mole, sed pretio estimari oportere. Quis enim sanus non pluri faciat gemmulas, quamuis perpussillas, quàm saxa quædā ingentia? & vt, auctore Plinio, in minutissimis animātibus, velut araneolo, culicēq; maius est naturæ miraculum, quàm in elephanto, si quis modo propriis contēpletur: itidē in re litteraria nonnūquā plurimum habent ingenii quæ minima sunt.

*Ad quot res vilis Paræmiarum cognitio.*

R. E. I. Q. V. M. est, vt paucis ostendamus, non minus utilitatis inesse prouerbiis, quàm olim adfuerit dignitatis. Conducit autem paræmiarum cognitio, cū ad alia permulta, tum potissimum ad quatuor: ad philosophiam, ad persuadendum, ad decus & gratiam orationis, ad intelligendos optimos quosq; auctores. Principio nec cui mirum videatur quod prouerbia dixerimus ad philosophiæ scientiā pertinere, Aristoteles apud Syneſium existimat nihil aliud esse paræmiarum, quàm reliquias priscæ illius philosophiæ, maximis rerum humanarū cladibus extinctæ, easq; seruatas esse, partim ob compendium, breuitatemq; partim ob festiuitatē ac leporem: ideoq; non segniter nec oscitanter, sed pressius ac penitus inspiciēdas. subesse enim velut igniculos quosdā veteritæ sapientiæ, quæ in peruestiganda veritate multo fuerit perspicacior, quàm post-

riores philosophi fuerint. Plutarchus item (in commentario cui titulum fecit: *Quo pacto sint audiendi poetæ*) veterum adagia simillima putat sacrorū mysteriis, in quibus maximè quæpiam res ac diuinæ minutulis & in specie penè ridiculis cęremoniis significari solent. His enim tam breuibus dictis per inuolucrum quoddā eadem inuuium, quæ philosophiæ principes tot voluminibus tradiderūt. Neq; enim aliud sibi velle paræmiā illam Hesiodiam, *πλέον ἤμιτυ πάντος*, quàm quod Plato tum in *Gorgia*, tum in *libris Politicis*, tam multis argumentis conatur ostendere, *βέλτιον εἶναι τὸ ἀδικεῖν ἢ τοῦ ἐδικεῖν*. i. Satius esse iniuriā admittere, quàm iniuriā inferre.

*Ad persuadendum conducere Prouerbia.*

Q. V. O. si cui satis non sit ipsum sapere, verum etiā aliis persuadere capiat quàm non inutilis sit hæc prouerborū suppellex, vel Aristoteles ipse satis declarat, qui non semel in *theoreticis præceptis*, paræmiarum inter testimonia connumerat. Quemadmodum, inquit, si quis suadere velit ne cum homine senecopulet aliquis necessitudinē, vitur huius prouerbiū testimonio, *μῆ ποτ' ὄν' ἐξέσθ' ἐν γέροντα*, id est, Ne vquam beneficias seni. Rursum, si quis psuadeat, vt liberos item interficiat, qui patrem occiderit, huic vsui futurum est hoc prouerbiū.

*Νῆπιος ὅς περ ἔτεκ κτενας, παῖδας κατὰ κλείποι.* id est,

Stultus qui natos occiso patre relinquat. Quantum autem adferant ad persuadendi facultatem momenti testimonia, cui non cognitum est? Neque mediocriter conducunt sententiæ. At inter hæc quoque idem prouerbia collocat. Quintilianus in *Institutionum libris*, compluribus locis prouerborum mentionē facit, tanquam non vna ratione ad benedicendum conducentium. Nam quinto libro paræmiarum exemplis coniungit, vt patem cum illis vim obrinentes, quorum est vel præcipua. Rursum eandem eodem in libro in argumentorum genere collocat, quas Græcè *κρίσεις* appellat. Quorum & frequentissimus vsus, & ad persuadendum mouendumq; non mediocriter utilitas. Quin magis ipsa Fabii verba libet adscribere. Nec hæc quidem, inquit, vulgo dicta & recepta persuasione populari, sine vsu fuerunt testimonia. Sunt enim quodam-

A 3 modo



modo, vel potentiora etiam, quod non caussis accommodata, sed liberis odio & gratia mentibus, ideo tantum dicta, factaq; , quia aut honestissima, aut verissima videbatur. Pauloque inferius: Ea quoque, quae vulgo recepta sunt, hoc ipso quod incertum auctorem habent, velut omnium fiunt. Quale est: Vbi amici, ibi opes: Et: Conscientia mille testes. Et apud Ciceronem: Pares cum paribus, ut est in veteri proverbio, facillime congregantur. Neque enim durassent haec in aeternum, nisi vera omnibus viderentur. Haecenus Fabii verba retulimus. Idem autem paullo post deorum oracula paræmiis subnectit, velut his adfina, cognataq;. Iam quid M. Tullius, nonne in actione pro L. Flacco, proverbio fidem testibus abrogat? id est huiusmodi, ἐν καὶ τὸν κίνδυνον, id est, In Care periculum. Annon in eadem totius gentis Græcorum in ferendis testimoniis fidem eleuauit hoc proverbio? Da mihi testimonium mutuum. Quid quod ipsi etiam philosophi passim suas rationes pro uerbis fulciunt? Quo minus mirandum si frequenter historiographi narrationis fidem ex adagio quopiam petunt. Adco quod in literis intercidit, quod titulus, quod colossis, quod marmoribus seruari non potuit, proverbio seruatur incolume: ut & hanc obiter adagiorum laudem indicem quod τὸ μέγιστον, id est, probabilitas, ad persuadendum vel primas obtinet partes, quid, quæso probabilius, quam quod nemo non dicit? Quid verisimilius, quam id, quod tot ætatum, tot nationum consensus, & velut idem suffragium comprobauit? Inest nimirum, inest in his paræmiis natua quædam & genuina vis veritatis. Alioquin qui fieri potuit, ut eandem plerunque sententiam in centum dimanasse populos, in centum videamus transfusam linguas, quæ ne tot quidem seculis, quibus nec pyramides obstiterunt, vel interierit, consenuerit? ut merito dictum illud videatur: Veritate nihil esse robustius. Deinde fit, necsimus quo pacto, ut sententia proverbio quasi vibrata, feriat acrius auditoris animum, & aculeos quosdam cogitationum relinquat infixos. Nam longe minus tanges animum, si dixeris: Caduca, & breuis est hominis vita: quam si proverbium cites: Homo bulula. Postremo quod de risu scribit Fabius, maximas difficultates causarum, quæ uul-

lis argumentis dissolui queant ioco eludi: id vel inaxime præstat paræmia.

*Ad ornatum conducere Paræmiam.*

P O R R O quantum vel dignitatis, vel ueneris adiungat orationi tempestiuus prouerbiorum usus, non pluribus explicandum. Primum enim quis non uidet quantum maiestatis vel ex ipsa antiquitate concilient orationi? Tum si quod schema, quod amplitudinem ac sublimitatem apponat sermone, rursus si quod ad gratiam dictionis facit: denique si qua ratio festiuitatis (quum paræmia plerunq; per omnes figurarum species, per omnes facetiarum formas uarietur) nimirum quicquid illa solent adferre, cõseret, ac genuinam quandam, peculiaremq; gratiã de suo insuper adiungeret. Proinde si sciret & in loco intertextatur adagia, futurum est, ut sermo totus & antiquitatis ceu stellulis quibusdam luceat, & figurarum addeat coloribus, & sententiarum niteat gemmulis, & festiuitatis cupidinis blandiatur: denique nouitate excitet, breuitate delectet, auctoritate persuadeat.

*Ad intelligendos auctores conducere Paræmiam.*

I A M ut non sit alius paræmiarum usus, certe ad intelligendos optimos quosque ( hoc est vetustissimos ) auctores, non uiles modò sunt, uerueriam necessariæ. In quibus cum pleraque sunt deprauata, tum hæc vel deprauatissimæ sunt: propterea quæ ferè enigmatum quiddam habeant, ut etiam à me diocriter eruditus non intelligantur: tum quæ plerunque uelut ex abrupto interseruntur nonnunquam etiam mutilatim ut ἀναποταμῶν, id est sursum fluminum. Aliquoties unico uerbo notantur, ut apud Ciceronem in Epistolis ad Atticũ: Subueni quæso, dum est ἀρχὴ, id est principium. Indicat autem illud proverbium:

Ἀρχὴν ἰαθεὶ πολλῶν ἢ ἐτελοῦσθαι, id est, Principio præstat, quæ fini adhibere medelã. Hæc itaque multum offundunt tenebrarum, si ignorentur. At rursus lucis plurimum adferunt, si fuerint intellecta. Denique, sit nonnunquam, ut scriptor tacite ad prouerbium adludat: quod si nos fugerit, etiãsi uidebitur intellecta sententia, tamè magna voluptatis pars aberit, ignorata paræmia. Quod genus est Horatianum illud: . equus ut me portet, alat rex.



Contra tritum Græcis prouerbiū: Expectatis carbonibus thesaurū reperi. Et: Comutaui mus, non χρέσια χαλκείων, id est aurea zrcis: sed planè χάλκεια χρυσείων, id est zrcia aureis. Præterea nonnunquam explicatur adagium & confertur: nonnunquam simplex allegoria refertur. Aliquoties etiā mutilum proponitur, vt siquo respondente quod nihil ad rem pertineat, dicas: ἄμας ἀπύτω, id est falces postulabam. Et apud Ciceroniū, τὰ μὲν διδόμενα, id est, quæ dantur. Interim satis est vnico verbo adlusisse, vt. apud Aristotelē, omnes eiusmodi inter ipsos κρημείς, id est, figuli.

*De Figuris prouerbialibus.*

**RELIQVVM** est, vt ad paræmiarum catalogum accingamur, sed prius figuras aliquot prouerbiales ostenderimus. Quædam enim dicta sunt specie non magnopere prouerbiali, quædam autem περιμωδῆς (id est est prouerbiali) figura, vt facile possint in paræmiarum ordinem coaptari. Igitur in totum, prouerbiōū generi confinis est omnis sententia, præterea metaphora, peculiariter allegoria: & in his præcipue quæ sumuntur à rebus insignibus, & vulgo celebratis: vt à nauigatione, à bello. Quod genus sunt illa: Secundis nauigare ventis, naufragium facere, vertere vela, tenere clauum, & exhaurire sentinam, & tradere ventis vela, cōtrahere vela. Item illa: Bellicum canere, & , versis gladiis pugnare, receptui canere, cominus atq; eminus pugnare, conferre pedem, conferre manus, atque id genus alia sexcenta. Quæ si paullo longius traducantur, abeunt in paræmiarū formā. Itē quæ ducuntur à rebus notis, ac vehemēter quotidiano sensui familiaribus: vt quoties corporis genus ad animi rem transferuntur, cuiusmodi sunt: Premere pollicem, pro fauere: corrugare frōtē, pro moleste ferre: ringi, pro indignari: exporrigere frontem, pro hilare scere. Præterea quæ trahuntur à sensibus corporis, velut: Olfacere, pro resciscire: degustare, pro experiri. Prouerbiū serē faciē habent quoties quæ sunt artibus peculiaria vocabula, aliō detorquentur, vt δις δ' ἀπὸ πῶν, id est, Bis p omnia, à musicis: ἐκ διαμετρῶν, id est, ex dimicente, à mathematicis. Item, sesquipedalia verba. incudi reddere, à fabris ærariis: Ad ammussim, à fabris lapidariis: Nullam lineam duxi, à pictoribus: Extremū actum

adiungere, à scenis. Interdum citra figurā tacita adlusio prouerbiale quiddam adfert. Ea tum erit optima quoties ad auctoriē, aut rem spectat magnopere celebrem, nulli quē incognitam, qualis est apud Græcos Homerus, apud Latinos Vergilius. Quod genus est illud apud Plutarchum, ἐπεὶ μάστρες γὰρ τῶν πλατῶν πολλοὶ τ' ἀγαθὴ τε πόρρῃσιν. id est, Quando quidem testes sanè Platonī multi quē boni quē adfunt. Adlusum est enim ad morem factorum, in quibus sacerdos dicere cōsuevit, Τίς τὸ δέ, id est, quis hic? Deinde qui aderant respondebant, πολλοὶ τ' ἀγαθοὶ τε πόρρῃσιν, id est, multi quē boni quē adfunt. Item illud apud Ciceronem ad Articiū: Σώτε δ' ὄν ἐχρωμῶν, id est, Simul duobus euntibus. Et apud Lucianum: ἰατρῶν πῶδες, id est, medicorum filii, pro medicis ipsis. Accedunt ad prouerbiū speciem & illa, bucolico carmini familiaria, ἀδύατα, ἀγαθαῖα, ὄτοπα, ὄμοια, ἐκντία, id est, impossibilia, necessaria, absurda, contraria, similia.

*A' δ' ὄματ' α* sunt eiusmodi:

Ἀλλ' ἴσθ' ἄρο μόχθ' ἐπ' ἠὲν κύματα μετρίην. id est,

Sed labor adsimilis metiri in litore fluctus.

Et apud Virgilium:

Anteleues ergo pascuntur in æthere cerui,  
Et freta destituent nudos in litore pisces.

*Αναγκῶα* sunt huiusmodi:

Dum iuga montis aper, fluuios dum piscis amabit.

Et apud Senecam:

Lucida dum current annoſi sidera mundi.

*Ατῶπαν* exemplum hoc erit:

Atq; idē iungat vulpes, & mulceat hircos.

Contrarium hoc:

Nūc virides etiā occultant spineta lacertos:

Me tamen vrit amor. Itē apud Theocritū:

Ἥδιε σιγῆ μὲν πῆσιθ', σιγῶντι δ' αἶται.

Ad ἔμα οὐ σιγῆ ζέσθων ἔτο δ' ἐν αἶται. id est, Ecce silet maris vnda, silet & flamina vēti: δε

*Similium:*

Torna leena lupū seq̄, lupus ipse capellā.

Et apud Theocritum:

Haud tamen intra nostra silent præcordia curæ.

*Α ἄξ τὸν κῆτισον, ὀλίγη τὴν ἄργυρ δ' ἰώκει. i.*  
Capra petit cyzium, sequitur lupus ipse capellam.

Sunt & aliz duæ figuræ maximè confines paræmiarum generi, quæ constat vel eiusdem aut similibus iteratione vocis, vel contraria-

trariarū contextu. Quod genus sunt, ἀπό σ' ὀλῶ κακῶν κακῶς. κακοῦ κ' ἔρασι κακοῦ ὄν. id est, Perdam te malum male. Mali corui malum ouum. Et, ἐξέμια σοφῶν σοφόν, id est, Alumnus sapientis sapiens. Id quod est apud Græcos amicos pariter ac tragicos pene solenne. Et: Eueniūt digna dignis. Amico amicus. Malis malus. Bonis bonus. Vterque utrique cordi. Suus rex reginę placet. Et: Manus manum fricat. Graculus ad graculum. Contrariorum genus sic habet, καὶ δίκαια καὶ δίκαια, οὐ καὶ μικρῶς, id est, Et iusta & iniusta. Probe & improbe, apud Aristophanem, ἔκχι τε καὶ ἀκχσι, id est, Volentibusq; & nolentibus, apud Platonein. Item, οὐδέ τι ἐπιθ' οὐδ' ἔργον, id est, Nullum dictum, neque factum. Apud nostros itē, Verum ubi fas verum atque nefas. Facta atque insecta canebat. Quo tropo sic vsus est Valerius Maximus, vt ad verum sensum non cohereret, tantum exaggerat: Obtestantem, inquit, se, aduersus omne fas & nefas, quū in summo esset Imperio, à re equite Romano fuisse trucidatum. Nam qui cōsistit vt facinus nefarium dicatur esse factum aduersus omne nefas? Quo iure, quaque iniuria. Quiduis & facere & pati. Digna atque indigna. Quid dixit, aut quid tacuit? Domi, bellique. Publice, priuatim. Quod scis, nefcis. Clamque, palamque. Noctesque, diesque. Quę prima aut vltima ponas. Neque magnum, neque paruum. Iuuenesque, senesque. Diis hominibusque plaudentibus. Ad hanc formam pertinent etiam hæc passim apud poetam obuia, περιένθ' ἀπ' ἄρ' ἐνθ'. ἀνμφ' ἰνμφ. ἀγωμφ' γάμος. ἀπολιτ πόλις. δύσπαρις πόρις. δύσδαιμων. δύσδαιμονία. ἀδωρα δῶρα. ἀδρείς δέος. ἀπόλεμος πόλεμος. ἀκοσμος κόσμος. ἀχαρις. ἀπλχτος πλχτος. id est, Virgo non virgo. Sponsa non sponsa. Nuptiæ non nuptiæ. Ciuitas, non ciuitas. Malus Paris Paris. Infelix felicitas. Non dona dona. Non metuendus metus. Non bellum bellum. Ornatus inornatus. Ingrata gratia. Inopes opes. Hęc ἐναντίωσι non nunquā accidit & in dictione composita, vt πῦρ σάφαρος, id est, stulte sapiens. & γλυκὺ πικρῶς, id est, dulciter amarus. Sic etiam, Plurarcho teste, suum affectum vocant amantes ex voluptate & dolore mixtum, ita vt libenter cōtabescant. Huc pertinet & illa ἐναντίωσι αἰνιγματώδης, id est, contrarietas enigmati-

ca, vt φέρων οὐ φέρων, ἔχων οὐκ ἔχων. & Ἀνθερὶ οὐκ ἀνθερ. δεινθακοῦ οὐκ δειθακοῦ, ἰδῶν τε καὶ οὐκ ἰδῶν, οὐκ ἐύλχ καὶ οὐ ἐύλχ κατημύλην, καὶ οὐ καθημύλην, λίθων καὶ οὐ λίθων βάλλει τε οὐ οὐ βάλλει. id est, Portans non porto, habens non habeo. Vir & non vir, auem, & non auem, Vidensque & non videns, in ligno & nō ligno, sedentem & non sedentem, lapide & non lapide, iaculatur & non iaculatur. Quod ænigma refertur & apud Athenæū ex Clearcho, & apud Tryphonem: cuius meminit Plato quoque. Huius formę sunt & illa: ἀγλοσσος λέλος, id est, elinguis loquax. ἄρωτος, ἄτρωτος, id est, vulnerabilis inuulnerabilis. δακνός λαός, id est, hirsutus læuis, ἀγορός γόνος, id est, fœtus non fœtus. Cuiusmodi per multa proponit, ac soluit Athenæus libro 10. Neque respicit adagiorum ratio ænigmaticam obscuritatem, quanquam alias improbatam; imō veluti familiarē libetere amplectitur. Quod genus fuerit si quis parum sanē loquentum iubeat, Anticyram nauigare, aut porcum cœdere, aut squillam à sepulchris vellere, quorum primum est apud Horatium, alterum apud Plautum, tertium apud Theocritum. Proinde & oracula pleraque in ius prouerbiorum abierunt, & Pythagorę symbola ad parœmiarum naturam videntur pertinere. Præcipue peculiaris est adagiorum generi hyperbole. vt, Cælum terreat armis, & Saxa clamore rumpit. & Rifu diffuso. maximè si qua metaphore species admisceatur. Effertur variis modis, vel per denominationem, vel per comparisonem, vel per similitudinem, vel per epitheton. Exempla sunt: Alter Aristarchus. Et: Noster hic Phalaris. Et: Stentore clamosior. Velut læna in machæra. Stentorea vox. Nestorea facundia. Neque verò pigebit ceu fontes aliquot indicare à quibus genus hoc figurarum duci possit.

Sumitur enim interdum ab ipsa re, quoties hominē scelestū, scelus appellamus: dedecorofum, dedecus: pestilentē, pestem: lurconem, barathrum. tenebrionem, tenebras: contaminatum, labem: spurcum, cœnum: contemptum, quifquiliās: impurū, sterquiliniū: portentosum, portentū: molestum, ulcus: carcere dignum, carcerem. Quorū vnumquodque ferē potest & comparationem efferi, vt χερσὸν χερσοτέρα, id est, auro magis aurea, &, ipsa nequitia nequior,

quior, cæcitate cæcior, loquacitate loquacior, deformitate deformior, ipsa siti situculiosior, paupertate pauperior, infortunio infortunatior, ipsa infanterior infanti. Ad hanc classem pertinet & illa: Pater esuritionum. Et: omnis eloquentiæ fons: Et plus quàm infantiſſimus. Et plus quàm perditus.

Huic proxima sunt quæ à rebus similibus trahuntur. vt, Melle dulcior. Pice nigrior. Niue candidior. Oleo tranquillior. Infima auricula mollior. Auro purior. Plübo stupidior. Stipite tardior. Littore surdior. Iracundior Adria. Aequore surdior. Spongia bibacior. Arenis sitientior. Pumice siccior. Aere Dodonæo loquacior. Vitro fragilior. Pila volubilior. Cothurno instabilior. Clematide Aegyptia gracilior. Alno procerior. Cote durior. Sole clarior. Sydere pulchrior. Buxo pallidior. Sardois herbis amarior. Alga vilior. Aetna æliuantior. Beta infulsior. Trutina iustior. Spina distortior. Ampulla vanior. Pluma leuior. Veto instabilior. Morte odiosior. Barathro capacior. Labyrintho inuolutior. Corchoro vilior. Subere leuior. Dolio pertuso incontinentior. Laterna perluentior. Clepsydra pestilentiior. Fonte purior. Euripo mobilior. Oculis charior. Lucelucidior. Vita antiquior. Rubo arefacto præfactior. Cræbe recocla molestior. Clauo purior. Florali bus licentiosior.

Item ab animantibus: vt, Mulier loquacior. Passere salacior. Hirco libidiniosior. Ceruo viuacior. Cornice a nosior. Graculo magis obstreperus. Luscinia vocalior. Dipſade nocentior. Vipera virulentiior. Vulpe fraudulentiior. Echino asperior. Procello Acarnanio lenior. Anguilla magis lubricus. Lepore timidior. Limace tardior. Pisce sanior. Pisce magis murus. Delphino lasciuior. Phœnicæ rariior. Scropha fecundior. alba. Nigro cygno rariior. Hydra magis versipellis. Albo coruo rariior. vulture edacior. Scorpiis improbiior. Testudine tardior. Glire somniculosior. Sue indoctior. A fello stolidior. Hydris immitior. Dama pauidior. Hirudine bibacior. Cane rixosior. Vrsulo hispidior. Tipula leuior. Cuiusmodi quædam congerit & Lucianus, ὀργυλότεροι μὲν τοῦ κωδωνοῦτος, ὀργυλότεροι δὲ τοῦ λεγωῶν, κολεκτικότεροι δὲ τοῦ πθίκαν, ἀσιγέστεροι δὲ τῶν ὄνων, ἀστρακτικότεροι δὲ τῶν γαλῶν φιλονηκότεροι δὲ τῶν ἀλεκτροῦσιν. i. Qui sine iracū.

diores catellis. timidiores leporibus, adulantiores similibus, libidiniosiores afinis, rapaciores felibus, contentiores gallis gallanaceis. Itē Plutarchus aduersus vīuram, ἀπαινωτέρεθ' ἢ κολοῖτ', ἀφρονέτερεθ' πείθειν, καὶ κωδὼν ἀγενέστερεθ'. i. Quum minns fidei tibi habeatur, quàm graculo, magis murus sis, quàm perdis, abiectior, Seruiliorq; cane.

Ducuntur à psonis deorum: Diana intacior. Ipsiſ Charitibus humanior. Priapo Salacior. Venere formosior. Mercurio facundior. Momo mordacior. Vertumno inconstantior. Proteo mutabilior. Empusa magis varius.

A personis fabulosis: Tantalositientior, Atreo crudelior. Cyclope immanior. Orceste infanior. Vlyſſe dolosior. Nestore facundior. Glauco stupidior. Iro pauperior. Penelope castior. Nireo formosior. Tithono viuacior. Eriſichthone esurientior. Niobe fecundior. Sætere clamosior. Tiresia cæcior. Busiride illaudatior. Sphinge inuolutior. Labyrintho intacior. Dædalo ingeniosior. Icaro audacior. Gigāribus elatior. Gryllo stultior. Lynceo perſpicacior. Excetra pertiniacior.

A personis comædiarum: Thraſone Terentiano gloriosior. Demea iurgiosior. Mitione faciliior. Gnathone adulantior. Phormione confidentior. Dauo versutior. Thaidelandior. Euclione parciior.

A personis historiarum: Zoilo inuidentior. Catone seuerior. Timone inhumanior. Phalaride crudelior. Timotheo felicior. Sardanapalo nequior. Numa religiosior. Phocione iustior. Aristide incorruptior. Cræſo ditior. Crasso nūmator. Coddro pauperior. Aesopo luxuriosior. Herostro ambitiosior. Fabio existantior. Socrate paciētiior. Milone robustior. Chryſippo acutior. Trachalo vocalior. Curione obliuiosior. Nostri tps Aristarcus, Christianorum Epicurus. Item, Præposterus Cato.

A gentibus: Pæno perfidior. Scythaspe rior. Scythotauris inhospitalior. Cretēs simē daciior. Parchis vanior. Thracibus bibacior. Theſſalo perfidior. Care vilior. Sybarita fastuosior. Mileſis effæminatior. Arabis ditior. Pygmeo breuiior. Arcade stolidior.

Ab officiis: Lenone magis periturus. Cingēdo mollior. Milite gloriosior. Areopagita tristior. Tyranno violentior. Carnifice immanior.

## De Præmollenda Parmisia.

Iam illud, tamen in minutulū humiliorisq; videtur, tū, posteaquam docendi munus suscepimus, non grauiamur pp̄ imperitiores admonere, videlicet, vt in vlturpandis adagis meminermus quod in verbis nouatis, aut durius trāslatis fieri Fabius iubet, id qđ ait à Græcis elegātissimè præceptum esse, videlicet, προσηπλάθειν τῆ περιβολῇ, ita nos oportebit προσηπλάθειν τῆ περιμῆ, hoc est, præcastigare, & velut occurrere paræmiz, si qñ vel obicurius vel alioqui durior videbitur. Recipit enim hoc genus, sicur paulo superius ostensum est, & metaphoras quantūlibet duras, & nouationes vocum licētiosas, & hyperbolas parum pudentes, & allegorias ad ænigma vsq; obfcuras. Græci προσηπλάθεισιν his ferme modis, κατὰ τὴν προσημῖαν. ὡς φασί. φασί. τὸ λεγόμενον. τὸ τοῦ λόγου. ὡς πάλαι φασί λόγος. ὡς περὶ λέγουσιν. ὡς λέγεται. ὡς λέγομεν προσημῶν δὲ ὡς λέγουσιν οἱ μαλισταί, κατὰ εἶρηται. id est, iuxta prouerbum, vt aiunt, aiunt, quod dicitur, quod dici solet, vt antiquum ait dictum, vt dicunt, quod dici solet, vt antiquum ait dictum, vt dicunt, vt dicitur, vt dicimus prouerbio, vt dicunt iocantes, rectè dictum est. Idem sermè orationibus vtuntur Latini, Aiunt, vt aiunt, vt est in veteri prouerbio, iuxta vulgo tritum sermonem, quemadmodum vulgo dici consuevit, vt vetus verbum vsurpem, vt adagio dictum est, vt hoc dicunt.

## P R O V E R B I V M.

## Amicorum communia omnia.

**L**A τῶν φίλων κοινά, id est, Amicorū communia sunt omnia. Ex hoc prouerbio Socrates colligebat, omnia bonorū esse vitorum nō secus, quā deorum. Deorum, inquit, sunt omnia. Boni viri deorū sunt amici. Et amicorum inter se cōmunia sunt omnia. Bonorum igitur vitorum sunt omnia. Refertur apud Euripidem in Orestæ,

- κοινὰ γὰρ τὰ τῶν φίλων. id est,

Inter enim amicos cuncta sunt cōmunia.

Idem in Phœnissis.

- κοινὰ γὰρ φίλων ἀχρῆ. id est,

Communis omnis est amicorum dolor,

Idem in Andromacha,

Φίλων γὰρ οὐδὲν ἴδιον, οἷσσις φίλοι

Ὁρθῶς πεφικασ, ἀλλὰ κοινὰ χρέματὰ. id;

Nam verè amicis propriū profus nihil, Sed inter ipsos cuncta sunt cōmunia.

Terenrius in Adelphis: Nam vetus quidem hoc verbum: Amicorum inter se cōmunia esse omnia. Testatur & apud Menandrum fuisse in eadē fabula. M. Tullius lib. off. 1. Vt in Græcorum, inquit, prouerbio est, Amicorum esse omnia cōmunia. Citatur & ab Aristotele lib. Moralium 8. & à Platone de Legib. 5. Quo loco conatur demonstrare, felicissimum rei pub. statum, per am omni cōmunitate consistere, πρῶτα μὲν τὸν πάλαι τὸ ἐστὶ καὶ πολιτικὸν ἡνῆμα ἀριστοδῆς τὸ πάλαι λεγόμενον ἀγγίγεται κατὰ πᾶσαν τὴν πόλιν ὅτι μάστιξ. λέγειται δὲ ὡς ἀντὶς ἐστὶ κοινὰ τὰ φίλων. 1. Priua quidē igitur ciuitas est & rei publice status, ac leges optimæ, vbi quod iā olim dicitur, per oēm ciuitatē q̄ maximè fieri pōt obseruabitur. Dictū est autē vere, res amicorum cōes esse. Idē ait, felicem ac beatam fore ciuitatem, in qua non audirētur hæc verba: Μεῦ, & non μεῦ. Aristoteles lib. Polit. 3. temperat Platonis sententiam, volens possessionem ac proprietatem esse penes certos, ceterū ob vsū, virtutem, & societatem ciuilem, omnia cōmunia, iuxta prouerbum. Martialis lib. 2. iocatur in quemdam Candidum, cui semper in ore fuerit hoc adagium, quum aliqui nihil impetiret amicis.

Candide κοινὰ φίλων, sunt hæc tua Candide p̄τα.

Que tu magniloquus nocte dieq; sonas.

Atque ita concludit epigramma:

Das nihil, & dicis Candide κοινὰ φίλων.

Elegantè Theophrastus apud Plutarchū in commētariolo, cui titulus: περὶ φιλικῆς εὐφικῆς, Εἰκοινὰ τὰ φίλων ἐστὶ, μάστιξ δὲ ἰνοῦς τῶν φίλων εἶναι τοὺς φίλους. 1. Si res amicorum communes, maxime couenit, vt amicorū item amici sint communes. M. Tullius lib. de legibus primo videretur hoc adagium Pythagoræ tribuere, quum ait: Vnde enim illa Pythagorica vox, τὰ φίλων κοινὰ, καὶ φίλων ἰσότης. id est, Res amicorum communes & amicitiam æqualitatem. Præterea Timæus apud Diogenem Laertium, tradit hoc dictum primū à Pythagora profectum fuisse. A. Gellius Noctium Atticarum lib. 1. cap. 9. testatur Pythagoram non solum huius sententiæ parentem fuisse, verum etiam huiusmodi quandam vitæ, ac facultatum cōmunionem induxisse.

Amici-

*Amicitia aequalitas. Amicus alter ipse.*

**H** AEC quoque ad Pythagoram auctorem referunt, quòdeandem complectantur sententiam, τῶν φίλων ἰσότητι εἶναι, καὶ μίαν ψυχὴν τὸν φίλων, ἔτερον αὐτῶν. i. Amicitiam aequalitatem esse. & eandem animam. Et: Amicum, alterum ipsum. Neque enim quicquā non commune, vbi fortunarum aequalitas, neque dissensio, vbi idem animus, neque diuortium, vbi coagmentatio duorum in vnum. Aristoteles in *Moralium* lib. 2. ὅταν βυλάμεθα σφόδρα φίλων εἰπεῖν, μὴ φαμίλη ψυχὴ ἢ ἐμὴ καὶ ἢ τούτου. id est, Quocies volumus vehementer amicum dicere vna, inquit, anima mea & huius. Idem eodem libro, ἔστι γὰρ ὡς φαμίλη, ὁ φίλος, ἔτερος ἐγώ. Id est, Est enim, vt dicere solemus, (amicus, alter ego. Plato libro *De legibus* sexto, citat tanquam vetus dictum, & ceu prouerbio iactatum. παλαιὸς γὰρ ὁ λόγος ἁληθής, ὡν ἰσότης φιλόππι ἀποργάζεται, καὶ λαμίλη ὁ ῥῥῶσι φησὶ καὶ ἐμμελῆς. id est, Nam vetus illud verbum & verè & eleganter dictū est, aequalitatem amicitie auctorem esse. Neque tamen id sentit Plato, iuuenibus ac senibus, doctis atque indoctis, stultis ac sapientibus, robustis ac debilibus omnia aequalia exhibenda esse, sed cuique pro sua dignitate distribui oportere. Alioqui quemadmodum ait inibi Plato: τοῖς ἀνίστοις τὰ σακίσια γίγνοιντ' ἄν. id est, Inaequalibus aequalia, erunt inaequalia. Et vt summum ius in summam iniuriam vertitur, ita summa aequalitas summa fit inaequalitas. Quemadmodum festiuiter dixit Plinius, aequalitate in serendis sententiis nihil inueniri posse inaequalius. Quanquam hoc quoque quidam ex Homero sumptum eximant, apud quem illud aliquoties, ἰσότη μίκαφαλή. i. Aequè atque meum ipsum caput. Atque hæc omnia Aristoteles lib. *Moralium* 9. prouerbii titulo citat.

*Pythagoræ Symbola.*

**S**ED quādoquidem in Pythagoræ mentionem incidimus, uò grauabimur & reliqua illius symbola, prisca illis oraculorum instar celebrata, adscribere, quæ quidem in præsentia licuit apud Græcos inuenire scriptores. Nam ea, tametsi prima (quod auit) fronte superstitionosa quæpiam ac deridicula videantur, tamè si quis allegoriam eruat,

videbit nihil aliud esse, quàm quædam rectè viuendi præcepta. Nihil enim opus est Tyrrenorum imitari superstitionem, qui hæc etiam citra vllam allegoriam obleruant, vt testatur in *Symposiacis* Plutarchus. Idem in vita Numæ tradit quædam huius generis symbola Numæ conuenisse cum Pythagoricis.

*Ne gustaris, quibus nigra est cauda.*

**Μὴ γίνεσθαι τῶν μελανοῦρων**, i. Ne gustes ex iis, quibus est nigra cauda. Interpretatur Plutarchus in commentariis *De liberis* instituendis, ne cōmercium habeas cum improbis, & iis qui sunt nigris, ac infamibus moribus. Tryphon grammaticus inter ænigmatis exempla hoc quoque commemorans interpretatur hoc modo, ψυδὴ λόγον μὴ παραίεσθαι. τὸ γὰρ ψυδὸς ἐντὶς ἐχέτοις μὲε σημαίνονται, καὶ χμαρῶνται. id est, Ne mendacem sermonem protuleris. Mendacium enim in extremis partibus nigrescit, & obscuratur. Quidam ad scipiam piscem referunt, qui atramento quod in cauda gestat, semet occultit. Quanquam Plinius lib. 32. capite vltimo, Melanurum inter pisces recenset. quum de Sepiis multa prioribus libris deseruerit, vt videatur nō idem esse Piscis Melanurus & Sepia. Theodorus Gaza Melanurum oculatam vertit, quem modo indicauimus.

*Stateram ne transgrediaris.*

**Μὴ ζυγῶνύ ποσβάρεν**, id est, Stateram ne transgrediaris, hoc est, ne quid facias præter ius & æquum. Nam stateram olim æquitatis symbolum habuisse vulgo, vel Doricum illud prouerbium indicat, σταχάνος δικαιοτέρος. id est, erutina iustior. Ad eum modum interpretatur Demetrius Byzantius apud Athenæum libro *Dipnosophistarum* decimo.

*Chænicæ ne insideas.*

**Χοίνικὴ ἐπικκῶσιω**, id est, Chænicæ ne insideas. Interpretatur diuus Hieronymus, de victu ne fueris sollicitus in diem crastinum. Est enim Chænicæ demensum, & cibus diurnus, vt apud Homerum *Odyssæas* τ.

*Ὁδὸ γὰρ ἀίεθ' ἴν' ἀνέξομαι. ὅσ' κεν ἐμὲ γέ  
Χοίνικὸς ἀππρωα.*

Namque operæ immunè haud patiar quicunque meam vnquam Chænicæ contigerit.

Eodem

Eodem pacto Laetius & Suidas exponit. Porro seruis olim cib<sup>o</sup> diurnus chœnice distribuebatur, ut illi vicissim operis pensum persoluerent, quam ob causam Apollon Pythius Corinthios χοινομέτρως appellauit, quod seruis possideret quadrages sexies mille. Auctor Athenæus libro sexto. Plutarchus autē longe diuersus, puta, non indulgentiam ocio, sed industria prospiciendum victum, ne desit in posterum. Idem in Symposiacis huius symboli meminit, his quidem verbis: μετὰ τῆς πυθαγορείης κοίτης ἐστὶν ἡ ἀπὸ τοῦ θεοῦ καὶ οὐδὲν, οὐδὲν ἄλλο πρὸς ἡμᾶς, καὶ ὅτι τοῦ πατρὸς οὐκ ἔστι τὸ μέλλον ἀπολιπεῖν, καὶ τῆς ἀφ᾽ ἐν τῷ σιμπερον μνημονόθεν hoc est, Vnā cum Pythagorica chœnice, in qua vult desiderare, dōtēs nos, ut ex eo quod presens est, semper aliquid in futurum relinquamus, & crastini diei in hodierno meminimus. Existimat autem idem maiores significare voluisse, quibus religioſum habitum est, mēſas inanes tollere. Demetrius Byzantius apud Athenum interpretatur, non opoitere spectare tū q̄ presētis diei sunt, quin crastinū semper esse expectandū propemodum cum Plutarcho cōsentiens:

*Ne cuius dexteram iniiceris.*

Μὴ παντὶ ἐμβάλλῃς δεξιάν. i. Ne cuius porrigas dexteram, hoc est, Ne temere quemlibet an familiaritatem admittas, sed deligas quē diligas. Idem citatur atque exponitur à Plutarcho, ἐν τῷ πρῶτῳ τῆς πολιτικῆς. Conuenit cum illo Solonis apophthegmate, quod ex Apollodoro refert Diogenes Laetius, φίλος μὴ ταχύνῃς, οὗς δ' ἀκρίτην μὴ ἀποδοκιμαζέι, id est, Amicos ne cito pares, quos autem paraueris, ne reice.

*Arctum anulum ne gestare.*

Μὴ φορῆν τὸν ἀκτύλιον, id est, Arctum anulū ne gestato, hoc est, interpretare diu Hieronymo, Ne vixeris anxie. Et ne temet in seruitutem conicias, aut in eiusmodi vitæ institutum, vnde te nō queas extricare. Siquidem quisquis anulum angustum gestat, is sibi quodammodo vincula iniicit.

*Ignem ne gladio fodire.*

Πῦρ σιδήρῳ μὴ σκαλίσῃν, id est, Ignem gladio ne fodire, hoc est, Ira percitum ne lacessas, quin magis concedere conuenit, & blandis verbis tumidum animū placare. Ita diuus

Hieronymus, & apud Athenæum Demetrius Byzantius. Diogenes Laetius exponit, potentium & ferocium iracundiam nō esse conuictis exagitādam, propterea quod flamma quo magis exagitur, hoc magis atque magis inualeſcit. Neque dissentit ab hoc interpretamēto Plutarchus. Quamquā Plato libro De legibus sexto sic vsurpauit, ut de iis dici solitum videatur, qui frustra moliantur, quod effici nullo pacto queat, ostēdens id Iulius genus quoddam fuisse, ut ignem gladio dissecarent. Ad eundem sermōem sensum retulit diuus Basilus in epistola ad nepotes, ut idem sibi velint, Ignem gladio dissecare, & Cribro haurire aquā. Huc nimirum adlusit Lucianus in secundo Verarum narrationum libro, cum ex insulis formatis dimitteretur, iungens se à Rhadamantio admonitum, ut si quando rediret in hunc nostrum orbē terra quzdam obseruaret, μὴ πῦρ μὴ ὕδωρ σκαλίσῃν, μὴτε θέρμης ἐδίῃν, μὴτε πῦρ ἐστὶν τὰ δὲ καταδύσκῃ ἐν πλοσίῳ. id est, Ne gladio ignem diuerberaret, ne lupinis veleretur, ne se puero decimumoctauum annum egresso adiungeret. Si quidem horum meminisset, futurū ut aliquando ad eam insulam reuēteretur. Horatius hoc dicto videtur indicare crudelitatem cum insania cōiunctam. Amor. n. per se furor est, qui si erumpat in pugnas accēdes, ignis gladio perfoditur. Libro Sermonum, secundo, satyra 3.

his adde cruorem;

Atque ignem gladio scrotare.

*Cor ne edito.*

Μὴ ἐστὶν τὴν καρδίαν, id est, Cor ne edito, hoc est, ne cutis tuum ipsius animū excrucies. Ad hunc modum enarrat Demetrius Byzantius apud Athenæum. Aut ne sollicitudinis vitam reddas breuiorem. Aristot. enim libro De partibus animalū tertio narrat, cor esse fontem omnium sensuum, vitęque a sanguinis. Aristophanes in Nebulis.

Ὅμως δὲ θυμὸν ἐφῶ.

id est,

Animum tamen mordens meū, sic in quā.

*Item Theognis.*

Καὶ δακνομαί ψυχῆν, καὶ δίχῃ θυμὸν ἔχω. i.

Et rodor mentē, sumq; animi ambiguus.

Videtur ex Homero sumptū, apud quem est Iliados.

Ἦτοι δὲ καρπίσαι τὸ ἀκρίνοισθ' ἄλαστο,

Ὅν θυμὸν κατέδῃν, πᾶτον ἀνδράπων ἄλειπτον

Solius



Solus ac illo quidē vacuus errabat in agris  
Cor adedens curis, hominum vestigia vi-  
tans. Er. Ω.

Σὺν ἄδει κρεσσίν. id est, tuum edis cor.

Item *Odyssæe* 1.

Ἐπεὶ δὴ μὴ κίττος, δῦο τ' ἡμᾶς τε σωεχέεις αἰνέει  
Κάμει ὄμου, καμάτω, τε καὶ ὄλασι θυμὸν ἔ-  
δωκας. id est,

Hic soles, noctesque duas cōsedimus, vsq;  
Rudentes animū curis simul atq; labore.

Item *Iliados* α.

- Σὺ δ' ἠδ' ἠδδοὶ θυμὸν κάμεις. id est,

Tu intus p̄cordia rotas.

*A fabis abstineto.*

*Κνίμειν ἐπιχεῖν*, id est, A fabis abstineto. Hu-  
ius ænigmatis varia reperitur interpretati-  
o. Plutarchus in commentario De liberis  
educandis, ad hunc enarrat modum: Absti-  
nendū à tractandis rei publicæ muneribus,  
propterea q̄ antiquitas in creandis magis-  
tratus suffragia per fabas vice calculorū  
ferebantur. Quamquam idem in Problema-  
tis diuersam adfert causam: nempe q̄ om-  
nia legumina ventum & humorem impu-  
rum adferant corporibus, atq; hanc ob cau-  
sam ad Venerem incitent. In eadem senten-  
tia M. Tullius item fuisse videtur, qui in li-  
bro De diuinatione primo, scribit ad hunc  
modum: Iubet igitur Plato sic ad somnum  
proficisci corporibus affectis, vt nihil sit qd̄  
errorem animis perturbacionemq; adfe-  
rat. Ex quo etiam Pythagoreis interdictū  
putatur, ne faba vescerentur, quæ res habet  
inflationem magnam. Is cibus tranquillita-  
tem mentis quærentibus constat esse con-  
trarius. Aristoxenus tamen apud A. Gelliū  
libro quarto, capite vndecimo refellit hanc  
opinionem, affirmans Pythagoram nullo  
legumine sepius vsu, quam fabis, quod is  
cibus & aluum sensim subduceret & leuiga-  
ret. Porro Gellius de cyamo nō esitatio, cau-  
sam erroris fuisse putat, quod in Empedo-  
clis carmine, qui disciplinas Pythagoricas  
sectatus est, vsus hic inuenitur:

Δηλοῖται δ' αἰδοὶ κνίμων ἀπὸ χεῖρας ἐλ-  
δοῦ. id est,

Ah miseri à cyamo, miseri subducite  
dextras.

Opinari enim sunt pleriq;ue, κνίμων legu-  
mentum vulgo dici. Sed qui diligentius sci-  
tiusq; carmina Empedoclis arbitrati sūt,  
κνίμεις, hoc in loco testiculos significare di-

cunt: eosq; more Pythagoræ aperte atque  
symbolice, κνίμεις appellatos, quasi sint eis  
τὸ κνῆν θεῖον. καὶ ὅτι οἱ τοῦ κνῆν, id est, ad se-  
rendum veterum efficere, causaq; ferendi  
vteri, & geniture humanæ vim præbeant.  
Ideo Empedoclem vsus isto non à fabu-  
lo edendo, sed à rei Veneræ proluvio vo-  
luisse homines deducere. De causis interdi-  
ctæ fabæ hæc ex Aristotele. refert Laertius,

ἡσὶ δὲ Ἀριστοτέλης ἐν τῷ πρῶτῳ τῶν κνίμων,  
περὶ ἀγγέλλει ἀπὸν ἀπὶ χιτῶν τῶν κνίμων, ὅ  
τοὶ ὅτι αἰδοῖς εἰσὶν ὑποκοῦν ὅτι αἰδὸν πύλας ἀγῶ-  
να τῶν γὰρ μόνον. ἡ ἀπὶ φέροι, ἡ ὅτι τῆ τοῦ ὄλας  
φύσει ὁμοῖον, ἡ ἰτι ὄλας χιτῶν κληροῦ τοῦ γοῦ  
γῆρας. id est, Ait autem Aristoteles in lib.  
De fabis, illum iussisse à fabis abstineri, vel  
quod pudendis essent similes, vel quod infe-  
rorum portis: vnum enim hoc legumē ex-  
peti geniture, vel quod corrumpat, vel q̄  
vniuersi naturæ simile, vel q̄ ad oligarchiā  
pertinet. Nam fabis solentur. Cum eo,  
quod postremo loco attingit Aristoteles, cō-  
uenit quorundam sententia, qui putat Py-  
thagorā hoc ænigmate deterruisse à capes-  
senda republica. nobis magis etiā arridet,  
quod additis, q. historias quas Gregorius  
Nazianzenus attingit, collegit, Edgē fabas,  
qui lucro corrupti ferunt suffragia. Plutar-  
chus apud eundem Gelliū testatur, Ari-  
stotelem seriptum reliquisse, q̄ Pythagoras  
μνῆρας καὶ κνίμεις, ἡ ἀπὸ κνίμων, καὶ τοῖσι τῶν  
τινῶν ὄλων ἀπὸ χιτῶν id est, vulua; corde, &  
marina vrica, arq; id genus quibusdā aliis  
abstinetis. Theophrasticus apud Plu-  
tarchū in symplosiacis narrat, apud Aegy-  
ptios tantam esse fabarum religionem, vt  
eas neque ferant neque comedant, imò nec  
ne aspiciere fas sit, Herodoto teste. Quin &  
apud Romanos inter funesta habebantur  
fabæ, quippe quas nec tangere, nec nomina  
re Diali Flaminii laceret, quod ad mortuos  
pertinere putarentur. Nam & Lemuri-  
bus aciebantur laruis, & parentalibus adhibe-  
bantur sacrificiis: & in flore carum litteræ  
luctus apparere videntur, vt testatur Festus  
Pompeius. Plinius existimat ob id à Pytha-  
gora damnatam fabam, quod heberet sen-  
sus, & pariat insomnia, vt q̄ animæ mor-  
tuorum sint in ea. Quæ de causis & in paren-  
talibus assumitur. Vnde & Plutarchus te-  
statur, legumina potissimum valere ad euo-  
candos manes. Varro ob hoc Flaminem ea  
nō vesci tradit, quoniam & in flore eius licet

ter.

teræ lugubres inueniuntur. Cæterum q̄ Plutarchus in problematibus rerum præca tū inter cetera refert, ob id damnatas fabas, q̄, Lethes, & Erebi sint cognominis, q̄d sibi velis, non satis intelligebamus, nisi q̄ consuleis Græcis cōdicibus cōperimus tandem vel librarii vel interpretis errorem. Siquidem & Græcā habent: πόντος ὁ πύργος τοῦς μὲν πύργους ἀξιοῦντο διὰ τὰς λεγομένης αἰτίας, τὸν δὲ λάθρον καὶ τὸν ἔρεβινθον, ὡς παραινύμεν τοῦ ἔρεβους καὶ τῆς λήθης, id est, An q̄ Pythagorici fabas quidem abominabantur ob causas, quæ feruntur, Lathyrum autem & Erebinthum, quod nomen à Lethæ & Erebo deducunt habent? Hæcenus Plutarchi verba retulimus. Lathyrus autē & Erebinthus ciceris genera sūt. Lethæ Græcis obliuionem sonat. Erebus à caligine nomen habet, inauspicatæ voces sapientiæ studiois. Hic lapsus in hoc profuit, vt Latini cōdicis mendum ostenderimus, ne quis ad eundem impingat lapidem.

*Cibum in matellam ne immittas.*

Σίτον εἰς ἀμίδαν μὴ ἐμβάλλειν, id est, Cibum in matellam ne immittas. Interpretatur Plutarchus, ne sermonem vrbantū immittas in animū hominis improbi. Nam oratio tibus est animi: Is corrumpitur & putrescit, si in animum in syncerum incidit. Hoc est, quod apud Gelliū admonet Epictetus, etiam atque etiam videndum, in cuiusmodi animum immittamus sermonē. Etenim si in vas insyncerum immiserimus, in acētū, aut lotium verti. Huc adlusit Horatius: Syncerum est nisi vas, quocunq̄ infundis, acēscit.

*Ad finem vbi peruenieris, ne velis reuerti.*

Μὴ ἐπιστρέφειν ἐπὶ τοῦς ὅρους ἐλθόντα, id est, Ne reflectas, vbi ad terminos puenieris. hoc est, interprete Plutarcho, Quum aderit fatalis dies, viderisq̄; vitæ finem adesse, equo animo feras, ne; turpi vitæ cupiditate exanimis. In vita Numæ paulo secus refert, βιάσθαι τὸν αἶμα ποδῶν, μὴ μεταστρέφειν, hoc est, qui peregrinationem ingressi sunt, ne reuertantur. Hieronymus aliter: Post mortem hanc, ne desideres vitam. Quemadmodum vulgo quosdam dicentes audimus Virgilianum illud:

O mihi præteritos referat si Iuppiter annos.

*Superis impari numero, inferis pari sacrificandum.*

Τοῖς μὲν ἀδαμίοις πρὸς τὰ ὕδατα, ἄρτια δὲ τοῖς θεοῖς, id est, Superis quidem, imparibus sacrificandum, inferis verd̄ paribus: Sed refert tantum vt ænigma Pythagoricum nō interpretatur. Cæterum in problematibus Romanarum antiquitatum, docet apud vt teres primum mensē diis cœlestibus habitum sacrum, secundum vero diis inferis, in quo & lustrationibus quibusdā vitæ mos erat, & mortuis parentabant. Quinertiam totius mensis tres dies principes & auctores esse voluerūt, Calendarum, Nonarum, & Iduum, quos festos, ac sacros habebant veluti diis superis dicatos: qui hos sequerentur, hoc est, posttridie Calendarum, Nonas & Idus, diis manibus attribuebant, ac proinde nefastos ac religiosos iudicabant. Sic & apud Græcos tertius crater sospitatori Ioui, secundus semideis ac dæmonibus tribuebatur. Principiū autem omnis numeri est unus, cui aduersatur duos, inter pares numeros primus, nec finem habēs, nec perfectus, cum tornio sit absolutus. Ac de numerorū quidem mysteriis multa reperias apud Platonem & Pythagoricos, nonnulla et̄ apud præcos Theologos. Quod ad explicandum huius symboli sensum attinet, arbitror illud significatum, Deum, quoniam mens est simplicissima & in seipso perfecta, dotibus animi potissimum delectari. Nam quæ corporis sunt, composita sunt, ac propagatione in immensum multiplicantur, cum animus sit simplex, immortalis, & seipso contentus.

*Per publicam viam ne ambules.*

Λευφὸς μὴ βιάσθαι, Per publicam viam ne ambules. Diuus Hieronymus exponit: Ne vulgi sequaris errores. Nūquam enim tam bene cum rebus humanis actum est, vt optima plurimis placuerint. Vnde quidā hoc sic efferunt: Viam regiam declinatio, per semitas ingreditor.

*Tollens omni auxiliare, deponenti nequaquam.*

Φοβίον συγκαταβαῖν, μὴ δὲ σωπεριθέειν. Diuus Hieronymus hoc ita refert: Oneratis superimponendum opus, deponentibus nō conitendum. Putatq̄ hunc esse sensum, Advirtutem incedentibus augenda præcepta.

pta, tradentes se ocio relinquendos. Vnde proficendum hoc pacto, φορτίον συγκοβαεῖν, μὴ δ' ἰσημαποτιθέσθαι, id est, Tollēti onus auxiliandum, haud adiuuandus tamē qui deponat. Hoc admonendum putauimus quod in quibusdā impressis codicibus deprauatum est hoc symbolum.

*Olla vestigium in cinere turbato.*

Χύτρας ἰχθὺς συγκεῖν ἐν τῇ τέφρᾳ, id est, Ollæ vestigium in cinere turbato. Plutarchus in Symposiacis interpretatur, nullum euidentis iracundiæ vestigium oportere relinquere: sed simulatq̄ ue deseruerit, atque resederit auauimi tumor, omnem præteritorum malorum memoriam penitus tollendam esse.

*Vnguium, criniumq; præsegmina ne cōmīngito.*

Απειχίσματα καὶ κερῶς μὴ ἐπιρῆν, μηδὲ ἐπίσταθαι, id est, Vnguium, criniumq; præsegmina nec cōmīngito, neq; inlīstīto. Huius nullum adhuc interpretamentum reperimus. Verū conuicimus sensum hunc esse, si quos habeamus affines, aut cognatos humiles & vtilēs, eos tamen nō esse viquequaue spernendos, & contumeliis insectandos.

*Extra publicam viam ne desleetas.*

Ἐκτὸς λεωφόρου μὴ βυθίζεσθαι, id est, Extra viam publicam ne ingrediaris. Hoc quoque refertur inter Pythagorica symbola à Diogene Laertio, tametsi superiori diuersum. Ne que est, quod hanc miremur pugnantiam: quandoquidem, vt recte præceptum est, Loquendum vt plures, sapiendum vt pauci: ita sunt quedam, in quibus cum vulgo conuenire, dexteritatis est: sunt rursū, in quibus à vulgō quātm maxime dissidere virum bonum oportet. Recte Flaccus:

Incredū & vulgō rectū vider, est vbi preceet.

*Quæ vncis sunt vnguib; ne nutrias.*

Γαμψώνυχια μὴ τρέφεσθαι, id est, Quæ sunt vnguib; vncis, ne nutrias. Rapacitatem fugito, interpretet Tryphone. Equidē arbitramur conuenire cum illo Aeschyli dicto, qd suo reddemus locō, Catulū leonem non esse alienum in tep. hoc est, non admittendos demobόρους, vt ait Homerus, βασιλεύς, reges populi deuorantes, aut factiosos, & præpotentes, qui opes ciuium ad paucos conuolant.

*Aduersus solem ne loquitor.*

Γρὸς τὸν ἥλιον τετραμμένον μὴ λαλεῖν, id est, Aduersus solem ne loquitor, hoc est, Manifestis ne repugnes. Nā quod maxime constat maximeq; in cōfesso est, id sole clarius dicimus. Ergo cōtra solē loquit, qui dicit: Nil intra est oleam, nil extra est in nucce duri.

*Gladium acutum auertas.*

Οξείων μάχων ἀποστέφαν, id est, Ensem acutum auertas.

Opinamur innui, à periculosis negociis abstinendum.

Nam fertur & aliud prouerbiū, μὴ παιδί μάχων,

Ne puero gladium, subaudiendum, committas.

*Aduersus solem ne meicio.*

Γρὸς τὸν ἥλιον τετραμμένον μὴ δμχῶν, id est, Aduersus solem ne meicio. Commendatur verecūdia, Tametsi Plinius superstitionis huius rei causam reddit lib. 28. cap. 6. verba ipsius sunt: Auguria valetudinis ex vrina traduntur. Si mane candida, deinde rufa sit, illo modo cōcoquere, hoc concocis significatur. Mala signa rubræ, pessima nigræ. Mala bullantis & crassæ: in qua quod subsidit, si album est, significat circa articulos aut viscera dolorem imminere. Eadem vitidis, morbum viscerum. Pallida, bilis. Rubēs, sanguinis. Mala & in qua veluti fur fures atq; nubeculæ apparet. Diluta quoq; alba, vitiosa est. Mortifera vero crassa, graui odore. Et in pueris tenuis ac diluta. Magi verant eius rei causa contra solem lunamq; nudari, aut vmbra cuiusquam ab ipsa aspergi. Hesiodus iuxta obstātia reddi sua det; ne Denn nudatio aliquem offendar. Locus hic, quē Plinius citat, & ex quo symbolum Pythagoræ sumptum apparet, est in opere, cui titulus: Ἔργα καὶ ἡμέραι, Μὴ δ' αὖτ' ἡλιόιο τετραμμένον ὄρεός δμχῶν. Ἀυτὰρ ἐπεὶ δὲ δὴν μιν κλέβει ἔσ' ἀνίστα. Μὴ τ' ἐν ὄδῳ, μὴ τ' ἐκτὸς ὄδου προβέδω οὐρανός.

Μὴ δὲ ἀπογμνωθῆς μακάρων τοὶ νύκτις ἕαστο.

Ἐξόμνῃ δ' ὄνυε θεῶν ἀνὴρ τεπινυμλία ἐὶ δ' ὄς.

Ἡὲν ἐπὶ τοῖσιν πλάτας δέξαι ὄ κλύς. i.

Aduersus solem rectus ne meicio, verum vt

Occideris, donec redeat facere ista memēto,

Sed neq; progrediēs, locū desperferis vng.

In ve

In ve viis, extrave vias, neq; mēbra nudas  
Micturus, siquidem diuis nox sacra beatis.  
At qui vir fuerit prudēsq; piusq;, recūbēs,  
Siue domus muris admot<sup>9</sup> corpore, meiet.

*Hirundinem sub eodem tecto ne habeas.*

Ὅμιροφίσις χελιδνίας μὴ ἔχειν, hoc est, Hirundines ne habeas sub eodem tecto. Diuus Hieronymus Aristotelis auctoritatem sequutus, interpretatur abstinendum à commercio garrulorum, & suffurionum. Verū hoc interpretamētum referritur apud Plutarchum Symposiacōn decade octaua. Nam haud æquum videri, vt aem domesticam, & humani conuictus citra noxam amantē; perinde vt sanguinariam, & rapacem prope llamus. Quod enim de garrulitate causatur, id esse friuolum: quum gallos, graculos, perdicēs, picas, cumq; his alias complurais multo magis obltreperas nō arceamus à domestico contubernio: imò nihil penè minus hirundini conuenire, quàm garrulitatem. Ne id quidem accipiēdum videtur, quod quidam Pythagoricum symbolum ad tragœdiam, quæ de hirundine fertur, referunt, quasi triste omen secum adferat. Nā hac ratione philomelam item eiūs oportere, vt quæ ad eandem pertineat tragœdiam. Itaque vero propius videtur, ob id improbatam hircundinem, quod eodem malo videatur obnoxia, quo infames habētur aues aduocis vnguibus. Si quidem carnibus vitat, & cicadas, animal maxime vocale, aomusis sacrum, venatur: præterea humi volans minutis animantibus insidiatur, dein desola auium in testis versatur. nullam adferens vtilitatem. Nam ciconia quum sub tecto quidem vtatur nostro, tamen hircundinaquam medioerem contubernii gratiā relect. busones, serpentes, hostes hominum è medio tollens. Contra hirundo, postea quàm sub nostro tecto suos educauit pullos, abit, nulla relata gratia communicati hospitii. Denique quod est omnium grauissimum, duo duntaxat animalia domestica sunt, quæ nunquam humano conuictu mansuescunt, neque tactum admittunt, neque cōsuetudinem, neque vllius rei, aut discipulinz communionē. Musca semper pauit ne quid mali patiatur, ob hanc causam indocilis, ac semifera. Hirundo item natura videtur hominem exosum habere, proinde nec cicuratur, vt potest diffidens semper;

semperq; suspicans mali quippiam. His de rebus recte Pythagoras couictorē ingratum, parumq; firmum, hirundinis symbolo monuit ablegandum. Huiusmodi semē Plutarchus eō, quē ostendimus, loco. Quibus illud vnū videtur addeādū, Cicero nem, seu quisquis is fuit, in rhetoricis ad Herennium, infidæ amicitiz similitudinē ab hirundinibus mutuari, quæ vere inuente præsto sint, hyeme iustante deolent.

*Stragula semper conuoluta habeto.*

Τὰ στρώματα αἰσι σωδελμῖα ἔχειν, id est, Stragula semper conuoluta habeto. Id his quoque temporibus inelegans & inurbanum habetur, si quis stragula lecti non cōponat. Quid autem sibi velit hoc symbolum, aliis diuinandum relinquimus. Tamen si suspicamur commendatam verecundiam, etiam his in rebus, quibus cogimur nature necessitati satisfacere.

*In anulo Dei figuram ne gestato.*

Ἐν δακτυλίῳ θεοῦ εἰκόνα μὴ περιφέρειν, id est, In anulo Dei imaginem ne circum feras. Fortassis admonet, non passim admiscendam Dei mentionem.

*Sellam oleo ne absterferis.*

Ἐλαδίῳ εἰς ἑκάστῳ μὴ ἀπογγυνοῦσαι, id est, Ne sedem absterferis oleo. Nec huius interpretamentum occurrit. Fortas inuitur, nō esse abutendum rebus optimis ad ea, quibus neque dignæ videntur, neque viles.

*Coronam ne carpito.*

Στέφανον μὴ δρείπεισαι, id est, Coronā ne carperis. Diuus Hieronymus aduersus Rufinum interpretatur, vrbium leges obseruandas esse, non violandas, neque reprehendendas, quod vrbium tutrita mœnia coronarum speciem præbeant.

*Quæ deciderint ne tollito.*

Τὰ πεισῖτα μὴ ἀνυρεῖσαι, id est, Quæ deciderint ne tollas. Admonet, vt assuescamus moderatus cibum sumere. Aristophanes in Heroibus, teste Laertio, superstitiosam huius symboli causam adfert. Heroum. n. esse quæ ceciderint è mensa, coq; nefas gustare. Alii sic efferunt: μὴ δὲ γλυκοῦσαι ἅπ' ἀν' ἐν τῷ τ' ἑκαπύλις καταπέσει. id est, ne gustate, quæ cunquē in mensa deciderint.

B

A gallo

*A gallo candido abstineas.*

Ἀλὸς τρεῖς μὴ ἄπτειδαι λευκοῦ, id est, Albo gallo ne manum admolariis, quòd Mensi sacer sit, vt pote horarum nuncius.

*Panem ne frangis.*

Ἀρτὸν μὴ καταγνῖεν, id est, Panem ne frāgito. Admonet non esse dirimendam amicitia.

*Salem arponito.*

Τὸν ἄλα παρατίθειδαι, id est, Salē arponito: Admonet iustitiam, & æquitatē omni adhibendam negotio. Sal enim quicquid occupauerit seruat, & ex rebus purissimis constat, aqua, & mari.

*In via ne feces ligna.*

Ἐν ὁδῷ μὴ χίζεν ξόλα, id est, In via ne feces ligna. Quidā exponunt, non esse discrucandam, & abbreviandam vitam curis, & anxiiis cogitationibus.

*Ne libaris dijs ex vitibus non amputatis.*

Μὴ ἀνίσθεν ἐοῖς ἐξ ἀμπέλων ἀτ' μύτω, id est, Ne libaris diis ex vitibus non amputatis. Hoc ænigma Plutarchus tribuit Numæ in ipsius vita, diuinaus eo mansuetudinem commendari, quæ pars sit pietatis. Quod enim purgatū non est, agreste est: & farina conducit leniendis iis, quæ dura sunt.

*Ne sacrificio sine farina.*

Μὴ ὄβεν ἄτερ ἀλφίτων, id est, Absque farina ne sacrificio. Hoc ænigma morum mansuetudinem commendat, vt dictum est.

*Adoratio circumactus.*

Ἐμοσκηῶν περιφερόμενος, id est, Adorandum circumactū corporis. Nimirum ad imitationem cæli perpetua vertigine circumacti. Cælum autem Deum antiquitas credit. Plutarchus & hoc tribuit Numæ, ceu peccatiare. Ac meminit quidē de cæli circumactū, ceterū addit & alias interpretationes: videlicet cum sacra spectent exortum solis, qui adorat vertens se circumactō corpore ad orientem, videtur semet ad Deum connertere, factōque circulo per vtranq; mundi partem vota facere. Subiicit & tertiam, quam videtur maxime probare, Corporis vertigine significari rotas Aegyptias sen-

tit de hieroglyphicis, quibus illi significabāt, nihil in rebus humanis esse stabile, aut perpetuum.

*Adoraturi sedeant.*

Καθῖδαι τρεοσκηνήσοντας, id est, Adoraturi sedeant, significat vota certa cōcipere oportere, & in his, quæ sunt optima, perseuerare. Et hoc Plutarchus adscribit Numæ, addens id fuisse velut augurium vota rata, firmāq; fore. Addit quibusdam hanc quietē videri distinctionem actionum, tanquam qui priori actioni finem imposuerint, sedentes apud Deos, initium alterius actionis ab iisdem auspiciuntur. Quidam arbitrariū subesse sensum, quod oporteat eos, qui sacris operantur, non obiter, ac velut aliud agentes hoc facere, sed vacuos, actotos rei diuinæ intentos. Vnde Plutarchus idē tradit, quoties pontifex auguria, seu sacra aggrediebatur, præcones clamabāt: hoc age. Ea vox hortabatur, vt qui sacra adiret, reuerenter, & attente id facerent. Idem in Problematicis rerum præscarum refert, qui diis vota fecissent, in cæplis manere, & quietem agere solitos, quæ actiones huius vitæ frequenter inuoluunt hominem molestiis.

*Surgens e lecto, vestigium corporis confundito.*

Ἀναστὰς ἐξ ὄψεως σὺνταράπτην τὰ σφύματα, id est, Cum surrexeris, stragulas confundito. Videtur idem cum superiore de stragulis complicandis.

*A piscibus abstineto.*

Ἰχθύων μὴ γίνεσθαι, id est, Pisces ne gustato. Quamobrē Pythagoras ab vrtica marina iusserit abstinere, fortassis illud i causa fuit, quod is piscis Hecate sit sacer, propter mysterium reionis, quem aiunt huic dez dicatum. Sed qua gratia reliquorum item piscium esum interdixerit, non æquē promptum fuerit expedire. Quamquā apud Plutarchum in Questionibus coniuualibus, quispiam huiusmodi causam adfert, Pisces quodāmodo Pythagoricę disciplinę contraubernales videri, propter ἰχθυόσων, i. silētii ita vt etiā in prouerbiū abierit, ἀφωσθέντες ἰχθύος, id est, Magis mutus, quā piscis. Theon grammaticus apud eundem Plutarchum diuersam rationem allegat. Nam piscem maris indigenam, & alumnū esse, elementi videlicet non solum alienissimi, verum etiam

verumetiam inimicissimi naturę hominis. Neque enim Deos hinc ali, quemadmodū de stellis opinantur Stoici, quin parentem & servatorem regionis Aegyptiorum Osiridem in hoc defectum perisſe. Proinde nec aqua maris ad potum vtuntur, nec quicquā eorum, quę in eo gignantur, alunturq; , putum, & ad hominis vſum accommodatum exiſtimate, vt cum quibus nec aerem communem, neque regionem habeamus communem. Quinimo aer hic, per quem reliqua omnia viuunt, alunturq; , illis pernicię adfert, tanquam præter naturam, citraque vſum & genitis, & viuentibus. Neq; mirū, inquit, ſi ab animalibus abſtinent, propter elementum maris ab humana natura alienis, nec ob id idoneis, quę cum noſtro ſpiritu ac ſanguine miſceantur, quando neque nauas alloqui dignantur Aegyptii, ſi quando fiant obuii, quippe qui ex mari viſtum ſibi parent. Rurſum Sylla eodem in loco cauſam aliam adducit: nempe Pythagoram, ſerē veloci ſolitum iis, quę fuiſſent Diis immolata, primitiis illis dicatis. At qui nullus piſcis idoneus ad ſacrificium. Plutarchus ipſe rationes ſuperiores ita reſellit, vt dicat, hoc ipſo nomine magis oportere veloci piſcibus, quod peregrini generis eſſe videantur, Immane enim, planeq; Cyclopicum eſſe, ſi, quę ſunt ei uſdem generis, tuo laniatu paſcantur. Nam quod naſtant, aliquando Pythagoram emptoretium iactū, piſces captos, emiſiſſe, non eos contempſit velut hoſtes, & alienigenas, ſed tāquam amicis iam factis, & captiuis pepercit, perſoluto illorum nomine precio. Reddit autem duplicem cauſam, quare Pythagorę nō probaretur piſcerum eſus, partim quod res cum iniuſtitia cōiuncta videretur, perſequi, occidere, vorare animal, quod ipſa natura nullo pacto lædat hominem, aut lædere poſſit. Deinde quod non ad neceſſitatem, ſed ad luxum, ſuperuacaneamq; gulę voluptatem pertineat piſcium eſus. Hinc eſſe quod Homerus fecerit, non Gręcos ſolum, cum circa Hellespontum militarent, à piſcibus abſtinentes, verumetiam Phazachas ipſos, alioqui heluones. Ne prociſ quidem, curconiſbus marinum obſoniū apoſuſit, cum vtrique inſulares eſſent. Nam apud hos maiorē ſerē videmus cum immanitatem, cum luxum. Neque ſocii Vlviſis vniquam aut hamo, aut retibus vſi ſunt, donec farina ſuppe-

teret. Verum omni comœatu abſumpto paullo prius quàm ſacros Soli boues deuorarent, piſcari cœperunt: non obſonii cauſa, ſed ob ſacram depellendam. Commemorantur hoc loco: apud Plutarchū & alia nōnulla de piſcium abſtinētia, ſed hæc ad ſymboli interpretationem ſatis eſſe viſa ſunt. Tribuitur Pythagorę & illa nobilis ſententia, teſte Plutarcho; in commentario De exilio, ἐλαβὼν τ' ἀρίστον, ἰδὼν δὲ αὐτὸν οὐκ ὠκνήσας ποιῆσαι. id eſt, Optimam vitę rationem elige, eam iucundam reddet conſuetudo. Diuus Hieronymus hoc etiam dogma Pythagoricum reſert, quo vir ille totius moralis philoſophię ſummam complexus videtur. Δὲ φυγαδιῶν πάντα τὰ βροτῶν ἢ ἐκκόπτει τὴν γόνιν ἀπὸ τῆς γάματος, τὴν ἀπαυδουσίαν ἀπὸ τῆς ψυχῆς, τὴν ἀσέλιαν ἀπὸ γαστρίδος, τὴν εἰσὶν ἀπὸ πόλεως, τὴν ὄταφωσίαν ἀπὸ τῆς οὐκίας, καὶ κωνὴν ἀπὸ πάντων τὸ ἀκατάς. id eſt, Fugare conuenit, ac modis omnibus reſecare morbum à corpore, inſcitiam ab animo, luxuriam à ventre, ſeditionem à ciuitate, diſcordiam à familia, in ſumma ab omni negotio intemperantiam.

*Non bene imperat, niſi qui præuerit imperio.*

Οὐκ ἔστιν ὀφείλει μὴ ἀρχέειντα, id eſt, Fieri nō poteſt, vt bene gerat imperium, qui nō tulerit imperium. Manet hoc adagiū, hodieq; vulgo celebre, neminem recte dominū agere, qui non ante miniſtrum geſſerit. Citat autem Ariſtoteles Politicorum li. 3. διαλέγεται καὶ τοῦτο καλῶς, ὡς οὐκ ἔστιν ὀφείλει, μὴ ἀρχέειντα. i. Qua propter illud etiam recte dicitur, Neminem bene imperium gerere, qui non ipſe prius ſub imperio fuerit. Rurſum eodem li. b. τὸν τε γὰρ μὴ ἄλλοτα, ἀρχέειν καλῶς, ἀρῶντα φασὶ δὲ ἐν πρώτοις, id eſt, Eum enim qui bene ſit adminiſtraturus imperium, aut imperium ferre prius oportere. Magis prouerbialiter extulit Plato, libro de Legibus 6. οὐκ ἔστιν ἄνδρα ἀρχέειντα οὐκ ἔστιν ἀρχέειντα, ὡς οὐκ ἔστιν ὀφείλει, μὴ ἀρχέειντα. i. Iam illud oportet vnumquęque de mortalibus vniuerſis cogitare, qui non ſeruierit, cum haud quaquam dominū ſorclaudē dignū. Plutarchus in Ducem imperitum, οὐτε γὰρ πίπτοντες εἰνὸς ὀφείλει, οὐτε δὲ ὀφείλει ἀνομιῶντος, οὐτε ἀνομιῶντος καὶ ὀφείλει, ἢ τὰ πέντε ἀκαταίτωντος, ἢ ἀρχέειν μὴ ἀρχέειντος. id eſt, Neque enim lapſi partes ſunt alios erigere, neque

inſciū docere, neque incompoſiti compo-  
nere, neque ordinare inordinati, neque im-  
perare, qui imperium non ſit paſſus. Idem  
hoc laudis peculiariter tribuit Ageſilao, ἐλ-  
λὲν ἔπι τὸ ἀρχεῖν μὴ ἀπαίδευτον τὸ ἀρχιδεῖν.  
id eſt. Veniſſe ad imperium non indoctum  
parere imperio, Seneca libro de ira. 2. Ne-  
mo legere poteſt, niſi qui & regi. Natū ada-  
giam a nobili illo Solonis a pophtheyma-  
xe, quod in eius vita refert Diogenes Lacti-  
tius ἀρχιπρωτοὶ μαθὼν ἀρχιδεῖν. id eſt, Impe-  
rium gere, ſed vbi prius imperium ſerte di-  
diceris. Itaque referri poteſt vel ad eos, qui  
prius alieno parendo imperio diſcunt im-  
perium in alios gerere: vel qui prius cupi-  
ditatibus imperant ſuis, quā in alios exer-  
ceant imperium.

*Adonidis horti.*

Ἀδωνιδος κῆποι, id eſt, Adonidis horti, de re-  
bus leuiculis dicebatur, parumq; frugiferis,  
& ad breuem præſentemq; modo volupta-  
tem idoneis. Pauſanias teſtatur, Adonidis  
hortos olim in deliciis fuiſſe, lactucis potiſ-  
ſimum ac ſœniculis ſæquentes, in quibus  
ſemina haud aliter atque in teſta deponi cō-  
ſueverint: eoq; rem in proverbii abiſſe,  
contra ſutiles, ac nugones homines, & vo-  
luptatibus ineptis natos: cuiuſmodi ſunt  
cantores, ſophiſtæ, poetæ laſciui, cupidarii,  
atq; id genus alii. Erant autem u horti ve-  
næri ſacti, propter Adonidem eius amaſiū,  
primo zatiis flore præreptum, atque in flo-  
rem conuerſum. Horum mentionem facit  
Plato in Phædō: ὁ νοῦν ἔχει γε ἀργόρων ἀπὲρ  
μυτῶν κῆποιτο; καὶ ἔγκραπα βόλοιο γένεσθαι.  
ποτιζοα παρδὴ ἀνέρες εἰς ἀδωνιδος κῆπος ἄρων  
χαῖροι θεωσῶν καλοῦς ἐν ἡμέραισιν ὀργυνομένους, ἢ  
ταῦτα μὲν δὴ παρδίας τι κίβησεν χαῖριν δέωσιν ἐν  
ὄτῳ καὶ ποιῆ. id eſt, Nū agricola, qui ſapiat,  
ſemina quæ curæ haberet, quæque cuperet  
aliquando fructum adferre, æſtatis tempo-  
re, ſummo ſtudio in Adonidis hortos mit-  
tet, gaudeſq; ſpectare eos intra dies octo iā  
pulchros eſſe cōſtos: an ea quidem perluſum,  
ac feſti gratia faciat, ſi quando tamen ſece-  
rit? Item Plutarcius in commentario, cui  
εἰτιλ', πῶδ' τὴ βραδείας ὑπὸ βίας τιμωρημῶν,  
id eſt, de eo qui à numine ſero punitur: ἀλ-  
λά μικρὸς τις, καὶ κενόσπεδος ὁ θεός ἐστιν, ὡς τι  
μὲν ἐν ἡμῶν ἐχόντων θεῶν ἐν αἰταις, μὴ δὲ προ-  
σθμοῖον ἀποσγῆ πρὸς ἐκείνους, καὶ ὅτα κρις καὶ βέ-  
βυκος, ἀλλὰ φύλλοις, ὡς ὁ μωρὸς ἔφη, παραπλοῖος

ἀπομαρτυρομῶν παντὰ τασὶ καὶ φθάνει τῶν ἐν  
ὄλιγῳ, ποιῆσαι λόγον τισοῦ του, ἀσπερ αἱ τοῦς  
ἀδωνιδος κῆπος, ἐπ' ὄσρα κοῖς τισι τιβησὺ  
μῶν καὶ θεραπείας γαυῶν ἐφημερὸς ψυχῶς  
ἐν σάργι τευφραῶ, καὶ βίβη εἰλαν ἰχθυῶν οὐ δὴχῶ  
μῆν βλασανοῦ σῶς, ἐτα ἀποσβεννυμενὰς ἀ τι  
ὕπο τ' τυχοῦς προφάσεως. Imo moroſior  
quiſpiam, & leuicularū rerum curioſus eſt  
Deus, qui quum nihil habeamus diuinum  
in nobis, neque quod vltio modo ad illius  
ſimilitudinem accedat, quodq; conſtet, ac  
ſtabile perpetuumq; ſit, quum magis folio-  
rum ritu, quemadmodum ait Homeruſ,  
vnde quaque marceſcamus, intereamuſq;  
breui tantam noſtri curam habeat: non ali-  
ter, quā mulieres, quæ Adonidis hortos,  
ad dies pauculos vernantes, in teſtulis qui-  
buſdam nutriti, fouentq; aīas breui du-  
raturas, in carne tenera, & ſolidā vitæ radi-  
cem nō recipiente ſuppullulantes, ac mox  
ad quamuis occaſionem interituras. Memi-  
nit & Theocritus Idyllo Θ.

Πάρδ' ἀκκαλοὶ κῆποι περιλαμμένω ἐν ταλαί-  
ρις κίσι.  
Ἀργυροῖς.  
Ad ſunt & teneri calathis cādētib; horti,  
Seruati.

Efferunt parēmia etiam hoc modo ἀκκρ  
πότερος τῶν ἀδωνιδος κῆπων. i. In fructuſior  
Adonidis hortiſ. Non diſſimili figura Iſcuſ  
apud Philoſtratum iuuenileſ voluptates ap-  
pellat, τανδρα κῆπος, quod vmbriſ ac ſom-  
niis perſimileſ ſint, nec expleant hominiſ  
animum, ſed irriter potiuſ. Similitē Pol-  
lux ſophiſtæ Athenodori dictionem appel-  
labat Tantalī hortos, quod iuuenilīſ eſſet  
ac leuiſ, ſpeciem præ ſe ferens, quaſi eſſet ali-  
quid, quum nihil eſſet.

*Inſixo aculeo fugere.*

Βαλὼν φνξίδαι ὄει, id eſt. Iaculo immiſſo fu-  
giturum te putas? Metaphora proverbialīſ,  
vbi quīſ dicto conuitio, ſeu maleficiq;  
quōpiam peractō, ſtatim ſubducit ſeſe, ac  
vel tueri cogatur quod dixerit, aut ne miſ-  
ſum recipiat. Eryximachus medicuſ in cō-  
uiuiō Platoniſ, Ariſtophani diſcedere pa-  
rant, ne cogereſur & ipſe laudare Cupidi-  
nem, ac iociaſ quibuſdam poeticiſ eludentiſ  
βαλὼν φνξῆσ ὡ ἀριζόφαντισ οἷε φνξίδαι, ἀλ-  
λὰ προſιχεται τῶν τοῦ, καὶ οὕτωσ λέγει ὡσ δῶσων  
λόγοι. ἴσασ μῆντοι κῆν δὲ κῆν μὴ φνξῆσ σῆ. Vt  
νεῖ ινατ, Ariſtophāneſ, ἰμυλο ἢ ὑριαιυλο  
fugitu-

fugituum te credis? Quintu animum adverte, atq; ita loquere, tanquã rationẽ redditurus. Sanẽ si mihi videbitur, fortassis te dimittam. Vetur item in Phædone, & in primo De rep. libro, quauquam hoc loco mutet metaphoram, & ad balneatorem iniecta aqua descendẽtem refert, ταῦτα ἐὶ πᾶν ὄρασι μάχος ἐνῶ εἰ χεν ὠπίεσαι, ὡπερ βαλανεύς ἡμῶν κατατλάσας κατὰ τῶν ὠτῶν ἀέρον καὶ πολῶ τὸν λόγον. id est, Hæc locutus Trasy-machus, in animo habebat discedere, ceu balneator quispiam, offusus in aures copiosis ac multis verbis. Ac mox eodem in loco, οἱ οἱ ἐμβλῶν λόγον, ἐνῶ εἰ χεν ὠπίεσαι. i. uoluit iniecto dicto paras discedere. Respexit ad prouerbiu Plutarchus in' commentario De iis, qui tarde puniuntur à numine: ἀλλ' εἰ δ' εἰ βαλῶν ἐὶ πᾶν ἀππλάσθη καλῶν εἴχε περιτοῶν τὸ βέλος ἐγκίμειον. i. Quinetiam si discessit, inquit, immisso iaculo, non cõuenit telum inhrens negligere. Adludit ad hanc paræciam Aristoteles in tertio Naturalium auditionum libro. Resellens enim Anaxagorẽ sententiam, qui dixisset, infinitum immotum esse, & in seipso conuiescere, negat satis esse dixisse tantum, & aufugere, quom causam etiam reddere debuerit, quamobrem infinitum moueri non posset, εἰ γὰρ, inquit, ἰκανόν, τὸ οὕτως εἶπόντα ἀππλάσθη ἔχει. Quadrabit igitur in eos, qui velut scacula quædam pronunciant, aliis coniectandi materiam ministrantes, vt qui non interpretentur quamobrem ita sentierint. Translatum videtur ab apibus, aut vespis, quæ infixõ aculeo, statim aufugiunt. Id. n. innuit Plato in Phædone. Potest & ad Parthos referri, qui iaculo coniecto in hostem, mox equis versis se fuga proripiunt, nec audent cominus congregi. Similimũ est huic, quod est apud Ciceronẽ libro de sinibus bonorum quarto: Serupulum, inquit, abeũti, sed videbimus. Solet enim scrupulus esse molestus ambulanti. Idem apertius in oratione pro L. Flacco: Flacco vero quid profuit? qui valuit tam diu, dum huc prodiret. Mortuus est aculeo iam dimisso, ac dicto testimonio.

*Dodonæum es.*

Δωδωνῶν χάλκῃον. id est, Dodonæum cymbalum, aut tintinabulũ. In hominem dici consuevit improbe atque importunæ loquacitatis. Zenodotus citat ex Ariphoro Menædari, Tradit autem in Dodona duas

fuisse sublimes columnas, in altera positam peluim æream, in altera pensile pueri simulacrum, flagellum græcum manu tollentis: quoties autem ventus vehementius flauerit, fieri vt scutica impulsã crebrius lebetem feriat, isq; percussus tinnitum reddat, ad multum etiam temporis resonantem, Alii referunt ad æra Corinthia, quæ præ æteris clarius tinniãt. Meminit huius adagii Stephanus in dictione Dodone. Iuuenalis ad adagium adluisse videtur, cum ait:

Tot periter peluces, tot tintinnabula credas Pulsari.

muliebrem garrulitatem taxans. Suidas diuersam adagii adfert interpretationem ex Demone: Ait enim oraculũ Iouis, quod olim erat in Dodona, lebetibus æris vindiq; cinctum fuisse, ita vt inuicem sese contingerent. Itaque necessum erat fieri, vt vno quopiam pulsato, vicissim & omnes resonarent, sonitu per contractum ab aliis ad alios succedente. Durabatq; in longum tempus tinnitus ille, videlicet in orbem redeũte sono. Putatq; paræciam dictã in sordidos, & quantumuis pusilla de re querulos. Verum Aristoteles hoc commentum vt fictiuum re fellit, adferens aliud interpretamentum, quod modo retulimus, de columis duabus, & simulacro pueri. Plutarchus in commẽtario τῶν τῆς ἀδριελικίας indicat, in Olympia porticum quandam fuisse, ratione mathematica ita compositam, vt pro vna voce multas redderet, atque ob id ἑπτάφωνον appellatam. Cumq; hæc confert homines impendio loquaces, quos si verbulo tangas, cõtinuo referunt tantum verborum, vt nullus omnino sit garriendi finis. Meminit huius adagionis & Iulius Pollux libro sexto, capite de loquacibus, his verbis. τῶν Δωδωνῆς χάλκῃον.

*Prora, & Puppis.*

Πρῶρα καὶ πρῆμνα. i. Prora & puppis. M. Tullius libro Familiarium epistolarum vltimo, scribens ad Tyronem suum, paræciã hanc refert his verbis: Mihi prora, & puppis, vt Græcorum prouerbiu est, tuit à me tui dimittendi, vt rationes meas explicares. Prora itaque, & puppi, summam consilii nostri significamus: propterea qd à prora, & puppi, tanquam à capite, & calce, pendeat tota nauis. Apud Græcos inuenio pronunciatum hoc pacto,



τά ἐκ πρῶρας, καὶ τὰ ἐκ πρύμνης ἀπὸ λυταί. id est, A prora pariter, atq; à puppi pereūt: siue, prora pariter ac puppis perit, hoc est, ad interuentionem. Philostratus in Heroicis: Ἀλλὰ δὲ ἰὴ προσδεδείδω τῆ νῆ, καὶ πρὸ τὸν ὄδυσσέα, εἰ δὲ μὴ, καὶ τὰ ἐκ πρῶρας φασὶ καὶ ἐκ πρύμνης ἀπολεῖται. id est, Sed oportet Vlyssis in morem nauī alligatum esse, alioquin & prora, quod dici solet, & puppis perit. Neque dissidet hinc illud Theocriticū in Encomio Ptolemzi:

Ἀνδρῶν αὖ πτολιμαῖ, ἐν πρῶτεσι λέγιδω,  
καὶ πύματ' ἢ μίσσ'. id est,  
Ast hominum in numero decantetur Pto-  
lemzus,

Primus, & vltimus, ac medius.

Item Vergilianum illud:

A te principium, tibi desinet.

Huc pertinet, quod Demosthenes pronunciationem, τὸ πρῶτον, τὸ δὲ δεύτερον, καὶ τὸ τρίτον esse dixit, vniuersam eloquētiam intelligens. Plato De legibus libro 4. ὁ μὲν δὲ ἰθὺς, ὁ ἄσπερ καὶ ὁ παλαιός λέγει, ἀρχήν τε καὶ τέλος, καὶ μέσση τῶν ὄντων ἀπάντων ἔχων. id est, Iam Deus quidem ipse, quemadmodum verueto verbo dicitur, tum initium, tum finem, tum medium rerum omnium complectens. Plutarchus in commentario De liberis educandis: ὅτι ἐν πρῶτον καὶ μίσση καὶ τέλος τῶν ἐν ταῖς κεφαλῶν ἀγορῶν ἀρχὴ καὶ πῶσις ἢ νόμος ἐστίν. id est, Quod vna res, primum & medium, ac postremum hic caput est, proba institutio, legitimaq; eruditio. Aristoteles libro Rhetoricorū tertio refert ex Alciamante quodam, qui philosophiam, legum vallum, ac fossam appellarit, omne legum præsidiū in philosophia situm innuens. At philosophos eam metaphoram tāquam duram ac frigidam damnat: quasi vero non durior sit illa superior, πρῶρα καὶ πρύμη. Verum in oratione seria, fortassis vitiosae fuerint: in adagiis non itē offendit duricies, ut q̄ (sc̄p̄ numero vel enigmatum simillima sint, eaq; sermē laudatissima videantur, quae paulo longius detorta fuerint. Proinde quoties sumnam totius negotii, & omne momentū præsidiūq; significabimus, prorā & puppim, aut fossam & vallum dicemus. Quibusdam oīum rationum prorā & puppis est pecunia. Aduersus Carthaginensium vim Scipio fossa pariter, & vallum erat, id est, praeceptum tutamentum.

*Nihil ad Parmenonis suem.*

Οὐδὲν πρὸς τὴν παρελιοντ' ὄν, id est, Nihil ad Parmenonis suem. De emulatione dictum, quae longo interuallo abesset ab eo, quod imitaretur. Plutarchus in Symposiacis, quintae Decadis secundo problemate, quo pacto natū sit adagium narrat ad hanc sermē sententiam: Parmeno quispiam fuit ex hominum eorum genere, qui nostris ēt temporibus varias animantium & hominum voces ita scitē imitantur, ac repraesentant, ut audientibus tantum, non etiam videntibus, verē, non imitatur voces videantur. Neque defunt, quos hoc artificium maiorem in modum delectet. Parmeno igitur hac arte vulgo ut iucundissimus, ita ēt celeberrimus fuisse perhibetur: quem cum reliqui conarentur æmulari, ac protinus ab omnibus diceretur illud: ὅ μὲν, ἀλλ' ὠδὲν πρὸς τὴν παρελιοντ' ὄν, hoc est, Rectē quidē, verū nihil ad Parmenonis suem, quidā prodiit, verani fuculam sub alis occultam gestans. Huius vocem cum populus imitantiā esse crederet, statimque, sicut solent, reclamarent, τὸ ὄν, αὐτὴ πρὸς τὴν παρελιοντ' ὄν. id est, Quid haec ad Parmenonis suē? vera suae deproptā, ac propalam ostensa, refellit illorum iudicium: utpote non ex vero, sed ex imaginatione profectum Mentiuit idem Parmenonis ac suis adumbratur, in commentariis De audiendis poetis. Nec intempestiuiter utemur hoc adagio, quoties aliquis opinione deceptus, de re perperam iudicat. Veluti si quis epigramma parum eruditum, ac neoeroticum, supra modum admiraretur, persuasus antiquum esse. Rursum, si quod antiquum esset & eruditum, ceu nuperum damnaret. Tantum enim valet haec imaginatio, ut eruditissimis etiam viris in iudicando imponat.

*Syncretismus.*

Συγκρητισμός Cretico prouerbio dicebatur, quoties fieret, ut qui modo videbantur hostes acerrimi, repente in summam concordiam redigerentur. Id quod frequēter euenire solet, maxime si quando malum aliquid incidit vtriusque commune. Plutarchus in commentario, Περὶ φιλαδελφίας, id est, de fraterna charitate, recenset, simulque explicat παροιμίαν his verbis: Ἐπὶ τὰς

ναυ κείνου δ' εἰ μνησθῆεν ἐν ταῖς πρὸς τοὺς ἀδελ-  
φούς ἑταφορείς, καὶ φυλάττειν τὸ τοῖς φίλοις αὐ-  
τῶν ὄμιλεν ἢ πλοσιάζειν τὴν τῆς μάχης, φθύγειν  
δ' ἐπὶ τοὺς ἑχθρούς, καὶ μὴ προσδίσχεσθαι, μμουν-  
τον αὐτὸ τὸ τοῦ κερταῶ, οἱ παλλάνης στρασι-  
ζοντὲς ἀλλήλους καὶ πολεμοῦτες, ἔξενεν ἐπὶ τῶν  
ταῖς παλιμίων δ' ἐλεύθιτο ἢ σωίσαντο. ἢ τού-  
τῳ ἢν ὁ καλούμενος ἢ π' αὐτῶν συγκρητισμός. i.  
Præterea oportebit & illud meminisse, fratri-  
bus inter se dissidentibus, observareque  
ut potissimum eo tempore consuetudinem  
habere & convivium cum illorum amicis.  
Rursum: Inimicos fugias, neque admittas  
ad familiaritatem, illud videlicet Creten-  
sium exemplum sequuntur, qui frequenter cum  
factionibus, & bellis intestinis inter sese pu-  
gnarent, inuadentibus aliunde hostibus,  
omissa contentione coniuncti sunt: atque  
is erat, quem illi syncretisimum appellabāt.  
Hæc enim Plutarchus. Simile quiddam re-  
fert de Sutræcis & Mallis Quintus Curtius  
libro 9. quos aliàs bella re inter se solitos,  
periculi societas iunxerat, imminente Ale-  
xandro. Pertinet hæc, quod aliàs ex Aristotē-  
le referemus: *σωίζαν τοὺς ἀνθρώπους τὰ κα-  
κά.* id est, Conciliant homines mala. Ada-  
gium recte accommodabitur & in illos, qui  
amicitiam ineunt: non quòd sese ex ani-  
mo diligat, sed quòd alter alterius opus ege-  
at: aut quo veluti coniunctis corpis com-  
mune inimicum pessundent. Refertur &  
ab Apollonio quodam Byzantino; recentis-  
simo apud Græcos proverborum cōxer-  
uatorē.

*Qui circa salem, & fabam.*

*Πρὶν ἄλλα καὶ κύμαον.* id est. Iuxta salem, & fa-  
bam. In eos dicebatur, qui se simularent sci-  
re quod nescirent. Si quidem diuini respon-  
suri, fabam, & salem apponēbāt. Vnde qui  
inter sese de rebus arcanis communicarēt,  
τοὺς πρὸν ἄλλα καὶ κύμαον appellabant. Ad  
hunc quidem modum scriptum legitur in  
Diogeniano, reliquisque Græcarum parce-  
miarum collectoribus. Verum Plutarchus  
in Symposiacorum problematum decade  
quarta, nō fabam, sed cuminum scribit, nisi  
forte depravatus est codex: *Εκείνο δὲ πως  
ἦμας λέγει τοὺς πρὸν ἄλλα καὶ κύμαον, ὅτι τὸ  
μὴ πομπὸν ἐστὶ, τὸ καὶ ὕδιον.* id est. At illud  
fortasse vos fugit, quod aiunt, qui iuxta sa-  
lem, ac cuminum, quòd illud quidem lau-  
sius, hoc suavius. Rursum eiusdem operis

decade quinta: *Εξίτη φλωρῶν ἑστωμίων ἡ-  
μῶν παρ' αὐτῶ. τινες ἂν εἰ ἐν οἰσθρὶ ἄλλα ἢ κύμα-  
νον ἐν παροιμίᾳ λεγόμενα.* id est. *Quærebatur Flo-  
rus, cū apud ipsum cœnarem, quinam es-  
sent, qui in prouerbio iuxta salem & cumi-  
num dicerentur. Apollophonæ autem grā-  
maticus sic eam quæstionem dissoluit, ve  
dicat adagium summam familiaritatem si-  
gnificare. Si quidem qui magnopere inter  
se familiares sunt, hi vel saltem vel cuminū  
vni cœnant, neque requirunt apparatus  
vllum ciborum. Vnde & ille iocus est Osa-  
uii Cæsaris ad quendam, à quo fuerat con-  
uiuio perparco, frugaliq̄ acceptus: Nō  
sciebam me tibi esse tam familiarem. Huc  
pertinet etiam illud, quod suo loco refe-  
remus: *ἄλλα καὶ τρέπιλον μὴ παρεββαῖν.* id  
est, Non oportet transgredi salem, & men-  
sam, hoc est, amicitie ius, quod his rebus  
conciliatur, non est violandum. Porro salis  
nomine frugalem victum innuit, passim ex  
poetis licet cognoscere. Horatius in Odis:  
Viuatur paruo bene, cui paternum  
Splendet in mensa tenui salinum.*

*Idem in Sermon.*

*Modò sit mihi mensa tripes, &  
Concha salis puri.*

Verū in diuinationibus videtur magis reli-  
gionis causa solitus apponi. Cur autem hæc  
honos salis potissimum sit habitus, quæri-  
tur apud Plutarchum in eo, quem modò ci-  
taui, loco. Nam & Homerus salem rebus diuinū  
appellat, & Plato scripsit salem rebus diui-  
nis amicissimū, familiarissimūq̄. Proin-  
de Aegyptii honoris causa prorsum à sale  
abstinent, adeo ut ne panibus quidē vescan-  
tur sale conditis. Tametsi Plutarchus arbi-  
tratur Aegyptios hæc gratia potius absti-  
nuisse, si quando pure viuere vellent, quòd  
præcipue libidinem irritare putetur, idq̄  
propter calorem. Præterea non est veri dis-  
simile, illos abdicasse sibi salem, tanquam  
condimentum omnium suauissimum, ita  
ut non immeritò, opsoniorum opsonium  
appellari possit. Nam sunt qui hæc de cau-  
sa salem gratiam nominarint, quòd circa  
hunc omnia videantur insipida, ingrataq̄.  
Quanquàm illud maxime diuinum in se  
sal habere videtur, quòd à corporibus vita  
desistit putrefactionem ac tabem arceat,  
neque sinit prorsum interire, diu morti ve-  
lut resistens, animaq̄, quoad licet, vice fun-  
gens. Huius ut est officium animantia tue-

ri, continereque, neque sinere compagine dilabir: itidem sal, animæ exemplo, cohibet corporum harmoniam ad tabem tendentium, & membrorum inter sese amicitiam conseruat. Hac eadē ratione fulguris ignē sacrum, ac diuinum arbitramur, φίστορῶν corpora multo tempore perdurent, neq; putrescant. Habet & illud quasi diuinum sal, quod vim quandam gignendi genuinam habere credatur, vel hoc argumento, φ, sicuti paullo superius dictum est, seminalem vigorem expergeficit, acuitque. Proinde qui canibus alendis dant operam, salus carnibus ac farsar: ientis eos pascunt, quo ad gignendum reddantur alacriores. Accedit huc, quod ē nauibus marinis immensa muriū vis soleat enasci. Neque desunt qui dicant, mulieres etiam citra virilem operam fieri grauidas, si salem lingant. Præterea putant huc adluisse poetas, qui non sine causa sinxerūt Venere genitricē principem, ē salo natam fuisse, quam etiam ἀλιγίη, id est, saligenam cognominant. Quin etiam deos omnes marinos fecundos, & plurimum liberorum progenitores faciunt. Denique nullum est animal, neque terrestre, neque volatile, perinde fecundum, vt sunt oīa marina. Huiusmodi sermē multa de sale differuntur apud Plutarchum.

*Duabus ancoris fulsus.*

Ἐπὶ δύοῖν ὄρμῃ, id est, Duab⁹ nixus in portu sedet, subaudiendum ancoris. De firmis & immotis, & qui rem suam probe constabilerunt. Ductum à nauibus intra portum tunc manentibus, à proza simul, & à puppi proiectis ancoris. Meminit Aristides in Panath. Ab eadem metaphora ductum est, qd̄ aduersus Ctesiphontem dixit Demosthenes: Οὐκ ἐπὶ τῆς ἀντὶς ὄρμῃ τοῖς πολλοῖς, subaudiendum ἀγκυρῶν, id est, Haud eadem ancora nixus est, qua vulgus hominum.

*Sine capite fabula.*

Ἄ κεφαλῶς ῥῆθος, id est, Sine capite sermo, dicitur imperfectus, ac mutilus. Plato lib. de Legibus sexto: Οὐκοῦν δὲ πρῶτον γὰρ ἂν, ῥῆθον ἀκέφαλον ἕκον καταλίπομι, πλανώμενος γὰρ ἂν ἀπαντητοῦτος ὢν, ἀμορφος φαίνοιτο. id est, Nequaquam profecto, postea quàm dicendi parteis suscepi, sermonem absque capite libens reliquerim. Etenim si obercans talis occurrat alicui, scdus videretur.

Rursus in Gorgia: Ἀλλ' οὐ δὲ τοῦς μῦθος φασὶ μεταξὺ ἐμῶν εἶναι καταλέπειν, ἀλλ' ἐπιβήτας κεφαλῶν ἵνα μὴ ἄνω κεφαλῶς περιῖν. id est, At ne sermones quidem interim autem fas esse deferere, quin potius imponendum illis caput, ne sine capite obambulent. Fortassis adludit ad id, quod refert Plutarchus in dialogo De defectis oraculis. Apud Creteneses festum quoddam nouis, & absurdis cæremoniis agebatur, ostēso hominis simu lacro sine capite. Hunc aiebant Homerionem patrem fuisse, qui constuprata per vim Nymphæ, sine capite fuerit repertus. Proverbum refertur à Zenodotto.

*Inter sacrum, & saxum.*

ΤΥΝΔΑΡΥΣ apud Plantū, alter è captiuus, cum iam proditis dolis esset deprehensus, nec haberet, quam arte posset elabi: Nunc ego, inquit, omnino occidi. Nunc ego inter sacrum, saxumque sto, nec quid faciam scio. Apuleius A fini suo libro vndecimo: Plurimum ergo duritia paupertatis intercedente, quod ait vetus proverbium, inter sacrum, & saxum positus cruciabar. Explicat autem Apuleius allegoriā adagii, videlicet adludens ad sacerdotium, cui erat initiandus, & paupertatem saxo duriorē, per quam nō suppetebant sumptus. Sumptum apparet ex prisca serueris feriendi cæremoniis, in quibus Fecialis porcum saxo feriēbat: hæc interim, pronuncians: Qui prius populus scdus rumpet, Iupiter ita eum feriat, quemadmodum ego porcum hoc lapide ferio. Sed vndecumque fluxit adagium, satis liquet quid solitum in eos, qui perplexi, ad extremum periculum rediguntur.

*Inter malleum, & incudem.*

Μεταξὺ τῶν ἀκμονος καὶ σφίρας, id est, Inter incudem, & malleum. Huic non dissimile refertur ab Origene, his quidem verbis nam Græca desideramus: Iam quoddam est apud nationes tritū vulgi sermone proverbium, vt de his, qui anxietatibus, & ingentibus malis premuntur, dicant: Inter malleum sunt, & incudem.

*In acie nouacule.*

ΝΕC abhorret à superioribus illud, quod ab Homero sumptum, maximisque celebratum auctoribus, in adagionem abiit: ἐπὶ ξυρῶν ἀκμῆς, id est, In nouaculæ cuspidē, siue

siue acie, pro eo quod in summo discrimi-  
ne. Sic. n. i. Iliadis decimo loquitur Nestor.  
Νῦν γὰρ δὴ πόντος ἐπὶ θυροῦ ἴσα τῶν ἀμύθῃς  
Ἡμάλια λοχρὸς δὲ λήθεις ἀχαιοῖς ἢ ἔβοῶναι. i.  
Nūc etenim cūctis sita res i. cuspide ferri ē,  
Viuāt ne, an tristī exito absumant Achiui.  
Sophocles in Antigone:

ἔξοτε βεβλῶς ἀν νῦν ἐπὶ θυροῦ τῆχης

Sunt autem Tirelx vatis verba, Creontem  
admonentis, vt sapiat in tanto constitutus  
periculo. Rursum in epigrammatibus.

Εὐρώπης ἀσίης τε διορδανίης βασιλῆς,

Υμῖν ἀμφοτέρωσιν ἐπὶ θυροῦ ἴσα τῶν ἀμύθῃ. i.

Europæ, atq; Asiæ reges Mauorte potētes  
Nūc vobis vtriq; uouaclex i acuminē res ē.  
De Menelao, ac Paride, singulari certamine  
decernētib; vter Helena potiretur. Theo-  
critus in Dioseuris:

Ἀνθρώπων σωτήρας ἐπὶ θυροῦ ἦδ' ἔσσων. i.

Certa salus hominum iam ferri in cuspi-  
de stantur.

Sumptum videtur à circulatoribus, qui in  
cuspide gladioꝝ ingrediuntur: aut ab  
iis, qui ferrum manu cōtrectant: vt admo-  
nent in hunc auctorem edita scholia.

#### Res in cardine.

H v i c non omnino diuersum est illud:  
Res est in cardine. quod Seruius prouer-  
biū esse admonuit, enarrās illud Maronis:  
Haud tanto cessabit cardine rerum.

Putatq; periinde valere, quasi dicas: Res  
est in articulo. M. Tullius: In eo cardo rei  
vertitur, dixit, pro eo, quod est, ex hoc to-  
ta res pender. Quintilianus libro duodeci-  
mo: Nam, vt taceam de negligentibus, quo-  
rum nihil refert, vbi litiū cardo vertatur.  
Idem libro quinto: Nam si fatetur, multis  
ex causis potuit eruenta esse vestis: si negat,  
hic causæ cardinem ponit, in quo si victus  
fuerit, etiam in sequentibus ruit. Sumptū  
ab ostiis, quæ cardinibus sustinentur, vo-  
luunturq; ue.

#### Nouacula in cotem.

Ξυρὸς εἰς ἀκόνην, id est Nouacula in cotem.  
Dici solitum in hos, qui fortē in eas res in-  
ciderunt, in quas minime volebant. Neq;  
nouacula potest in eōmodi uocadere, quam  
si in cotem incurrat. Ab hoc non ita mul-  
tum abhorret illud Horatianum.

- Et fragili quærens illidere dentem,  
Insinget solido.

Rectē accommodabitur & in eum, qui læ-  
dendi cupidus, tandem hominem nactus  
est, à quo vicissim lædatur, cum illi nocere  
non possit. Siquidem nouacula, si in mole  
quippiam inciderit, dissecat: si in cotem,  
retunditur. Huc respexit Tarquinius, qui  
dixit sibi in animo esse, vt Actius Nauius  
augur nouacula cotem discinderet, signifi-  
cās in cotem nihil posse nouaculam, quan-  
quam ab augure factum, quod ille fieri pos-  
se non credebat, refert Liuius libro primo.

#### Caliga Maximini.

CALIGA Maximini, vulgò dictatū est,  
in homines insulfos, & immodicæ proceri-  
tatis. Id adagii refert Iulius Capitolinus,  
in vita Maximini Imperatoris. Nam cum  
esset, inquit, Maximinus pedū, vt diximus,  
octo propē semis, calciamentum eius, id est,  
campagium regium, quidam in luco, qui  
est inter Aquileiam & Arziam posuerunt,  
quod constat pede maius fuisse hominis ve-  
stigio, atque mēsurā. Vnde etiam vulgo tra-  
ctum est, cum de longis, atq; inepris homi-  
nibus diceretur: Caliga Maximini. Hacten-  
us Iulius. Ergo prouerbiū rectius vsur-  
pabitur, si cum odio contemptive dicatur,  
propterea quòd is Maximinus, vnde natū  
esse constat, inuisissimus esset pariter & po-  
pulo Romano, & Senatui: quippe Thrax  
natione, deinde sordido genere, postremo  
moribus barbaris, ac feris. Quinetiam nūc  
homines insignitę proceritatis vulgo malè  
audiunt, tanquam socordes, atque inertes.

#### Clematis Aegyptia.

H v i c confine est, quod à Phalereo Deme-  
trio refertur, κληματὶς αἰγυπτία, id est, Cle-  
matis Aegyptia: Id ait ioco dici solitum in  
eos, qui corpore præter modum proceri,  
atque atro colore essent: natum haud dubie  
ab eius herbæ specie, de qua meminit  
Dioscorides libro quarto. Plinius libro 24.  
cap. 15. Itali, inquit, centunculum vocant,  
rostratis foliis, ad similitudinem capitis pe-  
nulatum iacens in aruis. Græci autem cle-  
matidem appellant. Sed cum clematidis  
multæ sint species, quas inibi recenset Pli-  
nius, vna duntaxat pro uerbio locum fecisse  
videtur, ea nimirū, quæ clematis Aegyptia  
cognomine dicitur. Dicitur autem, quòd  
hanc maximè gignat Aegyptus, foliis lauri  
longo tenuiq; aduersus serpentes & priua-  
tim

tim aspides, ex aceto pota efficax, quæ eadē abalis daphnoides, ab alius polygonoides vocatur. Laertius in vita Zenonis, ex auctoritate Appollonii scribit, Zenonem gracili fuisse corpore, statu procero, atra cute. Deinde auctorem citat Chrysippum, qui in secundo prouerbiorum suorum libro scripserit, ob eam causam, à quodam clematidē Aegyptiam fuisse dictum.

*Res ad triarios redijt.*

ROMANVM extat adagium, elegans cum primis, & annotandum. Res ad triarios rediit. Eo licebit vti cum significabimus rem eo periculi redactam esse, vt extremo conatu, summisq; viribus sit enitendum, & ad suprema confugiendum consilia, quibus si nihil proficiatur, iam nihil reliquum esse videatur, vnde subsidium sperare possis. Veluti si in disceptatione quapiam litteraria, mediocribus ambigentibus, ad vnum aliquem summæ doctriinæ virum rem deferre cogere mur. Aut in ancipiti negotio, potentissimorum amicorum opem implorare cōpelleremur, quos non nisi maxima quadā ducti necessitate soleamus interpellare. Denique si cum vulgaribus illis consiliis res explicari nequit, ad nouum aliquod & egregie callidum confugitur. Quemadmodum Terentianus ille Phormio in sui nominis fabula, cum significaret neque in Antiphone, neque in Phædræ, neque in Geta satis esse præsidii ad retundendam senis scuitiā: Ad te, inquit, Phormio summa redit. Natum est adagium à ratione, modoque componendi Romani exercitus. Refertur autem pariter, & explicatur à T. Liuius, primæ decadis lib. 8. cuius verba libuit subscribere: Postremo in plureis ordinibus distribuebatur. Ordo enim sexagenos, siue vt alii legunt, sexcentos milites, duos centuriones, vexillarium vnum habebat. Prima acies hastati erant, manipuli quindecim distantes inter se modicum spatium. Manipulus leucis vicenos milites, aliam turbam scutatorum habebat. Leues autem, qui hastam tantum, gæsq; gererent, vocabantur. Hæc prima frons in acie, flos iuuenum pubescentium ad militiam habebat. Robustior inde ætas totidem manipulorum, quibus principibus est nomen. Hos sequebantur scutati omnes, insignibus maxime armis. Hoc triginta manipulorum agmen, antepilanos

appellabant, quia sub signis iam alii quindecim ordines locabantur: ex quibus ordo vnusquisque tres partes habebat. Earum vnam quauque primumpilum vocabant. Tribus ex vexillis constabat. Vexillum centū octoginta tres, vt alii, sex homines erant. Primū vexillum triarios ducebat, veteranū militem spectatæ virtutis. Secundum torarios minoris roboris ætate factisq;. Tertium accensos, minimæ fiducia manum. Eo & in postremam aciem reiciebantur. Vbi his ordinibus exercitus instructus esset, hastati omnium primi pugnam inibant. Si hastati profligare hostem non possent, pedes pressos eos retrocedentes, in interualla ordinum principes recipiebant. Tum principum pugna erat, hastati sequebantur. Triarii sub vexillis cōsistebant, sinistro crure potrecto, scuta innixa humeris, hastas subrecta cuspede in terram fixas, vt haud secus quam vallo septa inhorreret acies, tenentes. Si apud principes quoque haud satis prospere esset pugnatum, à prima acie ad triarios sensim referrebantur: inde rem ad triarios redisse, cum laboraret, prouerbio increbruit. Triarii confurgentes, vbi in interualla ordinum suorum principes & hastatos recepissent, extemplo cōpressis ordinibus velut clauderent vias, vnoq; continente agmine, iam nulla spe post relicta, in hostem incidebant. Id erat formidolosissimum hosti, cum velut victos insecuti nouam repente aciem exurgentem aucti numero cernebant. Hastenus T. Liuius, cuius ex verbis satis liquere prouerbiū, vt nostra interpretatione iam non sit opus. Item Vegetius de re militari lib. 2. declarat post omnes acies solere collocari triarios, omni armorum genere instructos, qui genu posito subsistebant: vt si primam aciem vinci contigisset, ab iis integrato praelio victoria repararetur. Modestus in libello de vocabulis rei militaris: Sextus, inquit, ordo post omnes à firmis & scutatis, & omni genere armorū munitis, bellatores tenebat, quos antiqui triarios appellabant. Hi vt requieti & integri acius inuaderent hostes, post vltimas acies sedere consueuerunt, & si quid in primis ordinibus accidisset, de eorum viribus reparaturis spes tota pendebat. Flauius Vopiscus in vita Firmi imperatoris, indicat robustissimum quenque militem in triarios allegi solitum, docens eum neruis robustissimis

simis fuisse, hoc argumento, quod triarium quoque vinceret.

*Sacram ancoram soluere.*

**H V I C** finitimum est illud, quod apud Græcos celebratur: *ἱεράν ἀγκυραν χαλάειν*, id est, Sacram soluere ancoram, quoties ad extrema præsidia confugitur. Translatum à nauis, qui maximam, ac validissimam ancoram sacram vocant, eamq; tum demum mittit cum extremo laborant discrimine. Lucianus in Ioue tragædo: *Ἀγκυρὸν δὴ ἱεράν φασὶν ἀγκυραν, καὶ ἂν οὐδ' ἐμὰ μηχανὴ ἀπορρήξῃς*. id est, Audi iam sacram, vt aiunt, ancoram quamq; nulla vi queas abrumperè. Sic enim appellat argumentum insolubile. Rursum Dræpetis: *Ἐδοξεν οὖν σκοπυμένους πλὴν ἕνα πλὴν ἀγκυραν, ἢν ἱεράν, οἷα ἀλλομένοι φασὶ, καθεῖναι*. id est, Visum est igitur repensam, extremam ancoram, quam nauē sacram nominant, demittere. Rursum in Apologia: *Μία μοι ἰσως ἐπέην ἀγκυρα ἔτι ἄβροχ' ὄ*. id est, Mihi fortassis vna illa ancora adhuc superest integra: id est, Illud mihi adhuc superest, quod possum confugere. Euripides in Helena:

*Ἀγκυρὴ δὴ μὲν τὰς τίχας ὀχρεῖ μόνη.* id est, Mihi ab vnica fortuna pædet ancora, hoc est, Vna dūtaxat spes mihi superest. Aristides in Themistocle: *Καὶ ὡστερ τὴς ἱερῆς ἀγκυρῆς τῆς ἐπέην φωνῆς ἔχομετοί. ἰ.* Ac velut à sacra ancora de illius voce pendentes.

*Mouebo talum à sacra linea.*

**I D E M** pollere putat Diogenianus, *κινῶ τὸν ἀφ' ἱερῆς*: id est, Sacræ lineæ talum moueo. De his, qui extrema parant experiri. Id Iulius Pollux libro nono exponens, ait à ludo quopiam tesseraum natum esse adagium. Lusum autem fuisse huiusmodi, vt vtrique ludentium essent calculi quinque, rotidem impositi lineis: vnde & Sophocles dixerit: *πέντα πεντέγραμμα*, id est, tessera quinque linearum. Inter eas lineas, vtrinq; quinque, vnā fuisse mediam, quam sacra vocabant: vnde qui talum mouisset, is sacræ lineæ calculus mouere dicebatur. Id vero non sicbat, nisi cum res posceret, vt ludens ad extrema confugeret auxilia. Vsurpat hoc adagium Plato lib. de Legibus quinto: *καθεῖναι περὶ πέντα ἀφ' ἱεραῶν*. id est, Tanquam à sacra tessera. Plutarchus in libro, qui inscribitur: *Au seni sit geræda Resp. Τυλάτ τὸ αὐτὸ ὡστερ*

*τὴν ἀφ' ἱερῆς ἐπαρυσσιν καὶ τὸ γυῖρας*, id est, Postremam nobis, tanquam à sacra linea senectam allegant, hoc est, veluti causam gratissimam. Idem commentario de comparatione terrestrium ac marinorum: *Φέρε κινῶσαστες πλὴ ἀφ' ἱερῆς, βροχία πῶδ' ἐσὶν τὸ αὐτῶν καὶ μαυτικὸς ἐπαυεν*. id est, Age motu talo à sacra linea, paucis de diuinitate cozum, & diuinatione dicamus. Rursum idem aduersus Colotam Epicureum: *Εὐθὺς οὖν τὸν ἀφ' ἱερῆς κινῶσασιν ἐκλάτῃς*. id est, Protinus igitur talum à sacra mouit Colotes, hoc est, statim id quod est grauissimum, aggressus est, vt impugnetur Apollinis de Socrate iudicium. Idem in vita Martii Coriolani de ciuitate Romana ob Coriolani minas perturbata: *ἄρα τὴν ἀφ' ἱερῆς ἀφικεν*: id est, Sublatam à sacra linea tesseram misit. Desperatis enim rebus ad Deorum religionem confugiebar, supplicatum missis sacrificiis, ædituis, initiatiofibus, auguribus, &c. Huc adlust & Theocritus in Bucoliastis. *Καὶ τῶν ἀπὸ γαμμῶς κινεῖ λίθον.* id est, Atque à lineola lapidem mouet, de quo nobis & alias facta mentio.

*Nudior Leberide.*

*Τυμὸν τερὸς λεβηρίδ' ὄ*, id est, Nudior leberide, de vehementer tenuibus. Leberis enim serpentis exuuium significat, quo nihil esse potest inanius. Accidit autē hoc omnibus fere, quæ cortice integuntur, sed molliore: velut stellioni, lacerte, præcipue serpentibus, atque hæc sermè bis exuunt, vere, & autumno, præsertim vipera. Serpenti primum ab oculis incipit decedere pellis, ita vt obæcæri videatur, qui rem nō intelligunt: atque vna nocte & die, senectas tota exiuit à capite vsque ad caudam. Ex insectis reiuuencunt silpha; & culex, eaque quorum pennæ vaginis obtreguntur, vt scarabei, itē locustæ & cicadæ. In genere marinorū exiit & cancer, idq; sæpius anno. Atque hoc exuuium Græcis etiam *σφόδρα* dicitur, cuius mira sentitur tum leuitas, tum siccitas, vnuerfo humore in nouum sætum consumpto, auctor Aristoteles lib. de natura animatum octauo. Ait Suidas Liberidem hominem fuisse supra modum pauperem: ita vt vulgari sermioni locū fecerit. Athenæus in Dipnosophistis: *σαυτὸν ἀποφαινεῖς κενότερον λεβηρίδ' ὄ*. id est, Ostendis te ipsum inaniorem leberide.

Qui

*Qui quæ vult dicit, quæ non vult audiet.*

**SI** dixeris quæ vis, quæ non vis audies. Diuus Hieronymus in Rufinum nominatim prouerbii loco citat: Nihilque super hoc audies, inquit, nisi illud est triuio, cum dixeris quæ vis, audies quæ non vis. Terentius in Andria.

Si mihi pergat quæ vult dicere, quæ non vult audier.

Rursum in prologo Phormionis:  
Benedictis si certasset, audisset bene.

Eodem adludit in prologo Andriæ:

Definant maledicere, male facta ne no-  
descant sua.

Obscurius etiam in prologo Eunuchi:  
Tum si quis est, qui dictum in se inclemen-  
tius existimet esse, sic existimet, sciat respon-  
sum non dictum esse. Responsum enim vo-  
cat, conuicium conuicio redditum. Primus  
huius adagii pater Homerus fuisse videtur  
apud quem hic versus est in Iliadis Y.

Ὅπποῦν δ' εἰπῶθα ἔπι, τοῖον δ' ἐπακού-  
σας. id est,

Talia dicentur tibi, qualia dixeris ipse.

Item Hesiodus lib. cui titulus, Opera & dies,  
Εἰ δ' εἶ κακὸν τ' ἔπεις τάχα κ' ἀντὶς μίζον αἰ-  
κούσας. id est,

Fors male dicenti, dicentur plura vicissim.

Rurfus in eodem:

- Εἰ δ' ἄρ' ἔρχη,

Ἥλι' ἔπος εἰπὼν ἀποθύμιον, ἢ ἐκὼν ἔρξας

Διτρώα τ' ἠντιδῶμαι μεμνημένῳ. id est,

- Si quod prior ipse,

Aut verbum, aut factum, dicas ve geras ve  
molestum.

Ad te cum duplici rediturū scœnore noris.

Euripides in Alceide:

- Εἰ δ' ἡμᾶς κακῶς

Ἔρη, ἀκούσῃ πολλὰ καὶ ψυδ' ἠ κακὰ. id est,

- Si dixeris nobis male.

Mala inuicem per multa, nec falsa audies.

Longe venustius idem extulit Sophocles  
citante Plutarcho:

Φιλῆ γὰρ γλώτταν ἐχέας μὰ τῷ.

Ἀκῶν ἀκούειν οὐς ἐκῶν εἰπηλόγους. id est,

Etenim solet qui dicta temere icerit,

Audire nolens verba, quæ dixit volens.

Refertur ex Sophocle:

Φιλῆ δ' εἶ πολλὰν γλώσσαν ἐχέας μὰ τῷ,

Ἀκῶν ἀκούειν οὐς ἐκῶν εἰπει κακῶς. id est,

Qui multa temere verba fudit, is solet

Audire nolens quæ volens dixit male.

Quinetiam his nostris temporibus eius-  
di quiddam vulgo distitant: Vt salutabis,  
ita & resalutaberis: hoc est, vt tua fuerit oia-  
tio, ita tibi respondebitur. Plautus Contu-  
meliam si dices, audies. Cæcilius in Chryso-  
apud Gellium: Audibis male, si male dicis  
mihi. Eodem pertinet Euripideum illud  
apud auctores passim obuium: Ἀχαλίων  
σομάτων, ἀνόμχτ' ἀφροσύνης τὸ τέλος διοσυχία:  
id est, In frenis oris, & iniuræ vecordie fi-  
nis seu vestigal calamitas. Celebratur &  
hoc inter Chilonis apophthegmata: Μὴ  
κακολογῆν τοὺς πλοσίον, εἰδὲ μὴ, ἀκούσθαι ἐφ'  
οἷς λυπήσθαι. id est, non esse maledicendū  
iis quibus cum agimus; alioquin auditu-  
ros, quæ molestiam adferant. Huc arbitra-  
mur ascribendum versiculum, quem Quin-  
tilianus vt vulgo iactatum citat:

Nec male respondit, male enim prior ille  
rogarat.

*Serò sapiunt Phryges.*

Hoc prouerbium ex vetustissima tragedia  
Liuui Andronici mutuo sumptum est, quæ  
inscribitur: Equus Troianus: Serò sapiūt  
Phryges. Vt surpatur à Cicetone in epistolis  
familiaribus, in ejuo, inquit, Troiano scis  
esse: sero sapiūt Phryges. Conuenit in eos,  
quos stulte factorum serò penitet. Si quidē  
Troiani tot iā acceptis cladibus, vix decimo  
demum anno restituenda Helena consulta  
re coeperunt: quam si statim initio repolscē  
ti Menelao reddidissent, innumerabilibus  
sefe calamitatibus subduzissent, Euripid.  
in Oreste:

Ὁ φίλι φρεσῆς δὲ, τὸτε λιποῦσ' αἰχρῶς δ' ὀ-  
μους. id est.

At nunc profecto serius sapis bene,

Cum tunc penates turpiter reliqueris.

Nam verba sunt ad Helenam Electræ. Re-  
fertur & à Festo Pompeio prouerbii titulo.  
Demades auctore Plutarcho dicere solebat,  
Atheniensis nunquān decernere pacem,  
nisi pullis vestibus indutos, inuens eos bel-  
landi cupidiores, quā sat esset nec nisi cla-  
de suorum admonitos de pace cogitare.

*Piscator ictus sapiet.*

**E**ANDRÆM habet sententiam illud apud  
Græcos celebratissimū: αἰσὺς πλῆγεις νόον  
οἶσεν. id est, Piscator percussus sapiet. Idē;  
serūt ab huiusmodi quodā euentu natum:  
Cum piscator quispiā piscibus, quos intra  
retene-

rete tenebar, manum admouisset, atque à scorpione pisce feriretur, ictus; inquit, sapiã. Itaq; suo malo doctus, cauit in posterum. Plinius libro trigesimo secundo demonstrat id esse peculiare draconis, & scorpione pisci, ut lædant aculeis, si manu tollatur. Zenodotus ait parœmiã extare apud Sophoclem.

*Factum stultus cognoscit.*

**Ι**DEM aliter effertur ab aliis, ἄρα δὲν δίδετο νόμος ἔργω, id est, Rem peractam stultus intellexit. Sumptum est autem ex Homero, qui pluribus locis hanc vsurpauit sententiam. Vbi in Iliados P. & T.

Μῆτε ἀντίθετον ἴσασθε μοτο. *id est,*  
Ἐπιτιμωθὲν παθεὶν ἔρχεται ἢ τι νόμος ἔργω. *id est,*  
Mibi obuius ite caueto, prius quam  
Noxæ aliquid capias: nam factum nouit  
& excors.

Huc adludit Euripides in Bacchis: Κακοῦ γὰρ ἔργου ἀνέμαυθον. *id est,*  
Nam didicit affinis malo.

De Pentheo, qui sero, nec nisi sua pernicie doctus, cœpit reuereri Bacchū. Neque huic diuersum est, quod admonet senarius ille, inter Græcicas sententias celebris:

Ἡδὲ μετὰ νοῦν γίγνεται ἀθεοφοῖς κείσας. *id est,*  
Tum iudicant homines, ubi iam pœnitent.

Eodem pertinet Vergilianum illud, Discidite iusticiam moniti, & non temnere diuos.

Rem illud Demosthenicum: Non emio tantum pœnitere. Vnde perquam eleganter Fabius apud Titum Livium, euentum, stultorum magistrum appellat: Nec euctus docet hoc, inquiens, qui stultorum magister est, sed ratio. Plinius in Panegyrico, quem Traianus dixit, huiusmodi seram & infruigeram prudentiam, miseram vocat: Terros, inquit, & metus & misera illa ex periculis facta pruditia, monebat ut à rep. (erat autem omnino nulla respub.) oculos, aures, animos auerteremus.

*Malo accipio stultus sapit.*

**P**AULO diuersius extulit Hesiodus, eandem tamen sententiam, cum ait in libro, cui titulus: Opera, & dies:

Δίνω πρὸς βροτῶν ἴσχα, *id est,*  
Εἰς τέλει ἐξελθῶσιν, πᾶσάν δὲ τι νόμος ἔργω. *id est,*  
Tandem sua pœna nocentem.  
Cōsequitur, passusq; sapit tū deniq; stultus.

Ad quam sententiam videtur adludere, & Homerus in Iliados. Ἰνα γνώσῃς ἀποτίνας, id est, Vti tuo damno cognoscas. Plato in Symposio: ἀδὴ καὶ σοὶ λέγω, ἂν ἀγάθων μὴ ἐξέπατασθαι, ἄλλο τῶν ἡμετέρων ταπεινώτων γνώστα δὲ λαβείων, ἢ μὴ κατὰ τὴν παρουσίαν ἂν ἄσπερ ἰππιοὶ παθόντα γνώσῃ. id est, Quæ sane tibi quoque dico Agathon, ne ab hoc fallaris, sed excognitis his, quæ nobis acciderunt, caueas: nec iuxta prouerbum veluti stultus post acceptum malum sapias. Huc referendum & Plautinum illud in Mercatore: Feliciter is sapiat, qui alieno periculo sapit. In eadem sententiam Tibullus Elegiarum lib. tertio:

Felix quicumque dolore  
Alterius, discas posse carere tuo.  
Huc adludunt & illi sero sapientium voces: Nunc scio quid sit amor. Nunc ego & illam sceleratam, & me miserum esse sentio! Ah, vix tandem sensi stolidus. Videtur adagiū ex illa vetustiss. fabula manasse, de duobus fratribus, Prometheo, atq; Epimetheo, quæ quidem refertur apud Hesiodum, ad hanc ferme sententiam: Iupiter iratus Prometheo propter ignem furto sublātū è cœlo, ac mortalibus redditum: cupiensq; illum simili retaliare dolo, Vulcano negociū dāt, ut è luto puellæ simulacrum quātō maximo posset artificiosè fingat. Id simulatq; factum est, singulos Deos, deasq; monet, ut ei simulachro suas quicq; dotes adiungerent. Vnde & virginis Pandoræ nomen affictum apparet. Hanc igitur omnibus formæ, cultus, ingenii, linguæq; dotibus cumulata, Iupiter cū pyxide pulcherrima quidem illa, sed intus omne calamitatum genus occultente, ad Prometheum mittit: Is recusato munere, fratrem admonet, ut si quid muneris sese absente mitteretur, ne retereret. Rediit Pandora, persuasosq; Epimetheo, pyxidem donat. Eam simul ac aperuisset, euolantibusque morbis sensisse Iouis & δῶρα δῖα, sero nimirum sapere cœpit. Vbi Hesiodus palam ad adagionem adludens ait:

Αὐτὰρ ὁ δὲ λαμῶσθε ὅτι δὴ κακὸν εἶ καὶ ἐνόσισιν. *id est,*  
Accipit tactusq; malo, tum deniq; sensit. Idē significat in Theogonia: Ἦξε, inquit, πέπεριτ προμυθία.  
Πομπῆλον ἀλοαμῆτις, ἀμυρῆνοδον εἰς ἔμπυθεα.  
Prometheum vasrum noratians, ac variis instructum



instruam consilii, Epimetheum post eratum sapientem. Vnde & Pindarus in Pythiis, appellat illum ὁ Ψύχρον, quasi sero sapientem. Quod ipsa etiam indicant vocabula. Nam προμηθεύς Græcis eum significat, cui prius quam rem aggrediatur, suppetit consilium: ἐπιμηθεύς, cui re peracta, tum deum consilium in mentem venit. προμηθεύς δὲ αἰδωσά, est consilio malis inminentibus occurrere. Lucianus in dialogo quodam, ex comico quopiam citat hunc versiculum dictum in Cleonem, quod sero, nec nisi confecto negotio saperet.

Κλίων προμηθεύς ἐστὶ μετὰ τὰ πραγματὰ . i. Rebus peractis est Cleon Prometheus.

Idem in calce eiusdem dialogi: ἐπὶ τὶ γέ μετὰ βελούδαί, ἐπιμηθεύς ἔργον, οὐ προμηθεύς ἐστίν. id est, Nam illud quidem post rem consulere. Epimethei est, non Promethei. Efferatur etiam ad hunc modum paræmia: παρὰ τὰ δειὰ φρονιμότερος. id est, Post mala prudentior. Rursus hoc pacto: ἐξ ἂν ἐπαίτε, ἔματε. id est, ut sententiam magis, quam verba reddam, Quæ nocent, docet. At multo consultius est alienis malis prudentiorem reddi, iuxta Græcam sententiam:

Βλέπων πεπαιδύμενός τις τὰ τῶν ἄλλων κακά . i. Aliena spectans, doctus evasi, mala.

Circumfertur & illud nostrati vulgo iactatum: Mortalis pudore, & iactura doctiores euadere.

- Aliquid mali, propter vicinum malum .

LYSIMALCHUS apud Plautum in Mercatore. Nunc ego verum esse illud verbum experior, aliquid mali esse propter vicinū malum. Quibus ex Plauti verbis satis liquet, hanc sententiā vulgari sermone fuisse celebratam. Eam Hesiodus eleganter expressit in opere, cui titulus: Opera & dies:

Εἰ γὰρ τοὶ καὶ χεῖρ' ἐχάρηρον ἄλλο γίνεται,

Τέτοιας ἄδωσαι ἴσιν, ζῶσαντο δ' οὐ παύσι .

[Πῶμα κακὸς γέγονεν ὕσσει τ' ἀγαθὸς μὲν ὄναρ.

Ἐμμορεῖτοί τιμῆς δ' οὐτ' ἔμμορε γέγονε ἰδίου.

Οὐδ' ἂν βούς ἀπόλοιτ' εἰμὶ γέγονεν κακὸς ἴσιν. id est,

Si qua domi incidere tibi res, tunc illi-  
co omisissis

Adiunt vicini zonis, cinguntur at ipsi. Affines. noxa est, vicin' ut improbus ingens, Contraria ita maxima commoditas, si commodus adfit.

Deest honor huic, bona quem vicinia deficiit, at nec

Intereat bos, ni vicinus ubi improbus adfit. Neque tantum inter priuatos vicinos hæc sententia locum habet, verum etiam experientis obseruatum est, populos à vicinis subuersos. Quemadmodum Actolis & Acarnanibus euenit, qui se mutuis cladibus euerterunt, inter se finitimi. Idem Carthaginiensibus & Byontinis, quarum historiae meminerunt Hesiodi interpretes: Huc videtur leuiter adluisse Vergilius in Eclogis, cum ait: Nec mala vicini pecoris cõtagia ledet. Et: Mātua νε miserε nimitiū vicina Cremonæ. Admonet autem paræmia, uti honorū conuictum, & consuetudinem experiamus, à malis nos, quam maxime possumus, abducamus: Proinde scitum est illud Themistoclis apud Plutarchum: qui cum prædium quoddam videret, hoc quoque præconem addere iussit, ὅ τι καὶ ἀγαθὸς ἔχει γείτονος. id est, quod vicinos etiam haberet bonos, quasi vicini commendatione futurum esset longe vendibilis. Neque multum abhorret hinc illud eiusdem Hesiodi carmẽ: Πολλὰ καὶ εὐπατὰ πόλις κακοῦ ἀνθρώπου ἐπαυρεῖ. id est, Sepe mali malefacta viri populus luit ois.

Manus manum fricat.

SOCRATES in Axiocho Platonis ait Prodicio Sophistæ hunc Epicharmi comici versiculum semper in ore fuisse:

Ἡ δὴν χεῖρ' τῷ χεῖρα κνίζει, δὸς τι καὶ λάβεις τι. id est,

Affricat manū manum, da quiddam, & aliquid accipe: videlicet hominis quæstum facere taxans, qui neminem gratis doceret, & à quo se quoque quæ tuum diciturum esset, didicisse affirmabat, at ne id quidem gratuito, imò numerata mercede. Sententia dignum homine Siculo, tum vsq; poeta. Sic enim illū appellat Cicero. Monet autem, neminem fernē mortalium inueniri, qui vel lit in quæpiā beneficiū collocare, à quo non speret aliquid emolumenti vicissim ad se rediturū, sed officium inuitari officio, beneficiū beneficio prouocari. Idem adagiū efferatur & hoc pacto: χεῖρ' χεῖρα νίπτει, . i. Manū manus lauat. Idem pollet vitraque metaphorā. Nani mutua commoditas est, quoties vel fricat, vel abluit manus manū. Circumfertur inter Græcicas sententias huiusmodi

huiusmodi distichon:

Ἀνὴρ γὰρ ἀνδρα καὶ πόλις σάξει πόλιν.

Χείρ χεῖρα νίπτει, δάκτυλός τε δάκτυλον. i.

Urbs seruat urbem, seruat itidē vir vitū.

Manus manū, digitumq; digitus abluir.

Vtitur eo & Seneca in ludrico libello de morte Cl. Cæf.

*Gratia gratiam parit.*

EANDEM Sententiam Sophocles simpliciter extulit in Oedipo Coloneo:

Ἡ χάρις χάριν φέρει. id est, Gratiā adfert gratia.

Rursum apud eundem in Aiace Mastigophoro:

Χάρις χάριν γὰρ ἐστὶν ἢ τίς τις ἄει. id est, Beneficium semper beneficium parit.

Quod Hesiodus velut enarrans in primo Georgi.

Τὸν φιλοῦσα φίλειν, ἢ τῶν προσίοντι προσεῖναι.

Καὶ δόμεν ὄσκειν δ' ἰῶ, ἢ μὴ δόμεν ὄσκειν μὴ δ' ἰῶ.

Δῶτῃ μάλιστα ἔδωκεν, ἀδῶτῃ δὲ οὐτίς ἔδωκεν.

Aequum vt ametur amans: qui accedit iungitor illi.

Da tibi, q dederit, q nō dederit tibi, ne da.

Danti aliquis dedit, at non danti, non dedit vllus.

Quibus significatur beneficiū inuitari beneficium, & officium officio prouocari. Euripides in Helena:

Χάρις γὰρ ἂν τι χάρις ἔλθετο. id est, Beneficium beneficio respondeat.

*Parī pariter ferre. ἴσον ἴσῃ ἐπιφέρειν.*

TERENTIUS in Eunuchō parociā vsurpar, superiori non admodum dissimilem:

Par pari refert: Qua monemus, Vt tales simus in alios, quales in nos illos experimur.

Ac iuxta Medeam Euripideā, amicis simus amici, inimicis infesti, in perfidos perfidi parcos parci, clamoros clamosi, impudentes improbi, deniq; vt cunq; meritum merito simili recalcemus. Idem in prologo Phormionis: Quod ab ipso allatum est sibi id esse relatum putet. Non in cōcinne tum quoq; vsurpauerimus, si quando Verba verbis, blandicias blandicias, promissa promissis pensamus. Huc pertinet illud non illepidum: quod refert Aristoteles libro moralium nono: Dionysius citharædū accersuerat, vt sibi caneret in nuptiis: atque cum eo his pactus est legibus, vt quo doctius meliusq;

caneret, hoc copiosorem ferret mercedem.

Annixus est omni artificio citharædus, vt quā scitissimè. caneret, sperans amplissimum præmium. At postmodū pactam mercedem repescens mūscio, qui conduxerat, ait iā persoluisse sese, quod esset pollicitus, nempe par pari retulisse, proque voluptate reposuisse voluptatem, spem lucri significans: quæ quidē hoc maior fuerat, quō magis ex arte cantasset. Verum hoc loco negat philosophus par pari relatum: propterea, q alter id, quod volebat, accepit: alter eo, q expecebat, frustratus est. Huc videtur respexisse Euripides, cū ait in Andromache:

Σώφρον κατ' ἡμᾶς, σώφρον ἀντιλέγεται,

Θυμώμενος δὲ τί τίς ἐστὶν ἐμυκλίω. id est,

Modestus in nos sentiet modestum item Commotus autem nos reperiet concitos.

Porro prouerbium natum videri potest à comparationibus veterum Græcōū, apud quos equalibus cyathis libere mos erat. At chippus in Amphitryone secunda apud Athenzum libro decimo:

Τίς ἐκέρασε σφᾶν ἢ καὶ δόμεν ἴσον ἴσῃ. i.

Quis par scelestè miscuit vobis pari?

Item Cratinus in Pytine.

Τὸν δ' ἴσον ἴσῃ φέροντ' ἐγὼ ἐκτίσομαι. id est,

At par pari reddenti, ego respondero.

Item libro sexto, Οὐ σῶτα τῶν ἐν τῇ ῥῶμῃ ἴσον ἴσῃ τὸν ἰχθύν πικρῶντων. id est, Non per eos, qui Romæ piscem vendunt, parē pari: seu tiens singulos precio estimatos vendi. Erat hæc vox ἴσον ἴσῃ, solennis inter propinandum, vt ex eodem auctore facile liquet. Et significabant, aut pares esse cyathos, aut tantundem additum aquæ, quantum inesset vini. Huius formæ sunt illa: paria facere, pro pensare ex æquō: & parē calculum ponere. Plinius ad Flaccum: Accepi pulcherrimos turdos, cum quibus parē calculum ponere, nec vrbis copiis ex Laurentino, nec vrbis iam turbidi tempestatibus possum. M. Tullius lib. de Oratore ad Brutum: Par pari retulit ad schema rhetoricū, quo membra orationis pari syllabarum numero sibi respondent. Nam, inquit, Quam aut par pari refertur, aut contrariū contrario opponitur, aut quæ similiter cadunt verba, verbis comparatur, quicquid ita concluditur, plerunq; fit vt numerosè cadat.

*Eadem mensura.*

Quo modo retulimus, videtur pariter

8c

& ad officii; & ad iniuria relationem pertinere, verum ad beneficij pensionem magis referendum, quod ait Helioidus.

Αὐτὸ τῷ μέτρω καὶ λαίον, αἰ κε δ' αὖτις. id est, Aut mensura eadem, aut melius quod si qua facultas.

Quo docet officium remetiendum esse eadem mensura, aut etiam copiosiore, si superpetat facultas; prorsumque hac parte imitandos esse secundos agros, qui sementem depositam multo cum senore reddere conueniunt. Citatur à Luciano prouerbii vice in Imaginibus: αὐτὸ τῷ μέτρω φασὶ καὶ λαίον, id est, Eadem mensura, quod arunt, aut melius. M. Tullius Epistolarum ad Atticū libro 13. Ego autem me parabam ad id, quod ille mihi misisset, ut αὐτὸ τῷ μέτρω καὶ λαίον, si modo potuissem. Nam hoc etiam Helioidus asseruit, αἰ κε δ' αὖτις.

*Crassa Minerua: Pingui Minerua:  
Crassiore Musa.*

**M I N E R V A**, iuxta poetarum fabulas, artibus, atque ingenis praesidet. Vnde & illud fluxit: Inuita Minerua. Praeterea illud: Pingui, seu crassa Minerua, quod quidem iam olim prouerbii vice celebratur. Columella lib. De re rustica duodecimo capit. 1. In hac autem, inquit ruris disciplina non consideratur eiusmodi scrupulositas, sed quod dicitur, pingui Minerua, quantumvis uide continget villico tempestatibus futurae praesidium. Idem in primi libri praefatione: Poetice enim nec subtilissima, nec rursus, quod arunt, pingui Minerua res agreris administrari. Idem libro 10. Nec tamē Hipparchi subtilitas, pinguioribus, ut aiunt rusticorum litteris necessaria est. Dicit pinguiore Minerua fieri, quod inconditius simpliciusque, quasi; indoctius sit, non autem exquisita arte, nec exactissima cura. Vnde & Priapus ille, cum rem obsecram, quam poterat uerbanius per inuolucra verborum petere, nudis uerbis rogat:

- Crassa, inquit, Minerua mea est.

Et Horatius Philosophum describens, non exactis illis Stoicorum rationibus, atque argutis instructum, sed ueluti citra artem, philosophiam moribus experimentem, neque tam discretum, quam simplicem, ac sincerum.

Rusticus, inquit, anormis, sapiens, crassaque Minerua.

Aulus Gellius lib. 14. cap. 1. Nequaquam

tamen id censebat in tam breui, exiguoque uere spatio, quantumis hominis ingenio comprehendendi posse, & percipi, sed comiecta in pauca quaedam, & ut uerbo ipsius utar, πρὸ χυτέρον, id est, crassius, & pingui Minerua.

*Crassiore Musa.*

Παχυτέρον μουσα, id est, Crassiore Musa. Eandem parcaemiam sic extulit Quintilianus, Institutionum oratoriarum libro 10. Libet propter quosdam imperitiores etiam crassiore, ut uocatur Musa, dictionationem uulgi uilitatis eximere. Inuenitur aliquoties apud scriptores nequos, Pinguiore formula, pro eo quod in planius atque intelligibilius. Dicitur et, & Latine loqui, pro eo quod est. Apertū, & simpliciter. M. Tullius in Verrem: Latine me scitote, non acculatorie, loqui. Idem in Philip. Sed ut solent ii, qui plane, & Latine loquuntur: In Priapeis.

Simplicius multo est, da predicare, Latine Dicere.

*Rudius, ac planius.*

**I N E L E G A N T I U S** quid est illud apud Graecos, sed idem tamen pollet: ἀμαξέσιρον καὶ σπεξέσιρον εἶπε. quod apud eundem refertur Gellium: Nosti enim, inquit, credo uerbum illud uetus, & peruulgatum, ἀμαξέσιρον εἶπε καὶ σπεξέσιρον id est, Indoctius, rudiusque quodammodo loquere, & apertius ac clarius fare. Sumptum apparet ex Aristophanis comædia, cui titulus: βάρβαροι id est, Ranz.

Αμαξέσιρόν πως εἶπε καὶ σπεξέσιρον. id est, Indoctius proloquitur, atque clarius. Quo carmine Bacchus Euripidis obscuritatem taxat. Suidas & interpres admonent subesse prouerbium, quod huc admodum feratur:

Σπεξέσιρόν μοι κ' ἀμαξέσιρον φερόν id est, Apertius mihi loquere, atque indoctius.

Inde sumptum, quod antiquitus illi σοφοί, quos uocant, solebant mysteria sapientie quibusdam ænigmatum inuolucris data opera obtegere, Videlicet ne prophana turba, ac nondum philosophiæ sacris initiata posset assequi. Sic Plato numeris suis obscurauit suam philosophiam. Sic Aristoteles multa mathematicis collationibus reddidit obscuriora.

*Sus Minervam.*

**TRISTISSIMUM** apud Latinos auctores adagium, ὅς τῶν ἀδύνατων, id est, Sus Mineruam, subaudiendum docet, aut monet, di ei solitum, quoties indocti quispiam atq; insullus eum docere conatur, a quo sit ipse magis docendus: aut, vt Felti Pompeii verbis vtatur, eum quis id docet alterum, cuius ipse est infcius. Propterea quòd Minervæ artiū, & ingeniorū, vt diximus, tutela tribuitur à poëtis. Porro sue nullū aliud animal magis brutum, magisq; sordidum, vt quod stercoribus impèsc gaudeat, vel ob iccoris magnitudinem, quæ sedes est concupiscentiæ ac libidinis: vel ob natū in crassitudinem, & olfactum hebetem, vnde fit, vt nō offendatur fetore: tum ad eo pronum, ciboq; deditum, vt si fortè sursum aspiciere cogatur, protinus stupore sileat ob insolentiam, vt tradit Alexander Aphrodisæus. Nec est aliud magis indocile, proinde non ad vsum aliquem, quemadmodū pecudes nōnullæ, sed ad epulas dumtaxat à natura donatū videtur. Cui rei testis est Plinius lib. 3. cap. 15. Animalium, inquit, hoc maxime brutum, animamq; ei pro sale datam, non illepide existimabatur. Idem affirmat Varro lib. De re rustica secundo: Suillū, inquit, pecus donatum à natura dicunt ad epulandum. Itaq; his animā datam pro sale, quæ seruet carnē. Atq; hæc quidē verba quid sibi velint explicat M. Tullius lib. De finibus bonorum quinto: Et enim omnium rerum, inquit, quas & creat natura, & tuetur, quæ aut sine animo sunt, aut non multo secus, eorum summū bonum in corpore est, vt non inscite illud dictū videatur in sus, animum illi pecudi datum pro sale, ne putresceret. Sunt autem bestię, in quibus inest aliquid simile virtutis, vt in leonibus, vt in canibus, vt in equis, in quibus, etiam animorum aliqua ex parte motus aliquos videmus. Vulgo inspidos istos, & quasi ventris, atq; abdomini natos, suos appellare consueuimus. Quin & Suetonius in catalogo illustrium grammaticorū, refert Palæmonem arrogantia tanta fuisse, vt M. Varronē porcum appellare, secum & natas & morituras litteras. Præterea si quid indoctum atq; illiteratum significare volumus, id ex hara profectum dicimus. Quemadmodū M. Tullius in Pisonem: Ex hara productę, nō scho-

la. Hinc igitur natum adagium sus Mineruam. L. Cæsar apud Ciceronem lib. de Oratore secūdo: Sic ego, inquit, Crasso audiente, primū loquar de facietis, & docebo sus; vt aiunt, oratorem eum, quæ cum Catulus nuper audisset, fornū alios aiebat esse oportere. Idem Cicero lib. de Academicis questionibus primo: Nam et si non sus Mineruam, Vt aiunt, tamen inepte quisquis Minervam docet. Hieronymus in Rufinum: Prætermitto Græcos, quorum tu iactas scientiam, & dum peregrina scētaris, penē tui sermōnis oblitus es, ne veteri proverbio, sus Mineruam docere videatur. Vsurpat idem verbis commutatis in epistola ad Marcellā, cuius initium: Mensuram charitas nō habet. M. Varro, & Euemerus adagium ad fabulas retulerūt, id quod ex Pompeii verbis licet coniciere. Quā rem, inquit, in medio, quod, aiunt, positam, ineptis μὲν τοῖς inuoluer maluerunt, quàm simpliciter referre. Celebratur à multis Demosthenis scōma, qui cum Demades vociferaretur in eum: δῆμος τίς ἐμὲ βυλίται διορθῶν ἢ ὅς τῶν ἀδύνατων, id est, Demosthenes vult corrigere sus Mineruam: respōdit: ἀντιμὴ τῶν πλεονῶν ἢ ἀδύνατων μοιχὸν ἄλλοθεν. id est, At qui nuper licet Minerua in adulterio fuit deprehensa. Dictum adlusit ad Mineruam virginem.

*Sus cum Minerva certamen suscepit.*

**CUM** hoc, aut idem, aut certe quàm maxime finitimum, quod apud Theocritum legitur in Hodeporis:

Τὸ ποτ' ἀδύνατων εἶπεν ἠέριε. id est,

Cū diua est ausus sus decertare Minerva: Quoties indocti, stolidiq; et depugnare parati, nō verētur summos in omni doctrina viros in certamen litterarium prouocare. Theocriti enarrator sic efferri vulgo περιμῖαν scribit, τὸ ὄν πρὸς ἀδύνατον ἐπιζῆς. id est, Sus cum sis, cum Minerva cōtendis. Scholiastes aliquis addit, eos ἐπιζῆν dici, qui verbis certant, ἐπεισαν, qui factis: quo magis ridiculum est, si sus indocilis certet cum Minerva disciplinarum præside.

*Inuita Minerva.*

**LATINIS** & illud est celebratissimum: Inuita Minerva, pro eo quod est, refragante ingenio, repugnantem eum, non fauente cælo. Cicero in officiis: Inuita, vt aiunt, Minerva. Idē libro epistolarum familiarium duodecimo: Quinquatribus, frequenti senatu,

natu, causam tuam egi, non inuita Minerua. Rursum eiusdem operis, lib. 3. Idque quoniam tu ita vis, puto me non in vita Minerva facturum. Horatius.

Tu nihil inuita dices, faciesve Minerua,

Huc adlusit Seneca, cum dixit: Male respondere coacta ingenia.

*Abiit & taurus in syluam.*

Ἐβα καὶ ταῦρε' ἀνὺλαυ, id est, Abiit & taurus in syluam. Pastorale prouerbiu, allegoria subturpicula, significans diuortium, ac neglectum veteris amicæ. Tametsi licebit in uinum uerecundio rem trahere hoc modo, si per iocum accomodabitur ad eos, qui pristinos amicos negligere uidentur, & à familiarium congerionumque grege desuescere. Aut in illos etiam, qui à solitis desciunt studiis, diuersumque uitæ sequuntur institutum. Theocritus in Idyllio, cuius titulus est Theonycho, nominatim etiam prouerbiu vice refert:

Αἰὶ τὸ πῶλ' ἔγ' αἰ τ' ἔβα ἢ ταῦρε' ἀνὺλαυ.

Fertur & hoc olim, in syluam se recedere taurum.

Quiritur autem amans, se iam pridem ab amica relictum, plurimumque iam esse temporis ostendit, quod Cynisca, id est, Catella (nam id erat nomē puellæ) se Lyco quoddam oblectet, neque omnino curet ad pristina redire consuetudinem: non magis quam tauri, qui & ipsi nonnunquam à vaccarum armentis secedunt, & aut reliquis aggregantur tauris, aut solitarii per nemora uagantur, nullo fœminarum desiderio tacti. Eum secessum, eumque vaccarum neglectum, quasi que diuortium pastores peculiari uerbo uocant ἀτιμαγελῆν uoce nimirum cōposita ἐκ τοῦ ἀτιμῆν, τὸ ἀτιμῆν καὶ κταρε' εἶναι, quod est despiciere, negligereque, ac pro nihilo ducere: & ἐκ τοῦ ἄγ' ἄλ', quod armentum sonat. Ac tum ἀτιμαγελῆν dicuntur tauri, cum segregati à vaccarum commercio, adeo non curant illas, ut non modo coitum non appetant, sed ne pascuis quidem iisdem uti uelint. Hunc animantis morem, simulque uocem ipsam ei tributam rei demonstrat Aristoteles lib. De natura animalium sexto, his uerbis: Ὅστι' ταῦρε' ὄτον ἄρα τῆς ὀχέας ἢ, πότε γίνεται σίμουσ', καὶ μάχεται τοῖς ἄλλοις, τὴν δὲ πρότερον κέρων μετ' ἀλλήλων εἶσιν, ὀκαλεῖται ἀτιμαγελῆν. πολλῶν γὰρ οἶγι ἐν τῇ ἡπίορα, οὐ φαίνονται τριῶν

μῶν, ἕλωσ' δὲ τὰ ἄγρια πάντα ἢ τὰ πλείστα, οὐ συνιμονται τοῖς ἐκλίωσις πρὸ τῆς ὥρας τοῦ ὄχθου. Ea uerba non appendemus magis, quam annumerabimus, hoc modo: Ἄτ' taurus, cum tempus coitus adfuerit, tum demum incipit communibus cum vaccis pascuis uti, cumque reliquis tauris dimicat. Nam ante id temporis inter sese pascuntur, quod quidem appellat, ἀτιμαγελῆν. Sanè qui sunt in Epiro prouincia tauri, sepe numero trium mensium spatio non apparent. Porro fera animantia, aut omnia, aut certe pleraque, ante tempus coeundi uō aggregantur ad communes cum fœminis pascuas. Illud admonitu dignum uisum est, in uersione Theodori Gazæ, pro Græca uoce ἀτιμαγελῆν quam Romana lingua nullo pacto reddere potest, scriptum esse commentari. Idque uerbi doctus etiam uiris non parum caliginis offudit, ita ut deprauatum apud Aristotelem locum existimetur, commutataque lectione. longe diuersum sensum inducant. uolentique Theodorum in transferendo non mediocriter hallucinatum. At nos tota re diligentius perspicua, uidere uidemus Aristotelicorum uerborum sententiam citra uilius uocis commutationem adamussim quadrare: uidelicet taurum aggregari cum vaccis: & in iisdem uersari pascuis, appetente coitus tempore, eique uō conuenire cum reliquis taurorum armentis, sed bellicum cum aliis gerere, reliquis aut temporibus tauros cum tauris socialiter iisdem uti pascuis, neque fœminarum conuictu sequi sed inter sese agere, quod idem accidit in feris fœmè omnibus. Hanc autem taurorum cum tauris societatem, neglectis vaccarum armentis, uocari ἀτιμαγελῆν. Quæro quid hic scrupuli, cur Aristotelicam lectionem mutandam existimemus: nisi si quid offendit mutatus numerus in ταῦρε' & εἶσιν, id quod Aristoteli præsertim eo in opere penè familiare deprehenditur? Dictionem autem illam commentari, non germanam, sed supposititum esse dubiū nō est, & aut liberariorū incuria, aut alicuius parum eruditi temeritate indubiam. legendum esse uel armatarii, uel dearmatari. Ne ꝑ; enim adduci possumus, ut credamus Theodorum hominem tam in omni doctrinæ genere absolutum, fuisse lapsurum, præsertim in uoce, neque magnopere prodigiola, nec innitata Græcis auctoribus,

ribus, utpote cuius vim vel ipsa statim indicat etymologia: præterea quæ apud Theocritum auctorem usque adeo notum, vulgatumque; legatur: ἐν νομῇ, ἢ βωκῶν τοῖς, id est, in pastore, siue bubulcis.

Χοὶ μὲν ἀμὲν βόσκοντο ἢ ἐν φύλλοισι πλα-

ῶντο

Οὐδὲν ἀτιμαγελῶν ἔστι. id est

Atque hi pascuntur simul, inque comantibus hærbis

Errant, & non vlla gregis diuortia querunt.

Ad hæc Suidas ostendit: Τῶνον ἀτιμαγελον appellatum τὸν τὴν ἀγέλης καταφροσύνην, id est, qui negligeret armentum. Huc videtur non nihil adluisse Vergilius in Sileno:

At virgo infelix, tu nunc in montibus erras.

Ille latus niueum molli fultus hyacintho

Illice sub nigra pallentes ruminat herbas,

Aut aliquam in magno sequitur grege: claudite nymphæ

Diçæz, nymphæ nemorum iam claudite saltus.

Si qua forte serât oculis sese obuia nostris

Errabunda bouis vestigia: forsitan illum, Aut herba captum viridi, aut armenta secutum

Perducant aliquæ stabula ad Gortynia vâccæ.

Cum enim ait:

Ille latus niueum molli fultus hyacintho

Illice sub nigra pallentes ruminat herbas: taurum innuit ἀτιμαγελον. Item cum ait:

Errabunda bouis vestigia. Significat autem poeta taurum, quem adamabat Pasiphæ,

aut profus ἀτιμαγελῶν, aut eatenus ἀτιμαγελῶν, ut suo armento neglecto, vaccas alias sequeretur. Porro de pugna taurorum inter ipsos coitus tempore meminit idem Maro libro Georg. tertio:

Nec mos bellantes vnâ stabulare, sed alter

Victus abiit, longæque ignotis exulat oris,

Multa gemens ignominiam, plagasque superbi

Victoris, tū quos amisit inultus amores.

Et stabula aspèctans regnis excessit auitis.

Nos quidem arbitramur hanc ipsam vocè, si desectatur aliò, prouerbialem esse, quem admodum sunt & illæ κερπῶν, & ἵππομα-

νήν, ad eamque potissimum respexisse Theocritum, quum ait pτόνερβιο dici: Ἐβκῆ, καὶ τῶν ἑ ἢ ἑνύλας. Scilicet quæ feruntur in

Theocritum, habent ἔβκῆν τῶν ἑ ἢ ἑνύλας, ut in iunctiōne copulatiua, mutata κῆν expletiua: addunt esse prouerbium de his dic-

solitum, qui absissent non reuersuri. Taurus enim si semel aufergerit in syluam, capi non potest. Vnde non inconcinne quis dixerit maritum diutius ab vxore secubantem, ἀτιμαγελῶν: & eum, qui familiares deserit inuisere, ἀτιμαγελῶν: & qui diutius à Musis, ac librorum abstinerit contubernio ἀτιμαγελῶν. Item qui à conuiuio hominum abhorreat, secumque vitiat, ἀτιμαγελῶν libebit appellare. Et qui à legitimo contubernio aberrarit, secesseritque; non ineptè dicitur ἀτιμαγελῶν. Nec profus abhorreat ab hac forma, quod est apud Aristophanem in Lysistrata:

Οἶκε δὲ αὐρατὶ δὲ τὰ ξητὸς βίον. id est,

Domi absque tauro cœlibem vitâ exigam.

Sic enim significauit vitam cœlibem sciminæ negligentis taurum, id est, maritum.

Sic & Horatius:

Perat male quæ te

Lesbia querenti taurū, monstrauit inertè.

Annus producit, non aget.

Ἐτὸς φέρε οὐχὶ ἄραρα, id est, Annus produ-

cit segetem, nō aruum. Hemistichion prouerbiale, quod refertur à Theophrasto, lib. de Plantis octauo: Πρὸς ἀνεστηνὶ δὲ καὶ τρο-

φῆν μέγιστα μὲν ἢ τὰ ἀρῶν κερκῆς συμβαλλεται, ἢ ὁ ἄλλος τὸ ἔτος κατὰ σπῆσιν, δὲ κέρων γὰρ ἢ δὲ τῶν καὶ δὲ τῶν ἢ χερμαίων γηρομῆν, ἀπα-

τα ἄραρα καὶ πολυκάρπια. καὶ ἐν ἀλμῶσιν καὶ λεπτογέοις ἢ δὲ καὶ περὶ μαζῆναι λέγεται, οὐκ ἄλλως, ὅτι ἔτ' φέρε οὐχὶ ἄραρα, μέγιστα δὲ ἢ ἄραρα οὐκ ἄραρα.

Ad incrementum autem alimentumque; plurimum quidem cœli temperies, & in totum anni conditio iuuat. Etenim si imbres, serenitates, & hyemes accident oportunit, cuncta felicius atque vberius proueniunt, etiam iu

salsuginosis, ac parum pinguibus agris. Vnde non ab re est, quod prouerbio dicunt,

Annum producere fructum, non aruum. Veruntamen non parui refert, quæ sit regionum ratio. Hic illud obiter admonendum duximus, in impressis exemplaribus legi, οὐκ ἄλλως, id est, non rectè: atque hoc ipsum, ut nostra quidem est opinio,

οὐκ ἄλλως, partim, quod Theodorus Gaza verterit hoc loco non peperam: partim quod non perinde quadret ad Theophrasti sententiam. Nam is fatetur verum esse, plurimum habere momenti cœli con-

ditionem,

ditionem, id quod etiam prouerbio testatum sit, quo non sine causa tota prouentus ratio tribuitur aeri, tamen nonnihil etiam discriminis situm esse in ipso soli ingenio. Proinde legendum suspiciamur pro *οὐ καλῶς, οὐκ ἄλλως*, id est, non temere. Quanquam videmus & illud *οὐ καλῶς*, utcumque posse defendi. Nimirum ut Theophrastus improbet vulgare dictum, quod cœlo momentum omne tribuit, cum & à soli ratione magna pars pendeat. Nobis tamen superior scētio magis adridet, atque huic nostræ sententiæ doctos calculum suū addituros existimamus. Repetit idem adagium libro de causis plantarum tertio, rationem reddens, cur in frigidis pariter & calidis regionibus triticū proueniat, haud negans agri naturam nonnihil conferre ad fertilitatem: sed multo maximum momentum habere aerem circumfusum, & cuiusmodi cœli ventorumque temperies contingat, tum ad quos status oppositus siager. Meminit & Plutarchus in Symposiacis, decade septima, problemate secundo. Porro si libebit usum prouerbii dilatare, non in tempestiuiter accōmodabitur in hanc sententiam, si quis dicat, ad virtutem educationem longe plus adferre momenti quàm genus: ac planè perparui referre, quibus maioribus sit natus, sed multo maxime quibus rationibus educatus, quibusque moribus sit institutus. Nam cœlum velut educat, quod progignit terra. Ad hoc adagium videret adluisse Euripides in Hecuba, quam ita loquentem facit.

*Οὐκ οὐκ δ' εἶνδ' ἐν, εἰ γὰρ μὲν κικη  
Τυχοῦσ' αὐτοῦ βέβη, δὲς ἄχην φέρει.  
Χρῆσθ' δ' ἀμαρτοῦσ'· ἂν χερσὶν αὐτῶν τυχεῖν,  
Καὶ οὐ δ' ἰδῶσι καὶ πῶν, ἂν βτρωπίαι δ' αἰ.  
Ο μὲν παντρός, οὐδ' ἐν ἄλλοι, πλῆν κακός.  
Ο δ' ἰδῶλος, ἰσβλός, οὐδ' ἐ συμφορῶν ὑπό  
Φῶσι δ' ἰφθεῖρ, ἀλλὰ χερσὶς ἰσ αἰ.  
Δροὶ τικόντες δ' ἀφ' ἐρουσιν, ἢ τροφῶι,  
Ἐχει γένοι τιγὶ τὸ τριφθῶμαι καλῶς  
Ἰδ' αἰν ἰδῶλου.* id est,

- Non nouum ergo, si mala fauente cœlo terra fert segetem bonam: Bona, destituta quibus opus fuerat, malū fructū edit. At mortaliū quisquis malus Nil possit aliud esse, quàm semper vitis, Frugi vsq; frugi. Sors nec ingenium malis Aduersa vitiat, sed probus semper manet. Vtrum id parentum, an educantiū magis?

Rescè educari scilicet cet nonnullam habet Doctrinam honesti.

Videtur Hecuba plusculum tribuere genitrix, quàm institutioni, miraturque proinde non idem euenire in mortalium moribus. quod in prouentu segetum accidat, Porro quantò plus valeat institutio, quàm genus, Lycurgus eleganter ostendit, prolatis apud multitudinem duobus canibus, quorum alter ingenerosa matre natus, propter institutionem gnauiter seram est insecutus: alter generosis ortus parentibus, quòd institutus non esset, turpiter relicta fera, ad odorem panis, ac cibi restitit.

*In vado.*

**METAPHORA** prouerbialis, In vado esse, pro eo quod est: In tuto, citraque discrimen, sumpta à nautantibus, aut nauigantibus. Terentius: Omnis res in vado est. Plautus in Aulularia: Hæc propemodū iam esse in vado salutis res videtur. Vadum autem est aquæ fundus, in quo quisquis constiterit, is iam effugit periculum ne mergatur.

*In portu nauigare.*

**AFFINIS** est huic allegoria, *ἐν λιμένι πλεῖν* id est, In portu nauigare, qua significamus nos iam à periculo abesse. Propterea quòd qui mediis adhuc in fluctibus nauigant, ventorum, & ætus arbitrio nauigant. Contra qui iam intra portum sunt, nihil habent negotii cum ventis, ac ventis. Vnde vulgatissima metaphora, hominem in cuius presidio conuiescimus, portum appellamus. Et qui sese ad tranquillam tutamque aliquam vitæ rationem traducunt, in portum se recipere dicuntur. Terentius in Andria: Nunc Nunc huius periculo sum: Ego in portu nauigo. Maro paullo diuersus in Acneidos libro septimo.

Nunc mihi parua quies, omnisque in limine portus.

*Bos lassus fortim fugit pedem.*

**DIVVS** Hieronymus oppidò quàm elegans adagium usurpauit ad beatum Aurelium Augustinum scribens, eumque deterrere cupiēs ne iuuenis senem prouocet. Propterea quòd tardius quidè ad pugnam excitatur hi, qui iā sunt ætate quasi senu: verū idè grauius æuiūt atq; vrgent, si quā senilis illa virtus irritata recaluit. Memento, inquit, Daretis

Daretis & Entelli, & vulgaris proverbi, quod bos lassus fortius figat pedem. A veteri triturae morae ductum apparet cum circumactis à bubus super manipulos plaustris, grana excutiebantur: partim à toris in hoc armatis, partim à taurorum vngulis. Potest adlusum videri & ad hoc, quod iuvenes corporis agilitate præpollent. Senes instataria pugna, ac viribus superiores sunt, id quod & Verg. in Daretis & Entelli congressu declarat. Nec admodum hinc absurdum illud, quod in Graecorum collectaneis positum reperitur *ἀγέαιος βούς*, id est, Lentè bos, subaudiendum, mouet pedem. Nam sensum quidem mouet, at grauius premit.

*Τοια εἴπας via.*

*Τὴ πᾶσιν ὁδῶ ἀφαιμακρῆσαι*, id est, Tota aberrare via. Prociubium est in eos, qui vehementer aberrant. Terentius in Eunuchis: Tota erras via, Translatum à viatoribus, qui nonnunquam ita solent aberrare à via, vt non sine dispendio quidem, tamen quod tendebant, perueniant: nonnunquam sic aberrant, vt longè diuertant, & in diuersum tendant. Vnde & exorbitare dicuntur, qui à vero aberrant. Aristoteles in Ethicis: Haud tota aberrant via. Idem Naturalium lib. 1. scribit priscos illos philosophos naturalium causarum scrutatores, exorbitasse, ac velut è via depulsos, prorsus aberrasse à vero. Sumptum est ex Aristophanis Pluto.

*Ἡ τῆς ὁδοῦ τὸ παράπαν ἡμαρτάνομεν:*

Via ne tota prorsus exerrauimus?

Quinetiam hodie didicant, eos in via esse, qui recto consilio quippiam instituant. extra viam, qui qua non oportet ratione rem aggrediuntur. Sunt sermè proverbiales, & illæ metaphoræ doctis vilitatissimæ: Depellere à via, reducere in viam, monstrare viam, facere viam, sternere viam, aperire viam, præcludere viam, intercludere viam: Cicero in prima Philippica: Quod si putas, totam ignoras viam gloriæ. Celebre habetur & illud apothegma: Bene currunt, sed extra viam. *Καλῶς μὲν τρέχουσιν, ἀλλ' ἔκτῆς τῆς ὁδοῦ.*

*Toto cælo errare.*

**H** v t c confine est, quod vsurpat Macrobius Saturnal. libro 3. Nunquam ne, inquit,

Prætextate tibi venit in mentem toto, vt aiunt, cælo errasse Virgilium? Sumptum videtur ex Aristophanis Ranis:

*Εἰδὸς γὰρ ἡμαρτάνει αἰετῆριον ὄσον.*

Ab Euripide dicitur in Aeschylum, qui plurimum errasset in his, quæ dixerat. Metaphora ducta, vel à Phaetontis, aut Cereris fabula: vel à nauigantibus, qui cæli siderumque obseruatione cursum moderantur: prouide naucleri, cum vehementer aberrant, in cæli parte longe diuersa Cynosuram imaginantur nonnunquam, totoque aberrant cursu. Nisi malum cælum pro regione accipere velut Horatius: Cælum non animum mutant, qui trans mare currunt.

*Suo iumento sibi malum accersere.*

**Q** v i ipse sibi malorum est auctor, suo iumento sibi malum accersere dicitur, tanquam suo sumptu, suaque opera, quasi suo prope plastro, malorum sarcinam adportet sibi. Plautus in Amphitryone: Ipse homo sibi à me malam rem accessit iumento suo. Sumpta metaphora à plaustris onerariis. Nam id quoque significat iumentum, auctor Gellio libro 20. cap. 1. aut certe ab animalibus tergo vestantibus onera.

*Suo sibi hunc iugulo gladio suo telo.*

**S** v o Gladio, suo ve telo iugulari dicitur, qui suis ipsius dictis reuincitur, aut qui suo prope inuento, dolo ve capitur: denique in quem quocunque modo, seu dictum, seu factum retorquetur, quod ab ipso profectum sit: veluti si quis exemplo Protagoræ antistrephon dilemma in eum, qui proposuerit, retorqueat: aut si quæ admodum Phalaris, Perillum mali repperitorem, suo inuento conficiat. Itaq; in Adolpho Terentii, Mitio senex fratris Demæ scruentiam increpans, huiusmodi vitur sententia: Hoc vnum avertit vitii senecta, attentiores ad rem sumus, quam oportet, Eandem Demæ paulo post in fratrem retorquens: Postremo, inquit, non meum illud verbum facio, quod tu Mitio bene & sapienter dixisti dudum. Vitium commune omnium est, quod nimium ad rem in senecta attenti sumus. Hanc maculam nos decet effugere. Hac ratione cum Mitio constringeretur, adigereturque, vt agrum, quem rogabatur, daret: tum Demæ, suo,



inquit, sibi hunc iugulo gladio, Translata metaphora ab his, qui in pugna suis ipsorum telis aliquoties confodiuntur. Plautus in Amphitryone: Atque hunc telo suo sibi, malitia sua, a foribus pellere. Cicero pro Cecinna: Aut tuo, quemadmodum dicitur, gladio, aut nostro defensio tua efficiatur necesse est. Huic adlusit Ovidius in epistolis Heroidum:

Remigiumque dedi, quo me fugiturus abires;

Heu patior telis vulnera facta meis.

Eodem pertinent & illa Ciceronis: In tuum ipse mucronem incurras, necesse est. Rursum: Hic est defensionis tux mucro, in eum incurrat oratio tua, necesse est. Neque vehementer hinc ablutit Liuianus illud lib. 2. de secundo bello Punico: Sentiebat Annibal suis scartibus peti. Lucianus in Piscatoribus, ὡς παρ' ἡμῶν τὰ τοξοματῶν φῆς, λαβὼν καὶ ἡμῶν ἐπὶ δόρυς. id est, Quæ quidem tela à nobis, vt fateris, sumpta, aduersus nos iaculatus es. Tradit Plutarchus, Brasidam ducem educto è corpore telo, eodém confodisse eum, qui miserat. Marius vnus è triginta tyrannis, à milite quodam interemptus narratur à Trebellio Pollione, qui adoriens dixerit: Hic est gladius, quem ipse fecisti: nam Marius ante imperium faber ferrarius fuerat, & eius militis opera in fabrici officina vsus. Hunc igitur vere suo gladio dixeris iugulatum.

*Incidit in foueam, quam fecit.*

**TRANSLATVM** vel ab his, qui foueis effossis, aut reliquis id genus decipulis, insidiantur feris: vel à bellis, in quibus aliquoties iustossis cuniculis hostis hostem capiat.

*Suo ipsius laqueo captus est.*

**NOTA** metaphora, nempe mutuo sumpta ab his, qui instructi, pedicis, auibis, aut feris insidias tendunt.

*Hanc technam in seipsum struxisti.*

**EANDÈM** sententiam aliter expressit Lucianus: Ὡς ἐστὶ σόφισμα κατὰ σαυτοῦ σωτήριον. id est, Itaque commentum in tuum ipsius exitium reperisti. De hæredipeta, qui quum diuitem ex asse hæredem scripssisset, ac testamentum protulisset, quo diui-

tem ad idem faciendum prouocaret, testi ruina subito oppressus est, ac sua reliquit illi, cuius facultatibus inhiarat. Vtendum erit cum dolus in alterum excogitatus, in caput auctoris recidit, ita vt non raro consuevit accidere.

*Turdus ipse sibi malum cacat.*

**HIS** similitum est illud Græcorum adagium: Κίχλα χέζει αὐτῆ κακὸν. id est, Turdus ipse sibi malum cacat. In eos dici solitum, qui sibiipsis ministrarent: exitii causam. Siquidem viscum, auctore Plinio; non prouenit, nisi maturatum in ventre, ac redditum per anum alium, maxime palumbium, ac turdorum. Cuius rei meminit & Seruius in sextum Aeneidos. Aristoteles item lib. De natura animantium nono. tria turdorum genera facit, quorum primo ἰσοβέρον vocatum ait: aut, vt Athenæus, ἰσοβέρον, nimirum, quòd visco vescatur. Quoniam autem visco capiuntur aues, ipsæ sibi malum cacant videlicet. Plautus paullo diuersius extulit: Ipsa, inquitens, sibi anis mortem creat. Quamquam non dubitemus affirmare, à Plauto cacat, non creat fuisse scriptum: deinde locum à quopiam semidocto, & Græcanici prouerbii ignaro deprauatum, supposita voce adulterina creat. Sophocles in Antigone:

Ὅστις δ' ἀνώφελτα φυνδύει τέκνα  
Τὶ τὸν δ' ἀνείποις ἄλλο, πλὴν αὐτῶ πόνος  
Φύσαι, πολὺ δὲ ποίσιν ἐχθροῖσιν γέλιον, i.

Inutiles quicumque liberos ferit,

Quid aliud hunc, quàm sibi creare dixeris

Ipsi dolores, atque risum maleuolis?

In hos igitur quadrabit parœmia, aut in eos, qui potentes sibi generos adsciscunt, à quibus postea per vim opprimantur.

*Ipse sibi mali fontem reperit.*

Extat item apud eosdem senarius prouerbio celebratus, Αὐτῶ γὰρ δύει τοῦ κακοῦ τὴν πύξιν. id est, Ipsius mali sibi reperit coagulum. Aut, Αὐτὸς δύει τοῦ κακοῦ πύξιν. id est, Ipse reperit mali fontem. Sic Aeschylus in Persis.

Ναὺ κακῶν ἔοικε πύξι πᾶσιν δούρειο φίλοις.

Nunc mali fons est reperiens, vt videtur omnibus.

Versus est Trochaicus. Sunt enim & perniciosi fontes, quorum aqua gustata mortem,

rem, aut insaniam adferat, quos præstiterat non reperisse.

*Capra gladium.*

Eodem ferme pertinet, *αἶψά μὲν κρῶν*, id est, Capra gladium, subaudi, reperit. In eos dicitur, qui ipsi reperiunt, quo pereant. Ortum est autem adagium ab huiusmodi quodam euentu. Olim cum Corinthii Iunoni Acrææ (nam id illi cognomen) rem diuinam facere pararent: huius Iunonis statuam a iuncta Medea positam fuisse: atque hi, qui ad præbandam hostiam erant conducti, defosso sub terra cultro, oblitos sese assimularent, capra pedibus excalcans eum eruit, prodiditque, itaque mactata est. Quidam sic efferunt paræmiam: *αἶψά δ' ὄσσε τῶν μάχων κρῶν*: id est, Capra cultrum præbens. Quidam hoc pacto: *ὄϊς τῶν μάχων κρῶν*. id est, Ovis cultrum.

*Cornix scorpionum.*

Hic confine est & illud, *Κορνίξ τὸν σκορπίον*, id est, Cornix scorpionum, subaudi; rapuit Quadrat in hos, qui parant eos ledere, vnde tantundem mali sint vicissim accepturi. Quemadmodum cornix correpto scorpione, arcuata illius cauda, vulnus accepit letale, peritque. Extat super hæc Græcum epigramma Archiæ, quod non grauior adscribere.

*Εἰ ποτε πεμφαίνονται μελάντερον αἰδέριον,*

*Σκορπίον ἐκ γαίης εἰδὲ βορβότα κίραξ,*

*Οὐ μάρτυρας ὄρασον. ὃ δ' αἶψιν ὄσσε ἐπ' οὐδ' αἶψ*

*Οὐ βραδύς, δυνάτωρ πάλαν ἐτυχε βίβλα*

*Καὶ ζωὴς μιν ἀμερσεν. ἰδ' ὄσσε ἐτ' ὄσσε ἐπ'*

*ἄλλα.*

*Εκ κείνης τλήμων αὐτὸς εἶδεντο μόνον.* id est,

Scorpius de terra proroperat, idque videte

Coruo, qui caelo visitat in liquido.

Corripuit visum, fugitque: sed hic ut humanus ales

Contigerat, telo mox ferit atque necat.

Eccē tibi, quod in hunc auis insidiosa parabat,

Iude sibi acciuit ipsa necem misera.

Atque id in rebus humanis frequenter

vis venire solet, vt qui cæpisse videatur, ipse captus sit. Quemadmodum & Horatius:

Græcia capta serum victorem cepit,

Græcia capta serum victorem cepit,

Græcia capta serum victorem cepit,

Græcia capta serum victorem cepit,

Græcia capta serum victorem cepit,

Græcia capta serum victorem cepit,

Græcia capta serum victorem cepit,

Græcia capta serum victorem cepit,

Græcia capta serum victorem cepit,

Græcia capta serum victorem cepit,

Græcia capta serum victorem cepit,

Calidum hodie prandium prandidisti, id est, Fecisti quod tibi magno malo sit futurum. Ab his sumptum, qui se noxiis, ac letiferis ingurgitant cibis, postea ventris tormina sensuri.

*Irritare crabrones.*

*Τὰς σφουκιὰς ἐρεθίζαν*, i. Irritare crabrones. Ad hanc sententiam referendum est & illud, quod est apud Plautum in Amphitryone: Irritabis crabrones. Id dictum est à poeta in mulierum ingenium, quibus iratis si repugnes, magis prouoces, neque sine tuo malo discedas. Est autem crabro insecti genus affine vespis pertinacissimum, aculeoque pestilentissimo. Siquidem refert Plinius Naturalis historie libro 11. cap. 21. crabronum ictus haud temere sine febris esse: Aditque, traditum à quibusdam; ter nouenis huius animantis punctis interfici hominem. Aristoteles lib. De partibus animalium nono, præter alia, quæ de crabronibus commemorat, illud quoque tradit; cum in apum genere quædam aculeis careant, vt luci, & reges, vesperæ quoque nonnullæ sine aculeis inueniantur, nulli crabrones reperiuntur non armati aculeo. Quanquam de duce, num aculeatus sit, nihil addubitat. Vtitur hoc adagio diuus Hieronymus in quadam epist. Eandem sententiam sicidem extulit Plautus, mutata allegoria:

Bacchæ bacchanti si velis aduersariæ,  
Ex insana insanio rem facies. feriet sapius.

Sin obsequaris, vna te solus plaga.

Nam mos erat, vt Bacchanalia celebrantes obuios thysis ferirent. Aristophanes in Lysistrata, nam hoc titulo inscriptam comperi:

*Ἦν μὴ τις, ἄλλοτε ἐφικίαν βλάτη μεν ἐρεθίζη.*

Nisi si quis vti vesparium, fraudet me, sit muletque.

Adlusit huc, qui scripsit epitaphium Archilochi poetæ maledici:

*Ἡρῆμα δὴ παρέκεινον ὀδοπρότε, μήποτε τοῦδε*

*Κινίσου τῦμβος σφῆκας ἐφεσουλίζεις.* id est,

Ne fors crabrones, qui huic insedere: sa-

pulchro,

Irrites, tacitum carpe viator iter.

Xenophon lib. 4. indicat vnde natū sit:

Xenophon lib. 4. indicat vnde natū sit:

Xenophon lib. 4. indicat vnde natū sit:

Xenophon lib. 4. indicat vnde natū sit:

Xenophon lib. 4. indicat vnde natū sit:

Xenophon lib. 4. indicat vnde natū sit:

Xenophon lib. 4. indicat vnde natū sit:

Xenophon lib. 4. indicat vnde natū sit:

nimirū ab his, qui student eximere vespas ab antris suis. ὁρῶ δ' ἔγωγ' ἔφυγ' ὀπόσοι σφῆκας ἔξικραίν βουλονται, εἰν μὴ ἐκβίοντας τοὺς σφῆκας περῶνται θεῶν, ὑπο πολλῶν τυπτομέγυς. id est, Et ego, inquit, video etiā eos qui cunctique crabrones excipere volunt, siquidē euolantes conentur venari, à multis feriri crabronibus.

*Leonem stimulas.*

**CONSIMILEM** vim habet, quod à Diogeniano refertur, τὸν λέοντα τανύπτερος, i. Leonem pungis, seu vellicas. De his, qui potentem, ac ferocem in suum ipsius exitiū prouocant, atque extimulant. Notior est metaphora, quān̄ vt sit explicanda.

*Malum bene conditum ne moueris.*

**ΙΔΕΜ** pollet & illud: μὴ κινῶν κακὸν ἀνέμενον, id est, Ne moueris malum bene conditum, siue quiescens. In eos, qui sua stulticia sibi turbas excitant: aut qui mala iam tempore sepulta resuscitant, renouantq; Prouerbum retulisse videtur Theognis hoc versu:

Πολύκι γὰρ τὸ κακὸν κατακείμενον ἔνδον ἀμενον. id est.

Nam per se malum præstat domi habere repositum.

Huic similitum est illud: Σοπίτος suscitāt ignes.

*Octipedem excitas.*

**CRATINVS** in Thrattis apud Suidam, διτόπην ἀνεγείρας. id est Octipedem excitas, nimirum scorpionem: cui pedes sunt octo, ac plerumque sub saxo abditus cubat, quem non nisi tuo periculo suscitares propter venenum, quod in cauda gestat.

*Mouere Camarinam.*

Κινῶν τὴν καμαρίνην, id est, Mouere Camarinam, est sibi ipsi malum accrescere. Lucianus de Apophrade. ὁρῶς ὡς ἀμενον ἐν σιμῆντον τὴν καμαρίνην ἴαν. id est, Vides quanto satius tibi fuerit, Camarinam immotam sinere. Vnde natum sit adagium Seruius grammaticus explicat, Vergilianum illum locū enarrans in tertio Aeneidos:

Et fati nunquam concessa moueri

Apparet Camarina procul.

Camarina, inquit, palus est iuxta oppidū

eiusdem nominis, quæ cum olim siccata, pe silentiam creasset, cōsuluerunt oraculum, an penitus eam desiccare præstaret. Veruit Deus Camarinam moueri. At illi exiccarent, non obtemperantes oraculo, & cessauit quidem pestilentia, sed per eam ingressis hostibus pœnas dederunt neglecti oraculi. Eadem sermo commemorat & Suidas, illud insuper addens, quibusdam Camarinā esse fruticem, cuius ramos si quis commoueat quatitq; tetrum quandam odorem edere. Verum nobis superior sententia magis videtur ad verisimilitudinem accedere. Meminit huius adagii Stephanus quoque versu heroico, effertq; ad hunc modum:

Μὴ κινῶν καμαρίνην ἀκίματος γὰρ ἐμίγαν.

Ne moueas Camariuam, etenim non tan gere præstat.

At autem Camarinam oppidum; & eiusdem nominis plaudem esse in Sicilia. Meminit & Silius libro 14. Maronē imitatus, Et cui non licitū fati Camarina moueri.

*Anagyrim commoues.*

**S. V. B. R. I. O. R. I.** ne utiquam dissimile videtur illud apud Græcos celebratum, ἀνάγυρον κινῶς, id est, Anagyrum commoues. In eos, qui sibi ipsi malorum auctores essent: quique in suam ipsorum perniciem quempiā irritarent. Vnde ducta sit paræmia, varie narratur ab auctoribus. Alii ad fruticis naturam referunt, cuius meminit in tertio libro Dioscorides, quem quidam magyrum, quidam anagyrum appellant: nonnulli acopon, medicamentis quidem efficacem, verum odore maiorem. in modum graui, maxime si manu teratur: cuius fructus gustatus vehementem vomitum promouent. Vnde vel ab odoris molestia, quæ carpentem cōsequitur; adagium ductum videri potest, quandoquidem: & acopi vocabulum indidem apparet repertum: vel à concirandi vomitus efficacia. Meminit huius & Plinius libro vicefimo septimo, cap. quarto. Sunt qui dicant Anagyrum locum esse in Attica, qui ad tribum pertinet Erectheidem, auctore Stephano, vbi frutex quidam grauissimi odoris plurimus proueniat, vt Anagyrum pro frutice non secus accipiamus, quā Antichyram pro elleboro. Rursum ali Anagyrum genium quandam existimant, qui propter violatum sacellum suum vicinos omnes funditus euerterit. Atq; huius adagii

gii mentionem fieri apud Aristophanem in *Lysistrada*. Et sanè apud Aristophanem locus sic habet:

Ρόλει εἰ σιν, ἀναγυρσὶ τὸν ἐν τῷ δῖα.

Ο γυνὴ ἀνάγυρος μοι κινῶ δαί δ' οὐκ εἶ. id est, Vnde aduenit? ab Anagyro. ergo per Iouē Anagirus esse motus apparet mihi.

Suidas huiusmodi sermone commemorat: Anagyrasion quendam genium fuisse, sic à loco quem diximus, cognominatum, qui senem vicinum, quod lucum suum incidisset, hunc admodum vultus sit. Senis concubinx infanum quendam amorem immisit in illius filium, quæ cum adolofcentis animum pellicite non posset, eū vltio apud patrem detulit. quod se de stupro non desineret interpellare. Pater persuasus à muliere, filium è tecto præcipitem dedit, ac interemit. Deinde facti pœnitēs, semetipsum laqueo præfocauit. Postremo mulier sese in puteum abiicit.

*Capra contra sese cornua.*

Ἡ αἴξ κατ' ἐαυτῆς τὰ κέρατα, id est, Capra contra semetipsam cornua. Ad superiorū classis pertinet, ab apologo natū. Capra quæ priam cum esset iaculo vulnerata, circumspiciens vnde nam id mali sibi euenisset, arcū contemptans caprinis cornibus compactū, dixit ad hunc modum, κατ' ἐμαυτ' ἐφύσα τὰ κέρατα. id est, In meam ipsius pernicem produxi cornua.

*Atlas cœlum.*

Ἄτλας τὸν οὐρανόν, id est, Atlas cœlum, subaudiendum, ὑπέδεξατο, id est, suscepit. Dici solitum de his, qui sese magnis & molestis inuoluunt negociis, ipsiq̄ se sibi malum accersunt. Nam hic cœlum hospitio excepit. Deprehensus autem quod illi litruisset insidias, præceps datus est in mare Atlanticū. Porro notior est, quàm vt hoc loco sit referenda de Atlante fabula, cœlum humeris & vertice sustinente.

*Deus ex impromiso apprensus.*

Θεὸς ἀπὸ μηχανῆς ἐφρανεῖς, id est, Deus ex improviso apprensus. In eos dicitur, quibus in rebus perplexis præter spem exoritur aliquis qui salutem adferat, negociique difficultatem expediat. Sumptum est à consuetudine tragœdiarum, in quarum plerisque machinis quibusdam Deus aliquis ostenditur.

debat: idq̄ue non in scena ipsa, sed è sublimi, qui repente commotatis rebus fabulæ finem imponeret. Id quod testatur & M. Tullius lib. de Natura Deorum primo, vt cum sic ait: Quod quia quemadmodum natura efficere sine aliqua mente possit, non videtur, vt tragici poætæ, cum explicare argumenti exitum non potestis, confugitis ad Deum cuius operam profecto non desideraretis, si immensam & interminatam in omnibus partes magnitudinem regionum videretis. Nec dubium est, quin Tullius imitatus hic sit illud ex Platonis Cratylō: Εἰ μὴ ἄρα δὴ, ὡς περὶ οἱ τραγῳδοποιοὶ, ἐπειδὴ τί ἀποφασίζουσιν. ὡς τὰς μηχανὰς ἀποφρεύουσι, θεοὺς ἀφέντες. id est, Nisi sanè quemadmodum tragœdiarum scriptores, sicubi hæserint, ad machinas confugiunt, Deos sustollentes. Quæ Platonis locum ob ignorantiam prouerbiū, Latinus interpres perperam, aut certe obsecure vertit, nimirum hunc in modum: Nisi forte, quemadmodum tragici, quoties ambigunt, commentitiis quibusdam machinantibus ad Deos confugiunt. Ad eundem lapidem impigisse videtur qui Lylandri vitam trāstulit è Plutarcho. Quum enim Lylander instituisset innouare temp, perpēderetiq̄ue negocium esse difficilius, quàm vt vulgaribus consiliis posset expediri, fecit quod poætæ solent in tragœdia, fictis oraculis ac deorum religione studuit quod constituerat efficere. Græca sic habent, ὡς περὶ ἐν τραγῳδίᾳ μηχανὴν αἴρων πρὸς τοὺς πολίτας λόγια πνύδρα καὶ χειμῶνας σωσθεῖσθαι καὶ κατεσθλάσθαι. id est, Quemadmodum in tragœdia machinam tollens apud ciues, responsa velut à Pythio reddita & oracula cōponebat apparatusq̄ue. Idem subobscure, sed sanè quàm eleganter indicat Aristotelis libro τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ primo: Ἀναξαγόρας τε γὰρ ἐνquireν, Μηχανὴ χρεῖται τῷ νόμῳ πρὸς τὴν κοσμοποιίαν. ὅτ' ἂν γὰρ ἀπὸ φήσῃ δῖα τινε αἰτίαν ἐξ ἀνάγκης, ἐστὶ τότι ἔλακε αὐτό. ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις πάσι τε μάλλον αἰτιᾶται τῶν γινόμενων ἡνοῦ. Quæ quidem verba sic licebit vertere: Nam Anaxagoras mente perinde, quasi deo quopiam tragico, qui repente solet ostendi, p̄xitur ad condendum mundum. Etenim cum hæret in explicanda causa, quare necessario sit, tum illam adducit. Porro reliquis in rebus, quiduis potius causam facit eorū quæ fiunt, quàm mentem. Vnde in Græcorum tragœdiis illud penè solemne est:

Γολλῶ

Ἡ δὲ λαὸς μορφῶν τῶν δαυμίων. id est, Multæ formæ deorum, &c. cum inducto numine fabulam explicant: veluti in Oreste Euripidis, Apollo in mediis tumultibus apparēs res turbatissimas subito componit. Huius rei exemplum videtur ab Homero ductū, qui quemadmodum Iliad. primo, Palladē inducit, vt ferocientem Achillem compesceret, ita compluribus alijs locis numen aliquod allegat. Quod quidem Horat. in Arte poet. vetat in comedijs fieri, nisi rerū difficultas maior sit, quàm vt possit humana ope explicari: Nec Deus interfit, nisi dignus vindice nodus Inciderit. Qua ratione Plautus in Amphitryone Iouem induxit, eoque; tragicocomœdiam vocat. Lucianus in Philopseude: Καὶ τὸ τοῦ ἄλλου, θίον ἀπὸ μηχανῆς ἐπεισκαλεῖται μοι τούτων ὄμνη ἀπὸ τῆς τύχης. id est, Ac iuxta prouerbiū, arbitrābar hunc mihi perinde quasi deum quempiam repente apparentem, à fortuna fuisse adductum. Adlusit eodem in libro De mercede seruiantibus, Οἰκῆοι γὰρ τῆς τοιαύτης τραγωδίας οὔτοι γέ, ἢ τίν ἄλλον ἐκ μηχανῆς θεῶν ἐπιτῶ καρχησίων καθελζ' ἔμνηοι. id est, Nam hi peculiariter ad huiusmodi tragœdiam pertinent. Autorialium Deum quempiam de repente exortum, atque in antennis confidentem. Huc respexit Euripides in Iphigenia Aulidensi, θεὸς ἐγὼ πέφηνά σοι μέγιστος. id est, Equidem Deo tibi maximus apparui. Lucianus in Sectis, Επιστᾶς, τὸ τοῦ τραγωδῶν τούτου, εἰς ἐκ μηχανῆς ἐπρωαίης. id est, Assistens iuxta tragœdorum prouerbiū, Deus ex improposito ostensus. Apud Athenæum lib. 6. Iurconem: quendam querētem facit poeta nescio quis, ὅτι pisicum vēditores ἴψιν ostensos pisces statim subducerent.

Καὶ θᾶπτον ἀποπέμψοι τοὺς ἀνιμύληξ.

Ἀπὸ μηχανῆς πωλοῦντες, ὡπερ οἱ θεοί. id est,

Et venditos mox eximunt; aspectui,

Venduntq; , tanquā è machina ritu Deū.

Proinde quoties salus ex insperato ostenditur, id Deo solet adscribi. Ita Plinius libro 25.

Qui ppe etiam in reptilis alias inuenit casus, alias, vt vere dixerim, Deus. Idem libro vicesimo septimo: Hic ergo casus, hic est ille, qui plurima inuenit in vita Deus.

*Homo homini Deus.*

NON admodum hinc abludit & illud: ἄνθρωπος ἀνθρώπου δαυμίων. id est Homo homini Deus, Quod dici solet de eo, qui subitā, atq;

insperatam attulit salutem, aut qui magno quopiam beneficio iuuuit. Antiquitas enim nihil aliud existimabat esse deū, quàm prodesse mortalibus. Vnde frugum, vini, legū auctores, & quicumque ad vitæ commoditatem aliquid attullisset, eos pro Dijs habebat antiquitas: adeo, vt et belluas quasdam pro numinibus coluerit: velut apud Aegyptios Ciconiam, quod serpentes, qui certō anni tempore ex Arabicis paludibus subuolant, obuiam profecta, arcere, conficereq; credatur: apud Romanos Anser colebatur, quod capitolinam arcē expergescētis clangore custodibus, ab irruptione Gallorum seruauit. Quod iudicat. M. Tullius cum libro de natura Deorum primo inscribit: Concludam Belluas à Barbaris propter beneficium consecratas. Quin et auctore Prodicō Chio, corpora quædam inanima pro Dijs habita sunt, velut sol, luna, aqua; & terra, quod ad vitam conducere videntur, quodq; horum commoditate mortales maiorem in modum delectantur. Scythæ, quemadmodum in Toxaride testatur Lucianus, per ventum, & gladium, tanquam per Deos iurant, propterea quod ille spirant sit auctor, hic mortis. Sed quoniam, vt inquit Cicero, plurima homini ab homine vel commoda, vel incommoda, solent oriri, & Dei proprium est vel seruare, vel beneficere: idcirco qui in graui periculo succurrat, qui veingenti quopiam afficit beneficio, quoniam Dei quasi vice fungitur, ei, cui prodest, Deus dicitur exticisse. Huic ad stipulatur illa solennis apud Homerum, atq; Hesiodum clausula:

— Οἱ δὲ ὄρωτες ἴδωοι.

id est,

Dii bonorum largitores.

Et quod ait Strabo libro decimo: Recte dictum est mortales tunc maxime Deos imitari, cum beneficii sunt. Idem libro decimo septimo tradit, Aegyptios quosdam duplicem facere Deum: immortalem, qui rerū omnium sit auctor, & mortalem ignoti nominis: tum à quibus beneficio sint affecti, eos sermē pro Dijs colunt. Præterea vulgo quoq; , qui in rebus perperis, ac desperatis, aut anceps periculo seruantur, à Deo quopiam adiungē se seruatos! Horatius: Sic me seruauit Apollo.

Rursum in Odis, in bello per mercuriū, & iterum ab arboris icū se fauni ope seruatum scribit. Eodē adlusit Iuuenalis, cū ait: Qua-

Quadragesima tibi si q's De<sup>o</sup>, aut similis diis,  
Et melior satis donaret homuncio.

Item Vergilius in Tityro:

O Melibœe, Deus nobis hæc ocia fecit.

Nanq; erit ille mihi semp Deus: illius arã  
Sepe tener nostris ab onilib<sup>9</sup> ibuet agnus.  
Deinde reddit causã, quare sit Cæsãre lo-  
co numinis habiturus, beneficiũ subtexes:

Ille meas errare boues, vt cernis, & ipsum  
Ludere quæ vellẽ calamo permisit agresti.

Plinius Secundus, lib. Naturalis historię  
secundo, manifestius Græcam *παροιμία* in-  
dicauit, sed tã impiẽ sentiens de Diis, quã  
paullo post de animarũ immortalitate, de  
quẽ corporũ resurrectione desipienter. Nã  
cum & multitudinem Deorum irrisisset, &  
vni illi summo, quem aut mundum hunc,  
aut naturam esse putat, prorsus admisset  
curam mortalium; Deus est, inquit, morta-  
li iuare mortalem. Et hæc ad eternam glo-  
riam via. Hac proceres iere Romani, hac  
nũc cœlesti passũ cum liberis suis vadit ma-  
ximus omnis xui rector Vespasianus Au-  
gustus, fessis rebus subueniens. Hic est ve-  
rustissimus referendi bene merentibus gra-  
tiam mos, vt tales numinibus adscribant.

Quippe & omnium aliorum nomina deo-  
rum, & quæ suprã syderum retuli, ex om-  
nium nata sunt meritis. Hactenus Plinius.

Quidius:

• Conueniens homini est hominem serua-  
re voluptas.

Et melius nulla quæritur arte fauor.

Plutarchus in commentario, quem inscrip-  
sit aduersus principem iudœum, negat  
Deos hoc nomine felices esse, quod quã  
diutissimẽ viuãt, sed quod virtutis sint prin-  
cipes & auctores, fieri potest, vt hui<sup>9</sup> adagii  
sit vsus neq; improbus, neq; inconcinuus, si  
quis hoc modo dicat: Cum tantis malis pre-  
merer, vt nemo mortalium aut vellet, aut  
posset opitulari, tu vnus mihi præter spem  
extitisti, tu oq; beneficio me nõ seruasti mo-  
dò periturum alioqui, verum etiã ornatio-  
rem aliquanto fecisti, quã antea fuerim.

Vt aut omnino nusquã, aut in nobis certe  
duobus, locum habeat vetus illud Græcorũ  
adagium, *ἀνθρώπου ἂνθρώπου δαίμωνιον*. Aut  
hoc modo: Litteris debeo omnia, etiam vi-  
tam: sed ipsas tibi debeo litteras, qui mihi  
tua liberalitate suppeditas alisq; ociũ meũ.

Quid autẽ est quod Græci dicunt. *ἀνθρώπου ἂνθρώπου δαίμωνιον*. si hoc non est? Aut hoc

paolo: Qui mediocri beneficio iuuat, sit sa-  
ne amicus, verum qui arte sua, singulariq;  
cura, atq; industria vitam iam iam fugiẽ-  
tem retinet ac restituit, id quod vtq; facit  
medicus, quid aliud est, quã quod Græci  
dicunt, *ἀνθρώπου ἂνθρώπου δαίμωνιον*. Aut  
sic: Eum in locum res erat deducta, vt ne ip-  
sa quidem salus posset auxiliari. Ibi tu mi-  
hi veluti præsens quoddam numen extiti-  
sti, & mira celeritate depulsus in commodis,  
in pristinum locum restitisti, nec speran-  
tem, nec expectantem, vt intelligerem illud  
non tenerẽ dictũ à Græcis, *ἀνθρώπου ἂν-  
θρώπου δαίμωνιον*. Aut sic: In reliquis quidẽ  
rebus mihi semper amicissimus fuisi: in  
hac vero causa non amicissimus modo, ve-  
rum etiã penẽ dixerim, quod Græci dicunt:  
*ἀνθρώπου ἂνθρώπου δαίμωνιον*.

*Homo homini lupus.*

*Ἀνθρώπου ἂνθρώπου λύκος*, id est, Homo ho-  
mini lupus. Superiori quasi diuersum est,  
ac velut hinc effectũ videtur quod vsurpsuit  
Plautus in Aſinaria: Homo homini lupus.  
Quo monemur, ne quid fidamus homini  
ignoto, sed perinde atq; à lupo caueamus.  
Lupus est, inquit, homo homini, non ho-  
mo, qui qualis sit, non noui.

*Coturnix Herculem.*

*Ὅρνευ ἕσωσεν Ἡρακλῆν τὸν κατ'ερόν*. id est,  
Seruauit Herculem coturnix strenuum.  
Senarius est Græcis, prouerbii vice celebra-  
tus: quem tamen Zenodorus negat apud vl-  
lum veterum scriptorum inueniri. Cæterũ  
dici solitum, de his, qui in periculo serua-  
ti essent ab his, à quibus minime speratã.  
Adagionis originem ad huiusmodi fabulã  
referunt: Coturnicem quãdam Herculi in  
deliciis fuisse, cuius nidore cum viua incen-  
deretur ille mortuus sit in vitam restitui-  
tus. Meminit huius fabulæ Athenæus quo  
que libro nono scribens, Herculem Iouis;  
et Asteræ filium, in Libyam proficentem  
à Typhone fuisse interemptũ, reuocatũ au-  
tem in vitam odore coturnicis, illi ab Io-  
lao admortæ, & ob eam causã Phœnices  
Herculi coturnicem sacrificare.

*Genius malus.*

Et quod modo retulimus: Homo homini  
Deus: contrariũ vñ, Genius malus, quẽ Græ-  
ci dicunt *ἀλάσθα*: quo noĩe vocamus eos,  
quibus

quibus incommodorum nostrorum maximam partem acceptam ferimus, idq; etiã hodie vulgato sermone. Sunt enim omnino quidam his aut illis ita inauspicati, ut tanquam fatum quoddam malum atq; in perviciem illorũ nati, iure videri possint. Porro proverbii apparet à prisorum opinione profectũ, qui singulis binos genios attribunt, quos dæmones vocant: neq; hominibus modo, verum etiã locis, atque ædibus, quorum alter perniciem nobis molia- tur, alter iuvare studeat. cuius sententiæ fuit Empedocles, citante Plutarcho in libello De Animi tranquillitate. Quò pertinet illud Bruti, quod in eius vita memorat idem Plutarchus. Nam Bruto cum dies ille fatalis immineret, et in Asia nocte ferme intempesta ex more vigilaret in tabernaculo, lucerna iam emoriente, videre visus est personam quandam tragicam, & humana specie maiore. Atque ille protinus, ut erat animo interrito, percontatus est, quis nam esset aut hominum aut deorum, Cui illa cùm murmure: Tuus sum Brute genius malus, Philippis me videbis. Eadem itaque imago rursus apparuit consigenti Philippis, quæ quidem illi pugna postrema fuit. Huic consimilem quandam fabulam idem refert de M. Antonio, atque Augusto: videlicet hos, reliquis quidẽ in rebus amanter, summaq; inter sese concordia agitalle: cæterũ in ludis, quos ad æmulationem quandam edebant, Octaviũ semper superiorem esse solitum. Eam rem Antoniu non mediocriter discruciasse. Fuisse aut in Antoniano comitatu magum quempiã Aegyptium. Is seu quod vere nosset eius fatũ, seu quod ad gratiam Cleopatrx fingeret, eum admonuit ut à Cesare se quantum posset seiungeret: q; ipsius genius, alacer alioqui, geniũ illum reformidaret: quoque propius accessisset, hoc humilior delectiorq; videretur. Testatur & Plato, Socrati peculiarem quandam fuisse geniũ, de quo scripsit Apuleius & Plutarchus. De genio sensisse videtur Terentius, cũ ait in Phormione: Mihi vsu venit, hoc scio. Memini relinqui me, Deo irato meo. Bonum geniũ explicat Mænius in Stalagmonis apud Donatum: Adco meo propitio meus homo est. Idẽ Persius: Diis iratis, genioq; sinistro. Postremo proverbium respiciunt in genere omnia illa: Iratis Diis, Propitiis diis. Terentius: Nescio,

nisi Deos iratos fuisse mihi satis scio, qui auscultaverim ei. Horatius in Sermonib<sup>9</sup>:  
- Immeritusq; laborat  
Iritis natus paries Diis, atque poetis.

Idem rursus:

- Vertumnis, quotquot sunt, natus iniqs.

Idem in Odis:

Diuis orte bonis optime Romule  
Custos gentis abes. Homerus Iliados 1.

Od̄s v̄ t̄s t̄s̄i kor̄as.

id est,

Deus quispiam iratus est. Et Vergilius:  
Diis equidem auspiciibus reor, & Iuno-

ne secunda.

Eodem pertinent & hæc: Solus à Diis diligitur Antiphon. Et: Dii nos respiciunt. Et: Modo Iuppiter adsit. Et: Si quem numina læna sinunt. Et: Dexter adsit Apollo: atque id genus sexcenta passim apud poetas obvia. Erit autem venustius, si ad speciem descenderis. Ut: Hic scribit carmina Musis, quotquot sunt, iratis. Canit irato Apolline. Eam causam egit ineptissime, planctq; irata Suadela. Marte sinistro pugnavimus. Neptuno propitio navigavimus. Mercurio, opinor, irato, cum hoc veteratore sum pactus. Irata Venere dat operam liberis, de eo, qui deformes filios progeneret. Inuita Minerva, qui parum feliciter artẽ exerceat.

*Dextro Hercule, aut amico Hercule.*

**E. L. V. A. D. E. M.** est generis, sed obscurius, quod apud Horatium legitur:

Diues amico Hercule.

Et item apud Persium: O si.

Sub rastris creper argenti mihi Seria dextro Hercule.

Quod quidem in eos competit, qui in accumulandis opibus sunt bene fortunati. Idq; inde natum existimant, q; Hercules moriturus dixerit, eos opulentos futuros, qui sibi decimam bonorum suorum partẽ consecrassent. Proinde locupletes plerofq; ita facere solitos. Tamen si Plutarchus in problematis, huius cõsuetudinis aliam adfert causam puta q; ipse quandam Hercules, boum, quos Gezyoni abstulerat, in Palatino decimam partem immolarit, vel q; Romanos ab Hetruscis decimari solitos liberarit.

*Dijs, Hominiibusq; plaudentibus.*

**P. R. O. V. E. R. B. I. A. L. I. S.** est & illa hyperbole: Diis, hominibusq; plaudentibus: pro eo quod

quod est: Feliciter, atque auspiciatò. Cicero ad Q. fratrem: Vatiniū, à quo palam oppugnabatur, arbitrata nostro concidimus, Diis, hominibusque plaudētibus. Idē libro Epistolarum familiarium primo: Neque solum dixi, sed etiam sic facio, Diis, hominibusque approbantibus. Rursus ad Q. fratrem lib. 3. in diuersam sententiam vertit prouerbium: Nisi uoster, inquit, Pompeius Diis, hominibusque inuitis negocium inuenerit. Quamquam hoc ipsum per se, Deos, hominesque, prouerbiale nimirum est ob figuram, atque apud poetas penē solenne: Deum, atque hominum fidem. Diis atque hominibus inuisus. Neque Deos, neque homines metuit. *Homērus:*

*Ἀθάνατοι τε θεοὶ, εἰρητοὶ ἄνθρωποι.* id est,  
-- Numina nescia mortis, Mortalesque  
homines. Rursum.

*Πατὴρ ἀδράων τε θεοῖτε.* id est,  
-- Parens hominumque, Deumque.

*Bonū auius. Malis auius.*

Ad hoc genus pertinet & illud; Bonis, aut malis auius: cum rem feliciter, aut secus cedere significamus. Ab augurum obseruatione sumptum. Horatius in Odis:

Mala soluta nauis exit alite,

Ferens olentem Meuium. Et rursum:

-- Mala ducis aui domum,

Quam multo repetet Græcia milite.

Atque iterum alibi:

Scriberis Vario fortis, & hostium

Victor Mzonii carminis alite. Homerus

*Iliados ω.*

*Μη δὲ μοι αὐτῆ Ορηῆς ἐνὶ μεγάροισι κακὸς πτελάω.* id est,

Ne ue auis hic in fausta mihi perrexe-  
ris esse.

Verba sunt Priami ad uxorem dehortantē, ne solus in castra Achillis profisceretur, Hectoris cadauer auro redempturus, ac multa tristia, ita ut assolent mulieres, ominantē. Auersa aui dixit Latinus quispiam tragicæ diarum scriptor, qui de Agamemone contra auspicia soluente ita loquitur: Soluere impetaret, secundo rumore, auersaque; aui. Refertur à M. Tullio libro De diuinatione primo. Ad hanc formam referenda sunt et illa: fausto omine, benè ominata, bonis auspicijs, in auspiciatò, felicibus augurijs, atque id genus alia, que ab augurū arte sumpta in communem sermonem abierunt.

*Noctua volat.*

Ex eadem superstitione manauit & illud Græcænicum: *γλῶξ ἰπταται*, siue *ἰπτατο*, id est, Noctua volat, siue volauit. Nam præficus Atheniensibus noctux volatus, victoriæ symbolum existimabatur: propterea quod auis hæc Mineræ sacra crederetur, que qui dem dicta est etiam malè consulta Atheniensium benè fortunare. Qua de re copiosius aliquanto dicemus in prouerbio: Atheniensium inconconsulta temeritas. Inde, rebus felicis, atque ex animi sententia succedentibus, dici consuevit: Noctua volat. Auiores Zenodatus, et Suidas. Non illepidè dicitur volasse noctua, quoties res non viribus, sed pecuniarum interuentu confecta creditur, quod Atheniensium numisma noctuam haberet insculptam. Vnde & illud: Laurioricæ noctux, quod alibi recensetur. Plutarchus in vita Peliclis tradit illi è superiore nauis tabulato cõcionanti, noctuam ad dextram aduolasse, ac malo insedisse: quod omen effecit, ut omnes irent in illius sententiam.

*Quarta luna nati.*

*Ἐν τετρατῆ γυναιδῶν*, id est, Quarta luna nati, dicitur qui parum feliciter nati sunt, ut auctor est Eustathius in librum *Iliados* secundum, propterea, quod Hercules hæc luna natus feratur, cuius omnis vita voluptatum omnium expers, ac laborum plena fuit. Dici potest et in eos, qui laboribus sibi neutricam frugiferis fatigantur, Hercules videlicet exemplo, qui iuuandis alijs sudauit, sibi inuicilis. Pyrrhus apud Lucium Florum dicebat se sibi videri Herculis Sidere natum, quod quod pluribus victorijs Romanos concideret, hoc acriores in ipsum coorirentur. Id quod Horatius eleganter transulit ad Annibalem:

Ut hydra secto corpore firmior

Vinci dolentem creuit in Herculem.

*Albæ gallinæ filius.*

CONTRA, feliciter natum, albæ gallinæ filium dicimus. Iuuenalis:

Quia tu gallinæ filius albæ.

Vel quod lecta, atque auspicata Latini alba vocant: vel quod prouerbium adludit ad fatalem illam gallinam, de qua meminit Suetonius Tranquillus in Galba; his quidem verbis: *Liuius olim statim post Augusti nup-  
tias*



ptias Veientanum suum reuicenti, præteruolans aquila, gallinam albam, ramulum lauri rostro tenetem demisit in gremium. Cuiusq; nutriti alitem, ac pangi ramulum placuisset, tãta pullorum soboles prouenit, vt hodie quoq; ea villa ad gallinas vocetur. Tale vero laureum, vt triumphaturi Cæsares inde laureas decerperent. Fuitq; mos triumphantibus, alias confestim eodem loco pangere. Et obseruatum est sub cuiusq; obitum, arborem ab ipso institutam elanguisse. Ergo nouissimo Neronis anno, & sylua omnis exaruit radicibus, et quicquid ibi gallinarum erat, interit. Conueniet igitur adagium in eos, qui rara & fatali quadam felicitate, successuq; rerum vtuntur. Huic diuersum est illud apud eundem Iuuenalem:

Nati infelicibus ouis.

Non abhoret huic, quod scribit M. Tull. lib. epistol. familiarum septimo ad Curionem: Quum enim salutationi nos dedimus amicorum, quæ sit ex hoc etiam frequentius, quam solebat, quod quasi ænem albam videntur bene sentientem ciuem videre, ab domo in bibliothecã. Veteres enim quod inauspicatum haberi volebant, ærum aut nigrum vocabant: quod felix, album. Vnde apud Senecam Asinius Pollio, Albuti sententias, quod in affectatæ essent & apertæ, solitus est albas appellare. Quin & Græcis *ἀδύκροτος ἐπιτίμ* dicitur, qui clarius rem explicat.

*Laureum baculum gesto.*

*Δεξιῶν ἄρσενον βακτηρίαν*, id est, Lauteum porto baculum. Suidas tradit, ita solere loqui eos, qui essent ab aliquib; insidiis appetiti, feliciterq; periculum effugissent. Propterea quod laurus credita est aduersus venena remedium habere Plinius lib. 15. demonstrat laurum Instrationibus adhiberi solitam. videtur & aduersus fulmen huius vis tueri, quando quidem arborum vna nõ dicitur fulmine. Id adeo verum credidit Cæsar Tiberius, vt nunquam non gestaret capere coronam lauream, vt in ipsius vita prodidit Suetonius.

*Γραυλὸν Σάμβικο πάτθη.*

*Ἀνδρῶν τὸν ἄριστον πόρον*, id est, Atrociora Sábico páttit. Isti eos, qui cruciatibus ex-

quisitis torquétur, aut quibus insignia mala accidunt. Proverbiũ Plutarchus refert in problematis Græcanticis, arque huiusmodi quandam adfert causam. Sambicus quispiam Eleus, vnã cõ sociis aliquot, non paucas apud Olympia zreas statuas concidit, vendiditq; . Deinde maiora etiam ausus, vendiditq; . Deinde maiora etiam ausus, Dianæ præstis templum diripuit. Est enim illius in Elide templum, quod Aristarchũ nominant. At ille mox comprehensus, dũ socios prodere recusat, annum perpetuum exquisitis cruciatibus dilaceratus est, inter quos etiam animam efflauit. Atque hinc vulgo nata paræmia.

*Fœnum habet in cornu.*

IN homines maledicos, ac feroces dicitur: Fœnum habet in cornu. Horatius in sermonibus:

Fœnum habet in cornu, longe fuge.

Inde translátũ, vt Acroni placet, quod antiquitus Bobus cornu petis fœnum pro signo in cornu appenderetur, quo sibi cauerent, qui forte occurrissent. Idq; ideo fieri solitum Plutarchus in problematis autumat, quod copiosiore pabulo, non modo boues, sed & equi, & asini insolentiores, ac ferociores reddantur. Vnde extat & Sophoclis dictum in tumidum quempiam, ac præferocem; Tu, inquit, serues, quasi pullus pabuli copia. Huic ad stipulant illud Solonis dictum apud Laertium: *Τὸν πλεονέκτην ἄπο τοῦ πλοῦτος γινώσκου, τὸν δὲ ὑπερὸς τοῦ κλέος*. hoc est, sauetatem nasci ex opulentia, ex sauetate ferociam. Dictum est aliter ali quando, vt idem testatur Plutarchus, in M. Crassum, quod in cornu fœnum haberet, propterea q; haud quaquam impune lacesseretur, homo prædiues, ac potens, & simulatum persequentiissimus. At postea Cæsar dictus est ei fœnum detraxisse: quod omnibus illum, vt corniperam taurum fugientibus, ac formidantibus, ipse primus ausus fuit illi resistere. Vsurpat adagium hoc etiam diuus Hieronymus in epistola quadam, miuitans his, à quibus forte esset lacessendus.

*Cornuam bestiam petis.*

CONSTITUERE ferme sensum habet Plautinum illud: Cornuam bestiam petis, de eo, qui lacessit est, qui paratus sit retaliare iniuriam.

iuriam, quemq; non nisi tuo malo prouoces. Huc spectauit Horatius in Odis: Parata tollo cornua.

*Dionysius Corinthi.*

*Διονύσιος ἐν κορίνθῳ*, id est, Dionysius Corinthi. Per uerbialis allegoria, qua significamus aliquem à summa dignitate atque Imperio, ad priuam humilemque; redactū fortunā: quemadmodum Dionysius Syracusarum tyrannus expulsi Imperio, Corinthi pueros litteras, ac musicam mercede docuit. Cicero. epistolarum ad Atticum lib. 9. De optimatibus sic sanè ita ut vis. Sed non isti illud: *Διονύσιος ἐν κορίνθῳ*. Quintilianus Instit. orat. l. 8. Est in exemplis allegoria, si non prædicta ratione ponantur. Nam ut Dionysium Corinthi esse, quo Greci omnes utuntur, ita plura similia possunt. Hic Cicero eum ait: Nosti illud. & Quintilianus: Quo Greci omnes utuntur, nimirum uterque vulgo iactatum, fuisse significat. Cæterum unde natum sit adagium, Plutarchus aperuit in libello, cui titulus: Περὶ τῆ ἀδολαχίας; id est, De futili loquacitate. Laudis enim, breuiter & grauius dicta, commemorata & illud à Lacedæmonibus responsum Regi Philippo, bellum minanti, ferocientique: *Διονύσιος ἐν κορίνθῳ*. Quibus ubi rex rescripsisset, si quando in Laconiam duxisset exercitū, euersurum se Lacedæmonios, verbo duntaxat responderunt, *ἀνά*, id est, Si Plato ter nauigauit in Siciliam, non sine sinistri rumoris aspergine. Vnde Molon, qui inimicum in Platonē gerebat animum, dicebat nō esse mirum, si Dionysius esset Corinthi, sed si Plato in Sicilia. Regem enim urgebat necessitas, Platonem sollicitabat ambitio.

*In me hæc cuedetur faba.*

TERENTIUS in Eunuchō: At. n. isthæc in me cuedetur faba: hoc est, Donato interprete. in me malum hoc recidit, in me hæc vindicabitur culpa. Translatum vel à faba, quæ cum siliquis exiit, ac batuitur, aut sustibus intercunditur, ita ut sit in arcis more rusticorum, nō ipsa perinde laborat, sed id demum in quo cuditur. Alii malunt ad male coctam fabam referre, quæ si quando nō maduerit, sed dura permanferit, ab iratis heris supra coqui caput saxo nonnumquā comminui consuevit, tanquam fabam

uiscensibus, non coquam, cū uniuersum interim malum ad coquam perueniat.

*Tute hoc intristi, omne tibi exedundum est.*

NON diuersum superiori Donatus admittit illud, quod apud eundem poetam legitur in Phormione: Tute hoc intristi, tibi omne est exedundum. Verba sunt Phormionis parasiti, qui quoniā fuerat auctor consilii deducenda puella, æquum esse putat, ut suo periculo rem itē expediat. Translatum putant ab alliato rusticorum mortuario. Quæ quidem sententia, vel hodie quoque vulgo nostrati in ore est. Et altera huic similitima: Colo quod aptasti, ipse tibi nendum est: id est, tu incipiūdi auctor extintū, nunc idem explices oportet.

*Faber compedes, quas fecit, ipse gessit.*

AVXONIVS in Trochaicis suis Terentiō prouerbio confine quoddam subnectit & poetæ metaphoram altera quadam interpretatur metaphora.

Tu molestus flagitor lege molesta carmi. Tibi quod intristi, exedundum est: sic uetus uerbum iubet, Compedes, quas ipse fecit, ipse uir gesserit faber.

Cōpetit in eos, qui sibi ipsis auctores sunt malorum. Videtur autē Theognide poeta sumptum, qui ait:

*Οὗτος ἀνὴρ φίλε κέρει πιδῶς χαλκὸν ἔδωκε* id est,

Vicula nemo sibi cuditcharissime Cyrene, Huic simile quiddam, humilius quidē, sed tamen aptum vulgo dicitur: Flagellum ipse parauit, quo uapularet. Idq; sumptum à pueris, aut seruis, qui coguntur aliquoties ipsi parare uirgas, quibus uapulent.

*Ipsi restudines edise, qui cepistis.*

HIS confine prouerbium refertur à Grecis scriptoribus.

*Αὐτοὶ χιλιῶνες ἰσθίδῳ διπέδωνται.* id est,

Qui prendidistis, iidem edite restudines.

In eos iactur, qui posteaquam in consule quippiā adorti sunt, aliorū implorant auxilium, quos suo negotio admisceant. Partemiam ex huiusmodi quodā apologo natā existimant. Piscatores aliquot iacto reti, restudines eduxerunt. Eas cū essent inter se partiti, neq; sufficerent omnibus comedendis. Mercuriū forte accedentē inuitarū ad

conuiniſi. At is intelligens ſe nequaquã hu-  
manitatis gratia vocari, ſed vt eos faſtidio  
eijus ſubleuaret, reuſauit, iuſſitque vt ipſi  
ſuas teſtitudines ederẽt, quas ceſſerent. Sũt  
autẽ, auctore Plinio, in Cãrmania populi,  
qui teſtudinum carnibus victitent, vnde &  
nomẽ illis attributum, *χαλαροὶ ἀγοῖς*. Apud  
quos affirmãt inueniri teſtudines tanta ma-  
gnitudine, vt earum teſtis caſas integant.

*Aderis Temefæus genius.*

STRABO libro Geographiæ ſexto refert  
Temefam ab Lao primam Vrhem eſſe Bru-  
tiz, ipſius ætate dictam Tempſam, quam  
ab Auſoniis conditam, Thoantis comites  
Aetoli deinde tenuerint, atque his expulſis  
Brutii, demum Anuibal & Romani fundi-  
tus euerterint. Luxta hæc ſacellũ fuiſſe olea-  
ſtris circumſcriptũ Politæ cuiusdam ex Vlyſſis co-  
militibus ſacrũ. Hunc, q̄ eſſet à Barbaris vio-  
latus, grauis iras in eo exercuiſſe: adeo vt  
in prouerbũ abierit, dicerentque; cauẽdum,  
nẽ Temefæus genius imminẽt: deinde  
Locrenſibus Epizephyreis vrbe potitis, Eu-  
tyriũ quendam, vt inquit Aelianus, ex Ita-  
lia illuc veniſſe pugilem inelytũ, & inſigni  
robore, qui & lapidem ingenti magnitudi-  
ne geſtauerit, qui Locris offendi ſoleat.  
Hunc cum Politæ congreſſum, ac victorem  
à certamine diſceſſiſſe, atque ita finitimos  
huius opera liberatos à tributo, quod ille  
conſueuerat extorquere. Quin & com-  
puliſſe illum, vt quod per vim abſtulerat,  
redderet etiam cum ſœnore. Atque hinc  
prouerbiũ natum putant, iis qui ſordi-  
dos & iniuſtos quaerſtus faciunt, adfore Te-  
mefæũ genium: quo ſignificabant ali-  
quãdo dependenda cum ſœnore, quæ præ-  
ter ius & fraude, ſeu vi rapuiſſent. Pau-  
ſanias in Eliacis paullo diuerſus rem nar-  
rat; nempe comitem quendam Vlyſſis, ob  
virginem conſupratam occiſum fuiſſe, at-  
que ob id laruas eius, niſi quæ annis obla-  
ta virgine placarentur, graſſari ſolitas, ac  
perniciem adferre omni ſexui, atque ætati.  
Atque hunc quidem eius loci genium vul-  
go fuiſſe creditum, quem Euthymus pugil  
Temefam reuerſus compeliuerit, virgine  
quam deuouerant, liberata, atque in matri-  
monium accepta. Apud Strabonem locus  
in codice Græco videtur non vacare men-  
da. Sic enim legimus: *ἔστι τοῖς περιόικις δια-  
βολοῦ ἐν αὐτῷ κατά τὸ λόγιον, καὶ περιόικου*

*ἔν περὶς αὐτοῦ, μὴ εἰς τὸν ἕρωκα τῶν ἐν τιμῇ  
σὶ λιγόντων ἐπακίδου αὐτοῖς*. Fortaſſe tole-  
rabilior erit lectio, ſi tolles coniunctionem  
δὲ, & pro *λιγόντων* reponas *λέγοντων*. Ce-  
terum quum Strabo recẽſcat prouerbiũ  
priuſquam referat cohibitiũ herocem; in-  
dicat potẽtis in eos dici ſolitiũ, qui potẽti-  
torem ſe læceſſant. Etiamſi ni hil verat pro-  
uerbiũ ad varios vſus accommodari.

*Termeria mala.*

*Τερμέρια κακά*, id eſt, Termeria mala. Vete-  
ri prouerbio dicuntur ingentia; maxime,  
quocius mala quæ quis in alios impeerit,  
aliquando in ipſius caput retaliantur. Hu-  
ius adagii meminit Plutarchus in vita The-  
ſei, qui cum Herculis exemplo terras ope-  
ret, nocentes, quos ſuperafſet, eadem pœ-  
na ſolitus eſt afficere, quam illi per ſauiti-  
am in alios exercuiſſent. Nam Hercules  
Damafcum de rupe editiſſima præcipitem  
dedit. Buſyridem parentauit. Antæum pa-  
læſtra ſuperatum occidit. Cygnum gladi-  
atorum more cõſecit. Denique Termerum  
humana capita conſringentem, verberibus  
itidem contudit. Vnde in eos, in quos  
ſua malefacta retorquentur, prouerbio di-  
citur: Termerium malum. In hanc ferme  
ſententiam Plutarchus in vita Theſei. Eſt  
autem ſupplicii genus, vel in primis fauo-  
rabile, cum pœna ſceleri reſponderet, quem-  
admodum de Thurino ſumi venditore, ſu-  
mo necato legimus. Et Perillo, quem Pha-  
laris æneo impositum tauro, ſuo ipſius in-  
uento perdidit. Illud perquam ſeltium;  
quod in vita Gallieni Imperatoris refer-  
tur. Cum quidam vitreas gemmas pro ve-  
ris Imperatrici vendidiſſet, atque ea re  
deprehenſa, vindicari flagitaret: ille vendi-  
torem rapi iuſſit, tanquam leonibus obii-  
ciendum: deinde caponem emittit, ac cun-  
ctis rem tam ridiculam admirantibus, per  
preconem denunciari iuſſit: Impoſitum  
fecit, & paſſus eſt: atque ita negotiatorem  
dimiſit. Sed de Termeriis malis Suida mul-  
to aliam adfert interpretationem: nempe  
locum quendam eſſe in Caria cui nomen  
Termerio, quo tyranni quandoque pro-  
carcere ſoleant vi. Situm autem eſſe inter  
Melum, & Halicarnaſſum. Ex hoc cum  
poſtea prædarentur latrones, neque depel-  
li poſſent, quod eſſet locus admodum mu-  
nitus, abiſſe in prouerbiũ. Quanquam  
Stephanus

Stephanus Termeram urbem in Lycia ponit, quam ait à Termero sortitam vocabulum. Postremo Termeria mala dicta videri possunt, quasi extrema mala. Nam τέρμα Græce, finem significat, & τριμῆραν ἡμέραν extremum vitæ diem vocant. Porro Latini, quod summum videri volunt, ac maximum, id extremum appellant. Vt extrema dementia, extrema insania. Neque secus Græci, ἔχρατον κακόν, extremum malum pro maximo dicunt. Et ἔχρατον ἔχρατα, extremorum extrema, quasi plus quam maxima.

*Neoptolemi vindicta.*

Νεοπτολέμῳ τίσις. id est, Neoptolemica vindicta. Superiori similitum est ubi quis eadē patitur, cuiusmodi patrauit in alios. Id Pausanias in Messeniaci refert, & exponit his verbis: Περὶ δὲ μὲν τοῖ καὶ αὐτοῦ λακιδαιμονίης ἀνα χρέον ἢ νεοπτολέμῳ καλαμῆν τίσις. νεοπτολέμῳ γὰρ τῷ ἀχιλλεύς ἀποκτείναντι πριάμην ἐπὶ ἔχρατος τοῦ ἔργου, συνεπίσι καὶ αὐτὸν ἐν δειλοῖσι πρὸς τῷ βωμῷ τοῦ ἀπόλλωνος ἀποσφραγίσαι, καὶ ἀπὸ τούτου παλιῖν ὁποῖον τίς καὶ ἔδρασι, νεοπτολέμῳ τίσιν ἀναμέλυσιν. id est, Sanè persuasit Lacedæmonios progressu temporis Neoptolemea, sicut vocant, vindicta. Siquidem Neoptolemo Achilles filio, qui Priamum in ipsi palatii focus occiderat, vicissim euenit, ut & ipse apud Delphos ad Apollinis aram occideretur: atque hinc ortum, ut ubi quis idem patitur, quod in alios fecit, Neoptolemeam vindictam appellent. Euripides in Oreste sub persona Apollinis de Neoptolemo.

Θαυεῖν γὰρ ἀντὶ τοῦ μοῖρα δειλοῖκα ἔϊφαι. id est, In fato enim illi est Delphico gladio mori.

*Seruire scenæ.*

M. Tullius seruire scenæ dixit, pro eo, quod est seruire temporis, & rebus presentibus sese accommodare. Translata ab histrionibus fabularum metaphora, qui non suo opte iudicio agunt, sed hoc vnū spectant, ut quouis modo populi oculis placeant, alioqui explotendū, exhibilandique. Sic enim scribit ad Brutum: Tibi nunc populo, & scenæ, ut dicitur, seruiendum est. Nam in te non solum exercitus tui, sed omnium ciuium, ac penè gentium coniecti sunt oculi. Quadra bit & in eos, qui negocium aliquod susce-

perūt illustre, vnde necesse sit, aut cum summa laude, aut summa cum infamia discedere propter plurimorum expectationem. Porro temporis seruiendum esse viro sapienti monuit & Phocylides:

Καὶρὸ λατρεῖσθαι, μήτ' ἀντιπτεῖν ἀνέμοισιν. i. Temporibus semper cautus seruire memento,

Nec restare velis aduersum flamina venti. Porro metaphora hæc ducta est à nauigantibus, quos necesse est semel ingressos mare ventorum atque æstus arbitrio ferri, frustra conaturos, si velint aduersus ista pugnare.

*Vti foro.*

ΗΥΙC affine est, τῷ ἀγορῆ χειρῶν, vti foro, pro eo quod est: Præsentem rerum statum boni consulere, & vt cuique sese obtulerit fortuna, ita animum applicare. Terentius in Phormione: Scisti vti foro. Donatus vulgare prouerbiū admonet esse, ductamque metaphoram à mercatoribus, qui non ante locum commercii præscribunt quanti vendant, quæ aduehant, sed secundum annonam fori, quam deprehenderit, consilium de non vendendis, aut vendendis mercibus sumunt. Seneca: Vtatur foro, & quod fors feret, æquo feramus animo. Idē epistola 72. Sub manu nasci dixit, pro extempore. Ergo consilium, inquit, sub die nasci debet, & hoc quoque tardum est nimis: sub manu, quod a iunt nascatur.

*Polypi mentem obtine.*

EXTAT apud Græcos adagium in hunc ordinem referendum, πολὺ ποδῶν νοὸν ἔχει, id est, Polypi mentem obtine. Quo iubemur pro tempore, alios atque alios mores, alium atque alium vultum sumere. Quod in Vlysse videtur Homerus laudare, qui cū πολὺ ἄροπον appellat. id est, moribus versatilibus. Adagium natum est à piscis huius ingenio, de quo meminit Plinius lib. 9. cap. 29. Præterea Lucianus in sermone Menelai, ac Prothæi, scribuntque colorem mutare maxime in metu. Nam persequentibus piscatoribus, petris affigit, sese & cuiusque petreæ adhæserit, eius colorem corpore imitatur, videlicet ne queat deprehendi. Quin vt refert Basilus magnus, pisces imagine falsa decepti, nonnunquam auantant, vltro sese prædoni offerentem.

D Porro

Porro proverbum sumptum est ex Theognide, cuius hoc distichon est de polypro: Citaturque à Plutarcho in libello τῶν πολυφιλίας.

Πολύποδ' ὄνον ἔχει πολυπλόκην, ὅς ποτὶ πῆν.  
τῆ προσομιλίῃ, τοῖος ἰδίῳ ἔφαινε. id est;  
Mentē habeas vasri polyphi, q̄ protinus illa  
Se quibus admorit, laxa colore refert.

Clearchus in proverbiis, teste Athenæo, citat hoc distichon, tacito auctoris nomine:

Γολύποδ' ὅς μοι τέκνον ἔχων ἰὸν ἀμφίλοχ' ἔρεε.  
Τοῖσιν ἐφαρμάζων ἄν καὶ πρὸς δῖον ἴκη. 1.

Polyphi ingenio mihi sis nate Amphiloche heros,

Vt temet populo, quemcunque accesseris, aptes.

Citat idem carnē Plutarchus ex Pindaro. Unde & versus ille proverbialis celebratur:

Ἄλλοτε δ' ἄλλοιον τελεῖσθαι καὶ χάρες ἐπι-  
θαύμα. id est,

Proq̄ loco nūc hūc fieri, nūc expedit illū. Qui nos admonet, vti nos ad omnem vitæ

rationem accommodemus, ac Proteum quendam agentes, prout res postulabit, in quamlibet formam transfiguremus. Plutarchus item ἄλλοι' ἔγνομαι, dixit, pro eo quod est, in diuersam eo sententiam. Quod quidem notat & Aristophanes in Pluto, qui monet viuendum esse τρὸ ποῖς ἐπιχωρίως, id est, moribus regionis ac vernaculis. Eodem pertinet & illud, νόμ' καὶ χάρες, id est,

Lex etiam ipsa regio. Quo significatū est, vnicuique regionis quædam peculiaritas esse instituta, quæ hospites non damnare, sed pro virili nostra imitari, atque exprimere

debeamus. Neque quisquam existimet hoc adagio doceri scædam adulationem, qua quidam omnibus omnia assentantur, aut vitiosam morum inæqualitatem, quæ

Horatii eleganter taxat in sermionibus, quæ historici notant in Catilina, atque in Anedio Cassio Imperatore. Nam in Alcibiade dubites vitio ne, an laudi danda sit: certe felicissima quædam & admiranda fuit

morum & ingenii dexteritas, qui sic poly-pum agebat, vt Athenis, diæteris & salibus luderet, equos aleret, somiter & eleganter viueret. Idem apud Lacedæmonios radebatur, palliū gestabat, frigida lauabat.

Apud Thraces belligerabatur, ac potabat. Vbi vero peruenisset ad Tisaphernē, deliciis, mollitie, fastuque iuxta gentis morem est vsus. Sed est quædam difficilis ac præfracta, mo-

rosaque simplicitas imperitorum, qua postulant, vt omnes vbiq̄ue ipsorum duntaxat moribus viuant, & quicquid aliis placeat, id damnant. Rursum est honesta quædam ratio, qua boni viri nonnunquam alienis moribus obsecundant, ne vel odiosii sint, vel prodesse non possint, aut vt è magnis periculis semet, aut suos eximant.

Quemadmodum fecit Vlysses apud Polyphemum multa simulans, apud procos mēdicum agens. Item Brutus adsimulata stoliditate. Quamquam nihil vetat in notandis vitis vsum adagii latius trahere, nempe in homines versatili quodā ingenio natos, qui talem vbiq̄ue personam induunt, quales sunt ii, cum quibus contigit agere.

Quod genus eleganter descripsit Plautus in Bacchidibus: Nullus, inquit, frugi esse potest homo, nisi qui bene & male facere tenet. Improbis cum improbis sit, harpaget, frugibus furetur quod queat. Versipellē frugi conuenit esse hominem, pectus cui sapit: bonus sit bonis, malus sit malis. Vtuncque res sit, ita animum habeat. Eupolis apud Athenæum:

Ἀνὴρ πολιτὴς πολὺ πρὸς ἐτὸν τρέπον. id est,  
Urbanus homo, qui moribus sit polyplus. Plutarchus in causis naturalibus citat ex Pindaro versus hos,

Ρωτῆς εὐρέος χροτὶ μέλισσας τὸν ὄνον προσφέ-  
ρω, τοῖς πάσι τοῖς πολιέσιν ὀμλίει. id est,

Marinæ bellæ coloris maximè mentem accommodans, cum omnibus ciuitatibus cōsuetudinem habet. Atque eodem in loco causam reddit, cur id huic accidat pisci. Similem quandam metaphoram Aristoteles:

à chamæleonte duxit, primo moralium libro: Ait enim, si quis à fortuna pendeat, cum illa subinde mutetur, futurum, vt veluti chamæleon quispiam identidem varietur, nunc felix, nunc miser, vtuncque

fors alio, atque alio vultu respexerit, ita hunc quoque vultum atque animum mutare. De chamæleonte meminit Plinius libro vigesimo octauo, capite octauo, scribens:

hoc animal magnitudine ferme par est crocodilo: cæterum spinæ acutiore curuatura, & caudæ amplitudine distare. Nullum:

inquit, animal pauidius existimatur: & ideo versicoloris esse demutationis. Plutarchus in commentario De adulatione, scribit chamæleontem quemuis imitari colorem præterquam candidum. Idem in Sym-

phosiacis

phosiactis conatur causam reddere de poly-  
 po, quamobrem non tantum mutet colo-  
 re, quod & hominibus accidit in metu: ve-  
 tum etiam sese ad saxi, quod eum id fuerit,  
 colorē accommodet. Sunt & aues quaedam,  
 quae colorē pariter, & vocem mutant pro tem-  
 poribus anni, vt auctor est Idem Plinius li-  
 bro 10. cap. 29. & Aristoteles libro de natu-  
 ra animalium nono. In voce mutanda  
 principatū obtrinet Iuscinia. Vnde & apud  
 Eutripidem Hecuba Polyrenam imitari Iu-  
 sciniam iuber, selesque in omniem vocem  
 vertere, si quo modo queat Vlyssi persua-  
 dere, ne perimatur.

*Cothurno versatiliō.*

Εὐμεταβολότερον κοθούριον, id est, Versatiliō  
 cothurno, dictum est in hominem paratum  
 constantem, lubricaque fide, qui ve inter-  
 tet & ancipitis esset factionis, similitudine  
 ducta, à calcamento, quod Græci κόθουρον,  
 Latini mutata litteris la cothurnum vocāt,  
 quo mos erat vti tragicodiarum actoribus.  
 Erat autem ἑτερόμορον καὶ ἀμοφοτερότερον,  
 hoc est, quadrangulum, & vtrilibet conue-  
 niens pedi, quodque vel dextro, vel sinistro  
 pedi poterat accommodari. Suidas addit  
 eiusmodi fuisse, vt viris pariter ac mulieri-  
 bus cōgrueret. Qd idē testat illud Maronis:

- Alte furas vincere cothurno

Prouerbiū autē duobus effertur modis:  
 per comparationem, Εὐμεταβολότερον κού-  
 βόριον, & per denominationē, vt hominem  
 ipsum, qui se diuersis applicat partibus, κού-  
 βόριον. appellemus. Sic enim vocat est The-  
 rameses rhetor Atheniensis, Prodicus Chid-  
 discipulus: propterea quod quasi duabus se-  
 deret sellis, idem & populi, & triginta virū  
 partibus studens, & nunc huius, nunc il-  
 lius factionis esse videretur, vel potius vtri-  
 usque. Plutarchus in preceptis. ciuilibus,  
 ἀλλ' ἐν ταῦ ἐκ αὐτῶν μάστιγας τὸν ἀρετῆς κούβου-  
 ρον ὑποδύμενον ἀμοφοτεροῖς ὁμιλεῖν, ἢ μηδ' ἰ-  
 τήριος προσιδεῖσθαι. id est, Sed hic oportet ma-  
 ximē Theramenes cothurnum induētē,  
 cum vtriusque versari, & neutris accedere. Lu-  
 cianus in Amoribus, ὡς ἢ ἐγὼ γ' ἂν βλάψαιμι,  
 ἔπειρ' ἢ ἐν δ' ἡλικίᾳ, γινώσκαι ἀρετῆς κούβου-  
 ρον, ἵνα ἀμφὶ νενικηκόως ἔμειναι βλάψω-  
 τι. id est, Itaque optatim sanē, si modo he-  
 ti possit Theramenes ille fieri, qui cothur-  
 nus est dictus, vt ambo ex æquo victores di-  
 scederetis. Idem in: Pseudologista) Καὶ ὁ  
 κούβουρον τινα εἶπε, εἰκόσασκας αὐτὰς τὴν βίον

ἀμφιβολον ὄντα τοῖς τοιοῦτοῖς ὑποδύμασιν. 1.  
 Et alius ei cothurni nomen imposuit: ni-  
 mirū mores hominis incōstantes & ancipi-  
 tes, id genus calcamentis conferens. Plu-  
 tarchus indicat & Nicię duci ob mortū va-  
 flicem cothurni cognomē fuisse vulgo tri-  
 butū. Male audiit hoc nomine Marcus etiā  
 Tullius. Homerus Martē, ni fallimur, sub-  
 inde mutantē parteis, nouo verbo ἀλλοπρε-  
 στελλον appellat. Nihil autē vetat, quo min-  
 adagiū in bonā trahatur partē, vt si quis ho-  
 minē facilibus moribus, & quadā ingenii  
 dexteritate, cum quominus hominum ge-  
 nere congruentem κούβουρον appellee, quam  
 ob causam Homerus Vlystem πολυτροπῶς  
 dixit, quod quamuis personam apte gere-  
 ret, ducis, mendici, patris familias.

*Magis varius, quam hydra.*

Ποικιλοτερον υδρας, id est, Magis varius, quā  
 hydra. Decallidis, ac dolosis, quod hydra ser-  
 pes sit versicoloribus notulis distincta. Ap-  
 te dicitur in vastos ac versipelles, aut et pa-  
 rū sibi cōstātes. Resert fenarius hic apud  
 Athenzum libro Dipsosophiston tertio:  
 Εποίησα' ἀντὶν ποικιλοτερον τῶν. id est,

Fecistis hunc pavoniibus variū magis.  
 His affine est, quod Mnaseæ Colophonio  
 poetæ Salpæ cognomen populari ioco fuit  
 inditum, eō quod in carmine varius esset. Nā  
 is piscis mire picturatus est, aureis rubenti-  
 busque lineis à cernice ad caudam vsq; per  
 argentea latera certis intervallis deductis,  
 quum alioqui sit illaudati saporis.

*Gygis anulus.*

Γύγης δακτύλιος, id est, Gygis anulus. Quadrat  
 vel in homines incōstantibus moribus, vel  
 infortunatos, qui veluti virgula diuina,  
 quicquid optant, id suo arbitrio consequū-  
 tur. Huius adagiū mētione facit Lucianus  
 in Votis, vbi quæritur optat sibi cōpures anu-  
 los eiusmodi, quales habebat Gyges, alium  
 quo dicesceret, aliū quo gratus & amabili-  
 redderetur, aliū per quē liceret volare, quo-  
 cunq; libitū esset. Nā priscorū superstizio  
 plurimū tribuit anulorum efficaciz, ita vt  
 venditarentur incantamentis varie efficaces:  
 alii contrā morlus ferarum, alii aduersus ca-  
 lumniā, alii ad alia, vel depellenda incō-  
 moda, vel commoda concilianda iis qui ge-  
 starēt. Vnde apud Aristophanem in Plutos  
 Διέως Sycophantæ minanti iudicium:  
 Οὐδ' ἂν προτιμῶς. φορὰ γὰρ πριάμην.

Τὸν δακτύλιον τόνδε πέρδ' ἄνευ δραχ-  
μῆς. id est,

Non facio te huius, q̄ n̄ gesto hunc anulū,  
Pretio drachmę mercat' ipsū ab Eudama.

Et rursus in eadem fabula:

Ἄλλ' ἄνευ τῆς συκοφάντης δ' ἄνευματ' . id est,

Attamē ad ictum Sycophantę non inest.  
Subauditur remedium. De anulo loquitur,  
adludens ad ferarum morsus. Natum  
est autem prouerbiū ex huiusmodi qua-  
dam fabula, quam non grauatius est referre  
Plato libro de republ. secundo. Neque nos  
item pigebit hoc loco recedere. Gyges qui-  
dam Lydi pater, pastor quispiam erat mer-  
cenarius, eius regis, qui per id tēporis im-  
perabat Lydorum populo. Cū autem esset  
aliquando scruissima tempestas coorta, im-  
brium maxima vis accidit fulgura deniq̄,  
terre etiam quassatio, ita vt in ea regione,  
in qua tum Gyges forte pascebat armenta,  
terra ingenti hiatu sese diduceret. Quod  
cum ille animaduertisset, solus (nam ceteri  
pastores territi diffugerant) in hiatū de-  
scendit, atq̄ ibi cum alia quездā dictū mira  
conspexit, tum equum quendam æneum in-  
gentem, ac cauum. Inuait fenestra in equi  
laterem, per eā vidit in eius alio cadauer ho-  
minis, maius humana specie. Huic nihil  
aderat vestiū, aut gestaminū, præter autē  
anulū digito impostum. Eum vbi sustulisset,  
regressus est specu, paucis post diebus ad  
pastorum cōtū rediit, in quo legatus de pe-  
culiorum rationibus, ad regem in mentes  
singulos referendis, creandus erat. Hic cū  
apud alios assedisset, animaduertit, vt si q̄  
fortē gemmam anulo inclusam intorsum  
verteret, repente fieret vt à nemine conspi-  
ceretur, ac perinde quasi non adesset: ita de  
de eo reliqui fabularentur. Quod quidem  
factum admiratus, rursus anuli palā ex-  
torsum conuertit, moxq̄ue pastoribus cō-  
spicius esse cōcepit. Eius rei cum ille diligē-  
tius, & sc̄pius fecisset periculum, iamq̄ sat  
exploratum haberet, hanc inesse vim anu-  
lo, vt versa ad se gemma, inconspicius ef-  
ferret, versa ad alios, conspicuus, effecit vt pa-  
storum nomine legatus ad regem mitteretur.  
Profectus & uxorem regiam stuprauit,  
& de re trucidando, cum ea cōsiliū inuit.  
Denique confecto illo, ipse, regina in ma-  
trimonium ducta, è pastore repente factus  
est rex, idq̄; anuli fatalis beneficio. Memi-  
nit eiusdē lib. de rep. 10. Refert & M. Tul-

lius libro de officiis tertio. Porro Herodo-  
tus lib. 1. rem multo aliter narrat, nec vllā  
anuli facit mentionem. Huic simillimum  
illud: ἄδ' ἔκ κωνί, id est, Orci galerus, quod  
alio reddemus loco.

### Virgula diuina.

A. n̄ hoc non admodum dissidet virgula diui-  
na quoties qcquid optamus, id citra huma-  
nā operā, quasi diuinit' nobis significamus  
contingere. Propterea q̄ antiquitas, quę ad-  
modum in anulis, ita & in virgis serendis  
existimant aliquam fatalem, ac ceu magi-  
cam inesse virtutem. M. Cicero libro de Of-  
ficiis primo: Quod si nobis omnia, q̄ ad vi-  
ctū, cultūq̄; pertinēt, virgula, vt ait, diuina  
suppeditaretur. Citatur aliquoties & apud  
Nonium Marcellum, Varro in Virgula di-  
uina, vt appareat hunc fuisse titulum ali-  
cuius ex Menippeis, qui nimirum & ipsi  
pleriq̄ue feruntur prouerbiales. Adagium  
natum videri potest potissimum ab illa vir-  
ga Homericā, quam ille Palladi tribuit,  
adeo celebri, vt de ea Antisthenes Cynicę  
sectę conditor, librum conscripserit, eam  
cum loco, vt coniciit, baculo conferens. Hu-  
ius loci compluribus meminit Homerus,  
quum Vlysses è sene squalido repente in  
iuuenem vertit, nitidumq̄ue facit ac formo-  
sulum, Odysseę N.

Ἄς ἄρα μιν φαμίλι ῥάβδω ἐπιμάσσει ἀ-  
δίνη.

Sic effata virum virga demulsit Athena.  
Eundem rursus ex iuuenē vertēs in senem,  
Odysseę π.

Ἀχι περιφαμίλι λαίρετι ἄνδρ' ὀδύσεια  
ῥάβδω ἐπιπλαγί' ἅ πάλιν ποίσει γέροντα. i.  
Cominus assistēs Ithacēsem Pallas Vlyssē  
Restituit senio diuinx verberē virgę.

Rursus in eodem libro, cum eum iuuen-  
turi reddidit, ac robur adauger:

Ἡ καὶ χρυσίη ῥάβδω ἐπιμάσσει ἀδίνη. i.  
Dixit, & aureola virga demulsit Athenę.

Eundem ad modum Mercurio quoque, vt  
ineantatori virgam monstrificam tribuit,  
quam caduceum vocant, Odysseę ω

Ἐχι δ' ῥάβδω μετὰ χερσίν  
Καλὴν χρυσίην. τί δ' ἄνδρ' ὄμματα μέλας  
ὦν ἐδέλετο τοῦς δ' αὐτ' ἐμύπ' ὀδύστας ἐγείρει. i.  
Tum manibus virgam capit aureolam,  
atque decoram.

Hac quibus est visum, demulcet lumina  
somnia,

Atque

Atq; aliis rursus dissoluit lumina sono.  
 Eadē ferme repetit Odyssēe E. & Iliados Ω.  
 Αὐτίκ' ἔπειθ' ἄσπο ποσσὶν ἰδύσαστο κελ-  
 πέδιλα  
 Αμβροσια χρύσεια, τὰ μιν φέρον ἡμῶν ἐφ' ὕγρην  
 Ἥδ' ἐπ' ἀτρείροια γαῖαν ἄμα πνοιῆς ἀνέμου,  
 Εἴλιτο δὲ ῥάβδον, τῇ ἀνδρῶν ἄμματα θέλει  
 Πνεύσει: τοῖς δ' ἄντε καὶ ὑπὸ σὺνταξί-  
 ρα.

Mox ubi iā pedibꝰ talaria subdidit aureas  
 Pulchraq; & ambrosiani spirantia, quæ  
 simul illum.

Aera per liquidum, simul ampla per squo-  
 ra vastæ

Telluris, veni statu comitante, ferebant  
 Tū virgā capit, hac demulcet lumina sono  
 Quorumcunq; velit, somnum quisque  
 pellit eadem.

Hunc imitatus Maro, sic eiusdem caducei  
 describit Aeneidos quarto :

Tum virgam capit. hac animas ille euo-  
 car orco

Pallentis, alias sub tristia tartara mittit.  
 Dar somnos, adimitq;e, & lumina mor-  
 te resignat.

Ille fretus, agit ventos, & turbida tranat  
 Nubila.

Neque Circe ad sua monstra peragēda vir-  
 ga desuit in transformandis focus Vlyssi  
 Odyf. K.

Ῥάβδω περιλυσία κατὰ σφλοισιν ἕειρον.  
 Οἶδ' ἄνω μὲν ἔχον κεφαλῆς.

Compulit in numerum porcorum verbe-  
 re virgæ

Percussos, & erant illis capita eocōsuilla.  
 Rursum paullo inferius,

Ὀπποῦκιν κίρην ὁ εἰλάσει περιμάνει ὁ ἄβ-  
 δω.

Circe ubi te feriet prelōgæ verberē virgæ.  
 Aliquanto pōst, Vlysses solus eporo Cir-  
 ces poculo, non transformatus in pecudē,

Αὐτὰρ ἐπεὶ δὴ δακίτε καὶ ἐπιον, οὐδὲ μ' ἰδέειν  
 Ῥάβδω περιλυσία.

Verum ubi portectum poclum ebiberam,  
 neque virga. Ictum me demulsit.

Deniq; cum ad gratiam Vlyssis, socios pri-  
 stinē restituit figuræ, virgæ ministeriū ad-  
 hibuit. Fortassis huc pertinet, q; regibus et

Virgæ tribuebatur, quam sceperum vōcane.  
 Vide apud Homerum aliquoties, Σκεπ-  
 τοχοὶ βασιλῆες, id est; Sceperigeri reges: Eo-  
 dem respicit, quod alibi retulimus, Lau-  
 reum porro baculum.

*Stultus stulta loquitur.*

Euripides in Bacchis, Μορὰ γὰρ μωροῦ λέγει,  
 id est, Nam stulta stulti oratio est. Totidem  
 verbis propheta noster Esaias eā sententiā  
 extulit. Seneca ad Lucilium : Apud Græ-  
 cos, inquit, in proverbum cessit : Talis ho-  
 minibus fuit oratio, qualis vira. Hoc cui-  
 smodi fuerit parū liquet, nisi q; tale quod-  
 dam carmen extat, Græcis celebratum :

Ἀνδρὸς χαρακτὴρ ἐκ λόγῳ γνωρίζεται. id est,  
 Hominis figura oratione agnoscitur.

Democritus Philosophus apud Laetium  
 orationem ἀδωλον τοῦ βίου, id est, vitæ simu-  
 lacrum, quandamq; velut vimbram esse dice-  
 batur. Quæ quidem sententia nihil dici po-  
 terat verius. Nam nullo in speculo melius,  
 expressiusq;e relucet figura corporis, quā  
 in oratione pectoris imago representatur.  
 Neque secius homines ex sermone, quā  
 æræ vasa tinnitu dignoscuntur.

*Oculis magis habenda fides, quàm auribus.*

Ἰστῖον πιστότερον ὀφθαλμοῖς, id est, Oculis creden-  
 dum potius quàm auribus. Quæ cernun-  
 tur, certiora sunt, quàm quæ audiuntur.

Item Horatius :

Nec retinet patulæ cōmissa fidelius aures.  
 Idem in Arte poetica :

Segnius irritā animos demissa per aures;  
 Quàm quæ sunt oculis subiecta fidelibus,  
 & quæ

Ipse sibi tradit spectator.

Quæquam illi quidem paulo alienius. Pro-  
 pius huc pertinet q; Plautus manus Lenæ  
 vocat oculatas, non auritas, vt quæ id de-  
 mum crederent, quod viderent. Rursum,

q; historia quam gestarum rerum esse vol-  
 unt, dicta sit πᾶσα τῷ ἴσασαν, quod est vide-  
 re. Postremo signum illud Vergilianū  
 de duabꝰ apud inferos portis : Eburna, qua  
 significant ea, quæ per os exeunt, ob den-  
 tium eburnum candorem : Et cornea, qua  
 quæ conspiciuntur oculis, volunt intelligi,

ob pupularum nigrorem. In summa ad co-  
 gnitionē magis faciunt aures, ad fidem fa-  
 ciendā certiores sunt oculi. Vnde & vulgo,  
 si quis fabulam narret, parū verisimilem,  
 rogare consuevimus, ut ea conspexerit.

Quod si aeger, verum audisse modo, ridet.  
 Prouerbum refertur in epistola Iuliani ad  
 Frontium : ἰδὲ ποῖ ὁ εὐνοῦς ἴσῳ ἔειπεν  
 ἀνθρώποις ὀφθαλμῶν ἀπιστέτερα. i. Sermo qui-  
 δὰ Thurius dixit, aures hominibus minus



esse fideles, quam oculos. Thurium appella-  
uit indicans Herodotum dicti auctorem,  
vel ob impetum diuinum, vel quod scriptor  
apud Thurius vixit, & mortuus est. Sum-  
ptum est autem ex Clione, ὡς αὐτὸς τυχά-  
νει ἀνδρῶ ποισιν ἴδοντα ἀπὸ τοῦ εὐφραδίου.  
id est, Nam hominibus minus fideles sunt,  
quam oculi.

*Diomedis, & Glauci permutatio.*

QUAERIT refertur apud Homerum Diome-  
dis & Glauci permutatio, in prouerbium  
abit, quocies inaequalem commutationē  
significamus, hoc est, deteriora pro melio-  
ribus reddita, χρῆσις χαλκείων, id est, aurea  
pro zreis. Nam libro Iliados sexto, poeta  
Glaucū quempiam inducit, Hippolochi fi-  
lium, Lyciorum duces, iactantiusculum  
& ostentatorem magis, quam pugnacem. Con-  
trā Diomedem vaftrum, callidumque. Hi duo  
cōgreduntur μοῖο μαχησόμενοι, id est, singu-  
lari certamine inter se dimicaturi. At Glau-  
eus rogatus à Diomede, quis nam hominū  
aut deorum esset, longa oratione natalium  
suorum seriem exposuit, patriā Lyciam, ci-  
uitatem Ephyrā indicauit. Mox Diome-  
des, utpote Græcus, hominis barbari stupo-  
rem ex orationis arrogantia intelligens, il-  
ludendum magis ratus, quam occidendum, re-  
spondit suis maioribus, cū illius progeni-  
toribus vetus hospitium, ac necessitudinē  
intercessisse, muneraque hospitalia, quae xenia  
vocant, inter ipsos vltro, citroque data: Iamque  
defixa humi lancea, coepit hortari, ut omi-  
ssa pugna, maiorum suorum amicitia inter  
ipsos renouarent, alterque alteri in Lycia, al-  
ter in Argo hospitem praestaret, simulatque  
incolumes in patriam redissent. Interim si  
quā forte fortuna occurrissent, armis inuicē  
abstinerent, inter se duntaxat religionē hos-  
pitiū custodientes, in reliquis nihilomi-  
nus iure belli vsuri. Tum ne id videamur,  
inquit, proditione magis, quam hospitii  
obseruantia facere, arma inter nos permu-  
temus, quo reliquus exercitus intelligat,  
nos maiorū necessitudine deuinctos esse.  
Quibus dictis, uterque ex equo desiliit, dātis  
dextris, ac fide pacta, veluti foedus quoddā  
hospitiū sanxerunt, permutatis armis, sed  
admodum inaequalibus.

Εἰς αὐτὸ γλαυκῆ, inquit Homerus, κρο-  
νίδος φρένας ἐξέλετοζως.

Ὁ, πρὸς τὸν ἴδιον ἀπομάει τὰ τυχὰ ἑαυτοῦ.

Χρῆσις χαλκείων, ἐκ τῶν βοῶν ἐνταβύων. i.  
Iuppiter hic stupidum spoliavit pectore  
Glaucum,

Qui cū Tytide mutarit protinus arma, &  
Aurea donarit, sibi reddenti zrea, centum  
Bobus emenda daret demens, pro vili-  
bus, atque

-Quae vix esse nouem dicas sedimenda iu-  
uencis.

Vsurpatum est adagium passim à laudatis-  
simis auctoribus. Plato in Phædro faciens  
Socratem Alcibiadi suo more responden-  
tem, quod Iucris cupidus formam corporis, for-  
ma mentis meliore commutare vellet, καὶ  
τῷ ὄντι χρῆσις, χαλκείων δὲ κρεῖβιδων ἰοῖς.  
id est, Et cum his, quae vere aurea sunt, zreis  
commutare cogitas. Quamquam interpres  
pro zreis, vertit aurichalcum. Itē Aristote-  
les quintō Moraliū libro de iustitia, Qui  
vero dat sua, quemadmodum Diomedis ar-  
ma sua dedit Glaucus, vt dicit Homerus,  
χρῆσις χαλκείων, & reliqua. Plutarchus ad-  
uersus Stoicos scribens, eleganter huc tot-  
quet, vt dicat, nō admodum iniquam fuisse  
permutationem Glauci, propterea quod  
arma ferrea non minus vsui sunt pugnata-  
ris, quam aurea: sed qui corporis valetudi-  
nem anteponit honesto, aut virtutem reli-  
quit ob bonam corporis valetudinem, is ve-  
re permutat χρῆσις χαλκείων. Cicero in  
Epistolis ad Atticum libro sexto: Habes ad  
omnia non, vt postulasti, χρῆσις χαλκείων,  
sed paria paribus respondimus. Vtrunquo  
prouerbium esse significat Cicero, Par pari,  
de aequali pensatione, χρῆσις χαλκείων, de  
in aequali commutatione. Plinius iunior in  
epistola ad Flaccum: Recipies epistolas ste-  
riles, & simpliciter ingratas, ac ne illā qui-  
dem solertia Diomedis in permutatio mune-  
re imitantes. Martialis in epigramatis:  
Tam stupidus nūquam nec tu puto Glau-  
ce fuisti.

Χρῆσις donanti, χαλκίς qui dederas.

A. Gellius Noctium Atticarum lib. 2. Cæci-  
lianā translationē, cum ipso Menandro, quae  
verteret, cōponēs atque expēdēs, ostendensque  
quantum à Græcanica venustate degeneret  
Diomedis, inquit, hercle arma & Glauci  
non dispari magis praeo aestimata sunt. Fit  
huius adagii mentio et in proemio Pande-  
ctarū iuris Cæsarei, his quidem verbis: No-  
stris temporibus talis legum inuenta est per-  
mutatio qualē apud Homerū patrem om-  
nis

nis virtutis, Glaucus & Diomedes inter se faciunt, dissimilia permutates. Nam ille significat pro relictis inutilibus, ac fastidiendis voluminibus, recepta tum meliora, tñ breuiora, hoc est, permutationem factam vehementer inæqualem. Ergo conueniet vti, quoties officium aut munus longe impari munere pensatur, aut contrā. Aut quoties aliquis rem pecuniariam auxit, sed dispendio famæ: magistratum asscctus est, sed iactura bonæ mentis: lautam fortunam cepit, sed amisit animi tranquillitatem.

*Multi e regum aures, atque oculi.*

Ὅτι καὶ ὀφθαλμοὶ βασιλείων πολλοί, id est, Aures atque oculi regum multi, quæ per exploratores obseruent, quid quisque dicat, faciat ve. Idem refertur à Luciano in libello, cui titulus: De mercede seruientibus, ac rursus, aduersus ineruditum. Eiusdem meminit & Aristoteles in tertio Politicorū. Hoc genus homines Græci vocant ὠτακιστάς, quos primus Darius minor adhibuit, sibi diffusus. Dionysius Syracusanus addidit προσαγγιγίδας, id est, exploratores, auctore Plutarcho. Allegoria inde ducta est, quæ regibus complures vbiq; sunt exploratores, atque ob id oculi regum dicuntur, complures auscultatores, quibus velut auribus vtuntur. Neq; desunt manus, & pedes quamplurimi, fortassis ne ventres quidem. Vide cuiusmodi portentū sit tyrannus, & quā for midandum, tot oculis, iisq; emissituis, tot auribus, iisq; tam afininis ac lōgis, tot manibus, tot pedibus, tot vētribus, ne reliqua parum honesta commemorem, inst ructū. Aristophanes in Acharnensibus, Pseudartabam, regis oculum appellat, quæ per cum cognosceret quid ageretur. Aliiter autem Andromache apud Euripidē, filium vitæ oculum vocat:

Εἰς πᾶς ὁ δ' ἦν μοιλοπῆς ὀφθαλμὸς βίαι. i. Erat relictus gnatus hic mihi vnicus, Vitæ oculus.

Propterea quod vnicum esset in vita oblectamentum. Nam oculo nihil charius. Vnde, quos adamamus, oculos vocamus.

*Longæ regum manus.*

Quod ab Ouidio scriptum est: An nescis longas regibus esse manus? Etiam vulgo in ore est: A regibus cauendum, quod eis prælonga sint brachia. Ni-

mirum, quod per suos, quibus brachiorū vice vtuntur, possint etiam procul distitos affligere. Potest & ad tempus referri, quæ reges etiam si diutius distimulent, soleant tamen aliquando penam sumere de iis, quibus insensū fuerint, vel Homero teste, apud quem Iliados A. Calchas ad hunc loquitur modum:

Κρήσιον γὰρ βασιλῆως, ὅτε χῶσται ἀνδρῶν χεῖρας.

Εἶπε γὰρ τὸ χόλον γέ ἡ ἀντιμαρκατὰ πέλει, Ἀλλὰ γέ καὶ μὴτόπῳδεν ἔχει κότον ὄφρατελίση, id est,

Reus est, quoties succēssit inferiori. Quanquam etenim in præsens seruētē concoquit iram, Post odit tamen, vsque odium dum expleuerit vitus.

*Clauum clauo pellere.*

Ἡλω τὸν ἥλον ἐκρούειν, id est, Clauum clauo pellere. καὶ παπῆλλον παπῆλῳ ἐξέκρουσας, id est, paxillum paxillo repulisti, id est, malum alio malo depulisti. Luciano in Philopseude, ἡ ἕλω φασὶν ἐκρούειν τὸν ἥλον, id est, Ex clauo, quod aiunt, extundis clauum. Idem in Apologia: Δείδωκα μὴ πρὸς τῆ ἐπιφροσύνῃ κατηγορία κολακείας αἰτίαν προσλαβὼν κατὰ δὲ δεισιφροσύνην, ἡλω φασὶν ἐκρούειν τὸν ἥλον, τῷ μείζονι τὸν σμικρότερον. id est, Vereor ne si ad intentatum crimen, etiam adulationis accusationem adiunxero, clauum, quod aiunt, clauo pellere videar, maiore minorem. Aristoteles libro Politicorum quinto, capite penultimo scribit, tyrannus amicos esse viros improbos & adulatores. Nam hos demum illis vtilis esse, qui prae malos ad mala. καὶ κρησμοιοὶ ποικροί, εἰς τὰ ποικρὰ, ἡλω γὰρ ὁ ἥλω, ὡσπερ ἡ παρομία. id est, Clauus enim clauo, subaudi, triditur, vt habet prouerbium. Synesius ad Olimpiū: Ἀνποῦσι τῷ ἐκκλισίῳ ἀλλοτρίοι ποικροί, διαβηθικὰ αὐτῶν. παπῆλοι γὰρ παπῆλῳ ἐκρούονται. id est, Ecclesiam vexant externi improbi, illos inuade. Nam paxilli paxillos excutunt. D. Hieronymus ad Rusticum monachum: Philosophi seculi, inquit, solent amorem veterem amore nouo, quasi clauum clauo pellere. M. Tullius Tusculanarum quaestionum libro quarto: Locidēniquē mutatione tanquam ægroti non conualescentes sæpe curandus est, etiam nouo

quodam amore veterem amore, t̄quam clauum clauo eiciendum putant. Iulius Pollux in nono libro scribit, adagium esse natum à Iusu quodam, qui κινδάλισμος vocetur, quo paxillum argillose terræ infixū, altero imposito paxillo excutebant: Citat̄que senarium hunc prouerbialem :

Ἠλὼ τὸν ἕλον πατάλω τὸν πύπταλον. i. Clauumq̄; clauo, perticamq̄; perticae. Locus igitur adagio, non modo cum vitiū vitio, malum malo, dolo dolo, vim vi, audaciam audacia, maledicentiam maledicentia retundimus: verum etiam quoties rem, utcunque molestam, diuersa molestia profigamus: vt cum libidinum incitamenta, laboribus obruimus: curam amoris aliis maioribus curis domamus. Eusebius in Hieroclem: Δαίμονας γὰρ ἀπελαύνει ἄλλον ἄλλω ἢ φασὶ δαίμονι. id est, Demones enim abigit, alium alio, quemadmodum aiunt, demone. mirūni adludens ad hoc prouerbium. Nec abhorret his ille Publii Mimusi: Nūquam periculum sine periculo vincitur.

*Malo nodo malus querendus cuneus.*

AD hanc sententiam adludit & illud: Malo nodo malus est querendus cuneus. Ita diuus Hieronymus ad Oceanum: Interim iuxta vulgare prouerbiū, malo arboris nodo malus cuneus requirendus est. Eo licet vti, quoties nialū simili malitia retundimus. Sumptum à fectoribus roborū, qui si quando durior in ligno nodus inciderit, nolunt in eo periclitari securim, verum cuneum quempiam durum magis quam bonum inferunt. Congruit huic illud Sophoclis apud Plutarchum: ἐν τῷ πῶδι τῆς ὀσμίας.

Ἐκράν χαλὴν κλύσσει φαρμάκῳ πικρῷ. id est, Remedio amaro bilem amatam diluunt.

*Malum malo medicari.*

Τὸ κακὸν κακῷ θεραπεύειν, id est, Malum malo medicari. Est malū aliud alio malo tollere. Sophocles in Aiace Magistophoro:

Ἐν φικῷ φῶνει, μὴ κακὸν κακῷ δούς.

Ἄκῃ, πλείον τὸ νῦμα τῆς ἄτης τίθει. id est, Bene ominata loquere, ne malum malo

Medicans, & hance noxā adaugeas tibi. Dehortatur Aiacē Tecmessa, ne malo infaniz addat alterū mains malū, spontaneam exē sui. Et Herodotus in Thalia: μὴ τὸ κακὸν τῷ κακῷ ἴσῃ. i. Ne malo medearis malo.

*Morbum morbo addere.*

Μορβὸν ἐπιπύειν morbo addere, id est, conduplicare malum. Euripides in Alcester:

Μὴ ἰσοσώτῃ μοι νόσον

Ἐροδῆς ἄλις γὰρ σύμφερα βεβήνομαι. id est, Ne tu mihi morbo laboranti alterum

Appone morbū: nā s̄ hoc premor malo. Eiusdē figurā est Homericū illud Iliados 8.

Μὴ πῆστις ἐφ' ἑλκεί ἑλκῶσ' ἀρσται. id est, Vulneri vti neq̄; vulnus tibi forsitā addat.

*Sophocles item :*

Ἐπιπύειν ἑπιπύεις ἐπὶ νόσον. id est, Morbo quidē morbū addidisti tu alterū.

Non alienum est ab hac forma, quod est apud Homerū Iliados Η: αἰνῶθεν αἰνῶς, quū indicamus acerbis addi acerbiora. Sic enim ibi loquitur Menelaus :

ἢ μὴ δὴ λάβῃ ταύτ' ἐγὼ σσεται αἰὸν ἀνὸν αἰῶς. i. Dedecori res ista profecto dedecus addit.

*Ignem igni ne addas.*

Μὴ πῦρ ἐπιπῦε, id est, Ne incendium incendio addas. Vsurpatur à Platone. Sensus liquet. Ne calamitatem adiungas calamitati, ne commotum magis etiam commoueas. Diogenianus putat à carbonario quodam esse natum, qui inualecente incendio conflagrare, clamans interim, μὴ πῦρ ἐπιπῦε Plato libro De legibus secundo, vocat, ne pueri ad annum vsque duodeuigentesimum vinum bibant, ne si vini calor accesserit ad seruorem ætatis, ignem igni suggerere videantur. Item Plutarchus in Præceptis coniugalibus: μὴ πῦρ ἐπὶ πῦρ γίνεται, id est, Ne ignis ad ignem accedat. Vtitur idem cū aliis aliquot locis, tum in præceptis De valetudine: ἵνα οὖν μὴ πῦρ ἐπὶ πῦρ, ὡς φασὶ, πικρομοῖη τὶς ἐπὶ πικρομοῖη, ἢ ἄκρατ' ἐπὶ ἀκρατῷ γίνεται. id est, Vt ne igitur ignis ad ignē, quemadmodum prouerbio dicitur, expletio ad expletionem, merū ad merū addatur.

*Oleum camino addere.*

Αἴψιν ἐμὸν huic habet sententiam, Oleum camino addere, pro eo quod est: Malo foimentum, ac velut alimoniam suppeditare, quo magis ac magis augetur. Horatius in Satyris:

Addē poemata nunc hoc est, oleum addē camino. Id est, Adde maioris insaniz materiam. Vsurpat hoc diuus Hieronymus ad Eustochium: Vinum, & adolescentia duplex

duplex est incendiū voluptatus. Quid oleū flammæ adiicimus?

*Oleo incendium restinguere.*

Ἐλώε πῦρ ὀβριθείας, id est, Oleo restringuis incendiū, dici solitum, vbi quis ea admouet remedia, q̄ malū magis ac magis exacerbēt. Veluti si quis animi tristitiam sc̄edis voluptatibus obruere conetur. Aut si quis offensus, iurgis & cōniciis velit placare. Quod si dicatur ἔρονικῶς, nihil differet à proximo. Huc respicit Lucianus in Timone, cū ait: Si quem aspexerit incendio conflagratem, pice atq; oleo se velle restinguere.

*Vlulas Athenas.*

Γλαυκῆς εἰς ἀθήνας, id est, Vlulas Athenas: subaudiendum, portas, aut mittis. Conueniet in stultos negotiatores, qui merces cōportant, vbi per se magis abundant, vt si quis in Aegyptum frumentum, in Ciliciam crocum inuectet. Venustius fiet, si metaphora ad res animi transferatur, vt si quis doceat doctiorē, carmina mitat poetæ, consilium det homini consultiſsimō. Cetero ad Torquatium: Sed rursus γλαυκῆς εἰς ἀθήνας, qui hæc ad te. Idem ad fratrem: Et tibi versus, quos rogas, hoc est, Athenas noctuam mittam. Aristophanes ἐν ὄρνισιν.

Τι φῆς; τίς γλαυκῆ ἀθήνας ἤγαγε; id est, Quid ais? quis, oro, vehit Athenas noctuam?

Vsurpat idem atque exponit Lucianus in Epistola ad Nigrinum: Porro paræmia inde fluxit, quod noctua in Attica plurima est, ei regioni quasi peculiaris. Fertur autē versari in Laureo Atticæ loco, vbi auri metallæ sunt: vnde & Laureoticæ noctuæ vocatur. Hæc auis Atheniensium populo quōdam erat gratissima, ac Mineræ sacra habebatur, propter oculos cæcios, quibus etiā in tenebris perspicit, quæ vulgus auium non videt. Vnde, & auspicata consiliis credebatur, id quod indicat prouerbium, γλαυκῆ ἵπταται, id est, Noctua volat. Dicitum, est & illud de Minerua, quod Atheniensium male consulta, in bonum exitum verteret. Dæmon autem apud Aristophanis interpretē existimat, non ob id solum dici, noctuas Athenas, quod Athenis noctuarum sit copia, sed quod in nummis etiam tum aureis, tum argenteis Atheniensium noctua insculpta solebat, vñā cum facie Mineræ: Porro

nummus is appellabatur τετραδραχμον, id est, quatuor drachmarum; cum antea soliti fuisse ut vti nominatibus didrachmis, quorum insigne erat bos: vnde etiam natū est prouerbium illud: Bos in lingua. Sunt qui tradunt apud eosdem fuisse triobolum, quod & hemidracmum appellant. Nam drachma fenos obolos continet. Trioboli nomisma, ex vna parte Iouis effigiem habebat, ex altera noctuæ. Proinde absurdum videbatur noctuam Athenas deportare, cū illic passim omnia noctuis abundarent. De nomismate Atheniensis testatur & Plutarchus in vita Lysandri cum de seruo meminit, qui domini sui futurum αἰνιγματικῶς indicans, ait: multas sub regulis cubare noctuas: ostendens illic abditas pecunias, noctuis insignitas.

*Memorem mones, doctum doces, & similia.*

IDENTIDEM in Plautinis, ac Terentianis comædiis occurrit: Memorem mones, & doctum doces. Idem pollet Græcanicum illud: ἀλλεῖς πρὸς ἔχοντα πλὴν ἐπιστήμην, id est, Loquens ei qui ipse rem calleat, vñ ἔδδοτι λέγεις, id est, Scienti narras. Plato in Hippia maiore, ἔδδοτι μὲν ἔρως ὡ σὺνμαρτυρῶς, id est, Hæc scienti Socrates narrabis. Euripides in Hecuba:

Οὐ καινὸν εἶπας, εἰδὸς τι δὲ ἀνείδιστες. id est, Dixi nouum nihil, sed probe scientibus Hæc opprobrafti.

Homerus cū alias aliquoties, τῷ Ὀδυσσεὶ P. Γινώσκω, φρονέω, τὰ γὰρ δὴ νοέορτι μελίεις. i. Et noui, & teneo, iam narras ista scienti. Idem Iliados ↓. de Nestore ad monente filiū, Μήδεις εἰς ἀγαθὰ φρονέει νοέορτι νῆ ἀντῶν, i. Dixit amico animo, licet hæc se sapienti. M. Tullius libro Epist. ad Atticum nonio: Mirandum enim in modo Cn. noster Syllani regni similitudinem concupuit εἰδὸς τι λέγω.

*Si crebro iacias, aliud aliàs receris.*

ARISTOTELIS in libello De diuinatione, quæ fit ex insomniis, versus huiusmodi prouerbialem citat:

Si crebro iacias, aliud aliàs receris.

Quo significatio est oportere rem sæpius tentare, neque defatigari protinus, si quādo parum ex animi sententia ceciderit. Futurum enim, vt iterum atque iterum periclitanti, felicius aliquando cadat. Aristote-

lis verba sunt hæc: ὡσαυτὲρ μὲν καὶ λέγεται . ἂν πολλὰ βέλλης , ἄλλοτ' ἄλλοιον βελλῆς . Agit enim de infomniis melancholicorum, in quibus non existimat esse diuinationem vltiam, tametsi sic nonnunquam, vt quidam euentus somniis illorum respondeant: Sed non esse mirandum, quum vitio naturæ plurima, ac varia somnient, aliquando existere συμπτώματα, id est, casus qui forte pariter sic eueniant, vt est ab illis somnium. Themistius hunc locum sic circumloquitur, interprete Barbaro, nam Græcus codex ad manum non erat. Nam qui totum diem iaculantur, aliquando collimant, & præmiū capiunt. Vetus adagium est: Si sæpe iactaueris, aliquando Venerem iaceis. Sunt qui putent, nec absurde, metaphoram à sagittariis, non ab aleatoribus esse ductam. Nam & hoc significat βέλλην. Subesse vero argutiam in eo verbo, quod in priorie parte significat mittere sagittam, in posteriore ferire. Fit autē, vt qui crebrius iaculentur, vel fortuito aliquando scopum attingāt. Tametsi M. Tullius libro De diuinatione secundo, de symptomatis agens, de quibus modo dictum est à nobis, ad vtrumque refert metaphoram. Quis est enim, inquit, qui totum diem iaculans non aliquando collimet? Totas noctes somniamus, neq; vlla fere est qua non dormiamus, & miramur aliquando id, quod somniamus euadere? Quid est tam incertum, quàm talorum iactus? Tamen nemo est, quin sæpe iactans, Venerem iaciat aliquando, nonnunquam etiam iterum, ac tertium. Porro Veneris iactum in hoc lusu genere fuisse quondam felicissimum, palā arguit apud Suetonium Octavius Augustus in epistola quadam ad Tiberiū: Inter cœnam, inquit, lusimus γερωνικῶς & heri, & hodie. Talis enim iactatus, vt quisque Canem, aut Senionem miserat, in singulos talos singulos denarios in medium conferebat quos tollebat vniuersos qui venerē iecerat, Hæc enim Augustus. Quadrabit & in eos, qui casu, non arte quippiam assequuntur. Extat & hodie vulgo iocus proverbialis in cæcum, qui cornicem iaculo fixerit.

*Malum consilium.*

**M A L V M** consilium consultori pessimum. Senarius est proverbialis in eos in quorum caput recidit, quod aliis perperam consulue runt, Siquidem, vt dicunt Græci, ἵερόν ἢ βυ-

λῆ, id est, Sacra quædam res est consilium. Atque vt est libenter accipiendum quum res postulat, ita est religiose citraque fraudem dandum, si quis egeat. Alioqui non defuturum est numen aliquod, quod pœnas repetat ab eo, qui rem sacram, ac diuinā perfidia violarit. A. Gellius Noctium Atticarnm lib. 4. cap. 5. putat adagium hoc ex historia quadam natum, eamque ex annalibus Maximi, narrationibusque verrii Flacci refert ad hunc modum: Statua Romæ in comitio postica Horatii Coclitis viri fortissimi de cælo tacta est. Ob id fulgur piculis lucendum, aruspices ex Hetruria acciti, inimico atque hostili in populum Romanum animo, instituerant eam rem contrariis religionibus procurare: atq; illam statuam suaserunt in infriorem locum perperam transponi, quem sol oppositu circum vndiq; aliarum ædium nunquam illustraret. Quod cum ita fieri persuasisent, delati ad populum proditiq; sunt: & cum de perfidia confessi essent, necati. Constititq; eam statuam perinde, vt veræ rationes possent compertæ monebant, in locum editum subduccendam: atque ita in area Vulcani sublimiore loco statuendam. Eaque res bene & prospere reipub. cessit. Tunc igitur quod in Hetruscos aruspices animaduertum vindictatumque fuerat, versus hic scite factus, canatusque à pueris, vrbe tota fertur:

Malū consilium, consultori pessimum est. Hæc enim Gellius. Porro Valerius Maximus lib. 7. rem quandam haud dissimilem memorat de Papyrio Cursore: qui cum consul Aquiloniam obsideret, velleq; prælium committere cum hostibus, nisi si quid auspicia refragarentur, ac consulus pullarius suaderet, vti committeret, cum aues in fausta nunciassent, recognita pullarium in prima acie constituit. Is primo traiectus telo violatam religionē expiauit. Meminit huius rei T. Lilius decadis primæ lib. 10. Nec dissimile est quod refert. Socrates in historia tripartita. Eutropius Eunuchus, dum studet in quosdam, qui ad templum confugerāt animaduertere, persuasit Imperatori vt ferretur lex, qua templi religio nulli prodesset nocenti. Lata lege factū est, vt Eutropius cum offendifset Cæsarem, confugeret sub altare, vnde protractus capite plexus est, suo ipsius consilio perditus. Vergilius tacite notauit paræmiam in Aeneidos



Periculum est ne iuxta vetus adagium, amicum sit, quod pulchrum est. Quasi non ideo pulchrum haberi debeat aliquid, quod sit amicum, sed ideo oporteat esse amicum, quod sit pulchrum. Huc pertinet & illud quod scribit M. Tullius libro De finibus quinto: Sicut enim quisque studio maxime ducitur. Et rursus in primo Officiorum: Quorum uterque suo studio delectatus contempsit alterum. Quanquam hoc venia dignum, haec tenus communiem illam φιλαυτου valere, ut suis quisque liberis, suis amicis, suo instituto, suis inuentis, suae patriae paullo impensius saueat, nisi eo usque cecitatis nos rapiat, ut & virtutes alienas calumniemur, & nostris blandiamur vitiis, eaque virtutum nomine donemus. Ac sibi quisque sit, quod sibi fuit Suseenus Catullianus, aut Mevius Horatianus. Quod vitii Flaccus in Epistolis notans: Dum mala, inquit, delectent mea me, vel denique fallant. Atque hoc loco Porphyrio indicat Horatium respicere vulgaram sententiam, quod homines suis malis non solum non dolcant, verum etiam delectentur: Eaque de re Graecum adagium esse celebratum, verum id adagiū vino librariorum desideratur in scriptura. Eodem pertinet, quod alibi dixit Horatius:

Turpia decipiunt cecum vitia, aut etiam ipsa haec

Delectant, veluti Balbinū polypus Agnæ. Nam Balbino stulto amanti, etiam polypus Agnæ amicæ, suaue quiddam olere videbatur. Est autem polypus vitium narium graue olentium, itidem ut hircosus alarum. Vnde & polyposus & hircosus dicimus. M. Tullius ad Atticum lib. 4. Accipe, inquit, à me mi Attice καθολικόν διάγραμμα earum rerum in quibus exercitati sumus satis. Nemo inquam, neque poeta, neque orator fuit, qui quenquam meliorem sibi arbitraretur. Hoc etiam malis contingit. Quid tu Bruto putas ingenioso & erudito, de quo etiā experti sumus? Nuper in edicto scripteram rogatu tuo. Meum mihi placebat, illi suum. Quinetiam enim ipsius precibus adductus penè scripsissem ad eum de optimo genere dicendi, non modo mihi, sed etiā tibi scripsit, sibi illud, quod mihi placeret, non probari. Quare sinamus, quæque, quæque sibi scribere. Suam cuique sponsam, mihi meam. Suam cuique amorem, mihi meum. Non scite. Hoc enim Attilius poeta durissi-

mus. Haec tenus Cicero. Cuius ex verbis apparet hos duos versiculos: Suam cuique, & cætera, ex Attiliana quapiam fabula sumptos esse. Idem Tullius libro Tusculanarum quæst. quinto: Musico rum vero perstudiosum accepimus, poetam etiam Tragicum, quam bonum, nihil ad rem. In hoc enim genere nescio quò pacto magis, quam in aliis suum cuique pulchrum est. Adhuc neminem cognoui poetam, & mihi fuit eū Aquinio amicitia, qui sibi non optimus videretur. Sic se res habet. Te tua, me delectat mea. Eandem sententiam Plautus in Stichos diuersis verbis, sed nimis quam eleganter extulit. Suis inquit, rex reginæ placet. Sua cuique sponsa sponso. Huc referendum & Theocriticum illud:

Και γὰρ τῷ, οὐκ εἶδ' ἔχω κακόν, ὡς μὲ λέγεται. id est,

Nec mihi forma profecto mala est, si vera loquuntur.

Id imitans Maro;

Nec sum adeo informis, nuper me in litore vidi,

Cum placidum ventis staret mare.

Apertius adlustrat adagium Flaccus, in epistola quadam:

Iouis auribus ista.

Seruas. fides enim manare poetica mella:

Te solum, tibi pulcher.

Tibi pulcher dixit, pro tibi ipsi placens. Est autem hemistichium carminis heroici.

Patris fumus igni alio luculentior.

PROVERBIA faciem habet, atque ad eandem pertinet sententiam, quod eleganter scripsit Lucianus in Encomio patris: καὶ ὁ τ' πατρὸς αὐτῷ κακὸς λαμπρῶτερος φθίσεται τοῦ πατρὸς ἄλλοις αὐτοῦ. id est, Ac patris fumus luculentior homini videtur, quam ignis alibi Philostratus in Adriandē δευσιδὸν δὲ ἐρα μὲν, ἀλλὰ τῶ τῶν ἀεικῶν κακίου, ἀεικῶν δὲ οὐδὲ οὐδὲν ἔτι, οὐδὲ ἔγναποιέ. id est Telesus vero amat quidem, sed Athenarum fumum. Nam Adriandem neq; vidit adhuc, neque etiam amum cognouit: Apud Homerum; terræ natalis fumum Ulysses optat videre surgentem, vnde & ductū pro-uerbium. Sic eam mlegitur Odyssæa.

Ἰέμμειν ἑ τοῦ κακίου ἀποβέσκειτα νοῦσσα ἢ γαλας.

Exoptans oculis surgentem cernere fumū Natalis terræ.

Viva

*Viva vox.*

**V I V A** vox olim dicebatur, non scripta, sed ab ipso pronunciantis ore percepta, quasi vivida, atq; efficax. Nam viva nonnunquam dicuntur quæ nativa sunt, non factitia. vt vivio de marmore, & Viviaque sedilia saxo. Inest autem rebus nativis aliquid gratiæ genuinæ, quod ars nulla queat imitatione cōsequi. Porro scriptura vox quæpiam est, sed quasi factitia, veræq; vocis utcunque imitatrix. Deest actus motusq; hoc est, vita. Si quidem actio, vt auctor Fabius, orationis quasi vita est. Rerū inuentio, osium instar est ordo nervos imitatur: elocutio carnem, eorum coloremque: memoria spiritus vice fungitur: quibus omnibus accedit pronuntiatio, velut motus quidam vitalis. Nullum enim certius argumentum vitæ, quàm motus. Vnde & flumina viva dicuntur, & argētum vivum. Contrā mortua quæ torpent, languentque. Cicero libro Tusculanarum quaestionum secundo: Licet enim satis exemplorum ad imitandum ex lectione suppediet, tamen viva illa, vt dicitur, vox alie plenius, præcipueq; præceptoris. Idem ad Atticum libro 2. Vbi sunt nunc qui aiunt *ζώσως φωνῆς*; Quanto magis vidi ex tuis litteris, q̄ ex illius sermone, quid ageretur. Porro quod Cicero prorulit abruptum ac mutilū, hoc quidam suppletum de suo, ad hunc modum: *ζώσως φωνῆς μάλω ἐνέργειν εἶν*. Plinius Iunior in epistola quadam ad Nepotem: Præterea magis, vt vulgo dicitur, viva vox afficit. Nam licet acriora sit quæ legas, altius tamen in animo sedent, quæ pronuntiatio, vultus, habitus, gestus etiam dicentis adfigit. Seneca Epistola quinta: Plus tamen tibi & viva vox & convicius quàm oratio proderit. Diuus Hieronymus in præfatione generali: Habet nescio quid latentis energiz viva vox, & in aures discipuli de doctoris ore trasfusa, fortius sonat. Hactenus ille. Vnde celebratum illud Aeschini, de Demosthene, *τι δὲ εἰδύρθευῖς ἠκούει*. id est, Quid autem si ipsam audisset belluā? Et illud: In scriptis Demosthenis, magnā Demosthenis partem abesse.

*Musi magistri.*

**Q U O D** modo retulimus, usurpavit & A.

Gellius: atque huic alterum quoddam dixerim adiecit: Quoniam, inquit, vocis vt dicitur, vivæ penuria erat, ex mutis, quod aiunt, magistris cognoscerent. Mutos magistros libros sentiens, qui loquuntur quidem nobis, vt apud Platonem ait Socrates, sed dubitanti non satis commode respondent. Nec illepidè profectò litteræ, muti vocantur Præceptores. Propterea quòd mutorum est non voce, sed nutibus, signisq; loqui. Idètidem & libri, notulis quibusdam, & significantibus figuris nobiscum fabulantur. Quæmadmodum enim voces, sensorū animi, velut *ἁδῶλα* quæpiam sunt, auctore Aristotele, sic litterarum figuræ, vocum simulacra quædam rectè dicuntur. Neque mirandum, si quidem *ἀρχιτεχνῶν* illud peccatoris exemplar efficacius repræsentat, ac transfundit affectus animi, quàm alterum illud, quod non rem ipsam, sed imitationem imitatur. Neque illud temere quæri solet à multis, vtrum sit ad eruditionem comparādā condudibile, *ζώσως φωνῆς χρεῖδω, ἢ τοῖς ἀφώνεῖς διδασκαλαῖς*. hoc est plus ne conferat lectio, an auscultatio. Et habet res vtræque sua quædam peculiariora commoda. Nam ex libris tum eruditiora ferme sunt quæ discuntur, tum plura. Tantum enim quisque discit, quantum ingenii celeritate consequi, memoriæ fidelitate complecti potest. Adde quòd hi præceptores nunquam grauior operam suam nobis impertire. Atq; horum vt vberior, ita paratior copia. Accedit huc & otium illud & cogitationis secretum. Licet pressius in spicere singula, licet retractare licet expendere. At è diuerso minore iactura, tum ingenii tum oculorum, tum valetudinis constat, quæ à præceptore differente percipimus, maxime si is dicat, quem & miremur & amemus. Deinde insidunt altius animo, & herent tenacius, & occurrunt promptius. Quare consultum erit, alterum studii genus cum altero coniungere, & vbi viuæ vocis erit copia, libentius auscultare quàm legere, si modo mediocri sit eruditione quem audis. Vbi non erit, libenter quasi non minus operæ precium facturus sis, ad libros confugere, sed optimos. Denique ea figura libri dicti sunt muti magistri. M. Tullius legem appellat mutum magistratum, magistratum legem loquentem: & qua Plutarchus poësim appellat picturam loquentem: & picturam, mutam poësim.



*Frons occipitio prior.*

**FRISCI** agricolis celebratum adagium, atque instar ænigmatis iactatum: Frons occipitio prior. Quo significavit antiquitas rectius gere negocium, vbi præfens ac testis adest is, cuius agitur negocium. Prior dictū est pro potior melioris. Alioqui quis ignorabat frontem priorem esse capitis partem, occipitium posteriorem? Tameſi hæc am phibologia cōmendat nōnihil dicti gratiā quod ob antiquitatem oraculi instar habebatur. Extat autem apud Catonem libro de Re rustica, capite quarto: Si bene, inquit ædificaueris, libētius & sæpius venies, fundus melior erit, minusque peccabitur: fructi plus capies: frons occipitio prior. Plinius item in eandem ferme sententiam, libro historię mundi decimo octauo, capite quinto: Eum tamen, inquit, qui bene habet, sæpius ventitate in agrum, frontemque Domini plus prodesse, quam occipitiū non mentiuntur. Rursum eiusdem libri capite sexto: Et ideo maiores fertilissimum in agro oculum Domini esse dixerunt. Aristoteles Oeconomicorum lib. 1. videtur hanc sententiam ad Persam quempiam referre, subnectens alteram huic similem, quæ à Libe quodam sit profecta. Sed fatius fuerit ipsius adscribere verba, si quis forte desiderabit: καὶ τὸ τοῦ πέρσης ἢ λιβύος ἀποφθίγμα ὅτι ἀνέχοι. ὁ μὲν γὰρ ἔρωτιβίς τὴ μάλιζα ἵπποπιπίνειν, ὁ τοῦ δεισώτερος δὲ βακλῶς ἔφα. ὁ δὲ λίβυος ἔρωτιβίς, ποία καὶ πρὸ ἀρίστη, τὰ τοῦ δεισώτερος ἔχου ἔφα. id est, Atque illud Persæ Libysque responsum, recte seruabitur. Nam alter interrogatus, quæ res potissimum saginaret equum: respondit, oculus domini. Alter rogatus, quod sterces esset optimum domini vestigia, inquit. Vterque significauit, domini præsentiam plurimum habere momenti ad rem bene gerendam. Item Columella putat rem malam esse, frequentem fundi locationem peiorem tamen vrbantum. colonium, qui per familiam mauult agrū, quàm per se colere. Huc pertinet illud quod refertur à Gellio, cum quidam corpulentus ac nitidus, equū haberet macilentū, ac strigōsum, rogatus quid esset in causa: respondit mirū non debet videri, si equo suo esset habitior quandoquidem ipse se pasceret, equū curaret seruus. Plutarchus in cōmmentario Deliberis educandis, Καὶ ταῦθ' οὐδ' ἐπιθεὶν ἔστι

τοῦ ἵπποδῶμος χάριεν, ὡς οὐδὲν οὐτὼ παίειν τὴν ἵππον, ὡς βασιλείως δὲ βακλῶς. id est, Hinc & illud elegantiarum dictum ab equifone, nihil perinde saginare equum, vt regis oculum. Huius figuræ est quod Aeschylus in tragœdia, cui titulus Persæ, domini præsentiam, oculum domus vocat:

Ὁ μὲν γὰρ δὲ μων, τομίζω δεισώτερος περισσίου. i. Nam domus oculum esse, domini iudico præsentiam.

Eodem pertinet quod per quam venustè dixit T. Lilius. Non satis feliciter solere procedere quæ oculis agas alienis. Innuat tale quiddam & Terētius in Eunuchō, cum ait: Ita vt sit, domini, vbi absunt: significans absentibus heris ministros omnia facere indiligentibus, & peccare licentius: nemphec omnia cōtendunt, vt quisque suum negocium præfens curet, neque magnopere fidat alienę indultrię. Id nulli magis obseruandum quàm principi, si modo principis animum gerat, hoc est, si publicum commodum cordi habet.

*Aequalis equalem delectat.*

Similitudo mater est beneuolentię, consuetudinisq; & familiaritatis conciliatrix. Vnde videmus iuuenes inter se libenter conuenire, senes cum senibus congregari, doctos doctorum conuentu capi, improbos cōgredi cum inprobis, bibones cum bibonibus, nautas amare nautas, diuitibus esse necessitudinem cū diuitibus, atque in vniuersum similia similibus gaudere. In hanc sententiam extant aliquot veterū prouerbia, quorum est illud: ἴλιε ἴλικα τέτρα. id est, Aequalis equalem delectat. Quod vsurpās M. Tullius in Catone maiore, Pares autem, inquit, cū paribus, vt est in vetere prouerbio, facillime congregantur. Nam prima familiaritatis conciliatio proficiscitur ab ætatis equalitate, quam Gręci vocant, ὁμολικίαν. Ad quod adludēs Homerus in Odyssęa O. Ἄ τὰρ καὶ ὁμῆλικος εἶ μὲν. id est,

Quinientium sumus æqueui. Huc respexit Plato primo De repub. libro, apud quē Cephalus, qui se testatur iā peruenisse eis γῆρας ὡς δ' ὄ. i. ad fenestę limen, ait: πολλὰ κίς γὰρ σωτὴρ χόμβος τῆς εἰς ταῦτο περικλισθῆναι ἵλιαν ἔχοντις, διαζῶντες τῶν πάλαιον περιουσίαν. i. Sæpenumero plerique cōuenimus ferme æquales, antiquū illud serentes prouerbiū. Aristoteles secūdo Rhetoricorum

eorum lib. recensens quæ sint iucūda, scribit, in totū ea natura sese inuicē delectari, quæ genere sint coniuncta, aut similia, vt hominem homine, equū equo, adolescentē adoleſcente. Atq; huc tendere proberbia vulgo iactata: ἢ λίξ ἢ λικα τέρπει. Itē id genus alia, quædā. Verba illius hæc sunt: τὰ συγγενῆ δὲ κατὰ φύσιν ἀλλήλοις εἰς ἑαυτὰ τὰ συγγενῆ καὶ ὁμοικῆ ἡδία ὡς ἐπτοπολῶ, διον ἀνθρώπων ἀνδράτων καὶ ἰπποῖ ἰππων, καὶ νικῶν, ὄντων ἰσὺ καὶ παρρημίαι ἐξήντα. ὡς ἢ λίξ ἢ λικα τέρπει. καὶ ὡς αἰεὶ τὸ ὁμοιον. καὶ ἔργω δὲ θήρ ἑτάρα. καὶ αἰεὶ κολοῖς πρὸς κολοῖον. καὶ ὅστε ἀλλὰ τριάκτα. Theognis ait amicitiam coherere inter æquales, vicinos & senes.

πάντες μὲν τιμῶσιν ὁμοῖως, ἴσται, οἷ τε κατ' αὐτὸν Οἰκοῦσι χάρις, οἷ τε πικραύότεροι. id est, Omnes hi sese venerantur, amatq; vicissim, Vicini, æquales viribus, atque senes.

Nec alienū est ab hoc proverbio, quod Empedocles ait apud Aristotelem libro De anima primo, animam esse quiddam ex omnibus elementis constat, imd ipsam horū quiduis esse, & vnumquodq; cognoscere, eò quod habet affine quidā cum singulari. vnde & Plato in Timæo dicit, animā ex clemētis constare. Empedoclis versus sic habent:

Γαῖν μὲν γὰρ γαῖαν ὁ πάπαμιν, ἰδ' αἰτὶ δ' ὕδωρ, Αἰθέρι δ' αἰθέρα δῖον, ἀτὰρ πνέρι πῦρ αἰδ' ἄλλον. Στοργῆ δὲ σοργῆν, νίκῃ δὲ τέρεκί λυγρῶ. Ὅ πάπαμιν δῖον καὶ αἰδ' ἄλλον νίκῃ λυγρῶ.

Quos versus quoniā initio desperabamus commodius verti posse, ab Argyropylo versus subieimus:

Terram nam terra, lympha cognoscimus aquam,

Aetheraque æthere, sanè ignis, dignoscitur igni

Sic & amore amor, ac tristi discordia lite.

Quamquam in primo versu suspicamur à librariis vndam versam in aquam. Post amicum rogatu nostra addidimus qualiacūq;

Terra quidem terra sentitur, lymphaque lympha,

Aetherque æthere purus, at igni noxius ignis.

Dulcis amore amor, atque odio funesta simultras.

Argyropylos explendi carminis gratia pro vno verbo ὁ πάπαμιν duo reddidit, cognoscimus & dignoscitur, duo epitheta prætermisit, δῖον καὶ αἰδ' ἄλλον. Deinde vocis repetitæ gratiam bis perdidit, in aquam & vndam,

in discordia & lite. Sic & Sanè aduerbium de suo atexuit. Nos amori addidimus epitheton, sed quod fuerat additurus poeta, si per metri leges licuisset, quandoquidem voci contrariæ addidit suam νίκης λυγρῶ, Non hæc dicuntur, vt sugillemus virum de studiis optimis optime meritum, sed vt iudicio proficiant adoleſcentes, quibus hæc potissimum scribuntur. Philosophorum quispiam, Zenon, ni fallimur, apud Augustinum prodidit, animam ipsam esse numerum seipsam mouentem, atq; hanc ob causam rebus numerosis natura capi deliniriq;: veluti musicis modis afficiuntur & pueri, cognato quodam nature sensu, cum prorsus nesciant quid sit musica. Aristoteles hoc ipso quem modo retulimus loco, definitionem hanc adducit, tacito auctoris nomine.

*Simile gaudet simili.*

Ὅμοιον ὁμοῖω φίλον, id est, Simile gaudet simili. Aristoteles libro Moraliū octauo: ὁμοιον ὁμοῖς ἐφίεται. id est, Simile appetit simile. Item lib. 9. ὁμοιον ὁμοῖω φίλον. id est, Simile simili amicum. Vnde est & illud: ὁμοίως τ' φιλόπντος μήτηρ. id est, Similitudo mater amoris. Quare vbi absoluta similitudo, ibi vehementissimus amor, id quod indicat fabula Narcissi. Agathon in conuiuio Platonis: ὁ γὰρ πικρῶ ἁλόγος ὅν ἔχει, ὡς ἄμοιον ὁμοῖω αἰὶ πικρῶ. id est, Scite quidē veteri proverbio fertur, simile simili semper herere. Plutarchus in comentario, cui titulus, quo pacto sit amicus ab adulatore dignoscendus, refert huiusmodi senarios:

Γέρων γέροντι γλώπιον ἡδίστην ἔχει, Παις παιδί, καὶ γυναικὶ πρόσφορον γυνῆ, Νοσῶν τ' ἀνὴρ νοσῶντι, καὶ δυσπραγία Λυθόβις ἐπ' ὁδὸς ἐστὶ τῶν περὶ μένων. id est, Seni senilis lingua iucundissima est, Pueroque puer, & mulier apta scemine. Aegrotus itidem egrotto, & in malis situs Exercito malis placet, atque congruit.

Diogenes Laertius ostendens quædam imitatum Platonem ex Epicharmi scriptis, adducit & illud, Quod canis cani videtur pulcherrima, & boui bos, & asina asino, & sus sui. Diximus alibi, Suū cuiq; reginæ placere regē. Plato libro de Legibus octauo: φίλον μὲν ποῦ κελθῶμεν, ὁμοιον ὁμοῖω κατ' ἀρετῶν, καὶ ἴσον ἴσῳ. i. Amicitia quidē vocamus simile

simile simili, quæ d virtutē, & equale equa-  
li. Quanquam adagium recte transferretur  
& ad illos quos similitudo conciliat vitio-  
rum. In quos est illud Catulli:

Pulchre conuenit improbis cinēdis.

Item illud Martialis:

Vxor pessima, pessimus maritus,

Miror non bene conuenire vobis.

Illud item Iuuenalis:

Magna inter molles concordia.

*Semper similem ducit Deus ad similem.*

Π Ο Τ Α Σ Τ autem adagium ex Homero na-  
tum videri, apud quem Odisseæ P. Melan-  
thius caprarius conspicit Eumæum sub-  
bulcum, ipsum Vlystem secum adducētem,  
sed habitu specieque pannofis, scomma iacit  
in vtrunq; , quasi duo inter se similes bene  
conuenissent:

Ναὺ μὲν δὴ μάλα πύργῳ κακὸς κακὸν ἠγαλῆεν  
ὧς αἰὶ τῶν ὁμοίων ἄγει ἐπὸς ὧς τῶν ὁμοίων. id est,

Nunc adeo malus ecce malum comitatur,  
vt vsque

Ad similem Deus adducit, similemque pa-  
rensi que.

Aristoteles libro Moralium 8. prouerbii  
loco refert:

Ὅτι τὸν ὁμοίον φασὶν ὡς τὸν ὁμοίον. id est,

Vnde similem aiunt ad similem.

*Semper graculus affidet graculo.*

Ἀπὸ κολοῦς πρὸς κολοῖν ἰζάνει. id est,

Ad sidit vsque graculus apud graculum.

Refertur à Diogeniano prouerbialis sena-  
rius: notaturque ab Aristotele libro R heto-  
ricorum, quem modo citauimus: vbi inter  
alia complura huius sententiæ prouerbia,  
hoc quoque commemorat. Item lib. Mora-  
lium 8. καὶ κολοῖς ποτὶ κολοῖν, id est, & gra-  
culus, inquit, ad graculum. Grecis est tro-  
chaicus dimeter, haud dubium quin ex poe-  
ta quopiam decerptus. Eleganter vsurpauit  
adagium Gregorius in quadam ad Endo-  
xium epistola, Κολοῖν δὲ ποτὶ κολοῖν ἰζάνει  
καὶ τῆς παρεμίας ἀκούεις. id est, Graculum au-  
tem assidere graculo, audis & à prouerbio.  
Porro graculorum conuentus olim notos  
fuisse testatur M. Varro lib. de Re rustica 3.  
Vnde Plutarchus in lib. De Polyphilia, οὐκ  
ἀγλαῖον ἐστὶν οὐδὲ κολοῖς ἰζάνει, id est, non armē-  
tarium est, neque graculeum. Quin huic  
aui nomen inditum, à κολῶ, quod est con-  
glutino. M. Varro graculos quoq; Latinis

inde dictos vult, quòd gregatim volēt. Quin  
tilianus non probat, assenerans dictionem  
ab auium voce confictam.

*Cicada cicada chara, formica formica.*

Cæterum quod Aristoteles in eo loco quem  
modo citauimus, addidit: & si qua sunt id  
genus alia, dubium non est quin senserit il-  
la, quæ sunt apud Theocritū Idyllio nono:

Τέτις μὲν τέτιγι φίλος, μύρμακι δὲ μύρμαξ,  
Ἰρμικὸς δ' ἰρμικῶν. id est,

Formicæ grata est formica, cicada cicadæ,

Accipiter placet accipitri,

Porro nota est formicarum politia, & cica-  
darum concentus.

*Figulus figulo inuides. faber fabro.*

A B hac forma velut excipiendi sunt qui in  
eadem arte versantur, propterea quòd in-  
ter hos artificii similitudo magis æmula-  
tionem conciliat, quàm beneuolentiam.  
Quorum mutuam inter ipsos inuidiā He-  
siodus in opere, cui titulus: Opera & dies,  
compluribus metaphoris indicauit, haud  
tamen damnans id genus artificum conce-  
tationem, imò probans ac laudans. Propo-  
suerat enim poeta duplex æmulationis ge-  
nus, quorum alterum sit vile, pulchrumq;  
mortalibus, alterū sèdum, ac perniciosum.  
Hoc homines ad rixas ac bella concitari,  
propter opum, honorumque certamina: il-  
lo vero tanquam exemplis propositis ad in-  
dustriam & honestas artes expergesceri. Ho-  
stia igitur æmulationē his verbis describit:

- Ζηλοῖ δὲ τὸ γείτονα γίτων

Εἰς ἄφρονος ἀδύσσοιτ'. ἀγαθὸν δ' ἔρις ἰδὲ βρο-  
τοῖσιν,

Καὶ κερμῆς κερμῆς κοτέει, καὶ τέκτονι τέκτων

Καὶ πτοχὸς πτωχῶ φρονεῖα, καὶ αἰσῶδης αἰσῶδῶ.

Quos versus longe elegantissimos in hoc  
duntaxat vertimus, vt intelligantur. Nam  
venustatem vix quisquam assequatur, ne-  
dum ego.

Semper vicinus vicino est æmulus, hūc vt  
Condere cernit opes properantem gnaui-  
ter. atqui

Concertatio conducit mortalibus ista.

Odit ira fabrum faber, figuloque molestus

Est figulus: mēdico protinus inuidet alter

Mendicis, cantor cantorem liuidus odit.

Vsurpantur cum aliàs frequentem apud di-  
uersos auctores, tum apud Aristotelē libro  
Moralium secundo. Rursum eiusdem opti-  
ris

ris libro 3. παροιμίαι vice refertur, κερκμῆς πάντας τοὺς τοιοῦτους ἀλλήλοις φασὶν εἶναι. id est, Omnes huiusmodi figulos inter sese aiunt esse. Figulos inuidios dixit, nimirum adludens ad Hesiodū adagium. Item R heticorum lib. 3. ὁ ἐν εἶρηται καὶ κερκμῆς: κερκμῆς, id est, Vnde dictum est: & signus figulo. Citat ibidem & hanc senarium,

Τὸ συγγενὲς καὶ καὶ φρονεῖν ἐπίσταται. id est, Etenim inuidere didicit ipsa affinitas.

At est similitudo, quam in Symposiacis Plutarchus μάχιμον dicit, hoc est, bellacem ac pugnacem, qualis est gallorum gallinaccorū: qualisq; est inter sophistas, mendicos, poetas, cantores, & ob hoc vetat id genus hominum in conuiuio cōiungi, ne quid oriatur rixæ. Est altera, quam ἐπισκί vocat, cuiusmodi est graculorum inter se. Ad hanc pertinent nauicæ, agricolæ, venatores, aliptici. Atq; ob id recte copulantur in accubitu. Ad hæc amantes, nisi contingat eos eandem amare.

#### Cretensis Cretensem.

Ὁ Κρεῖς τὸν Κρεῖτα, Cretensis Cretensem subaudi, quod erit commodum sententiæ, pro uocat, conatur circumuenire, aut tale quippiam. Quoties improbus agit cum improbo, perfidus cum perfido. Sumptum, adagiū à Cretensium moribus, quos plurimis conuiciis incessit antiquitas.

#### Cretensis cum Aegineta.

ΕΛΑΝΔΗΜ obtinet sententiam, Κρεῖς πρὸς ἀγινητῶν, id est, Cretensis cum Aegineta, subaudiendum, agit. Quadrat in pariter improbos, qui mutuis inter se fallaciis agūt. Nam Aeginetæ quoq; olim male audierūt, in quos etiam oraculum illud quidam editum putant: οὐτε τρίτοι, οὐτε τέταρτοι. id est, Neque tertii, neque quarti.

#### Vulpinari cum vulpe.

Ἀλωπικίζαν πρὸς ἐτέραν ἀλωπικα, id est, Cum vulpe vulpinare tu quoq; inuicem. Senarius est, prouerbialis. Cum astutis astutiis agito. Horatius:

Nunquā te fallāt animi sub vulpe latētes.

Aristophanes in Vespis:

• Οὐκ ἔστιν ἀλωπικίζαν. id est,

• Non licet vulpinari.

Quod autem nos ἀλωπικίζαν vertimus vulpinari, nequus hoc verbi tanquam nostrum

ac nouum aspernetur citatur ex M. Varro- ne à Nonio Marcello. Sic enim ausus est dicere Varro vulpinari pro ἀλωπικίζαν, quæ admodum Horatius iuuenari dixit προ κωνίζαν. Vide prouerbiū Βαπικρίζαν.

#### Cretica cum Cretensi.

Πρὸς κρεῖτα κρετίζαν. i. Aduersum Cretensem Cretiza, id est, aduersus mendacem mendacis vtere. Vtus est Plut. in vita Lyfandri, πρὸς κρεῖτα δὲ κρατὸς λόγος κρετίζαν. Rursus in vita Paulli Aemilii, Τὸν μὲν ἐπισκλήρας ἀκριβῶς, ἀνδρὸς, οὐκ ἔλαθεν κρετίζαν πρὸς κρεῖτας, id est, Eos quidem qui hominem penitus norant, haud latuit, quòd cum Cretensibus arte Cretica vteretur: propterea quòd Cretensium vanitas, de Iouis apud se sepulchro, multaq; id genus mentientium, in vulgi fabulam abierit, id quod palam testatur Epimenidis ille versiculus in libro de oraculis:

Κρεῖτες ἀεὶ ψύσαι, κακὰ βροῖα, γαστέρες ἀργαί. i.

Cretenses semper mendaces, male bestiz, ventres pigri.

Huius autem carminis initium, Κρεῖτες ἀεὶ ψύσαι, vsurpauit Callimachus poeta Cyrenensis in hymno scribens aduersus Cretenses in laudem Iouis, ac vanitatis eos arguēs, quòd iactitaret illius sepulchrum esse apud se, cum is esset immortalis. Quò respiciens Quidius: Nec fingūt, inquit omnia Cretes. Vnde κρετίζαν, Græci pro mentiri dicunt. Suidas aliā adagionis causam indicat, scribens Idomeum Cretensem, cum illi negocium esset datum, vt æs, quòd è spoliis ab hostibus detractis collectum erat, distribueret, sibi partem longe optimam deleuisse. Vnde congruere videtur etiam in illos, qui fraudant alios suisq; commodis impensis vbiq; student. Idem putat adagium quadra re etiam in eos, qui frustra mendacis agūt aduersus artificem mentiendi. Quemadmodum vulgo dicunt difficilimum esse surari apud fures, ita difficilimum mendacis imponere mendacibus.

#### Cum Care carizas.

ΗΥΙΕ similitimū refert Diogenianus, πρὸς κάρικα κρίζαν, id est, Cum Care carillas: Rustice agis cum rustico, barbare loqueris barbaro, crasse cum crasso. Cares populi sunt. Phrygiæ, de quibus alio loco dicemus, quorum mores prouerbis aliquot fecere locū.

E Cretensis

*Cretensis mare.*

Οκρῆς πῶ βάλασσων, id est, Cretensis mare, subaudiendū nescit, aut metuit. Hanc partē miā referē pariter, atque exponit Strabo Geographiæ lib. 10. scribens olim Cretēses nauigandi peritia, retumq; maritimarum vsu principatum tenuisse: atq; hinc antiquitus increbuisse prouerbiū Cretensis mare nescit in eos qui nescire fingerent, quod egregie callerent. Etenim qui consentaneum est Cretenses cū sint insulares ignorare mare, quo ciunguntur vndequaq;? Vtus est eodem & Aristides in Pericle: ὁ κρῆς τὸν πῆτον. Zenodotus scribit apud Alcēum ex-tate. His affine est quod habet Horatius in epist. ad Octauium:

Ipse ego qui nullos me affirmo scribere  
versus,

Inueniē Parthis mendacior.  
quod Parthi tum maxime pugnent, quum  
fugam simulant.

*Ad vmbilicū ducere.*

EX TANT apud auctores aliquot absoluen-  
di parcmiæ, quarum de numero est illa:  
Ad vmbilicū ducere, pro eo quod est librū  
finite atq; absoluerē. Sunt enim vmbilici,  
interprete Porphyriōne, ornamenta quæ-  
dam olsea, aut signea corneae, vmbilici no-  
stri formam imitantia, quæ voluminibus  
iam absolutis addebantur, atq; hinc prouer-  
bialem figuram esse natam, Ad vmbilicū  
peruenit, i. ad finem. Horatius in Epodis:

Deus deus nam me vetat

Inceptū celeres promissum carmen iābos  
Ad vmbilicū ducere.

Martialis in quarto Epigrammatum libro:

Ohe iam satis est, ohelibelle,  
Iam peruenimus vsq; ad vmbilicos.

Tu procedere adhuc & ire quæris.

Idem libro quinto:

Qui cedro decorata, purpuraq; ,

Nigris pagina creuit vmbilicis:

Idem in tertio:

Cedro nunc licet ambules perunctus,

Et fontes gemino decens honore,

Pictis luxuriis vmbilicis,

Rursum in vndecimo:

Explicitū nobis vsq; ad sua cornua librū,

Et quasi perfectum, Septitiane refers.

Verum haud scimus, possit ne prouerbiū  
hoc aliō quā ad librum, aut carmen trans-  
ferri, nisi durior fiat metaphora.

*Summum fastigium imponere.*

I L L V D generalius est: Summum fastigiū  
imponere, pro eo quod est rē omnibus suis  
partibus absoluere. Exempla reperies apud  
Ciceronem libro Officiorum tertio, apud  
Plinium in Epist. aliquoties. Translatum  
ab ædificatoribus, qui perfecto demum ædi-  
ficio, fastigium aliquod solent imponere.  
Quibus sicuti fundamentum prima insti-  
tuendi operis pars est, ita fastigium supre-  
ma est iam absoluti. Vnde quemadmodum  
fundamenta iacerē, transferunt ad id, quod  
est instituere quippiam: itidem fastigium  
addere, traducūt ad rei perfectionem, sum-  
mamq; , vt vocant, manum. Huic confine  
quod a Græcis dicitur, τὸν καλοφῶνα ἐπιβάει,  
id est, Colophonem imposuit.

*Summam manū addere.*

E A N D E M vim habet, Summam manū  
addere. Mitum ni metaphora ab artificibus  
translata, qui primum rude quoddam ope-  
ris simulachrum effingunt, atq; hanc primā  
appellat manū, deinde formant expref-  
sus, postremo summa cura expoliunt, atq;  
hanc supremam, seu summam manū vo-  
cant. Ouidius,

"Nec tñ illa legi potuerunt patiēter ab vllō,

Nesciat his summam si quis abesse manū.

Nox pro eodem dixit, Vltimam limam.

Ablatum mediis opus est incudibus illud,  
Defuit & scriptis vltima lima meis.

Seneca ad Luciliū: Vno deditos delectat  
potatio extrema, illa quæ mergit, quæ ebrie-  
tati summam manū imponit. Eadem fig-  
ura dicimus, nihil deesse præter extremā  
manū. Exempla crebriora sunt apud scri-  
ptores, quā vt hic referat repetere.

*Supremum fabulæ actum addere.*

I N eandem formam referēdum est illud: Su-  
preum fabulæ actum addere, pro eo quod  
est: extremum finem imponere, à poetis cō-  
mædiarum aut tragædiarum scriptoribus  
adscitum, qui fabulas suas in actus quosdā  
distribuant. Vnde illud Horatianum:

-Nec sit quinto productior actu.

Solent autem in extremo actu, plurimum  
artis addere, sicuti scribit M. Tullius ad  
Quintum fratrem: Illud te ad extremum  
& oro, & hortor, vt tanquā poetæ bonis  
& actores industrii solent, sic tu in extrema  
partē

parte & conclusione muneris ac negotii tui diligentissimus sis, ut hic tertius annus imperii tui, tanquam tertius actus perfectissimus atque ornatissimus esse videatur. Idem ad Atticum libro 13. Etenim hæc decantata erat fabula, sed coniplere, paginam volui. Cicerone in Catone transiit ad vitam peractam. Quemadmodum & Apuleius libro Floridum 3. de Philemone comico loquens: Renunciauerunt, inquit, Philemonem poetâ, qui expectaretur, ut in theatro ficti argumentum finiret, iam domi veram fabulam consummasse. Etenim uero iam dixisse rebus humanis valere & plaudere. Ad hanc formam pertinet, quod apud Nonium ait Lucilius: Sarcinatoris est, summum suere centonem optimè.

*Catastrophe fabulæ.*

**C**VIVSLIBET exitum rei, prouerbiali figura, catastrophem vocamus. Porro inter figuras prouerbiales illud admonuimus, vni cuique disciplinæ, atq; artificio sua quædã esse peculiaria vocabula, quæ quemadmodum in sacrorum cæremoniis ac magicis precaminibus fieri consuevit, penè superstitione quadam vsurpantur. Ea quoties in aliud quippiam trahuntur, serè prouerbii speciem obtinent: velut ex militari disciplina, receptui canere, & locum deserere, & prima acies, & res ad triarios rediit. Ex musica, præludium pro prælatione, aut ingressu negotii, Summa & ima chorda, pro clamorosa & graui voce. Et eadem oberrare chorda, pro eo quod est, in eadem re peccare sæpius. Porro fabula omnis, ut ostendit Donatus, in treis partes distribuitur, in προῶσις, ἐπίπαισις, κατὰ τερῶν. Protasis est primus ille tumultus iam quasi gliscēs. Epitasis, turba feruidissima. Catastrophe subita rerum commutatio. Vnde Lucianus eleganter exitum euentumq; negotii catastrophem appellat, cum aliàs, tum in cõmentario. De mercede seruentibus: ἐπιπαισι δ' ἤϊς αὐτοῖς ἡ κατὰ τερῶν τοῦ δράματος γίνονται. id est, Post omnia denique quæ illis catastrophe fabulæ cõtingit: hoc est, quis exitus seruiti. Et in Alexandro Pseudomante: τοιοῦτο τέλος τῆς ἀλλεξάνδρου τραγωδίας. id est, Eiusmodi finis tragædiæ Alexandri. Idem in vita Perregini: ἀνθὶς ὁρᾷ γελῶντα σὲ ἃ καλεῖ κρίσις τῆς κατὰ τερῶν τοῦ δράματος. Rursus video

te ò bone Cronie ridentem fabulæ catastrophe.

*A capite vsque ad calcem.*

**C**V M rem totam significamus, a capite vsq; ad calcem dicimus. Cuius adagii triplex esse potest vsus. Aut enim ad corpus refertur, aut ad animum, aut ad rem qui duo potestiores plus obtinent venustatis, nimirum quo plus habet figuræ. Ad corpus, apud Homerum Iliados ↓.

Εἰς πόδας ἐκ κεφαλῆς. i. A capite vsq; pedes.

Item Theocritus in Bucolico:

Καὶ μ' ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ποτὶ τὰ πόδες σπυρίχης ἔειπεν. id est,

Me à capite vsque pedes lustrauit lumine totum.

Plautus in Epidico. Contempla Epidice ab vnguiculo ad capillum summum. Horatius.

Talos à vertice pulcher ad imos.

**M.** Tullius pro Roscio Comædo: Nonne ipsum caput & supercilia illa penitus abraza, olere malitiam, clamitare calliditatem videntur? Nonne ab imis vnguibus vsque ad verticem summum, si cõiecturam adferre hominibus tacita corporis figura, ex fraude fallacis, mendacis, totus consistere videtur? Ad rem, ut apud Aristophanem in Pluto:

Ἀκνε τοῖμαι, ὡς ἐγὼ τὰ πρᾶγματᾶ

Ἐκ τῶν ποδῶν ἐς τὴν κεφαλὴν σοὶ πάντα ἔρα. i.

Audi ergo, quando totum ego negotium

A pedibus vsq; tibi ad caput percensco.

Quanquam hic comicus ioci causa præposere posuit pedes & caput. Ad animum hoc pacto poterit transferri. Ego tibi mores & ingenium illius, breuiter, hominem quantum est à summo, ut aiunt, capillo ad imum vsque calcaneum depingam. Quanquam exemplum M. Tullii, quod modo retulimus, magis ad animum, quam ad corpus videtur pertinere. Quinetiam diuiditur adagium, cum caput negotii vocamus, præcipuum autorem perinde ut & fontè dicimus. Terentius: Te esse huic rei caput. Item apud Gregos, τὸ κεφάλαιον τοῦ πρᾶγματῶ. Lucianus in Tyrannicidia, τῆς τυραννίδος κεφάλαιον. id est, tyrannidis caput. Et Plato lib. De legibus 3. τῆς ἡσῶσιον πηγῆς, dixit, id est, seditionum fontem, Et ad calcem venire. In calce operis. In extremo literarum tuarum calce. Ab ipso exordiri capite. A calce ad caput recurrere. Atque id genus aliq; loquendi formulæ, quæ passim apud auctores obuiæ

sunt. Plutarchus aduersus Stoicos: ἐκ πρόρο-  
δῶ καὶ ἀρχῆς ἅ χρεὶ κορυφῶσθαι. id est, Ab ingres-  
su & initio vsque ad coronidem.

*Cursu lampada trado.*

**C** V R S V lampada tradere, prouerbialis me-  
taphora, pro eo quod est: partes tuas quasi  
successione in alium, atque alium transfer-  
re. Lucretius:

Et quasi cursores vitæ lampada tradunt.  
De animantibus agit, quæ successione propa-  
gantur, vitæ per vices ab aliis in alia trans-  
fusa. M. Varro lib. De re rustica 3. cap. 15.  
Sed ò Merula Axius noster, nescimus hoc au-  
dit, physicam addiscat, quòd de fructu nihil  
dixi, nunc cursu lampada tibi trado. Quib-  
us verbis significat, se alteram sermonis  
partem Merulæ tradere, isq; in dicendi vi-  
cem succedit. Lucretius videtur imitatus  
Platonem, qui lib. de Legibus 6. scribit, ci-  
ues oportere liberis generandis atque edu-  
candis operam dare, vt vitam, quam ipsi à  
maioribus accepissent, vicissim quasi tedam  
ardentem posteris tradant. Eodem pertinet  
Persianum illud:

Qui priores, cur me in decursu lampada  
poscis?

Aristophanes in Ranis,

Λαμπάδα δ' οὐδ' αἰς οἶδός τε φέρειν.  
Τῆ ἀγυμνασίας ἔτησι. id est,  
Iam nemo queat gestare facem,

Quòd non curant exerceri.

Taxat ignauiam, atque inertiam cinium.  
Quo loco interpretes addit in tribus certami-  
nibus solere veteres gestare faces, id est, vt  
illi dicebant, λαμπάδα ἔχειν, in Prometheis,  
in Vulcaniis, & Panathenæicis. Porro Pro-  
metheus creditur primus hoc ludorum ge-  
nus instituisse, hunc quidem ad modum, vt  
eurentes facem ardentem gestarent. Eam  
defatigatus proximo in manum dabat. Is  
item defessus alii, ac deinceps alius alii, suc-  
cessione tradebant inuicem, historiæ Prome-  
theæ quasi simulacrū repræsentantes, quæ-  
admodum serulam, qua cælestē ignem ex-  
ceperat, ne rursus extingueretur, perpetuo  
motu iactarit, in terrâ deuolans. Huius rei  
mentionem facit Plato lib. de Rep. primo:  
significans daduchias etiam in honorē Mi-  
neruæ solere celebrari. Pausanias autem in  
Atticis, ritum horum ludorum describit co-  
piosius. Meminit & Herodotus, sed obiter  
in Vrania, ostendens eum morem à Persis

reperit, vt dispositis equis atque cursori-  
bus, alius alii mandata velut lampada tra-  
derent, quo celerius perferri possent. Auctor  
rhetorices ad Herennium: Non enim quæ-  
admodum in palæstra, qui tedas ardentis ac-  
cipit, celerior est, in cursu continuo, quam  
ille, qui tradit, ita melior imperator nouus,  
qui accipit exercitum, quam ille, qui disce-  
dit. Propterea quòd defatigatus cursu, integro  
facerem: hic peritus imperator imperi-  
to exercitum tradit. Itaque lampadem tra-  
dere dicitur, qui iam vel de lassatus, vel eme-  
ritus, in alios munus gerendum ab se trans-  
fert. Et inuicem lampada tradere, qui quod  
ait Terentius, tradunt operas mutuas, &  
aliis alii vicissim suppetias ferunt.

*Principium dimidium totius.*

Ἀρχὴ ἡμισυ πωτότος. id est, Principium dimi-  
dium totius. Hoc adagio significatum est,  
maximam difficultatis partem in aggredi-  
do negotio sitam esse. Hemistichium est He-  
siodi, citante Luciano in Hermitimo. Re-  
fertur & ab Aristoteli libro quinto Politico  
tum: Ἡδὲ ἀρχὴ λεγίται ἡμισυ εἶναι ταυτίσ.  
Plato libro de Legibus sexto: ἀρχὴ γὰρ λέγε-  
ται μὲν ἡμισυ πάντοτος, ἐν ταῖς περιουσίαις ἐργα-  
σῶν τὸ γένη καλῶς ἀρξασθαι πάντας ἐγκωμιάζομεν  
ἐκάστοτε. Τὸ δ' ἐστὶν τι ὁσέτι μοιγε φαίνεται πλείον  
ἢ τὸ ἡμισυ, καὶ οὐδ' αἰς αὐτὸ καλῶς γενόμενον ἐγ-  
κεκωμιάκεν ἰκανῶς. id est, Nam in prouerbiis  
quidem initium totius facti dimidium di-  
citur. Atque illud nimirum recte cepisse,  
omnes vndiq; laudibus ferimus. At istud, vt  
mihi quidem videtur, plus est, quam dimi-  
dium. Neque quisquam hoc, vbi recte sit, sa-  
tis pro merito laudarit. Suidas hæc ex Ma-  
rino quodam refert: γένοι δὲ ἡμιν ἡ ἀρχὴ,  
ὡκ ἀρχὴ μόνον, οὐ δὲ κατὰ τὴν περιουσίαν, ἡμι-  
σον τοῦ πωτότος, ἀντὸ δὲ ὅλον τὸ πᾶν. id est, Fuit  
autem nobis initium illud, non tantum ini-  
tium, neque iuxta prouerbiū dimidium  
totius sed ipsum in solidum totum. Ari-  
stoteles item libro Moralium primo: Prin-  
cipium enim plus, quam dimidium totius  
esse videtur. Horatius in Epistolis:

Dimidiū facti, q̄ cepit, habet. sapere aude.

Ausonius:

Incipe, dimidium facti est cepisse. super sit  
Dimidiū, rursus hoc incipe, & efficies.  
Plutarchus in libello, cui titulus: Quo pa-  
cto sint audiendi poetæ, citat ex Sophocle  
carmen hoc:

Egyo

Εγὼ δὲ πρῶτος ὡς ἀρχίται καλῶς,  
 Καὶ τὰς τελευτὰς ἀπὸς ἐδ' οὕτως ἔχων.  
 Negocii cuiusq; si bene coeperis,  
 Et finem item bonum fore, probabile est.

*Satius est in iisq; mederi, quam fini.*

Ἀρχὴν ἰαδοῦ πολλὰ λῶσιον ἐν τελευτῶν. id est,

Multo quàm finem, medicari initia p̄stat.  
 Refertur à Suida prouerbii loco. In eandē

sententiam Theognis,  
 Στῶμεν δ' ἔλκει φάρμακα φροβίω. id est,  
 Pharmaca nascenti sunt adhibenda malo.

Similiter Persius Satyra 3.

Elleborum frustra, quum iam cutis ægra  
 tumebit.

Poscentes videas, veniēti occurrite morbo.

Atque item Ouidius:

Sero medicina paratur

Cū mala per longas inualuere moras.

Admonet adagium, minore negotio tolli  
 malum statim initio, cum adhuc recens est,  
 quàm postea quàm inueterauerit. Pueros à  
 vitiis arcendos, dū adhuc tenera ac tractabi-  
 lis ætas: farciendas protinus offensas, ut in  
 similitudinem exoleant. Minima vitāda ma-  
 la, ex quibus maiora solent pulluascere. Oc-  
 casiones euitandas, quæ mali quippiam pa-  
 rituræ videantur.

*Serere ne dubites.*

RUSTICANVM adagium, sed non indi-  
 gnum, quod in hoc volumen referatur: Se-  
 rere ne dubites. Quo monemur, ne quando  
 pigeat eiusmodi rerum aliquid moliri, à  
 quibus nihil omnino dispendii, plurimum  
 emolumentum possit proficisci, si non in præ-  
 sens, certe in posterum, si non nobis, at sal-  
 tem posteris. Columel. lib. De re rustica 12.  
 Quare vulgare illud de arborum positione,  
 rusticis vsurpatum: Serere, ne dubites, Nam  
 ædificatio nonnunquam exhaurit fructus:  
 negotiatio pender à fortuna, neq; paucis  
 male cessit. Eundem ad modum, ex aliis aliud  
 atq; aliud est vel incommodi, vel periculi,  
 sed ex arboribus conferendis plurimum capi-  
 tur commoditatis, neq; magno tamē im-  
 peditio cōstat. Eandē sententiā Vergilius, ad-  
 dita figura sic extulit, lib. Georgicorum 2.  
 Et dubitamus adhuc scriere, atq; impende-  
 re curam?

*Talaria induere.*

EXTA apud M. Tullium prouerbialis al-

legoria: Talaria induere, pro eo quod est, su-  
 gam adornare, quasiq; velle quopiam auo-  
 lare. Sic enim scribit ad Atticum lib. 14. Ne  
 mo est istorum, qui ocium nō timeat. Qua-  
 re talaria induamus. Sumptum ab Home-  
 ro, qui Mercurium auolatum aliquo fre-  
 quenter adornat talaribus:

Ἀὐτίκ' ἔπειθ' ἄνω ποσσὶν ἰδύσαστο καλὰ πῆ-  
 δила

Ἀμβροσία χεῦσα, τὰ μιν φέρον ἢ μὲν ἐφ' ἔρ-  
 γην;

Ἢ δ' ἐπ' ἀπίρον γαῖαν ἄμα ποίης ἀτέ-  
 μοιο. id est,

Mox ubi iā pedibus talaria subdidit aurea  
 Pulchraq; & ambrosiam spirantia: quæ  
 simul illum

Æra per liquidum, simul ampla per æquo-  
 ra vultz

Telluris, venti flatu dominante ferebant.  
 Quem Homeri locum Vergilius veluti in-  
 terpretans, in quarto Aeneidos:

Et primum, inquit, pedibus talaria nescit  
 Auræ, q̄ sublimem alis, siue æquora supra  
 Seu terram rapido pariter cum flamine  
 portant.

Itaque talaria induere dicemus eos, qui pa-  
 rant aufugere. Nam hoc ipsum auolare &  
 reuolare, apud M. Tullium pro fugere, &  
 redire frequens est.

*Trice: Apina.*

TRICAS, & Apinas vulgo res futiles ac  
 nugatorias dicebant.

Marcialis:

Quæcūq; lusi iuuenis, & puer quondam,  
 Appinasq; nostras. Idem alibi:

Sunt apinæ, tricæq; & si quid vilius istis.

Vnde & Tricari simili figura dicebant nu-  
 gas agere. Cicero cum alias, tum ad Atticum  
 lib. 15. Tricatur scilicet, ut homo talis. Et  
 rursum: Balbus, inquit, tricatur. Adagium  
 ab euentu natum. Nam Tricam, & Apinā  
 oppida fuisse quondam Apulicæ, demonstrat  
 Plinius libro Naturalis hist. 3. cap. 11. refe-  
 rens Europæ sinus: Diomedes, inquit, ibi  
 deleuit gentes Monadorum, Dardorum-  
 que, & vrbes duas, quæ in prouerbii ludi-  
 crum vertere, Apinam, & Tricam. Step-  
 hanius ostendit Tricam vrbem fuisse Tessalicæ,  
 fortitam id nominis à Trica Penei filia. No-  
 nius Marcellus tricæ impedita, & im-  
 plicationes interpretatur, ἀπὸ τῶν τριχῶν,  
 id est, à pilis, quibus inuoluuntur pulli  
 galli.



gallinacei. Vndedictum sit extricare, & intricare. Lucilius apud eundem, Tricones appellat, qui nugis homines remouentur. Et tricius quæstus, pro tardo, seu sicco. Et Varro tricæ At tellariæ, nugas impeditissimas. Equidem non negauerim in uoce adlusum ad pilos. Cæterum ab oppido dictū prouerbiū, uero propius est Plin. lib. 7. cap. 48. ostendit oues laudari solitas breuitate cærum, & uentris uestitu, quibus si nudus esset, eas apicæ appellauit, ceu reiculas, damnatasque.

*Coryceus auscultans.*

Κορυκαῖος ἠκροάζετο, id est, Coryceus auscultauit. Vbi quis id quod agit, conatus dissimulare, tamen à curiosis deprehenditur. Vnde natum sit adagium, ex auctoribus adscribemus. Coryceus mons est Pamphyliz præcellus ac portuosus, atque ob id piratarum insidiis oportunus, quæ ab eò monte Coryceus uocabatur. Hi nouam insidiandi rationem excogitarant. Siquidem dispersi per portus Coryci montis, miscebant sese negociatoribus, ut quisque forte appulerat, subauscultantes, & quid rerū portarent, & quò nauigare destinassent, denique quo tpe decreuissent soluere. Quæ simulatque cognouerat, renunciabant piratis, cum quibus societatem maritumorum latuociniorū exercebāt. Atque ita per occasionem simul adorti, nauigantes spoliabant. Quæ res ubi mercatoribus esset comperta, pleraque occultabant, ac dissimulabant, insidiarum metu. Sed cum sic quidem lateret, subodorantibus omnia Coryceis, res in prouerbiū abiit, τὸν τῆς κορυκαῖος ἠκροάζετο, id est, Hunc Coryceus auscultauit. De re vehementer dissimulata, deprehensa tamen. Suidas ait, Coryceὸν Pamphyliz promontorium esse, cui subiecta sit, urbs Atelea. Eius urbis ciues, ne vexarentur ipsi à prædonibus, qui sese in promontorii arcem receptabant, per alios portus dissipati subauscultabant, quinam appulissent, & quò tenderent, eaque prædonibus renunciabant. Idem ex Ephoro refert Coryceos conuenas quospiam fuisse, qui condiderint oppidulum in Lydia sub cacumine Coryci in mare prospectantis, finitimos Myonesso. Hos solitos sese negociatoribus in portum appellentibus admiscere, quasi negociatores essent & ipsi, mercium

aliquid emperuri: dein de quæ cognouissent Myonessili renunciabant. Myonessili nauigantes adortebantur, prædam ablatam, aut præcia quibus sese negociatores redimebāt, quæ Græci λιπῆρα uocant, cum Coryceis partientes. At Stephanus tradit, Corycū mōtem esse altissimū, finitimū Teo Ioniz oppido, cui subiectus sit eiusdem nominis portus. Quò loco meminit & de piratarum insidiis & prouerbio. De Lydiz Coryco sentit & Strabo, cuius uerba subscribam ex lib. 4. Πρὶν δὲ εἰδῆν ἐπὶ ἑρυθρῶς, πρῶτον μὲν ἔρα πολίχiton ἐστὶ τῆιον, εἰ τακῶς ὄρεσσι φίλον καὶ λιμὴν ὑπ' αὐτῶ κασύσης, καὶ ἄλλος ἑρυθραῖ λιμνη καλούμενη, καὶ ἐφεύς πλείους ἕτεροι. φασὶ δὲ τὸν περὶ πλοῦν τῶν κορυκῶν πάντα λιπῆρα ὑπὸ ἔρα τῶν κωρυκαῖων καλεῖσθαι, δὲ ἐφ' αὐτῶν τῶν κορυκῶν ὄρεσσι πλείους ἢ πλοῖζομῶν. κατὰ τὴν κορυκῶν γὰρ ἐν τοῖς λιμῆσι τοῖς κατορμιζομῶσι ἐμπροσθεῖς προσφάται, καὶ ὡς τακῶς ἐν τὴ φέρειν καὶ πλοῖζομῶν, εἰ τὰ σωελῶντας ἀναχέεισι τοῖς ἀνθρώποις ἐπιβίβου καὶ καθεσπείζων. ἀφ' οὗ δὲ ἴσ' πάντα τὸν πολὺν πῆγμα καὶ κατακοῦσιν ἐπιχερῶντα τῶν λάβρα καὶ ἐν ἀπορρήτω διαλεγομῶν, κορυκαῖον καλούμεν, καὶ ὁ παρμῆα φημί, τοῦ δ' ἀπὸ κορυκαῖος ἠκροάζετο, ὅτι καὶ τῆς πρώτης δὲ ἀπορρήτων, καὶ λαυράνη δὲ, διὰ τῶν κατασκοπούων καὶ φιλοπυσοῦντας τὰ μὴ προσήκοντα. i. Priusquam perueniat Erythras, primum occurrit oppidulum Ery Teium, deinde Coryceus mōs excellens, atque huic subiectus portus Casytas, mox alius portus dictus Erythra, dein alii complures. Narrant autem Corycum præternauigantibus omnia plena latrocinis esse quorundam quos Coryceos appellant. Hi nouum insidiarum genus committi fuerant in nauigantes. Siquidem dispersi per portus, negociatores qui fortè appulerant, adibāt, subauscultabantque, quid rerum ferrent, quò nauigarent: deinde illos in altum reuersos collecti adoriebātur ac spoliabant: unde factum est, ut quemuis curiosum, & in occulto dicūtur, Coryceū uocemus, prouerbioque dicamus, hunc Coryceus auscultauit, quoties aliquis sibi uisus est egisse dixisse clam, quum uisum non laterit, propter eos qui subauscultant, ac seiscitari student, quæ non oportet. Hæc uenit Strabo. In cuius uerbis non uidetur abesse deprauatio: una tolleretur, si pro λιπῆρα legas λιπῶν, altera si legas τῶν λάβρα καὶ ἐν ἀπορρήτω πρώτων, καὶ

διελασθησαν. sic enim legisse videtur interpres. Itaq; quum duę sint ciuitates eiusdem nominis, ad vtranque referunt prouerbium auctores. Stephanus ostendit & in Cilicia ciuitatem Corycum esse, quę portu saloq; cingitur, vt ait Pomponius Mela, angustq; tergoze continenti adnexa, cui vicina specus illa multorum litteris nobilitata. Iam Cilices piratas fuisse accepimus. Hanc eandem arbitror esse eum ea, quam in Pamphylia ponunt Zenodorus & Suidas, quod Pamphylia Cilicię sit, contigua, atque olim bona Cilicię pars imputabatur in Pamphylia. Idem Stephanus indicat & insulam fuisse eius nominis, Rursus Crete promontorium esse Coryciam, & eiusdem nominis portum Aethiopię. Inducunt & comici Deum quempiam Corycęm, exaudietem atque auscultantem quę gerantur, sicuti Menęder in Enchiridio, Dexippus in Thesauro, apud Suidam: quod tribus verbis attingit & Helychius, indicans Corycęm Gręcis sonare yas coriaceum, aut nauim, aut lacream. Vsurpat hoc adagiũ M. Tullius lib. ad Atticũm decimo, epistola vltima: Itaque posthac non scribā ad te, quid facturus sim, sed quid fecerim. Omnes *κατακλινοὺς* videntur subauscultare quę loquor.

*Fortes fortuna adiuuat.*

C I C E R O Tuscul. quęst. lib. 2. Fortes in non modo fortuna adiuuat, vt est in veteri prouerbio, sed multo magis ratio. Citant alibi ex Ennio. Vsurpat in Aeneide Maronis. Atque adeo passim ab omnibus. Ouidius Fastorum lib: 2.

- Audētes: forsq; Deusq; iuuat. Idē adlusit:
- Audaces adiuuat ipsa Venus.

Rursũ T. Luuius belli Macedonici lib. 4. Fortes fortunam adiuuare aiebant. Admonet adagium fortiter periclitandam esse fortunam. Nam his plerunque res prospere cedere. Propterea quod id genus hominibus fortuna quasi saueat, insensa iis, qui nihil audent experiri, sed veluti cochleę perpetuo latent intra testas.

*Currentem incitare.*

Tὸν ῥέγοντα ὀρέγων, id est, Currentem incitare, est adhortari quempiam ad id, ad quod iam suapte sponte tendit. Atque hac figura mitigamus, vel precludimus magis, offensam admonitionis. Cicero ad Cassiũ:

Vt Cęsarem in Italia viderem, sic enim arbitrabamur, eumq; multis honestissimis viris conseruatis, ad pacem currentem, vt aiunt, incitarem. Idem ad Quintũ fratrem lib. 2. Quare facis tu quidem fraterne, quod me hortaris. Sed me hercle, currentem nunc quidem. Rursus ad Atticũm: Quod me hortaris, vt eos dies consumam in philosophia explicanda: currentem tu quidem. Idem in Oratore: Facilius enim est, currentē, quod aiunt, incitare, quā com mouere languentem. Plinius ad Cannitũ: Scio te stimulis non egere, me tamen tui charitas euocat, vt currentem quoque infligem. Ducta est metaphora ab his, qui cursu certant, quibus ac clamatio solet addere velocitatem. Lucianus ex Homero citat ad Nigrinũ, ὁ ῥέγον ὁ γὰρ εἰ, τὸ τοῦ χάρου τοῦ δόμου, ἀπὸ δόμου ἢ ἀπὸν παρακαλεῖ. i. Bono es animo, quāuis quidem iuxta Homericũ illud, hortaris eum, qui ipse sua sponte properet. Extat autem Iliados 4.

Ἀτρεΐδῃ κνήδης, τῆ μὲν ἐπὶ δότῃ καὶ αὐτῶν.  
Ὀτρένας. id est,

Quid me sponte mea properantem maxime Attrida

Extimulas? Eodem adlusit Odiss. 9.

Ὁς ἴστων ὠρέωνται πῆρθε μίμαζον ἑθῆνη. i. Iandudum promptam, ac cupientem, his Pallada dicitis

Excitat.

Itaque currentem incitamus, cum ad id vocamus, aliquem, ad quod suapte cupiditate fertur, ac propendet. Quemadmodum meministi Dion, Timotheũ cantorem quempiam certa quadam cantione, quę Palladis vocatur, Alexandri Magni animum repente ad belli cupiditatem incitare solitum. Atque incitabat ille quidem, sed sponte currentem, vt post natura sanguinarium & belli furiensissimum. Alioqui Sardanapalũ illum πῆρθερον, id est, molliissimum, iisdē modis haud vixquam commouisset. Terēt, in Andria torfit in malam partem, omiſsa metaphora: si hic non insanit satis sua spē te instiga. Huc pertinet illa M. Tull. fami-liaria, E cursu reuocare. In principio Topi-corum, E cursu ipso reuocauit voluntas tua. Et in cursu esse, & Cursum interrumpere.

*Calcar addere currenti.*

E A N D E M sententiam aliunde ducta meta-phora, extulit Plinius iunior in epistola quadam

quadam ad Pompeium Saturnium: Flagitabas, ut tibi aliquid ex meis scriptis mitterem, cum ego id ipsum destinassem. Addidisti ergo calcaria sponte currenti. Translatione sumpta ab equitibus, qui nonnunquam etiam sponte currentibus equis, quo currant celerius, calcar addunt. Ita nobis calcar addit, qui extimulat languentes: addit currentibus, qui cupiditatem, ac studium nostrum auget, acuitque; Ouidius.

Non opus admisso subdere calcar equo. Sunt autem ferme prouerbiales in totum illæ metaphors: Subdere calcar, subdere stmulos, quemadmodum & illæ: Iniicere frenū cōpescere freno, reuocare freno. M. Tullius ad Atticū: Adscribit et̄ & quasi calcar admo uet. Idem ad eundē lib. 6. Sed alter, ut dixit Isocrates in Ephoro & Teopompo, frenis eget, alter calcaribus. Plato lib. de Legib. 9. ἀριστ' ὠκλήσια, χεῖρόν τι μὲ ὠππερ φερέμενον κίττακροῦ σασ ἀνίγαιρες. id est, Opportune me Clinia, impetu currentem retudisti. Et illud Ciceronis: E medio cursu reuocauit.

*In tritio sumi.*

Ἐν τριῷ δὴ εἰμι λογισμῶν, id est, In tritio sumi consilii. In eos, qui dubitant, quisque incerti sunt animi, hæsitantes quid porissimum eligant. Translatum ab iis, qui faciunt iter, & si quando tritium occurrerit, addubitant, quam uiam oporteat ingredi. Nam uiam pro ratione consilii frequenter apud Græcos auctores reperies, ut apud Euripidem in Hecuba, σὺν ἐδῶν βυλδύματα. id est, Tuorū uia cōsiliorium. Theognis, ἐν τριῷ δὴ ἔσκα. id est, In tritio consisto. Adludit huc & Plato lib. de Legibus septimo: vetans ne si quares admiranda atque inusitata occurrerit, protinus ad eam amplectendam accitramus; sed perinde quasi ad tritium aliquod uenerimus, ignari uiz, consistamus; neque ante pergamus, quam peruelligati sit quōd quæque ducat uia, καὶ ἄπειρ, inquit, ἐν τριῷ δὴ γενόμεϑ.

*Bis ac ter, quod pulchrum est.*

Δίς καὶ τρίς τὸ καλόν. id est, Iterum ac tertio, quod pulchrum est, subaudi, dicendum est. Vsurpatur à Platone cum aliis in locis, tum in Philebo; ἃ καὶ πρότερον ἐμνήσθην, δὴ δ' ἢ παροίμα δόκει ἔχειν; τὸ δ' ἴς καὶ τρίς τὸ γενεαλῶς ἔχειν ἐπιπρόσπολιν τῷ λόγῳ δ' εἶν. id est, De quibus & ante meminimus, Cæterum bene ui-

detur prouerbio dictum, quod egregium sit id iterum, ac tertio in sermone repeti oportere, Idem in Gorgia. ἢ δ' ἴς γὰρ τοὶ καὶ τρίς φασκαλόν εἶν τακατὰ λέγοντι καὶ ἐποκοπέδω. id est, Atqui pulchrum aūt ea quæ pulchra sunt iterum ac tertio tum dicere, tum considerare. Rursum lib. De legibus sexto: λέγω δὲ κατὰ πειρ εἰ ποτὶν δ' ἴ. δ' ἴς γὰρ τὸ γενεαλῶς εἶν ἐν δὲ βλάπτει. id est, Dico autem quemadmodum modo dicebam. Nam nihil lædit, quod pulchrū sit bis dicere. Lucianus in Disfadiibus citans eundem Platonem, κέρϑ, inquit, οὐδ' ἴς τὸν καλῶν, id est, Nulla satietas rerum honestarū. Omnino ea vis inest rebus egregiis, ut quo sepius, ac præstius inspicatur, hoc magis ac magis placeat; ut ait Horatius:

Quæ si propius stes,  
Te capiet magis, ac decies repetita placebit.  
Contrā, quæ fucata sunt aut uulgaria, nonnunquam initio adrident nouitate ipsa, mox repetita fordescunt. Quemadmodum Plinius lib. 15. cap. 24. meminit de syluestri quodam pomi genere, quod uinedonem uocant, propterea quod unum tantum edī possit. Est etenim inhonoratum, ut ait, atque hinc nominis ratio.

*Fratrum inter se ira sunt acerbissima.*

Si quando similitas incidit inter fratres, ea solet esse atrocior, quàm uulgaria inimicorum. Suppetunt abunde multa ex historicis exempla: Cain & Abel, Romuli & Remi: Iacob & Esau. Antonini Sæueri Imperatoris filii in Getam odiū, usque adeo sæuum ac pertinax fuit, ut ne morte quidē illius atrocissima potuerit saturari, quin & in omnes illius amicos sequiret. Qua de re fertur adagium, id quæ commemoratur ab Aristotele lib. Politicorum septimo, παρ' ὧς γὰρ ὀφθαλμοῖς δ' εἶν τῶν διεγγυῶν ὑπολαμβάνουσαν, πρὸς τῷ βλάβῃ, ἢ τάντις ἀποστρεφῶν νομίζουσιν. ὅθεν εἴρηται χαλεποὶ γὰρ πολέμια ἀδελφῶν. ἢ ὅ τ' περὶ τέρραυτις οἱ δ' ἐ καὶ περὰ μισοῦσιν. id est, A quibus, inquit, deberi nescimus, existimat, ab insidem non solum frandari beneficio, sed in super lædi se putat. Vnde prouerbio dicitur, acerbissima enim bella fratrum: Et qui supra modum amat, iudeat & supra modum oderunt. Hæc tenus Aristoteles. Huc respexit Euripides in Iphigenia Aulidensi:

Δαιμόν κασιγνήτοις γίγνεται λόγος

Μάχας

Μάχας δ' ὄταν παρ' ἐμπισίωσιν εἰς ἕξιν . i.  
Res dira verbis inuicem altercarier,  
Disquisq̄ue fratres dimicare mutuis,  
Si quando lis incidereit aut contentio.

*Taurum sollet, qui vitulum sustulerit.*

**ADAGIUM** in fornice natū, vti videtur, sed quod ad vsum verecundiorē commode torqueri possit, si quando significabimus maiora peccaturum adultum, qui puer vitii minoribus assueuerit. Extat in fragmētis Arbitri Petronii, his quidem verbis: Obstupui ego, & nec Gitonem verecūdisimū puerum sufficere huic peccantiz affirmaui, nec puellam eius ætatis esse, vt mulieris patientiz legem possit accipere. Itaq; inquit, **Quirilla**, minor est, q̄ ego fui, cum virum passa sum: Iunonē meam iratam habeam, si me vnquā meminim virginem fuisse. Nam infans cum paribus inquinata sum, & subinde prodeuntibus annis, maioribus me pueris applicui, donec ad hęc ætatem peruini. Hinc etiam natum est proverbium illud, vt posse dicatur taurum, tollere, qui vitulum sustulerit. Non absurdū videtur, adagium ad Milonis Crotoniaz factum referri, qui quotidie vitulum aliquot stadiis gestare solitus, eundem taurum factum, citra negocium gestasse legitur. Atque ita quadrabit in eos, qui paulatim rebus etiam maximis assuescunt.

*Viuorum oportet meminisse.*

**VIUORVM** meminisse oportet. Vetus adagium in eos, qui plurimum de vita defunctis loquuntur, id quod vulgo putant omninosum, mortuos in ore habere, eosque velut citatos in sermonem adducere. Vnde & **M. Varro** lib. de lingua Latina tertio, putat lethū & πρὸ τῆς λέξεως, id est, obliuione dictum, quasi in obliuionem abi re cōuenias, qui vita excesserit: atque in funeribus sic quondam à præcone dici solere; Ollus letho datus est. Refertur adagium à **Cicerone** lib. 5. de Finibus bonorum & malorū. Vbi cum **Piso**, deinde **Q. Cicero** dixissent, se vehemēter commoveri recordatione clarorum virorum, ex conuersione locorum, in quibus aliquādo viui uersati fuissent, & uterq; recensuisset, quorū memoria potissimum delectaretur: tum **Pomponius Atticus** quasi iocans: At ego, inquit, quē vos, vt deditum **Epicuro**, insectari soletis,

sum multum equidem cum **Phædro**, quē vnice diligo, vt scitis, in **Epicuri** hortis, quos modo præteribamus, sed veteris pro uerbi admonitu viuorum memini. nec tamen **Epicuri** licet obliuisci, si cupiam, cuius imaginem non modo in tabulis nostri familiares, sed etiā in poculis & anulis habent. Hactenus **Cicero**. **Plautus** itē in **Truculentio**: Dum uiuit, hominem noueris: dum mortuus est, quiescas. **Thaletis** dictū iure celebratur, oportet non minus absentium amicorum, quā præsentium memores esse.

*Cum laruis luctari.*

**CUM** laruis luctari, dicuntur ii, qui vitam defunctos insectantur maledictis. **Suidas** **Aristophanem** citat, qui scripserit:

Παύει παύ ὡ δ' ἑσσοδ' ἐρημί,

Νικρὸν γὰρ ὄντα τὸν κλέων' εἰλοδῆσαι. id est, **Compeſce cōpeſce** here **Mercuri**, mortuo enim **Cleoni** conuiciaris est. **Lucianus** in **Sectis**: Σκοιμαχῶσι πρὸς ὑμᾶς ἀπόντας. id est, **Vmbraticam** pugnam aduersus vos absentes pugnant. Sentit autem de mortuis & absentibus. Meminit huius **Plinius** in præfatione historie mundi, ad hunc modū, Nec **plancus** illepidē, qui cū diceretur **Astinius** **Pollio** orationes in eum parare, quæ ab ipso, aut liberis post mortē **Planci** ederentur, ne respondere posset: **Cum** mortuis non nisi **laruis** luctari. Quo dicto sic repercutit illos, vt apud eruditos nihil impudentius videretur. **Aristoteles** in rhetorice citat **Platonem** ex politica, qui scripserit eos, qui mortuos adlatrarent, videri similes catellis, qui lapides iactos morderēt, ipsos qui læsissent non attingerent.

*Iugulare mortuos.*

**HWIC** simile videtur iugulare mortuos, pro eo quod est insectari defunctos, & pugnare cū iis, qui iā extincti sint. Translatū à bellis, in quibus ignauum ac ridiculum sit, prostratos atque interfectos iugulare: rursus cum viuis congregi, forte. Refertur à **Laertio** in **Menedemo**. Is **Bionem**, cum diuinos studiosē insectaretur, ait iugulare mortuos, nimirum iam explosos, & omnium sententia reprobatos. **Aristophanes** in **depenia** scripsit, τοὺς τεθνεῶτας ἀποκτείναν id est, defunctos occidere. **Fietepidior** mē, **taphora**, si paulo longius detectorqueatur. Vt si qui

si quis dicat eum iugulare mortuos, qui li-  
brum impugnet, à nullo non damnatum:  
aut dispudet aduersus sententiam, omnium  
suffragiis iam olim reiectam: aut si quis vi  
cupret rem, omnibus per se detestatam.

*Cygnæ cantio.*

*Κυγνέων ᾠδή*, id est, Cygnæ cantilena. Ref-  
fertur inter Græcica prouerbia. Notatur  
& ab Aeliano, in opere, De naturis anima-  
lium, prouerbii vice. Conuenit in eos, qui  
supremo vitæ tempore facundè disferunt,  
aut extrema senectâ suauiloquentius scri-  
bunt, id quod ferè solet accidere scriptori-  
bus, vt postrema quæque minime sint acer-  
ba, maximeq; mellita, videlicet per etatem  
maturefcente eloquentia. Porio cygnos in-  
stante morte mirandos quosdam cantus  
edere, tam omnium literis est celebratum,  
quàm nulli vel contemptum, vel creditum.  
Nam Lucianus negat, se vel vidisse cygnos  
cum in Pado flumine nauigare. Aelianus  
addit cygnos non canere, nisi flante zephy-  
ro uento, quem Latini fauonium dicunt.  
Martialis:

Dulcia defæcta modulatur carmina lingua,  
Cantator cygnus funeris ipse sui.

Neq; defunt philosophi, qui huius rei cau-  
sam etiam addere conantur, affirmantq; ue  
id accidere propter spiritus per collum pro-  
cerum & angustum erumperè laborantes.  
Diuus Hieronymus in quodam laudans se-  
nilem eloquentiam, côm memoratis aliquot  
scriptoribus: Hi omnes inquit, nescio quid  
cygnem vicina morte cecinerunt. Idem in  
epitaphio Nepotani: Vbi est ille ἐγγυδῶντος  
noster, & cygneo canore vox dulcior?  
Meminit adagii & Athenus lib. Dipnoso.  
14. ex auctore Chryippo: referens quendâ  
adeo impente delectatum iuseus disteriis, vt  
cum esset à carnifice trucidandus, dixerit se  
velle mori, decantata cygnæ cantione: sen-  
tiens, opinamur, dictum aliquod falsum,  
quod simul atque proloquutus esset, non  
contaretur emori. M. Tullius præfans in li-  
brum De oratore tertium, de L. Crasso ita  
loquitur: Illa tanquam cygnæ fuit diuina  
hominis vox & oratio, quam quasi expectâ-  
tes post eius interitum ueniebamus in cu-  
riam, vt vestigium illud ipsum, in quo ille  
postremum institisset, contueremur.

*Nestora eloquentia.*

CONSTITUTUM ad modum Nestoris Py

liorum ducis facundia in prouerbiū abiit  
si quando senilem suauiloquentiam signi-  
ficamus. Nam huic Homerus, vt tria secula,  
ita plus quàm mellitam quandam facu-  
diam affingit. Sic enim ait in Iliados α.  
Τοισι δὲ νέσσοι.

Ἡδυστῆς ἀνδρασε λιγυς πυλίων ἀγορητῆς:

Τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ἔτι ἐν  
αὐδῆν. id est,

Post hos assurgit Pylius dux ille disertus  
Nestor, cuius ab ore fluit vox melle liquet-  
ti Dulcor.

Quem locum imitans Theocritus, auctore  
Plutarcho scripsit in Bucolicis:

Οὐνεκὰ οἱ γλυκὺ μούσσοι κατὰ στόματ' ἔχει τε-  
κταρ.

Propterea, q; in os illi prædulce camæna  
Infudit nectar.

Huc spectat & Horatianum illud:

- Fidis enim manare poetica mella.

Te solum.

*Lepos Atticus. Eloquentia Attica.*

INTRA reliquos Græciæ populos, lepos  
quidam, & festiuitas quasi vernacula ac pe-  
culiaris adest Atticis, adeo vt & in prouer-  
bium abierit, Atticus lepos: Attica eloquẽ-  
tia, pro summa. Terentius in Eunucho: Di-  
xin' in hoc Atticam esse eloquentiam? Cũ  
insultum atq; inuenustum militem ride-  
ret. Diuus Hieronymus ad Pammachiũ,  
Iouinianum, vt opinamur, irridens: Hæc,  
inquit, Plautina eloquentia, hic lepos Atti-  
cus, & Musarum, vt dicitur, eloquio com-  
parandus. Quamquam illud de Musarum  
eloquio ad M. Varronem elogium de Plau-  
to celebratum respicit, qui dixit, Musas ip-  
sas si Latine loqui voluissent, Plautino ore  
fuisse locuturas. Huc adlusit & Lucianus  
in libello De mercede seruentibus: καὶ ἐπὶ  
σολοκίστην τις τύχῳσιν, αὐτὸ τὸ τῆς ἀπικῆς καὶ  
τῶ ὑμπίου: id est, Quodd si quando quid et  
rustice dixerint, hoc ipsum mere Atticum,  
atque ab Hymetto profectũ videri volunt.  
Est autem Hymettus mons Atticæ, mellifici-  
cio nobilis. Vnde & mel Atticum, & Hy-  
metria mella. Quæ præcipua fuisse testatur  
& Martialis in Xenis:

Hoc tibi Thesci populatrix misit Hymetti  
Palladis à syluis nobile nectar, apis.

*Mandrabuli moreres succedis.*

Ἐπὶ μανδραβουλῶν χωρὴ τὸ πρᾶγμα, id est, Res  
Man-

Mādrabuli ordine succedit, hoc est, in dies  
 iu peius labitur. Inde natum, quod Man-  
 drabulus quidam cum thesaurum reperis-  
 set, primum auream ouem posuit Iunoni  
 Samiæ, proximo anno argenteam, tertio  
 æream. Lucianus De mercede serui cibus :  
 Ἀλλὰ χάρις γέ, καὶ σικυτὸν ἐξαπατᾷς, καὶ ἀέ-  
 τα μίλλοντα βελτίω γινίσκεσθαι νομίζεις. τὸ δὲ  
 ἐμπικλινῆ σὶ ἡλπίσας, γίγνεται, καὶ ὡς ἡ παροι-  
 μία πλίστων, ἐπὶ μανδραβούλης χάρις τὸ πρῶν  
 μα, κατεκιάσθη, ὡς εἶπεν, ἡμέτερον ἀποσκομικω-  
 ῖνον, καὶ εἰς τούπισω ἀναποδίξω. id est, Tu  
 tamen vitioque gaudes, tibiq; ipsi impo-  
 nis, semperque credis meliora futura, quæ  
 sequentur : at qui id contrā quam speraras  
 conuenit, planeque iuxta prouerbium, ad mo-  
 rem Mandrabuli tibi negocium procedit,  
 dum in singulos, vt ita dixerim, dies fit mi-  
 nus ac deterius, atq; in tergum retrocedit.  
 Alciphron in epistola quadam : Καὶ κατὰ  
 τὴν περιμειν ἐπὶ τὰ μανδραβούλης χάρις τὰ  
 πρῶματα. id est, Iuxtaque prouerbium,  
 ad exemplum Mandrabuli res succedunt.  
 Nō intempestiuiter itaque dicitur in eos,  
 qui in deterius abeunt. Quemadmodū Me-  
 nedemus apud Plutarchū, permultos Athe-  
 nas venire studii causa : principio sapien-  
 tes, deinde philosophos, postea rhetoras,  
 postremo idiotas euadere. Nec alienū fuit  
 hic nobilem illam Platonis sententiam  
 adscribere, ex libro De legibus primo : Τὸ  
 πρῶτον αὐτὸν πασιῶν νικῶν πρῶτα καὶ ἀρίστη, τὸ  
 δὲ ἡπείσθαι αὐτὸν ὑφ' ἑαυτοῦ, πέντα καὶ ἑξήκον-  
 τε ἔμα καὶ κἀκέρσον. id est, Si quis ipse se ipsum  
 vincat, omnium victoriarum tum prima,  
 tum optima est. Rursum ipsum seipso in-  
 feriozem esse, omnium & turpissimum est,  
 & grauissimum. Vincit enim seipsum, qui  
 proficit in melius, at seipso inferiozem eua-  
 dere, est deteriozem reddi.

*Maisurē fiat senex.*

M A T U R E fiat senex, si diu velis esse se-  
 nex. Latinorum prouerbium, quo mone-  
 mur, vt integra adhuc ætate desistamus à la-  
 boribus iuuenilibus, ac valetudinis curam  
 agere incipiamus, si velimus esse viuaci ac  
 diuturna senecta. Nam senectus vis, ocii  
 & quies. Vsurpatur à Catone maiore apud  
 Ciceronem : Neque enim, inquit, vnquam  
 assensus sum veteri illi, laudatoque prouer-  
 bio, quod monet maturè fieri senem, si diu  
 senex esse velis. Hoc quanquā Catoni non

probat, homini duro, quiq; sibi nec ex-  
 tremam senecta remittendis laboribus indul-  
 serit, tamen audiendum nobis, maxime si  
 de vitis iuuentæ sentias, puta sibiidine,  
 bibacitate, turbulentia vitæ : quæ nisi quis  
 maturè reliquerit, aut nūquam perueniet  
 ad senectam, aut breuem habiturus est se-  
 nectam.

*Senis doctor.*

Γέρωντο δ' ἰδ' ἀσκαλῶ, id est, Senis doctor. Ci-  
 tatur sæpiusculæ titulus hic à Nonio Mar-  
 cello, inter titulos fabularum Varronis,  
 quem dubium non est prouerbialem esse,  
 sicuti sunt alii pleriq;e. Conuenit in eum,  
 qui in re sera, atque intempestiua frustra  
 sumit operam. Si quidem vt est inuenta do-  
 cilis, atque in quemuis habitum sequax,  
 ita senecta intractabilis, tarda, atq; obliuio-  
 sa : Proinde Theognis :

Μὴ με δ' ἰδ' ἀσκ', οὐτο τυλίξῃ σὶ μὲ μαθῶν. i.  
 Ne doccas, me ætatem facit indocilem.

*Euripides in Bacchis :*

Γέρων γέροντα παιδαγωγίῳ σ' ἐγώ. id est,  
 Senem senex, & ipse te erudiuero.

Atq; hic quidem versus inuentus est in So-  
 phoclis Philoctera, quem celebrem ac pro-  
 uerbialem fuisse testatur Gellius li. Noctiū  
 decimotertio, ca. 17. Varro titulum suum  
 sumpsisse videt ex Euthydemo Platonis, vbi  
 Socrates narrat Eunum præceptorē suū, à  
 quo senex fidibus canere didicit, ludibrii cā  
 à pueris vocatū fuisse γέροντο δ' ἰδ' ἀσκαλῶ.  
 Ad hanc sententiam pertinet, quod dixisse  
 ferunt Diogenem : Νεκρὸν ἰατρὸν θανὸν καὶ γέ-  
 ροντα νοῦ βεταῖν ταντὸν εἶν, id est, Mortuo me-  
 deri, & senem admonere, idem esse. Quan-  
 quam inutilis est sententia, quæ senes de-  
 terret à discendis iis, quæ nescire turbet est.

*Senis mutare linguam.*

C Y M ad omnem disciplinam tardior est se-  
 nectus, tum potissimum ad discendam lin-  
 guam, quæ facultas maxime pueris à na-  
 tura data est. Quapropter etiam vulgò cō-  
 pertissimum, pueros facile quamuis expri-  
 mere linguam : contrā, natu grandiores,  
 aut non assequi, aut parum feliciter imita-  
 ri. Inde prouerbium, senis mutare linguā,  
 de frustra, atq; intempestiue laborantibus.  
 Diuus Hieronymus præloquens in qua-  
 tuor Euangelia, Pius, inquit, labor, sed pe-  
 riculosa præsumptio, iudicare de ceteris  
 ipsum

ipsum ab omnibus iudicandum, senis mu-  
rare linguam, & canescentem mundum ad  
initia retrahere paruulorum. Quo signifi-  
catur adultam ætatem ad omnia minus ef-  
se tractabilem, quàm rudes illos ac teneros  
animos, id quod eleganti metaphora dictū  
est à Nasone:

Quæ præbet latas arbor spatiantibus um-  
bras,

Quo posita est primum tempore virga  
fuit.

Tunc poterat manibus summa tellure re-  
uelli,

Nunc stat, in immensum viribus aucta  
suis.

Quare tunc formandi mores, cum mollis  
adhuc ætas: tunc optimis assuescendum,  
cum ad quiduis ceruum est ingenium. Nā  
posteaquam annis iā ceu dirigit animus,  
& vix dediscimus, quæ perperā didicimus:  
& quæ nescimus, nō sine maximo negotio  
nobis inculcantur. Neque hæc diximus,  
vt adultiores à discendo deterreantur, cum  
nulla sit ætas ad discendum sera, sed vt pū-  
eros ad discendum acuamus. Ne hoc  
quidem prætermittendum, quanquam vul-  
go iactatum: Senex psittacus negligit fer-  
ulam. Adagii sensus tamen per se non est  
obscurus, tamen magis liquebit ex Apulei  
verbis, quæ sunt in libro Floridorum secu-  
do de psittaco: Quæ rusticum nostrum ser-  
mouem cogitur æmulari, ferrea clauicula  
caput fūdatur, Imperium magistri vt per-  
sentiscat. Hæc ferula discendi est. Discit au-  
tem statim pullus vsque ad duos ætatis suæ  
annos, dum facile eo vti conformetur, dum  
tenera lingua vti conuibretur. Senex autē  
captus, & indocibilis est & obliuiosus. Ha-  
cæritus Apuleius. Indicat & Plinius lib. 10.  
cap. 42. mirum esse docilitatem huic aui,  
verum non nisi primis duobus vitæ annis.  
His finitimum est, quod vulgo quidem, ac-  
tamen haudquaquam ineleganter dicitur:  
Serum esse, canes vetulos loris assuefacere.

*Cæcus Cæscam ducit.*

NEQVE longe hinc dissidet illud, quod  
Varro refert libro de lingua Latina tertio:  
Cæcus cæscam ducit: quoties similis simi-  
lem delectat, vetulus vetulam, deformis  
deformem, improbus improbum. Nam  
antiquitus cæscum dicebatur, quod nos ve-  
tulus appellamus: idque, vt auctor est idem

Varro, lingua Sabinorum, quæ in Oscam  
vsque linguam radices egerit, qua Casnar  
senex dicitur, eodē; Ennium, vt Oscæ lin-  
guæ peritum scripsisse:

Quā primū cæsci populi genuere Latini.  
Cæscos Latinos pŕiscos appellat. M. Tul-  
lius Tusculanarum quæstionum lib. 1. Ita-  
que vnum illud erat insitum pŕiscis illis,  
quos appellat cæscos Ennius. Citat autem  
Varro adagium, tanquam à Manilio quo-  
dam profectum, qui dixerit, non esse mirū,  
si cæscum cæca duxisset, quoniam is cano-  
ras faciebat nuptias. Videtur esse iocus in  
anum vetulo nuptam, adlusumq; ad vocē  
cæsci, perinde quasi deducatur à canendo.  
Refertur ibidem epigramma Papinii tu-  
iusdam, quod scripsit in adolescentem no-  
mine Cæscam.

Ridiculum est cum te Cæscam tua cæca  
dicit.

Opinor adolescentem duxisse vetulā, pro-  
inde absurdum videri, quoties cæca, id est,  
vetula, maritum iuuenem veluti suo ipsius  
nomine Cæscam vocaret. Fortasse prover-  
bii iocus ad pŕiscum nuptiarū morem spe-  
ctat, quem refert Plutarchus in Problema-  
tis. Qui deducebant sponsam in domum  
sponsi, iubebant his verbis alloqui, Vbi tu  
Cæius, ego Cæia.

*Bis per omnia.*

Δις διὰ πᾶσῶν, id est, Bis p omnia. Hoc pro-  
uerbio discrimen ingens, ac longissimum  
interuallum significabant. Vnde quæ pur-  
gantissima inter sese viderētur, totoq; dis-  
sidere genere, ea, δις διὰ πᾶσῶν inter se di-  
scerepare dicebant. Lucianus in lib. De con-  
scribenda historia: Καὶ τὸ πᾶς μετῴκων δὴ  
τοῦτο, δις διὰ πᾶσῶν ἐστὶ πρὸς ἄλλα. hoc  
est, Deniq; iuxta niuseorum proverbium,  
δις διὰ πᾶσῶν interuallo sese mutuo respi-  
ciunt. Idem in Apologia: Ἀλλὰ μοι ἐκείνο ἐν-  
νόσον, ὃς πᾶν πολὺ τὰ τοιαῦτα διαφέρει, ἐς οἰ-  
κίαν τινὸς πλεῖστεν ἔχοντων παρεδόντα δύ-  
λῳ εἶναι, καὶ ἀνίχθαι ὅσα μοί φασὶ τὸ βιβλίον,  
ἢ δημοσίᾳ πρᾶσσοντα τὶ τῶν κοινῶν, καὶ ἐς δύνα-  
μιν πολιτῶν μινον, ἐπὶ τοῦτω παρὰ βασιλείης  
μυθοφορεῖν. διελθὼν δὴ καὶ ἰδίᾳ κατὰ βίης ἐκά-  
τερον, σκοπεῖ. διήσεις γὰρ ἔμετρίων δὴ τού-  
το, δις διὰ πᾶσῶν τὸ πρᾶγμα, καὶ τοσοῦτον ἐπι-  
κόπας ἀλλήλοισι τοὺς βίης ὅσον μόλι βδ᾽ ἄρ-  
γύρω καὶ χαλκὸς χερσὶ, καὶ αἰμῶνι ῥόδιω, καὶ  
ἀνθρώπων πείθει. μῆδὸς μὴ γὰρ δὴ κακῆ, καὶ  
ταῦτα

τῶνθα κὶ τὸ ὑπὸ ἄλλω τὰ πειθεῖν, τὸ δὲ πρῶ-  
μα παμπόλλην ἔχει τὴν διαφωνίαν. id est, quin  
illud mihi iā cōsidera, quāmaximo hęc  
inrer sese discrimine distare, videlicet in-  
opulenti cuiuspiā ædes descripitum, serui-  
re seruitutem, & ea omnia perferre, quę  
libellus ille meus commemorat, & publicę  
populi negocium gerentem, ac pro virili  
temp. administrantē, hoc nomine ab Im-  
peratore salariū accipere. Age perpende  
hęc, & vitunq; per se, priuatiūq; contē-  
plare Reperies nimirum iuxta illud musi-  
corum prouerbiū, *δις διὰ πασῶν* negotio  
discrimen inesse. Et has duas vitę rationes  
tantum inrer se conuenire, quantum affini-  
tatis est plumbo cum argento, æri cum au-  
ro, anemonę cum rosa, homini cum sumia.  
Nam merces quidem accipitur & illic, quę-  
admodum hic quoque, & vtrobiq; contin-  
git, vt alii subiectus pareas. Cęterum ipsius  
negocii non mediocris est dissonantia. Ha-  
cenus Lucianus. Adagium, vt is etiā in-  
dicauit, ex arte musica mutuo sumptū est.  
Nam Macrobius commētario in Somniū  
Scipionis secundo, quinq; species harmo-  
niarum commemorat: *διὰ τρισάκρων*, *διὰ  
πέντε*, *διὰ πασῶν*, *διὰ πασῶν καὶ διὰ πέντε*, &  
*δις διὰ πασῶν*. Ex compositis harmoniis *διὰ  
τρισάκρων*, & *διὰ πέντε*, constituitur *διὰ πα-  
σῶν*, cui nominis hoc inditum est, φ αβλο-  
lutam reddat symphoniam, vt mihi videat-  
tur huc ēt illud respicere prouerbiū, qđ  
alio loco commemorabimus, *ἄπειν τ' οὐκ ἔω*.  
Similiter Plutarchus, & quicunq; veterū,  
vel apud Gręcos, vel apud Latinos de mu-  
sicę disciplina conscripserunt, Harmonia-  
rum metā figunt in ea, quę vocatur *δις  
διὰ πασῶν*. Boethius item libro De musica  
primo, tradit, antiquitus harmonicam ra-  
tionem heptachordo duntaxat constituisse,  
hoc est, sīdibus septem, quarum ima. ὑπάτη  
dicebatur, summa ἴτην. Deinde alias chor-  
das adiectibus aliis, ita creuit vocum nu-  
merus, vt ad duplicatum heptachordum  
perueniretur. Atque hic progrediendi si-  
nis futurus videbatur, nisi quod ipsa sym-  
phoniarum ratio μέσων illam, quę in he-  
ptachordo locum nomini congruentē ob-  
tinuerat, & vtroq; ad extremā relata chor-  
dam, harmoniam *διὰ τρισάκρων* edebat, de-  
siderare videretur. Hac igitur adiecta, & in-  
suum immissa locum, ad quindecim chor-  
das peruentum est, quarum extremam al-

teram, προσλαμβανόμενον dixere, alteram.  
ἰήτην ὑπέβηλαιον. Ita sit, vt μέσων vtroq; re-  
lata, reddat harmoniā *διὰ πασῶν*: rursum  
extremarum vtraliber ad μέσων relata, ean-  
dem constituat harmoniam. Porro summa  
relata ad imam symphoniam reddat quam  
vocat *δις διὰ πασῶν*: propterea quod hac,  
qua dixi, ratione, bis complectatur eā har-  
moniam, cui nomen *διὰ πασῶν*. Quoniam  
autem hac finī constitit harmonica ratio,  
nec vltius procedere licuit, tractum est in-  
popularem sermonem, vt quę longissimo  
discrimine inter se diuisa essent, ea *δις διὰ  
πασῶν* distare dicerent, perinde quasi dicas  
adeo seiuncta, vt magis seiungi non queāt.  
Cui similitum illud, *ἐκ διαμέτρου*. id est,  
ex diametro.

*Vbi timor, ibi & pudor.*

*Ἰνα δὲ ὁ ἔνθα καὶ κιδῶς*, id est, vbi timor, ibi &  
pudor. Prouerbialis sentētia, quę hodieq;  
vulgo manet, cui similis illa Terentiana:  
Omnes deteriores sumus licentia. Et maxi-  
ma pars hominum formidine sustis à ma-  
lesactis temperat. Plato libro De legibus  
quinto: *Ἡ δ' ἄδύια ἀναυχῶν τιαν ἐνέτικεν*. id  
est, Audacia vero parit impudentiā, *ἄδύια*  
autem vocat, cum abest metus. Item in  
Eutyphrone citat ex poeta quopiam. Est  
enim hemistichion carminis heroici.  
- *Ἰνα γὰρ δὲ ὁ ἔνθα καὶ κιδῶς*. id est,  
- Vbi enim timor, & pudor illic.  
Suidas indicat esse Epicharmi.

*Foras Cares, non amplius ansthetia.*

*Ὀύραξέ κἀρες, οὐκ ἔτ' ἀνθίσθηρα*. id est,  
Cares foras, peracta enim ansthetia.  
Dici consuevit, vbi quis semper eadem sibi  
sperat accommoda aut idē semper licitum  
fore credit, quod aliqñ pro tēporis ratione  
fuerit pmissum. Veluti si quis semel exper-  
tus cuiuspiā liberalitatē, subinde redeat, ali-  
quid muneris petens: aut cū pueri permis-  
sam sibi ad tempus feriandi ludendique  
facultatem vltra tempus prorogant. Ori-  
ginem prouerbii tradunt ad hūc modum:  
Atheniensibus mensis quidam anthiste-  
zion appellabatur, quod is plurimos flo-  
res pro gigneret. In hoc scita quępiam  
agebantur, & conuiuialiberiora, quę admo-  
dum in Saturnalibus fieri consuevit apud  
Romanos, in quibus & seruis accumberet:

Licetbat,



licebat feriatis interim ab opere. Exactis autem feriis, cum iam ad solitas operas reuocarentur, hoc pacto dicebant heri Foras Cares, non iam amplius antisteria. Cares autem seruos appellabant, quod ea gens mercenariis operis questum faceret, velut omnium serui quicunq; coëduxissent. Sunt qui dicant, Cares olim Atricæ regionis partem obtinisse. Athenienses autem eum Anthisteriorum solennitatem agerem, solere Cares in ciuitatem atq; in domos receptos ad festi cõmunionem admittere: deinceps peracto solennitatis tempore, si quos è Caribus offendissent in vrbe cessantes, per iocum dicebant,

Ἐξίτε κὰρ ἐς ἀντίστηρια. id est,  
Exite Cares acta enim antisteria.

Sonat autem ea vox Græca periude, quasi dicas: Floralia Latine, quorum licentia multorum litteris notissima est. Non diuersum est quod ait Seneca in ludrico in Claudium scripto, Non semper erunt Saturnalia.

Nā Saturnalibus seruis quoq; libertas erat.

*Fures clamorem.*

Οἱ φάρες τῶν βοῶν, id est, Fures clamorem, subaudiendum, timent aut senserunt. Quadrabit in eos, qui sibi conscii, metunt ne deprehendantur, aut qui peracto maleficio fugitant pauitantiq;. Habet autem hoc cum omnis malefacti conscientia, tum præcipue furti, vt hominem trepidum reddat ac lucifugam. Huc adlusit Vergilius:

Et cum clamare, quod nunc se proripit ille,  
Tityre coge pecus, tu post carecta latebas.

*Funiculum fugiunt miniatum.*

Τὸ χοῖνον φλύγσει τὸ μιμνωμένιον. id est,

Vitant sinopi collitam restim rubra,

At dicitur, vbi quis sperat officio suo fungi, non ex animo, sed ne in multam incidat. Carmen sumptum ex Aristophane, cuius interpretes, & item Suidas huiusmodi serme commemorant. Atheniensium magistratus variis modis conati sunt efficere, vt populus quam maxime frequens ad concionem ventitaret: obiectis enim repagulis quibusdam vias reliquas occludebant, quæ non ducebant ad forum: tum merces tollebant ex mercatu, ne quid hac gratia ibi cessaretur: deniq; funem parantem rubro colore, quem μάλατος. id est, interprete Plinio, minium vocant Latini, nonnulli cinabariam appellat,

oblitum. Hoc duo ministri publici populum cingentes, agebant in concionem. Studebat quisq; funiculum effugere, propterea quod quisquis colore notatus appareret contagio funis, is multam pendere cogebatur. Vnde qui notam metuunt, eos eleganter dicemus φλύγειν τὸ χοῖνον μιμνωμένιον. id est, fugere funiculū miniatū.

*Fortunator Strobilis Carcini.*

Ἐυθωμονέστῳ κερκίῳ στροβίλῳ, id est, Fortunator Carcini Strobilis. Ironia prouerbialis in infelicem & improbum. Carcinus poeta quispiam fuit, cuius filii dicti sunt Strobili ab Aristophane, quos & γλυκὺν τεράχμας vocat, id est, dulciceruicos. Iocus autem sumptus est à nominum adfusione. Nam Græcè Carcinus cancrum, Strobili cochleas significant. Vtrunq; genus distortum ac lædum. Adagium recensetur apud Suidam & Zenodotum, extat apud Aristophanem in Pace.

*Festo die si quid prodegeris.*

PLAVTVS in Aulularia sub persona senis Euclicionis: Festo die si quid prodegeris, profesto egere liceat, nisi peperceris. Schemata prouerbiale. Admonet autem, ne in sumptibus solennibus ita profusi simus, vt non suppetat quo seramus quotidianos. Nam festi dies vel sacris offerendis, vel diurnis epulationibus, vel ludis in honorem deorum, vel feriis obseruandis celebrabantur: profesti ad rei priuatæ publicæq; administrationem concedebantur. Accommodabitur non perperam & in eos, qui iuuenes rem prodigunt, eluritur i senes, qui ve in tempestiue profundunt, postea desideraturi.

*Felis Tartessia.*

Γαλὶ ταρτησσία, id est, Felis Tartessia. De magis & ridiculis dicebatur. Tartessii sunt in Iberia, apud quos feles maxime nasci dicuntur. Fortasse non inepte dicitur & de rapacibus. Aristophanes in Vespis:

Ἄσπερ μεγαλὴν κρέα κλέψασσιν

Τρωσίν ἔχοντ' ὀβελίστους. id est,

Nunc vti selem rapta carne,

Obseruant gestantem verua.

Item Luciano, cum ait, ἀεπικτικώτεροι τῶν γαλῶν, id est, rapaciores felibus: nimirum & ipse felium significat rapacitatem vulgo notam fuisse.

*Feli*

*Feli crocoton.*

Ἰαλὴ κροκωτὸν, id est, Feli crocoton, subaudiendum, das, aut addis. Dici solitum, quoties honos additur indignis, & quos haudquaquam decet. Aut cū datur quippiam iis, qui munere non norunt uti: veluti si quis à musis alienissimo bellissimum donaret librum. Crocoton vestis genus est rotundæ ac fimbriatæ, qua diuites utebantur matronæ. Apud Nonium in dictione Richa, refertur inter vestes delicatas & crocoton. Sic enim arbitramur legendum, mollicinam crocotam, chirodotam Richam. Ac teste Plutarcho, quidam Herculem pingebant κροκωτῶρον, Omphale feruentem. Sumptum adagium ab apologo Stratidis: quæ alio loco narrauimus. Porro vox hæc Ἰαλὴ, selem ne significet, an mustelam, an quem vulgo catuin appellat, quoniam inter eruditos cōtrouersum est, aliis iudicandum relinquimus.

*Mustelam habes.*

Ἰαλὴν ἔχεις, id est, Mustelam habes. In eum quadrat, cui omnia sunt inauspicata, tanquam satis ac diis iratis, ut aiunt. Olim creditum est, hoc animal inauspicatum infausumque esse iis, qui haberent, domiq; alerent: ut non admodum dissidat ab illis; Equum habet Scianum, & aureum habet Tolosanum. Vnde nunc etiam apud quasdam gentes, nominatim apud Britannos, infelix omen habetur, si cum paratur vena tio, aliquis mustelam nominet, cuius etiā occursum vulgo nūc habetur inauspicatus. Adagium refertur à Diogeniano.

*Fastuosus Maximus.*

Κόμῳ μάλιστ', id est, Fastuosus Maximus, in eū dicebatur, qui sibi plus satis arrogasset in sapientia. Sumptum à moribus Maximi cuiuspiam arrogantis, & sibi immodice placentis. In nōnullis exemplaribus inueni κομπᾶς μάλιστ'. Græcis κόμῳ arrogantiam insolentiamq; significat, vnde κόμπῆν κὺ κομπᾶζεν. Proinde & Euripides γλώσσας τεκομποι, id est. Linguarum fastus, Rescetur & hoc in Diogeniani collectaneis.

*Ex multis paleis paulum fructus collegi.*

Ἐκ πολλῶν ἐχέσων ὀλίγον καρπὸν συναίγαγον, i. e. Ex multis paleis paruum fructus collegi, i.

multo labore non multū emolumentū sum consecutus: aut è verbo sermone paululum bonæ sententiæ percepi: ex ingenti volumine minimū doctrinæ retuli. Translatum ab excussoribus tritici.

*Oportet venum ducere qui didicit.*

Δὲ κῶπων ἐλάττειν μαθόντα, id est, Oportet venum impellere eum, qui didicerit. Vnūquēq; decet eam artem exercere, quam à tea doctus sit. Refertur à Plutarcho in commentariolo, cui titulus, ὅτι δὲ δακτύδῃ ἢ ἀγέρι. Idem admonet Horatianū illud in Arte poetica.

Ludere qui nescit, campatribus abstinet armis,

Indoctusq; pilæ discere, trochive q̄scit,

Ne spissæ rufum tollant impune coronæ,

Qui nescit, versus tamen aude fingere.

Quin & hodiernis tēporibus huiusmodi vulgo iactatur adagium: Qui lusus nō nouit legem, abstineat.

*Ex ipso boue lora sumere.*

Ἐκ τοῦ βοῦς τοῦ σιμάντας λαμβάνειν, id est, Ex ipso boue lora sumere dicuntur, qui quod lædant quempiam, id ab ipso quem lædūt accipiunt. Veluti si quis versibus incesset eum, à quo carminis componendi rationē didicisset: aut tyrannus pecuniam extorqueat à ciuibus, qua satellitium ad opprimendam ciuitatem alat: aut si quis rhetorices præsidii rethoricem oppugnet. Metaphora sumpta ab agricolis, qui lora cædunt è boum tergo iibus, quibus boues vinciunt. Plutarchus in commentario, cui titulus, ὅτι οὐκ ἐσιζῆν ἡδύως; τί ἄν λέγοις, ἀρκεῖ γὰρ ἡ φύσις τ' ὀσσεῖς ὕλην ἔχουσαν ἐν ἑαυτῇ, κὺ τούτα δ' ἢ τὸ παλιόμνον, ἐκ τοῦ βοῦς τοῦ σιμάντας λαμβάνουσι, τὰς ἀλγύδνας ἐκ τοῦ σώματ'. i. Quid igitur dixerit quispiam? Satis est ipsa corporis natura, morborum materiam in se continens, ac iuxta quod ioco dici solet, tāquam ex ipso boue: lora sumens, ita ex ipso corpore dolores.

*Ex vno omnia spectata.*

Ἐξ ἑνὸς τὰ πάντα ἔρα, id est, Ex vno omnia spectata. Vergil. item:

- Ecce minime ab vno

Disce omneis.

Admonet adagium ex vniuscuentis experimento,

amento, reliquorum similium coniecturam oportere facere, Refertur à Suida. Tamen si is ostendit in eos dictum, qui perperam ex vno quopiam æstimant omnia. Legit enim non *ἕρα*, sed *ἔρα*.

*Ex aspectu nascitur amor.*

*Ἐκ τοῦ ἄσπορῶν γὰρ γίγνεται ἀνθρώποις ἔρα.* i.

Scuarius prouerbialis, admonens, oculos amorem potissimum conciliare. Nō enim amatur incognitum: ex conuictu nascitur amor mutuus. Et oculi præcipue sunt ad amandum illices. In his enim peculiaris animi sedes. Et in his aiunt poetæ, Cupidinem excubantem sua iacula mittere. Maro velut indicauit adagium, cum ait:

Ut vidi, ut perii, ut me mal' abstulit error.

Rursus in Georgicis:

Vritq; videndo Fœmina.

Item apud Terentium, Chærea visa duntaxat virgine, quàm impotenter cœpit ardere. Iuuenalis prodigii loco refert de cæco amante:

Qui nūquā visz flagrabat amore puellæ. Legimus philosophos quosdam, & inter Democritum, sibimet oculos ademisisse, tanquam omnium malarum cupiditatum auctores. Quapropter piorum hominum est meminisse, haudquaquam esse tutum videre, quod non licet concupiscere. Prouerbii meminit Diogenianus.

*E' sublimi me derides.*

*Ἀφ' ὑψηλοῦ μοῦ καταγέλῃς.* id est. E' sublimi mederides. De eo, qui cū fastu ridet quempiam, ac despectim. Translatum ab iis, qui ex edito loco verba faciunt. Vnde & despicere dictum à Latinis pro contemnere, quod quisquis in eminenti loco est, is veluti tutor negligit eū, quod stat in humiliore loco.

*Extra lutum pedes habes.*

*Ἐκ τοῦ πλοῦ πῶδας ἔχεις.* i. Extra lutū pedes habens, hoc est, emeristi è periculo, aut extra periculum constitutus es. A viatoribus sumptum. Simile illi: *ἔμβλας*, id est, extra iaculum. Et in luto dicuntur hæsitare, qui molestis inuoluuntur negociis, vnde se nequeant explicare.

*Ex vmbra in solem.*

Ex vmbra in solem educere, est rem prius

abditam & ociosam, in publicum & in communem vitæ vsum deducere. Translatum ab athletis, quibus mos, solis & pulueris patientia confirmare corporis robur. Delicatorum autem est, in vmbra latitare. Venustus fiet, si ad animi rem torqueatur: veluti si quis dicat, philosophiam à Socrate ex vmbra in solem esse productam. Exempla passim apud scriptores obuia.

*Excubias agere in Ναυπακτο.*

*Φερέσαι ἐν ναυπακτῷ*, id est, Excubare Naupacti. Achiui capta Naupactō, Pausaniam excubiis, custodiæque præfectum interfecerunt, auctore Theopompo. Vnde res in iocū vulgi videtur abiisse aduersus eos, qui pereunt ignauia sua, aut qui munus odiosum, ac plenum discriminis administrant. Refertur à Xenodoto. Suidas effert ad hūc modum: *φερέσαι ἐν ναυπακτῷ*, id est. Excubabis Naupacti. Is adfert & aliam adagionis originē cum iis, qui Naupactū præsidio tuebantur, permissum salariorum dependeret, atq; illi plurima quæ ad rem pertinebant, emerēt, militari ioco iactatum est, ut apparet, in eos quod frustra sudarent, quosque sua spes frustraretur. Naupactus autē Aetoliæ ciuitas, quam tum Philippus obtinebat, à compingendis nanibus dicta, quod illic Heraclidæ primum nauium extruxerint.

*Deuotionis templum.*

*Ἀρεῖς ἱερὸν*, id est, Execrationis templum. In eos dicebatur, qui crebris execrationibus uti consueuerunt. Erant autem antiquitus etiam publicæ quædam detestationes, velut apud Athenienses, in eum, qui viam nō monstrasset erranti: Item deuotiones hostium, quarum meminit Macrobius, & Horatius in Odis:

Diris agam vos, dira deprecatio

Nulla expiatur victima.

Hefychius indicat, templum execrationis fuisse Athenis, cuius meminerit Aristophanes in Horis, dici porro de grauī calamitate. Alibi, ni fallimur, nobis dictum est de execrationib' tragicis, quas Diogenes philosophus iocabatur sibi occurrisse, quod videret *ἀρεῖς*, & *ἄπολις*, ἄπατρις ἀχρηματόν ἕτατος, καὶ ἰσημερόβιος. id est, Carens domo, ciuitate, patria, pecunia, nullam habens certam sedem, & in diem viuens. Prouerbium refertur à Diogeniano.

*Expertus*

*Expector invidentia musarum fores.*

Ἀφ' ὧν μισῶν ἔβριε, id est, Candidæ musarū ianuz. De his dictatum qui literaturam suam candide libenterque impertiūt aliis, & ad docendum prompti, propensiq; sunt. Neque male congruet etiam in dociles, iuxta id, quod alibi cōmemorauimus, ἀνωμύνη μισῶν ὄβριε, id est, Aperiæ musarum ianuz.

*Eurybatizare.*

Εὐρυβατίζειν, id est, Eurybatizare, est improbis uti moribus. Eurybatus ex Cercopibus vn̄ fuit, insignitæ improbitatis homo. Huius meminit Lucianus in Pseudomante, ὑπὲρ τοῦς κέρκωπας, ὑπὲρ τὸν εὐρύβατον, ἢ φρωιδόχην, ἢ ἀριστοδῆμον, ἢ σῶτρατον, id est, Ultra Cercopas, vltra Eurybatum, aut Phry nodam, aut Aristodemum, aut Sostratum. Neque vero vnus duntaxat huius nominis fuit, infamis versutia, morumque improbitate. Nam & Ephesus quidam Eurybatus fuit, qui cum à Cresco cum multa pecunia eum vi missus esset, vt exercitum contrahe- ret, ad Cyrum defecit, vt auctor est Ephorus. Alii malunt ad Eurybatum referre, qui fuisse perhibetur alter è Cercopibus, vt diximus. Duris ad Eurybatum refert Vlyssis socium. Nicander prodidit Eurybatum quen- dam Aeginensem fuisse longe versutissimum, scelestissimumque. Neque vero desunt, qui dicam hoc nomine furem fuisse quempiam astutia singulari: is cum deprehensus, captusque seruetur, custodes in conuiuio animi causa iusserunt vt ostenderet, quibusdam modis consueuerit domos conscendere. Cumque illum initio renuen- tem, rogaret inquam inuitus facturus es- set, rogarent instantius, ac vix tandem persuasissent: ille a patris spongiis ac stimulis, ferreisq; retinaculis, quas ἐκκρηίδας Gre- ci vocant, parietem cœpit conscendere. Por- τὸ suspectantibus illis, & artificii nouitatē admirantibus, Eurybatus prehensio laquea- ri, per regulas aufugit, priusquam illi domum circumire potuerint. Atque hunc ad modū delusis custodibus, periculum euasit. Meminit huius & Eustachius in primum Iliados, admonens eā vocem ambigue pronunciarī, εὐρύβατον καὶ εὐρύβατον, dictum autem παρὰ τὸ εὐρύβατον, quod late grassa- retur. Itaque peculiariter conueniet in eū,

qui deprehensus, arte quapiam clabitur.

*Facium & sphaceli immunitatem.*

Καὶ σφάκελοι παύσιν ἀτέλειον, id est, Faciūt & sphaceli immunitatem. Athenis celebra- tum prouerbiū de his, qui quouis prætex- tu quod volunt assequuntur, Natum aiunt ab euentu huiusmodi. Pisistratus tyrannus decimas exigebat ab Atheniensibus eorum que in agris prouenissent. Itaq; cum aliqui obambulare, videretq; senem quendam in saxis quibusdam, hoc est, loco petricoso la- borantem, rogabat quosnam fructus inde colligeret. At is respōdens, Dolores, inquit, & sphacelos, atq; horum decimas exigit Pi- sistratus. Porro tyrannus admiratus homi- nis libertatem, decimas Atheniensibus re- misit. Ea res in vulgi sermonem abiit, etiā sphacelos immunitatem parere. Sphacelus autem morbi genus est, quod ex immodica defatigatione solet accidere. Quidam putant esse tormina articulorum, quidam ossium tabem Theophrastus libro De cau- sis plantarum quinto, demonstrat & plan- tarum radicibus vitium accidere, quod ab hominū morbo σφακελισμός appellet. Ada- giū recensetur à Suida. Hesychius indica- que mlibet δόλορ εἰς grauen sphacelum dici.

*Est meum telum cuspidem habet acuminatum.*

IP S I S S I M A M prouerbiū speciem habet, quod scriptum est apud Homerum Iliadis Y. sub Hectoris persona:

Ἐπειὶ καὶ ἐμὸν βέλϑ' ὄνυ πάριτεν. id est, Telum quando meum quoque cuspide acuta est.

Recte vtetur, quoties fatebimur nos infe- riores quidem esse, verum non desse ta- men, quo queamus nocere. Cui simile Vergilianum illud:

- Et nostro sequitur de vulnere sanguis.

Item illud apud Ouidium:

Et mihi sunt vires, & mea tela nocent.

*Ignauī vertitur color.*

Τὸν κακὸν χροῖται χροῖς, id est, Ignauī verti- tur color. Plutarchus in causis naturalibus, problemate, quam ob rem polypos colo- re in uret, hoc itaquam prouerbio iactatum adducit, Δίο καὶ λέλειπται τὸ μὲν κακὸν χροῖται χροῖς. id est, Ignauī vertitur color. Nā id accidit in metu, vt vultus exalbescat, ma- xime timidis, videlicet sanguine ad vitalia

F refugiente

refugiente. Pluſculum accedit veneris, ſi ad animum transferatur: veluti ſi dicas, philoſophū nihil omnino formidare eorum, quæ vulgus horret, *Τοῦ μὲν γὰρ γέ κακού τρέπεται χρώς.* id eſt, Vertitur ignavi ſanè color. Porro prouerbium natum eſt ex Homericæ Iliados N. Carmen ſic habet:

*Τοῦ μὲν γὰρ τέ κακού τρέπεται χρώς ἀλλήδ' ἄλλη,*

*Οὐδέ ἐτρέμας ἰδοῦαι, ἐρκεύεται ἐν φρεσὶ θυμῶς,*

*Ἀλλὰ μετοκλάζει, καὶ ἐπ' ἀμφοτέρους πύθας ἵζει,*

*Εἴνδ' ἐτέ οἰκράδ' ἰμὲν γὰρ ἀεὶ φροσὶ πατασσοσσι,*  
*Κύρας οἰμῶϊο. πάταγ' δὲ τέ γίγνεται ὀδόντων.*

*Τοῦ δ' ἀγατοῦ, οὐτ' ἀφ' τρέπεται χρώς, οὐτ' ἐτι λίνω.*

*Ταρβῆ.* id eſt, Vertitur ignavi color, euariatq; ſubinde, Nec mens certa manet, verum huc illucq; vacillat,

Ac migrās è corde pedes in vtroq; reſidit. Palpat & valide cor ei præcordia ſubter fata putant animo, accipiunt quoq; ſtridere dentes.

Cōtra forti, nec variat color, at neq; valde Horreſcit.

*Ad conſilium ne acceſſeris antiè quàm voceris.*

Μὴ πρότερον εἰς βελὴν παρέλθεις, πρὶν ἂν κληθεῖς, id eſt, Ad conſilium ne acceſſeris, prius quàm voceris. Hęc ſententia, quæ nunc nomine Catonis celebratur, prouerbialis fuiſe videtur, vel Plutarcho teſte, cuius hæc verba ſunt libro *ſυμποſιακῶν* primo: *Ἄτοπ' μὲν οὖν, ἔρε καὶ περιμῶδες μὲν ἐλάει,* ἔργε *ſύμβουλ' ἐγένετο μὴ παρακλιμαίει.* id eſt, Ridiculus igitur, inquit, & prouerbio obnoxius Menelaus, ſiquidem conſultor factus eſt nō acceſſitus. Niſi quis mauult hæc ad illam referre parœmiam:

*Ἀκλιτοὶ θελοὶ ἀγαθῶν ἐπὶ δ' αὐτὰς ἴονται,*  
quod aliàs referemus.

*Iucundiffima nauigatio iuxta terram, ambulatio iuxta mare.*

ΠΛΥΤΑΡΧΟΥΣ primo *ſυμποſιακῶν* libro, veluti vulgo iactatū citat, *Πλοῦς μὲν δὲ παρὰ γῆν; περιπατ' δὲ δὲ πᾶρε ἀλάττων ἡδίστ'.* 1. Nauigatio iuxta terram, turſum ambulatio, quæſit iuxta mare, iucundiffima eſt. Reſte torquebitur ad eā ſuām, vt dicamus ita

demum eſſe iucundiſſimū vnumquodq; ſi diuerſi generis admixtur temperatum adhibeat: veluti ſi in luſibus non nihil eruditionis aſpergas, turſum in ſtudiis aliquid ludicrū admixceas. Similimum eſt huic, quod ex Philoxeno poeta citat idem in cōmentario quem inſcripſit, quomodo ſint audiendi poætæ: *Τῶν κρειῶν τὰ μὴ κρεῖα ἡδίστα ἐſτι, καὶ τῶν ἰχθύων το μὴ ἰχθύεις.* id eſt, Ex carnibus, quæ carnes non ſunt ſuauiſſimæ: item ex piſcibus, qui non ſunt piſces. Itidē philoſophia admixta poætatis, magis delectat: & poeſis admixta philoſophiæ, magis capit animū.

*Cupidinum crumena porri folio vinceta eſt.*

*Γράσο φύλλα τὸ τῶν ἐράτων δίδεται βελάντιον,* id eſt, Porri folio amorū vinceta eſt crumena. Refertur eodem in loco quem modo citauimus, ſed præſtat ipſius verba ſubſcribere: *Ὅδ' ἂν τις μάλα εὖ θανμάττειν, φειδωλὸς αἰὲρ καὶ μικρόλογ' ἐμπρόσθ' ἐρεῖα, καὶ ἀπερ εἰς πῦρ αἰδῆσθ'. ἀνθεῖς καὶ μαλακθεῖς, ἀπανοσμή πᾶν φάνειν γελῶν. ὅτι πρᾶσοῦ φύλλα τὸ τῶν ἐράτων δίδεται βελάντιον, ἐλεχθὲ δὲ καὶ ὅτι τῶν μεθυσῶν τὸ ἐρᾶν ὕμοιόν ἐſτι. ποιῆ γὰρ θερμοῦς καὶ ἰαροῦς διακχυμῆρας. i. Quod quæ vel maxime miretur aliquis, vir parcus & ſordidus, ſimul ac in amorem incidere, non aliter quàm igni impoſitum ferrum, ſit mollior ac tener, lentus ac ſuauior, vt nō viſque ſuaque de ridiculum videatur illud, quod ioco populari dicitur, Cupidinū crumenas porri folio vincetas eſſe. Dicitum eſt autem ob eam cauſam, quod amor ad ſimilis ſit obrietati. Reddit enim calidos & hilares, & effluos: Plutarchus itaque ſentire videtur, prouerbium ad ludere ad porri naturam, cuius vis eſt calefacere, eiere vrinam, irritare Venerem, mouere menſes, & alium inſtare, quem admodum docet Dioſcorides lib. ſecundo. Suidas offendit hoc adagiū dictum de iis, qui per amorem immoderatos faciunt ſumptus, luxuriæque indulgent, quem admodum ſolent in comædiis amantibus. Plutarchus in libello, quem inſcripſit *ἐρωτικόν*, hoc quoque inter cæteras Cupidinis ſiue amoris laudes cōmemorat, quod è ſorbido ſplendidum, è parco liberalem, è triſti ciuilem, è timido audacem reddit hominē. Proinde Cupidinis loculi, porri folio vinceti dicuntur, quod facile ſoluantur, vel quod admodum fragile ſit porri ſolium,*

vel quodd huius genuina vis soluere corpus ac mouere.

*Quem fortuna pinxerit.*

Ὁ τὴν μέλαινα γράφει, τοῦτον οὐ πᾶς χροῖον  
δωῆται λευκάναι, id est, Quem fortuna nig-  
rum scripserit, hunc non vniuersum cui  
candidum reddere potest. hoc est, cui fortu-  
na refragatur, hanc quicquid tentauerit,  
infeliciter cedit. Adlusum est ad nigros &  
albos calculos sustinuatorum. Recentetur in  
collectaneis Apostoli.

*Qui mori nolit ante tempus.*

ΑΤΗΝΑΕΥΣ in sermonibus conuiuia-  
libus, de Sybaritis huiusmodi refert prouer-  
bium: Ο βυλάριμ ἐν συβάρει, μὴ πρό μήρας  
ἀπράουδιν. οὔτε δαυόμενον οὔτε ἀνίχοντα τὸν  
ἡλιον δέξιν δ' εἶ. hoc est, Qui non velit apud Sy-  
baritas ante diem fatalem mori, cum haud  
oportet solem conspiciere, nec occidentem,  
nec orientem. Hoc ideo vulgo iactatum scri-  
bit, quod Sybaritarum ciuitas in humili  
loco, ac velut in conuale sita fuerit, vt aesti-  
tis tempore mane pariter ac vesperi frigus  
immensum sentirent, meridie intoleran-  
dum ardorem. Cicero libro De finibus bo-  
norum secundo, docet idem dictū in quos-  
dam Afotos, cui genti nomen indicium est  
à luxu vitæ. Nam sub solis occasum erant  
ebrii, mane stertebant. Columella in proœ-  
mio rerum rusticarū, vsurpat in ganeones,  
qui noctes libidini bus & ebrietate, dies som-  
no vel ludo cōsumunt. Mox deinde, inquit,  
vt apti veniamus ad ganeas, quotidianam  
cruditatē Laconicis excoquimus, & ex ullo  
sudore siti m quærimus, noctesque libidini-  
bus & ebrietatibus, dies ludo vel somno con-  
sumimus. Ac nos dicimus fortunatos, quod  
nec orientem solē videmus, nec occidentē.

*Barba tenui sapientes.*

Ἐπὶ γάων σοφοί, καὶ ἀπὶ πάγων σοφισταί,  
καὶ ἀπὸ πάγωνος γὰρ σοφοί, i. Barba tenuis sa-  
pientes, & sophistæ, & philosophi. Sic ap-  
pellabantur qui præter barbam & pallium  
nihil haberent philosophi. Vsurpatur ali-  
quoties apud Plutarchum in Symposiacis.  
Huc adlusit Horatius, cum ait:  
Iussit sapientem pascere barbam.  
Lucianus item subinde iocatur in philoso-  
phorū τὸν βαθὴν πάγωναι, i. profundā barbā.  
In Eunucho Bagoas ait: Si philosophum

oporteat ex barba metiri, hircos primam  
laudem ablaturus. Similiter Martialis:  
Propendet mento nec tibi barba minor.

*Inter lapides pugnant, nec lapidem  
tollere poterant.*

Plutarchus quartæ decadis Symposiacæ, 1.  
problematice: ἰδὲν δὲ τὸ παιδίον ἀμα τῷ φίλῳ  
ἢ τὸν ἰόν ἀετῶ χρωμένῳ, ἀλλὰ δὲ μὲν εὖδῶ δ' ἰδ-  
μενον, ὡς ἡρέκλειος ἔφη, τούτο ἀετῶ ἢ τὸ λεγ-  
μενον,

Ἐν δὲ λίθοις ἑμάχοντο, λίτον δ' εὖκ ἢ ἀνελέ-  
σαι. id est,

Vbi vero videret ministrum puerum vnā  
cum Philone, vtentem pane, neque præ-  
terea quicquam requirentem: Παρε, in-  
quit, hoc nimirum erat illud, quod vul-  
go dici solet:

Pugna erat in saxis, neque saxum tollere  
quibant.

Apparet dictum in eos, qui præsentī com-  
modo non fruuntur, vel ob ignauiam, vel  
ob peruersam de rebus opinionem, vt qui  
vel saxum grauentur ex acerno tollere,  
quo repellant aduersarium. Refertur idem  
carmen apud Athenæum libro decimo, &  
aliud subiicit, veluti consimilis sententiæ:

Δίψη δ' ἐβλάτω, ὕδωρ δ' ὑπερᾶχε γε-  
νέει. id est,

Deperire siti, superante ad labra liquore.

*Piscis repositus.*

Ἀποκείμενος ἰχθύς, id est, Repositus piscis, in  
prouerbio abiisse videtur, aduersus eos,  
qui nihil seruant in posterū. Nam pisces  
olim in deliciis erant. Et prudentis est, de ci-  
bis semper aliquid habere sepositum, quo  
subitum excipiat hospitem: nec Achillem  
Homericum imitari, ad quem cum acced-  
dunt oratores, aut Priamus, domum ina-  
nem ac famelicam offendunt. Videtur au-  
tem sic efferendum adagium: Τὴν ἀποκεί-  
μενον ἰχθύν, οὐδ' εἰ ἐστὸ μέσον ἵκται. id est, Pi-  
scem repositum non oportet in medium  
retrahere. Plutarchus in Symposiacis, Ἐγὼ  
ἢ γιλάσσω ἐκάνον ἕπον ὡ ἐπὶ ἀρε τὸν ἐν τῷ πα-  
ρῳμίας ἀποκείμενον ἰχθύν οὐχ ἐκόμενον εἰς μέ-  
σον μετὰ τῷ πνεύματι χονικῶς. id est, At ego  
ridens: quin illum, inquam, de quo pro-  
uerbium fertur, repositum piscem, qui in  
medium non trahitur vnā cū chœnice Pi-  
tagorica. Licet bit, accommodare ad sermo-  
nē, aut fabulam, per se non admodū ve-

nultam, quæ tamen iteretur non sine re-  
dio. Conueniet in parcû ac de crastino sol-  
licitum.

*Non est eiusdem, & multa, &  
opportuna dicere.*

*Κωρίς τότ' εἶπεν πολλὰ καὶ τὰ κώρια,* id est,  
Sciuncta sunt hæc, multa & apta dicere.  
Senarius prouerbii vice celebratus, admo-  
net vitandam multiloquentiam, quod se-  
rè labi necesse sit, quisquis multum loqui  
conetur.

*Psaphonis aues.*

*Ἐφωσθη οὐρανός,* id est, Psaphonis aues. Vbi qs  
nona quapiam arte famam caprat, vt cum  
aliquis subornat, à quibus laudetur. eisque  
veluti dicat encomia, quibus apud vulgus  
celebrari velit. Narrante in Libya fuisse quẽ-  
dam nomine Psaphonem, qui diuinitatis  
opinionem affectans, quàm plurimas aues  
cepit vocales, & humani sermonis dociles;  
eas sonare docuit hæc verba, *Μέγας θεός ψά-  
φω,* id est, Magnus deus Psaphon: atque  
ita doctas emisit in montes. At illæ quæ di-  
dicerant, canebant: ac reliquas item aues  
sonare hoc docebant. Porro Libes cû igno-  
rarent commentum, credẽtes id diuinitus  
accidere, Psaphoni rem diuinam facere in-  
struerunt, ipsumq; in deorum numerum  
retulerunt. Prouerbii in collectaneis Apo-  
stolii reperitur.

*Aui regem, aut fatuum nasci oportere.*

**A N N E V S** Seneca, vir aq̄nissimi, vt *Facit*  
ait, ingenii, quod quidem ex eo liquet li-  
bello ludicro, quem scripsit in Cladium  
Cæsarem huiusmodi referre adagium, in eo,  
de quo modo diximus opusculo, *Aut reges,  
aut fatuum nasci oportet.* Sed præstat illud  
ipsum verbis ascribere: Ego, inquit, scio me  
liberum factum, ex quo suum diem obiit,  
ille, qui verum prouerbiu fecerat, aut re-  
gem aut fatuû nasci oportere. Rursum in  
eodem libello: Occidit in vna domo Cra-  
sum Magnum, Scriboniam, Bassionia, Asla-  
rios, nobiles tñ. Crallum vero tam fatuû, vt  
ẽt regnare posset. Iterum alio in loco obscū-  
rius quidẽ, sed tamen eodẽ adlusit carmine,  
Abrupit stolidæ regalia tempora vitæ.

Proinde primum omnium, principis ani-  
mus omnibus erroribus liberandus est, vt

perspiciat, quid vere honestum, quid ve-  
re gloriosum, quid vere magnificum. De-  
inde instillandum turpitudinis odium, &  
& amor honesti, quo videlicet perspiciat,  
quid principem deceat, & nihil appetat, ni-  
si quod sit bono ac salutari principe dignũ.  
Vt honestum vbi sit videat, & hoc vno me-  
tatur omnia, nec vnquam ab hoc aberret  
scopo. Atque hanc vocant sapientiam, qua  
necesse est, vt princeps tanto cæteros ante-  
cellat mortales, quanto dignitate, opibus,  
ornatu, potentiaq; antecedit. Eo spectat,  
quod Aegyptii simulacrum principis ita re-  
præsentabant, vt oculum pingere, cum  
sceptro. Nimrum quod oculus in corpo-  
re, id verus princeps in re publica. Quod sol  
in cælo, princeps in populo. Sed oculus  
mundi, princeps oculus multitudinis.  
Quod animis in homine, id princeps in ci-  
uitate. Animus sapit, corpus obtemperat.  
Et imperat quidẽ animus corpori, sed cor-  
poris bono: nec sibi gerit regnum veluti ty-  
ranus, sed ei cui prælidet. Denique dei mo-  
derantis vniuersa, salutaris princeps viam  
imaginem refert. Atque eo magnificentior  
est princeps, quo propius ad archetypi sui  
formam accessit. Deus nihil non perspi-  
cit, nihil non sentit, nullis corrumpitur  
affectibus. Ita potentissimus est, vt idem sit  
optimus. Omnibus bene facit, etiam indi-  
gnis. Sed ea res si minus mutari potest,  
proximum tamen erat, diligenti institutione  
succurrere: & si non licet idoneum Impe-  
rio deligere, eritendum est, vt idoneum  
Imperio faciamus eum, quem eunq; for-  
tuna nobis dedit. Videnus qua sollici-  
tudine, qua cura, qua vigilantia paterfa-  
miliã educat puerum, vnius fundi domi-  
num futurum. Quanto igitur maiori cu-  
ra instituendus est is, qui vel magno om-  
nium bono futurus sit bonus, aut magno  
omniũ exitio malus, & de cuius vnus nu-  
tu salus aut perniciës pendebit orbis? Hic  
nobis iam tum infantulis adhibendus erat  
artifex quispiam egregius. Non enim re-  
cte fingitur princeps, nisi cum se nondum  
intelligit esse principem. Statim adscien-  
dus formator, in quo deligendo conueniet  
& hoc esse diligentiores, quod principem  
instituere licet. Hic in pectusculũ adhuc va-  
cuũ ac sequax instillet opiniones principis  
dignas, muniat optimis de honesto decre-  
tis: ostendat discrimẽ veri p̄ncipis ac tyrãnis  
sub-

subiiciat oculis, quam deo propinqua res est salutaris rex, quam tetra bellua, quamque abominanda tyrānus. Admoncat eum, qui sibi gerit imperium, non Reipub. prædonem esse, non principem: nihil inter esse inter piratas & principes piratarum animo præditos, nisi quod hi, quo sunt potentiores, hoc maiorem adferunt perniciem rebus humanis. Inculcet, quam multis hominum milibus, imò quam uniuerso mundo prodelle queat, si is vnum sapientem ac bonum præstiterit virum. Ad hoc ut princeps sit aliquis, nō satis esse natū fuisse, non satis esse vetustas imagines, nō scepterū, nō diadema. Animus sapientia præcellens, animus pro publica incolumitate semp sollicitus, & nihil spectans, nisi commune bonum, principem facit. Præmoneat, ne se vel applausibus stultæ plebeculæ, vel adulatorū laudibus metiatur. Ne quid agat impulsu odii, amoris, iræ, aut vilius affectus instinctu. In creandis magistratibus in cōdendis legibus, in cæteris munitis, vnicum tantum spectet scopum, nempe honestū, & publicam vtilitatem. Non satis esse, si ipse nemini sapiat iniuriam, officialium quoque suorum integritatem præstandam esse principi. Doceat, ut ad benemerendum de bonis sit propensissimus, ad ignoscendum facilius, ad puniendum nō aliter accedat, quam amicus medicus, membrum deploratum amputaturus, aut iniustus: ut omnia studeose vitet, vnde perspiciat reipublicæ magnum malum fore. Hæc atque huiusmodi decreta, sunt animo puerili, sapientum apothegmatis, & laudatorum principum exemplis insigenda: sed iam ad rem redeamus. Dictum est igitur: Aut fatuum, aut regem nasci oportere, quod huiusmodi ferme fuerint barbari reges apud veteres.

*Minuta a pluuia imbrem parit.*

Τεταρτὸς ὁμβρον γεννᾷσσει, id est, Minutæ guttulæ imbrem patientes. Quoties res initio pusilla crescit in maius. Quemadmodum apud Plautum in Menzimis:

Nunc in te cadunt folia, post cadunt arborea.

Quare in minutis vigilandum, ne paulatim incidamus in maxima incommoda, admonente prouerbiali senario:

Ἐὶ μὴ φυλάσσεις μικρὰ ἀπολιτὶς τὰ μέγιστα. i. Maiora perdes, parua ni seruaueris.

Est enim psecas tenuis irroratio, qualem reddunt & nebulæ densiores.

*Citra vinum temulentia.*

Ἀὐτὸν μὲν, id est, Ebrietas absque vino. Theophrastus, ut testatur in Symposiasticis Plutarchus τὰ κερεῖα αὐτὸν μὲν ἐκλεῖν, id est, Tonstrinas ebrietatem absque vino vocabat. Propterea quod illic desidentes, sermōibus ita temulenti redderentur, ut nō aliter esutirent quicquid esset in animo, quā inter pocula solent ebrii, voces interdura per temulentiam effusitantes per iugulum, ut ait Plinius, redituras. Horatius insolentiam ebrietatem appellat: Fortunaque dulci ebria. Vulgò panariam ebrietatem appellant arrogantiam, licentiamque morum, quæ secundis rebus comes esse consuevit: Et est hæc quidem non paullo periculosior illa, quam vinum adduxit. Si quidem vini æstus pauculis horis, aut etiam somno deseruescit: hæc multis in omnem vsque vitam durare consuevit.

*Palmam ferre.*

PALMAM ferre, & palmam tribuere, & palmam præcipere, & his cōsimiles orationes, tamen si propter frequentē vsum simplices esse videantur, tamen prouerbiali schemate dictæ sunt. Neque enim palma per se victoriæ significat, sed arborem ἐπιθόφυλλον, id est, perpetuo virentē frondibus, quæ Græci φείκω vocant. Cur autem ab hac potissimum sumpta sit metaphora, illud arbitratur in causa fuisse, quod quemadmodum in conuiualibus quæstionibus refert Plutarchus, hæc vna fuerit communis omnium sacrorum certaminum corona, cum alioqui singuli ludi peculiates quasdam arborea aut herbas haberent, quibus victores insigniebantur: veluti laurum, oleam, myrtum, apium. Præterea sunt qui putent hæc arborem initio Phæbo sacrā fuisse ante laurum, & antiquissimū victoris insigne fuisse palmam, nō aliam quam piam arborem. Quamobrem autem hæc arbor potissimum delecta sit ad eum vsum ab antiquis, A. Gellius causam reddit. libro Noctium Atticarum tertio, cap. sexto, scribens arbori palmæ peculiare quiddam inesse, quod cum ingenio fortium virorum conueniat. Nam si super eius, inquit, lignum magna



pondera imponas, ac tam grauiter virgeas oneresque, vt magnitudo oneris sustineri non queat, non deorsum palma cedit, nec infra flectitur, sed aduersus pondus resurgit, & sursum nititur, recuruaturque, huiusque tam stupendæ rei citat auctores; Aristotelem in 7. Problematum lib. & Plutarchum in octauo Symposiacorum. Et Plutarchi quidem verba super hac re reperi in eo, quem Gellius citat, lib. Φοινικῶν γὰρ ἔυλο, ἂν ἄνωθεν. ἐπιεῖς βαρυτέρας, οὐ κατὰ ἑλιβόμεον ἐν δίδωσιν, ἀλλὰ κερτῶται πρὸς τούραν τῶν, ὡς περ ἀντισηκόμενον τῷ βιχελμένῳ. τοῦτο δὲ ἡ καὶ πῶς τοὺς ἀθλητικούς ἀγῶνας ἐστὶ, τοὺς μὲν ὑπὸ ἀδυνείας καὶ μελαχίας ἐκόντας αὐτοῖς πύεσσι κάμπτοντες. οἱ δὲ ἐξέρωμενος ὑπομένοντες πῶς ἄτκησιν, οὐ μόνον τοῖς πάμασιν, ἀλλὰ καὶ τοῖς φροήμασιν ἐπάρονται καὶ ἀνεούτα, id est, Nam palmæ lignum, si superimposito pondere grauiter premas, haud deflectitur deorsum, verum in contrarium curuatur: perinde quasi resistens operi vim facienti. Hoc ipsum sanè accidit & in certaminibus athletarum. Etenim qui per imbecillitatē animique; mollietiem cedunt illis, eos premēdo defleunt. At qui fortiter in eo studio perdurant, hi non modo corporis robore, verum etiam animi prudentia prouehuntur atque augentur. Idē affirmat Plinius lib. 16. c. 42. Pondus, iniquis, sustinere validæ, abies, latix, etiam in transuerfum positæ.

Robur, olea incuruatur ceduntque; ponderi, illæ renitentur: nec temere rumpuntur, priusque; carie quam viribus deficiunt. Et palma arborum valida, in diuersum enim curuatur. At populus contra omnia inferiora pandatur: palma è cōtrario fornicatur. Idem affirmat Theophrastus libro de Plantis quinto. Hoc virilis animi robur, cum palmæ genuina vi cōgruens, Vergilius scite descripsit, cum ait:

Tu ne cede malis, sed cōtrā audentior ito,  
Quam tua te fortuna sinet.

Nec abhorret hinc Horatianum illud:

Duris vitæx tonfa bipennibus  
Nigræ feraci frondis in Algido  
Per damna, per cædes, ab ipso  
Ducit opes animumque; ferro.

Non hydra secto corpore firmior,  
Vinci dolentem creuit in Herculem,  
Monstrumve summisere Colchi  
Mæus, Echionizve Thebæ.

Mercēs profundo, pulchrior euenit.

Luctere, multa prouet integrum  
Cum laude victorem, gerere;  
Prælia coniugibus loquenda.

*Relinque quippiam & Medis.*

Λεπέτι καὶ μύδοις, id est, Reliquum facito aliud & Medis. Prouerbialis iocus in eos; qui ex conuiuio nihil reliqui faciunt, aut qui facultates vniuersas abigunt. Plutarchus in Symposiacis: Ἡμῖν μὲν οὐν τοῖς βιωταῖς τὸ, λεπέτι καὶ μύδοις, διὰ ζυματός ἐστι, ἔξ οὗ μύδοι τῆτε φωνήσῃ καὶ τὰ ἔφατα τῆ βιωταῖς ἀγορῆς καὶ φέρονται ἐπιτρέχον, id est, Nobis quidem βωτοῖς illud in ore est: Relinque quippiam & Medis. Ex quo Medi & Phocidem ipsam, & extremos βωτοῖς terminos incurfarunt, omnia vexantes miscētesque populationibus. Subiicit autem, quod etiam vulgo hodie dicitur: λεπέτι καὶ ξένους ἐπελθούσιν, id est, Relinquito quippiam & hospiti bus aduertis. Adagiū ad varios vsus trahi potest, aut per ironiam, vt si dicas diuiti, indignis & sumptuosus hæredibus suas opes destinanti relinquere: Relinque quippiam & Medis, hoc est, compare tu quod dissipet iis, qui tibi male volunt. aut immodice profulo, aut intemperatius garrulo, quæadmodum in Phormione Terentius: Parce fodes, vt possis cum illa.

*Deorum manu.*

Θεῶν χεῖρες, i. Deorum. manus. Olim per ironiam dicebantur efficacia illa pharmaca, quæ plurimis ex rebz & è longinquo petitis conficiuntur: quibus hodie tum medici, tum pharmacopolæ vulgo faciunt imposturam. Plutarchus quarta decade τῶν συμποσιακῶν, simul & prouerbium refert, & Erasistratum citat, huiusmodi medicorū mixturas improbantem: Ἀλλὰ πολὺ μάλλον ὁ τ' ἂν μινύντες τὰς βασιλικὰς καὶ ἀλεξίφαρμάκους ἐκείνας δυνάμεις, ἅς βίαν χεῖρας ἀνθρώπου. ἱεραῖς φρατῶ δὲ ἐλέγχει τῶ ἀποτισῶν ἢ περιεργίαν, δμοῦ μεταλλικῆ, καὶ βοτανικῆ, καὶ θηριακῆ, ἢ τὰ ἀπὸ γῆς, καὶ θαλάττης, εἰς τὸ αὐτὸ συγκυρεσθύνοντας. καλὸν γὰρ τάντο ἐκείστας ἐν πτισάνῃ, καὶ συγκύει: ἢ ὑδρελαῖα τῶ ἰατρικῆ ἀπολιπῶν. ἀλλὰ ἢ δὲ τὸ ποικίλον ἐξάγει, καὶ γογὸν δει τῶ ὄρειν, id est, Quin multo magis cum regales illas & efficacias variorum remediorū mixturas conficiunt, quas deorum manus appellarunt. Erasistratus autem coarguit absurditatem, & curiositatē

eorum, qui simul & metallica & herbaria, & ferina,  $\eta\upsilon\alpha\tau\acute{\eta}$ ; terra gignit,  $\eta\upsilon\alpha\tau\acute{\eta}$ ; mare, in vnum commiscuerunt. At bene haberet, si his omiffis in prifana, & cucurbita, & hydrelzo medendi artem finiffent. Verum per Iouem ipfa rerum varietas imponit nobis, & appetentiam illicit. Hactenus Plutarchus. Meminit huius adagii Galenus, tractatu 6. citans ex Erophilo. Libet obiter & C. Plinii verba hoc loco fubfcribere, quibus medicorum mixturas taxat. Ea funt in præfatione libri 24. Hinc, inquit, nata medicina. Hæc fola naturæ placuerat eſſe remedia, parata vulgo, inuentu facilia, ac fine impediō, ex quibus viuimus. Poſtea fraudes hominum, & ingeniorum capteuræ, officinas inuenere iſtas, in quibus ſua cuiq; homini venalis promittitur vita. Statim compoſitiones, & mixturæ inexplicabiles decantantur. Arabia atq; India in remedio eſtimatur. Huleeriq; paruo medicina à rubro mari imputatur, cū remedia vera quotidie pauperimus quiſque cenet. Nam ſi ex herbo aut petatur herba, vel frutex queſtatur, nulla artium vilior fiet. Hactenus Plinius.

*Quot homines, tot ſententiæ.*

**N I H I L** vel hodie vulgò tritius eſt, quàm hæc Terentiana ſententiæ. Quot homines, tot ſententiæ. Cui ſimilis eſt apud eundem & illa: Suus cuiq; mos eſt. Perſius item: Mille hominum ſpecies, & rerum diſcolor vſus.

Velle ſuū cuiq; eſt, nec vota viuunt vno. Eodem pertinent & illud epigrammaticū, quo dictam eſt, iuueniri qui non recuſent agris paternis cedere: qui velit ingenio cedere, reperiri neminem. Horatius decentiſſimam addidit allegoriam:

Tres mihi cōiuiæ ppè diſſentire vident, Poſcentes vario multum diuerſa palato. Idem primam omnium Odam huius arguemento ſententiæ conſcripſit, aliis ſtudiis alios duci, aliis alia cordi eſſe. Adluſit facetiſſimè Terentius in Phormione, cum è tribus aduocatis primus ait, ſecundus negat, tertius deliberandū cenſet. Eam ſnām Euripides in Phœniffis latius explicuit.

*Εἰ πᾶσι ταυτὸ καλὸν ἔφυ, σοφὸν δ' ἄμα,*

*Οὐκ ἴν' ἀν' ἀμφίλευτο: ἀνθρώποις.*

*Νῦν δ' οὐδ' ὁμοῖον αὐτὸν οὐτ' ἴσον βροτοῖς*

*Πλὴν ὀνομάσαι. τὸ δ' ἔργον οὐκ ἐστὶ τόδ' εἰ.*

Cunctis idē ſi pulchrum, & egregiū foret,

Nulla eſſet anceps hominibus contentio. At nunc ſimile nil, nil idem mortalibus: Niſi verba forſan inter iſtos concinunt, At re tamen, factiſq; conuenit nihil.

Idem in Hippolyto coronato:

*Ἄλλοισιν ἄλλ' ἑῶν τε κ' ἀνθρώπων μέλας. i.*  
Hic his, hic illis, & homo cordi eſt & deus. Huc reſpexit Homerus in Odiffeæ ξ.

*Ἄλλ' ὄ γάρ τ' ἄλλοισιν ἀνὴρ ἐπιτίθειται ἔργοις.*  
id eſt,

Namq; aliis aliz res arridentq; , placentq; ,

*Εὐμ ἀνκλιτα, cui quatuor ſunt aures.*

**I N T E R** Græcanicorum prouerbiū collectanea referitur: ἀκε τοῦ τὰ τέσσαρα ὄτα ἔχοντ', id eſt. Eū auſcultat cui quatuor ſunt aures. Huius adagionis, huiuſmodi quoddam interpretamentum adfert Zenodotus: Oraculo quondam fuiſſe reſponſum Entimo Cretenſi & Antiphemo Rhodiēſi, vt cum obſeruaſent, cui quatuor eſſent aures. Is autem erat prædo quidam Πηζνιχ, quem cauendum eſſe monebat oraculum. Porro quòd quatuor aures habere dictus eſt, non ſatis liquet, vere ne habuerit, an per allegoriam ſit accipiendum, quòd quatuor locis exploratores haberet diſpoſitos. Verum illi cum dei reſponſum tanquam ridiculū negligenter, in prædonem inciderunt atq; ab eo ſunt extincti. Itaq; ex hoc euentu vulgo natam eſſe parēſiam exiſtimant. Sed nobis magis arridet, quod idem ex Ariſtophane grammaticeo reſert. Lacedæmonioſ Apollinis ſimulacrum ita ſolere fingere, vt quatuor haberet aures, & manus totidem: vel quòd, vt auctor eſt Soſibiſius, hæc figura viſus ſit illis apud Amyclas pugnantibus: vel ſignificantes, vt coniciimus, viro prudenti res quàm plurimas tum audiēdas eſſe, tum vſu vitæ periclitandas. Porro creditum eſt antiquitus, nulla oracula fuiſſe certiora, q̄ Apollinis. Vnde iactatum etiam illud: τὰ ἐκ τῆς ποδ' ὄ. Atque ita monet prouerbiū, audiendos eſſe illos, qui diuturno complurium rerum vſu præ cæteris ſapiunt, ita vt ſerè faciunt ſenes. Vnde & apud Homerum laudatur Neſtoris oratio, tanquam omnium auditu digniſſima, & in Odylſſæ ſecundo libro, Aegyptium heroa ſenem primo loco loquentem facit:

*Ὅς δ' ἴν' ἡ γῆρας κρυφὸς ἔπει, καὶ μυρία ἦδ' α.* id eſt,  
Qui iam incuruus erat ſenio, ſed plurima norat.

Eodem spectauit Euripides in Phœnissis, ad quem locum adlusit Lucianus in Hercule Gallico :

Ω τέκτων οὐχ' ἀπαντα τῶ γήρα κακά  
Επιόκλεις πρόσσειν, ἀλλ' ἡμπειρία  
Ἐχέ, πλείφα τῶν νῶν σοφώτερον.

Verba sunt Iocastæ iam anus ad Eteoclem adolefcentem filium . Ea nos sic vertimus :

Ognate Eteocles, cuncta nequaquã mala  
Adfunt senectæ : nam per experientiam  
Vfusq; rerum dicere, haud nihil, rudi  
Potest iuuenta melius, ac prudentius.

Idem nunc vulgus nostratum effert, sub sordida quidem, sed tamen apta metaphora, cum aiunt : Prospectandum vetulo latrante cane; hoc est, nequaquam negligendum quoties senes periculum cauendum admonent. Cane enim vetuli non latrant temere, quemadmodum iuueniculi.

*Semper feliciter cadunt Iouis talilli.*

Αἰ γὰρ δὲ πίπτουσιν οἱ Διὸς κῆβοι. id est,  
Semper cadunt feliciter tali Iouis.

Senarius est prouerbio celebratus, diciq; solitus in eos quibus res omnes perpetuo quodam fortunæ fauore ex animi sententia cederent. Apparet translatum à talorū iactu, vbi fortassis antiquitus obseruatum est, Iouis talos feliciores esse. Nam mos erat iactibus alearum, ominis causâ Deorum, aut hominum nomina præfari. Vnde & Veneris iactus inter felices numeratur, vel prouerbio teste : Si sepe iacies, aliquando venerem iacies. Nisi malumus ad Iouis victoriam, Iunonias; victæ fabulam referre. Sunt qui putent quadrare in eos, qui factis suis dignas pœnas dependerint, quasi Ioue non sinente culpam inultam. Sed videtur non absurde dici posse & in viros fortunatos, ac præpotentes, quorum et parum recte factis applauditur attestante versu prouerbiali :

Ως δὲ κῆλος πίπτουσιν αἰλαμπρῶ τυχαῖα id est,

Quam facile semper res cadunt potentiū. Ab hac sententia non abhorret illud Euripidis in tragœdia, cui titulus Phœnissæ :

Γάντα δ' ὀυπεῖθ' θεοῖς. id est,

Sunt cuncta diis procliuia.  
Tum illud Homero frequens : Θεοὶ δὲ τε πάντα δύνανται. id est, Cœlestes omnia possunt.

*Thessalorum commentum.*

Θεσσαλῶν σόφισμα, id est, Thessalorum commentum, varias ad res accommodari scribit Suidas : tum ad eos, qui in acie locum deferunt; tum ad illos, qui cultu delicato re vtuntur; tum ad hos, qui dolis quempiam circumueniunt. Natum autē arbitrat̃ur ex huiusmodi quapiam historia : Arato Thessalo cuidam oraculo resposum est; caueret, ne clanculum vinceretur ab iis, qui maiore splendidioreq; voce oraculū aduer sus ipsūm ambirent. Quod ille simulat̃que audiuit, vorum, nuncupat, sexcentum hominum capita Deo sacrificaturum. Deinde postea quāta ea quorum gratia venerat, ex animi sententia consecisset, votum ac scærum persoluere sine fine cunctabatur, tanquam neq; prius satis, neq; dignum Apolline. Qua quidem ex re natum aiunt, vt postea quotannis hecatomben ei Deo polliceri sint soliti : neq; reddere tamen quod essent polliciti. Thessalorum fraudulentiam notat & Euripides in Phœnissis :

Καὶ πῶς τοῖσας ἐτεοκλῆς τὸ θεσσαλῶν  
Εἰ σύγκυε τὸ σάπισμα ὀμιλεῖ χερσὸς. id est,  
At sentiens hoc Eteocles, mox Thessalam  
Adhibuit artem, gentis ob commercium.

Idem alibi :

Φολλοὶ παρῆσαν, ἀλλ' ἄπειροι θεπάλοι. id est,  
Multus quidem aderat, lubrica tamē fide  
Grex Thessalorum.

Idem declarat Demosthenes in Olynthiaca prima : Εἴ τα τὰ τῶν ἑπταλῶν, ταῦτα γὰρ ἄπτα μὲν ἦν δὴ πρὸ φίσει καὶ αἰεὶ πείσιν ἀνθρώποις. id est, Accedūt, inquit, ad hec res Thessalorum, quæ profecto cunctis quoq; mortalibus natura, semperq; infidæ fuerunt. A quibusdam sic refertur hoc adagium : αἰ γὰρ τὰ τῶν θεσσαλῶν ἄπτα. id est, Semper. Per Thessalorum infidæ. Aristophanes orator ab Iasone natum prouerbum existimat, quod is Medæe promissam fidem soluerit, quod quidem illa illi exprobrat apud Ouidiū in Heroidū epistolis. Prouerbii meminit & is, q̃ fragmenta nobis Athenæi tradidit.

*Thessalorum alæ.*

Θεσσαλικῶν πτέρυγες, id est, Alæ Thessalicæ. Prouerbiali ioco quodā dicebatur in vestes manicatas, quas Græci χειροδοτοῦς vocant; quod hoc genere per luxum, ac delicias vtentur Thessali, Apud Maronem hoc amicus

Etus genus tanquam parum virile, Troianis ab hostibus opprobratur.

Et tunice manicas, & habent redimicula mitræ.

Et apud Plautum quidam cultu Punico, velut auis exotica, ridetur propter manicas, aut angulos alarum instar, vtrinque propedentes, atque extantes.

*Thessala mulier.*

Θεσσαλική, id est, Thessalica mulier. In veneficis, malarumque periculis artium dici solitum. Propterea quod ea gens præter cæteras hoc nomine notata est, id quod ex Apuleiano Asino pluribusque scriptoribus aliis satis liquet. Vide Horatius in Odis:

Quæ læga, quit te solvere Thessalis

Magus venenis, quis poterit Deus?

Plautus in Amphitryone venificum appellat Thessalum.

Et Strepsiades apud Aristophanem in Nubibus consulit Socratem, an adhibenda sit Thessala incantatrix, quæ lunam cælo detrahat, quo minus in Neomenia cogatur es alienum reddere. Eam superstitionem Thessalos à Medea profectam existimant, quæ cum illac fugeret, per aerem vecta serineolum veneficis ac magicis herbis plenè deiecerit, eaq; sparsa suppullulasse. Quin & Plinius libri trigessimæ cap. 1. docet, magiã ad Thessalos vsq; propagatam, diu ab ea gente cognomen obtinuisse, adeo vt Menander quoque litterarum subtilitatibus peritus, Thessalam cognominari fabulam, complexam ambages fœminarum detractionum lunam.

*Feras non culpes, quod visari non potest.*

A. GELLIVS scribit Publii Mimi sententias aliquot ad communem sermonem accommodatissimas vulgo circumferri solitas, è quibus hæc vna est, quoniam philosophorù dogmate salubrior: Feras non culpes, quod vitari non potest. Quibus verbis admone-mur, vt mala fatalia, quæ nulla ratione possit neque declinari, neque propelli, saltem animi æquitate leniãtur. Nec aliud, tametsi verbis aliis, docet Euripides in Phœnissis, cum ait:

- Δὴ φέρει τὰ τῶν θεῶν.

Toleranda fata numinum.

Idem in eiusdem tragœdiæ calce:

Τὰς γὰρ ἐκ θεῶν ἀνάγκας θινδὸν ὄντα δ' αἰφίρειν.

id est,

Quippe mortalem necesse est ferre fata numinum:

Homerus Odyssæ lib. 9.

Νοῦσον γ' οὐ πῶς ἐστὶ δῖος μὴ ἀλλ' ἀλλὰ δαί. 1. Nulli fas vitare malù ex Ioue rege profectum.

Huc pertinet & illud scitum Varronis dictum. Vxoris vitium aut tollendum esse aut ferendum. Item adagium, quod suo dicemus loco: Μη πρόσκνιτροί λακτίξεν. id est, Ne contra stimulum calcitres.

*Sursum versus factorum fluminum feruntur fontes.*

PROVERBIALIS allegoria, qua quippiam præpostere fieri significamus legitimasque rerum vices inuerti: quod genus fit si puer senem admoneat, discipulus præceptorẽ docere conetur, seruus imperare dno. Superum est adagium ex Euripidis Medea:

Ἄνω ποταμῶν εἰρῶν χερῶσι παγῶλ.

Καὶ δίκην, καὶ πάντα πόλιν σφίρειται.

Ἀνδράσι μὲν δόλιχα βλάδι, δῖαν δὲ

Οὐκ ἔτι πίστις ἄσπερε.

Quibus verbis chorus indicat, pristinum rerum ordinẽ inuerti: viros iam dolis muliebribus vti neque manere promissis: contra mulieres audere virilia. Vsurpat hanc paræmiam Lucianus in Tersphone, vbi hæc redipere delusus Plutonem incusat, quod ipse iuuenis adhuc morte præceptus esset superstite sene, quem captauerat, idque contra naturalem ordinẽ ἀνω καὶ τὸ ποταμῶν τοῦ τόγῃ, inquit. Rursus idem in Apologia libelli,

περὶ τῶν ἐπὶ μισθῶ σωμάτων. Πολλὴ γυνὴ διαφανηατοῦ κωβίχῃ πρὸς τὸ σύγγραμμα, καὶ τὸ ὄνομα τοῦ ποταμοῦ, χωρῆν, καὶ ἀναστρέφει τὰ πάντα, καὶ παλιωδῶν πρὸς τὸ χεῖρον τοῦτο ἐν εἶν, id est, Longe, inquit, lateque à scriptis tua nunc distidet vita. Iamque illud quod aiunt,

accideret, vt sussum versus incedat flumina cunctaque pariter inuenteretur, atque in deterius recantaretur, Vsurpat & Diogenes Laertius in vita Diogenis Cynici, narrans quæ admodum Diogenes, vbi perinde quasi do minus esset, nõ seruus, hero suo maderet, vt quod erat inuiso faceret: atque ille, puerchio ruidisset, ἀνω ποταμῶν εἰρῶν, Atque si medicus, inquit, egrotus, esses ex te tuo mercatus, vtrum illi monenti pareres, an istum ad modum responderes ἀνω ποταμῶν: Vsurpat & Aristoteles in Meteorologicis. Eodem adlusit Vergilius in Aeneide, cum ait: Amnis & Adriacas retro fugit Aufidus vndas.

Vbi

Vbi Sernius admonet subesse prouerbiū de re neque verisimili, neque consistente. Flacus in Odis sic extulit:

Quis neget arduis

Pronos relabi posse riuos

Montibus: & Tyberim teneri:

Cum tu coemptis vndique nobiles

Libros Panæti, Socraticam & domum,  
Mutareloricis Iberis

Pollicitus meliora, tendis?

Vbi prouerbiū annotauit Porphyrius ion.

Item Ouidius in Heroidum epistolis:

Cū Paris Oenone poterit spitare relicta,

Ad fontē Xanthi versa recurret aqua.

Xante retro prōpera, versāque ne recurrere  
lymphæ,

Sustinet Oenonen deseruisse Paris.

Item Propertius?

Fluminaque ad caput incipiunt reuocare  
liquores.

*Ad felicem inflectere parietem.*

**ARISTOPHANES** in comœdia cui titulus. Ranæ, bellissimum vsurpat adagiū, quod vtiā in litteris dfitaxat extaret, nō etiam in omnium propè mortalium vita:

Ταῦτα μὲν πρὸς ἀνδρῶς ἐστὶ

Νοῦ ἔχοντ' & νοῦ φρένας, καὶ

Πολλὰ πρὸς πλοῦτον &

Μετακλιθεῖν αὐτὸ αἰεὶ

Ἐρὸς τὸν δὲ πρῶτον αὐτοῦ τοῖχον. id est,

Nam viri est prudentis illud,

Atque cordati, catiq;

Multum aquæ cui nauigatum, vt

Semper ad felicius se

Cautus inflectat latus.

Prouerbiū autem ita cōmodius effertur: πρὸς τὸν δὲ πρῶτον αὐτοῦ τοῖχον ἔρπειν. id est, In felicem parietem vergere. Aristophanis interpres translaturū existimat ab his, qui nauī vehuntur: qui si quando nauis alterum latus fluctu deprimatur, protinus in alterū transeunt, quod altius extat ab vndis. Dicetur & in hos, qui cōmodi sui respectu semper ad potētiores, ac fortunatiores amicos applicant sese: ac quemadmodum muscæ ad culinæ nidorem adulant, reuolantq;, ita fortunam potiorem in amicitia, non fidem sequuntur. Aut qui dum est anceps, exitus belli, quietem agunt: porro simul atque iā inclinari fortuna, vt appareat vtra pars sit victoriam reportatura, protinus ad eam

adiunguntur. Hoc animo legitur fuisse Metius il. c. Vergilianus, & Polymnestor, qui victricia arma secutus, magis quàm hospitii fidem, Polydorum obtineat, & auro vti potitur. Huiusmodi genus hominum eleganter notat idem Aristophanes in Pluto. Siquidem hic Cremylus iam diues factus, quæritur sese obtundi huiusmodi saluatoribus, qui aurum olfecerant:

Βαλλ' ἐς κόρακας. ὡς χαλεπὸν εἶσιν οἱ φίλοι

Οἱ φανόμενοι παραχρημα ὅτ' ἂν παρῆν τις δὲ, id est,

Malā in cruce vt res est molesta, vbi illico

Ad res secūdas demum amici prouolant.

Eodem pertinet Euripideū illud ex Medea

Ρένια φεῖ βεπηᾶς τις ἐκποδῶν φίλῳ. id est,

Tenuem, atq; egenū cuncti amici deserūt.

Antiphanes in progonis, citante Athenzo lib. 6.

Μὴ μοι πόντ' ἔλθης ὅτ' ἂν ἐγὼ πρῶτον καλῶς. i.

Ne tū mihi adsis, quando res cedunt male.

Interpres prouerbiū subesse admonet, dici solitum in eos, qui tum amicorum consuetudinem deserunt, cum in periculis versantur.

Cæterum poetam verbis in contrarium versis ad parociam aduulisse, quæ re-  
sle sic ferri consueuerit:

Μὴ μοι πόντ' ἔλθης ὅτ' ἂν ἐγὼ πρῶτον καλῶς. i.

Ne tu mihi adsis, quādo res sunt prosperæ.

Ad hoc facit & illud apud Euripidem in

Oreste:

Τοὺς φίλους

Ἐν τοῖς κακοῖς χερὶ τοῖς φίλοισιν ὠφελῶν.

Οἱ ἂν δι' ὀδύμων δὲ δ' ἰδῶν, τὶ χερὶ φίλων,

Ἀρεῖν γὰρ αὐτὸς ὁ βίος ὠφελῶν ἐέλων. id est,

Inuare amicos rebus afflictiis decet.

Quorsum opus amicis, cum benigna fors

fauet?

Siquidem ipsa per se sufficit Rhamnusia,

Volens secundis adiuuare fauoribus.

Idem poeta propius adhsit ad adagiū in eadem tragœdia, nisi quod sententiam ad

præcones retulit:

Τὸ γὰρ γέιν' τοῖον δ' ἐς' ἐπὶ τὸν δὲ τυχεῖ

Ἐκδῶσ' ἀπὸ κέρκευ. ὅσ' ἐ' αὐτοῖς φίλῳ,

Ὅς ἂν δὴνται πόλι' ἐν τ' ἀρχαῖσιν οὐ. id est,

Nanq; id genus sunt vsque præcones, vti

Felicioꝝ partibus se accommodent,

Amētq; demū hūc, qui sit inter principes,

Reliq; qui temperat habenas publicæ.

Idem in Hereule furente:

Καὶ τῶν καλῶν μὲν ὅς τις ἀπολέων ἐέλων.

Συμπλήν δὲ τοῖς φίλοισιν δυσυχουσί, οὐ. i.

Cui

Cui res secunde, huius nauiganti qui libet  
 Comes ire querit, non item infelicibus.  
 Huc pertinet, quod Aristoteles lib. Moraliũ  
 Eudemiorum 7. prouerbiũ dictum osten-  
 dit, χερόν δ' ἐκινύει τὸν φίλῳ μόνον. id est, Tem-  
 pus indicare quis vere amet. Tempeltas  
 enim arguit amicitiam, ac fucatos illos ami-  
 cos detegit.

*Amico amicus.*

**Q**uod est apud Terentium in Phormio-  
 ne: Solus est homo amico amicus: Dona-  
 tus indicat esse parcemiam, atque ita legi  
 apud Appollodorũ, cuius utique Phormio  
 Græca est: Μόνος ἐπίσκαται φίλῳ τὸν φίλῳ.  
 id est, Solus nouit diligere amicos. Aristo-  
 pha. apud Athenzum.

Ἄλλ' οὐδὲ μέλει  
 Τῶν σκαμμάτων μοι, πᾶν φίλῳ γὰρ ἂν φίλῳ  
 Ἐγὼ οἶσι χερός, οὐ λόγους ἔγω μόνον. id est,  
 - At nil moror dicteria,

Amico amicus cum sem, factis: neque  
 Verbis modo prouesse propositum mihi,  
 Sed re simul, factisq;

Ipsa figura prouerbiũ præ se fert, quæmad-  
 modum in initio demonstrauimus. Quadra-  
 bit in eos, qui nullum officium refugiunt,  
 modo gratiam faciunt amicis. Huic affine  
 videtur illud Euripidis in Medea:

Βαρύων ἐχέροισ καὶ φιλοισιν ὀνυμῶν. id est,  
 Beneuolã amicis, tursus asperã hostibus.

Theocritus in Aita,  
 Ἀλλήλους δ' ἐφίλοσταν ἴσῳ ζυγῶ, ἢ ῥὰ τὸ τ'  
 ἴσταν

Χεῖρσσι πέλαι ἀνδρεις, ἀκ ἀντιφίλοσ δ' φίλο-  
 εἰς. id est,

Par amor ambobus, mortales aurei olim  
 Viuebant, tum cum redamabat amatus  
 amantem.

Aristoteles apud Laertiũ crebro solitus est  
 dicere, ὦ φίλοι, φίλῳ οὐδ' εἰς, significans verã  
 amicitiam interesse inter mortales.

*Muneribus vel dũ capiuntur.*

**Q**uod scripsit Ouidius:  
 Munera crede mihi capiunt hominesq;ue  
 deosq;ue.

Placatur donis Iuppiter ipse datis.  
 Euripides in Medea, vulgi sermone fuisse  
 celebratum ostendit, cum ait:

Ρεῖθεν δ' ὄρα καὶ θεοῖσ λόγῳ.  
 Χερός δ' ἐ κρείσσαν μνησῶν λόγων βροτοῖσ. i.  
 Donis vel ipsos dicuntant scẽci deos.

Certe inter homines, mille dictis lateum  
 Præpollet aurum prorsus ac præponderat.  
 Celebratur & hic versiculus, quem etiam  
 vsurpauit Plato libro tertio Politicæ,  
 Ὁδὲρα θεοῖσ πείθει νῦν αἰδέεισ βασιλιάσ. id est,  
 Cum diuis stectunt venerandos munera  
 reges.

Vnde Seneca philosophi cuiusdam apoph-  
 thegma referens ait: Omnium esse dulcissim-  
 um accipere.

*Manum de tabula.*

**M. T V L L I V S** in epistola quadã: Heus  
 tu manum de tabula. Magister adest citius,  
 quã putaramus. Videtur autem hac pro-  
 uerbiali figura, manũ de tabula admonuisse  
 vt desisteret a scribendis dictionibus. Adlusum  
 aut apparet ad Appellis nobilissimi pictoris  
 dictum: qui cum Protogenis opus immẽsi  
 laboris, ac curæ supra modum anxie mira-  
 retur, ait omnia sibi cum illo paria esse, aut  
 illi meliora, sed vno se præstare, quod manũ  
 ille de tabula nefeciret tollere, memorabili  
 præcepto, nocere sæpe nimiam diligentiam.  
 Hęc Plinius libro 35. cap. 10. Proinde si  
 quando admonebimus, vt recedat aliquis  
 ab opere negotiove, quod in manibus habet,  
 iubebimus illum manum de tabula tollere.  
 Peculiariter autem conueniet in quos-  
 dam scriptores plus satis accuratos, & moro  
 sæ cuiusdam diligentie, qui sine fine pre-  
 munt suas lucubrationes, semper aliquid  
 addentes, adimicantes, immutant.

*Emerere malo, quã rogare.*

**M. T V L L I V S** in Verrinis actionibus ada-  
 gii vice citat, Emerere malo, quã rogare. Quo  
 significatum est, haud quaquam gratis acci-  
 pi, quod precibus emitur, imò nihil emi ca-  
 rius, quã quod roganti datur. Durum  
 etiam illud verbũ ingenuis animis Rogo,  
 nec inter amicos vniquam expectandum,  
 auctore Seneca. Translatum a veterum con-  
 suetudine, qua vicinus a vicino supellec-  
 tum commodato rogabat, quam ipse fortẽ  
 domi non habebat. Hunc autem morem  
 antiquitus fuisse ex Plauti tum Aulularia,  
 tum Rudentibus licet cognoscere. L. Apu-  
 leius in Floridis: Neque enim leni merce-  
 de emit qui precatur: aut paruum precii  
 accipit qui rogatur, adeo vt omnia vt cilia  
 emere potius velis, quã rogare: idem in-  
 nuit, obscurius quidem, sed eleganter Græ-  
 cis

eis celebratum prouerbum, quod alio red-  
demus loco, *ὄχι τῷ πλοσίου ἔχειν, ἐπὶ πλοσίου*  
*ἢ τῷ χυρῆει.* id est, Precare vicino vt habeat,  
magis autem olle. Significat autē, optandū  
quidē, vt vicinum habeas locupletem, à quo  
quæas vtendum sumere, quod ipse domi nō  
habet, verum multo fatius esse, te ipsum do-  
mi possidere, quicquid postulat vitæ vsus.

*Manum non verterim. Digitum  
non porrexerim.*

PROVERBIALIS hyperbole, Manum  
non verterim, pro eo quod est, nihil omni-  
no laboro, aut mea nihil refert. Nihil enim  
facilius quàm manum vertere. Extat præter  
alios apud Apuleium in Apologia magis:  
Quid de me, inquit, Mezentius sentiat, ma-  
num non verterim. Item Cicero libro quinti  
ro De sinibus; Ne manum quidem versuros  
fuisse. Idem eius operis libro 3. Chrysippus  
quidem & Diogenes detracta utilitate, ne di-  
gitum quidem eius causa porrigendum es-  
se dicebant, quibus ego vehementer assen-  
tior. Agit illi de gloria siue bona fama; quæ  
sit omnino contemnenda, si nihil adferat  
utilitatis, iuxta illud est Satyra:

Gloria, quantumlibet, quid erit, si gloria tan-  
tum est?

De pollice verso diximus alibi. Quintilia-  
nus lib. 11. scribit, manuum gestus tantum  
habere momenti in pronūciatione, vt pro-  
pmodum velut altera lingua pro omnibus  
verbis loquatur. Sed admirationi proprie  
conuenit ille gestus, quo manus modice su-  
pinata, ac per singulos à minimo collecta di-  
gitō, redeunte flexu simul explicatur atque  
conuertitur. Interrogationi congruit ille,  
cum vertimus manum, vtcunque composi-  
ta est. *Quin* & hodie manum erectam inuer-  
timus, quoties discrimen minimum signifi-  
camus. In sermone, quem modo citaui-  
mus ex Quintiliano, quod est pro omni-  
bus verbis, putamus rectius legi, pro omni-  
bus membris, vt intelligas, quicquid cetera-  
rum corporis partium gestu significari po-  
test, id solam præstare manum. Apud Plu-  
tarchum in vita Timoleontis quidam mis-  
sus ad Andromachum, post multa inhumani-  
ter ac barbarice dicta, manum denique  
porrexit, ac modo supinam, mox pronam  
ostendit, minitans hoc gestu se subuersurū  
illorum ciuitatem. At Andromachus ridēs  
nisi quod manu similiter supinata, ac mox

versa, iussit illum quàm primum abire, nisi  
vellet talem reddi nauem ipsius.

*Semper Leontini iuxta pocula.*

*Ἀεὶ λείπτοι πῶς τῶν κρατῆρας;* id est, Semper  
Leontini iuxta crateres. In voluptarios qua-  
drabit, aut tui eos qui semper iisdem studiis  
sunt addicti. Leontini Siciliæ populi sunt  
quos vbi Phalaris expugnasset, ne quando  
rebellionem pararent, ademptis armis ad cō-  
potationes & voluptates reiecit: atque hinc  
natū adagiū, quod refertur à Diogeniano.

*Cestrens ieiunans.*

*Κεστρεὺς νηστῆς;* id est, Cestrens ieiunans. De fa-  
melicis & voracibus dici conuenit. Vnde &  
qui fame oscitat. *κεστῆς* dicitur, & *κεστῆων*,  
quod cōiucium olim in Atheniensis iactū  
trādīt Helychius. Alii malūt referre ad eos,  
qui vitam innocuam agunt, & ab aliorum  
iniuriis abstinent, nec vllam emolumentū  
ex sua inihōentia ferunt. Et enim Cestrens  
piscis generis quoddam, quod reliquis mū-  
tua deuoratioe victitatibus, vnum ab aliō-  
rum carnibus abstinet, ideoq; nōn capitur  
esca, sed in liminē abdit sese, atq; ibi perdu-  
rat, & vt arbitrantur nonnulli, limo pascit-  
tur. Quin capstus etiam non alitur escis, aut  
vllō animante, cū sit acutis dentibus. Quin  
ipse impune deuoratur à lupo, atque ob id  
quia non sit edax; parum est esculentus. In  
metu vero caput occultat, arbitrans totum  
corpus iam esse tutum. Vnde & Aristopha-  
nes apud Athenzum:

*Ἀφ' ἑδῶν ἀνδρῶν κεστῆων ἀνομία;* id est,  
Num intus virorum Cestrem colonia?  
Ad ludic ad Cestrinam Chæoniz partem.

Et apud eundem Diphilus:

*Κεστῆς ἄνθρωπος εἶνα νηστῆς ἀνεστῆς.* id est,  
Cestrens futurus ob inēdiatū grauissimā.  
Rursum libro septimo refert ex Anaxādræ:  
*Τὰ μάλλα ἀδελφῶν περὶ πείρας;* *κεστῆς ἐστὶ  
νήστῆς.* id est,

In cenis obābulat fere, ieiunus ille mugil.  
Referunt adagiū à Zenodoto, Diogenia-  
no, Suidā, Athenæo libro Dipnosophista-  
rum septimo, qui quidem præter alia com-  
plura & illud adscribit, piscem à nonnullis  
appellari ploten, & à congruo deuorari, vt  
congruum ipsū à moræna. Theodorus Ga-  
za mugilem vertit.

*Vbi amici, ibi opes.*

PLAVTVS in Truculento: Verum est ver-  
bum

bum quod memoratur: vbi amici, ibidem opes. Citatur & à Fabio prouerbii vice, lib. Orator. institut. 5. Sensus est, potiores esse amicos, quàm pecuniam, & ad vitæ præfidiū plus habere momēti amicos citra pecuniā, quàm absq; amicis opes. Vnde & apud Scythas, auctore Luciano Is habebatur ditissimus, qui certissimos, & optimos amicos possideret. Verum si quis ad huius seculi more respiciat, adagium inuertendum existimabit: vbi opes, ibi amici. Quando quidem.

Vulgus amicitias vtilitate probat. Et: Illud amicitiz quondā venerabile nomen Prostat, & in quæstu pro meretrice sedet.

*Terra volat.*

Ἡ γῆ ἵπταται, id est, Terra volat. De re vehementer absona, quæque nullo pacto fieri queat. Suidas hoc adfert exemplum τοῦ ἁδωκῆτος. Iulianus in epistola quadam prouerbii nomine refert, mutato verbo, κόνφι ἢ γῆ, καθάπερ ὁ λῆξ, id est, leuis terra, quem admodum dicitur. Adagium hoc ad illorū affinitatem pertinet quæ retulimus alibi, ζῆς ἄπαις, id est, Iupiter orbis. Et, Nil intra est oleā, nil extra est in nucē duri.

*Ilias malorum.*

Ἰλιάς κακῶν, id est, Ilias malorum. De calamitatibus maximis simul & plurimis. Propterea quod in Iliade Homericæ nullum mali genus non recēsetur. Vnde ex hac docti putant tragicædiarum argumenta fuisse sumpta, sicut ex Odyssæa comædiarum. Est autem opus verbosum, viginti quatuor voluminibus vix absolutum. Vnde & quamuis orationem plus satis prolixam, Iliade longiorem vocant, vt Aeschines aduersus Demosthenē, ταῦτα δὲ εἰπὼν εἰδῶσιν ἀναγνώσασθαι ψήφισμα τῶν γραμματέων, μακρότερον μὲν τῆς Ἰλιάδος, κενώτερον δὲ τῶν λόγων οὗς εἴωθε λέγειν. id est, His dictis decretum scribæ legendum tradit, prolixius quidem Iliade, vanius autem verbis iis quæ dicere conueniunt. Eustachius inuertit adagionem ad, hunc modū, καὶ προσωμία μίντοι κακῶν ἰλιάδα φησιν, αὐτὴ δὲ κελού πικρὸς ἰλιάς. i. Iliadem malorum prouerbium ait, at hæc omnium bonorū Ilias. Synesius in epistola quadam ad fratrem: καὶ ὅλας κακῶν ἂν ἰλιάς περιέσθην τῷ πόλει ἡμῶν. i. In summa, malorum Ilias circumscribitur.

bem nostram. Plutarchus in præceptis coniugalibus: ὁ δὲ ἐκείνων ἰλιάδα κακῶν ἔλλησι καὶ βαρβάρους ἐποίησεν, id est, At illorum nuptiz Iliada malorum Græcis ac Barbaris inuexerunt. Loquitur enim de coniugio Parisidis & Helenæ, quod inestimabilem malorum fuit causa. Vtitur & M. Tullius in epistolis ad Atticum: Tanta malorum inuendit Ilias.

*Lerna malorum.*

Λέρνη κακῶν, id est, Lerna malorum, de malis item plurimis simul in vnum congestis & accumulatis. Paræmiam Strabo commemorat, libro Geographiz octauo scribens, Lerna lacum fuisse quempiam, Argiuorum ac Mycenæzorum agro communem, in quē cum passim ab omnibus purgamenta deportarentur, vulgo natum prouerbii, Λέρνη κακῶν, id est, Lerna malorum. In hoc loco poetæ fingunt hydram septem capitum constituisse, quam Hercules igni Græco cōfecerit. Eam autē hydram Hesiodus, scribit ex echidna & Typhaone prognatā, alitā à Iunone: nimirum in odiū Herculis. Zenodotus ait, locum quempiam fuisse in Argolica, in quem cum omne fordii genus promiscue coniecerent, fœtidas inde ac pestilentes nebulas solitas exhalari. Quamquam rectius autumat, vt adagium ad Danaidum fabulam referatur. Nam serunt Danaū quin quaginta iuuenes, Aegypti filios, quibus totidem filias suas collocarat, omnes eadem nocte trucidasse, atque horum capita in eū locum fuisse congesta. Hinc ortum esse prouerbium. Neque vero negat fieri potuisse, vt contumeliaz causa in eundem locum in quo capita composuerat, iusserit & purgamenta comportari. Itaque quoties hominem significamus vehementer infamem, atque omni turpitudinis genere contaminatum, aut cœtum hominum pestilentium, quasiq; sentinam & colluuiem facinorosorum, recte dicemus, Λέρνη κακῶν, id est, Lerna malorum. Apud Helychium Cratinus comicus theatrū quod ex varia mixtaq; hominum colluue constaret, Λέρνη θεῶν τῶν ἀπαιτῶν appellauit.

*Thesaurus malorum.*

Θησαυρὸς κακῶν, id est, Malorum thesaurus. Ad eundem modum inuenitur cum alibi, tum apud Euripidem in Ione:



Οἱ μοι, μέγας ἐπισκευρὸς ὡς ἀνοίγηται  
Κακῶν. id est,

Me miserā ut ingens pāditur thesaurus, ac  
Penus malorum.

Extat inter Græcicas sententias huiusmo-  
di senarius :

Θησαυρὸς ἐστὶ τῶν κακῶν κακῆς μὴν. id est,

Thesaurus est mulier malorū, si mala est.

Vsurpauit adagium Plautus in Mercatore:  
Tu quidem thesaurū huc appropiasti mali.

*Aceruus bonorum.*

Ἀγαθῶν σωρὸς, id est, Bonorum aceruus. De  
opibus ingentibus. Vnde & frequēter extru-  
ctas dapes extructas opes, & cumularas opes  
pro copiosis legimus, tanquā aceruatim cō-  
gestas, neq; pondere, neq; numero, sed ipso  
cumulo infusas. Aristophanes in Plauto:

Ἡμῖν γὰρ ἄγαθῶν σωρὸς εἰς τὴν οἰκίαν

Ἐπιπέπεσται, οὐδὲν ἠδ' ἰκνέσται. id est,

Nobis bonorum aceruus influit in domū  
Sine fraude, nemini patrata iniuria.

Idem in eadem fabula.

Ὡς ὄρατ' ἀ συλλέβδην ἅπαντα σοι φέρω. i.

Vt agminatim cuncta tibi seruo bona.

Rursum in eadem fabula per iocum in ma-  
lam partem flexit:

Δηλοῖς γὰρ αὐτῶν σωρὸν ἕκαστου ἐχόν-  
τα. id est,

Venisse narras, qui ferat pecuniarū aceruū.  
Verba chori senilis, cui Carion seruus iocās  
ita responderet:

Γρησβυτικῶν μὲν ἂν κακῶν ἐγὰρ ἔχοντα  
σωρὸν. id est,

Imō senilium ferat qui ad vos malorum  
aceruum.

Adlusit autem ad senectutem illorum iam  
capulo vicinam. Nam σωρὸς per ομικρὸν tu-  
mulum significat. sepulchralem, σωρὸς per  
ὦ μέγα cumulum atque aceruum. Proinde  
consentaneum est, seruum eius vocis sylla-  
bam data opera perperā pronunciaffe. Hæc  
atque id genus alia tum fiunt venustiora,  
quemadmodum iam sæpius admonuimus,  
si paullo λόγις à simplici sensu detorqueā-  
tur. Veluti si quis dicat, in aliis oratoribus  
alias atq; alias eminere dicendi virtutes, in  
M. Tullio vno τῶν πάντων ἄγαθῶν σωρῶν εἶ-  
ναι, id est, Omnium bonorum aceruum ef-  
se. Respiunt huius adagii naturam illa Ci-  
ceronis familiaria, Cumulare officii, Cu-  
mulatissime satisfacere, Cumulus meri-  
torum.

*Bonorum myrmecia.*

Ἀγαθῶν μυρμηκία, id est, Bonorum myrmecia,  
de immensis opibus. Nam Myrmecia Gre-  
cæ significat cauernam, aut agmen formica-  
rum. Quanquam ab illis formicis sumptū  
videri potest, de quibus meminit Plinius li-  
bro vndecimo, capite tricesimo primo: quas  
ait esse colore felium magnitudine luporū  
Aegypti. Eas in septentrionali Indorum,  
qui Dardæ vocentur, regione aurum è ca-  
uernis egerere. Etutum hyberno tempore;  
Indi surantur æstiuo seruere, conditis pro-  
pter vaporem intra cuniculos formicis: que  
tamen odore sollicitatæ prouolant neq; ta-  
ro lacerant, quamuis præuolocibus camelis  
fugiētes. Atq; huc videtur respexisse diuus  
Basilius, cum scribit ad nepotēs, quicquid  
vltra necessitatem vsus superesset, siue id ef-  
set Lydia gleba, siue formicarum aurifera-  
rum opus, hoc magis esse contemnendum,  
quo minus esset co. opus, Quamquam nihil  
prohibet, quo minus ad nostras formicas  
referatur, non solum propter innumerabi-  
lem ægminum multitudinem, verum etiam  
propter genuinam quandam animantis in  
accumulando penore industriam, ore tra-  
hentis quodcunque potest, atque addentis  
aceruo, quemadmodū scripsit Flaccus. Qua  
quidem ex re factum opinamur, ut antiqui-  
tus formicarum cætus opulentiam porten-  
derit. Quemadmodum testatur Cicero li-  
bro de Diuinatione primo: Midæ, inquit,  
illi Phrygio cum puer esset, dormienti for-  
micæ in os tritici grana congesserunt. Dicit  
simum fore prædictum est. Quod euenit.  
Huc adlusit Theocritus in Eucomio Pro-  
lemæi,

Μυμᾶκων ἄτε πλοῦτος αἰ κεχρηται μογεῶν  
των. id est,

Nec secus, ac formicarum semper propo-  
rantium

Diuitiæ sunt extructæ. Idē in Syracusanis,

Μυρμηκίαι ἀνὴρ θμοὶ καὶ ἀμειψοί. id est,

Formicæ numeroq; modoq; carentes.

turbam hominum strequentem significans.

Huic asine generi est quod Platō libro De

repub. nono, τῶν ἰσοδῶν ἀμειψοῖς dixit. i. vo-

luptatum examen: & Socrates apud Plutar-

chum Cheronensem, ἀρετῶν σμῦνος, id est, vir-

tutum examen, pro turba numeroq; im-

menso. Porro locus quem adducit Plutar-

chus, est in Memnone Platonis. Confine est

his

his quod idem adducit in Cratulo, *συνωσ σοφίας*, id est examen eruditionis. Itē quod apud Athenzum libro octauo, Alexis scripsit in Pamphila,

*Φαρέθια τῶν Τραπίλων, εἶτα παραφίτων*

*Αγθῶν ἀμάρξας.* id est,

Apposita mensa est, plaustra deinceps intulit Bonorum.

*Dathus bonorum.*

*Δάθῳ ἀγαθῶν*, id est Dathus bonorum, in eandem sententiam dici consuevit. Est autem Dathus Thassiorum colonia iuxta Strymonem, cū alioquin opulenta hac florens, tū quod habet etiā auri venas, vt hinc in prouerbium abierit, *Δάθῳ ἀγαθῶν*, id est, Dathus bonorum, de conserua rerum opulentia. Prouerbii præter alios meminit Suidas, apud quem legimus *δαθῶς* non *δᾶθῳ*.

*Thassus bonorum.*

*Θάσσω ἀγαθῶν*, id est, Thassus bonorum. Similiter natum adagium, nempe à loci fertilitate. Nam Thassus insula est iuxta Thraciam. Zenodocus huiusmodi quandā fabulam refert: Callistratus orator demigrans Athenis, persuadere conatus est Atheniensibus, vt regionem quæ ex aduerso erat incolerent, multa splendida de eius seracitate iactitans, & quod auri venas haberet, & glebam optimā. Deniq; in summa, inquit, Thassus bonorum est. hinc in vulgi sermone abiisse, *θάσσω ἀγαθῶν*, id est, Thassus bonorum, de iis qui splendida pollicentur.

*Hosium munera non munera.*

PRISCORVM supersticio credidit, obseruanda vel maxime munera, a quibus quouano mitteretur. Propterea quod quæ darentur ab iis, qui nobis male cuperent, exitio plerumque fuisse constaret. Ita vt sicut pyxis illa fallax, per Pandoram à Ioue Prometheo missa. Quemadmodum fuit & vestis, qua Medea nouā nuptiā Iasonis donauit. Rursus vestis illa, quā Deianira misit Herculi. Prouerbiorū interpretēs existimant hanc parœmiam ex historia natam, quæ refertur apud Homerum Iliados libro septimo. Narrat autem Hectorem & Aiace inimitia, dona inter sese permutasse, atq; Hectorem Aiace donasse gladium Aiace Hectori dedisse balthem: deinde pariter ambobus suum munus exitio fuisse. Siqui de Aiace victus ab Ulyssē, cognitisq; iis quæ

per insaniam tum dixerat, tum fecerat, eodem gladio sibi necem consciiuit. Item Hector per occasionem balthei occisus est ab Achille iuxta muros Troianorum. Adagium refertur apud Sophoclem in Aiace Maltigo phoro, sed ita refertur, vt non ab Aiace natum, sed tanquam vetus iam tum ab eo videatur vsurpari. Siquidem is posteaquam morti decreuisset, execratur eum gladium, quondam ab inimicissimo dono acceperat, eumq; sibi fuisse inauspicatissimum ait, neque quicquā omnino postea feliciter apud Argiuos successisse. Deinde suspicionē hanc vulgato dicto confirmans ait,

*Ἄλλ' ἐς ἄλυθις ἢ βροσίων παρομίας,*

*Ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα, κούη δὴνισμα.* id est,

Quin verum id est mortalium prouerbium,

Non esse dona, dona quæ veniant tibi

Ab hoste, verum in auspiciata ac noxia.

Hac de refertur epigramma Græcum huiusmodi,

*Ἐκτωρ ἀντιτίξισθ' ὄπισθεν, ἔκτορι δ' εἶας*

*Ζωστήρ, ἀμφότερων ἡχέεις εἰς θάνατον.*

Aiace datus ensis ab Hectore, balthem Aiace

Hectori, utriusque suum domū erat exitio.

Rursum ex alio quodam epigrammate,

*Οὐτ' ἐξ ἐχθρῶν αὐτοκτόνα πέμπειτο δῶρον*

*Ἐν χέριτ' ὑπορπείσει μῦθον ἔχοντα μᾶλλον.*

Atq; ita ab hoste hosti veniūt letalia dona,

Quæ studii specie fata necemq; ferunt.

Huc spectat & illud quod apud Euripidem

Medea recusans Iasonis xenia, tanquā perniciem allatura :

*Κακοῦ γὰρ αἰδέρος, ἰνῆτ', δῶρ' ὄνησιν οὐκ ἔχει. i.*

Lædit, iuuat nil improbi munus viri.

Seruius ostēdit & Vergilium huc adfuisse,

cum ait in Aeneidos libro quarto,

Ensequēte recludit.

Dardanii, nō hos quæ sitū munus in vsus.

De gladio loquitur ab Aenea relicto, quo

Dido sese confodit, quem Aencam hostem,

& impium eadem vocat.

Huc referendū prouerbialis ille senarius,

*Λίγον παρ' ἐχθρῶν μί ποτ' ἡγήσῃ φίλον.* id est,

Ab hoste dicta ne vnquam amica duxeris.

Et alter huic similis,

*Ἐχθρῶν ἀπιστῶν μί ποτ' ἄν πάθοι; βλάβην. i.*

Diffisus hosti, nil ferēs vnquam mali.

Prouerbium accommodari poterit etiam

ad illos, qui pauperes munusculis quibus-

dam captant diuites, ad eum modum libe-

ralitatem illorum velut elicientes. Neque

enim.

enim hoc est dare munus, sed flagitare. Vnde Plutarchus in commentariolo, τῷ ἐν Εἰ τοῦ ἐν διαλογοῖς, probat, quod Diczarchus Ar- chelao dictum ab Euripide putat,

Οὐ βούλομαι πλῆστον τι δωρεῶν πένης,  
Μὴ μ' ἀφρονα κρίνης, ἢν δίδους: αὐτὴν δοκῶ. i.  
Donare pauper diuiti velim nihil,  
Ne stultus habear scilicet, si muneris  
Titulo atq; specie dona videar poscere.

Quadrabit & in eos qui per artes magicas dæmonum vtuntur obsequiis. Nam ea de- mum exeunt in perniciem ventium: & in hæredipetas: postremo, qui quouis officio captant, non ex animo, sed aliud spectantes. Itaque mutatione voculæ nonabitur parca- mia: nempe hoc pacto, Κολάκων ἀδωρα δῶρα, & πνίτων ἀδωρα δῶρα. Denique ποικίλων ἀδωρα δῶρα, quæadmodum admonuimus in operis initio.

*Diximus sum, non Oedipus.*

**O E D I P U S** ingenium scite proponendis, si- mul & dissoluendis zngnigmatum scyris no- bilitatum est, propter dissoluta Sphingis problemata, adeo vt in prouerbium abierit eius nominis appellatio. Velut apud Te- rentium in Andria, seruus dissimulans in- telligere quod herus dixerat, Dauus, inquit, sum, non Oedipus. Id quod commutato no- mine potest ad quemlibet accommodari: Pau- lus sum, non Oedipus: Antonius sum, non Oedipus. Quin ipsa per se figura prouer- bialis est, potestque ad eundem modum sin- gi ex quauis vel persona, vel re vulgo nobi- litata. Vt qui possim hæc omnia meminif- set Petrus sum, non Lucullus. Qui possim tantis sufficere laboribus? Nicolaus sum, non Hercules. Qui potero rem tam duram persuadere: Ricardus sum, non Cicero. Sed Terentiano dicto simile est illud Euripidis in Hippolyto coronam gestante,  
Οὐ μάρτις εἰμὴ ταφάνη γνάνα σαφῶς. id est,  
Non sum augur, abdita scire vti queam palam.

Idem in Hecuba,

Οὗτοι πέφυκα μάρτις, ὡς τε μὴ κλύων

Εἰσορῶσι μὴ σῶν δὲ δὴν βραδυμάτων.

Diuinus haud sum, nec nisi audierio, quæā Viam tuorum nosse cogitatum.

Ergo torqueri poterit in eos, qui de indu- stria loquuntur obscurius, & ἀνιγμῆτικῶς: aut in hos qui vel ob imperitiam, vel super- stitiosam incognitarum vocum affectatio-

nem, stylum obscurant, ac vate magis egent quàm lectore. Cuiusmodi fuisse Heraclitū tum Plato locis aliquot, tum Aristoteles Rhe- toricæ artis lib. 3. testatur, additque eam ho- minis obscuritatem ex accipiti verborum compositione fuisse profectam, cum incertum esset, vtrò verbum aliquod esset referen- dum, ad superiorane, an ad sequentia. Proin de ad huius intelligendos libros Socrates Delio quopiam natatore opus esse dixit. Ad quod adludens Martialis, ita iocatur in Sex- tum obscuritatis affectatorem.

Nō lectore tuis op' est, sed Apollinelibris,

Iudice te maior Cinna Marone fuit.

Eundem Heraclitum cum suo vitio, Iou- niano diuus opprobrat Hieronymus. Quā quam Laertius scribit eum philosophum, si quando libeat, oratione luculentissima vti, vt appareat ex industria affectatam ob- scuritatem, adeo vt discipulis etiam solitus sit præcipere σκοτίσθων, id est, obscura.

*Finem vixæ spectata.*

**E X T A T** apud Herodotum historia longe notissima, quemadmodum Solon Creso re- sponderit, nemini competere nomen beatis nisi qui feliciter vitæ cursum peregisset. Quod referens Iuuenalis:

Quem vox, inquit, sacunda Solonis

Respicere extremæ iussit spatia vltima vitæ.  
Hanc sententiam copiosius extulit Sopho- cles in Oedipus tyranno:

Ὡς τε διττὸν οὐτ', ἐκείνη τὴν τελευτάειαν ἰδέειν  
Ἡέριον εἰπιπλοποῦντα μὴδὲν ὀλιβίζων, πῶν ἂν  
Τέρμα τοῦ βίαι περὶ ἀπὴ μὴδὲν ἀλγυνὸν πα-  
εῶν. id est,

Itaq; mortali supremus ille fatorum dies  
Vix; respiciendus, vt ne quæ beatū iudicet,  
Quin mali nihil vnuerlum passus æuum  
exegerit.

Eadem paullo diuersius idem extulit in Trachiniis,

Λόγῳ μὲν ἔς ἀρχαῖον ἀνθρώπων φανείς,

Ὡς οὐκ ἂν αἰὼν ἐκμάθει βροτῶν, πρὶν ἂν

Θάνοι τις, ὡπ' εἰ χρεῖς ἴσῃ, οὐτ' εἴτ' ἀκακὸς id est,

Vetus inter homines extat hoc prouerbium,

Haud posse quequā quempiā cognoscere;

Bonus an malus sit, antequam fatalibus

Defunctus annis, vltimum obierit diem.

Consimiliter Euripides in Andromache,

Χρῆδ' οὐ παρ' εἰπεν οὐδὲν ὀλιβιον βροτῶν

Φρὶν ἂν ἐπιόντῳ τὴν τελευτάειαν ἰδέης. id est,

Ne quempiam pronuncius mortalium

Vnquam

Vnquam beatum, citius, atque mortuo  
Illo, supremum videris vitæ diem.

Idem in Troadibus.

- Τῶν δ' ὀδ' αὐμῶν

Μοδ' ἐνα νομίζεις' ὀτυχεῖν πρὶν ἂν θάνη. id est,  
Ne quempiã horũ, quos benignis fatibus  
Fortuna prouehit, beatum enuncies

Prius atque vita excesserit feliciter.

Eadem repetit aliis verbis in Heraclidis :

- Τῆ δὲ νῦν τύχη

Βροτῶν ἅπασι λαμπρὰ κερύσσει μαθῆν,  
Τὸν ὀτυχεῖν δοκῶντα μὴ χυλοῦ, πρὶν ἂν  
Θῶντο' ἰδῆται, ὡς ἐφ' ἄλλοι τύχαι. id est,

- Cæterum hoc rerum statu

Mortalibus denunciatur palam omnibus,

Docetis, ne qui prosperis successibus

Vti videtur, hunc beatum existiment

Prius, atque demigrasse vita viderint.

Vtque adeo sunt mutabiles rerum vices.

Ouidius in Trãnsformationibus sic extulit:

- Sed felicet vltima semper

Expectanda dies homini est: diciq; beatus

Ante obitum nemo supremãq; funera dẽt.

Quin hodieq; passim omnibus est in ore,  
Ab exitu rem spectandam esse.

*Posterioribus melioribus.*

INTER Græcicas paræmiã refert, ὀδυτέ-  
ροι ἀμεινόνων, id est, Alterius melioribus.  
Quo significabant ea, quæ prima experien-  
tia parum bene successerant, secunda non-  
nunquam commodius euenire, & prioris  
consilii erratum, posteriore consilio corri-  
gi. Quod quidem nonnulli putant à lacris  
ortum, in quibus si prima victima non fuit  
secta, iterabant sacrum, meliora spe-  
rãtes, id quod satis indicat leno Plautinus,  
qui sepius Veneri cesa victima litare non  
poterat. Plato lib. De legibus 4. videtur ad  
talorum iactum, aut lusum consimilem re-  
ferre. Propterea quod non raro fit, vt cui lu-  
sus incommode ceciderit, is de integro no-  
uari ludum atque iterari postulet, sperans  
fore vt iam felicius ludat. Ait enim, Πάλιν  
ὄν οἶον φασι οἰπάζοντες, ἀμεινόνων ἐξ ἀρχῆς  
ὀδυτέρον ἐπαυκπολύσωμεν. id est, Rursum  
igitur, quemadmodum ludentes dicere con-  
sueuerit, secundis de uuo melioribus repe-  
tamus. Quamquam & hoc loco πάζοντες re-  
ferti potest non ad lusum aliter, sed iocũ  
magis prouerbialem. Sed in precepto  
priori Tullius ad stipulatur, qui secũdo De  
diuinatione libro sic ait: Quæ est autem in-

constantia deorum, vt primis minentur ex-  
tis, bene promittant secundis? Idem in Phi-  
lippicis oratione duodecima: Posteriores  
enim cogitationes, vt aiunt, sapientiores  
esse solent. Idem ad Quintum fratrem: Ego  
vero nullas ὀδυτέρας φροντίδας, habere pos-  
sum in Cæsaris rebus, hoc est, nullum ido-  
neum reperio consilium, quo superioribus  
malis possim mederi. Huc respexit & Da-  
uus ille Terentianus, cum ait:

Hac non successit, alia aggrediamur via.

Quin eodem adluisse videtur & Aristote-  
les primo τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ libro, cum ait:  
Δὲ δὲ εἰς τοῦναντίον καὶ τὸ ἄμεινον, κατὰ τῶν  
περὶ μίαν, ἀποτελεῖται. Loquitur de his  
qui causarum naturalium admiratione pro-  
uocati accedunt ad philosophadum. Quos  
causis cognitis vult iam desinere mirari, &  
ad meliora conuerti. Porro prouerbium vi-  
deri potest ex Euripidis ortum tragædia, cui  
titulus: Hippolytus coronatus,

- Κἀν βροτῶν

Αἰ δ' ὀδυτέρας φροντίδας τοφώτερον. id est,

Siquidem solet mortalibus prudentior

Posterior esse aliquando cogitatio.

Vber sunt nutricis ad Phædrã quasi re-  
cantantis, ac palinodiam canentis superio-  
ris orationis, postea quã videt eam de moriẽ  
do cogitare. Respexit huc & in Supplicib' :

Α'λλ' ἐν δόμοις μὴ ἴν τι μὴ καλῶς ἔχη,

Γνώμαισιν ὄστε ρασιον ἐξερθούμεθα,

Αἰὼνα δ' οὐκ ἔξειν. id est,

In ædibus si quid parum recte est, licet

Corrigere posterioribus sententiis,

At non item zeum.

Inde & metanœa dicta Græcis, φ posterior  
cogitatio perspicit aliter agendum fuisse.

*Actum est.*

PROVERBIALITER his verbis etiam  
hodie desperationem significamus, Actum  
est. Græci πέπρακται. Euripides in Hippo-  
lyto coronato:

Φῦ φῦ πέπρακται, βασιλεῖς οὐκ εἴ' ἐστὶ δ' ἡ. i.

Eliecu peracta res, hera occidit palam.

Terentius in Eunucho: Actum est, ilicet, pe-

risti. Donatus existimat, actum est, sumptũ

à iure, ilicet à iudicio, peristi à supplicio.

Nam hæc tria pariter verba, incremento

quodam indicant desperationem. Quoniã

autem fas non erat rescindere iudicium sen-

tentiam, & eadem de re bis iudicium adi-

piscier, vt ait Terentius, vulgo receptum

G est,

est, ut de negociis desperatis actum esse diceretur. Etiam si postea repertum est, ut qui- dam per iudicem in integrum restituerentur. Aut certe ideo dictum est, actum est quicquid peractum est, hoc iam infectum esse non potest, iuxta proverbiales sententias, quæ testantur, ne Deo quidem permis- sum esse, ut quod factum sit, efficiat infectum. Plautus: Nisi quid rei præsidium apparatus, acta hæc res est. Certum est moriri. Dicimus autem vel absolute, actum est, vel cum adiectione quæpiam huiusmodi: Actum est de Repub. Actum est de tuis omnibus. Actum est de rebus humanis. Actum est de tua salute, ni vigilas.

*Fumos vendere.*

**N** I M I S quàm elegans adagium extat apud Martialem: Fumos vendere, pro eo quod est, principum benevolentiam, simulato commendationis officio, per occasione familiaritatis, precio vendere. Nam fumus initio quidem magnū quiddam esse videtur, verum evanescit illico. Martialis carmen hoc est:

Vendere nec vanos circum palatia fumos,  
Plaudere nec Cano, plaudere nec Glaphyro.  
Vnde & præstigiosam rerum magnarum  
spem, atque ostentationem, fumum ac ne-  
bulas vocamus. Divus Hieronymus contra  
Rufinum: De tanta laborum sylva vnum  
furculum ac fruticem proferre non potes.  
Hi sunt veri fumi, hæc nebulæ. Nam Rufi-  
nus opprobrarat Hieronymo, quod poeta-  
rum litteras quasi fumos obiceret virgini-  
bus non intellecturis. At Hieronymus pro-  
uerbii telum imperite tortum, in eum re-  
torquet doctius, indicans eo verbo non ob-  
scuritatem, sed inanem ac falsam ostenta-  
tionem significari. Plutarchus De deo So-  
cratis: τὴν δὲ τῶν αἰσθητικῶν καπνὸν φιλοσο-  
φίας εἰς τοὺς σοφιστὰς ἀποσκιδῶσας. id est, Fa-  
ctum autem cum fumum quendam philo-  
sophiæ in sophistas dispersit. Porro genus  
hoc hominum, maximam aularum rega-  
lium pestem. Hælius Lampridius eleganter ac  
luculenter exponit in imperatoris Helioga-  
bali vita. Eius verba libuit subscribere: Zoti-  
cus, inquit, sub eo tantum valuit, ut ab om-  
nibus officiorum principibus sic haberetur  
quasi domini maritus esset. Erat præterea  
idem Zoticus, qui hoc familiaritatis nomi-  
ne abutens, omnia Heliogabali dicta ac fa-

cta venderet, summis quàm maxime divitiis  
enormes sperans, cum aliis atque aliis pol-  
liceretur, oēs falleret. Egrediensq; ab illo sin-  
gulos audiret: dicēs, de te hoc locutus sum.  
Hoc de te audiui, hoc de te futurum est. Ut  
sunt homines huiusmodi, qui si admitti fue-  
rint ad nimiam familiaritatem principū,  
famam non solum malorum, sed & bono-  
rum principum vendunt. Et qui stulticia  
vel innocentia imperatorum, qui hoc non  
percipiunt, infami rumigatione pascon-  
tur. Hactenus ille. Cæterum adagium fecit  
insignius, Thurini Verconii supplicium,  
quod quidem in vita Alexandri Severi, idē  
Hælius refert ad hunc modum: Solus, in-  
quit, post meridiem, vel matutinis horis,  
idcirco nunquā aliquos videbat, quod emē-  
tius de se multa cognouerat, speciatim Ver-  
conium Thurinum, quem cum familia-  
rem habuisset, ille omnia vel fingendo sic  
venderat, ut Alexandri quasi stulti homi-  
nis & quem ille in potestate haberet, & cui  
multa persuaderet, infamaret imperium.  
Sicq; omnibus persuaserat, quod ad nutum  
suum omnia faceret. Denique hac illum ar-  
te deprehendit, ut quædam immitteret, qui  
à se quiddam publice peteret, ab illo autem  
oculto, quasi præsidium postularer, ut pro  
se Alexandro secreto suggereret. Quod cum  
factum esset, & Thurinus suffragium pro-  
misisset, dixissetq; se quædam imperatori  
dixisse, cum nihil dixisset, sed in eo pendere  
ut adhuc impetraret, eventū vendens. Cūq;  
iterum iussisset Alexander interpellari, &  
Thurinus quasi aliud agēs, nutibus annui-  
set, neq; tamen interim quicquam dixisset:  
impetratum autem esset quod petebatur,  
Thurinus autem ab illo, qui meruerat, su-  
mi venditor ingētia præmia percepisset, ac-  
cusari eum Alexander iussit: probatis per-  
testes omnibus, & quibus præsentibus quid  
accepisset, & quibus audientibus, quid pro-  
misisset, in foro transitorio ad stipitem il-  
lum ligari præcepit, & fumo appposito, quæ  
est stipitis & lignis humidis fieri iusserat,  
necavit, præcone dicente: Fumo puniunt  
qui vendidi fumum. At ne in vna tantum  
causa videretur crudelior fuisse, quæsiuit  
diligentissime antequam damnaret, & inue-  
nit Thurinum sæpe etiam in causis ab vtra-  
que parte accepisse, quum euentus vende-  
ret, & ab omnibus qui aut præposituras, aut  
prouincias acceperant. Atque inibi paullo  
post

pōst: Necessitudo alicui facultatem, vel fumorum vendendorum de se, vel sibi de aliis male loquendi, maximè occiso Thurino, qui illum quasi fatuum & vecordem sepe venderat. Quid autem dixerit forum transitorium, ipse in eiusdem vita videtur explicare quum alio quodam loco sic ait: Qui de co sumum venderat, & à quodam militari centū aureos acceperat, in crucem tolli iussit, per eam viam qua esset seruis suis ad suburbana imperatoria iter frequentissimum. Porro genus illud supplicii, Auidius Cassius imperator, primus excogitasse legitur, ut stipitem prælongum poneret, pedū cētum octoginta, id est, martei iam, & à summo vsque ad imum damnatos ligaret, & ab imo focum apponeret, incensisque aliis, alios summi cruciati, timore etiam necaret. Hæcenus ille. Immane profecto supplicium, sed tamen factis tam pestilētibus dignum. Utinamque nostri temporis principes Alexandrum Severum curent imitari, qui cum esset ethnicus, præterea Syrus genere, postremo vehementer adolescens, tamen adulato-ribus, delatoribus, iudicibus furacibus, summi venditoribus, atque id genus aulæ pestibus vsque adeo erat insensus, ut vir alioqui moribus placidissimis his demum esset implacabilis.

*Anchora domus.*

SIMILI figura apud eundem Euripidem Hæcuba Polydorum familiæ, gentisque anchoram nominat.

Ὅς μόνος οἰκῶν ἀγκυρᾶτ' ἰμῶν. id est,

Qui iam solus generis superest, anchora nostri.

Porro anchoram Græcis pro refugio proverbialiter vsurpari solere alibi notauimus eum sacram anchoram exponeremus. Denique quicquid illud est, cui innititur, cuiusque sulcidur fiducia, anchoram vocant sumpta à nauibus metaphora, quæ cum anchoris fulcra sunt, veluti defensæ à fluctibus quiescunt. Vnde & illud apud Aristidem in oratione Panathenæica prima: Πάντες ἐπὶ θύων ὀρεμῶν ἔδρασαν οἱ Ἕλληνες. id est, Omnes Græci sibi videbantur in portu quodam esse, duabus nixi anchoris, quasi gemino sulci presidio. Quem locum & paullo superius adduximus.

*Contra stimulum calces.*

Ἐφ' οὗ κέντρα λακτίζων, id est, Contra stimulos iactare calcem, est frustra repugnare iis,

quos vincere nequeas, aut eos pronocare, qui lacessiti nocent. Aut reluctari satis, & incommodū quod euitare non queas, impatiēter ferendo, non solū non effugere, verum etiam conduplicare. Veluti si quis vxorem nactus rixosam assidue cum ea litiget, nihil profecturus, nisi quod illam reddat rixosior. Terentius in Phormione: Namque inscitia est aduersum stimulum calces. Donatus παραίτηαν esse admonet cum eclipsi, desesse enim iactare, quod vnicō verbo Græci dicunt, λακτίζων. Plautus in Truculento: Si stimulos pugnis cælis, manibus plus dolet. Euripides in Bacchis:

Θύσμε' αὐτῶ μᾶλλον, ἢ ἐμρούμην.

Ἐφ' οὗ κέντρα λακτίζοιμι θύσας ὄν θεῶν. id est,

Potius sacra illi fecerim, quàm calcibus

Stimulos ferire coner, iracundia

Citus in deum, mortalis ipse cum siem,

Pindarus in Pythiis, Ποῖ κέντρον δὲ τι λακτι-

ζέμιν τελεῖται. id est, Contra stimulum autē

calcitrare est. Metaphora ducta est à bobus,

quos agricolæ lignis præacutis à tergo fo-

diūt: vnde & βλακίται, dicitur in puerbio.

Πολλοὶ βλακίται, παῖροι δὲ τρυφῆς ἀγοτῆρες, i.

Multi boum stimulatores, pauci autem

terre aratores.

Quod si quando calcibus repugnet aduersus stimulum, grauius etiam læduntur bo-

ues, tantum abest ut stimulo nocent. Plu-

torchus in commentario πρὸς τὴν ἀγογγισίαν

cuiusdam meminis Ctesiphontis pancra-

tiasæ, qui per iracundiam multæ calcitranti

recalcitravit.

*In aurem dicere.*

Εἰς οὖς λέγειν, id est, In aurem dicere, vel hodie

vulgo dicitur, pro eo quod est clanculum,

ac secreto committere. Translatum ab iis,

qui propius auctori, ad aurem insuflrāt,

quæ nolint ab aliis exaudiri. Vnde & illud

apud Homerum aliquoties:

Ἀγχιχῶν κεφαλῆν ἴνα μὴ πύθωσται ἄλλοι. i.

Admoto capite, reliqui ne audire valeat.

Horatius in sermonibus: In aurem

Dicere nescio quid puero. Euripides in Ione,

Δύρε' εἶδ', ἐς οὖς γὰρ τοὺς λόγους εἰπᾶν θέλω. i.

Accede, in aurem, ut quæ volo tibi eloquar.

Lucianus in Gallo, Ἐφ' οὗ ὡς τισι τῶν συνα-

κυστῶν κοινολογούμην. id est, Ad aurem cum

Syracusanis quibusdam communicans.

*Ἄγε obolum habes, vnde testim emat.*

ΠΡΟΒΕΒΒΙΑΛΙΣ hyperbole in eos, qui

G 2 maxima

maxima rei familiaris inopia laborant. Lucianus in Timone, *Χαίς μὴ οὐδὲ ὀβολόν, ὧς περιεσθαι βρόχον ἐχούσας*. id est, Qui perdidit ne obolum quidem habebant, quo laqueū emerēt. Pauperrimus autem sit oportet, qui tenuitatis radio sese laqueo præsumere velit. Porro plus quam pauperrimus videtur, cui ne nummulus quidem suppetit ut restim emat, qua se suspendat.

*Hinnulus leonem.*

PROVERBIALIS est allegoria, *ὄνι βροχόν λείοντα*, id est, Hinnulus leonem, subaudiendum cepit, vicit, aut prouocat, aut id genus aliquid pro ratione sententiæ, quoties præpostero rerum ordine, qui viribus multo est inferior, superat potentiorum. Lucianus de captatore testamenti, qui iuuenis à sene, captator à captato captus est: *τοῦτο ἐκινετο τὸ παρανομίας, ὄνι βροχόν λείοντα*. id est, Hoc est illud, quod prouerbio dicunt: Hinnulus leonem. Huc respexit quisquis fuit, qui scripsit Megaram Hercules:

*Ἡράτι ἀλγία πύχει ἀπέριτα φαίδιμος ἡὸς Ἀνδρόεω, κατὸ οὐτιδ' αὐαίο, λείων θύσσει ἵππῳ βροχόν.* id est,

An quoniam immensis affligitur incluta proles

A viro; inerte, leonem ut si hinnulus vregat acrem?

Non inconcinne trahetur ad id quoque, quoties fit ut longe inferior lacestat potentiorum, aut multis partibus indoctior ceteris cum eruditissimo.

*Iungere vulpes.*

De re palmam absurda dicitur, *Ζῶνιεν τὰς ἀλώπεκας*, Vulpes iungere. Verg. in Palæmone,

Qui Baniū non odit, amet tua carmina Meui,

Atq; idē iungat vulpes, & mulgeat hircos. Est enim vulpes animal ab aratro vehementer alienum.

*Mulgere hircum.*

*Τράγοι ἀμέλαρον*, id est, Mulgere hircum: eundem habet sensum. Lucianus in vita Democriti, inter huius festiuiter dicta commemorat & illud: cum conspiceret duos quosdam philosophos, utrosque pariter indoctos, inter se descrepantes, & alterum quidem ridiculas quasdam quaestiones proponentem,

alterum item aliena, neque quicquam ad rē facientia respondentem: *Quid*, inquit, amici, an non horum alter hircum mulgere videtur, alter cribrum supponere? Refertur à Diogeniano his verbis: *Πότερον δ' τὴν τραχὺν ἀμέλαρον, ἢ ὅτι κόπιον ὑποτιθεῖς, ἀφαιεῖς;* id est, Vtrum stultior, qui mulget hircum, an qui cribrum supponit? cum uterque pariter absurde facit. Ab hoc sanè non abludit illud: Similes habent labra lactucas: Et: Dignum parcella cooperculum.

*De asini umbra.*

*Περί ὄνυχασις*, id est, Super asini umbra: pro eo quod est: de re nihil. Sophocles in Cædalionē apud Suidam, *τὰ πάντα ὄνυχασις*. id est, Cuncta asini umbra: hoc est, nugæ, nihilque res. Apud eundem Aristophanes in Dædalo, *περὶ τοῦ γὰρ ὀπλίμου ναυμῖν ἐστὶ, περὶ ὄνυχασις*. id est, Qua de re nunc inter vos bellum est? Nimirum de asini umbra. Citatur ab eodem & Aristoteles, *ἐν ἰδύσσεια λίσαις*, qui fabulam quandam extare dixerit hoc titulo, *ὄνυχασις*, id est, asini umbra, Archippi comædium opinor sentiens, de qua meminit Zenodotus. Lucianus in Sectis, *πάντες, ὡς ἵππος ἐπέειν, περὶ ὄνυχασις μάχονται οἱ φιλοσοφοῦντες*. id est, Omnes, ut ita dixerim, de asini umbra depugnant philosophi. Aristophanes in Vespiis, *περὶ τῶν μάχωνάων, περὶ ὄνυχασις*, id est, De quo pugna est nobis? de asini umbra. Demosthenes in Philippica quadam, *περὶ ἀπαντας περὶ τὴν ἐνδύσσεια σκιάς νῆας πολέμους*. id est, Cū omnibus in præsentia de Delphica umbra degladiari. Proinde sunt qui credant hoc adagiū primū ab auctore Demosthene natum fuisse, fabulam huiusmodi referentes: cum aliquando Demosthenes quendam in causa capitali defenderet, ac iudices haberet parum attentos, sed dicenti obstreperet, ille paullisper, inquit, aures mihi præbete, si quidem rem narrabo nouam ac lepidam, acque auditu iucundam. Ad quæ verba cum illi iam aures atrexissent, adolescens, inquit, quispiam asinum conduxerat, rerum quiddam Athenis Megaram deportaturus. Inter viā autem cum æstus meridianus ingrauesceret, nec iuueniret quonam umbraculo solis ardorem defenderet, depositis elitelis, sub asino sedens, eius umbra semet obtegebat. Cæterum id agasō non sinebat, hominem inde depellens, clamansque

asinum esse locatum, non asini vmbra. Al-  
 ter item ex aduerso tenebat, asseuerans etiã  
 vmbra asini sibi conductam esse. Atque  
 ita inter eos acerrima rixa in longum pro-  
 ducta est, ita vt etiam ad manus venerint :  
 hoc pertinaciter affirmante, non conductã  
 esse asini vmbra : illo pari contentione re-  
 spondente, vmbra etiam asini conductã es-  
 se. Demum in ius ambulant. Hæc locutus  
 Demosthenes, vbi sensisset iudices diligẽter  
 auscultantes : repente cœpit à tribunali-  
 bus descendente. Porro reuocatus à iudicibus, ro-  
 gatusq̃, vt reliquum fabulę pergeret enar-  
 tare : De asini, inquit, vmbra libet audire, vi-  
 ti causam de vita periclitantis audire graua  
 mini. Paulo aliter narrat Plutarchus in  
 vita Demosthenes, his quidem verbis :  
 Λέγειν δ' ἐποτε κωλυόμενος ἵσταν ἀθανάτων ἐν ἐκ-  
 κλησίᾳ, βραχὺ ἐφη βυλῆσαι πρὸς αὐτοὺς ἐπεῖν.  
 τῶν δὲ σιωπῆσαντων, κενίας εἶπεν βέβησ ὡς  
 ἐμὸν ἄστρον ἐξ ἄστρου ὄντων μὲν ἀστρὸν δὲ μισούσης  
 δὲ τῆς ἡμέρας κῆ σφοδρῶς φλέγοντο τοῦ ἡλίου,  
 ἐκείτων ἄντων ἐβουλεύετο πρὸ δ' ἐλθεῖν ἵσταν πλὴν  
 σκίαν, εἴρησιν δὲ ἀλλήλων. ὁ μὲν μειδιώμενος  
 τὸν ὄνον, οὐ πλὴν σκίαν λέγων, ὁ δὲ μειδιώμενος  
 πλὴν πείσαν ἔχων ἐβουλεύετο, καὶ τὰ νῦν ἀ-  
 πῆσ. τῶν δὲ ἀθηνάων ἐπὶ ὄντων, καὶ δ' ἐμείνεν  
 πείσαν ἐπιθεῖται, εἰδ' ὅτι ἐρ μὲν ὄντων σκίαν βουλε-  
 μάται οὐ βουλεύεσθαι, id est, Cum in concione  
 dicenti obstreperet Athenienses, ait se bre-  
 uiter illis velle narrare quiddam. At silen-  
 tio facto, Adolescens, inquit, ætatis tempo-  
 re asinum mercede conduxerat, vt eo ab vr-  
 be Megaram proficiscẽs vteretur. Porro me-  
 ridie cum sol acriter æstuarer, vterq̃ue cu-  
 piebat sub vmbra asini succedere. Verum  
 alter alterum arcebat, cum hic diceret asinũ  
 conductum esse, non vmbra. Rursus al-  
 ter qui conduxerat, se plenum habere ius re-  
 sponderet : atque hæc locutus, descendere pa-  
 rabat. Retinentibus autem Atheniensibus,  
 vtque reliquam fabulę partem adderet orã-  
 tibus : Ita ne, inquit, de asini vmbra audire  
 cupitis, de rebus feriis loquentem auscultate  
 non vultis ? Quidam aiunt, asinum Athe-  
 nis non Megaram, sed Delphos fuisse cõdu-  
 ctum, quod idem apparet ex verbis Demo-  
 sthenis, qui Delphicam vmbra nominat,  
 in calce orationis De pace : Οὐκ οὐν ἀνάθε-  
 καὶ κομισθῆναι χεῖλιον, πρὸς ἐκείτης καθένα οὐτωπῆ  
 ἡσὶν προσσηγμένους, πρὸς τῆς οὐκίων καὶ τῶν  
 ἀπὸ γὰρ κωλύεται, πρὸς ἀπαντας πρὸς τὴν εὐδαι-  
 μονίαν

φῆσ σκίαν καὶ πᾶσι λέγειν : id est, An non igitur  
 stultum ac vehementer miserum : sin-  
 gulos aduersus singulos ita commissos de  
 rebus propriis, ac maxime necessariis, cum  
 vniuersis de vmbra Delphica nunc depugna-  
 re ? Apuleius in Asino, iocatur ex sese natũ.  
 Vsurpauit hoc adagium Menander in En-  
 chiridio, & Plato in Phædro, cum ait : Ora-  
 tores imperitos impudenter, ac periculose  
 facere, quoties apud plebem imperitam &  
 ipsam, non vmbra asini, rem videlicet le-  
 uem ac nullius momenti, sed turpia pro ho-  
 nestis laudant ; Μη τρυβὶ ὄντων σκίαν, inquit, ὡς  
 ἰππῶν τὸν ἔπεινον περὶ μιν, ἀλλὰ τρυβὶ κακῶ  
 ὡς ἀγαθῶ. Procopius in Epistola quapiam,  
 Καὶ αὐτὸς δὲ εἶμαι τρυβὶ τῆς τέχνης ὡ σοφώτατε  
 τελευτικῶν φρονῶν σκωμμάτων ὡς ἐοικε χάριν, ὄντων  
 φασί τικίαν ἐγκαλεῖς. id est, Ipse etiam, opinor,  
 doctissime, de arte pugnantia cum sentias,  
 deridēdi sicut videtur gratia, de asini, quod  
 aiunt, vmbra litem moues. Vfus est eodem  
 Origenes in præfatione libri tertii, quem  
 scripsit aduersus Celsum. Sed iam dudum  
 tempus vt ab asini vmbra de gradiamur, ne  
 quis iure nos rideat, πρὸς ὄντων σκίαν plus sa-  
 tis curiosos.

De lana caprina.

H v r c similitum est illud Latinorũ ada-  
 gium, de lana caprina, quod à simili quopiã  
 euentu natum apparet, contentiosę decer-  
 tantibus duobus, vtrum lanas haberet ca-  
 per, an fetas. Aut alioqui de villis caprinis  
 dimicantibus, re videlicet inutili, minimi-  
 que, momēti, cuiusmodi iocus fertur & de  
 asini lana. Horatius in epistolis ad Lolliũ.  
 Alter in obsequium plus æquo pronus, &  
 imi  
 Derisor lecti, sic nutum diuitis horret,  
 Ve puerum fæuo credas dictata magistro  
 Reddere, vel partes nimũ tractare sedas.  
 Alter rixatur de lana sæpe caprina,  
 Propugnat nugis armatus.  
 Loquitur de morosis in amicitia, qui quan-  
 tumlibet friuola de causã litem cum ami-  
 co suscipiunt.

De fumo disceptare.

H v r c confine est illud, quod apud Aristo-  
 phanẽ legitur in Nubibus : Καὶ λεπτολογεῖν  
 ἡδύκτεται, καὶ πρὸς καπνοῦ σιωλοεσχεῖν. In phi-  
 losophos dictum, qui de fumo, hoc est, de  
 rebus nihili nimium anxie disputat. Inest



autem non parum comici falis in illis ipsis verbis ad iocum confictis, λεπτολογῶν, τειολιχῶν: quorum alterum significat de rebus tenuibus, ac friuolis disceptare alterum de meris nugamentis sollicitū & anxium torqueri. Quapropter etiam Socratis scholā φροτισήριον appellat.

*Talpa cæcior.*

**R E F E R T U R** à Suida ac Diogeniano, τυφλότερον ἀσκάλακον, id est, Cæcior talpa: de iis, qui supra modum cæcutiunt, aut qui minime iudicant. Nam iocundior sine metaphora, si quidem ad animum transferatur. Plinius undecimo libro scribit, ex quadrupedū genere, talpæ visum deesse, oculos enim inesse effigiem, si quis prætentam detrahat membranam. Atq; hinc ortū adagiū.

*Cæcior leberide.*

**A D** eandem sententiam pertinet illud, τυφλότερος λιβηίδος, i. Cæcior leberide. Cita tur ex Aristophane. Est aut liberis, quæadmodum ostendimus & alibi, pellis illa siccā, quā serpentes, cicadæ, & si quod aliud animantis genus exuunt, quoties sibi iuuentam renouant. In hac enim apparet effigies dūtaxat oculorum, ac membranula quædam tenuissima, qua serpentum oculi præteguntur. Sunt qui tradant hoc, quod notissimum est de serpentibus ac cicadis, etiam piscibus quibusdam accidere. Eam verò pellem Lycophron in iâbico carmine Syphar appellat:

Σὺ φαρ ἀνῆται ποτῖον φῦγιον σκίπας, i.

Syphar interibit, tecum ut effusit maris. Syphar autem συμβολικῶς idēq; suo more senem appellat, vel quod ætas ea cæcutiat, vel quod iam effecta atq; arida, succo, viribusq; destituta sit. Sophron in Mimis,

Τὴν ξύσιλον, τὴν γὰρ σύφαρον ἀντ' ἀνδρός; i. Quid enim Xysilus, quid Syphar pro viro? Xysilum appellans aridum & pruginosum senem, παρὰ τὸ ξύρον: aut Syphar, quasi iam non hominem ipsum, sed pellem duntaxat exuccam, atq; inanem. Quod quidem & ipsum prouerbium respicit. Aiunt autem leberidem proprie significare membianam extremam, qua scetus vaccarum obtegitur, in qua & ipsa vestigia duntaxat oculorum apparent. Adagiū trisarium effertur, τυφλότερος λιβηίδος, i. Cæcior leberide: & γυναιότερος λιβηίδος, i. Nudior leberide: & κωώτερος λιβηίδος, id est, Inanior leberide.

*Tiresia cæcior.*

**A N O T I S S I M A** fabula sumptum, τυφλότερον Τηρείσιν, i. Cæcior Tiresia. Iuuenalis, Nec surdum, nec Tiresiam quenquam esse Deorum.

Tiresiam prouerbialiter figura pro cæco dixit, quemadmodū Horatius pro paupere Irū: Intererit multū, diues ne loquatur, an Irus.

*Hypsea cæcior.*

**N O N** dissimili figura dixit Horatius in Sermonibus:

• Ne corporis optima Lyncei  
Contemplans oculis, Hypsea cæcior, illa  
Quæ mala sunt spectes.

Satis apparet parcemiam ab Hypsea muliere quapiam infami, notæque cæcitatatis esse profectam.

*Sine sacris hæreditas.*

**V B I** qua commoditas de improviso præter sumptum obiecta esset, veteres sine sacris hæreditatem vocabant. Et omni no quicquid citra nostram operam alicunde obtigisset lucri quasi prouerbialiter hæreditatem appellabant. Ergasilus parasitus apud Plautū in captiui duo: Sine sacris hæreditatē sum adeptus offertissimam. Et alibi: Annona est, sine sacris hæreditas. Nam hæreses alioqui vel pro salute laborantis, vel in parentalibus defuncti, sacra quædam suo sumptu factitare mos erat. Idem Plautus alibi: Mihi tales hæreditates non sæpe obueniunt. Cicero in Verrem actione quinta: Hic verres hæreditatē sibi venisse arbitratus est, quod in eius regnum ac manus venerat iste. Andreas Alciatus Prætermissorum libro 1. mauult adagionis originem ad prisici iuris consuetudinem referri. Lex enim duodecim tabularū sic habebat: Sacra priuata perpetua manent. Ea verba interpretatur Cicero libro De legibus 2. ut omnis, ad quæ patris familia pecunia perueniret, is teneretur, sacra celebrare. Refertque Scæuolę pontificis interpretationem, qua traditum est quinque modis astringi sacris hæreditatem. Proinde ad quos ex iure propinquitatis redibat hæreditas, tenebantur communium sacrorum societate. Suauius autem esse solet, quod inopinato cōtingit boni, quemadmodum sine sacris hæreditas. Hæc aliq; doctissime sanè dislerit Alciatus noster. Porro in Plautino dicto

dicto adlusum videtur ad Græcorum illud adagium: ἄβυτα ἰερα κατεΐδεν. id est, Non sacrificata sacra deuorare. Item ad Hesiodum illud:

Ἀπὸ χυθροπόδων ἀνεπὸρρέκτων ἀνελάτῃα  
Ἐΐδεν. id est,

Ante sacrum factum, cibum ab ollis tollere raptum, Atq; edere.

*Inter cæsa & porrecta.*

**E L V G A N S** in primis adagium extat apud M. Tullium in epistolis ad Atticum: Ea multa, inquit, imò omnia, quorū κεφαλῶν ne quid inter cæsa & porrecta, vt aiunt, oneris mihi addatur, aut temporis. Videtur significare cunctationem, & ancipitem hæsitationem, ac velut interuallū illud, inter ostendendum, quod ceptum est, & incipiendum quod nouari oportet. Sumptum est autem ἐπίσκο auspiciorum ritu, in quibus inter cæsa & porrecta sacerdos ceremonias quasdam agebat, quemadmodum testatur M. Varro libro De lingua Latina secundo. Nā flamen Dialis, inquit, auspicatur vindemiā, & vt iussit vinum legere, agna Ioui facit, inter cuius exta cæsa & porrecta flamen prorsus vinum legit. Porro quòd exta cæsa prorationem temporis apud veteres significauerint, declarat Cicero libro De diuinatione secundo: Quid enim, inquit, habet aruspex, cur pulmo incisus etiam in bonis extis dirimat tempus, & proferat diem?

*Pensum soluere.*

**P E N S V M** persoluere, est tuas implere partem, debitoq; persungi officio. Translatum à lanificio muliebri, in quo singulis certum laue pondus in opus distribuebatur. Plautus in Persa: Pensum meum, quod datum est, confeci. Idem in Bacchidibus: Ego pensum meum lepidem accurabo. Et M. Tullius libro De oratore tertio: Nuc ad reliqua progrediar, meque ad meum munus, pensumq; reuocabo. Varro De re rustica: Nos nostrum psum absolumus. Hieronymus ad Rusticum: Et operis tui pensa persoluas. Verum quò longius erit detorta metaphorā, hoc erit adagium venustius. Veluti si ad sermonem, ad studium, ad officium, aut alias animi res referatur.

*Ne per somnium quidem.*

Οὐδ' ὄνας, id est, Ne in somnio quidem, Græ-

cis prouerbialiter dictum est, pro eo quod est, nulla ratione, nullo tempore. Alioqui nemo serè tam omni felicitate destitutus, quin aliquando per quietem vel somniet lætiora quæpiam. Lucianus ἐν τῷ πρῶτῳ τῶν ἐπιμιθῶ σαυδόντων, οὐδ' ὄναρ λευκοῦ ποτε ἀερε ἐμοφορεῖς. id est, Ne per somnium quidē vnquam albo pane satiatus. Idem vsurpauit in Gallo, quum ait, regibus ne per somniū quidem aliqua re iucunda frui, liceret: οὐδ' ἂν οὐδ' ὄναρ ἀπολαύσαι τίνος ἡδύτης ἐγγίγνται. Rursum πρῶτῳ τοῦ ἡλέκτρος, ἀδ' ἔντων δὲ ἡδύ, καὶ ὄσον σφύς, οὐδ' ὄναρ ἀκκοῦσμεν. id est, Porro suaui ter canentes, & eo modo quo tu prædicas, ne per somnium quidem audiuiimus. Huc eleganter adlusit Theocritus ἐν βυκολίῳ, apud quem Eunica puella ciuilis, rusticum, basium dare conantem, ab se repellit, dicens tatum abesse, vt illi datura sit basium vt hoc ne per somnium quidem oporteat sperare. Carmen sic habet:

- Ἐρρ' ἀπ' ἐμοῖο.

Βακόλ' ὦν μ' ἐβέλεις κῦται, τάλαν οὐ μὲν ἐνκα

Ἀγροῖος φιλίεν. ἀλλ' ὄσκα χέλια ἐλίβει.

Μητύγε μὲν κίτης τὸ καλὸν σόμα, μῆδ' ἐν ὄναρ-  
ροῖς. id est,

- Aufer te hinc procul, inquit malam rem, Tu mihi suauiolum dare vis homo rusticus? atqui

O miser haud didici dare basia agricolis vnquam.

Sed magis vrbanis soleo oscula figere libris. Non mihi tu nitidum os labris fordentibus vnquam

Contigeris, nec per somnum.

Vtitur eodem & M. Tullius in Epistolis ad Atticum: πολιτικός ἀνήρ, οὐδ' ὄναρ quisquam inueniri potest. Theocritus in Megara Herculus vxore, τὸ δ' οὐδ' ὄναρ, κλύθει ἄλλω. id est, Quod alii ne per somnium quidem accidit. Galenus πρῶτῳ φυσικῶν διακρίσεων. lib. 2. καὶ ταῦτα οὐκ ἔχων ἀγνοῶν τὸν ἔρασις ρατον, οἷπερ καὶ κατ' ὄναρ ποτὲ τοῖς ἐκ τοῦ περιπατήσων σωτηνῆν. id est, Atque hoc oportebat non esse ignota Erasistrato, si modo vel in somnis vnquam illi cum Peripateticis incidisset consuetudo. Solent autem vel extremæ fortis homines aliquando magnifica quædā somnari, quemadmodum apud Lucianum Micyllus, qui per somnium opulentissimus, experrectus, cerdo quispiam erat Iro pene pauperior. Nam somnari sperandi genus

est. Vnde & Virgilius in Bucolicis, spes inanes amantum somnia vocat:

-An qui amant, ipsi sibi somnia fingunt?  
Huc respexit & Flaccus in Satyris, cum ait:  
Cum te seruitio longo curaq; leuarit,  
Et certū vigilans quartæ sit partis Vlystes.  
Audiētis hæres.

Itaq; ne per somnium quidē perinde valet, quasi dicas quod ne sperare quidem audeas Plutarchus in libello, quem scripsit aduersus Stoicos, adagium extulit paullo diuersius, ὅτι οὐδ' ἀνάγκη λαβεῖν μάλλον ἐστὶ παρά τὰς καιρὰς ἔννοιας. id est, quorum ne somnia quidem magis capere licet extra cōmunes cogitationes. Diuus Chrysoſtomus aduersus Iudæos concione tertia sic extulit, οὐδ' ὧς ὄναρ.

*Per nebulam, per caliginem per somnium.*

QVARYM rerum ambigam quandam, ac teneam, penesq; euanidam memoriam, aut intelligentiam obtinemus, eas res per nebulam recordari, per somnium meminisse, per caliginem videre, prouerbio dicimus. Vt quæ puelli vidimus, senes quasi per somnium recordamur, vix tenuibus quibusdam simulacris rerum inherentibus animo nostro, qualis est fermè vulgarium insomniorum memoria. Porro quod per mediam nebulam intuemur, eius confusam duntaxat imaginem, ac velut vmbra in æther tam aspiciamus, Cuiusmodi sunt quæ per caliginem, cernuntur in tenebris. Hinc igitur ducta metaphora. Huiusmodi sermōnis fortæ frequenter obuiæ sunt apud scriptores. Plautus in Pseudolo: Sunt quæ te volumus percontari, quæ quasi per nebulam nosmet scimus atq; audiuius. Idem in Captiuis duobus: In memoriam redgredior audisse me quasi per nebulam. M. Tullius libro De finibus quinto: In infirma ætate, imbecillaq; mente, vis naturæ per caliginem cernitur. Plato De legibus lib. 7. ὅτι δὴ λέγω, δειλῶσαι περὶ τὸν οἶον δ' ἔργματα ἐξενεχόντα εἰς φῶς. νῦν γὰρ λεγομένοις ἔοικε κατὰ τὴν σιῶτῶν. id est, Cæterū quæ dico, conandum est, vt velut exēplis in lucem prolatis reddamus perspicua. Nam hæc videntur similia iis, quæ dicuntur per caliginē quandā. Eodem in lib. legitur καθ' ὑπνῶν, i. per somnium, siue in somnis.

*De asini prospectu.*

Οὐκ ἀρεσκύνειαι. De asini prospectu. Vetus

adagium dici solitum in eos, qui ridendo titulo quempiam calumniantur, aut de friuolis rebus aliquid in ius vocāt. Euentus, qui fabulæ præbuit occasionem, variè narratur ab auctoribus. Quidam huiusmodi quædam memorant: Figulus quispiam varias auium formas finxerat, easq; in officina collocatas habebat. At asinus quidam, in obseruantius sequente agasone, inserto per officinæ fenestellam capite, pariter & aues, & reliqua vasa deiecit, cōmunitiq; Is cuius erat officina, agasone in ius vocat. Quomōdō rogaretur ab omnibus, quamam de re litera moueret: de asini. inquit, prospectu. Alii aues non fictiles, sed veras fuisse volunt, quæ asino, sicuti dictum est, per fenestram immittente caput, disturbatæ perticam ruperunt, reliquaq; vasa subuerterunt. Reliqua fabulæ vt cumq; conueniunt. Lucianus in asino suo parcediam hanc fingit ex senatā, quoddum asinus conaretur obliquato capite per fenestram prospicere quid ageretur, tum sese, tum dominos suos prodidit. Eamq; rem magno omnium risu exceptā, in adagionem abiisse, ἐξ ὧν παρεκύνειαι, id est, ex asini prospectu. Porro iuxta Luciani sententiam magis quadrabit in eos qui stoliditate sua, dum inepte student dissimulare, ridiculè produntur. Hunc Luciani locū emulans Apuleius in nono Metamorphoseos suæ libro, scribit ad hunc modum: Quæ contentione, & clamoroso strepitu cognito, curiosus alioqui & inquieta præcitate præditus asinus, dū obliquata seruiæ per quædam fenestram, quidnam sibi veller tumultus ille, prospicere gestio, vnus è comilitonibus, casu fortuito conlimatis oculis ad vmbra meam, cunctos testatur in coram. Magnus denique continuo clamor exortus est. Et emerſis protinus scalis, iniecta manu quidam mē veluti captiuum detrahunt, iamq; omni sublata cunctatione, scrupulosus contemplantes singula, cista etiam illa reuelata repertum, produclumq; & oblatū magistratibus miserum hortulanū, penas scilicet pensurum, in publicum deducunt carcerem, summoq; ritu de meo prospectu cauilhari non desinunt. Vnde etiam de prospectu, & vmbra asini, natum est sequens prouerbum. Hactenus Apuleius.

*Suo ipsius indicio peris forex.*

Cv i confine est illud Terentianū ex Eunucho:

cho, Egomet meo indicio miser quasi for-  
 rex hodie perii. Verba sunt Parmenonis,  
 qd delusus à Pythia pdiderat se seni. Do-  
 natus admonet esse prouerbii in eos, q  
 suapte voce prodūtur. Atq; hinc existimat du-  
 ctam esse metaphoram, quod foricum pro-  
 prium sit vel stridere clarius, quam mures,  
 vel strepere magis cum obro: sunt striuola,  
 ad quam vocem multi se intendentes, quā-  
 nis p tenebras noctis transfigunt eos. Vsur-  
 pat hoc adagium diuus Aurelius Augusti-  
 nus in primo De ordine libro erga suum  
 Licentium, qui dum pulsata tabula, forice  
 strepitu absterret, ipse sese prouebat Augu-  
 stino quod vigilaret. Adtulit eodem Orige-  
 nis homilia in Genesim tertia, Sed vide-  
 bor, inquit, ipse meis iudiciis captus.

*Induitis me leonis exuuium.*

Εἰδέναι μοι τῶν λεοντῶν, id est, Induitis me  
 leonis exuuium. In eos dici solitum, qui  
 suscipiunt negocium maius facultate, qui-  
 que se magnificentius gerunt, quā pro-  
 sua conditione. Quidam ab Hercule sum-  
 ptum putant, cuius hic ornatus erat, vt  
 leonis exuuiio tegeretur, deinde altera ma-  
 nu clauam, altera gestaret arcum, atque  
 hoc ornatu descendit ad inferos, Cerberum  
 extracturus. Huc adludens Aristophanes  
 in Ranis, Bacchum fingit, Hercules instar,  
 leonis exuuiio clauaque instructum, ad in-  
 feros descendere parantem, vt Euripidem  
 cum Aeschilo certantem audiret, ridetur  
 autem ab Hercule, quod id gestaminis  
 neutiquam illum deceret, vt pote mollē &  
 effœminatam. Eodem pertinet quod Me-  
 nippus ille Lucianicus eodem ornatu se ab  
 inferis redisse adsimulat. Nihil autem pro-  
 hibet, quo minus prouerbium ad apologū  
 illum referatur, cuius meminit Lucianus  
 in Piscatore: Apud Cumanos asinus quif-  
 piam per se seruilitatem, abrupto loro in  
 sylvam aufugerat. Illic forte repertum leo-  
 nis exuuium corpori applicabat suo. Atq;  
 ita pro leone se gerebat, homines pariter ac  
 feras voce, caudaque terretans. Nam Cuma-  
 ni leonem ignorant. Ad hunc igitur modum  
 regnabat aliquādiu personatus hic asinus,  
 pro leone immani habitus, ac formidatus.  
 Donec hospes quifpiam Cumas profectus,  
 qui sex numero uiderat & leonē, & asinū,  
 atque ob id non erat difficile dignoscere,  
 aurium prominentum indicio, uelque non

aliis quibusdā coniecturis asinū esse depre-  
 hendit, ac probe fustigatum reduxit, do-  
 minoq; agnoscenti reddidit. Interim autem  
 risum non mediocrem concitabat  
 omnibus Cumanis asinus iā agnitus, quos  
 dudum creditus leo, metu propemodum  
 examinauerat. Cumanos autem hic appel-  
 lat, non qui sunt in Italia, sed qui sunt  
 in Aeolide supra Lesbum. Nam & Le-  
 sbii & Cumani notati sunt stoliditatis,  
 vt indicat Stephanus. Vsurpat hoc ada-  
 gium Socrates Platonicus in Cratylō, ne-  
 gans oportere deterreri sese magnitudi-  
 ne disputationis iusti tutæ, postea quam se-  
 mel leonis pellem esset indutus. Lucianus  
 in Pseudologista: οὐδὲ δὲ τίς τῶν, τῶ ἀποδύ-  
 σοντ' τῶν λεοντῶν, ὡς φανερός γένοιτο, καὶ θη-  
 λῶν, εἰ μὴ τις ἄρα ἐξ ὑπερβορέων ἄρτι ἐς ἡ-  
 μᾶς ἦκοι, ἢ ἐς τοσούτου κνημῶν εἴη, ὡς μὴ ἰδῶν  
 δούς εἰδέσθαι θῆραν ἀπόντων ὑβριστάς τῶν σιδῶν  
 τα, μὴ περιμένεις ὀγκομένης προσέτι ἀκούειν, ἰ.  
 Nec opus est quopiā, qui tibi leonis exuuiū  
 detrahat, quo palam hat te Canthelium es-  
 se, nisi quis sane ab ipsis Hyperboreis hos-  
 pes modo ad nos aduenerit, aut vsq; adeo  
 Cumanus sit, vt qui uiderit, nō protinus in-  
 telligat te asinorū omnium asinū ferocissi-  
 mum esse, aut expectet, vt te præterea ruden-  
 tem audiat. Eusebius Cæsariensis aduersus  
 Hieroclem, οἱ χρισταὶ μὴ ἡμῖν φιλόσοφοι,  
 οὐδὲ δὲ τῶν τοῦ λέοντος ἱππευτῶν ὄντες.  
 id est, Abibit nobis dummodo philosophus,  
 ceterum asinus leonis inectus pelle. Demu-  
 tavit nonnihil de prouerbio Lucianus in  
 Philopseude, cum ait: τοσούτου χερῶν ἐλε-  
 λήθει με, ἵνα τῶν λεοντῶν, γελοῖον τινα πῖλλον  
 περισέλλων. id est, Tantum temporis non  
 animaduerti eum sub leonis exuuiio ridicu-  
 lam quandam simiam tectam habere.

*Midas auriculas asini.*

Μίδας οὖν ὄτα, id est, Midas auriculas asini.  
 Refertur à Diogeniano. Natū à fabula no-  
 tissima Midæ regis Phrygiæ, cui Phœbus,  
 quod stolidè Panem canentem sibi prætulisset,  
 asininas affixit auriculas. Quas cum diu  
 mitra oculuisset, tandē à dolore animadu-  
 uersum est, ac prolatum in vulgus. Porro  
 adagium rectè dicitur, vel in stolidos &  
 crassius auribus, pinguique iudicio homi-  
 nes. Vel in tyrannos, quibus cum aures  
 sint asininarum instar longæ, procul etiam  
 audiunt, velut auscultatoribus dimissis, qui



*Pulchrorum etiam autumnus pulcher est.*

Τῶν καλῶν καὶ ὀπώρα καλῆ, id est, Pulchrorum, etiam autumnus pulcher. Metaphora pro- uerbialii nata ex Archelai apophthegmate, ab eo dictum Plutarchus refert Euripidem, qui iam pubescentem, atque exoletum Aga- thonem in conuiuio suauiabatur. Non ab- ludit ab illo Homericus, quod alio redde- mus loco, ἐμ τῷ καλῶν γινώσκων, id est, E cul- mo cognoscere. Vernis enim mensibus ni- hil non tenerum, ac nitidum, cum omnia adhuc in flore, aut in herba sunt. Cæterum autumnum tempore postea quam iam in cul- mos, aut caulem excreuerunt, horridiora vi- dentur. Quadrat igitur in ea, quæ cum na- tura sint egregia, ne tum quidem fastidien- da videntur, cum maturuerunt. Alioqui ni- hil fere tam sædum, quod non aliquando niteat ætate. Dicitur non ineleganter & in hos, qui belle portant ætatem.

*Magnum fluminum nauigabiles fontes.*

SIMILI metaphora videtur dictum & il- lud, quod refert, ac notat Fabius in octauo Institutionum libro: Magnum flumi- num nauigabiles fontes sunt. Eam senten- tiam ait se iuuenes decantatam fuisse. Signi- ficat autem præsentium quantalacumq; plus pollere, quam vniuersas tenuiū opes. Cæterum notat Fabius hoc sententiarum genus, quod palam falsæ videantur.

*Generosioris arboris statim planta cum fructu est.*

SIMILIAM huic eodem loco subiicit: Generosioris arboris statim planta cum fru- ctu est. Quo quidem est innui videtur, egre- gia beneq; nata ingenia, statim maturefce- re, & ad frugem peruenire. Taxat Fabius & hoc sententiæ genus. Nobis tamen visum est in adagiorum catalogum has quoq; re- ferre, quod vulgo celebres fuisse restatur, & impudentior hyperbole, sicut paullo supe- rius dictum est, nō reicitur ab hoc genere.

*Cornicum oculos configere.*

M. TVLLIUS in oratione pro Muræna scribit ad hunc modum: Deinde etiam si quid apud maiores nostros fuit in isto stu- dio admirationis, id enunciatis vestris my- steriis, totum est contemptum & adiectum. Posset agi lege nec ne, pauci quondam scie-

bant. Fastos enim vulgo non habebant. Erāt in magna potentia qui cōsulabantur, à qui- bus etiam dies tanquam à Chaldæis pete- bantur. Inuentus est scriba quidam Cn. Fla- uius, qui cornicum oculos confixerit, & sin- gulis diebus ediscendos fastos populo pro- posuerit, & ab ipsi iureconsultis, eorum sa- pientiam compilarit. Itaq; irati illi, quod sunt veriti, ne dierum ratione peruulgata & cognita, sine sua opera lege posset agi, no- tas quasdam composuerunt, vt omnibus in rebus ipsi interessent. Idem in actione pro L. Flacco; Hic Hercule cornici oculum, vt dicitur: nam hunc Hermippum hominē eruditum, ciuem suum, cui debebat esse no- tissimus, percussit. Porro prouerbiū natū sit ex apologo quopiam, an ex euentu, an ex metaphora sumptum, non satis liquet. Vn- decennique fluxerit, perinde valere videtur, cornicum oculos configere, quasi dicas, no- uo quodam inuento veterum eruditionem obscurare, efficereque vt superiores nihil scisse, nihil vidisse videantur. Effertur autē peritroniam. Nec admodum diuerse vsurpa- uit Macrobius libro Saturnalium septimo: Et quia inquit, his loquendi labyrinthis nos impares fatemur, age Vetti, hortemur Eustachium, vt recepta contraria disputatio- ne, quidquid pro vario cibo dici potest, vel- lit communicare nobiscum: vt suis telis lin- gua violenta succumbat, & Græcus Græco eripiat hunc plausum, tanquam cornix cor- nici oculos effodiat. Hæstenus Macrobius. Illud non ab re fuerit admonere lectorem, vt etiam atque etiam consideret, num cor- nicum viuacitas & concordia huic adagioni locum fecerit. Si quidem cornix antiquitus Concordiæ symbolum erat. Eiusdem viuacitas etiam Græco prouerbio celebrata est. Vt is videatur cornicum oculos velle confi- gere, quisquis ea, quæ antiquitas magno cō- sensu approbavit, damnare ac re cindere co- netur. Nec admodum absurdum, si quis in huc modum accipiat, vt dicatur oculos cor- nicum configere, qui perspicacissimis ocu- latissimisque visum adimat, offundatq; te- nebras: aut rein ipsissimam acu, quod aūr, tangat, tantus videlicet artifex, vt non solū scopum, aut auem, verum & ipsos oculos ia- culo feriat.

*Gladiatorio animo.*

ΠΑΟΝΕΒΙΙ speciem habet quod legi- mus

mus in Phormione Terentiana: Hem gladiatorio animo ad me affeſtant viam. Quo ſignificatur, ita tendi ad nocendum alteri, vt id cum proprio etiam periculo tectetur, animo pertinaci, paratoq; vel perdere, vel perire. Nam gladiator compoſito ad certamen hæc pugne propoſita ſors eſt, aut occidere, ſi occupauerit, aut occumbere, ſi ceſſauerit. Ariſtoles audaciam huiuſmodi, cum propriæ ſalutis cõtempſu coniunctã, Celticam appellat.

*Fruſto panis.*

**FRUSTO** panis, pro re quantumlibet puſilla, ac vili, noſtris quoque temporibus vulgo diſtitant. M. Cato in oratione quadam M. Cælio vilitatem opprobrians, non loquendi tantum, verum etiam tacendi: Fruſto, inquit, panis conduci poteſt, vel vti taceat, vel vti loquatur. Citatur locus ab A. Gellio Noctibus Atticis. Videtur hyperbole ſumpta, vel à canibus, quos fruſto panis inuitare ſolemus, vel à mendicis.

*Quem mater amiſtum dedit obſeruare.*

**QUEM** mater amiſtum dedit obſeruare, pro eo, quod eſt pueriliter ex alieno præſcripto viuere, legitur apud Quintilianum libro 5. Nam quid, inquit, illa miſeris lege, veluti præformatas infantibus litteras proſequentium, & vt Græci dicere ſolent, quem mater amiſtum dedit ſollicite cuſtodientium? Quibus ex Fabii verbis apparet, Græcis in prouerbio fuiſſe. Vſurpat autem & indicat adagium Lucianus in Nigrino: *ὁ πόντος ὁ τὰς οὐτὰς. καὶ τὰ κατὰ μητρὸς ἐστὶν αὐτοῦ.* id eſt, Et vnde hic pauo. Atq; fortassis materna veſtis eſt. Dicuntur hæc ſcommata in eum, qui veſti colore veſte amiſtum aduenerat. Plutarchus in cõmentario de Fortuna Alexãdri, *δὲ ἴχνη νεπίης πικρῆς, φυλάττωτα πλὴν περιβολῆν, ἢ ἢ πᾶσι τῶν αὐτῶν οὐκ ἔστιν κατὰ πᾶρ τι ἐπιπεριέθεκε.* id eſt, More puſilli pueri ſeruantem amiſtum, quem illi patrie conſuetudo veluti nutrix addiderat. Quin hoc ipſum, quo nihil iam tritius, Ex præſcripto viuere, prouerbiali metaphora dictum apparet, tracta videlicet à pueris, quibus, vt inquit Plato, *ἔσ τῆ γράφιδι,* id eſt, in tabula graphiaria doctõ exemplar præſcribit, quod imitantes, litterarum notulas cõſueſcant eſſingere. Hoc imitationis genus velut addictum, ac ſeruile ridet Horatius.

O imitatores ſeruum pecus, vt mihi ſæpe Riſum, ſæpe iocũ, veltri mouere tumulto. Et Fabius nihil putat ad bene dicendum, inutilius, quàm ita ſeruare præceptis artis, vt non auſis digitorum latum ab illis diſcedere, ſi quando cauſæ ratio poſtulat.

*Quid diſtent æra lupinis.*

**PROVERBII** faciem habet, quod eſt apud Horatium in Epistoſ.

Nec tamen ignorat, quid diſtent æra lupinis.

Id eſt: nouit diſcrimen rerum vilium & precioſarum. Agit autem Horatius de iis, qui beneficia non ita cõferunt in quos ſuis, veluti abiiciant, ſed ita collocant, vt expendant & eius meritum ac dignitatẽ cui præſtant, & præciũ muneris quod largiuntur. Porro lupini vilitatem prouerbialiter notauit & Luuenalis:

*Tunicam mihi malo lupini,*

*Quàm ſi me toto laudet vicinia pago.*

Notat & Lucianus in libello De mercede ſeruientibus, cum rogat num uſque adco deſuerit lupini, & aquæ fontanæ copia, vt in eam ſeſe coniceret ſerui tutem.

*Me mortuo terra miſceatur in: endio.*

**EX TAT** Græcus ſenarius *περὶ μωδῶδης* apud Suetonium Trãquillum in vita Neronis: *Ἐμοῦ θανόντος γαίᾳ μιχθήτω πνεῖ.* id eſt, Me mortuo conflagret humus incendiis. Quod cum à quodam ſermone communi diceretur: Nero reſpondens, Imò, inquit, *ἔμοῦ ζῶντος,* id eſt, Me viuõ, adludens ad verbis incendiũ, quod paullo poſt effecit. Meminit huius prouerbii M. Tullius lib. De ſiniſibus bonorum tertio: Quoniamq; illa vox inhumana & ſclerata dicitur eorum, q̄ negant ſe reſeculare, quo minus ipſis mortuis, terrarum omnium deſagratio conſequatur, quod vulgari quodam verſu Græco pronũciare ſolent. Item Seneca lib. De clementia ſecundo, cum dicit, multas voces magnas, ſed deteſtabiles, in vitam humanam perueniſſe, celebresque vulgo fieri, vt illam, Oderint dum metuant, Cui, inquit, Græcus verſus ſimilis eſt, qui ſe mortuo terram miſceri ignibus iubet.

*Mare cælo miſcere.*

**MARE** cælo miſcere. Prouerbiali hyperbole eſt, pro eo quod eſt, omnia perturbare, nihilq;

nihilq; non facere. T. Liuius: Quid est, qđ cœlo terram, terræ cœlum misceant? Idem alibi: Quid tandem est, cur, cœlum ac terras misceant? Iuuenalis:

- Clames licet, & mare cœlo

Confundas, homo sum.

Lucianus in dialogo Promethei & Mercuri: τὸν δια τοῦ το ἐχρῆν τὸ τοῦ ἀδύνα, πῆ γῆ τὸν οὐρανὸν ἀναμιχθῆναι; id est: Quid igitur oportebat ea gratia, terræ, Quod dici solet, miscere cœlum? Vergilius in quinto, de Iunone omnia tentante:

- Matra omnia cœlo Miscuit.

Idem paulo diuersus in duodecimo,

- Non si tellurem effundat in vndas

Diluio miscēs, cœlū in tartara soluat.

Aristophanes in Lysistrata, non dissimili figura dixit:

- Τὰ δ' ἰπέρτερα κίετρα ἕσθαι  
Ζῆς ὑψιβετέης. id est,

- Quin & supera infera reddet

Iuppiter altissemus.

Plutarchus in uita Romuli sic usurpat, vt cœlum terræ misceant, Qui ex hominibus deos, ex diis homines faciunt, & quæ sunt hominum fabulatur de diis: ἀπογῶναι μὲν οὐν πατράσιν τῶν θεῶν τὰ ἄρετῆς ἀρετῶν ἀγγυῆς, οὐρανὸν δὲ μινύειν γῆν ἀβέλτερον. i. In totum abnegare diuinitatem uirtutis, impium est & ingenerosum, cæterum cœlo miscere terram, stuporū est.

*Miscebis sacra prophanis.*

CONSIMILI figura dixit Horatius:

- Miscēbis sacra prophanis.

Id est: Nihil non facies. Item confundens fasque nefasque. Apud ueteres multum erat discriminis inter res hominum, ac res decorum, adeo vt Homerus etiam uocabula discernat, quibus Dii consueuerunt uti, à uocibus humanis. Et Pythagoras à quibusdam iusserit abstinere quod numinibus essent consecrata. Vnde qui nihil habent peccati, quique nihil non audent, miscēt sacra prophanis.

*Omnium horarum homo.*

QVI seriis pariter ac iocis esset accommodatus, & qui cum assidue libeat conuiuere, cum ueteres omnium horarum hominē appellabant. Atque ita uocatum Asinium Pollionem, auctor est Fabius. Apud Suetonium Tiberius duos quosdam combi-

bones suos, iucundissimos & omnium horarum amicos profiteri solet, etiam codicillis. Eiusmodi amicum eleganter simul, & graphice depinxit Ennius, sub persona Gemini Seruiliū Carmen quamquam extat apud Aulum Gellium nocturnū Atticarū libro duodecimo, cap. 4. tamen non grauibimur adscribere:

Hocce loquentus, uocat quicum bene læpe libenter

Mensam, semonesq; suos, rerumq; suarum Comiter impertit, magna cum lapsa diei Pars foier, è summis rebus, paruissq; gerundis

Parte suisset de paruiss, summisq; gerundis Consilio, indusoro, lato, sanctoq; senatu. Cui res audacter magnas, paruissq; iocisq; Eloqueret: quæ tincta malis, & quæ bona dicta

Euomeret, si quid ueller, tutoq; locaret.

Quocum multa uolup, ac gaudia, clamq;, palamq;e

Ingenium, cui nulla malum sua suader, Vt faceret facinus leuis, haud malus, idē Doctus, fidelis, suauis homo, facundus, suoq;e

Contentus atque beatus, scitus, secunda loquens, in

Tempore commodus, & uerborum uir paucorum.

Multa tenens antiqua, sepulta, & sæpe uerustas

Quæ facit, & mores, ueteresq;e, nouosq;e tenentem.

Multorū ueterū leges, diuūq; hominūq; Prudentem, qui multa loquive, tacere uel possit.

Talis & inter philosophos fuisse traditur Aristippus: qui Dionysii iussu cum cæteris nec in sçminea purpura saltare detrectauit, Platone recusante, addēs uel in Bacchanalibus oportere pudicū esse. Hinc Horatius:

Omnis Aristippum decuit color.

Contrā qui suis quibusdam sunt moribus, neq; faciles ad curusuis hominis cōuictū, per paucorum hominū homines dicuntur, ut apud Terentium. Apud Horatium auscē communi sensu caret, inquitimus.

*Veritatis simplex oratio.*

REFERTUR in Diogeniani collectaneis hoc adagium. Extat autem in Phœnissis Euripidis, ad hunc modum.

ΑΠΛΟΙΣ



Ἀπλῶς ὁ μῦθος τῆς ἀληθείας ἔφυ,  
Κοῦ ποικίλον δ' εἶτ' ἀνδρὶ ἔμυνδύματων,  
Ἐχει γὰρ αὐτῆ καίρον, ὁ δ' ἄσπιμος λόγος  
Νοσοῶν ἐν αὐτῷ, φαρμάκων δ' εἶται σοφῶν. i.  
Nam veritatis sicut esse oratio  
Simplex, vasis nec est egens ambagibus.  
Interpretum, siquidē ipsa per se congruit,  
At sermo iniquus, quia per se sit morbidus,  
Medicamenta exquirit adposcit sibi.  
Citatur à Seneca epistola 49. Nā, velle ait  
tragicus: veritatis simplex oratio est. Pro-  
uerbiū vsurpabitur, vel in rhetores ac poe-  
tas, qui mendacia verborum lenocinios fu-  
care solēt. Vel in blandiloquos, qui q̄ non  
ex animo dicant, solent accuratius adorna-  
re sermonem, ac veros affectus hoc dili-  
gentius imitari verbis, quò magis vacant  
affectibus:

Vt qui conducti plorant in funere, dicūt  
Ac faciūt prope plura dolētib' ex animo:  
Cum interim simplex illa rusticanaq; veri-  
tas, negligat id genus orationis fucus: Τὰ  
σῦκα σῦκα, τῷ σκάφῃ σκάφῃ. i. Ficus ficus,  
ligonem ligonem appellans. Vel in astrolo-  
gos, qui vaticina sua verbis ambiguis esse-  
runt, ne queat deprehendi, sitq; rima qua-  
piam, per quam elabātur. Denique in eos,  
qui perplexe loquuntur, dum verum dissi-  
mulant. Nam hoc indicio sæpenumero  
deprehenditur vanitas, velut in Eunuchō  
Terentiana:  
Pergin' scelestā mecum perplexe loqui?  
Scio, nescio, abire, audiui, ego nō adfui,  
Nō tu isthuc mihi dictura aperte es, quic-  
quid est?

*Tunica pallio propior est.*

**A P V D** Plautum in Trinunimo legitur al-  
legoria prouerbialis: Tunica pallio pro-  
prior est. Quo significatum est amicis nos  
aliis, atque aliis magis esse deuinctos, neq;  
parem omnium habendam esse rationem.  
Apud veteres primum in officio locum ha-  
bebant parentes, proximum pupilli nostræ  
fidei crediti, tertium clientes, quartum ho-  
spites, quintum cognatos & affines, vt indi-  
cat Gellius libro quinto, cap. 13. Præterea  
quædam negocia propius aliis ad nos per-  
tinere. Pallium extrema vestis apud Græ-  
cos. Tunica toga tegebatur, vt frequenter  
apud Homerum, χλαῖνα καὶ χιτῶνας, simul  
nominantur,

*Genu sura propius.*

Γόνυ κνήμης ἔγγυον, id est, Genu sura propius.  
qui Græcas paræmias collegerunt, aiunt,  
hoc adagium ex euentu quodam esse natū.  
Quum in prælio quidam conspiceret duos  
amicos, pariter de vita periclitantes, fratrem  
& consobrinum, neq; posset vtrique simul  
ferre suppetias, omisso consobriino fratrem  
defendit, atque hanc interim sententiam  
pronunciauit, quæ postea transferri in pro-  
uerbium, γόνυ κνήμης ἔγγυον. Id refertur ab  
Aristotele lib. Moralium nono: Accedunt,  
inquit, eodem & prouerbia vniuersa, vt a-  
nima vna, & amicorum cōmunia sunt om-  
nia, & amicitia est æqualitas, & tibi genu  
propinquius. Theocritus in Idyllio, cui ri-  
tus Charites, tribuit hoc adagium viri  
tenaci, qui sibi viuat, neque quicquam ve-  
lit impertiri amicis:

Πᾶς δ' ἄλλοτ' κλάπτε χαῖρας ἔχων πόσει ἀνέ-  
ται ἀδελφῆ

Ἀργύρε', οὐδ' ἐκεῖνον ἀποτίφασ τῆς δόξης,  
Ἀλλ' ἀδελφῆς μυθεταί, ἀποτίφασ γόνυ κνήμα,  
Ἀὐτῷ μοῖτι γένοιστο. id est,

Verum quisque sinu dextram occultit, il-  
lud & vnus

Cogitat, vnde sibi cōgesta pecunia crescat,  
Nec cuiquam absterfa rubigine donet a-  
mico.

Imo statim hoc, mihi sura genu longin-  
quior, inquit:

Ipsi malim aliquid detur mihi.

Athenæus lib. 9. eo deslexisse videtur, vt di-  
cat de iis potius, quæ propius ad rem per-  
tinent. Ex hoc igitur Plautus suum illud  
effinxisse videtur: Tunica pallio propior.  
Confinis est huic adagio illa Hesiodi sen-  
tentia.

Μυθε καστρήντω ἴσον ποιῆσαι ἐταῖρον. i.  
Sed nec germano quisquam est æquan-  
dus amicis.

Est enim inter hos, quos amamus, haben-  
dus ordo. Nihil autē verat, quo minus ad re-  
torqueatur, quod genus, si quis dicat maio-  
rē habendā esse vitæ, quàm pecuniæ, corpo-  
ris quàm vestis, animi q̄ corporis rationē,  
recte adduxerit, γόνυ κνήμης ἔγγυον.

*Omnes sibi melius esse malunt, quàm alieri.*

**E L A N D E M** ferme sententiam Terentius  
simpliciter extulit in Andria:

Verum

Verum illud verbum est, vulgo quod dici solet,

Omnes sibi esse melius malle, quā alteri. Rursus in eadem fabula prouerbum ad personam detorsit:

Heus proximus sum egomet mihi. Aristoteles lib. Moralium Eudemiolorum se primo, Δοκῆ ἰσθ' ἐπίσης μάλιστ' ἕκαστος αὐτὸς αὐτῷ φίλος. id est, Nonnullis enim videtur quemq; sibi potissimum amicum esse. Idē Plato lib. De legibus 5. Τοῦτο δὲ ἐστὶν ὁ λέγειν, ὡς φίλος αὐτῷ πᾶς ἄνθρωπος φύσαστέ ἐστι, καὶ ὁ ῥεθῶς ἔχει. id est, Hoc est autem quod aiunt, vnumquemq; natura sibi amicum esse, idq; recte fieri. Sed Terentianam sententiam Euripides exulit in Medea:

Ὡς πᾶς τις αὐτὸν τοῦ πέλας μάλλον φίλῃ. i. Quod quisque semet plus amico diligit.

Vel sic:

Quod quisq; se plus atq; amicum diligit. Rursus in Græcarum sententiarum collectione dicitur:

Φιλῆ δ' ἑαυτοῦ πλεῖον οὐδέ τις οὐδέ τις. id est, Nemo seipso diligit quenquam magis.

Φίλαντοι.

Quo vi sibi vehementer placent, quique suis ipsorum commodis impense student, aliorum rebus vel neglectis, vel etiam afflictis, à Græcis elegantè φίλαντοι vocantur. Vitium ipsum φίλαντία dicitur. Quod apposite circumloquens Horatius: Cæus, inquit, amor sui.

Id vitii Plato malorum omnium fontem autumat.

Aristoteles 9. Moralium lib. satis indicat hanc φίλαντι probrosam appellationem, seu prouerbialē vulgo iactatam fuisse, cū ait, homines sui supra modum amantes à multitudine mala audire, quippe qui secundo, infamique cognomine vocentur φίλαντοι. Contra qui sibi displicent putiduli vocantur. Martial.

Altera rancidula est, astra putidula est. Est autē id vitium fere insitum, vt sua cuiq; magis probentur quam aliena, quod tamē eximie videtur fuisse in Afris. id quod elegantè notat Galenus libro τῶν φυσικῶν δυναμικῶν primo, οὗτος ἀρεθ' ἀναπύττειπ' ἰν' τι κακὸν ἐστὶν ἢ παθὲν τὰς ἀρέσεις φιλοτιμία ἢ δύσκειπτον ἐν τοῖς μάλιστ' καὶ ψώρας ἀπίσης δυνατώτερον. A deo de sectis contentio malum est, qd̄ ægre excutitur, & cū primis inuisibile, deniq; quauis scabie insanabilis.

Extra telorum iactum.

Ἐξω βέλων, id est, Extra telorum iactum, pro eo, quod est in tuto, citraq; periculū. Transtatum à bellis, vbi qui nolūt feriri iaculis, longius semouent sese, quā vt possint contingi iactu teli, aut in loco à iaculis defenso se continent. Vnde illud frequens apud historicos: Iam ad teli iactū peruenerant.

Q. Curtius lib. 3. Iam in conspectu, sed extra teli iactum vtraq; acies erat. Idem lib. 4. Vt extra teli iactum essent. Ac rursus: Nondum ad teli iactum peruenerant. Qd̄ Græci dicunt ἐν τῷ βέλῳ. Neque vero tantū ii dicuntur ἔξω βέλων esse, qui longius absunt, quā vt iaculo contingi possint, verum etiam qui vtequē tuti sunt. Seneca lib. De beneficiis 7. simili tropo dixit extra iactum: Iniuriam Deo sacrilegus quidem non potest facere, quem extra iactū sua diuinitas posuit. Lucianus in Votis. Ἐπισκοπεῖ ἔξω βέλους ὑπερωροῦμιον. Optat quisquam penus, vt à sublimi spectare possit dimicantes, ipse tutus à iaculis. Idem, καὶ ἔξω ἢν βέλους. id est, Iamq; extra teli coniectū erat Polyphemus de Vlysse, qui iam fugerat, vt cum Cyclops teli asequi nō posset, Odyssæz K. ad finem. Ideo rursus, αἰ δὲ μοῖσαι δὴ τὶ ἄτρωτοι, καὶ ἔξω βέλων εἶοιν, id est, Cur musus non feris, atque à tuis teli sunt tutæ? Adlusit huc idē in Nigrino, ἢ καθ' ὑπερζῆως τὸν ἔτορα ὑπερχαγῶν ἱμαντῶν, ἐκ βέλων φασὶν, ἐκ τε ἀνδροκαγῆς ἐκ δ' ἑματός, ἐκ τε κυδισμοῦ, τὸ λοιπὸν οἰκιστὴν εἰλόμην id est, Quæadmodū Iupiter Hæstorē ita meipsum à iaculis eximens, vt aiunt. Atque à cæde virum, atque à sanguine, deq; tumulctu, reliquum vitæ tēpus domi sedere destinabā.

Est autem apud Homerum Iliados ξ. Ἐξ βέλων, μῆπστις ἐφ' ἑλκῆ ἔλκος ἀρῶται. id est, Extra tela, vt ne quis vulnus forsitā addat. Ad vulnus. Contra, quem obnoxium periculo videri volemus, hunc ἐν τῷ τῷ βέλους γειδ' ἄν πο μείνωται. i. Ne tātis per quidem manentes, vt intra teli iactum esset. Vergilius in 11. Iamq; intra iactū teli progressus vterq;.

Post principia.

EANDEM ferme sententiam habet, Post principia. Sumptum item à bellis, in quibus

bus tutissimus locus est post principia. Si quidem in prima acie stabant hastati, in secunda principes, robustior ætas: hos sequentur scutati omnes, maxime in signes armis, post hos triarii, & rotarii, quemadmodum indicat T. Livius Decadis primæ, lib. 8. Itaq; nullus in acie locus tutior quàm post principia. Terentius in Eunucho:

Tu hosce istruce, hic ego ero post principia, inde omnibus signum dabo. Erat autem hic locus timidus nebuloni conueniens, id quod ridens Gnatho, Illhuc, inquit, est sapere, ut hosce instruxit, ipsius sibi cauit loco. Idem hoc Pyrrhus factitauit. Donatus admonet eum vltum verbo militari. Porro Vegetius libro De re militari secundo testatur, principales in acie milites, proprie dici principia. Sic enim ait: Antiqua ordinatione legionis exposita, principalium militum, & ut proprio verbo utar, principiorum nomina ac dignitates secundum præsentem matriculas indicabo. Axium apud Varronem. Ego vero, ut aiunt, post principia in castris. In prouerbio, Res ad triarios rediit, plura de his comperies.

*Procul à pedibus equinis.*

Ἐκ τῶν ποδῶν ἰππέων, id est, Procul à pedibus equinis. Etiam hodie vulgo dicitur, cum significant fugiendum esse periculum. Hac voce monere constituerunt, ut quisque sibi caueret in certaminibus equestribus, ἔξω τῶν ποδῶν ἰππέων: id est, Extra pedes equinos. Eam deinde vulgus prouerbiū vice versus paupt.

*Porro à Ioue, atque fulmine.*

Πρόξω δὲ τῆς τε καὶ κερκωῶς, id est, Ioue pariter atq; à fulmine. Refertur à Diogeniano. Admonet non esse agendum cum præpotentibus, qui nutu possint perdere si quando libeat, maxime cum regibus ac tyrannis. Habent enim fulmen, si quando commoueantur. Porro Ioui fulmen attribuit poetæ, & reges quidam hac effigie suos collosos fingi voluerunt, auctore Plutarcho. Citatur à Suida huiusmodi hemistichion: Ἀλέν ἀπό μείζονος ἀνδρός. id est, Maiorem vitato virum.

Refert & hoc à Diogeniano inter adagia. Monet autem parum esse tutum habere commercium cum principibus, quibus quod libuit licet, & in quos appositè dixeris illud.

Græcorum apophthegma: Μέγας οὐκ ἐκίνδωος βούλει δὲ καὶ μὴ δέη, τὸν ἀβούλει καὶ ποιῶν δὴ ἀμείνον. id est, Ingens periculum, velle quæ non decet, eum, qui possit quicquid voluerit efficere. Huc pertinet quod Calisthenes admonuit Aristoteles, ut cum Alexandro, aut raro loqueretur, aut iucunda. Itè quod refert Plutarchus in vita Solonis: is spreus est à Crces, quod de felicitate nimium libere respondisset, itaque cum Aesopus fabularum scriptor admoneret illum, ἵτι τοῖς βασιλεύσι δὲ ὡς ἡμισα ἢ ὡς ἡ δισα ὀμιλεῖν. id est, quod cum regibus aut quam minime, aut quam iucundissime colloquendum esset: Solon retorsit dictum hunc in modum, μὴ δὲ ἴα ἀλλ' ὡς ἡμισα ἢ ὡς κρησα, id est, non per Iouem, imo potius aut quam minime, aut quam optime, Adulter ad prouerbium Ouidius, hoc attractus fulmine,

Vive tibi, quantūq; potes prælustria vita. Sæuum prælustri fulmen ab arce venit.

*Septem conuiuium, nouem conuicium.*

ΣΕΠΤΕΜ conuiuium, nouem conuiciū. Elegans vel ob ipsam προσωνοματικὴν sententia, qua significatum est, in conuiuium paucos adhibendos esse, alioqui fore tumultuosum atque insuaue. Quod significans Horarius.

Locus est, inquit, & pluribus vmbis, Sed nimis arcta premunt olidæ conuiuia capræ.

Extabant antiquitus leges quæ præscriberent, simul et moderatum conuiuarum numerum, & sumptus modicos. M. Terentius Varro apud Celsum cæset conuiuas intra Gratiarum & Musarum numerum oportere consistere, ne aut plures sint septem, aut pauciores tribus. Sed hoc adagium ventat ad Musarum vsque numerum peruenire. Plinius libro vicefimo octauo. capite secundo scribit, Seruium Sulpitium commentum fuisse causam, cur omninosum cæset mensam relinquere, quod illis temporibus nondum numerabantur conuiuiæ plures quinque. Chærephon apud Athenæum lib. 6. videtur admittere conuiuas vsque ad triginta, duntaxat in nuptiis. Cæterum quibus datum erat negocium numerandi conuiuas, γυναικονόμος appellatur. Refert inibi fabulam non illepidam: Parastus eum inuocatus venisset ad nuptias, & postremus accuberet, gyneconomi numeratus

meratis conuiuio, iusserunt illum abire, quod contra legem, super numerum triginta sequutus esset. At ille, Numerate, inquit, denuo, à me sumentes inuitum. Hoc pacto non erat futurus supernumerarius. Refertur apud Iulium Capitolinum in vita L. Veri Imperatoris: Et notissimum quidem, inquit, eius fertur tale conuiuium, in quo primum duodecimum accubuisse dicitur, cum sit notissimum dictum de numero conuiuiarum, Septem conuiuium, nouem vero conicium. Coniuicium autem dixit pro clamore, quasi conuocium. Torqueri potest ad polyphiam, aut ad turbam rationem in argumentando, aut exemplorum in suadendo: aut etiam ad polytechniam.

Quanis in re turba confusionem parit ac molestiam.

*De gradu deicere.*

PROVERBIALIS allegoria De gradu deicere: pro eo quod est animo consternari, ac velut à statu mentis dimoueri. M. Tullius Officiorum lib. 1. Fortis vero animi est & constantis, non perturbari in rebus asperis, nec tumultuantem de gradu deici, ut dicitur, sed presentis animi uti consilio. Con similibus figuræ est, In gradu reponere, quasi in pristinum locum restituere. Quintilianus institutionum lib. 4. Aut si quid titubauerint, opportuna rursus eius à quo producti sunt, interrogatione velut in gradum reponantur. Ad eandem formam pertinet, Mouere loco, Deturbare gradu, Restituere in locum.

*Post mala prudentior.*

Μετὰ τὰ δ' ἔνα φρονιμώτερος, id est, Post acerba prudentior. Vbi quis suo malo sit cautior, non aliter, quam qui gustato veneno, non prius intelligunt esse venenum, quam noxiam eius vim sentire cœperint. Finitimum est ei, quod alibi dicitur:

Πικθὲν δ' ἐτε νύμτος ἔγνα. id est,

At nouit rem factam denique; stultus. Itē ei:

Κλέων προμεινὸς ἐστὶ μετὰ τὰ πρόμματα. i.

Rebus peractis est Cleon Prometheus,

Adagium recensetur in collectaneis Apostoli, quem equidem auctorem non adducere in medium, nisi cogeret inopia magis idoneorum.

*Ex ouo prodijt.*

Ἐξ ὠοῦ ἐξῆλθεν, i. Ex ouo emerfit. Aiunt dici solitum de magnopere formosis ac nitidis,

quasi neget communi hominum more nato, sed ex ouo, more Castoris & Pollucis. Siquidem est in poetarum fabulis, Ledam Tyndarum filiam, ex Iouis concubitu duo peperisse oua, è quorum altero prodire gemini Castor & Pollux, infigui forma iuuenes: ex altero nata est Helena, cuius forma litteris omnium est nobilitata.

*Non est cuiuslibet Corinthum appellere.*

Οὐκ ἔστι ταῦτ' οὐδὲν ἐξ ἑκαστοῦ ἰδίῳ πλοῦς. i. Nō est datur cuius Corinthum appellere. Vestitū iuxta ac venustū adagium de rebus arduis, & aditu periculosis, quasq; non sit cuiuslibet hominis affectare. Inde natū quod, ut refertur apud Suidam, nec facilis, nec satis tutus sit nauis in Corinthiacum portum appulsus. Nā Strabo lib. Geographiæ octauo, aliò refert originē prouerbii, nempe ad luxū, & meretrices Corinthiorū. Ostendit enim Corinthū quod in Isthmo esset, duosq; haberet portus, alterum aduersus Asiam, alterum Italiam oppositū, negociatorum, frequentia locupletissimam fuisse. In eadem templū fuisse Veneri sacrum, adeoq; locupletatū, ut plus mille puellas haberet, quas Corinthi Veneri consecrarant, ut in eius honorē prostarent. Itaq; harum gratia frequentens in urbē multitudo vendiq; cōstuebat, vnde ciuitas maiorē in modum ditabatur: quin et negociatores, hospites ac nauæ, propter vrbis luxum deliciasq; immoderatos sumptus facientes exhauriebantur. Atque hinc manasse vulgo prouerbium, Cuiuslibet non est Corinthum appellere. Horatius, & A. Gellius ad Laidem nobile scortum referunt adagium. Nā ille in Epistolis ad hunc modum scribit.

Principib' placuisse viris nō vltima laus est, Non cuius homini contingit adire Corinthum,

Sedit, qui timuit, ne non succederet.

Ad Aristippum videlicet adludens, quem Laidi consueuisset notum est, & ita consueuisset, ut gloriaretur se vnum habere Laidem, reliquos haberi à Laide. Hic, nempe Gellius li. 4. c. 8. ex Phocione Peripatetico huiusmodi refert historiam: Lais, inquit, Corinthia, ob elegantiam venustatēq; formæ grandem pecunia demerebat: Conuentusque ad eā ditiorū hominum ex omni Græcia celebres erant, neq; admittebat, nisi qui dabat quod poposcerat. Poscebat autem

H illa

illa nimiam quantitatem . Hinc aiunt natū esse illud frequens apud Græcos adagiū.

Οὐ πικρὸς ἀνδρὸς ἐς κόρηϊ ἐὶδ' ὁ πλοῦς.

Quod frustra iret Corinthum ad Laidem, qui non quiret dare quod posceretur. Ad hanc ille Demosthenes clanculum adit, & ut sui copiam faceret, petit. At Lais *μυρίας δραχμῶν*, id est, decem drachmarum milia poposcit. Tali petulantia mulieris, atque pecuniz magnitudine iclus, expavidusq; Demosthenes auertitur & discedens, Ego, inquit, pecnitere tanti non emo: οὐκ ἰσχύμαι *μυρίαν δραχμῶν πεταμέλαιον*. id est, Nō emo decem drachmarum millibus pecnitudinē. Alii malūt in genere ad omnes Corinthiorum meretrices referre, quarum rapacitatē etiam vetus comœdia taxauit, Aristophanes in Pluto:

Καὶ τὰς γ' ἑταίρας φασὶν τὰς κορινθίαις  
Ὅταν μὲν αὐτὰς τις πένης πρῶτον τύχη  
Ὅν δὲ προσέχειν τὸν νόον, ἰάν δὲ πλοῦσιος  
τὸν πρῶτον αὐτὰς δὴ δὲς ὡς τοῦτο τρέπειν.

Mos equidem verficulos haud grauarium Latinos facere, si quàm sunt elegātes, tam essent etiam verecundi. Strabō meminit apophthegmatis cuiusdā meretricii, ex quo licebit earum auaritiæ coniciere. Nā cum matrona quædam cuipiam huius ordinis probro obiiceret inertiam, quod nihil ageret operis, nulloq; lanificio exerceatur: Imō, inquit, ego illa qualiscunq; sum, iam ternas telas exiguo temporis spatio pertexui. Nobis tamen non v̄ absurdum, si parcemia referatur ad periculosam in Corinthum nauigationem, de qua meminit eodem in libro Strabō. Vt hinc postea deriuata sit ad alios vsus. Parasitms ille Comicus eleganter detorsit prouerbium: Ὁὐ παρὸς ἀνδρὸς ἐπὶ τῆ ἀπὶ δὲν ἐὶδ' ὁ πλοῦς.

Adire mensām, haud hominis est cuiuslibet.

Citatur autem à Stobæo, ex Nicolao quodam poeta comico. Meminit & exponit hęc parcemiam & Eustathius, enarrans nauium catalogum, additq; eam imitatam ex illo versu Sophocleo:

Ὅκ ἐνθάδ' οἱ πλοῖοι τοῖσι σώφροσι βροτῶν. i. Non à modestis nauigatur huc viris.

Extat hic versus, cui meminit Eustathius apud Sophocleē in Philocteta. Proinde duplex erit vsus adagii, vel cū significamus re esse maiorem, quàm pro viribus eius qui

conatur aggredi, veluti si quis parum felici natus ingenio, parumq; viatico instructus, destinet sequi litteras: vel quoties aliquis negotium parum tutum aggredi parat, qđ nō temere soleat feliciter euenire, veluti si quis apud iudices *δωροφάγος* litē instituat nunquam finiendam, aut principum aulis sese addicat, aut bellum suscipiat. Nihil enim fere horum ita bene consuevit euenire, vt non pœn iteat consilii.

*Satis querens.*

Ἀλῆς δρυὸς, id est, Sat querqus. Vetus adagiū in eos, qui relicto victu sordido, ad elegantiore, lautioremq; digrediuntur. Inde profectum, quod prisca illi mortales rudes atque inculti, simularq; Ceres vsum frumēti monstrauit, glandibus victitare desierūt. Quanquam Plin. lib. 16. testatur, & sua ætate multas gentes glande victitasse: apud Hispanos etiam in deliciis habitam: adeo vt bellariorum vice secundis mensis inferretur. Huiusmodi nimirum tragemata conueniebant iis, quibus dentificii loco lociū esset. Nec inconcinne quadrabit in eos, qui relicta antiqua illa virtute, ad mores consiliaq; seculi sese transferunt, ac recentiorum moribus incipiunt vti. Hūc admodum videtur vsus Cicero, scribens ad Atticum lib. 2. in epistola cuius initium: Multa me sollicitant. Clodii contentiones, quę mihi proponuntur, modice me tangunt, etenim vel subire eas videor summa cū dignitate, vel declinare nulla cum molestia posse. Dices fortassis, ἄλῆς tanquam δρυὸς. Saluti, si me amas, consule.

*Fenestram aperire, & similes metaphora.*

APERIRE fenestram, pro eo quod est, occasione, ac velut ansam ministrare. Terentius ἐστὶν ἐν τῆ μυχμῆϊα: Hui quantam fenestram ad nequitia patefeceris. Verum hoc non nisi in malam partem, illud etiam in bonam: Aperire ianuam: Plinius Suetonio Tranquillo: Atque adeo illa actio iustitiam aures hominum, illa ianuam sanæ patefecit. Plutarchus in libro de Oliride: *μυχμῆϊας μὲν τῶ ἀέθρα λιῶ κλισιῶ δ' αὐνοῖοντας*. id est, Magna impietate plebi repagula aperientes. Eiusdem formę & illud Ciceronis pro Planco: Quanquā qua nolui ianua in causam ingressus sum. Item illa: Aperire viam, Præstruere viam, Præcludere viam, lacere

fundamenta: quorum alibi meminimus. Diverso quidem sensu philosophus quidam Cynicus dictus est *εὐρηπαιωτικός*, qd in omnium ædes irrumperet, reprehensus si quid displiceret: sed tamen ea vox torqueari potest ad eos, qui cæteris viam aperiunt.

*Ansam querere, & consimiles metaphora.*

**ΑΝΣΑ** est, qua quippiamprehenditur, ac tenetur. Hinc ducta metaphora, varias adagiorum formas præbuit. Plautus in Persa: An non vides hunc ansam querere? id est, capere occasionem rescindendæ, irritandæque ractionis. Quod quidem à Græcorum tractum est figura, apud quos frequens est, *λαβὴν ζητεῖν. πρέχειν λαβὴν*. id est, ansam querere, præbere ansam. Aristophanes in

*Lystrata:*

*Εἰ γὰρ ἐνδ' ὠταίτις ἡμῶν τοῦς δεῖκ' ἀνσημαὶν λαβὴν,*

*Οὐδὲν ἑλλείψουσιν αὐτὰς λιπαρῆς χειρὸς* id est,

*Si qua per nos vel pusilla data sit ansa foraminis,*

*Pinguis ipsæ nil relinquunt protinus chirurgiæ.*

Plato libro De legibus tertio: *καὶ ὁ λ' γ' ὅ*

*ἡμῶν οὐδὲν λαβὴν ἀποδίδωσιν.* id est, Et ipsæ sermo nobis velut ansam præbet. Aristides in

*Pericle: τὴν τοῦ βασιλικῆν δ' ἀκρίαν πρέχειν*

*λαβὴν.* id est, Ansam præbere, vt inuidere videtur. Idem adsimili figura dixit in Timone: *Οὐδὲ δίδωσι χεῖραν τῷ βλασφημῆϊ.*

id est, Neque dat locum conuicio. Rursum

Plato libro De legibus septimo: Vt contentionis ansam multis pbuerint. Rursum De

republica libro octauo, indicat metaphora sumptam à palæstritis, quorum hæc ars est,

sic componere corpus, vt prehendi non possint: *πάλιν τοῖνυ ὡσπερ παλαίστης τὴν αὐτὴν*

*λαβὴν πρέχει.* id est, Rursum igitur tanquã palæstrita eandem ansam præbe. Eodè pertinet. In eisdem ansam incidere, & ansam ar

ripere, ansam præterire, ansam negligere: & si qua sunt alia. Epicætes in Enchiridio

suo scripsit, vnicuique rei binas esse ansas, alteram qua teneri possit, alteram qua non

possit. Arripiendum igitur vnumquodq; ea qua possit teneri, id est, bona vndiq; ex

cerptæda, mala toleranda. Philosophus quidam adolescentis nullis mathematicis disciplinis instructos noluit admittere, quod

diceret illis deesse ansam philosophiæ. Pla-

tarchus autem in libello De audiendis poetis, elegantè scripsit, multas esse corporis partes, per quas sese insinuant vitia, virtuti vero vnicam esse ansam, aures adolescentulorum si pure fuerint, nullisque assentatorum & corruptorum hominum sermonibus occupatæ.

*Cyclopiis donum.*

**Κύκλωπ' ὄσωρα**, id est, Cyclopiis munus: pro eo quod est: munus inutile. Cuiusmodi sunt ferme tyrannorum & latronum beneficia, qui solent hoc ipsum magni beneficii loco imputare, quod aut minus, aut seruis noceant. In hanc sententiam Cicero Philippica 2. Quod est aliud P. C. beneficium latronum, nisi vt commemorare possint iis se vitam dedisse, quibus non ademerint? Lucianus ἐν καταπλώ; *Οὐ πόνημ' ἐ τοῦ κύκλωπ' ἑκείν' ὄσωρα, τὸ ὑπ' χρεῖδαι, ὅτι πύματον ἐγὼ τὸν αὐτὴν κατέδωκα.* id est, Haud admodum me Cyclopiis illud donū delectat, videlicet quod ita pollicetur: Ego Vtin postremū deuroabo. Verba sunt Micylli cerdonis, qui cum esset questus, quod non statim cum aliis in cymbam Charontis reciperetur, atq; hoc ipsum Clothoparca, beneficii vice imputaret, quod interim tantillum moræ lucti faceret ne descenderet ad inferos, ad hunc modum respondit. Neque dubium quin Lucianus Homericum locum retulerit, qui est in Odyssæe lib. 9. vbi Cyclops Polyphemus delectatus dulci vino, qd illi donarat Vlysses, munus promittit, quo accepto ille sit magnopere gauisurus, vt denuo sibi ministret de sua lagæna. Dedit Vlysses spe muneris iterum atque iterum. Porro vbi iam vino delinitum crederet mitius responsurū, resposcit Vlysses munus promissum. Cui Cyclops hunc in modum respondit:

*Ὅστιν ἐγὼ πύματον ἔδωκα μετὰ οἷς ἐταίροισι τοῦς δ' ἄλλας προδίδει. τὸ δὲ τι ξενίον ἐσται.* id est,

Post socios mihi; postremusq; vorabitur Vtis,

At reliqui prius: hoc ex me tibi munus habebis.

Cæterum ὄστις Græce, nullum significat: quod nomē finxerat Vlysses, quo Polyphemum posset deludere.

*Tuis te pingam coloribus.*

**Τῦς te pingā coloribus.** i. Talem te describam,

bam, qualis es. Tráslatum à pictoribus, qui nonnūquam faciem hominis ita, vt est, exprimunt, ac repræsentant, nonnūquam alienis sicut coloribus. Aut et adlusum est ad Aesopicā corniculam, quæ se coloribus alienis venditauit. Diuus Hieronymus in Rufinum: Posseni & ego te tuis coloribus pingere, & insanire contra insanientem. Ibidem rursus: Scire enim te iactas crimina, quæ tibi soli amicissime tē confessus, & hæc in medium prolatum, meisq; me coloribus esse pingendum. Plinius in præfatione historiz mundi: Et ne in totum videar Græcos insectari, ex illis nos velim intelligi pingiq; coloribus, quos in libellis his inuenies. Et Cicero libro Epistolarum ad Quintum fratrem secundo, epistola vltima: Tuis coloribus, meo penicillo. Quamquam hoc paullo diuersius.

*Ornatus ex tuis virtutibus.*

**H**INC non multum ablutit illa ironia Teretiana: Ornatus ex tuis virtutibus. In Adelphis: Si regnum possiderem, ornatus esses ex tuis virtutibus: id est, haberes p̄mia tuis factis digna. Nam olim reges honorem habebant iis, quis facinus aliquod præclarum edidissent.

*Domi Milefia.*

**Οἱ κοῖτὰ μιλῆσια**, id est, Domi Milefia. In eos dici solitum, qui ibi domesticum luxum celebrant, vbi minime probatur. Nam domū liberū est vnicuiq; suo more viuere, Hospitis autem est, vt eorum, apud quos diuersatur, & cultum, & mores tū laudet, tum imitetur quoad potest, certe sua nō iactet, aliena damnans. Id quod facere solent quidam homines imperiti, qui quocunq; terrarum venerint, omnium omnia vituperante sua nimis importunè laudibus tollūt, et vti pro summis virtutibus efferetes. Refert adagium ab Angelo Politiano in Miscellaneis, additq; inde natū, quod olim Milesio cuidam hospiti: cum apud Lacedæmonios delicias patrias extolleret, ad hūc modum responsum fuerit: οἱ κοῖτὰ μιλῆσια, μὴ γὰρ ἐνδεδῆ. id est, Domi hic Milefia: huius sententiæ citis auctorem Zenodotum quendam adagiorum collectorem. Ferunt quidem Zenobii, cuiusdam collectanea, quem an ille Zenodorū appellet, nondum satis liquet, verum in his collectaneis huiusmodi quandam inuenimus fabu-

lam, quam eandem refert Suidas: Aristagoras quidam Milesius Lacedæmonē profectus, postulat vt Ionibus à Persis bello vexatis suppetias ferret. Is autem cum in concionem prodisset, insolita apud Lacedæmonios vestitus mundicie, aliisq; delicis Ionicis affluens, quidam ex Eploris, eum hoc dicto submonuisse fertur, οἱ κοῖτὰ μιλῆσια, id est, domi Milefia. Porro Ephorus Lacedæmoniorum est magistratus, cuius munus est de contractibus cognoscere, vt auctor est Aristoteles tertio libro Politicorum: alioqui vox ipsa sonat, quasi dicas inspectorem. Cæterum Athenæus libro 12. causam adagionis secus narrat, nempe Milesios luxum Colophoniorū imitatos, morbū suum finitimis etiam regionibus tradidisse. Hoc nomine cum male audirent, sese admonebant, vt domi suis delicis vteretur, non etiam traderent. Effertq; vt pro verbum ad hunc modum: οἱ κοῖτὰ μιλῆσια καὶ πικῶσι: καὶ μὴ ἐν μέσῳ. id est, Domi Milefia, ac vernacula, non in propatulo. Vt autem Lacedæmoniorum seueritas multorū litteris est celebrata, ita Milesiorum luxus in hominum sermonē abiit, adeo vt quicquid molle, parumq; ve virile velint intelligi, Milesium appellēt. Vnde Aristides quidam libro suo, fabulis obicænis scærenti, tūculum indidit, μιλῆσιακόν. Et Lucianus in Amoribus, sermonis amatorios lasciuos, Milesios vocat. Martianus Capella: Nam certe, inquit, μύθῳ poeticæ etiam diuersitatis delicias Milesiacas. Quin & Apuleius in carmine iambico, quo asinum suum auspicari voluit, demulcentes & prurientes narrationes suas, sermonem Milesium vocat. Julius Capitolinus in vita Clodii Albini: Milesias, inquit, nōnulli eius dicunt, quorum fama nō ignobilis habetur, quamuis mediocriter scriptæ sunt. Et hæc de fabulis Apuleianis dici testantur ea, quæ paullo post citat ex epistola Seneri: Maior fuit dolor, quod illum pro litterato laudandum duxistis, cum ille nēniis quibusdam anilibus occupatus, inter Milesias Punicas Apulei sui, & ludicra litteraria consensceret. Hactenus Capitolinus. Quod autem sui Apulei dixit, illuc pertinet quod & Albinus ipse, itidem vt Apuleius Afer esset. Cæterum præcipua Milesiorum mollicies in vestitu, propterea quod apud illos textæ essent omniū molliissima. Vnde & Tyrius Maximus

Maximus Milesios *εὐμκροτάτης* vocat, nimirum à cultus elegantia. Vergilius in *Georgicis*, delicatissima vellera, Milesia nominat: Horatius item:

Alter mileri textam, cane peius, & angue. Vitabit chlamidem:

Vestem molliculam, parumque seueram significans. Aristophanes in *Ranis*, *Στραγάλισι μιλισίοις ἀνατετραμμένῳ*. id est, Stragulis Milesi inuolutus. Horū meminit & Theocritus, & complures alii scriptores. Sed ad intelligendum adagii sensum, iam plus satis. Adlusit ad prouerbium Euripides in *Helena*:

*Οὐκ αὖ ἐκεῖ ποδσεμῶς ἰδῷ, οὐκ ἐνθάδε*. id est, Magnificus illic forte eras, non hic item:

Adlusit & Antiphanes apud Athenzum libro 4. his quidem versibus:

*- Ἐν λακωνίῳ  
Λίγονας, ἐκένων τῶν νόμων μεθετέον  
Ἔστιν. βὰς δ' ἴξ' ἐπὶ δ' ἔπνον εἰς τὰ φιδίτια.  
Ἀπόλαυε ζώμου, καὶ φέρει τοὺς βύσκιπας.  
Μὴ κκατὰ φρονεῖ. μὴ δ' ἔτε ἐπιλύτῃ καλλ. ἰ.  
Quando agis apud Lacedæmonem,  
Vitiis oportet moribus Laconicis.  
Cœnarum eas in phiditia Laconica,  
Nigro frulare iure, quod ibi apponitur.  
Geitesq; bystacis, caue contempseris.  
Quicquam, boniue aliud requiras insup.*

*Menſe Maio nubens male.*

ROMANORVM adagiū extat apud Nasonem: Menſe Maio nubens male. Dicitur potest in mulieres intempeſtiuz libidinis autem eos, qui alieno tempore quicquam faciunt: aut qui parum auspico quid agrediuntur. Nam olim inanſpicatum exiſtimabatur, mulieres Maio Menſe nubere, ſive quod eo Menſe vmbra Remi occiſi à fratris Cerere, creditus apparuiſſe nutritio ſuo Fauſtulo, atque Accæ Laurentiz, mandatiſq; vt manibus ſuis iuſta perſoluerentur. Vnde & Romulo auctore, feſta Remuria dicta, poſteritas mutata littera Lemuria: velut à lemuriſus appellare cœpit. Et vmbriſ maiorum his diebus parentari ſoliti: atque, ob id dies illi inter ſerales habiti, ac nuptiis neſaſti. Ouidius in *Fastis*: Nec viduz rediſ eadem, nec virginis apta Tempora, quæ nupſit, nec diuturna ſunt. Hac quoque de cauſa, ſi te prouerbia tangunt, Menſe malas Maio nubere vulgus ait.

Plutarchus in *Problematis* alias quaſdam cauſas refert, quam ob rem hoc Menſe abſtineretur à nuptiis: vel quod medius intercedat inter Aprilem, Veneri ſacrum, & Iunium Iunoni dicatum, quarum vti que dea nuptiis præſidet. Proinde ppter auſpicium dez, aut maturates paullum nubebant Aprile, aut puſillū prorogantes Iunio. vel propter ſuſcita quædam præcula, quibus per id tēporis vtebatur Romani, hominū effigies de ponte in Tiberim præcipitantes, cū antea Græcos cōſueuiſſent. Atq; ob id Flaminia Iunonis ſacerdotem, quaſi luētū illis diebus agere, nec vllō ſolēni cultu ſolitam vti. vel qđ Maius à natu maioribus, Iuni<sup>a</sup> à Iunioribus denominatus eſſe videat. Porro nuptiis grādiōr eras, vt intēpeſtiua, ita inauſpicata. Quapropter ſcripſit Euripides: *Ἄλλ' ἢ τὸ γέρας τὴν κ' ἀπὸν χαίρειν ἔα,* *Ἦτ' ἀφροδίτῃ τοῖς γέρας ἄχθεται.* id est, Verum ſeneclā iubet valere Cypridem, Et ipſa ruruſum inſenſa ſenibus eſt Venus.

*Ouem lupo commiſiſti.*

*Τὸ λυκοῦ τῶν δὴν*, id est, Lupo ouem. Terentius in *Eunūcho*: *ſceſta, ouem lupo commiſiſti.* De Chærea ephæbo, cui velut eunūcho virgo ſoli credita eſt. Donatus admonet prouerbium eſſe, quod continet ſcemi neā reuerentiam, inereticiū ſenſum. Conciennè hoc vtemur, quoties ei ſeruandū aliquid committitur, cuius gratia eſtodem magis oporteat adhiberi. Cicero tertio *Philippica*: Etenim in concione dixerat ſe eſtodem futurum vrbiſ, vſque ad calendas Maias, ad vrbeſ exercitum habiturum. O præclarum eſtodem, ouium, vt aiunt, lupini: cuſtos ne vrbiſ, an director & vexator eſſet Antonius? Vnde quadrare videtur, quoties inimico negotium committitur, quiq; nobis peſſime velit: propterea qđ lupus & agnus genuino quodā odio diſſidet. Id quod oſtendit et̄ Homerus in *Iliadis* X. *Ὡς οὐκ ἐστὶ λέωνι καὶ ἀνδρῶν δεινότης.* *Ὀὗ δ' ἄνθρωποι τε καὶ ἄρσες ἀμφοτέρω ἐν μὲν ἔχουσιν Ἄλλα κκαὶ φρονέουσιν διαμπερές ἀλλήλοισιν.* id est, *Fædus vti nō tutū homini, ſzuoq; leoni, Vtq; ouib<sup>9</sup> pꝛſum cōcordia nulla lupiſq; Sed ſemp cupiūt male, ſeq; odere viciffim.* Item Horatius in *Odis*: *Lupis & agnis quanta ſortito obtigit, Tecum mihi diſcordia eſt.*



Huc adscribendum illud, quod refert Suidas: *Πρὶν καὶ λύκῳ δὲν ποιμαίνουσα*. id est, Prius etiam lupus ovem pasceret: de re neutiquam verisimili. Huic confine Plautinū illud in Milite: Bono cella suppromo credita. Sed propius accedit, qđ est in Truculento: Nam oves illius haud longcabunt a lupis.

*Mustela seuum.*

*Γαλῆ σίκερ*, id est, Mustelæ pingue, subaudiendum, das, aut comittis. Cū ea dantur, quorum qui accipiunt, natura sunt appetentissimi. Gaudet enim hoc animal præcipue seuo. veluti si quis laudaret laudis audissimum: aut ad bibendum prouocaret, natura bibosum: aut ad aleam inuitaret, quibus hic ludus impendio gratus esset. Refertur adagium à Diogeniano.

*Nullam hodie lineam duxi.*

*Τῆμερον οὐδέ μιν γραμμὴν ἔκαγον*, id est, Hodie nullam lineam duxi. Ab Apelle pictore natum adagium: in eos quadrat, quibus cessatum ab exercitio studii, artisq; suæ. Id refertur à Plinio libro 35. cap. decimo, cuius verba non grauibimur in hoc commentarium transcribere: Scitum est, inquit, inter Protogenem, & eum quod accidit. Ille Rhodi viuebat, quod cum Apelles ad nauigasset, audis cognoscendi opera eius, fama tantum sibi cogniti, continuò officinā petit. Aberat ipse, sed tabulam magnæ amplitudinis in machinam aptatam picturæ, anus vna custodiebat. Hæc Protogenem soris esse respondit, interrogauitq; à quo quod situm diceret: Ab hoc, inquit Appelles: ar-reptoque penicillo, lineam ex colore duxit summæ tenuitatis per tabulam. Reuerso Protogene, quæ gesta erant anus indicauit. Ferunt artificem protinus contemplatum subtilitatem, dixisse: Apellem venisse. Nō enim cadere in aliū tam absolutam opus: ipsum tunc alio colore tenuiore lineam in ipsa illa duxisse, præcepisseque abeunte, & reddisset ille, ostenderet, adiecissetq; hunc esse quem quæreret. Atque ita euenit. Reuerterit enim Apelles, sed vinci erubescēs, tertio colore lineas secuit, nullū relinquēs amplius subtilitati locum. At Protogenes victum se confessus, in portum deuolauit, hospitem querens. Placuit sic eam tabulā posteris tradi, omnium quidē, sed artificū

præcipue miraculo. Consumptam eā constat priore incendio domus Cæsaris in palatio, auide ante à nobis spectatam, spatiosiore amplitudine, nihil aliud continentē quam lineas visum effugientes, inter egregia multorum opera inani similē, & eo ipso allicientem, omniq; opere nobiliorem. Apelli fuit alioqui perpetua consuetudo, nunquam tam occupatam diem agendi, vt non lineam ducēdo exerceret artem, quod ab eo in proverbium venit. Hactenus Plinius. Ceterum ad hanc lineam, qua protinus agnitus est à Protogene, respexit Scapio in Hercule Vindice Epitrapezio, cū ait: Linea quæ vetetem longe fateatur. Appellē.

*Neque natate, neque litteras.*

*Μῆτε νῆν, μῆτε γραμμάτια*, id est, Neque natate, neq; litteras, subaudiendum, nouit. In eos dicitur, qui supra modū indocti sunt, nihilque prorsus bonarum artium in pueritia didicerunt. Nam hæc duo statim discibant pueri Athenis. Atque adeo Romæ quoque, id quod satis declarat Suetonius in Augusto: Nepotes, inquit, & litteras, & natate, aliaq; rudimenta per se plerumque docuit. Idem de Caligula prodidit, quod ad cetera magnopere docilis, natate tamen nescierit, velut postremū hoc nemo nesciret. Plato libro De legibus tertio: *Τοῖς δὲ ἐναντίον ἔχοντες τούτων, ὡς σοφούς τε προσεπίειν ἄν, καὶ τὸ λεγόμενον, μῆτε γραμμάτια μῆτε νῆν ἐμπύται*: Qui vero contra affecti, sapientes appelladi, etiam si neque litteras, vt dicitur, neque natate sciunt. Item Aristides in apologia communi quatuor oratorum, *Ἄλλως τὸ λεγόμενον δὴ τούτο, οὔτε γραμμάτια οὔτε νῆν ἀδύνατα ἔλκευον ἀγίων*. id est, Sed quem admodum dici consuevit, perinde coarguendum existimans, quasi qui neque litteras, neque natate norit.

*Morderere frænum.*

**MORDERE** frænum. D. Brutus libro Familiarium epistolarum vndecimo posuisse videtur pro eo quod est, vel leuiter repugnare seruituti. Si frænum momorderis, pericam, si te omnes quotquot sunt, conatē loqui ferre poterunt. hoc est, si vtenique significaueris te seruitutem iniquo animo ferre. ad hanc sententiam faciunt, quæ respondet Cicero: Si timidus, inquit, essem, tamen ista epistola omnem mihi metum abstulisset.

ses: sed vt mones, frænuū momordi. Etenim qui te includo, omnem spem habuerim in te, quid nunc putas? **Quantquam** Papinius in Epithalamio Stellæ & Violantillæ in diuersum sensum vsurpauit, nempe pro eo quod est, seruitutem accipere, frænuūque recipere:

Fama tace, subiit leges, & fræna momordit. Id est, Admisit vincula matrimonii. **Quantquam** an etiam in hunc sensum verba Ciceronis accipi possunt, doctis excutiendum relinquitur. Prouerbiū sumptum videtur è fabula Aeschyli, quæ inscribitur Prometheus, in qua sicloquitur Mercurius:

Τίγγη γὰρ οὐδὲν οὐδὲ μαλθακὴ λίτας  
 Ἐλαίς, δακτύλῳ δὲ γόμων ὡς νεολύγης  
 Πῶλον βιάζην, καὶ πρὸς ἥϊκας μακρῆ. id est,  
 Precibus nihil mitescis inflexus meis.  
 Sed fræna mordens, pullus indomitus  
 velut,  
 Ferociens, pugnas habenas vincere.

*Manibus, pedibusque.*

**EXTREMUM** conatum significantes dicimus, Manibus, pedibusque. Nam per manus declaratur industria conficiendi, negotiū, per pedes maturadi celeritas. Dauus in Andria Terentiana: Ego hoc Pamphile tibi pro seruitio debeo conari manibus, pedibusque. Vtitur hoc adagio semel atque iterum Aeschines in oratione contra Demosthenem. Homerus Iliados Y.

Ἄλλ' ὅσσον μὲν ἐγὼ δύνάμει χερσὶν τε ποσὶν τε.  
 id est,  
 Immo quicquid ego possum manibus, pedibusque.

*Omnibus neruis.*

**EVDDEM** habet sensum, Omnibus neruis, id est, summa vi, summoque studio. Nā robur, iuxta philosophos, in neruis situm. Vnde & neruos intendere, expedire neruos, & neruosa dicimus, quæ vegeta validaq; minimeq; languida. Cicero ad Q. fratrem: Sic contende omnibus neruis, & facultatibus. Idem lib. 15. Epist. famil. Omnem neruos in eo contendas. Item Verrinarum actione secunda: In quo omnes neruos etatis, industriaq; meæ contenderem.

*Velis, equisque.*

**SIMILEM** conatū significat, velis equisque, ad fugiendum aut assequendum magis, quam ad efficiendum. M. Tullius ad Q. fratrem lib. 2. sic ego, qui in isto homine colē-

do tam indormiui diu, te mehercule sæpe excitante, cursu corrigam tarditatem, tum equis, tum velis. Quo quidem loco, in vulgaris exemplaribus, pro velis, viris scriptū habetur. Idem Officiorum libro 3. Quibus obsolescit floret Epicurus, eiusdem serē auctor, adiutorq; sententiæ. Cum his equis, velisq; vt dicitur, si honestum tueri, ac retinere sententia est, decertandum est. In quibus exemplis vsus est eadē metaphora paulo diuersius, vt qui illic respexerit ad celeritatem, hic ad vt runque pugne genus equestre ac nauale.

*Remis, velisq;.*

**HVIC** similem est, Remis velisq;. Inde translatum, quod cum nauis simul, & remigio, & velo impellitur, summus est nauatarum conatus. Cicero lib. Tusc. quæst. 3. Terra res est, misera, detestabilis, omni contentione, velis, vt ita dicam, remisq; fugienda. Idem in prima Philippica: Tum vero tanta sum cupiditate incensus ad reditum, vt mihi nulli neque remi, neque venti satisfacere. Plautus in Asinaria: Remigio veloce quantumcunq; poteris festina, & sarge. Quum remigio nauis impellitur, Greci, ἄδύτερον πλοῦν, id est, secundarium cursum appellant. quum velis fertur, dicitur ἰσιόδωμεν: quum secundis ventis, οὐριόδωμεν. Vertit in diuersum, hoc est, in significationem tarditatis, metaphoram Aristophanes, ἐν ἐκκλησιαζούσαις,  
 Ναῦ μὲν γὰρ οὐτε θέομεν οὐτε ἐλαύνομεν, id est,  
 Neque currimus nunc, nec alias impellimur.

Interpres exponit: Neque ventis, neque remis nauigamus. Quantquam nihil prohibet ad equestrem cursum referri. Vergilius simpliciter extulit in Aeneidos tertio.

Leuam cuncta cohors remis, ventisque pe-  
 tuuit.

Ad hanc formam pertinet, quod ait Plato lib. De legibus 9. Τὰς δὲ τῶν κακῶν ζωῶν σίας φθύγι ἀμετακρηπτῆ. id est, Malorum autem consuetudines fugito irruerisim, hoc est, ne respiciens quidem à tergo. Adludit autē ad Eurydices fabulam, cui lex erat dicta, ne respiceret. Et Vergilius:

Transque caput iace, ne respexeris.

*Nauibus, atque quadrigis.*

**PRO** summo studio, summaq; festinatione,

Flaccus dixit, Nauibus, atque quadrigis, in Epistolis :

Serenitas nos exercet inertia, nauibus atq; Quadrigis petimus bene viuere, quod petis hic est.

Plutarchus aduersus vsuram: Μὴδὲ σὺ γιῖ ποσσύναστε μὲνεν, μὴ δὲ νόχματα ζῶντα, κίρασ φέρει κατὰ γυρεα, ἀτοκοί ταχέως καταλαμβάνει σὺ παρατρέχουσιν, ἀλλ' ὄνω τῆι τῷ τυχεῖντι, καὶ καβάλλη χρεάμεν φέρει πολέμιον, καὶ τύραννον διαίτησιν. id est, Ne vero tu aut equitatum oppertus fueris, aut vehicula iugalia cornigera, & argento picta, quæ celeres vsuræ adsecuntur, & prætercurrunt: verum asino quopiam, quemcunque forte nactus fueris, aut caballo fuge hostem, actyrannum sceneratorem.

*Citis quadrigis: Iouis quadrigis.*

**CITIS** quadrigis fugere, & Iouis quadrigis fugere, pro eo quod quam ocyslime fugere, legitur apud Plautum, ab Homero translātū, qui diis quadrigas affingit, quibus quo lubitum sit, repente rapiantur, ex Olympo in terras, rursus è terris in cælū. Ad quas adlusit Cicero, scribens Q. fratri: Quoniam scribis poema nostrū ab eo probari quadrigis poeticis, modo mihi date Britanniani, quam pingam coloribus tuis, meo pennisillo. Plautus in Aulularia: Quod iubeat, citis quadrigis propter persequi. Liuius primæ decadis libro 7. narrat Camillum captis Veis, ita triumphantē ingressum urbem, ut curru equis albis iuncto uerheretur, & ob id cum triumphum clariorē fuisse, quā gratiorē, quod Solis, ac Iouis currum æquiparasse moliretur.

*Equis albi præcedere.*

**VBI** quem alii quapiam in re longe superiorem significabant, longoque antere intervallo, cum albis equis præcedere dicebāt, vel quod antiquitus equi albi meliores haberentur, ent quod victores in triumpho albis equis uictari soleant, vel quod albi equi fortunatiores & auspicatorum esse credantur, ut ad equestre certamē referamus metaphoram. Quod quidem indicat Apuleius, cū ait: Postquam ardua montium, & rosida cespitem, & glebosa camporum emerfi, me equo indigena per albo vehens, iam eo quoque admodum fesso. Neque enim te-

mere addit, vel indigena, id est, Thessalico, vel albo: nam vtrunque pertinet ad emphasim pernicitatis. Horatius in Sermonibus de Persio quodam:

Durus homo, atque odio qui possit vincere regem.

Confidens, tumidusque adeo sermonis amari,

Sifennas, Barros ut equis præcurreret albis.

Erant autem Sifenna & Barrus homines quidam insignita maledicentia: etiam si Acron barros legit, ut sit epitheton. Neque dissimile huic Plautinum illud in Asinaria: Nam si huic occasione tempus sese subtruderit, nunquam ædepol albis quadrigis indispicet postea. Græci simpliciter dicunt περιπιδύσαι, pro longe antecellere, quod equestris curius sit expeditior.

*Mordicus tenere.*

**MORDICVS** tenere, est summa pertinacia tueri, quod Græci vocant ὀδᾶξ. M. Tullius Acad. quæstio. lib. 1. Nam ab omnibus eiusmodi visis, perspicuitatem, quam mordicus tenere debemus, abesse dicemus. Diuus Aurelius Augustinus in epistola quapiam ad diuum Hieronymū: Illi me plus mouent, qui cum posterius interpretarentur, & verborum, locutionumque. Hebrazarum viam atque regulas mordicus, ut fertur, tenerent: non solum inter se non consenserunt, sed etiam reliquerunt multa. In eundem sensum dixit Seneca lib. De beneficiis. 7. Vtraque manu: Hæc, inquit, Demetrius noster vtraque; manu tenere proficientem iubet, hæc nusquam dimittere.

*Terra, marique.*

**FACIEM** prouexbrālē habet & illud, Terra, marique quoties extremum conatum, studiumque significamus. Theognis:

Χρηὶ γὰρ ὁμῶς ἐπὶ γῆν τε, καὶ θύραϊ ναῦα ἐλασσος

Δίχῃ δὲ χαλεπὸς κίβητι λίσιν πείνης, id est, Paupertatis enim ditæ, terræq; marique. Quætere Cyruē aliquod conuenit estugium. Et Horatius.

Per mare pauperiem fugiens, per saxa, per ignes.

*Molli brachio, Leni brachio.*

**HS** pene diuersum est, Molli brachio, & Leui-

ui brachio, cum indiligentem operam significamus. Cicero epistolarum ad Atticū lib. 2. Quod me quodammodo molli brachio de Pompeii familiaritate obiurgas, nolim, ita existimes. Idem ad eundem lib. 4. Consules, qui illud leui brachio egissent, rem ad senatum detulerunt.

*Omni telorum genere oppugnare.*

**R E P E R I T V R** apud idoneos scriptores, *Omni telorum genere appugnare*, pro eo quod est, modis omnibus infestari. Metaphora sumpta uideri potest ex illo versiculo Homérico:

Ἐρχῆν ἄορι τε, μὴ αἰοισί τε χερσὶ δ' οἰσίν. i. Hastisque gladiisque, & saxi grandibus vrgent,

Cui finitimum est, Cæsım, ac punctım. Nā his duobus modis hostem impetimus,

*Cominus, atque eminus.*

**A D** eandem formam pertinet ἔγγυθεν καὶ πρῶθεν, id est, *Cominus atque eminus*. Translatum & hoc à bello, in quo nūc conferti pugnant gladiis, nunc machinis procul tela in hostem torquent. Id si ad animi res transferatur, fiet uenustius. Cum hominibus habenda pax, ceterum cum vitiis cominus, atque eminus pugnandum. Qui cominus pugnat *συσάδην μάχιδαι* dicuntur: qui hastis, *διαδοράτων μάχιδαι* dicuntur.

*Omnem mouere lapidem.*

**Πάντα λίθον κίνει**, id est, *Vnumquēq; moue lapidem*, hoc est, omnia experire, nihilque intentarum relinque. Quod adagium hoc pacto natum esse plerique ferunt: Xerxes Græcos bello adortus, cum esset apud Salamınem superatus, ipse quidē inde se mouit, verum Mardonium reliquit, qui suo nomine bellum prosequeretur. At cum hic quoque in Plateis parum prospere pugnasset, fugatusque esset, fama vulgo inualuit, Mardonium intra ambitum tentorii sui thesaurum integē humo desossum reliquisse. Hac spe pellectus Polyocrates Thebanus, eum agrum commercatus est. Venit ubi iam multum, diūque thesaurum quæsisset, neque quidquam proficeret. Delphicum oraculum consuluit, qua ratione posset eas pecunias inuenire. Apollo respondit his uerbis: *πάντα λίθον κίνει*, id est, *Vnumquēq; moue lapidem*. Id simul atque se-

cisse, multum auri vim reperisse ferunt. Sunt qui metaphoram sumptam existiment ab his, qui canctos venantur in litore. Nam hii plerunq; sub saxi latitant, quæ mouent qui canctos quæruunt. Effertur adagium etiam ad hunc modum: *πάντα κινήσω πέτρον*, id est, *Omnem mouebo petram*, hoc est, omnia periclitabor. Euripides in Heraclidis: *πάντα κινήσω πέτρον*, sentiens nihil non fieri. Plinius Iunior in quadam epistola: Ego iugulum statim uideo, hunc premo. Premit certe quod elegit, sed in eligendo frequenter errat. Respondi posse fieri: ut genu elset, aut tibia, aut talus, ubi iugulum putaret. At ego, inquam, qui iugulum perspicere non possum, omnia percontento, omnia experior, *πάντα* deniq; *λίθον κινῶ*. id est, *Omne lapidem moueo*. Diuus Basilus ad nepotes: Ad quod ut uaticum paremus, omnis lapis, ut dici solet, mouēdus est. Fortassis huc adlusit & Theoticum illud in Bucoliasis:

Καὶ τὸν ἀπὸ γραμμῆς κινῆ λίθον.  
De Galatea lasciuiente atq; omnia tētante, quo Polyphemum in se prouocaret, id quod alibi retulimus. Scholiastes admonet pro uerbis dici, *significans idem valere quod πάντα κάλων σείειν*, id est, *omnem mouere funem*. Addit metaphoram sumptam à ludo quoriam, in quo qui non potest alia ratione vincere concertatorem, mouet à linea lapidem, qui dicitur rex. Nam quod adfert de statua saxea, quam sua forma mouere possit Galatea, coactius est, mea quidem sententia.

*Omnem rudentem mouere.*

**Πάντα κάλων σείειν**, id est, *Omne funem mouere*. Aliunde ducta metaphora, sensum eundem efficit. Aristophanes in Equitibus. *Νῦν δὲ τί σέ πάντα δὴ κάλων ἐξείναι*, *Καὶ λήμμα βούριον φορεῖν καὶ λογούσ ἀφύκτας*. Quorum versuum hic est sensus, *Nunc te necesse est omnem rudentem expedire*, Et lemma ferre vehemēs, ac rauones inextuitabiles.

Lucianus in Pseudomante: *Καὶ πάντα κάλων εἶναι ἐμῶν ἰδῶν βραχόμενον*. id est, *Atque omnem mouebam funem, hominem uicisci cupiens*. Apollonium in epistola ad Euphratem: *πάντα φασὶ δῖον τὸν ἔμπροσθεν κάλων σείειν*. id est, *Negotiatorem a iure omnem su-*

nem

nem mouere oportere. Vsurpauit & Plato in dialogo cui titulus Sisyphus, σκοπῶμεν ἢ δια, ὑπερφύως μὲν οὐ τὸ λεγόμενον γὰρ πάντα κάλων ἐφίεντες, καὶ πάσων φωνῶν ἐφίεντες. id est, Cōsideremus itaque per Iouem, exacte omnem quod aiunt rudentem laxātes, & omnem vocem emittētes. Iulius Pollux libro de vocabulis rerum primo: ἐπλέομεν πάντα ἀνασῆσαντες κάλων, καὶ ἀπᾶσι κάλοις. i. Nauigabamus omni moto rudente, & omnibus rudentibus. Ad eum modum significat diffidentem nauigationem, in qua sint omnia tentanda.

*Omniem iacere aleam.*

**Ο Μ Ν Ε Μ** iacere aleam, est rem vniuersam periclitari, fortunęq; arbitrio cōmittere. Siquidem alea fortunę ludus est magis, quam artis. Vnde prouerbiali figura, si qñ ancipitem rei euentum significamus, quasi non ab arbitrio iacientis, sed à fortuna pēdentis, aleam iaci dicimus. Ita Terentius in Adelphis, vitam hominum perinde dixit esse, quasi cum ludas tesseras, vt quod iactu non cecidit, id arte vt corrigas. Lucianus in dialogo, cui titulus, ὑπὲρ τὸν εἰκόνα, Τολμήσω ἀναρῆξίψαι τὸν κύβον, id est, Audebo tesseram iacere. Euripides in Rheso:

- Χρὴ δ' ἐπ' ἀξίους πανέν,

Τυχὴν προβαλλόντ' ἐν κύβοισι δ' αἰμονῶ. i.

Par est labore digna ferre premita,

Quicumque vitam fortis obicit alex.

Aristides in Pericle: εἰς ὑπὲρ πάντων κύβῳ ἀνερῆξίπττο, σωματῶν, χερμάτων, δόξης, ἡγεμονίας, id est, Vna super omnibus alea iaciebatur, vita, pecuniis, fama, principatu. C. Cæsar ad Rubiconem, qui fluuius Italiam à Gallia disternit, paulisper secū hēsitans, animoq; reputans, quam arduam iē moliretur, postea quam ostento se animus additus: Eamus, inquit, quò deorum ostenta, quò inimicorum iniquitas vocat, iacta esto alea. Plutarchus in Apophtegmetis ad huc modum dixisse refert: πᾶς ἀνερῆξίψω κύβῳ. id est, Omnis iacta sit alea. Ad quod adludens Lucianus:

- Cadat alea fati,

Alterutrum mensura caput.

Plutarchus in vita Coriolani, extremam aleam in eundem sensum vsurpassē videtur, ὡς περὶ ἕκαστον κύβον ἀφίεντι. i. Velut extrema iacta alea. Item Petronius Arbitr:

Iudice fortuna cadat alea.

M. Tullius lib. De diuinatione 2. Nō perspicitis aleam quandam inesse hostiis diligēdis, prefertim, cum res ipsa doceat. Cum enim tristissima exta sine capite fuerint, quibus nihil videtur esse dirius, proxima hostia litatur sæpe pulcherrime. Hic Tullius aleam dixit, casum. Prouerbiū defumptum videtur ex Menandro. Nam Athenus lib. 13. hæccitat illius carmina e comœdia q̄ inscribitur Arrhephorus, siue Tibicina: Οὐ γὰρ μὲν εἶναι τοῦ ἔχεις, τούτου καταλιπὼν τὸν βίον.

Γυάμικα γὰρ αὐτὸς, δ' ἰδὲ τοσοῦτ' σοὶ παραινῶ μὴ γὰρ μὲν. id est,

Siquidem sapiis, ne coniugem vniquam duxeris.

Duxi ipse, proinde suadeo ne duxeris.

Huic alter respondet:

Δεδογμένον τὸ πρῶγμα, ἀνερῆξίψω κύβῳ. i. Decreta res est, esto iacta hæc alea.

Græci versus apud Athenæum nō nihil corrupti sunt scribarum inficitia. Sed nullo negotio possunt restitui. Sic enim scriptos primum arbitror:

Οὐ γὰρ μὲν εἶναι τοῦ ἔχεις γέ καταλιπὼν τούτου βίον,

Γυάμικα γὰρ αὐτὸς, δ' ἰδὲ τοσοῦτον μὴ γὰρ μὲν Νῶ σοὶ παραινῶ.

Plato vitam humanam, teste Plutarcho, similem esse dixit aleam ludō, in quo & iacere oportet accommoda, & iis, quæ ceciderunt, recte vti. Quid cadat, in fortunę manu est: distribuere vero rectè, quæ forte ceciderunt, id in nobis situm est. Quam collationem imitatus fuisse videtur Terentius in Adelphis.

*Vela ventis permisisse.*

**Ν Ε Q V** dissimili figura dixit Quintilianus in præfatione Institutionum oratoriarum: Permittamus vela ventis, & oram soluentibus bene precemur: hoc est, editionis ancipitem euentum vteunque cadet experiamur. Similimum est illud apud Senecā in Agamemnone: Fluctibus dedi ratem: hoc est, rem fortunę arbitrio commisi. Theognis:

Οὐνικα νῶ φερέμεθα καθ' ἰστίαν λυκᾶ βαλόντις. id est,

Quare nunc serimur tendentes carbasæ ventis.

Venuste Græcis πλοῖσισι φερέμεθα dicitur, qui toto pectore summoq; conatu rapi-

tur ad aliquid. Ita Plutarchus in Catone seniore de Scipione. Hunc cato reprehendebat quod largitione corrumpere. Scipio respondit, sibi non opus esse quaestore nimium diligenti, cum ipse *πλοσιγιστής*, i. plenus velis ad bellum raperetur. Ouidius: Et quoniam magno feror æquore, plenaque ventis

Vela dedi.

*Sub omni lapide scorpius dormit.*

*Υπὸ παντὶ λίθῳ σκορπίος ὕδναι.*  
Sub omni lapide scorpius dormit, aut ut metri quoque ratio seruetur, est enim anapæsticus dimeter:

Est sub lapide scorpius omni.

Admonet adagium cauendum esse, ne quis apud captiosos & calumniolos temere loquatur: quidquid enim attigerit, periculū esse ne mordeatur. Constat autem scorprios solere sub saxo cubitare, quæ si quis tollat incauti, fit ut ictus vulnus accipiat. Conueniet & in morosos, qui quiduis causari solent: vel in pigros, qui friuola quædam prætexentes suffugiunt laborem. Aristophanes ἐν βισσαφοραϊζούσῳ,

*Τὴν παροιμίαν δ' ἐπανῶ*

*Τὴν παλαιάν, ἵππο λίθῳ γὰρ παντὶ πῆξ*

*Χρὴ μὴ δῖα κῆ ῥήτωρ ἀθρεῖν.*

Sermo mi vetus probatur,

Nam decet lapide sub omni

Mordeat ne rhetor, obseruare.

Nicandri commentator, hunc senarium citat ex Captiuis Sophoclis:

*Ἐπαντὶ γὰρ τι σκορπίος φρεσὶ λίθῳ.* id est,

Etenim sub omni lapide scorpius excubat.

Hoc est, nihil tutum, & omnia cauenda.

*Asinus ad lyram.*

*Ὀνὸς λύρας*, subaudi ἀσπρακτός, id est, Asinus lyre auscultator. In eos, qui propter impetiam nullo sunt iudicio, crassissiq; ue auribus. Hunc titulum proverbialem M. Varro satyræ suæ cuidam indidit. Eiusdē apud Gellium extant hæc verba e satyra, cui titulus: Testamentū: Si quis mihi filius vnus, pluresve in decem mensibus gignuntur: si erunt ὄνοι λύρας, id est, asini ad lyram, exheredes sunt. ὄνος λύρας, appellat indociles bonarum artium, atque intractabiles. Diuus Hieronymus ad Marcellam. Quos ego cum possem meo iure contemere, asino quippe lyra superflue canit, tamen ne nos

superbiz, vt facere solent, arguant. Etidem aduersus Vigilantium: Quamquam stulte faciam, magistro cunctorū magistrōs quaerere, & ei modum imponere, qui loqui nescit, & tacere non potest. Verum est illud apud Graecos prouerbium, ὄνῳ λύρας. Lucianus de his qui mercede seruiunt: Τὶ γὰρ κοινὸν φασὶ λύρας καὶ ὄνας, id est, Quid enim cō mercii, quod dici solet, asino cum lyra? Idē aduersus indoctum: ὄνῳ λύρας ἀκροῖς κινῶν τὰ ὄτα. id est, Sed asinus lyram audis, auriculas mouens. Vnde & hoc pacto effertur adagium: ὄνῳ τὰ ὄτα κινῶν, id est, Asinus, auriculas mouens. Rursum ad hunc modum: ὄνα τις ἐλεγμῶν, ὁδὲ τὰ ὄτα ἰμῖται, i. Asino quidam narrabat fabulam, at ille auriculas mouebat. In eos, qui cum nihil intelligant, tamen perinde quasi nihil nō intelligant, ita nutibus adludunt, aut arridēt dicentibus. Est autem asino naturale, subinde mouere auriculas, sicuti significanti se iam intelligere, cum nihil etiam audierit. Aliquando referunt ad asinum non auscultantem lyram, sed ipsum canere conātem. Lucianus: Καὶ μέλισα ὀποταὶ ἄδῃ κῆ βόσξ ἐν ἐέλη, ὄνῳ ἀτολαρίζῃ φασὶ. id est, Maximè si quando canit, currit q; festiuus ac lepidus videri; asinus, vt aiunt, ipse lyra canens. Idem in Pseudologista: τὰυτὸ δὴ τὸ τοῦ λόγῳ, ὄνοι κινῶν τὴν περιόμῃν ὄνα. id est, Iuxta hoc ipsum quod vulgo dici solet, asinum conspiciens cithara canere tentantē. Citatur & hic versiculus:

*Ὀνὸς λύρας ἔκαστε, καὶ σάλπηγῳ ἴξ.* id est, Asinus lyram auscultauit & porcus tubā. Recte torquebitur in eos, qui indecorē tenēt artificium, cuius sunt imperiti, & à quo natura abhorrent. Festiuiter inuertit adagium Stratonici apud Athenæum libro Dipnosophistarum 8. Erat cleon quispiā, cui nomen inditum boui: is cum scite caneret voce, ceterum lyra non perinde uteretur, Stratonicus vbi canentē audisset: Olim, inquit, asinus ad lyram dictus est, nunc vero bos ad lyram.

*Sue tubam audiuisti.*

*Σάλπηγῳ ἴξ κῆξ*, id est, Tubā sus audiuit. In eos quadrabit, qui res quidem egregias audiunt, verum eas neque intelligunt, neque mirantur. Aut in eos, qui iis, quæ audiunt, neque gaudent, neque commouentur. Equi tubarum clangore cōcitantur ad bellum:

bellum : suem abigat citius, quam animet ad pugnam. Extat apud Suidam huiusmodi pugnari:

Οἱ λυγροὶ καὶ σάλπηγες. id est, Asinus lyram, sus audiit stolidus tubam.

*Nihil graculo cum fidibus.*

**N I H I L** graculo cum fidibus, id est, Nihil stolidis & imperitis cum bonis litteris. Nā graculus avis est ineptæ molestæq; garrulitatis, atque obstrepera, adeo vt à voce, qua sonat, nomen inditū putent, auctore Quintil. 1. Instit. lib. 1. Tum sui generis cōuentus amat, quo mutuo garritu strepit⁹ fiat odiosior potro cithara silentium postulat, & aures attentas. A. Gellius Noct. Atticarū extrema lucubratione, sane quam eleganter hoc adagium torquet in quosdā pinguiore ingenio homines, stolidaq; loquacitate præditos, prophanos, ἀμούσους, id est, a musarum sacris alienos.

*Nihil cum amaracino sui.*

**A T Q V E** ei continenter simile quoddam subnectit: Nihil cum amaracino sui: hoc est, stolidis vel optima putent, displicentq; Amaracinus herbæ genus, Siculorum lingua à Cynaræ Cyprii Regis eiusdem nominis filio dictum, quem in hanc herbam conuersum fuisse, fabulis proditum est. Ceterum Seruius in primum Aeneidos, scribit Amaracum puerum fuisse regis vnguentarium, qui casu lapsus dum ferret vngueta, maiorem cōfusione odorē creauit, vnde & optima vngueta amaracina dici cœperint: hunc postea in herbam amaracum fuisse conuersum. Eadem dicitur & sanfucum, & aliis atque aliis nominibus, vt auctor est Dioscorides in 3. lib. aitque gratissimi esse odoris, atque rotam odoratam. Plin. lib. 13. c. 1. inter vngueta nobilia & amaracini facit mentionem, refertq; quondam in Coo fuisse laudatissimū, postea eodē in loco prælatum Melinum: deinde docet veris vnguentis admisceri sanfucum, quem admodum & Telino: quin etiam ex simplicis amaraci succo nobilissimum vnguentum confici. Idem libro 21. c. 22. scribit in Cyprio sanfucum laudatissimum & odoratissimum nasci, eiusq; ue varia ostēdit remedia: atque ex eo oleum quoque fieri, quod amaracinum seu sanfucinum vocetur. Cū igitur huiusmodi sit amaracinum, contra lue

nihil immundi, nihil sordidū amantius: quam obrem dixit Vergilius:

Immundi meminere lues.

Præterea Flaccus:

- Vel amica luto sus. Et:

Lutulenta ruit sus,

nihil profecto minus conuenit rostro suillo, quam delicæ vnguentariz; qui ppe cui id demum dulce olet, quod cœnum olet. Maxime quod inter vngueta, peculiari quadam naturæ proprietate amaracinum inimicum est suillo generi, ita vt illis veneni instar sit, si quidem credimus Lucretio, cuius in 6. lib. hi sunt versus.

Denique amaracinum fugitat sus, & timet omne

Vnguentum, nam fetigeris subus acre venenum est.

Suem olim Aegyptii belluam vsque adeo spurcā ducebant, vt si quis vel transiens contigisset, continuo properaret ad flumen, se pariter ac vestem abluturus. Subulcos etiā indigenas adeo inuisos haberi, vt nec in tēpla recipiantur, nec ad matrimonium aut affinitates admittantur, auctor Herodorus lib. 2. Ad hoc adagiū adlusit videtur M. Tullius cum ait: Illi alabastrum vnguenti plena putet: id est, optima pro pessimis displicent. Simile quiddam dici posset de Scarabeo, cui vnguentum pro stercore est, oleum pro vnguento: id quod vulgo quoque dici solere propemodū innuit Plutarchus in commentario, in quo Stoicorum dogmata cum poetarum diētis componit: λέγονται οὐκ ἀνδραροὶ τὸ μύρον ἀπολίπειν, τὰ δὲ δυνάστω δάκναι. id est, Aiunt Scarabeos vnguentum fugere, graueolentia sectari.

*Asinum sub freno currere doces.*

**A S I N V M** sub freno currere doces, hoc est, doces indocilem. Nā equus ad cursum idoneus, asinus ad equestrem cursum inutilis, Horatius.

Infelix operam perdas, vt si quis a sellam in campum doceat parentē currere freno. Acron admonet prouerbialiter dictum de asino. Est autem diuersum illi, quod alibi retulimus, τὸν ἵππον εἰς πτόιον, id est, Equū in campum.

*Alienam metis messem.*

Ἀλλότριον ἀμᾶς εἶρε, id est, Alienam metis messem. Duplex est vsus hui⁹ adagii, qui p-

pe quod pariter & in eos conuenit, qui cō-  
moditatibus aliena partis opera potiun-  
tur:& in hos, qui negotium non suum para-  
rum diligenter curant. Ducta metaphora  
à vetusto more quo vicini rullici in deme-  
tenda segete mutua inter sese operam  
commo.sabant . Fit autem hominum mo-  
re, vt in suopte quisque negotio longe sit  
attentior quam in alieno. Id quod elegan-  
ter admonet Apologus ille de Cassita, quē  
non pigeret referre, nisi promptum esset  
culibet apud A. Gellium legere. Potest &  
eo referri, quod aliquoties fit, vt ciecitis iis,  
qui sementem fecerunt, alii in eorum lo-  
cum succedant. citraq; laborē alienis fruun-  
tur sudoribus. Vide Maronis illud :

. En quocis consueimus agros ?

Aristophanes in Equitibus : Τάλλοτριον  
αμῶν ἐέφθ, id est, Alienam metēs messem .  
Dicitur est in Cleonem, qui in rem para-  
tā, multisq; laboribus à Demosthene prius  
labefactam veniens, Pylo capta, gloriā om-  
nem victoriz in se transtulit, Demosthenis  
p̄ter inuidiam nihil relictum. Cui confi-  
ne est illud Homeri ex Odysseaz lib. 1.

Επεί ἀλλότριον βίβτον ἰσπαιὼν ἔδρασιν. i.

Quandoquidem impune victum come-  
dunt alienum .

Eandem sententiam Aristophanes in eadē  
fabula sic extulit :

Εγὼ δὲ περιπατῶν γ' ἀπ' ἐργαστηρίῳ

Ἐφαίνθη ἔτι ἐκ τῶν χυτῶν ὑφαιλόμην. id est,

Ego obambulans ab officina longius,

. Alio coquente, ollam paratam iustuli.

*Penelopes telam retexere.*

PENELOPES telam retexere, est inanem  
operam sumere, & rursum destruere quod  
effeceris. Natū ex Homero, qui libro Odys-  
see secundo fingit Penelopen Vlyssis vxo-  
rē, procos iam vrgentes, hac cōditione de-  
luisse, vt tum se promitteret nupturā, vbi  
telam, quam habebat in manibus, absol-  
uisset. Quam conditionem postea quam  
illi accepissent, mulier astuta, quod inter-  
dū texuisset, id noctu retexere cepit.

Εγὼ καὶ ἡμετῖν μὲν ὑφαινεσκὼν μέγιστον ἴσον,  
Νύκτας δ' ἀλλύεσκον ἐπὶν δ' αἰδώς παρεθέ-  
το. id est,

. Illa diurna quidem ingentem contexere  
telam,

. Verum eadem admotis soluebat nocte lu-  
cernis .

Vsurpat hoc adagium Plato in Phædone.  
Item Cicero in Academ. quæstio. lib. 2. Quid  
quod eadem, inquit, illa ars, quasi Penelo-  
pes telam retexens, tollit ad exitum sum-  
periora ? Sentit autem de dialectica, q̄ iis-  
dem illis rationibus, quibus confirmauit  
aliquid, rursum soluit ac destruit, vt nihil  
iam actum videatur. Seneca De beneficiis  
quinto: Quid enim boni est, nodos opero-  
se soluere, quos ipse vt solueres feceris? Ari-  
stides in defensione quatuor oratorum : ἡ  
οὐκ οἶδα δυνὶ ἴσων ἀναλύοντες. ὁσον γὰρ ἂν πρὸ  
κόφωσι τῆς σαφείας, τσοῦτ' ἀταφωροῦσι μι-  
γάλα φρονούτες. id est, Et telam nescio quam  
retexentes. Quantum enim faciunt com-  
pendii in sapientia, tantum rursum dispe-  
dii dum arrogantis euadunt. Hoc quoniā  
aliis prouerbis, quæ mox dicemus, subne-  
ctit, indicat nimirū & hoc esse prouerbū .

*Annosam arborem transplantare.*

Γερῶνδρον μεταφυτθεῖν, id est, Vetulam ar-  
borem transplantare. In eos dicitur, qui se-  
ro atque exalta iam ætate conantur dedi-  
scere, quibus diu iuuenes assueuerint. Aut  
simpliciter de iis, quæ frustra molimur .  
Neque enim loco mouenda arbor, vbi iam  
alte fixerit radices, sed cum plantula adhuc  
est. Nam veteres negabant arborem trans-  
ferri oportere, vel minorem bima, vel ma-  
iorem trima: teste Plinio. Videtur autem  
adagium ad quercum peculiarius pertine-  
re, quæ omnium altissimē radices agit: Vt  
& ἀπὸ τῆς δρυὸς γερῶνδρον. Siue quod hanc  
arborem omnium primam arbitrantur  
fuisse. Quapropter & Ioui sacra arbor, &  
sylua Dodonæa quærna, sicut vnde prima  
omnium oracula reddita creduntur. Ele-  
ganter vsus est hoc adagio Seneca lib. Epi-  
stolarum 13. Epistola prima: Hæc, inquit,  
si nimium tristitia videbuntur, villæ impu-  
tabis, in qua didici ab Aegialo diligentissi-  
mo patrefamilias ( is enim nūc huius agrī  
possessor est) quamuis vetus arbustum pos-  
se transferri. Hæc nobis senibus dicere  
necessarium est, eorum nemo non oliuetū  
alteri ponit.

*Arenam metiris.*

Ἄμμον μετρεῖς, id est, Arenæ modum quæris,  
siue metiris hoc est, rem infiniti laboris, at-  
que inexplicabilem inceptas . Aur frustra  
conaris



conaris, quod nequeas efficere, Athenzus libro 6. Alexidem quendam adducit, qui innumera dixerit *ψαμμάκια*, velut æquãtia numerum arenarum. *ὄνυμασι δὲ χρώμενον Ψαμμάκισις*. id est, nominibus vñs arenaginta, vt Græcæ vocis figmentum imiter. Plato in Theæteto: *Μέλλον αὐτον λέγειν ἢ οἱ τῆς θαλάσσης λεγόμενοι χόες*. id est, Magisillum latet, quam maris, vt dicitur, atenz.

*Vndas numeras.*

*Κύματα μετρήσ*, id est, Vndas numeras. Eundem cū proximo sensum habet. Vergilius vitæque parcemiani eleganter attigit lib. Georgicon secundo:

Quem si scire velit, Libyci velit æquoris idem.

Discere quam multæ zephyro turbentur arenæ.

Aut vbi nauigiis violētior incidit Euris, Nolle quot Ionii veniāt ad littora fluctus.

Theocritus in Charitibus:

*Ἄλλ' ἴσθ' γὰρ ὁ μόχθ' ἐπ' ἄοι κύματα μετρήσιν,*

*Ὅσθ' ἄνεμ' χέρονθε μετὰ γλαυκῆς ἄλθ' ὠθα.* id est,

Nanque perinde fiet quasi si numerare la bores,

Quod venti e pelago trudent ad littora fluctus.

Videri potest ab Aesopico quodam apologo natum adagium, quem refert Lucianus in Sectis: Olim quendam in maris littore sedisse, conantem singulas vndas pernumerare: cumque vndas vñdis trudentibus obrueretur, animoque male angetetur, quod eas numero complecti non posset, adiens callida vulpes opportuno consilio sic hominem subleuauit. Quid angeris, inquit, propter vndas, quæ prætereunt? Hinc numerare incipias oportet, illas missas facias.

*Surdo oppedere.*

*Γαργάνο ῥῶ ἀπαρθεῖν*, id est, Apud surdum crepitu m edere, dicitur vbi quid si iustra sit. Aut vb percatur apud stupidos, qui non queant cœtere. Stue cum conuiciis incessitur is, qui perinde negligit, quasi non audiatur. Re: tur à Diogeniano & à Suida.

*Aranearum telas texere.*

*Τὰ ἀράχια φαῖεν*, id est, Aranearum telas texere. Est in te friuola, nulliusque stugis

infinitem atque anxium eaperelaborem. Refertur prouerbii vice à diuio Basilio in initio enarrationis Hexameron. Vnde & apud Diogenē Laercium in vita Zenonis, philosophus quidam rationes dialecticas, araneorum textis similes esse dicebat, quæ cum operosum quiddam atq; exactum præ se ferant tamen nugatorix sint atque imbecilles. Et alius qui spiam leges cum araneorum textis comparabat, quæ cum à magnis auibis facile discinderentur, muscas dumtaxat irretirent.

*Laterem lauas.*

**F E R V N T V R** huic confines aliquot apud Græcos paræmiz, quibus operam inanem significamus, veluti *πλίνθον πλύνας*, id est, Laterem lauas, id quod vsurpat Terentius in Phormione, Loquar ne? incendam. Taceam? instigem. Purgem me? Laterem lauem. Theocritus in Charitibus:

*Καὶ ὕδατι ἴλεον βολεῖν ἰοῦθ' ἰ πλίνθον.* id est, Et nigram silicem lauuisse liquentibus vñdis.

*Lapidem elixas.*

**C V I** similimū est, quod refertur apud Aristophanem in comœdia cui titulus *σφέκις*, *λίθον ἔψαις*. id est, Lapidem decoquis: pro eo quod est, inaniter laboras. *Ἄλλ' ὄτ' ἀνάντιβολοῦσι, κάτω κίπτων ἂν οὐτῶ, λίθον ἔψαις ἔλιγιν.* id est, Qui vbi quis obsecrauerit, demisso sic capite, lapidem decoquis, inquit. Neque enim vniquam mollescit lapis, quantumuis diutina cœctione. Generaliter conueniet in quamuis inanem operam, speciatim in hominem durum; nullisq; precibus mollescentem.

*Aethiopem lauas: Aethiopem dealbas.*

**E V N D E M** vim habent, *αἰθίοπη σμάχης*, i. Aethiopem lauas. Et, *αἰθίοπη λευκαίης*, i. Aethiopem dealbas. Lucianus in lib. contra indocum: *καὶ κατὰ τὴν παροιμίαν, αἰθίοπη σμάχην ἐπηρεῶ.* i. Ac iuxta prouerbii, Aethiopem lauare conor. Nam natiuus ille Aethiopus nigror, quem Plinius ex vicini syderis uapore putat accidere, nulla abluitur aqua, neq; ulla ratione candescit. Hoc item peculiariter quadrabit, cum res parum honesta velorum fucis adornatur, aut cum laudatur illaudatus, aut docetur indocilis. Adagium ortum videri potest ab Aesopica

Aesopica fabula. Nam quidam mercatus Aethiopen, & existimans eum colorem nō natura, sed superioris domini negligētia accidisse, nihil non adhibuit eorum, quibus vestes candesceri solent: adeoq̄ ue perpetuis lotionibus miserum diuexauit, vt illum in morbu m impulerit, colore, qui fuerat, manente.

*Arare litus.*

Διγυλαδὸν ἀροῦν, id est, Arare litus. Est sterilem operā sumere. Ausonius ad Theonē.

Quid geris extremis positus telluris in oris

Cultor arenarum vates, cui litus arandū. Significans eum inaniter laborare. Huius peculiaris vsus erit, cum officium impenditur in eum, à quo nihil sis fructus aliquando percepturus: veluti si quis doceat, ἔργον λῆρας, aut beneficium colloct in ingratū. Salustias enim facit, vt littorales orae ferme sint steriles: quod etiam prouerbio testatum est: ἄλμυρον γερτόμα, id est, Salsuginea uicinia, pro sterili. Est autem adeo sterilis humor marinus, vt nec arbores ferat: Atque huiusce rei varias adfert causas Plutarchus in commentario De causis naturalibus, primo statim problemate.

*Arenæ mandas semina.*

Εἰς ψάμμον σπείρεις, id est, Arenæ mandas semina. Propterea quod sterilem Arenæ, maxime littorales, nec idoneæ ad sementem. Oenone Paridi apud Ouidium,

Quid facis Oenone, quid arenæ semina mandas.

Non profecturis littora bubus aras.

Atqui in Brabantia sunt agricolæ tam indultrii, qui sitientissimas arenas cogant & triticum ferre.

*In aquam sementem facis.*

Εἰς ὕδωρ σπείρεις, id est, In aqua sementem iacis. Theognis,

Ἴσθον καὶ σπείρειν πότον ἄλλ' ἰς πολίης. id est,

Par vt qui xiquoreis semina mādēt aquis.

Loquitur de his, qui beneficium cōferunt in ingratos atque improbos homines: idque perinde perire dicit, quasi sementem iacias in vndis marinis. Aristophanis interpres & hoc pacto effert prouerbium, κατὰ θαλάττης σπείρεις, id est, in mari sementem facis.

*In faxis feminas.*

Κατὰ πέτρων σπείρεις, id est, In faxis sementem facis Nam hoc terræ genus fere sterile est, vel quia non potest aratro proscindi, vel quia quod satum est non habet quo radices agat.

*Ignem dissecare.*

Εἰς τὸ πῦρ φαίνεν, id est, Ignem diuerberare. Ad hanc formam pertinet, quanquam hoc inter Pythagorica retulimus symbola. Aristides in cōmuni defensione quatuor Rhetorum ἐλεήθεες δὲ ἔρα σαυτὸν, ἀπίστους τῆς παρομιχῆς ἐχειρομηνῶ, εἰς πῦρ φαίνων, καὶ λίθον ἔψον, καὶ σπείρων τὰς πέτρας, id est, Non intelligebas autem teipsum omnibus illis prouerbis obnoxium esse: quod ignem diuerberares, quod lapide m elixares, quod in faxis sementem faceres? Taxat Platonem, qui apud Dionysium tyrannum nullum omnino fecerit operæ pretium.

*In aqua scribis.*

Καθ' ὕδατος γράφεις, ἢ εἰς ὕδωρ γράφεις, id est, In aqua scribis, hoc est, nihil agis. Lucianus in Tyranno: Ραίξεις ὡ χάρων ἢ καθ' ὕδατος φασιν ἢ δὴ γράφεις, παρὰ μικύλλας τινὰς βολὰς προσδοκῶν, id est, Vtrum ludis Charon, am iam in aqua, quod aiunt, scribis, qui quidē à Micyllo obolum aliquem expectes? Plauto in Phædro: Οὐκ ἔρα σπείρῃ ἀντὰ ἐνὸς αὐτὴ γράφει μέλαν, σπείρων δ' ἰνα καλάμῃ, id est, Num hæc studiose in aqua scribet nigra, seminas calamo? Extat huiusmodi lenarij inter sententias Græcas:

Ἀνδρῶν φαύλων ἔραον, εἰς ὕδωρ γράφει. id est, Hominū improborum inscribe iusiurandum aquæ.

Id ita deprauat Xenarchus in Pentathlo apud Athenæum libro decimo:

Ἐραον δ' ἐγὼ γυμναστικῆς εἰς οἶνον γράφω. id est, Inscribo vino si qua iurat scemina.

Item Catullus.

Mulier cupido quod dicit amanti,

In vento & rapida scribere oportet aqua.

*In arena edificas.*

Εἰς ψάμμον οἰκοδομεῖς, id est, In arena edificas. Non consistit, quod super arenam struxeris. Proinde recte vsurpabitur, vbi quis negotium aggreditur inutile futurum, vt pote non recte iactis ante fundamentis.

Ventos

*Ventos colis.*

*Ανέμους γωργούς*, id est, Ventos colis. Colis autem dico, pro eo quod est, agricolationem exeres. Refertur a Zenodoro, dicitur in *προς*, qui e suis laboribus nihil fructus reportant.

*Ferrum nasare doces.*

*Σίδερον πλέον διδάσκεις*, id est, Ferrum fluitate doces. De iis, qui rem conantur, quæ repugnante natura nequaquam fieri possit.

*Cribro aquam haurire.*

*Κοσκίνω ὕδωρ ἀντλήν ἢ ἐπιφέρειν*, id est, Cribro aquam haurit. Quod etiam in obliuiosos non inconcinne dicitur. Plautus in Pseudolo: Non pluris refert, quam si imbrem in cribrum geras. Id autem olim inter *ἀδύνατα* habitum, vel illud est argumento, quod inter prodigia refertur, Tuciam virginem Vestalem, aquam cribro tulisse, anno ab urbe condita sexcentesimo nono, teste Plinio lib. 26. c. 2. Cuius meminit Dionysius Halicarnassensis lib. Romanarum antiquitatum secundo. Sumptum à fabula Danaïdum puellarum, quas Plato scripsit apud inferos hoc pœne genus pendere, ut assidue aquam in dolium pertusum vasis item pertusis inferant. Alciphron in epistola Galeni ad Cyrtionem: *Καὶ τὸ λεγόμενον δὴ τοῦτο εἰς ἀναϊδῶν τοὺς ἀμφορέας ἐκχεομεν πλέεις*. id est: Ac iuxta prouerbum, amphoras in Danaïdum dolia infundimus. Lucianus in Timone: *Ὡπὲρ ἐκ κοσκίνου τετραπυμένον ὕδωρ ἀντλήεις*. id est, In dolium pertusum aquam hauris. Plautus in Pseudolo: In pertusum ingerimus dicta dolium, opere tam ludimus.

*Apud finitum odorem vaporum spargis.*

*Εἰς κέστρον θυμιάεις*, id est, In finitum aromatum odorem spargis. Nam perit omnis fragrantia, si miq̄, scetore vincitur. Et apud Suidam: Conuenit autem in hos, qui rem egregiam indignis adhibent, quod genus est illud: In lente uigentium.

*Oleum, & operam perdidit.*

**E O D E M** pertinet & illud, quod est apud Plautum in Pœnulo: tum pol ego & oleum

& operam perdidit, id est, quicquid in sumptu, seu rei, seu laboris, id frustra in sumptum est. Metaphora ducta est à gladiatorum ac palæstritarum certaminibus: in quibus certatur, uigentibus quibusdam oleaceis perungebantur. Cicero in Epistolis: Nā quid ego te athletas putem desiderare, qui gladiatores contempseris? in quibus ipse Pompeius profiteretur se & oleum & operam perdidisse. Quamquam potest & ad lucubrarium lucernæ referri: sicut Cicero fecisse videtur, scribens ad Atticum lib. 13. An te lucem cum scriberem contra Epicurcos, de codē oleo & opera exarari nescio quid ad te, & ante lucem dedi. Idem ad eundem alibi: Non desceamus, ne & oleum et opera nostræ philologiæ perierit, sed conferamus tranquillo animo. Quo quidem in loco plus habet gratiæ, quod ad rem animi tractatum sit. Ergo hic oleum pro sumptu positum est. Nam & sic effertur adagium Plautus in Rudentibus: Et operam & sumptum perdunt. Eodem pertinet etiam illud, quod coruus ille saluator sonare didicerat: *Opera & impensa perit*. Cuius fabulæ meminit Macrobius libro Saturnalium 2. Eam quoniam haud quaquam indigna memoratu videtur, non grauebor adscribere, idque ipsius verbis: Sublimis, inquit, Actiaca victoria reuertebatur Octauius. Occurrit ei inter gratulantes coruum tenens, quem instituerat hoc dicere: *Aue Cæsar, victor, Imperator*. Miratus Cæsar officiosam a viginti milibus nummum emit. Socius officiosus, ad quem nihil ex illa liberalitate peruenerat, affirmauerat Cæsari illum habere & alium coruum, quem ut adferre cogere, rogauit. Adlatum verba, quæ didicerat, expressit: *Aue victor Imperator Antonii*. Nihil exasperatus, satis duxit tubere illum diuidere donarium cum contubernali. Saluator similiter à pisticco, emi iussit eum. Idem miratus in pica, hanc quoque redemit. Exemplum sutoris pauperem sollicitauit, ut coruum institueret ad parem salutationem, qui impendio exhaustus, sæpe ad auem non respondentem dicere solebat, *opera & impensa perit*. Aliquando tamen coruus cepit dicere dictatam salutationem. *Hac audita, dum transit Augustus respondit: Satis domi saluatorum talium habeo*. Superfuit coruo memoria, ut & illa quibus dominum querentem solebat audire, subterere,

xere, Opera & impensa perit. Ad quod Cæsar trisit, emique ænem inlitte, quanti nullam adhuc emerat. Hæc enī Macrobiū verba reddidimus. Dicit Hieronimus ad Pammachium, videtur huic adagio velut alterum quoddam adagium subtexuisse: Oleū perdit & impensas, qui bouem mittit ad ceroma. Si quidem hoc ipsum bouem ad ceroma mittere, proverbium sapit, pro eo quod est, docere indocilem: aut ad id muneri quempiam ascescere, ad quod obediū mī nime sit idoneus, videlicet ingenio repugnante. Nam ceroma dicitur vnguentum, quo olim vgebantur athletæ, id ex oleo certisq̄ tertæ generibus conficiebatur. Porro ad ceramina bos inutilis est.

*Reti ventos venaris.*

Ἀπὸ τῶν ἀνέμων ἐλάσῃς, id est, Reti ventos captas. De frustra laborantibus: aut qui stulte sequuntur ea, quæ nulla sit assequendi spes: Aut qui rem inaneth inuiter captant. Nā vitæ contrinetti ventus potest, reti nequaquā.

*Tranquillum æthere remigas.*

Ἀπὸ τῆς νηέμου ἐπέσσης, id est, Aere tranquillo remigas. Apud Zeno. dicitur referatur de incassum laborantibus: perinde est quasi dicitis, aerem diuerberas, remigantiū more.

*Mortuum flagellas.*

Νεκρὸν μασίτεις, id est, Mortuum flagellas, in eos, qui obiurgant illos, qui nihil profus obiurgatione commoueantur: Aut qui vita defunctos insectantur, ac lacerant.

*Ollam exornas.*

Χυτῶσαι ποικίλλεις, id est, Ollam exornas, siue picturas. De iis, qui in re vehementer absurda frustra conātur. Ineptus enim labor, ollæ vasi contemp. & culinariis vasis decorato, picture lenocinium adhibere. Cui simillimum quiddam vulgo iactatur, bracteis aureis inaurare inglandiū putamina.

*Ouum adglusinar.*

Ὁμὰ κολλῆεις, id est, Ouum glutino compingis. Refertur à Diogeniano. Ridicule laborat, qui fractum ot. putamen glutino sarcire & coagmentare conetur.

*Vitem vellis.*

Ἀκούει δῖστος, id est, Vitem cædis, aut vitem

excorias. Extat apud Aristophanem in Nubibus. Ad quod adlusisse videtur Apuleius in Asino, cum meminit de tribus viribus à se percussis ac vulneratis. Sumptum vel à Bacchi sacris, vel ab iis, qui percussis viribus inanem mouent strepitum.

*Vitem vellis.*

HVIC similitum, ἀκούει τῆς βίτης, i. Vitem vellis. Vel quod non sentiat, vel quod pilis careat.

*Actum agere.*

TERENTIUS in Phormione: Οὐκ ἔστιν, αἰὺν, ne agas. τὸ πρᾶξῃν μὴ πρᾶξῃς. A iudiciorum consuetudine sumptum, quæ fas nō est iterum agere causam, de qua iam sit pronunciatum. Plautus: Rem actam agis. id est, incassum laboras. Q. Fabius apud T. Livium Dec. 3. lib. 8. Scio multis vestrum videri patres conscripti, rem actam hodie no die agi, & frustra habiturum orationē, qui tanquam de integra re, de Africa provincia sententiam dixerit. M. Tullius libello De amicitia indicat dici solitū de negotio, quod per postere geritur. Sed cum multis, inquit, in rebus negligentia plectimur: tum maxime in amicis & deligendis & colendis. Præposterior enim vitimur consiliis, & acta agimus, quod vetamur proverbio.

*Cotem alis.*

Ἀκούει στρίλλεις, id est, Cotem alis. Dicitur in homines edaces, plurimiq̄ cibi: qui nihilo tamen habitiores inde reddantur. Nam in Cotis macilentiam, hodieq̄ vulgo iactatur adagium, cum aiunt, tam pingue quā cotem, macilentum quempiam esse significantes. Hermolus Barbarus in epistola quadam ad Picum interpretatur hoc proverbium pro male collocare beneficium, unde non sit reditura gratia: vt affine sit illi, quod alibi dicitur: Alē luporum catulos, cum ex beneficio redit mala gratia.

*Hylam inclamas.*

Υλᾶν κρηυγᾶεις, id est, Hylam inclamas. De frustra vociferantibus: aut in genere, de nihil proficientibus. Ab huiusmodi casu natum adagium. Hylas Theodamatis filius, cum esset inter argonautas formosus adolescens, adamat est ab Hercule. Is cum esset in Mytia, sorte aqua tum egressus, in fonte

fonte perit: vnde & à Nymphis adamatus ac raptus fingitur. Ad hunc vestigandum missus est Polyphemus, qui ingenti vociferatione nomen inelamabat Hylæ, neque quicquam tamen profecit. Atque hinc ortū proverbum. Vergilius videtur ad nau-tarum clamorem retulisse, cum ait:

His adiūgit Hylā nautæ quo fonte relictiū  
Clamassent, vt littus Hyla, Hyla omne  
sonaret.

Meminit huius & Theocritus in Idyl. N.  
Τῆς μὲν ἕλκω ἄνυσιν, ὅσον βαθεῖς ἄρυσε λαμψὸς  
Τῆς δ' ἂν ὕπαις ὑπᾶκυσεν, ἄρυσά δ' ἴκιστο  
φωνή. id est,

Ter quanto potuisset Hylam clamore vo-  
cabat

Mugitū intendens imo de gutture vocis.  
Ter puer audiit, ac tenuis vox percudit  
aures.

Nihil obstat, quo minus ad sacrorum con-  
suetudinem referatur, quæ in Hylæ rapti  
memoria sunt instituta: in quibus Hylæ  
nomen inelamabatur. Id fuerit venustius  
atque concinnius, vbi quis rem absentem  
frustra desiderat, vel deplorans, vel optans.  
Vt si quis ad inopiam redactus, optaret si-  
bi centum talēta, quæ quondam habuisset.  
Ad hanc parcemiam respexisse videtur Ari-  
stophanes in Pluto;

Θοθεῖς τὸν εἰς παρτίτα καὶ μάτην κλαῖεις, id est,  
Desideras absentem inaniter vocans.

De Mercurio dictum, placentas illas deploran-  
te, quas in sacris consueuerat aliquando  
edere.

#### Inaniter aquam consumit.

Ἄλλως ἀναλίσκεαι ὕδωρ, id est. Inaniter con-  
sumis aquam. In eos quadrabit, qui frustra  
suadent. A pisco more iudiciorum sum-  
ptum, in quibus ad clepsydre modum di-  
cebatur. Aeschines contra Demosthenem,  
ostendit primā aquam in fundi solere acto-  
ribus, alterā patronis, tertiam iudicibus, ad  
penā constituendam, nisi primis sententiis  
reus fuisset absolutus. Et Demosthenes Ae-  
schinem prouocat, vt vel in sua aqua, si pos-  
sit, dicat, quod decretum fuisset ipso vniquā  
auctore scriptum: ἀναγὰς καὶ ἐν τῷ ἐμῷ ὕδα-  
τι ἐπάτω. Huc adludens Lucianus ἐν τῷ  
πρῶτῳ τῶν ἐπι μισθῶ σαώσιων, in rhetorem  
quendam iocatur, qui apud barbaros in cō-  
uiuio diceret, non ad aquæ, sed ad amphore  
πιναρίας modum. Idem in bis accusato: Εὐε-

ως γὰρ τό γε καὶ εἶον. i. Nā illius sane in præ-  
sentia fuit aqua. Vt id subindicare Plato  
in Theæte, cum ait, quosdam περὶ μικροῦ  
ὑδωρ, i. ad pusillum aquæ docere posse quæ-  
gesta sint. Idem in eodem: Κατεπίγει γὰρ  
ὑδωρ εἶον. i. Viget enim aqua fluens, quod  
oratoris sit ad præscriptas clepsydras dice-  
re. Apuleius in Asino aureo: Rursum præ-  
conis amplo boatu citatus accusator quidā  
senior exurgit, & ad dicēli spatium, vaso-  
lo quodam inuicem colli graciliter fistula-  
to, ac p hoc guttatim defluso, iusula aqua,  
populum sic ardat. Plinius iunior Falco-  
ni: Et qui iubere posset tacere quemcum-  
que, huic silentium clepsydra iudici. Idem  
Arriano: Dixi horis pene quinq; . Nam vi-  
ginti clepsydri, quas spatiosissimas acceper-  
am, sunt additæ quatuor. Quintil. lib. 12.  
Et si quid ipse tibi sumas, probandum est,  
& laboratam congestamque dierum ac no-  
ctium studio actionis, aqua deficit. M. Tul-  
lius in calce secundi libri Tusculanarum  
quæstionum, Cras ergo ad clepsydram, sic  
enim dicimus. Idem de Oratore libro 3. de  
Pericle loquens, At hunc, inquit, nō clama-  
tor aliquis ad clepsydram latrare docuerat,  
sed vt accepimus Clazomenius ille Anaxa-  
goras, vir summus in maximarum rerum  
scientia. Philetas apud Athenæum lib. 2.  
τοσούτα ὕδωρ οἱ ῥήτορες πρὸς ὑδωρ εἶπον. i.  
Tantum, vt solent rhetores, ad aquam di-  
xi, fuerat autē de aqua sermo. Hinc capta-  
ta est adlusionis gratia. Demades iocabatur  
in Demosthenem ὑδροπότην, quod ceteri  
quidem ad aquam dicerent, Demosthenes  
ad aquam scriberet. Philostratus in Adria-  
no sophista τῆς ἀπό κλεψύδρας appellat so-  
phistas qui aqua exercebantur. Porro prisci  
lineis & vmbri horas distinguebant. P. Sci-  
pio Nautica primus reperit clepsydram, qua  
nubilo quoque die & noctibus, horæ distin-  
gueretur. Nunc pro clepsydri clepsammis  
& ἀνδρομάοις vtuntur horologiis.

#### In aere piscari, Venari in mari.

Et vsdē m generis sunt & illa, quæ Plau-  
tus usurpat in Asinaria: In aere piscari, &  
In mari venari iaculo. Quadrabunt simpli-  
citer in eos, qui frustra moluntur τὰ ἀδύ-  
νατα, aut qui præpostere ibi querunt ali-  
quid, vbi ne sperari quidē possit. Vt si quis  
in magistratibus vitā tranquillam, in volu-  
ptatibus beatā, in opibus felicem querat. Ita-  
que

Itaque Libanus seruus ab hero suo Demetrio iussus, vt vxorē ipsius argento detraueret, significans nulla ratione fieri posse, vt à muliere tenacissima quidquam auferretur: Iube, inquit, vna me opera piscari in aere, venari autem iaculo in medio mari.

*Aquam e pumice postulas.*

Superiori non admodum diuersum, quod apud eundem poetam legitur: Aquā e pumice postulare, pro eo quod est, frustra ab alio petere, cuius ipse à quo petas, maxime sit indigus. Nihil enim pumice lapide siccius, nihil stituculosius. Perinde ac si quis ab indoctissimo doceri postulet, ab inconlucissimum cōsiliū expectet, ab egeno munus, ab inope præsidiū: denique ab avaro ac tenaci pecuniam. Plautus: Nam tu aquam e pumice nunc postulas, qui tpius ficiat. Pumex, inquit idem, non eque est aridus, atque hic senex. Est autem Pumex lapis cauernosus, quo solent poliri codices: natureq; adeo sicca, vt si in vrcem bullientē immiseris, ferat rem extinguat: nō solum ad tempus, sed in totum. Nec aliud in causa putat esse Theophrastus, nisi quod vehementissima siccitate spumam totam ad se trahere nitatur. Meminit & de Chio quopiam Eudemo, qui pumice acri consperso aceto, munit se consueuerit, vt post septimam ellebori potionem, nec balneis, nec vim potatione prouocaretur ad vomitum.

*Nudo vestimenta detrahete.*

Ad hanc sententiam pertinet hoc quoque, quod ab eodem est vsurpatum poeta, Nudo vestimenta detrahete, pro eo quod est, ab eo sperare emolumentum, cui ne sit quidem quod auferri queat. Sic enim idem Libanus in Atinaria Plautina admonitus ab hero, vt ab ipso per fallaciam argentum abraderet; quo filio emeretur amica, Maximas, inquit, nugas agis, Nudo detrahete vestimenta me iubes. Adducit & D. Chrysostomus prouerbiū vulgo iactatum, quo dicebant, nec à centum viris vnū nudum spoliari posse. Apuleius Asin. lib. 1. scripsit nudum nec à decem palæstritis posse spoliari.

*Anthericum metere.*

Τὸν ἀνθήκηρον θερίζων, id est, Anthericum metere, dicebantur, qui labore in anem, ac sterilem caperēt. Anthericus, herbæ genus,

quod meti non possit, sed velli manibus necesse est velut & linum. Antherices vocatur summa spicarum saltigia siue atheres. Herodorus Asphodeli caules antherices vocat, teste Suida: quos & tenaciores ait esse, quam vt frangi queant. Antherici meminit & Plin. lib. 21. c. 17. In Græcorum commentariis est promiscue positum Antherices & atherices.

*Ex arena funiculum necere.*

Ex τῆ ἄμμου χαμίον πλέκων, i. Ex arena funiculum necere. Est frustra conari, quod nulla ratione potest effici. Quid enim stultius, quā ex arena, que nullo modo coherescit, funem velle necere? Prouerbiū vtriusque nempe tum hoc, tum quod proxime retulimus, vsurpat Aristides in communi defensione quatuor oratorum: Κατὰ δύνας δὲ εἰς τὰς χειρῶν, ἐκεί τὰ θαυμαστὰ σοφίζοντες σκηπτινὶ λόγῳ ἀνακαθόντες, ἕως ὧσφοκλήεις, τὸν ἀνδρῶν ἐπιζήλοντες, τὸ ἐκ τῆς ἄμμου χαμίον πλέκοντες, ἢ οὐδ' ἀδύνατον ἀναλυσόντες, i. Verum abudentes sese in secessus quosdam, illic admirandam illam comminiscuntur sapientiā, vmbra quadam attrahentes verba, quemadmodum abs te dictū est Sophocles, Anthericū metentes, ex arena necentes funiculū, & haud scio quam retexentes telam. Significat his adagijs, vmbriticum illud philosophorū studium nihil omnino fructus adferre. Columella in præfatione carminis De cultura hortorum: Nā etsi multa sunt eius quasi mēbra, de quibus aliquid possumus effari: tamen eadē tam exigua sunt, vt, quod aiunt Græci, ex incomprehensibili paruicita te arenæ funis effici non possit. Prouerbiū peculiariter accommodabitur ad vltus huiusmodi: si quis conetur in cōcordiam redigere, moribus longe dissimilimos, & inter quos nihil omnino conuenit: aut si quis orationem ex argumentis dissonis cōtextat, quasi Chimeram quādam fingens, & huiusmodi monstrum, cuiusmodi describit Horatius: Humano capite, equina cetera uice, reliquis item membris ex variis animalium generibus ita collatis:

- Vt turpiter atrum

Desinat in piscē, mulier formosa superne,

*Ab asino lanam.*

Ὅτι τὸ ἀσίνιον ἐστὶν ἄσινος ἰνῶν, id est, Asini lanam queris: De his, qui stulte

ſulte quaerunt ea, quæ nuſquam ſunt. Eſ-  
fertur adagium etiam ad hunc modum:  
ὄντ πόκαι, id eſt, Aſini lanæ. Ariſtophanes:  
Τίς εἰς τὸ λυτὸν πεδίον, τίς εἰς ὄντ πόκας, ἰ.  
Aſini quis ad lanas? quis in lethes ſolum?  
Per aſini lanam, res vanas ſignificans, & quæ  
nuſquam ſunt. Trimeter Græcis conſtat ſi:  
tollas alterum, τίς.

*Aſinum ſondes.*

**E. V. N. D. E. M.** ſenſum habet, τὸν ὄνον κείρετε,  
id eſt, Aſinum tondeſ. De hiſ, qui rem ab-  
ſurdam, atq; inutilem aggrediuntur: pro-  
pterea quòd Aſinum neque peccare, poſſis  
propter villos, neque tondere cum lanam  
non habeat. Huius meminit Ariſtopha-  
nes in Ranis.

*Lupi alas quaerit.*

ὄντ πτερά ζῆτις, id eſt, Lupi alas quaerit.  
De iis, qui quaerunt ea, quæ nuſquã ſunt.  
Aut ubi quis verbo duntaxat territat, alio-  
qui renunquam facturus quod minatur.  
Neque enim fieri poteſt, vt lupus alatus in-  
ueniatur. Prouerbiũ recenſetur à Suida.

*Quæ apud inferos.*

**E. O. D. E. M.** loco interpres admonet & huius  
adagii, tanquã eundem habentis ſenſum,  
τὰ ἐν ἄδῃς, id eſt, Ea quæ apud inferos. Ci-  
tatũque Ariſtarchum auctorem, idque inde  
natum putat, quod Cratiuus ſinexit quen-  
dam apud inferos funem torquentem: aſi-  
num autem arrodentem ea quæ ille iã tor-  
ſiſſet, atque ita inaniter laborare qui tor-  
quebat. Nunquam illud, τὰ ἐν ἄδῃς, gene-  
raliter ad omnia pertinet, quæ poetarum fa-  
bulis traduntur, nulli credita niſi pueris:  
vnde cum inania ſomniſq; ſimilia ſignifi-  
cabimus, apte dicem⁹. τὰ ἐν ἄδῃς. Athenæus,  
libro Daphnoſophiſtarum quartum refert,  
Democritum ſcripſiſſe volumen, cui titu-  
lus fuerit: τὰ πρὸ τῶν ἐν ἄδῃς, prodigiſiſ,  
vt coniectandum eſt, reſertum fabulis, &  
hinc poteſt videri ductum prouerbiũ,

*Contorquet piger funiculum.*

**H. V. I. C.** adeo ſimile eſt, vt idem videri poſ-  
ſit, quod eſt Oeno, id eſt, pigro aſino reſert  
Pauſanias in Phocicis, apud Ionas, vt ait,  
celebratum: σωμαίγει ὄνον τὴν βάλαντα, id

eſt, Torquet piger funiculum. Ipſius verba  
ſuper hac re ſubſcribam: Μετὰ δὲ αὐτῶν ἀνὴρ  
ἔſι καθ' ἑμὲ, ἐπιγέμαμα ἵ ὄνον ἔσκα λέγει τὸν  
ἄνθρωπον. πεποῖται μὲν πλεονάζοντις. πα-  
ρέſκαε διαικῶ ὄνον ἐπιπύριστα. τὸ πεπύριστα  
ἢ ἐπὶ τῷ χοίρι. τὸ ὄνον εἶναι τὸν ὄνον, φιλῶντι  
φασὶν ἄνθρωπον, γυναικῶν δὲ ἔχειν ἀπαικῶν,  
καὶ οἷοſτα ſυλλέγειτο ἔργα ῥόμῃ. ἔπελυν ἄν  
ὑπὸ ἑκείνου ἀπλοῖτο: οἷα δὲ καὶ ἡ πό-  
τις, ὅ ποτι εἶδον τινα πομῶτα ἐπιπύριστα  
ſι φεροντι, τὸ τὸ εἶρημῶν, ὡς ὁ κῆρ ἔſτ  
ſωμαίγει τὸ ἔκρη τὴν βάλαντα. id eſt, Poſt ho-  
vir quidam eſt ſedens, titulus indicat eum,  
ὄνον eſſe. Factus eſt autem ad hunc modũ  
vt ipſe funiculum torqueat, aſtante aſella,  
quæ quod tortum fuerit aſſidue abrodar.  
Hunc Oeno aiunt hominem eſſe indu-  
ſtrium, operiſque intentum, ſed vxorem ha-  
bere ſumptuoſam ac prodigam, vt, quic-  
quid iſ ſuo labore corraſerit, id mox abu-  
ſatur ab illa. Cognitum eſt nobis, etiam  
ab Ionibus dici ſolere, ſi quem conſpiciſ-  
ſent in re quapiam elaborantem, quæ ni-  
hil adferret emolumentum, hic homo funi-  
culum Oeni contorquet. Videtur argumẽ-  
tum picturæ ſumptum ab occasione vocis  
incipitem obtinencis ſignificatum. Si qui-  
dem ſωμαίγει τὸν βίον, aiunt Græci pro cõ-  
parare vicũ. Colligit autem qui rem au-  
get, diſſipat qui profundit. Atque hoc qui-  
dem argumentum apparet olim multorũ  
artiſtium operibus fuiſſe celebratum. Si-  
quidem Plinius in hiſtoria mundi inter  
Socratis egregii pictoris argumenta. com-  
memorat & de aſino ſpartum arrodentem.  
Et piger, inquit, qui appellatur oenoſ, ſpar-  
tum torquens, quod aſellus arrodit. Fertur  
idem picturæ genus et Delphis fuiſſe, à l'o-  
lygnoto Thaliõ dicatum. Quo quidem ne-  
gat deſidem & ignauum ſignificatum, quẽ-  
admodũ exiſtiniat Varrõ, imo laborioſum  
magis & induſtrium, ſed cui ſit vxor prodig-  
ga. Eoque Pauſanias ait, non marem aſel-  
lum, ſed ſœminam in pictura fuiſſe. Idem  
argumentum, marmore cœlatum, Romæ  
duobus viſitari loeis, nempe in capitolio &  
in hortis Vaticanis, Hermolaus Barbarus  
teſtis eſt. Vſus eſt hoc adagio & Propertius:

Dignior oblico fune qui torqueat oeno,

Aeternusque tuam paſcat aſelle famem.

Verum illud interim admittendum, cur  
Plin. cum ſcripſerit appellatum oenum, i.  
pigrum, qui fune torqueret, ac non magia  
aſellum

afellum arrodentem. Maxime cum Propter  
tius non cum ocnon appellet qui torquet,  
sed illi torqueri funem: vt asinum intelli-  
gas citius, quam torquentem. Meminit hu-  
ius adagi Plutarchus in commentario πε-  
ρί τῶν ὑβρίων, Ἀλλ' ὡς πικρὸν ἂν ὄστρον ἔχοντα φουμί-  
αυτοῦ ἄστρον πλοῦτον ὡς τινὶ περισπινεῖ ἐπιβοσκομένη  
κατακλίσκει τὸ πλοῦτον. id est, Sed quē-  
admodum apud interos depictus is, qui su-  
adem torquet: cui adest, qui depascens abse-  
mitid, quod tortum fuerit.

*Littoriloqueris.*

Αἰλιγῶ λαλαῖς, id est, Littori loqueris. Re-  
fertur à Græcis adagiutorum collectoribus.  
Dicitur in eos, qui frustra vel suadent, vel  
orant: periunde quasi surdo loquantur. Nā  
littora propter assiduum fluctum frago-  
rem surda dicuntur: Ouidius:

Surdior ille freto clamantē nomē Orestis,  
Traxit inornatis in sua tecta comis.

*Vento loqueris.*

SVIDA S addit & hoc, Ἀνέμου διαλέγη, id  
est, Vento loqueris. Pro eo quod est, inani-  
ter. Nam ventus omnia dissipat, cogit que  
evanescere. Vnde & Auris discernpta man-  
data dixit Vergilius quæ abierant in obli-  
uionem. Plautus in Mostell.

Hic nescit quidē nisi fœnus fabulari vëto.  
Con simili figura apud Athenæum legitur:  
ἢ ὡς οὐρανὸν λαλεῖν. id est, Cælo ac terræ loq.

*Mortuo verba facit.*

Νεκρῶ λεχθεῖ μὴδὲς εἰς οὐς, id est, Mortuo ad  
aurem fabulam narrans. Plautus, Mortuo  
verba nunc facio. Terentius: Verba fiunt  
mortuo. Rursum Plautus: Nihilo pluris  
refert, quam si ad sepulchrum mortuo di-  
catur. Pertinet huc quod est apud Ae-  
schilum in Agamemnone:

Ἐοκα θρηνητὴν ζῶσσε πρὸς τὴν μῆτιν. id est,  
Frustra ad sepulchrū viua ploro mortui.

*Surdo canis. Surdo fabulam narrat.*

EA NDEM vim habet, κακῶν ἄστρος, id est,  
Surdo canis. Vergilius in Bucolicis:  
Non caminus surdis respondent omnia  
sylvæ.

*Horatius:*

• Narrare putaret a fello

Fabellam surdo,

Terentius in Heautontimorumenos.

Næ ille haud scite, quam mihi nunc surdo  
narret fabulam.

Item T. Livius de bello Macedonico libro  
10. Quæ vereor ne vanis auribus eccinerint.  
Aeschylus in ἐπιτά ἐπὶ εὐβωας:

Ἦκυστας οὐκ ἤκυστας, ἢ κακῆ λέγω, id est,

An audisti, an non audisti? num surdo  
loquor?

Adlusit huc Ovidius Amorum lib. 3.

Quid iuuat ad surdas si cantet Phemius  
aures?

Quid miserum Thamyram picta tabella  
iuuat?

Ortū videatur à ridiculo casu: quo sæpe fit,  
vt hospes incidat in surdum, quem percon-  
teatur multa, ridentibus iis qui surdum no-  
uerunt.

*Frustr. canis.*

Ἀλλως ἄστρος, id est, Frustra canis. Πρὸς κενὸν  
ψαλλῶν, id est, In vanum cantas. De iis, qui  
frustra suadent. A cantoribus dicitur, qui  
cū ingrati sunt autoribus, inaniter canunt,  
cum à nemine audiantur: aut qui canunt  
suo sumptu, nihil auferentes præmii. Nam  
cantilenam Græci proverbiali metaphora  
frequenter appellant orationem. Inde est il-  
lud in Eutripidis Hecuba: Ἠξεί τι μέλθ, id  
est, Veniet aliqua cantilena. Et eandem  
cantilenam canis, & ad aures occinere, &  
πρὸς τὸ μέλθ φειγξάμενθ, id est, præter  
cantum sonans. Vt inquit adagiū hoc,  
ac simul exposuit Lycophron poeta:

Τοὶ γὰρ ψαλλῶντες εἰς κενὸν ὑβρίων κτύπον

Ἀσίτα, καὶ ἀσώρητα φορμίζων μέλι. id est,  
Itaque ciebis irritos fidium sonos

Ieiuna, & indonata pullans carmina.

Interpres addit proverbium ad huc etiam  
esseri modum: Εἰς κενὸν κρούεις τὰς χορδὰς.  
id est, Frustra pullas chords. Sumptum am-  
tem à citharcedis, qui sic canunt, vt nihil ac-  
cipiant muneris, & domi cibum capiant,  
hoc est, suo sumptu, suosque victu, quemad-  
modum ait Plautus, aliis cantent. Nisi cui  
videbitur ad apologum Aesopi referendū,  
de tibicine frustra pisces inuitante cantile-  
nis. Nam audierat Arionis fabulam.

*Lapidi loqueris.*

Δίλω διαλέγη, Lapidi loqueris. Eundem sen-  
sum habet. Et apud Terentium in ἐπίτ. la-  
pis pro stupido brutoque homine ponitur  
aliquoties, Non incitum est quod refert



**Lærtius** : Cuidam interroganti, qua nam in re melior esset enasurus filius si erudiretur, si nihil aliud, inquit, Aristippus, certe in theatro nõ sedebit lapis super lapidem.

*Parieti loqueris .*

**Ἐρὸς τὸν τοῖχον λαλεῖς**, id est, **Parieti loqueris**. Et hoc quoque refertur ad Græcis collectoribus. Effertur & ad hunc modum, **Διὰ τοῖχος λαλεῖν**, id est, **Per parietem loqui**. Dici consuevit, ubi quis rei quippiam faceret vehementer absurdæ. Fortassis ab amâtibz sumptum : qui ad fores ac fenestras, aut etiam parietes amicarum perinde locuntur nonnunquam, quasi sensus aliquis illis adsit. Plautus in Truculento vsurpat pro eo, quod est tacituro loqui : Ego, inquit, ero paries, loquere tu.

*Nugas agere .*

**ΛΑΤΙΝΙΣ** perinde atque Græcis tritum adagiolum, **Nugas agere**, pro eo quod est, rē friuolam ac nihili facere, seu frustra conari. **Ἰγέρων λαρεῖς**, Atticis familiare, id est, **Nugas nugaris**. Aristopha. in Nebulis, Socratē friuolam nugarum antistitem vocat, quia si friuolarum argutiarum auctorem, **Σὺ τε λιπτοτάτων λαρῶν ἰγέρῃ**. **Ἰγέρῃ μακρὸς** dixit Galenus lib. περὶ δὶωάμεων φυσικῶν 2. **Ἰγέρῃ οὖν μακρὸς ἐστὶν ἀπασε τὸν πόρον ὑπὸ βίσις εἰς φυσικὴν ἐνέγρηκον**, id est, **Magnus igitur nugas sunt omnis pororum suppositio ad vim naturalem**. Lucundius sit cum refertur ad personam, velut apud Athenzum lib. 6.

**Οἱ δὲ ποιηταὶ φασὶ, Ἰγέρῃ εἶσιν**. id est,

Porro poetas nugas esse prædicat.

Dicitur & **ὑδαίσις**, id est, deliras ac desipis, quod est translatum ab auiculis, quæ postea quâ ætatis vitio cœperint desipiscere, futiles quasdam nugas blaterare solent. Aufonius ad Paullum :

**Phœbus iubet verum loqui.**

Et si Pierias patitur lirare sorores,

Nusquam ipse torquet aulaca,

In quibus versibus obscurior est adlusio, ac prope inepta. Nam homo blinguis pariter ad vtrunque sermonem, & duplicem uominis significatum respexit. Siquidem **Ἰγέρῃ** Græcis nugas significat, & liræ seu porcæ Latinis vocantur sulci. Nam agricolæ primum profcindunt, deinde comminuunt glebas, postremo liræ. Proinde subrexit, nusquam ipse torquet **ἄντακα**. Olim enim

agricolatores delirare dicebantur, qui à recto sulcorum ordine deflecterent. Inde trāsumptum ad eos, qui desipiscunt.

*In cælum iacularis .*

**Ἐς τὸν οὐρανὸν τοξώας**, id est, **In cælum sagittam torques**. Est apud Zenodorum ac Suidam, de iis qui frustra laborant: aut qui auident eos lacessere, quos nõ possunt ledere. nihil enim ferire potest, qui in cælum torquet, nisi quod diuos videtur petere. At nõ raro fit, vt iaculū in ipsum mittētē recidat.

*Delphinum cauda ligas .*

**Δελφίνα πρὸς τὸν οὐρανὸν δένεις**, id est, **Delphinum cauda alligas**. In eos, qui quippiam incassum conantur. Properea quod Delphinum cauda sit lubrica, nec ea parte teneri queat. aut quæ cauda sit valida, cuius agitatione fertur & naues aliquando subuertere, vt hac parte sit inuictus. Quadrabit & in eos, qui ea via quempriam aggrediuntur, qua nequaquam possit superari.

*Cauda tener anguillam .*

**Ἀπ' οὐραῖς πῶ ἐν χεῖλων ἴχτας**, i. **Cauda tener anguillam**. In eos apte dicitur, quibus res est cum hominibus lubrica fide, perfidiosis aut qui rem fugitiuam atque incertam aliquam habent, quam tueri diu non possint.

*Folio ficulno tener anguillam .*

**Ἡν ἱε** diuersum est illud, **πῶ ἐρίω πῶ ἴχτα λω**, id est, **Folio ficulno anguillam, subaudiendum, tener**. Vbi quis alioqui fugax & lubricus, arctiore nodo tenetur, quam possit elabi. Nam fici folium scaberrū est, vt cui nomen etiam inditum ab asperitate scripserit Plutarchus: atque ob id ad retinendam anguillam natura lubricam, vel maxime idoneum.

*Medius teneris .*

**Ἡν ἱε** sententiæ confine est illud apud Aristophanem in Ranis, **ἰω ἴχη μέσος**, id est, **Nūc medius teneris**. De eo qui sic tenetur, vt extricare sese nulla ratione possit. Translatum à palæstritis, atque athleticis, qui si quem mediū corripuerint, facile vincunt. Sunt autem verba Acaci ad Bacchum : **Ἄλλε ἰω ἴχη μέσος**. id est, **At nunc medius tenere**. Eodem pertinet illud apud Terentium : **Sublimem medium arripere**.

*Delphi*

*Delphinum natare doces.*

Δελφίνου ἡχιδίου διδάσκεις, id est, Delphinū natare doces. In eos competit, qui monere quempiam conantur in ea re, in qua cum sit ipse exercitissimus, nihil eger doctore. Nam Delphinus in natando perniciosissimi impetus est, ita ut non modo superet omne natatiliū genus velocitate, verum etiam terrestrium animantium, ut auctor Aelianus lib. 12. Quin & naues transilit, seq; contento spiritu, teli in morem ei aculatur.

*Aquilam volare doces.*

Αἰτῶν ἰπικῶν διδάσκεις, id est, Aquilam volare doces. Diuersa metaphora sententiam eandem declarat. Quod enim Delphinus inter pisces, id Aquila inter volucres. Quibus id etiā commune, qđ uterq; παιδὶ δεικνύς esse narratur. Adluisse videtur huc Gregorius in epistola quadam ad Eudoxum thetorem, Τῶν πολλῶν ἔα χάρειν, καὶ εἶναι κολοῦς πῆλιν αἰτῶν δοκιμίζοντας. Sine valete vulgus, sine esse graculos, qui volarum aquilarum probent.

*In eodem hæsitatis luto.*

TERENTIUS in Phormione: In eodē hæsitatis luto. In eos cōpetit, qui sic implicantur negotio cuiuspiam, ut se nequeant extricare. A viatoribus translatus, qui simul atque in lutum inciderint, cum alterum pedem conantur educere, altero altius immerguntur. Rursum, ut hunc extrahant, alter quē eduxerant, denuo est insignendus. Eodē adludens Horatius:

Ne quicquam, inquit, cœno cupiens euellere plantam.

Huic simile est: In eodem hæsitare vestigio. Quint. Curtius libro 4. Tertium diem metu exangues iam armis suis oneratos in eodem vestigio hæerere.

*In aqua hæres.*

VSTRPATVR huic non dissimile pro- uerbum à M. Tullio lib. Officiorum 3. Dicit ille quidē multa multis locis, sed aqua hæret, ut aiunt. Significat autem Epicurū parum secum in disputando constare, seq; ipsum inuoluere, dum ea, quæ dicit alibi, ipsum inuoluere, dum ea, quæ dicit alibi, pugnant cum iis quæ dixit alibi, atque ita quasi fluctuare, neque in solido consistere. Id quod euenire solet iis, qui cum aberrant

à vero, verborū fucis rem in uoluunt. Translatum apparet vel à fluitantibus, qui vado destituti, huc atque illuc iactantur: quoque magis se commouent, hoc maiore periculo laborant. Aut certe ab oratorem clespydra, de qua meminimus alibi, ut cum in aqua hæerere dicamus, qui sese destillata iā aqua, tamen e causā non potest expedire. Cicero ad Q. fratrem lib. 2. Quod idibus & postridie fuerat dictum de agro Campano actum iri, non est actum. In hac causā mihi aqua hæret. Incertum, verum significet eam actionem integram sibi relinquī, an causam esse inextricabilem. Huc referendum illud, quod paullo superius ex Quintiliano citauimus: Et laboratā congestamque dierum ac noctium labore actionem, aqua deficit. Nec abhorrent ea, quæ post dicemus in proverbio, Hæret in vado.

*Multa cadunt inter calicem, supremaque labra.*

SULPITIUS Apollinaris grammaticus apud Aulum Gellium in noctibus Atticis lib. 13. cap. 17. duo quædam adagia notat, alterum Græcum, alterum Latinum: quorum amborum eadem sit sententia. Græcum est versicul<sup>9</sup>, inquit, hexameter παροιμίωδης.

Πολλὰ μεταξύ πίλες κύλων καὶ χάλιου ἄκρα. id est,

Multa cadunt inter calicem supremaque labra.

Quo monemur, nihil tam certum sperari, neque quidquam tam esse vicinum, quod non repentinus aliquis casus queat interuerrere. Adeoque non esse tutum venturis fidere, ut vix etiam illa sint certa, quæ manibus tenemus. Originem adagii quidam ad huiusmodi fabulam referunt. Ancus Neptuni & Astypalex Phœnicis filius, cum vitem sereret, grauiterque ministris instaret virgeretque quidam operis tædio commotus in herum, negauit futurum vt ex ea vite herus vnquam vinum gustaret. Post vbi vitis prouenisset feliciter, atque vuz maturuissent, herus exultans ac gestuens, seruum eundem accersit, atque vt sibi vinum infundat iubet. Deinde iam calicem admoturus ori, seruo quæ dixisset, redegit in memoriam, quasi vanam exprobrans diuinationem. At ille sententiam hanc hero respondit: Inter calicem, ac summa labia, multa posse interuenire. Seruili sententia fuit euentus. Nam inter loquendū prius-

quam ille vinum hauriret, alter quidam miser ingressus, nunciat vine tum ab apro quoriam immani vastari. Quibus auditis Ancæus deposito poculo, protinus in aprum fertur, quo inter venandum percussus interiit. Vsurpauit hoc adagii Lycophron in Iambicis.

Εγὼ δὲ τλήμων σὺν κακῷ μαθὼν ἔπιθ' Ὡς πολλὰ χεῖλος καὶ δὲ παρβαῶν ποτῶν Μισῶ κελύιδ' εἰ μίσην παμμίτων βροτῶν. i. Miser est ego meo dicta cognoscens malo, Vt plurima inter poculum ac labrum solet Vertisse sacrum, res agens mortalium.

Interpres citat Aristotelem auctorem, qui & ipse de Ancæi fabula meminere, in qua illud variat, Ancæo vitem instituenti, vatē accesserit quempiam prædixisse, non futurum unquam, ut ex ea vinum gustaret, & expresso in calice vino, vatem irrisisse tanquam ψυδόμεντιν. Reliqua conueniunt cum iis, quæ ex aliorum retulimus commē tariis. Festus Pompeius ab augure quoriam vicino, qui forte præterierit, prædictum indicat. Lycophron autem alio detorsit, nempe ad Agapenorem patrem, & Ancæum Actoris & Eurythemistidis filiū, & ad aprum Calydonium. Dionysius apud Zenodotum, mauult parcemiam ad Antinoum referre, de quo meminit Homerus in Odyssæ 22. Is Antinous erat vnus ex prociis Penelopæ, cui poculum tenenti, iamque bibere paranti, Vlysses iugulum telo transfixit. Atque ita manibus elapso poculo, concidit atque interiit. Sed non ab re fuerit, Homericum carmen adscribere:

Η, καὶ ἔπ' ἀντινώ ἰέντο πρὸν ὀσδῶν.  
 Η τοιὸ καλὸν κλεισὸν ἀναρῆσει θαυμάλλε,  
 Χερσὲν ἄμφωτον, καὶ δ' ἡ μετὰ χερσὶν ἐνάμα  
 Ὠφρα πῖοιοιοιο, εἰσ' ἔθ' δὲ οὐκ ἐνὶ θυμῷ  
 Μένελατο, τίς κ' οὔτε μετ' ἀνδρασι δακτυ-  
 μόνισσι,  
 Μοῦνον ἐπὶ πλόνοισσι, ἢ εἰ μάλ' ἀκαττερὸς ἔην  
 Οἱ τῷ ξενὸν θανάτων τε κακῶν ἢ κῆρα μέλαιναν.  
 Τὸν δ' ὀδυσσεὺς κατὰ λαμῶν ἐπὶ χόμονον βάλ-  
 λεν ἰῶ.  
 Ἀντικὴ δ' ἀπαλοῖο δ' ἰεξίν' ἡλὺδ' ἀκοκῆ,  
 Ἐκλίβη δ' ἔτρωσε, δέπας δὲ οἷ ἐκπίσει χερσὸς  
 Βλαμῆεν, αὐτίκα δ' ἄλλος ἀνὰ εἶκος παχὺς  
 ἦλθεν

Αἶματ' ἀνδρομοῖο. id est, Telum hæc fac, in Antinoum cōtorisit amarum. Ad pulchram is pateram, iam iam tollebat, utriusque.

Auritam, atque auro nitidam, iam iamque manu illam Admorabat uti biberet: neque; pectore eadem Voluebat pauido: quis enim fore crederet vnquam,

Vnus ut in tanto conuiuariū agmine, quamquam Viribus antecar, mortem sibi nigraq; fata Moleretur: at huic iugulum cōfixit Vlysses Tollēti calicem, iaculum penetravit acutum, Et contra e cervicibus exitiæ area cuspis. Voluitur in latus ille, calix simul excidit isto

Emanibus: mox inde cruor de naribus ingens Enicat.

Nec alienum est hoc loco meminisse, quod Iulio Cæsari velut exprobranti vaticinii vanitatem, responsum est: Venisse Calendas Martias, non etiam præterisse.

Inter os & offam.

L A T I N U M est huiusmodi, Inter os & offam. Quod à cibis sumendis sumptum est, quemadmodum Græcicum illud à potu. Nam olim Romani victitabant offis, ut testis est Valerius Maxi. Itaque perinde valet inter os & offam, quasi dicas inter os & cibum. Porro prouerbiū refertur apud Gellium ex oratione quadam Catonis, de ædilibus vitio creatis, his quidem verbis: Nunc ita aiunt, in segetibus & in herbis bona frumenta esse. Nolite ibi nimiam spem habere. Sepe audiui, inter os & offam multa interuenire posse. Verum inter offam atque herbam, ibi vero longum interuallum est. Festus ita refert adagium, Inter manū & mentum.

Ita fugias, ne præter casam.

E X T A T apud Terentium in Phormione cum primis venustum adagium: Ita fugias ne præter casam: quo quidam admonemur, ne sic aliquod vitium fugiamus, ut in aliud maius incauti deuoluamur. Nostre tulpapa facimus, inquit, ut malos expediat esse, dum dici nimium nos bonos studemus & benignos. Ita fugias, ne præter casam; quod aiunt. Verba sunt Demiphonis senis semet accusantis, quod dum auari famam plus satis cupide studeret effugere, stulti reprehensionem incurrisset. Donatus adagii metaphoram hunc ad modum enas-

rat, si modo commētum hoc Donati videtur esse. Ita fugito, ne tuam casam prætermittas, quæ sit tibi tutissimum exceptaculum. Aut ita fugias, ne præter casam, ubi custodiri magis & prehendi fur & multari verberibus potest. Aut verbū erat, inquit, furem exagitantis, & interea providentis, ne ante casam transeat, ne in prætereundo etiam inde aliquid rapiat. Hanc veluti divinationem, incerta ac varia coniectantiū quis ferret, nisi videremus & iuris interpretibus & Græcorum adagiorum enarratoribus hunc eundem esse morem? Prima interpretatio nobis magis arridet. Quidam enim calore fugiendi, etiam ea prætercurrunt, ubi commode poterant quiescere. Quidam voce Græci παραφρίδω vocāt, id est, perperam prætere ac prætereui, ab eo, quod amplectendum erat, aberrātem. Opinamur ad hoc adagium respexisse Lucianū in Nigrino, cum scribit, καὶ τοῦτο δὲ ἐν ταῖς παραφρίδω καὶ κωμωδίω λεγόμενον, ἢ δὴ καὶ τραγῳδίω βικλῶμενοι. id est, Et hoc quod in tragædiis & comædiis dicitur, iam & præter casam incitati.

*Euittata Charybdi in Scyllam incidi.*

Τὴν χάριβδιν ἐκφυλῶν, τῆ σκῆλλῃ περιπέσον. Iambici sunt dimetri ἀέφαλοι, quos casus he estuderit, an ars finxerit incertum. Horū hic est sensus: Euittata Carybdi in Scyllam incidi: hoc est, dum vito grauius malum, in alterum diuersum incidi. Sumptum adagiū ab Homericā fabula, quæ narrat Vlyscm, dum metu Charybdis propius ad Scyllam nauem admouet, sex e comitum suorū numero perdidisse. Quidam autē Scyllam Nisi Megarensium Regis fuisse filiam, quæ propter aureum crinem ademptum patri, in monstrum hoc marinum conuersa sit, ut meminit Pausanias in Corinthiacis. Cui videtur assentiri Vergi. in Bucolicis, cū ait: Quid loquar, aut Scyllam Nisi, quam fama secuta est.

Candida succinctam latrantibus inguina monstris,  
Ah timidos, nautas canibus lacerasse marinis?

Seruius indicat, Scyllam Phorci & Crateidis nymphæ filiam. Hanc cū amaret Glaucus, Circe, quæ illius amore tenebatur, quæ eum in Scyllam propensiores esse videret, fontem in quo nympha lauare consue-

rat, magicis venenis infecit. In quem cum illa descendisset. pubetens in varias mutata est formas. Nam id Circe peculiare, in ferarum figuram homines vertere. Horres itaq; suā deformitatē, sese in mare præcipitē dedit, ac fabulæ præbuit argumentū. De rei veritate, diuersa est scriptorum opinio. Sallustius putat esse saxum in mari prominens, quod procul visentibus muliebrē formam imitetur: in quod illi si fluctus, quoniam & luporum ciulatus, & canum latratum videntur imitari, sinxerunt illam à pube huiusmodi feris succinctam esse. In Græcorum commentariis inuenimus, triremē fuisse quandam miræ pernicitatis, cui nomen fuerit inditum Scyllæ, παρὰ τὸ σκυλίωεν, quod hac grassantes piratæ mare Tyrrenum ac Siculum infestarent, reliquasq; naues quotquot præterissent, dispoliarerent: atque hinc natam fabulam. De Charybde vero narrat poetarum fabulæ, hanc serminam fuisse voracissimam, quæ quod Herculis boues rapuisset, à Ioue fulmine icta, in mare præcipitata est, & in huiusmodi versā monitrum, quod adhuc pristinam seruat naturam. Absorbet enim vniuersa, quæq; absorbuerit, ea circa Taurominitanū egerit littus, ut Sallustius est auctor. Vnde tanquam proverbio scortum vorax, & auditatis nunquā satiatæ, Charybdim appellat Horatius:

- Ah miser

Quanta laboras in Charybdi,  
Digne puer meliore flamma.

Seruius ait Scyllam in Italia esse, Charybdim in Sicilia. Vergilius in Aeneidos lib. 3. transitum hunc inter duo pericula angustum eleganter describit,

Hæc loca, inquit, vi quondam vasta cōnussa ruina

(Tū zui lōginqua valet mutare vetustas)  
Dissiluisse ferunt, cum protinus vtræque tellus

Vna foret, venit medio vi pontus, & vndis

Hesperium Siculo latus abscedit, aruaq; & vrbes

Littore diductas, angusto interluit æstu.

Dextrum Scylla latus, læuū implacata Charybdis

Obsidet.

Et idem alibi,

Inter vtranque viā leti discrimine paruo,  
Nā teneant cursus,

Homerus

Homerus Odysseæ M. periculum vtriusque multis verbis describit, facitque; Circeen admonentem Vlyssæm, vt ad Scyllam potius inflectat, cursum, quàm ad Charybdim, propterea quod præster sex è sociis desiderari, quàm pariter omnes iuterire, declarans nimirum plus discriminis esse in Charybdi quam in Scylla,

Μη σὺ γὰρ κείρι τύχης ὅτε ῥυβδύσθαι,  
Οὐ γὰρ κεν ῥῶστωσ' ὀπί' ἐκ κακοῦ, οὐδ' ἐν-  
σχέων

Ἀλλὰ μάλα σκύλλης σκοπέλω πηλιμεί-  
σῃκα

Νῦν πάρεξ ἑλάω, ἔπαυ' ἡ πόλιν φέρετον ἔστ  
Ἐξ ἑταρῶν ἐν νηὶ ποδύμενα, ἡ ἅμα πάντας. i.

Absit vt illic tū fueris, cū faucibus vndas  
Illa resorbuerit, neque enim ediscrimine  
tanto

Ipse vel eripiat Neptunus, verū age Scyllæ  
Vicinus scopulo celeri præteruehe cursu,  
Quandoquidem comites sex multo per-  
dere præstat,

Quam vt semel exitium quotquot sunt,  
auferat omnes.

Adagio trifariam vti licebit, vel cum admo-  
nebitur, si quando in cas rerum angustias  
deuentum fuerit, vt citra dispendium disce-  
di non queat, e duobus malis, id quod le-  
uius est, eligamus, videlicet Vlyssis exem-  
plo, & magis in eam vergamus partem, vbi  
minus sit iacturæ. Quod genus, si quis pa-  
riter & de salute & de pecunia periclitare-  
tur, malit propior esse pecunie, quam vitæ  
periculo, propterea quod facultatū iactura  
vtcunq̄ue faciri potest, vita semel amissa  
nunquā restituitur. Vel cum ostēdemus  
negocium anceps, & periculosum, in quo  
summa moderatione sit opus, vt in neu-  
tram pecces partem. Hic iam non habebit-  
ur ratio, vtrum maius sit periculum: verū  
hoc tantum intelligitur, ingens vtrobiq̄ue  
discrimen subesse. Prioris exemplum fue-  
rit: Memento longe satius esse in dispendii  
Scyllam incidere, quàm in valedudinis Cha-  
rybdim. Præstabilius est in rei pecuniariæ  
iacturam, velut in Scyllam incurrere, quàm  
in infamie Charybdim incidere. Posterioris  
hoc: Curandū vt ita populo studeas, ne  
principis offendas animum. Cante circū-  
sposteq̄ rem gerito, memor tibi inter Scyl-  
lam & Charybdim esse cursum. Tertius  
fuerit modus, si inuertas, hoc pacto: Dum  
parum eruditus videri times, in arrogantis

opinionem incurristi: hoc est plane quod  
dicitur, dum Scyllam vitas, in Charybdim  
incidisti. Celebratur apud Latinos hic ver-  
sicululus, quocunq̄ue natus auctore, nam in  
præsentia non occurrit:

Incidit in Scyllam, cupiens vitare Cha-  
rybdim.

*Fumum fugiens, in ignem incidi.*

Κάπνον γε φεύγων εἰς τὸ πῦρ περιέπεσον, id est,  
Dum vito fumum, flammam in ipsam de-  
cidi. Senarius est prouerbialis superioris  
sententiæ finitimus. Lucianus in Necoyno-  
mantia, ἐλελεῖσθαι δὲ ἑμαυτὸν εἰς τὸ αὐτο φάσι  
τὸ πῦρ ἐκ τοῦ κάπνις βιχθόμεν. id est, Igno-  
raueram autem, quod iuxta prouerbium,  
ex fumo in ipsum ignem compellerer. Vti-  
tur & Plato libro De repub. octauo, cū ait,  
populum, dum reculat ingenuis seruire,  
quasi vitato fumo in flammam incurrere,  
videlicet, vt seruis etiam seruire cogatur.  
Huc adlusit Horatius, cum ait in Sermo-  
nibus:

- Nam frustra vitium vitaueris illud,  
Si te alio prauum detorseris.

Et in Arte poetica:

In vitium ducit culpæ fuga, si caret arte.

Plutarchus, τῶν δὲ δυναστῶν, τῶ δὲ δυναστῶν  
συμβέβηκεν ἀτεχνῶς φλυγοῖσθαι κάπνον ἀδυσίδου,  
εἰς πῦρ ἐμβαλλέντων. id est, Ineptæ autē  
verecundiæ illud haud dubie accidit, vt fu-  
mum fugiens infamie, in ignem coniciat  
se, id est, in aliud maius.

*Latū unguem, ac similes hyperbolæ prouerbiales.*

TRANSVERSVM digitum, aut unguē  
discedere frequenter est apud Ciceronem,  
pro eo quod est, quam minimo spatio. Fit  
autē festiuior metaphora quoties his ver-  
bis perfectam imitationem, ac plenum, ac  
adequaq̄ue consensum significamus, vt Aca-  
demicearum quaestionum libro 2. Ab hac re-  
gula mihi non licet transuersum, vt aiunt,  
unguem discedere. Ibidem: Vbi enim aut  
Xenocratem sequitur, cuius libri sunt de  
oratione loquendi, multi & multum pro-  
bati, aut ipsum Aristotelem, quo profecto  
nihil est acutius, nihil politius? A Chryssi-  
po pedem nunquam. Loquitur de Antio-  
cho, qui reliquos contemptis, Chrysippum  
per omnia sequeretur. Rursus Academicarum  
quaest. lib. 2. Quibus concessis digitum  
progredi non possunt. Idem ad Atticum  
Mili

Mihi certissimum est, ab honestissima sententia digitum nunquam. Rursus ad eundem libro 13. Curandum est, atque hoc in omni vita, sua quæque, à nostra conscientia transuersum vnguem non oportere discedere. Idè in Epistolis familiaribus: Vige igitur transuersum vnguem, quod aiunt, à stylo. Sunt illa quidem minus figurata, sed tamen prouerbialia, quæ loquitur Plautinus Euclio in Aulularia: Si tu hercle ex isthoc loco digitum transuersum, aut unguem latum exeresis. Et Cicero in Verrem: Digitum non discedebat. Idem ad Atticum libro 13. epistola prima; Pedè ad huc villa egressi non sumus, ita magnos & assiduos imbres habebamus. Idè Academicarum quæstionum libro 2. Non quæro ex his illa initia Mathematicorum, quibus non concessis, digitum progredi non possunt. Metaphora partim sumpta videtur ab iis, qui tabulam, aut saxum, aut simile quippiam digitis latis metiuntur, quoties exquisitè rei modum spectatur, nam reliqua cubitis metiri solemus. Minima mensuratum, latus digitus est. Partim à iugerum mensuris, qui stadiis, passibus, & vt minima mensura, pedibus, soli spatium metiuntur. Vulgo etiam nunc dicunt: Culmum latum, simili figura pro eo quod est, ne tantulum quidem.

*Pedem vbi ponat non habet.*

**V**NDÈ & illa prouerbialis hyperbole ducta videtur apud Ciceronem frequens: Pedem vbi ponat non habet, pro eo quod est, ne tantillum quidem agri possidet. lib. Epist. ad Atticum 13. Ariobarzani filius Romanam venit: vult opinor, regnum aliquod emere à Cæsare. Nam quomodo nunc est, pedem vbi ponat in suo non habet. Idem Philippicarum secunda: Quid erat in terris, vbi in tuo pedem poneret? Rursum libro 7. ad Atticum: Pedem in Italia videri nullum esse, qui non in istius potestate sit. Idem lib. De finibus quarto: Quid enim sapientia? Pedem vbi poneret non habet, sublatis officiis omnibus. Cõueniet autem in hominem insignitè tenuem, atque inopem, cui ne vestigium quidem pedis sit in agrorum possessionibus. Apud eundem est iocus in fundum, quæ possis mittere funda.

*Iterum eundem ad lapidem offendere.*

*Δις πρὸς τὸν αὐτὸν λίθον εἰσάραξαι*, id est,

Iterum ad eundem turpelapidem impingere.

Senarius elegans, ac prouerbialis refertur à Zenodoto in collectaneis adagiorum. Cicero Epist. fam. lib. 10. Culpa enim illa, bis ad eundem, vulgari reprehensâ prouerbio est. Quid. lib. Tristium secundo:

At nunc tanta meo comes est insania morbo, Saxa memor refero rursus ad ista pedem. Vsurpatur ab Ausonio in epistola quadam. Etenim, inquit, poposcisti tu, vt tua epistola ad eundem lapidem bis offenderes. Ego autem quæcunque fortuna esset, semel erubescerem. Est autem bis ad eundem lapidè offendere, iterum eadem in re peccare. Nã primus error, vel Græco adagio, veniam meretur: iteranti culpam venia dari non solet. Inter Græcanicas sententias celebratur & hæc:

*Δις ἐξέμαρτάν ταῦτ' ἂν οὐκ ἀδρόσ σοφοῦ. i.*

Sapientis haud est, bis in eodem labier.

Extat & Græcum epigramma, incertum cuius,

*Εἰ τις ἀπαξ γήμας, πάλι δ' ἄτεραι λήκτεχ-  
δίκαι,*

*Ναυκλὸς πλώει δις βυβὴν ἀργαλίων.* id est,

Altera connubium ex pecto cui ducitur vxor,

Hic fracta repetit æquora sæua rate.

Fertur & Publianus Mimus, non alienus ab hac forma:

Improbe Neprunum accusat, qui iterum naufragium facit.

At Scipio sapienti ne semel quidem errare permittit, vt dicat, οὐκ ἔμην, id est, nõ putarã.

*Eadem aberrare chorda.*

**H**ΟΡΑΤΙΟΥS in Arte poetica, sententiam haud dissimilem, dissimili metaphora extulit:

- Et citharcedus, inquiens,

Ridetur, chorda qui semper obrerrat eadè.

A cantoribus ducta translatio est, quibus vehementer secundum sit, in iisdem fidibus sepius peccare. In eos igitur concinne dicitur, qui vel in simili re crebrius peccant, vel culpam eandem iterum atque iterum committunt. Primus enim lapsus vel casus datur, vel imprudentiæ, iteratus stultitiæ tribuitur, aut inscitiz.

*Non tam omnium omni simile.*

**E**X T A N T apud auctores aliquot similium

tudius

tudinis adagia, quorum de numero est, Nō tam ouum ouo simile, de rebus indifcretæ similitudinis. Cicero Academ. quæst. lib. 2. Vides ne, ut in prouerbio sit, ouorum inter se similitudo? Tamen hoc accepimus, Deli fuisse complures saluis rebus illis, qui gallinas alere quæstus causa solerent. Ii cum ouum inspexerant, quæ id gallina peperisset, dicere solebāt. Neque id est contra nos. Nam nobis satis oua internoscere. Idem prouerbiū refertur & à Fabio Quintiliano. Vsurpatur & à Seneca in libello, quem in Claudium Imperatorem iuste.

*Non sam lac lacti simile.*

**IDEM** pollet, & à Plauto vsurpatur in Amphitryone: Neque lacte lacti magis est simile, quam ille similis est mei. Dicit à Sosia de Mercurio, qui huius assumpserat figuram, Idem in Milite: Tam simile, quam lacte lacti est. Lacte autem in recto à Plauto vsurpatur.

*Non sam aqua simili aquæ.*

**EANDEM** vim obtinet, quod vsurpat Plautus in Menæchmis: Nec aqua aquæ, ne lecti, crede mihi, vsquam similius, quam hic tui est, tuque huius. Ad hanc formam & illud ex eadem scena: Tam consimilis est, quam potest speculum tuum. Rursum in Milite: Nam è summo puteo similior nunquā potest aqua aquæ sumi.

*Quam apes apum similes.*

**HIS** M. Tullius illud etiam adiungit in Academicis quæst. Ut similia sunt, & oua ouorum, & apes apum. Vbi iocatur in Democrito mundos, vsquequaq; similes inter sese. Simili forma dicunt, Quam ouis est oui similis.

*Acanthia cicada.*

**Ακανθια** τέρτις, id est, Acanthia cicada. In indoctos atque infantes, aut musices ignaros torqueti prouerbio solitum. Auctor est Stephanus Byzantius, iuxta oppidum Aetoliæ Acanthum cicadas alibi vocales mutas esse, atque hinc ortum adagium, cuius auctorem citas Simonidem. Plin. Naturalis historiæ lib. 11. cap. 27. scribit in agro Rhegino cicadas omnes silere, vltra flumen in Locris canere. Idem testatur Pausanias libro rerum Eliacarum secundo. Strabo lib.

Geographiæ sexto, refert Rheginum agrum à Locrensi dirimi flumio, cui nomen Alex. Cicadas autem, quæ in Locrensi versantur ripa, sonantius stridere, cum in Rhegino sint mutæ. Huius rei hanc esse causam coniectat, quod Rheginorum regio, cum sit vmbrosa atque opaca, cicadarum pelliculas humore torpesciat. Easdem in agro Locrensi quod sit aprica, solis arefactas æstu, stridorem aptius emittere. Auger autem miraculum Rheginensium cicadarum, etiā fabulosè celebrata vocalitas vicinarum. Nam idem Strabo Timæum citat auctorem, quondam in Pythiorum certamine Eunomum Locrensem, & Rheginensem Aristonem, in canendi certamen venisse, Aristonem Apollinem inuocasse Delphicum, ut sibi canenti foret auxilio, quod à Delphis Rheginenses olim essent profecti. Eunomus respondit, Rheginensibus ne certandum quidem omnino de musica, apud quos cicada vocalissimum animal voce careret. Vtrisque certantibus, cum in Eunomi cithara, vna inter canendum chorda frangeretur, cicada superuolans astitit, ac vocē alioqui defutura, suo cantu supplēuit. Atque ita victor declaratus, statuam citharæ dī posuit, cum cicada citharæ insidente. Huiusmodi sermo tradit Strabo.

*Eadem pensari trutina.*

**EANDEM** pensari trutina, id est, eadem lege. Horatius in Sermon.

- Hac lege in trutina ponetur eadem.

Idem in Epistolis:

- Romani pensantur eadem.

Scriptores trutina.

Conuenit cum illa iure consultorum regula, Patere legem, quam ipse tuleris. Sine te eo pacto tecum agatur, quo tu cum alii egeris.

Perius,

- Examenque improbum in illa Castiges trutina.

Huic similitimum, Ad eandem exigere regulam, ἴσα πάλαι, id est, equali trutina, siue lance. Plurarchus, ἴσα πάλαι πάντων κακία περιβόητος ὡς δίκτυον κατέσπειν. id est, Sed æqua lance omnibus, addita malitia cen plumbum rete detraxit.

*Zanam perdidit.*

**ZONAM** perdidit. Castrense prouerbiū in ἀρχαίωμας, id est, eos qui nihil habent.

nummorum, à Græca quadam fabula tractum Acron admonet. Porphyrius à militum consuetudine, qui quicquid habent, in zona secum portat. Cuiusmodi sane hominem per suam venuste describit Lucilius citante Nonio:

Cui neque iumentum est, nec seruus, nec comes ullus,

Bulgam. & quicquid habet nummorum, secum habet omne,

Cum bulga cœnat, dormit, lauat; omnis in vna

Spes hominis bulga, hac deuincta est cetera vita.

Nam bulgam appellat Lucilius folliculum, siue crumenam; & sacculum de brachio propendentem. Sicenim & Horatius.

Suspensis livo tabulas, loculosque; lacerto.

Tametsi Festus Bulgam Gallicum vocabulum autumat. Consimili modo Gracchus loquitur apud Gellium: cum Roma profectus sum, zonas, quas plenas argenti extuli, eas ex provincia inanes retuli. Horatius in Epistolis: Ibit eod, quod vis, qui zonam perdidit. Plautus in Pœnulo: Tu, qui zonam non habes, qui in hanc venisti urbem? aut quid quaeris? In quibus Plauti verbis duplex est adlusio, & ad vestem Pœnorum more discinctam, & ad pecuniam, quæ in zona gestatur, citra quam in urbe sumptuosa non sat commode viuitur. Pescennius Niger apud Spartianum vetuit, ne milites zonam secum deferrent in bellum, sed si quid haberent pecuniarum, publice commendarent, recepturi post prælium, simul & ipsis luxurie materiam eripiens, & hosti prædam, si quid aduersi euinisset. Est apud Lampridium in Alexandro: Miles non timer, nisi vestitus, calceatus, armatus, & habens aliquid in zona.

*Cocta numerabimus extra.*

Cocta numerabimus extra. Diomedes grammaticus, ubi prouerbium definit, hoc exempli vice subiicit. Cuius hunc adscribit esse sensum, ex euentu sciemus. Huic consimilis color ille comicus: Res indicabit. Nam ait Ouidius,

Exitus acta probat.

Et apud Græcos, αυτό δείξα, id est, ipsa res indicabit.

*Multa nouis vulpes, verum echinus*

*nummum magnium.*

Πολλ' οὐδ' ἀλώπηξ ἀλλ' ἐχίνος ἐν μέγα. id est,

Ars multa vulpi, aut vna echino maxima. Zenodotus hunc senarium ex Archilocho citat. Dicitur in astutus, & variis consuetis dolis. Vel potius ubi significabimus, quosdam vnica astutia plus efficere, quam alios diuersis technis. Nam vulpes multi iugis dolis se tuetur aduersus venatores, & tamen haud raro capitur. Echinus, quem dicunt herinacem esse, (nam hoc loco de terrestri, non de pisce fit mentio) vnica duntaxat arte tutus est aduersus canum morsus. Siquidem spinis suis semet inuoluit in pilæ speciem, vt nulla ex parte morsu prædi queat. Citantur apud eundem Zenodotum huiusmodi quidam versus ex Ione Chio, tragico poeta, Quos eisdem ex eodem citat in Sermonibus conuiuialibus Athenæus è tragicædia, cui titulus Phœnicia:

Ἄλλ' ἐν γέ χερσῶ τὰς λείπῃσι, καὶ τὰς ἐχίνου μάλλον οὐζυγὰς τέχνας, ὅς ἔστιν ἂν ἄλλων ἐκείνῳ ὀσμὴν μάλιστα, Στρεβύλῳ ἄμφ' ἀκνεύων εἰλίφας δέμας, Κεῖται δ' ἀκνεύων τε καὶ εἰς ἐν ἀμήχανῳ. id est, Leonis artes in solo sane probro, At magis echini cōprobo miseros dolos, Qui simul odorem belluarum senserit, Se contrahit spinis aperto corpore,

Tutus iacens, morsuque; tactus; omnium. Refertur prouerbium, ac simul ad carmen adludit Plutarchus in commentario, cui titulus, πότις τὸν ζῶον φρονημάτων, χερσῶν τε ἢ θαλάσσια: id est, vtra animantia prudentiora terrestria, an marina. Eius verba subscribā: τῶν δὲ χερσῶν ἐχίνου μὴ ὑπὲρ αὐτῶν ἄμωκα καὶ φυλακὴν παραμίαν πιπίουκε. Πολλ' οὐδ' ἀλώπηξ ἀλλ' ἐχίνος ἐν μέγα.

Προστίθεται γὰρ αὐτῆς ὡς φασινοῖν Στρεβύλῳ ἄμφ' ἀκνεύων εἰλίφας δέμας, Κεῖται βίγνῳ τε καὶ δ' ἀκνεύων ἀμήχανῳ. id est, Iam vero terrestrium echinorum in tuenda seruadāque incolumitate sua, solertia prouerbio locum fecit;

Ars varia vulpi, aut vna echino maxima. Siquidem cum illa aggreditur, quemadmodum aiunt:

Flexibile spinis corpus obuolucens suis,

Tutus iacet sic vt nec ore tangier

Vlla queat ratione, nec mordcrier.

Plutarchus, aut quisquis est eius operis auctor, verbis intermiscuit sua quædam verba: Ne quis id errore nostro factum suspicetur. Sed omnium copiosissimè huius auctoris ingenium & astutiam describit Phœnicia



nus libro octavo cap. 37. Præparant, inquit, & herinacci cibos, ac volutati supra iacentia poma, affixa spinis, vnum nõ amplius ore tenentes portant in cayas arbores. Idem mutationem aquilonis in austrum, condentes se in cubile, prælagiunt. Vbi vero sensere venantem, contracto ore, pedibus, ac omni parte inferiore, qua rarâ & innocuam habent lanuginem, conuoluuntur in formam pilæ, ne quid comprehendendi possit præter aculeos. In desperatione vero vtiã ex se reddunt tabificam tergori suo, spinisq̃ue noxiam. Reliqua qui cupiet cognoscere è loco quem indicauimus, petat. Hæc ad prouerbii sensum potissimum attinebant. Celebre est & piscis echini ingenium, qui scintiam maris prælagiens, correptis lapillis operit sese, vt mobilitatem stabiliat pondere, ne nimia volutatione atterat spinas, quod aspicientes nauæ, plumbus mox ancoris nauigia infreqnant. Auctor Plin. lib. 9. ca. 31. Vulpẽ autem versipellem esse, variis instructã artibus, cû alii complures apologi, tum ille peculiariter indicat, qui refertur à Plutarcho in Moralibus: Cum aliquando pardus vulpem præ se contemneret, quod ipse pellem haberet omnigenis colorum maculis variegatam respondit vulpes sibi id decoris in animo esse, quod illi esset in cute. Neque vero paullo satius esse ingenio præditum esse vasio, quam cute verticilore. Græci solertem, ac variis armatum dolis, πωλοσόφρονα vocant & ποικιλομήτη, Latini vaftrum & versipellem. Narratur & alius quidam apologus, ab hoc prouerbio nõ multum abludens. Cum aliquando vulpes in colloquio, quod illi erat cû se, iactaret sibi varias esse technas, adeo vt vel peram haberet dolis resectam: feles autem respõderet, sibi vnicam duntaxat artem esse, cui fideret, si quid existeret discriminis: inter confabulandum repente canum accurrentium tumultus auditur: ibi feles in arborem altissimam subsiliit, cum vulpes interim à canum agmine cincta capitur. Innuit fabula, præstabilius esse nonnunquam vnicum habere consilium, modo id sit verum & efficax, quàm plures dolos, consiliaq̃ue frivola. Veluti si quis pauper multiciuis artibus sollicitaret animû puellæ, diues autem vnû hoc haberet, quod est apud Ouidium, quantum libet accipe, recte dixeris.

Πολλ' οἰσ' ἀλώπηξ, ἀλλ' ἔχῃς ἐν μίγῃ.

*Simulare cupressum.*

Horatius in Arte poetica:

. Et fortasse cupressum

Scis simulare quid: hoc, si fractis enata expes

. Nauibus, zredato.

Acron prouerbium esse admonet, ortû ab imperito quopiam pictore, qui præter cupressum nihil nouerat pingere. A quo cû naufragus quidam petisset, vt vultum suû exprimeret, ac naufragium suum depingeret, interrogauit ille num ex cupresso vellet aliquid adici. Res ea primum in iocû, deinde etiam in adagionem abiit. Concinnè vsurpabitur in eos, qui quod didicerunt, id vbiq̃; intempertiter inculcant, cum ad rem nihil attineat.

*Flamma sumo est proxima.*

APVD Plautum extat in Curculione: Flamma sumo est proxima. Commonet adagiû, periculum maturè fugiendum esse, quique malum euitare cupiat, ei vitandum prius occasionem. Vt qui corrumpi nolit, ab improborum abtineat consuetudine: qui cû puella cubare nolit, ne det osculum. Nam & illud protinus addit poeta: Fumo comburi nihil potest, flamma potest. Fumus enim indicium est flammæ mox erupturæ.

*Ad restim res redijs.*

TERENTIUS in Phormione: Opera tua ad restim mihi quidem res redit planissime. Hoc adagio summa rerum desperatio significatur. Nam in hac solent quidam amentes ad laqueum confugere. Iuuenalis: Ferre potes dominam saluis tot restibus vllam?

Eodem pertinet etiam illud: Suspendio deligenda arbor.

*Paupertas sapientiam sortita est.*

Ρεία δὲ τῆς σοφίας ἔλαχε, id est, Paupertas sapientiam sortita est. Zenodotus citat ex Euripide. Alii tribuunt Aristoni. Ignaus est opulentia, verum inopia multatam artium reperitrix est: id quod ipsa iactat apud Aristophanem in Pluto, artium omnium inuentionem sibi vendicans. Vergilius:

. Labor omnia vincit

Improbus,

Improbis, & duris vrgens in rebus egestas. Ouidius: Ingenium mala sepe mouent. Persius: Magister artis, ingeniiq; largitor Venter. Circumfertur hic quoque versiculus apud Græcos:

Ἰππῶν ὁ λιμὸς γίγνεται διδύσκῳ. id est, Magistra multorum improba existit famēs. Xenophon πεινᾷ appellauit σοφίαν αὐτοῦ δὲ φακτοῦ: ἢ γὰρ ἐκεῖν τοῖς λόγοις πείπει, αὐτὴ τοῖς ἔργοις ἀπαλλάξει. hoc est sapientiam, quæ citra doctorem contingit: etenim quod hæc persuadet oratione, ad hoc illa re ipsa compellit. Theoc in piscator.

Ἀπεικὸν δὲ φῶν τις μὴν τὰς τέχνας ἔγειρεν αὐτὸν τῷ μόχθῳ διδύσκῳ. id est, Vnica paupertas Diophætes suscitauit artes Ipsa laborandi doctrix, studiiq; magistra. Huc spectat & illud, quod Iupiter aurei seculi tam paratam rerum copiã summouit: Ut varias vsus meditatio extunderet artes. Item Mimus ille non inlegans:

Homine experiri multa paupertas iubet. Potest & illuc referri prouerbium, quod videmus accidere, vt pene Midas, & improbos homines sit opulencia, doctiq; prohibe que fere tenui sunt fortuna. Qua quidem de re extant duo problemata. Aristotelis titulo: quorum altero rogat, qui fiat, vt paupertas apud probos viros plerunque versetur. Redditq; huiusce rei varias causas, siue quod improbi per fas, & nefasq; malunt parare diuitias, quam cum paupertate contubernium diutinum habere: proinde fugit illos, quibus videatur maximorum flagitiorum occasio futura, ad illos defleat, quos existimat sese recte modestoq; vsuros. Sine, quod inops & vitium & consilii, qui ppe semina, plus auxilii sibi futurum sperat apud πολυδάρκην ἀνδρα, vt habet prouerbium. Sine, quod cum ipsa sit mala, malos vitat, ne si πῦρ ἐπὶ πῦρι, id est, malum accesserit malo, iam fiat intolerabile atque immedicabile. In altero rogat, quid in causa sit, vt opes à malis fere possideantur, non item à bonis. An quia cæcæ sunt, inquit, & ob id errant in delectu? Hæc quoniam poetæ, aut sophisticen sapiunt magis, quam philosophum, præsertim serium, vix videtur esse verisimile, ab Aristotele fuisse profecta. Quod autem dixit de cæcis diuitiis, id sumptum est potissimum ex Aristophanis Pluto. Quo in loco Plutus, qui deus est di-

uitiarum, rogatus, vnde cecitatis malum obtrigisset, respondit ad hunc modum:

Ὀχλὸς μέταντ' ἔδραξεν ἀνδρώπας φρονῶν. Ἐγὼ γὰρ ἂν μείρακιον, ἠπέλιον δ' ὄτι ὤλες τὸς δίκαιος καὶ σοφῆς καὶ κοπιῆς Μοῆς βασιλείων, δδ' ἐμ' ἐποίησαν τυφλὰν. Ἰὰ μὴ διαγίγνησθαί μοι τῶν μὲν ἔνα.

Ochlos ekeinoi toisi chersioi phroni. id est, Hoc me malo multauit ipse Iuppiter. Rebus videlicet inuidens mortalium. Nam olim puer minabar id fore, vt ad probos, Doctos, modestos, tantum adirem. at Iuppiter

Oculos in hoc ademit, vt ne quempiam Horum liceret iam mihi dignoscere. Adeo bonæ ille frugis inuidet viris. Hunc locum imitatus Lucianus in Timone consimilia quedam de Pluto narrat, quæ non eodem modo facit, verum etiam claudum: cæcum quidem semper, at tum demum claudicantem, quoribus ad bonos viros mittitur, alias pedibus pernicissimis.

Olla amicitia.

Χυτρε φιλία, Olla amicitia. In amicos istos vulgares quadrabit, quos patina, non beneuolencia cõciliat. De cuius smodi Iuuenalis: Te putat ille suę captum nidore culinæ, Nec male coniectat.

Hos arcanæ litteræ, mensæ amicos nominat. Plutarchus item in libello cui titulus: Quo pacto dignoscas adulatorem ab amico: id genus homines, ἀντολακῶν καὶ θεραπεύας, vulgo dici solitos narrat, quod ventriculi cibiq; causa diligant, non ex animo: quiq; cum præsto sunt, quoties audiunt, κατὰ χερσὸς ὕδωρ. Nam Aristophanes grammaticus apud Athenæum lib. 9. tradit lotionē manuum, quæ præcedebat cenã, vocari κατὰ χερσὸς, à cenã, ἢ φάδω. In consuetudine, ni fallimur, dictum est illud à Menandro comico citante Atheno:

Οἱ δὲ κατὰ χερσὸν λαβόντες πικρὴν σφραγίδα. id est, Manibus vt data est aqua, hærent tũc amici maxime.

Efferretur ad hunc modum parœmia, ζῆχὺ-τρε, ζῆ φίλια, id est, Feruet olla, viuunt amicitia.

Antiquiora diphthera loquuti.

Ἀρχαῖοι τρεσθιφθέρας λαλῶντες, id est, Antiquiora

ca diphthera loqueris. In eos quadrat, qui nugas narrant, aut de rebus nimium priscares & iam pridem obsoletis. Nam diphthera res quædam erat ex priscais illis fabulamentis relicta. Siquidem aiunt diphtherā pellem fuisse eius captæ, quæ Iouem lactarit, in qua creditum est antiquitus, illum omnia scribere, quæ fierent. Vnde quæ nec in historicorum litteris extarent, nec in hominum memoria seruarentur, ea velut ex Iouis diphthera petita dicebatur. Quin subinde apud Aristophanē, ἀρχαία παλαιά, id est, prisca atque antiqua, pro nugamentis leges, quod antiquitas fere fabulosisissima sit opinamur: & ἀρχαία ἰκῶς, pro eo quod est deliranter, ac stulte. Simili modo vocamus κρονικά vetera & obsoleta desitaque. Sic apud Athenarum libro 7. quispiam. Arrianus opinamur, τὰ παλαιὰ κρονικά ἐστὶν ὠρεῖται, id est, isthæ Saturnia sunt o cibaria. Poetæ singunt Saturni regno pulsum, & huius loco regnare Iouem.

*Auribus lupum teneo.*

**E**x τ α τ apud Terentium in Phormione: Antiphoni adolescenti vxor erat domi, quam nec eicere poterat, vel quia non libebat, quod in eam deperiret, vel quod in regem non erat, cum esset iudicum sententiis addicta, neque rursus retinere quibat, propter patris violentiam. Et cum a patre felix diceretur, vt qui domi possideret id, quod amabat, Imo, inquit, qd aiunt, auribus teneo lupum. Nam neque quo modo amittam à me inuenio, neque vt retineam scio. Moxq̄ leuo quasi referens parcemiam, ait sibi idem usu venire in Phædria, quem neque retinere poterat, qui nihil numerabat, neque repellere, quod esset improbe blandus, ac mores aureos possideretur. Donatus Græcā parcemiam Græcis adscribit verbis: Τῶν ὧτων ἔχει τὸν λύκον, ἢ ἔχειν οὐτ' ἀφ' αὐτοῦ δύναμαι. i. Auribus lupum teneo, neq; retinere, neq; amittere possum. Suetonius in Tiberio: Cunctandi causa erat metus vndique imminentium discriminum, vt sæpe lupum tenere se auribus diceret. Plutarchus in præceptis ciuilibus: λῦκον οὐ φασὶν τὸν ὧτων κρατῆν. id est, Aiunt lupum non posse teneri auribus: cū homines hac parte maxime ducantur, nimium persuasione. Dicitur in eos, qui eiusmodi negotio inuoluntur, quod neque re-

linquere sit integrū, neque tolerari possit. Videtur ab euentu quoquam natum, vt alia pleraque. Aut inde certe, quod vt lepus auribus quippe prælongis commodissime tenetur, ita lupus quod aures habet pro corpore breuiiores, teneri nis non potest, neq; rursus citra summum periculum è manibus dimitti, bellua tam mordax. Cæcilius apud A. Gellium lib. 15. cap. 9. eandem sententiam, sed citra metaphoram extulit: Nā hi sunt, inquit, amici pessimi, sicut hilares, corde tristi, quos neque vt apprehendas, neque vt amittas scias. Huc adlusit Theognis, etiam si alienius:

Ἀγαλέως μὲν ἐμὸς ἔχειται σὺς φιλότιτος  
Οὐτε γὰρ ἔχωραν, οὐτε φίλον δύναμαι. 1.  
Pectora nostra, cui quam mixte amor afficit, vt quem

Non odisse queam, sed nec amare queam.  
Vnde videtur illud effusum.  
Nec tecum possum viuere, nec sine te.  
Refertur & à M. Varrone pro exemplo adigionis: Auribus lupum teneo.

*Necessarium malum.*

**H**ν τ ε finitimum est illud: ἀναγκῶν κερκὼν, id est, Necessarium malum: de his quos neque reiicere possis, quod quibusdam in rebus opus sit eorum opera: neq; commode ferre, quod viri sint improbi. Natum videtur ex Hybrææ cuiusdam apophthegmate, de quo meminit Strabo lib. 14. Cum haberet Euthydamus tyrannicum quiddam, multis alioqui nominibus vitilis ciuitatis ita vt cum vitii virtutes paria facere viderentur, Hybræas orator in oratione quadā sic de illo locutus est: Malum es, inquit, ciuitatis necessarium. Nam nec tecum viuere possumus, nec sine te. Alexander item Sæverus Imperator, rationales, quos tollere decreuerat, posteaquam perpenderit eos contra Reip. incommodum tolli non posse, necessarium malum appellabat. Huiusmodi fuit & P. Cornelius Rufinus, furax quidē & impendio auarus, sed idem egregius Imperator, à quo Fabricius Lucius compulsi maluit, quā sub hasta venire, quemadmodum refert Gellius lib. 4. & Cicero de Oratore lib. 2. Torqueri poterit & in vxores, cum quibus incommodè viuatur, sed absque his Respu. omnino consistere non potest. Potest & ad rem accommodari. Veluti si quis dicat pharma. ou, rem quidem molestam

molestam, necessariam tamen. Euripides in Oreste :

Ανεγὼν ὄν τὸ κτῆμα, ἀπὸ γκλιόν θ' ὄμοις. id est, Molesta cum sit res, necessaria tamen . . . Non abhorret ab hac forma, quod Plinius scribit oraculo proditum fuisse, lib. 18. ca. 6. Quonam igitur, inquit, modo utilissime, coluntur agri? Ex oraculo scilicet, malis bonis. Hoc velut ænigmate significatum est, agros quàm minimo potest impendio colendos esse.

Non absque Theseo.

Ὀὐ ἀνὰ ἐμοί, id est, Haud absq; Theseo : Cum significamus rem alieno auxilio confici : Aut cum significamus rerum omnium communionem, ac societatem. Nam Zeno dotus scribit, Theseum permulcis viris fortissimis, in certaminibus auxilio fuisse, quippe qui & Meleagro adfuit in conficiendo apro Calidonio, auxiliatus & Pirithoo pugnantium Centaurus, item Herculi cum Amazonibus belligeranti. Fabula de profe habet : Oeneus Meleagri pater, cum de primitiis anni prouentus diis libans, Artemidem præterisset, illa irata aprum immanem in agros Calydonios immisit ; omnia populatam, ad quem conficiendum Oeneus præstantissimum quensq; exiuit, præmiis ad id propositis. Inter multos certauit & Meleager, qui & belluam confecit, sed accersito ad auxiliium Theseo. Reliquum fabulæ nihil ad prouerbii sensum attinet. De Pirithoo sic fertur; Pirithoos Hippodamiæ proci, Centauros, quod essent sponsæ cognati, cõiunio accepit. Qui simul atq; merito incaluisse, sponsæ vim adferre cõperunt. Coorta pugna, Theseus Pirithoo auxiliũ ferens, complures centauros trucidauit. De Hercule sic narrat : Cum Eurystheus Herculi iniunxisset, vt Hippolytæ Amazonum Reginx balthæum adimeret, atque ille patella facturus esset profectus, Iuno semper illi infesta, induta formam Amazonis, samã passim dissipauit, aduentare hospitem vel verius hostem, qui violata regina, balthæum, quem gestabat, insigne regni, per vim eriperet. Quod vbi auditum esset, Amazones in Herculem parant arma. Hercules ratus hæc non errore, sed dolo geri, Hippolyta occisa balthæum abstulit. Deinde quò magis vlcisceretur Amazonas, bello eas adortus est, & oppressit, sed Thesei adiutus opera.

Refertur hoc adagiũ & à Plutarcho in eius vita, significatõ: Theseum, sicuti dictũ est, multis auxilio fuisse. tamen ex plerisq; certaminibus nullum retulisse præmium: atque huius rei citat auctorem Herodotum. Adfuit ad prouerbium Aristides in oratione ad Thebanos de auxiliis : Καὶ ἔτε τοῖσιν ἥρα κλεῖα ἐλάττωσε, ἐπὶ τοῖσιν αὐτοῖσιν δὲ ταχὺ ἐγχεῖν ἐπαύτατα. id est, Cũq; sane & ipsi Herculi opus esset amico, Theseus illum Athenas deductum refouet, refocillatq;. Proinde quoties facinus aliquod alieno nomine celebratur, alterius tamen opera possimũ peractum, veluti si quis librum suo nomine publicet, in quo sit doctõris alieni ad iutus opera, concinnè notabitur hoc adagio : Ἄνδρα ἐμοί, id est, Non absque Theseo. Aut si quis dicat, nullam fortunam sibi iucundam esse posse ἀνὰ ἐμοί.

Phæra per precipitium.

ΕΙ ΥΣ ΜΟ ΔΙ prouerbium refertur ab Euristhio in Iliados Homeri librum secundũ, ἡ σφῆρα κατὰ πρῶν, id est, globus per decliue, subaudiendum voluitur aut mittitur. Perinde est, quasi dicas, currentem incitare. Nã sphæra vel suapte sponte facile per locum decliue denoluitur. Nec male quæ drabit in eos, qui vitæ genus aliquod nacti sunt, ad quod videtur esse natura propensũ, vt conueniat cum illo, τὸν ἵππον εἰς πύλον, id est, equum in planiciem.

Magis mutus, quàm pisces.

Ἀφωνότερον τῶν ἰχθύων, id est, Magis mutus ipsis piscibus. Prouerbialis metaphora de vehementer insantibus, atque insacundis. Conueniet & in hominem immodicæ taciturnitatis. Horat. in Odis : - Omutis quoque piscibus Donatura cygni, silibeat, sonum. Pisces enim nullam edunt vocem, exceptis per paucis, inter quos canis marinus. Lucianus aduersus indoctum : μάλλον δὲ τῶν ἰχθύων ἀφωνότερον εἶμι. Imo vero magis es mutus, q̃ pisces. Rursus in Gallo : πολὺ ἀφωνότερον ἴσομαι τῶν ἰχθύων. i. multo magis es mutus, quàm pisces. Vnde Plutarchus in Symposiacis existimat Pythagoricos à piscibus abstinuisse, quod hos quasi suæ disciplinx deuesticos agnoscerent, propter ἰχθυναίαν, id est, silentium, quod inter animalium genera piscibus est proprium.

K Nam

Nam ceterorū sua quibusq; vox est. Aues permultæ canoræ sunt: quædam & humanum sermonem referunt. Atque adeo terrestrium quoq; maticora apud Aegyptios, si Plinio credimus. Solis piscib' nulla vox. Causam adfert Aristoteles, quod his neq; pulino sit, neque arteria, neque guttur. Etia si sint nonnulli, qui sonitum quendam ac stridorem edunt: quorum de numero sunt delphinus, lyra, chromis, voca (quem hinc dictum apparet quod vocem edat, Mercurio sacrum, prædidit Athenæus lib. 7.) pecten. Verum eum sonum non naturalibus organis vocis edi putat: sed vel attritu brachiarum, vel ab interioribus, quæ sunt circa ventrem. Plutarchus existimat Græcis *ιχθῶν* hinc appellari, quod vocem habeat cōpressam. Et Lucianus in Halcyone. *ἄφωνα γὰρ δὴ τὰς καθ' ἑστέρας διακρίματα.* id est, Nam muta sãne quæ in aquis degunt. Athenæus lib. Dipnosophistarum octavo, citat auctorem Mnaseam Patrensem, qui prodiderit, in Clitorio amne Arcadiæ pisces esse vocales. Item Philostephanum, qui scripserit in fluuio Aorno, qui Phenxum vrbem interfluit, piscibus dictis pecilis vocem esse ferme qualis est turdorum. Tameñ Aristoteles adimit omnibus piscibus vocem, exce pro scaphro, & porco fluuiatili. Veteres autem quemuis piscem vocabant *ἄλαπα*, quod vocem edere non posset: *ἀλλ' ἔδω* siquidem est, *ἔσπεδω*, id est, cohiberi, & *ἔψ* vox. Vide apud Theocritum *ἔλασην* pro piscari. Addit Athenæus, Pythagoricos à ceteris animalibus non prorsus abstinere, sed quibusdam ex his vesci, quædam etiam sacrificare, solos pisces nō gustare, quasi sacros ob *ἔχρηθίαν* quam Pythagoras docuit.

*Turture loquacior.*

*Τρυγὸν καλίστερον*, id est, Turture loquacior. In garrulos & impendia loquaculos homines dici solitum. Sumpta metaphora ab auis natura, quæ non ore tantum, sed & postica corporis parte clamare fertur, ob id opinamur, quod vocem edens, etiam illā mouere videatur. Citatur apud Zenodotū ex Plocio Menandri. Aelianus lib. 12. cap. 10. meminit hui' procerbii, deq; a vrbis que corporis parte loquaci. Theocritus in Syracusanis, mulieres quasdā loquaculas, turtutes appellat.

*Τρυγὸν ἐκπεῖται πλατὶσδοισκῆ κῆπιτα*

*Rana Seriphia.*

*Βάτραχος ἐκ σερίφου*, id est, Rana Seriphia. In homines mutos, & canendi dicendiq; profus imperitos dicebatur. Inde natum, quod Seriphiz ranæ in Scyrum deportatæ non edebant vocem: In hunc modum collectanea Græcorum ptouerbiorum decerpta elibris Didymi, Tārthæi, & aliorū. Totidem verbis Suidas. Et *βάτραχος σερίφιος*, id est, rana Seriphia. Proditum enim est in Seriphio insula ranas mutas haberi. Meminit huiusce rei Pl. li. 8. c. 18. Cyrenis, inquit, mutæ fuere ranæ, illatis è continentē vocalibus, durat genus earum. Mutæ sunt etiam in Seriphio insula. Eadem alio translata canūt, quod accidere & in lacu Thesaliæ Sicendo tradunt. Quamquam in vulgaris exemplaribus cicadarum Seriphiarum mentio sit, non ranarum: sed germaniam lectionem Hermolaus ex fide veterum codicum restituit. Seriphus autem vna est insularum, quas Græci *σπορὶ δῶς* vocant. Non videtur autem satis conuenire verba Plinicum Græcorum commentariis. Nam hic ait mutas esse in Seriphio illi negant vocē edere deportatas in Scyrum, quas in Seriphio vocales in Scyro obmutescerunt. Verum ætentius intuenti rem, nihil est absurdū. Seriphus ranas habebat mutas. Eas vt rem prodigiosam deportabant in Scyrum, quas cū Scyri mirarentur esse mutas, præter ingenium ranarum indigenarum, dicebant *βάτραχος ἐκ σερίφου*. Ea vox abiit in puerbilū.

*Alij sementem faciunt, alij metens.*

*Ἄλλοι μὲν σπορίζουσιν, ἄλλοι δ' ἀμύσσονται*, id est, Alii quidem sementem faciunt, alii verō metent. Quod citra metaphoram etiam ad hunc modum efferunt: *ἄλλοι κάμουν, ἄλλοι ἀνατο*, i. Alii laborarunt, alii perceperunt emolumentum. His similitum est illud Fabii dictum apud Liuium lib. ab vrbē condita 10. Quam arbore conferuisset, sub ea legere alium fructum, id indignum esse dicere. Huc adlusit Hesiodus; cū scribit in Theogonia de Fucis.

*Ἄλλοι θεοὶ κάμπτουν σφετέρην ἐς γαστήρ' ἀμύσσανται.* id est,

Atque metunt ventrem in proprium sudorem alienum.

Theognisitem:

Oite

Οὐτε γὰρ ἂν προκαμῶν, ἀλλὰ κάματον νικῶ-  
δούς. id est,

Ante tibi exhaustos alii ne trade lobores. Consimili figura dictum est à Diocletiano nondum Cæsare: Ego apros occido, sed alter fruitur pulpamento. Refertur autem in illius vita ad hanc ferme sententiam: Cū Diocletianus apud Tungros in Gallia, in minoribus adhuc locis militans, in caupona quadam moraretur, & cū Druiade quadam muliere familiarem consuetudinem haberet, illa quæ parsimoniam hominis inculcasset, ioco, non serio respondisse fertur, tum se fore liberalem, cum Imperator fuerit. Ad hoc illa: Noli, inquit, iocari Diocletiane, plane Imperator eris, simul ac aprū occideris. Quam quidem mulieris vocem dominis arripens vice, studiosè sectari cepit apros in venatu, haud intelligens videbatur enigma, quod euentus postea explicavit. Nam Numerianus Imperator, factione Atrii Apri socii sui interemptus fuerat. Qua re prodita, milites Diocletianum vindicem creant, & Augustum consulatū. Ille itaque pro concione, quo Druiadis dictum expleter, Aprum manu sua confodit, addens Maronianum illud:

Aeneæ magni dextra cadis.  
Ceterum interea dum adhuc priuatus ille multos apros confecisset, nec affulgeret vsquam Imperii spes, dicere solitum fertur: Ego quidem apros occido, verum alter fruitur pulpamento.

*Aliena iacis.*

Ἀλλότρηξ βάλων, id est, Aliena iacis. Quoties res parum ex animi sententia cadit. Translatum ab iis, qui ludunt alea, quibus iaciuntibus interdum ea cadunt, quæ minime sunt ad viatoriam accommodata. Proinde si quando frustratur nos spes, recte dicemus, ἀλλότρηξ βάλων. Adagium refertur à Diogeniano:

*Aliam quercum excute.*

Ἄλλην δρυὸν βυλάνηζε, id est, aliam quercum excute. In eos conuenit, qui sine fine petūt aliquid: aut qui continenter ab eodem mutuum postulat. Hus hoc adagio licebit ablegare, ut nobis ommissis, aliorum aures suis precibus sollicitent. Parcemiam hinc natā putant, quod olim mortales glandibus vitabant, Cereis vsu nōdum repperio, Has

qui quercibus excussis colligebant, mercede ad id conducti, balanistas, i. glandiū collectores, siue glandiarios appellabant. Qui si quando circumspicerent, si quæ glandes etiam dum in arbore reliquæ essent, prætereuntes per iocum acclamabant: Aliam quercum excute. Eam vocem vulgus arripit vertit in prouerbiū. Non inconcinnè accomodabitur ad negotium relinquendum, ex quo iam nihil emolumentū potest capi. Aut mutandum amicū, qui iam vtilis esse desit. Aut præceptorem mutandū, vnde nihil est, quod amplius discas.

*Nuces relinquere.*

N u c e s relinquere, est omissis studiis ac nugis puerilibus ad grauiora magisque seria conuerti. Persius:

Et nucibus facimus quæcumque relictis,  
Cum sapimus patuos.

Translata metaphora, vel à vetusta nuptiarū ceremonia, in quibus sponsus vxorē ducēs nucēs spargebat, vt pote iam pueritiæ renuancians. Ita Catullus in carmine nuptiali:

Da puer proptere nucēs.

Concubiniæ nucēs da.

Vergilius in Bucolicis æglog. 8.

Sparge marite nucēs.

Quanquam Plin. lib. 15. c. 22. causas alias adfert, quam ob rem nucēs in nuptialibus ceremoniis consueuerint antiquitus adhiberi. Sed præstat ipsius referre verba: Nucēs, inquit, iuglandes, quāquam & ipsæ nuptialium Fesceninorum comites, multum pinis minores vniuersitate, eisdemque portione ampliores nucleo. Nec non & honor hīs naturæ peculiaris, gemino prosectis operimento, puluinati primum calicis, mox lignei putaminis. Quæ causa eas nuptiis facit religiosas, tot modis sœter munito, quod est verisimilius, quam quia cadendo tripudium sonumve faciūt: Festus item indicat, in nuptiis à pueris nucēs spargi solitas, vt nouæ nuptæ intrātī domū noui mariti, fauonem esset auspicium. Addit Seruius, pueros catamitos, cum à turpi seruitio recederent, solitos nucēs spargere, significantes se posthac omnia puerilia spernere. Vel hinc igitur, vel certe a puerozum lussibus, qui nucibus peraguntur, ductum prouerbiū videri potest. Nam talis ac nucibus olim lussitasse pueros, vel Horatius testis: cum ait: Te talos Aule nucēsque.

Proinde ad hanc prouerbii formā pertinent

bunt & reliquæ illz figuræ : Nunquam à nucibus recedere , Redire ad nucas , Nucas abicere , Nucas intermittere , Nucibus indulgere , Nucas repetere , atq; id genus alia :

*Bis pueri senes .*

Δίς παιδ' ὄν οἱ γέροντες , id est , Bis pueri senes . Vna est ex illis prouerbialibus inscriptio , nibus satyrarum Varronis : Quadrabit in eos , qui prouectiore cum sint ætate , tamen puerilibus quibusdam studiis intempesti- uiter atque indecore detinentur . Aut in se- nes ætatis vitio desipiscentes , tanquam ite- rum in pueritiam reuolutes . Seneca , Non , inquit , bis pueri sumus , vt vulgo dicitur , sed semper : verum hoc interest , quod ma- iora non ludimus . Plato lib. De re publ. 1. Οὐ μόνον ἀρ' ὡς ἔοικεν ὁ γέρον δις παῖς γίγνεται , ἀλλὰ καὶ ὁ μὴ θωρῆς , id est , Nō solum igi- tur senex , vt videtur , bis erit , puer sed ipse . Et temulentus Aristophanes in Nubibus : Φίσις νομίζω δὲ σὶ παιδὶς τῆτο τῆρον εἶναι , Ἐγὼ δ' ἐγ' αὐτέποιμ' ἄν , ὡς δις παιδ' ὄν οἱ γέρον- τες . id est ,

Pueri , inqes , tibi videri facinus illud esse . Respōderō ipse cōtra , senes bis esse pupos . Sophocles in Peleo :

Παῖς τὸν αἰσχροῦ οὐκ ἔσθ' ἔμ' ἔνν  
Γερονταγωγὼ κἀναπαιδ' ἐνὺ πῆλιν  
Ραῖιν γὰρ ἀνὲς παῖς , ὁ γέρον σκον . ἀνήρ . id est ,  
Ego Peleum Aeaco satum , pueri itū vicē ,  
Senem puella moderor , atque tempero .  
Nam iterum puer quisquis senescit , red- ditur .

Theopompus , Δίς παιδ' τὰ οἱ γέρον τις ὀρθῶ τῶ λόγῳ , id est , Pueros bis esse senes , recte di- citur . Plato , Αρ' ὡς ἔοικε δις γέρον ἄν παῖς γέ- ρον . id est , Similis videtur bis seni puer se- nex . Antiphon : Γεροντογία προσέοικε παιδα- ποροίῃ , id est , Senē nutrire , perinde est , quasi nutrices puerum . Lucianus in dialogo , cui titulus , τὰ πρὸς κείνον . Οὐτω γὰρ ἄν τῷ παρὸν- μίῳ ἐπικληθῆσθαιμ , ἢ φησι , παλὶ παιδ' ὡς τὰς φέροντες γίγνεται . id est , Sicenim fieri , vt ve- rum videatur adagiū , quo dici solet : senes rursus repuerascere . Huc pertinet , quod libro De lingua Latina tertio scribit Var- ro , identidem in Atellanis , haberi pupum senem , quod Osca snapte lingua vocent ca- strat . Nam veteres pupum , puerum voca- bant : Neque vero prouerbiū ideō tan- tum esse dictum , quod senes ætatis culpa desipiscant : verum etiam quod omnibus

modis in senibus iam velut exacta vita ad initium recurrere videatur , quemadmodū scite dixit Aristoteles in problemate . quod- dam , in quo quærit , quo nam pacto sint accipienda , quæ priora dicuntur , ac poste- riora . Primum enim redit labor simul , & ca- ritas capillitri , quorum vt vtrūque pueris sa- miliare : deinde balbuties , velut altera in- fantia . Præterea gingiua exarata denti- bus , aut certe peripneis , & eis vacillantibus instructa , quod & ipsum cum infantibus commune . Quinetiam senibus omne cor- pus ad puerilem decreuit modum : consi- milis virium imbecillitas . Iam vero cibi quoque consimiles vtrique congruunt æta- ti . Postremo morum ineptia , leuitas ani- mi , & hoc ipsum , nihil sapere , in senibus infantiam quadam referre videtur . Auctor est enim in Politicis Aristoteles , post annos duodequingaginta ingenii vigorem eua- nescere . Quapp Euripides in Bacchis ait ,  
Τὸ γέρον ἡμῶν εἶτορὰ νῆρ' ἔχον ,

Vestram vbi senecā video mentis indigā . Vnde sit , vt senes pueris mire delectentur , quasi similes iā ad similiū amorē propensi .

*Sexagenarios de ponte deicere .*

SEXAGENARIOS : de ponte deicere , est natu maiores , perinde quasi delictos , & ad omne vitæ munus inutiles , in otii rei- cere , atque ab omne functione negotiorū relegare . Inde natum , quod olim sexagena- riis ferendorum suffragiorū ius nō erat , ætate velut à publicis iuribus dimissa . Vel quod olim iuuentūs Romana , quo sola fer- ret suffragia , senes inualidos de pontibus præcipites dederit . Nam de ponte suffragia ferri iam cōperant , atque ea sententia magis probatur Siliūno Capitone apud Festū Pompeium , quam vulgata illa , qua putant post vrbem à Gallis liberatam , ob cibus inopiam sexagenarios in Tyberim de pon- te deici ceptos . Vario libro De vita patrū secundo , honestam causam religiosamque prefacit : cum in quintum gradum perue- nerāt , atq; habebant quinquaginta annos , tum deniq; erant publicis negotiis liberis atq; expediti , & otiosi . Ideo in prouerbiū quidam putant venisse , Sexagenarios de ponte deici oportere , qd suffragium non ferant : quod per potētem ferebatur . Nōnius Marcellus : Sexagenarios per pontem mit- tendos , male dicit popularitas intellexit .

Macro

Macrobius Saturnalium lib. 1. Adimere vis doctis viris, in verborum comitiis ius suffragandi, ac tanquam sexagenarios maiores de ponte deiicere? Ovidius in Fastis:

Pars putat, ut iuvenes ferrent suffragia soli,

Pontibus infirmos præcipitasse senes.

Vnde & de pontani dicuntur senes, iam velut emeriti, & à civilibus negotiis in otium remissi. Plato libro De legibus sexto, loquens de magistratu τῶν νομοφυλάκων, id est, legibus seruandis præfectorum, non admittit ad eum magistratum gerendum minorem annis quinquaginta, nec finit in eo perseverare maiore septuaginta: ut, si quinquagenarius magistratum inierit, viginti annos cum administret: si sexagenarius, decem dūtaxat. Licebit autem uti proberbio, vel in odium ætatis, tanquam ad nihil iam utilis, & ab omni vitæ munere relegande: vel simpliciter in eos, qui propter ætatis imbecillitatem rude iam donati sunt, ac solito rum munerum vacationem acceperunt.

*Crambe bis posita mors.*

Δις κράβη βίαια τῶν, id est, Crambe bis, mors est. Plin. lib. 20. c. 9. inter brassicæ species, tertio loco refert & cramben. Dioscorides lib. 2. crambes tres species facit. Quarum prima, præterquam, quod alias ad multa remedia efficax est, etiam ebrietatis & crapulæ incommoda tollit, si eundam edas ante cœnam ex aceto, vt indicauit M. Cato. Aristoteles in causa putat esse, quod cum ipsa sit frigida, & succum habeat dulcem, ac discutientem, fit vt vinosos humores in aluū detrahat, tenues humores in vesicam delabantur, ipsa in ventriculo remanens, corpus refrigeret. Atque ita humoribus vtrinque deductis, & refrigerato corpore, cessare crapulam. Inest autem peculiaris quædam vis crambes, obstitendi vino, vt si in vineto feratur, vinum proueniat dilutius. Proinde apud Aegyptios, & Sybaritas solenne erat, ante omnia sumere cramben coctam: quibusdam mos erat ex amethystino vasculo crambes semen ante comotationem capere, quo citra periculum ebrietatis indulgere vino possent. Huiusmodi fere Athenæus libro 1. addens illud, præscis cramben, ac raphanum pro eodem habita. Vnde Theophrastus prodidit, vitrem etiamnum viuam raphani odorem fugere, Verum vt ad pro-

uerbium redeamus; Suidas scribit illā antiquitus in conuiuiis adhiberi solere, verū recoctam adeo nauseam adferre, vt Græcis in fastidii prouerbium abierit. Quoties. non rem iterum, atque iterum repetitam non sine molestia significabant, dicebant: δις κράβη βίαια τῶν, id est, bis crambe mors: hoc est, κράβη βίαια τῶν, crâbe recocta. Ad hoc adagii Politianus arbitratur adfuisse Iuuenalem, cum scribit in Satyra septima:

Declamare doces, o ferrea pectora Vestî,  
Cum perimit sæuos classis numerosa tyrannos.

Nam quæcunq; sedens modo legerat, hæc eadem stans

Proferet, atque eadem cantabit versibus iisdem,

Occidit miseris crâbe repetita magistrôs.

Cramben repetitam appellat declamationem maximo cum tædio iterum atque iterum audiendam. Finitimum est illi, quod alio commemorauimus loco, δ δῖος κέρβη τῶν, id est, Ionis filius Corinthus. Contra rium illi, δις καὶ τῆς τὸ καλόν. id est, Bis & ter, quod est pulchram. Quod enim per se præclarū, id vel decies repetitum, vt inquit Horatius, placere solet. Quod ineptum, id primo gustu commendatione nouitatis vinctumque toleratur: ceterum iteratum, haud iam ferendum, fastidium adfert. Et tamen erat præscis admodum celeberris hæc herba, adeo vt nec religione carebit, & ob hoc ματίς vocata: per eandem iurare mos erat, præsertim apud Iones, καὶ ματίς κράβη, vt hinc quoq; fastidii prouerbium ortum videri possit, auctor Athenæus libro Dipnosophistarum nono.

*Ne Hercules quidem aduersus duos.*

Μὴδὲ ἥρα κλῆς πρὸς δύο, id est, Ne Hercules quædã aduersus duos, hoc est. Nemo vsq; adeo viribus excellit, vt vnus pluribus par esse possit. Neque indecorum est. cedere multitudini. Erit autem suauior metaphora, si significabimus neminem quantumuis eruditum aduersus duos in disputando sufficere: aut eundem hominem pluribus negotiis sustinendis non esse simul parem: aut non posse resisti precibus duorum rem eandem petentium. Poterit & aliam in formam verti prouerbium, ad hunc modum: Si negant vel Herculem aduersus duos esse parem, qui nam ego tam imbecillis ad-



terfus duos Hercules stabo? Quanquam obiter huius vsum prouerbii, in operis huius vestibulo paucis ostendimus. Platon lib. De legibus vndecimo: *δρεθόν μὲν δὴ, πόλαι τε εἰρημαίων, ὡς πρὸς δύο μάχῳσαι τάνευτικ, χαλιποικαβαπτερ ἐν ταῖς νόσοις, πολλοὶς τε ἄλλοισι.* id est, Verum est illud, & iam olim prouerbio celebratum, arduum esse aduersum duo, eaquē contraria pugnare, quemadmodum in morbis, aliisque cōfluribus. Significat nobis esse geminam pugnam, tū aduersus diuitias, tum aduersus egestatem. Idē in Phædone vsurpauit, vbi Socrati per iocum hortantur, vt Ceberem ac Symmiam confuter argumentatione, responderet Phædon: *ἀλλὰ πρὸς δύοχδ' ἡρακλῆς λέγεται οἷος τε εἶναι.* id est, At vero contra duos, ne Hercules quidem dicitur suffecisse, Eodem adlusit Catullus in carmine nuptiali, cū ait:

- Noli pugnare duobus.

Hæc sententia tametsi non iisdem verbis, aliquoties legitur apud Homerum, vt in Odys. Y.

*Χαλιποὶ γὰρ ἱερκακείνενε πολλὰς.* id est, Difficile ac durum est, vnum compescere multos.

Telemachus ita loquitur de se, ac prociis, Item Iliados E.

*Αἰεὶας δ' ἔμειν δόθ' περ ἰὼν πολυμυκῆς, ὡς εἶδεν δὴ φῶτε παρ' ἀλλήλοισι μίνοντε. i.* Haud stetit Aeneas alioqui strenu<sup>9</sup> armis, Consprexit simulatquē duos consiliter iunctos.

Occasionem adagii varie narrāt. Quidam aiunt Molionidas adortos aliquando Herculem ex insidiis, atque illum hominum multitudine territum, non ausum contra resistere, sed fuga saluti consuluisse, idq; in vulgi sermonem abiisse. Vero propius est, quod refert Suidas, Herculem constituto certamine Olympiaco, ferum viribus suis primū ausum certare cū duobus, & vtrosq; cōfecisse. Hos aiunt fuisse Cteaton & Eurytum, Neptuno patre & Moliona matre prognatos. Deinde proxima Olympiade consimili modo congressum fuisse eum duobus quibusdam, atq; ab his fuisse superatum. Quamquam sunt, qui hos existimant fuisse Lcum & Pherantem, sed qui vicinint Herculem, non qui victi discesserint. At Plato in Euthydemo longe diuersam ab his historiam adducit, puta Herculem cū hydra pariter & cancro quodam immani,

qui e mari emerferat, congressum, inferiorem discessisse, atque ob id Iolai nepotis auxilium implorasse. In eo dialogo Socrates cum duobus socratis sophistis, & vt sunt illi, contumeliosus disputans, quasi cū duobus monstis vnus cōgressus, cum illi probro obiiceret Dionysiodorus quod fugeret, neque ad interrogata responderet, ad hunc modum respondit: *Εἰκάτως γὰρ ἐπὶ πάντων ἐγὼ ἦταν γὰρ εἰμὶ καὶ τῶν τετέρευμαι, ὡς πολλὰς δὲ οὐ μὴ χδὴ δύο φέβω, πολὺ γὰρ πρ εἰμ φαυλότιεθ τῶ ἡρακλῆος, ἵς χδὴ οἷος τε ἦν τῆ τε ἰδὲρα διαμάχῳσαι σοφιστῆς ἴση ἢ δια πλῶ σοφίαν ἀνείση εἰ μὲν κερταλὴ ἀποτμυθεὶν τῶ λόγῳ, πολλὰς ἀν τῆ μῆς, καὶ κακίω ἔτερο τινὶ σοφίῃ εἰ βαλάτῳς ἀφγμίω κωσὶ μοὶ δοκῶν καταπιπλῳκότι. ὅς ἐπειδὴ αὐτὸν ἐλύπει, ἔτως ἐκ τῶ ἐπ' ἀριετῆρα λέγων καὶ δακνῳν, τὸν ἰολαὸν τὸν ἀδελφίδῳν βοκθὸν ἐπικαλέσατο. ὁ δὲ αὐτῳ ἰκανῶς ἐβοήθησεν. ὁ δ' ἐμὲς ἰολαίης παροκλῆς εἰ ἔλθῳ, πλέον ἀν βάτερον ποιήσεν.* id est, Nō iniuria, inquam, fugio. Nam cum alterutri sum impar, cur nō fugiam ambos? Equidem Hercules multo sum imbecillior, qui tamen pugnare pariter non valuit & aduersum hydram sophisticam, cui propter sapientiam pro vno sermonis capite amputato multa repullulabāt, & aduersum cancrum sophisticam quendam ἐ mari profectum, & nuper, vt arbitror, aduectum. A quo cum Hercules ad sinistram angereetur, verbisq; acriter morderetur, nepotis sui Iolai auxilium implorauit qui abunde illi succurrit. Meus autem Iolais Patroclus si venerit, magis alteram certaminis partem sustineret. Mordaci videlicet allegoria, Socrates ἐ fratribus sophistis alterum hydram, alterum cancrum nominat, se Herculem, Ctesippum Iolaū.

*Ὑνὸν νῖρ, nullus vir.*

*Εἷς ἀνὴρ, οὐδὲν ἀνὴρ,* id est, Vnus quidem vir nullus est. Senfus est, nihil egregium prestari posse ab vno homine, omni auxilio destituto. Huc pertinet, quod ait Euripides in Heraclidis: *μῆς γὰρ χειρὸς ἀδωδὴς μαχῳ.* id est, Nam solitarię manus inualida pugna est. Item illud eiusdem: *εἷς ἀνὴρ ἔπαυθ ὄρα.* id est, Vir vnus haud videt omnia. Poterit ad varios vsus deflecti prouerbium, vel ad insuauem vitam, si non adsit conuictor amicus: vel ad iudicium haud quaquā vni committendum: vel ad studium litterarum, quod citra socium, & eiusdem, vt

aiunt, emulum Musæ, plane friget: vel ad quoduis denique peragendum negotium, quod extra alterius administricium commode confici non queat. Adagii mentionem facit Zenodorus.

*Asinus inter simias.*

Οὐδὲν ἐν πῶκος, id est, Asinus inter simias. Vbi quis incidit in homines nasutos & contumeliosos, ipse stolidus, à quibus impune rideatur. Extat apud Aulum Gellium lib. 2. c. 23. apud quem Menander comicus in fabula, cui titulus, Plotium, maritum, de vxoris iniuria querentem inducit his verbis: οὐδὲν ἐν πῶκος τοῖ το λεγόμενον ἐστὶ δὴ τῶν τῶν id est, Asinus inter simias, vulgo quod aiunt, sane istud. Constat autem simiam animal esse petulantissimum, adeo ut non vereatur etiam leonem per lasciuiam agitare, natibus illius affixa. Quin & hodie vulgo simile quiddam dicunt, Noctua inter cornices, vbi stupidiior aliquis in homines petulantes, ac dicaces incidit. Nihil autem vetat, quo minus generaliter vsurpetur, vbi quis in negotium incidit vehementer molestum, aut in infortunium aliquod, vnde se non queat extricare.

*Asinus inter apes.*

Οὐδὲν ἐν μελίτῳ, id est, Asinus inter apes. Cōsimilem habet cum proximo sensum. dici solitum, vbi quis infeliciter incidit in homines improbos, atque importunos. Metaphora per se liquet. Quauquam adagiū ab euentu quoquam natum videri potest. Meminit Suidas.

*Asinus in vnguento.*

Οὐδὲν ἐν μύρω, id est, Asinus in vnguento. Cū deliciaz adhibentur iis, quos haudquaquā decent, neq; qui vel vti norunt illis, vel delectantur. Nam asinus culmos ac scœnum maualt, quàm aurum, vel vnguentum, quo etiā offenditur. Locus fuerit huic adagio, si quando indoctus aliquis in optimos incidat auctores, quos ob inscitiam aut negligat, aut etiam deprauet. Siue cum amulo cupiam cum eruditissimis viris viuere cōtigerit, quorum tamen consuetudine neq; frui nouerit, neque omnino gaudeat. Refertur à Diogeniano prouerbiū.

*Neque cælum, neque terram attingit.*

Οὐτὲν γὰρ ἐστὶ ἐξ οὐραῶν ἀπτεται, id est, Neque cæ-

lum neque terram attingit. De re v: hementer absurda atque aliena, quozq; nulla vicinitate pertineat, ad id, de quo agitur. Lucianus in Pseudomante: οὐκ τὴν μὴ χερσὶν ἐπεμψεν, ἕτε γὰρ φασιν, ἕτε γὰρ ἀπτομῆς ἐστι. Oho mihi misit oracula, sed quæ neq; cælum, vt aiunt, neque terram attingerent. Aristides in Cimo, ac leuiter adludens ad prouerbium, indicat metaphoram sumptā ab iis, qui in medio pendent acte, vtriusque liberi.

*Nihil aduersum.*

Οὐδὲν πρὸς ἑπῶ, id est, Nihil ad carmen. De iis, qui longe discrepant ab iis, quæ proposita sunt. Trāslatum videtur à scena, vbi histrio saltatu gestuq; carminis genus representat. Et haud scimus an alius fuerit, qui recitaret versus, alius qui gesticularetur. Apparet enim vnum aliquem fuisse recitatore, cuius est illa vox in calce comœdiarum: Calliopus recensui. Nec alioqui apparet quorsum pertineat, quod admonet Cicero ab histrione deligi fabulam, ad quā natura sit appositus, quod in prologo Comœdiæ Terentianæ, qui prologum dicit, quæritur clamofas fabulas ad se deferri, minus laboriosas ad alios. Quod si saltatio parum respōdisset ad numeros carminis, aiebant: Οὐδὲν πρὸς ἑπῶ. Lucianus in Philopseude: Οὐδὲν πρὸς ἑπῶ ταυτὰ φατιν, ἢ δὲ πρὸς τῶν τῶν εἰρόμων. id est, Ista nihil ad carmen, vt dici solet, neque enim de iis interrogabam. Qui in choreis non responderet ad numerum saltationis, eam ἀκέρων appellabant. isq; ἀκέρων ἑπῶ dicebatur. Andreas Alciatus, hoc seculo non modo iuris Cæsarei, verumetiam omnium studiorum decus, nec minus suspiciendus ob rarum quædam ingenit candorem, quàm ob exactam omnium liberalium disciplinarū peritiam, lib. Dispunctionum suarum 2. consensit quidem nobis in sensu vsuq; prouerbiū, ceterum de origine nonnihil dissentit, maualtq; ab oraculis esse natū, quæ quondam carmine reddebantur, præsertim heroico; cuius inuentor fuerit Pythius Apollo. Græcis autem ἑπῶ dicitur, quod ἑπῶνται τὰ πρῶτα τοῦ εἰρομῶν. id est, quod res oraculis respondeant. Hanc enim etymologiam adfert Eustathius in principio Iliados Homerice: vnde probabilis esse iudcat Alciatus noster, quozq; eue-

nitent quæ promissis aut proposito non quadrarent, dici solitum, *ἔδεν πρὸς ἔπιθ*. Vfus est eo Vlpianus in Pandectis lib. 11. Tit. de interrogatoriis actionibus cap. 12. Quod autem ait prætor, omnino non respondisse, posteriores sic acceperunt, ut omnino non respondisse videatur qui ad interrogata non respondit, id est, *ἔδεν πρὸς ἔπιθ*. Suidas indicat nonnunquam vsurpari *ἔδεν πρὸς ἔπιθ*, pro temere ac de nihilo, siue abs re Adducit hos versus ex poeta, nescio quo:

*Οὐδὲν πρὸς ἔπιθ ἔτ'ως ἀνωτὸς ἐν βαλῶ.*  
*Ἐπὶ ἐκπύθωμαι πᾶν τὸ πρᾶγμ' ὅπως ἔχει, ἰ.*  
 Adeo ne temere & inscienter afferam,  
 Prius atque rem omnem, ut sese habet cognouero?

Prior versus Græcus constabit si legas, pro *ἔτ'ως ἔτ'ως*. Vsurpauit idem Aristophanes in Concionatricibus, quem locum retulimus prouerbio: Extra cationem.

#### *Nihil ad fides.*

*Οὐδὲν πρὸς τὴν χορδῆν*, id est, Nihil ad chordam. In eos quorum vita vehementer est inequalis, quorumue mores ab oratione dissident. Lucianus De saltatione: *καὶ μηδὲ ὡς φασι πρὸς τὴν χορδῆν, ἕτερα γὰρ ὅπως, ἕτερα δ' ὀρθοῦμός τις.* id est, Nihil ad chordam, vt dici solet, nam alia pes, alia loquitur rhythmus. Idem in Meretriciis: *καὶ ὅτι δὲ πρὸς τὴν κιθά, ἔσθ' ὅπως.* id est, Et quod pes probe responderet ad citharam. Plutarchus in commentario De verecundia: *ἔδιν τὴν τῆ ποδῶς πρὸς τὴν λύραν ἀμειψίαν, ὡς πλατὼν εἶπε, καὶ πόλις πότισι καὶ φίλοι φίλοις διαφερόμενοι, ἔχοντα δ' ἔσθ' ἰσὶ καὶ πείχουσιν, ἀλλὰ δὲ τὴν πᾶσι τὰ νόμιμα καὶ δίκαια πλημμελίαν.* id est, Haudquaquam ob id, quod pes à lyra dissentiat, sicut ait Plato, ciuitates cum ciuitatibus, amici cū amicis cōsistētes, extrema tum faciunt, tum patiuntur, sed quod circa leges atq; equitatem peccetur. Locus autem, quem citat Plutarchus, est in libro De legibus septimo: *ἀποδιδόντας πρὸς χορδῶν τὰ φέγγματα τοῖς φέγγμασι. τὴν δὲ ἑτεροφωνίαν καὶ ποσειδίαν τῆς λύρας, ἄλλα μὲν μελιτὸν χορδῶν ἰσῶν, ἄλλα δὲ τῆ τὴν μελάδων συνθέτων, τῆ ποιητῆ, καὶ τὸ λοπιῶ.* id est, Reddentes voces cum lyra sono concordas. Porro vocis discrepantiam diuersitatemque quotiens alios modos edunt chordæ, alios is, qui cantilenam composuit, & cetera. Videtur ad hoc prouerbiū adlu-

sisse diuus Augustinus in Epistola quadam ad Licentium: Aut si ego canto, inquit, tu autem ad aliam vocem saltas, nec sic quidē me pœnitet. Habet enim suam hilaritatem ipsa cantatio, etiam cum ad eam membra non mouet, cui plena charitatis modulatione cantatur.

#### *Formica camelus.*

*Μύρμηξ ἢ κάμηλος*, id est, Formica camelus. De vehementer inæqualibus, & modo minimis, modo maximis, quod perinde sit, quasi repente camelus in formicam vertatur. Lucianus in prima epistola Saturnalium: *ὡς δὲ καὶ ἔχομεν, μύρμηξ ἢ κάμηλος, ὡς ἢ πύρρα μίκα φασί.* id est, Nam vt nunc viuunt à nobis, formica camelus, quemadmodum prouerbio dicitur. Loquitur de opibus inæqualiter inter mortales distributis, vt huic plurimum superfit, huic multum deficit, Neque intempestiue dicitur in eos, qui sibi non constant. in vtranque partem immodici. Quod genus hominem describit Euripides in Troadibus.

*Τὶς δ' ὡδὲ πρὸς ἄλλοτ' εἰς ἄλλος τρέπεται*  
*Μισοῖς δὲ λίαν, καὶ φιλοῖσ' ἂν τυχῆ.* id est,  
 Quid ita modo hos modo in hosce mores transilis?

Odisti acerbe, amasque nimium quemlibet.

#### *Os sublinere.*

Os sublinere, pro eo quod est stare verba, & arte quadam illudere, reperitur aliquoties apud auctores. Nonius Marcellus tractum putat à ridiculo quodam lusum genere, quo dormientibus ora pinguntur. Plautus in Aulul. Fidei censuram maximam fidem esse. Ea subleuit os mihi pessime. Idem alibi: Os mihi probe sublitum est. Idem in Epid. Ego si adlegassē aliquem, ad hoc negotiū minus hominem quam doctum, minusque ad rem callidum, os sublitum esset. M. Var. in mysteriis apud Nonium: Aes defraudasse cauponem, bonam luto obliuisse, cū portitores zra induxere. Sophocles in Antig.

*Οραῖσι χ' ὄσθι, σοὶ δ' ὑπὶλλοισι σόμα.* id est,

Vident & hi, sed os tibi sublinunt. Vergil. item in carmine Bucolico, pueros inducit pro lusum, Sileni faciem mori succo oblinentes.

- Iamque videnti.

Sanguineis frontem moris & tempora pingit,

Ille

Ille dolom ridens, quo vincula nectitis inquit ?

*Dare verba.*

**D A R E** verba, passim obuium est apud omnes auctores, pro eo quod est fallere. Persius quarta Satyra :

- Ut maus, da verba, et decipe neruos.

Terentius :

Cui verba dare difficile est. Ouidius :

- Verba dat omnis amans.

Idem eleganter transtulit ad fallendas animi curas.

Derineo studiis animum, falloque labores,

Experior curis & dare verba meis,

Sed rum frequentiora, tū expositiora sunt exempla, quam vt operæpretium sit ea persequi. Taurum illud admonendum, non nihil Veneris accessurū proverbio, si longius à simplici detorqueatur oratione, videlicet ad fraudem imposturamue, quæ vel citra verborum fucos peragitur. Quod genus fuerit, si quis dicat mundum hunc dare verba suis cultoribus, & alchimisticam, quam vocant artem, dare verba sui studiosis, & cum sibi ipsi dare verba, qui sibi pollicetur haudquaquam speranda.

*Addere manum.*

**I L L V D** non inusitatus, quod est apud Plautum in Persa, addere manum, pro eo quod est ludibrio habere. Translatum ab eis, qui manu ad aurem porrecta, motaque quempiam irrident. Plautina verba sunt hæc: Quid ais, erux, stimulorum tritor? Quomodo me hodie versasti, vt me in tricis coniecisti? Quomodo de Persa manus mihi addita est? Itē in Pœnulo: Quo pacto auaræ Veneri pulchre adii manum. Rursum in eadem scena: Ego faxo posthac Dii Deique ceteri contentiores magis erunt atque auidi minus, cum scibunt, Veneri vt addiderit leno manum. Idem in Aulularia: Ita illis impuris omnibus adii manū. Iterum in Cassina: Satin lepide addita nobis manus merito? Quamquam varic scriptum inuenitur, nunc adii, nūc addita. Videt rectius legi, addidi, vt accipiamus sumptam metaphoram ab irridentium gestu, cuius meminit Persius:

Nec manus auriculas imitata est mobilis albas.

*Circumtondere comam.*

**Περικέρεν τὰς πλοκάμους**, id est, Circumtondere comam. Græcis in proverbio est, pro eo quod est, ludibrio habere. Nam id lusus gratia fieri solet stupidis, vt eis non sentientibus cæsaries circumtondeatur. Lucian. in Misanth. ἐκάθιστο τὰς πλοκάμους περιπρόμεινεν ὑπ' αὐτῶν. id est, Sedebas, cum tibi cæsaries ab illis circumtonderetur. Vsurpat idē in Pseudomante.

*Fucum facere.*

**F V C U M** facere, pro eo quod est, imposturam facere, & artificiosa dissimulatione deludere, frequens est apud bonos auctores. Teren. in Eunuch. Per alienas regulas venisse danculum, fucum factum mulieri. Quo loco, factum, supinum est, non participium. Quintus frater ad Ciceronem: Si cum, qui tibi promiserit, fucum vt dicitur, facere velle senseris, vt te id audisse & scire dissimules. Nam fucus herbæ genus, quam Græci φυτόν vocant, tingendis lanis vtile. Vnde simpliciter fucum pro colore reperire licet, & fucare pro colorare. Horatius in Odis:

- Stercore fucatus crocodili.

Maxime si colorem non nativum, aut genuinum, sed artificiosum, ac velut adulterinum significemus, vt idem Horatius:

- Nec amissos colores

Lana refert medicata fucō.

Proinde medicamentum illud, quo cuti sua perinducto mulierculæ vitia formæ dissimulant, quasiq; personam aliumunt, fucū vocant. Plautus: Vitia corporis fucō occultant. Vt autem fucus est color arte additus, ita persona facies est non vera, sed apposititia. Vnde eleganter dictum à Seneca: Vt personam malit, quam faciem: id est, videri malit, quam esse. Lucretius item lib. 3.

Nam veræ voces tum demum pectore ab imo

Eliciuntur, & eripitur persona, manet res. Cor. Tacit. in Dialogo De Oratoribus. Ita nec preceptor deorat optimus quidem, & electissimus, qui faciem eloquentiæ non imaginem præstaret. Itaque personatos dicimus, qui aliud præ se ferunt, quam sint. Quin & officias vocant inania quedam rerum simulacra, quæ veluti præstigii quibusdam, oculis intuentium imponunt.

Græci

Græci simplici verbo φεικίζειν vocant, & φεικισμὸν, huiusmodi imposturam, φέρονται, fuci artificem. Qui scripsit etymologicum Græcum, auctor insincerus & impurus, vocem deductam ex illis παρὰ τὴν πεικίαν, quæ Græcis coma dicitur appositiva. Latini galericulum appellant. Quin & colorem pro fuce usurpavit Iulianus citante Vlpiano lib. Pand. 14. Tit. Ad senat. cōsul. Maced. c. 9. Sed Iulianus, inquit, adicit, si color quæsitus sit, ut filius familias, qui mutam pecuniam accepturus erat, fide iuberet. Quin & rhetores, probabilem rationem, quam ad defensionē commenti sunt, colorem appellant. Iuuenalis :

Dic aliquem nobis, dic Quintiliane colorem.

Et hærente summo rhetore, vxor deprehensa impudentissimo colore se tuetur.

- Conuenerat olim

Vt faceret tu quæ velles, nec ad ego possent Indulgere mihi.

*Album calculum addere, & similes figure.*

Ἀδελφὸν ψῆφον προσθεῖναι, id est, Album calculū addere, pro approbare, subinde legimus apud doctos. Inde sumptum, quod antiquitus missis in vnam calculis, ita ferebantur à iudicibus sententiæ, ut albis absoluerent, nigris damnaret. Qui si forte fortuna fuissent æquales, tamen liberabatur reus, eiusque rei causam Aristoteles copiosissime redidit in problematibus. De calculorum more meminit Ouid. Meta. lib. 15.

Mos erat antiquis, niueis atrisque lapillis, His damnare reos, illis absolueret culpa.

Tunc quoque sic lata est sententia tristis, & omnis

Calculus immitem dimittitur ater in vnam.

Quæ simul effudit numerandos versa lapillos,

Omnibus è nigro color est mutatus in album.

Plinius iunior in epistola quadam : Nam quo magis intendam limam tuam, confitebor & ipsam me, & cōtubernas, ab editore non abhorere : si modo tu fortasse errori nostro albū calculum adieceris. id est, si nostrum hunc errorem tuo iudicio comprobabis. Lucian. in Apolog. ἐκ ἐν περιεργῶ θέμεν, τὴν λευκὴν πρὸς σῆμα πλάην μοι ἐνεχόντα. id est, Haud paruo estimas, si mihi

contingat, album abs te ptenunq; sustragium auferre. Plato libro De legibus 2. Ἐκ ἀρτιθέμεν τὰς τὴν ψῆφον. id est, Haud posuerim hunc calculum. Huc adscribendum quod Alcibiades, nolens sese iudicum permittere sententiis, ait, ne matri quidem confidere velle, sed etiam hanc in eiusmodi periculo suspectam habiturum, ne nigrum calculū pro albo subiceret. Aristides in Pericle, simplici verbo dixit, ἐπιψήφισεν, pro comprobare, eamque vocem tanquam Platonicam usurpat.

*Creta notare. Carbone notare.*

Ad hanc formam pertinent & illa : Creta notare, pro eo quod est, approbare, & Carbone notare, quod est, damnare. Propterea quod Pythagoras aiebat id, quod esset colore candido, ad boni naturā pertinere, quod atro mali. Vnde & felicia alba dicimus, infames nigras. M. Tullius in actione pro C. cinna de teste Sexto Clodio Phormione : Nec minus niger, inquit, nec minus confidens, quam ille Terentianus Phormio. Et Horatius :

- Hic niger est, hunc tu Romane caueo.

Idem in Sermonibus :

Sani, an creta, an carbone notandi.

Quem imitatus Persius, ait in quinta Satyra :

Quæque sequenda forent, & quæ vitanda vicissim,

Ille prius creta, mox hæc carbone notasti.

Rursus Horatius in Odis :

Cressa neu careat pulchra dies nota.

Candidum calculum Cressam notam appellat, qua veteres dies fortunatos signare consueverunt. Tametsi sunt qui hoc loco pro Cressa legunt Thressa, quod hic mos fuisse perhibetur Thracibus. Ad hanc formam pertinet etiam illud, Vnione signare, quod sæpius apud auctores est, pro eo quod est, inter felicia prosperaque numerare. Ductum à veterum superstitione, qui vnumquemque anni diem, missis toridem in vnam, aut ut apud Scythas, in pharetram, calculis, signabant, quem arbitrabantur prosperum abisse, candido calculo, aut creta quem egregie felicem, vnione: cōtra, quem inauspicatum, nigro lapillo notabant.

Iuuenalis,

Hunc Macrine diem numera meliore lapillo.

Huius

Huius superstitionis meminit Plin. lib. 7. c. 40. Vana, iniquiens, mortalitas, & ad circumscriptendam seipsam ingeniosa, computant more Thracie gentis, quæ calculos colore distinctos, pro experimento cuiusque diei in vna condit, ac supremo die separatos dinumerat, atque ita de vnoquoque pronuntiat. Quid quod iste calculi candore illo laudatus dies originem mali habuit? haec tenus Plin. Plutarchus in vita Periclis historiam refert ab his non abhorrentem, quæ sortassis non ab re fuerit hic ipsius verbis adscribere: Οκτώ μέρη διελών τὸ πᾶν πλῆθος ἐπικλήσει, καὶ λαβόντι τὸν λευκὸν κύμαρον δὴ κείσθαι καὶ χολάζειν παρεχί, τῶν ἄλλων μαχομένων. Διὶ καὶ φασὶ τὴν ἐν ὑπαθείας τισὶ γινομένην, λευκὴν ἡμέραν ἐκείνην, ἀπὸ τῆς λευκῆς κύμας προσηγορεύειν. id est, Vniuersam multitudinem paritius in octo partes sortibus vtebatur, & cui contigisset alba faba, huic ceteris pugnantibus permittebat in conuiuiis atque otio agere: quapropter et aiunt eos, quibus res aliquæ suauiter succedunt, eum diem album vocare, nimirum ab alba faba. Ad hanc viciniam pertinet, quod quæ præcipua sunt, ea melioris notæ esse dicimus, veluti cum M. Tull. alicui salutem dici iubet de nota meliore, Tristem notam dixit Lilius Deca. 1. lib. 4. Posthumius nulla tristis nota est insignitus. id est, nulla crudelitate infamia aspersus.

*Calculus reducere.*

**CALCVLVM** reducere, est mutare factum, cuius te pœniteat. Aut vertere consilium rei non satis commode institutæ. Nonius citat Ciceronem in Hortensio. Itaque tibi concedo, quod in duodecim scrupis olim, vt calculus reducas, si te alicuius danti pœniteat. Translatum apparet, aut à ratiocinantibus, aut quod est vero propius, à ludo laterunculario. In summa, prouerbii speciem habent, quæcumque à calculis finguntur metaphoræ. Vt, ad calculus vocare, pro eo quod est, rationem inire & æstimare. M. Tullius dialogo De amicitia: Hoc quidem est nimis exigue, & exiliter ad calculos vocare amicitiam, vt par sit ratio datorum & acceptorum. Valer. Maxim. lib. 4. c. deliberalitate: Si ad calculos reuocetur, parum vt pute septem iugeribus, & hoc in Pupinia additis redactum: sin animo prærogatis, omni pecunia maius. Et ad calculos

reuertere, est redire ad rationem, ac respectum consiliumque. Cicero ad Atticum: Quare nunc saltem ad illos calculos reuertamur, quos tum abieciimus, vt non solum gloriosis consiliis utamur, sed etiam paullo salubrioribus. Et in epistolis Plinianis, Mouere calculos, pro eo quod est, proponere rationes. Et ponere, inquit in vtraque parte calculos, id est, vtrinque rationes expendere: Et: Hic calculus accedat, id est, hoc momenti adiungatur. Neque quidquam prohibet eadem ratione dici, Quædam calculum, & Detrahere calculum.

*Theta præfigere.*

Θ præfigere, pro damnare. Persius:

Et potis es vitio nigrum præfigere theta. Aufonius in pædagogum liguritorem, carmine Choriambico:

Miselle doctor & tibi sit obscæno,

Tuumque nomen theta scælicis signet.

Sunt qui hoc ad figuram Græcæ literæ referant, quod ea cordis humani transfixi speciem quodammodo repræsentet, Sed vero similis, quod scribit Alconius Pædianus, olim in iudicis sortes, quæ mittebantur in vnam, triplicem notam habere solere. Ac, Θ, quidem damnationis fuisse symbolum, T, absolutionis, A ampliationis, id est, quotiens significabant sibi parum adhuc liquere, ac denovo causam agi oportere.

*Stellis signare, obeli notare.*

Ἀστῆρος σημεῖον, ἢ ἀστῆρος τεμαχίζουσα, id est, Stellis notare. Eustathius in 5. Odyssæe librum, admonet dictum de his, qui longam ac desertam viam peragunt, adeo vt necessarium habeant regionum situm, stellarum obseruatione signare. Ductam autem esse metaphoram à nauigantibus, qui cum eousque prouecti sunt à terra, vt iam caelum vndique & vndique pontus, stellarum indicio cursum moderari solent, maxime Cynosuræ, et Helices, teste Arato ἐφαινομένοις, Οἱ τῶν μὲν σωστῶν ἐπὶ κλητῶν καλέουσι, τὴν δ' ἐτέρην ἐλίην. ἐλίην γὰρ μὲν ἀνδρῶν ἀχαιοί.

Εἰν ἄλι τεμαχίζονται ἵνα χήνικας ἀγνῆν.

τῆ δ' ἄρα φωνῆς πίσσωσι περὶ σωὶ βάλασσον.

Ἀλλ' ἢ μὲν καθάρη καὶ ἐπὶ φεράσθαι ἐτόμην,

πολλὴ φαινόμενη ἐλίην πρώτης ἀπὸ νηὸς,

Ἡ δ' ἐτέρη ὀλίγη μὲν, ἀτὰρ αὐτῆσι μὲν ἀείρειν,

Μεῖοτ' ἔρη

Μεοτέρων πᾶσα περιστρέφεται σφραλλυρι,  
Τῆ καὶ σφᾶίρει ἰδύματα ναυτίλλονται.

Quorum carminum interpretationem ad-  
scribamus ex manici Cælaris interpreta-  
tione:

Hic Iouis altrices Helice, Cynosuraque  
fulgent.

Dat Gratis Helice cursus maiorib<sup>9</sup> astris,  
Phœnicas Cynosura regit: sed cædida tota,  
Et liquido splendore Helice, nitet haud  
prius ulla,

Cum sol Oceano fulgentia condidit ora,  
Stella micat cælo septē qua Cresia scāmis.  
Certior est Cynosura tamen sulcantibus  
æquor,

Quippe brevis totā fido se cardine vertit,  
Sidoniamque ratem nunquam spectata  
scellit.

Et Aratum imitatus Ovidius, lib. de Tristi-  
bus quarto:

Magna, minorque seræ, quarum regis al-  
tera Graias,

Altera Sidonias, vtraque sicca rates.

Idem indicat Vergilius in quinto, de Pali-  
nuro loquens:

Talia dicta dabat, clauumque affixus, &  
hærens,

Nunquam amittebat, oculosque sub astra  
tenebat.

Idem alibi:

Cuncta notat tacito labentia sidera cælo.  
Consimiliter Homerus cū alias, tū Odyss.  
æx lib. 5.

Ἄντᾶρό πιδ' αἰεὶ ἰδύετο τεκνινίετος

Ἡμεῖς, ἔδ' εἰ ὕπνῳ ἐπὶ βλαφέροισιν ἔπι-  
πτε,

Ῥηλιάδας ἰσοζῶντι, καὶ ὄλε ἴδοντα βωῶτην.

Ἄρκτοι δὲν καὶ ἄμαξων ἐπὶ κλησιν καλέσων,

Ἡ Τ' ἄντ' ἔσφεται καὶ τ' ἄρεια δ' οὐκ ἔσφα,

Οἷσι δ' ἄμμορός ἐστι λοιτῶν ἀκίανω. id est,

Ille quidem nauim arte regens, clauo assi-  
det hærens,

Nec finit illapsō torpescere lumina sc̄no,  
Pletadas, seroque recondentē ora Booten

Suspectans, vsamque alio cognomine  
plaustrum,

Quæ fixa vsq; loco se circumflectit eodē,  
Et nunquam Oceani liquidis aspergitur  
vndis.

Vnde ἄρεια σημεῖον τῆς ὁδοῦ videntur ii,  
qui notulis quibusdam, & coniecturis ar-  
te deprehensis, rem alioqui peruestigatu  
difficilem inquirunt, aut assequuntur: aut

qui signis quibusdam multo ante colligūt  
quid sit euenturum. Postea deflexum est, vt  
stellas prænotare dicantur, qui quidpiam  
velut animaduertendum insigniunt. Cui  
diuersum ὀβελίζων, id est, veru prænotato,  
quasi iugulare, ac damnare. Translatum  
ab Aristarcho, qui Homeri carmina in cor-  
pus redegit, atque in libros digessit, versus  
notbos, hoc est, adulterinos & subdititios,  
qui nō viderentur sapere venam illam Ho-  
mericā, ὀβελίσκοις, id est, minutis veribus  
prænotatis damnans: contra, qui videren-  
tur insignes ac gentiini, ἀστειρίσκοις, id est, stel-  
lulis illustrās. Quin hoc ipsum Aristarchi  
cognomen in proverbium abiit, quod is  
eum damnandi notulis probandiq; morē  
excogitarit. M. Tullius Attico: Totū hunc  
locum, quem in aristocratia ego varie meis  
orationibus, quarum tu Aristarchus es, so-  
leo pingere, de stannima, de ferro, nostri illas  
λακώδης, valde grauiter perterxit. Atticum  
vocat suarum orationum Aristarchum, id  
est, censorem & emendatorē, quod illi mos  
fuerit, si quæ parum probasset in scriptis  
Ciceronis, ea ceris rubris notare. Quod q-  
dem alibi declarat idem M. Tullius, libro  
ad Atticum 16. Quæ mihi florentia visa  
sunt tuo iudicio. Cerulas enim tuas minia  
tulas illas extimescebam. Idem ad Dola-  
bellam: Profer alter, opinor duobus versu-  
culis expensum. Alter Aristarchus hos ὀβε-  
λίζων. Ego tanquam criticus antiquus iudi-  
caturus sum. Item M. Varro de ling. Latī.  
Aristarchos appellat, criticos grāmaticos,  
qui de libris iudicant. Et Horat. Fiet Ari-  
starchus, id est, castigator & expensor alieni  
scripti. Et D. Hierony. subinde quempiā,  
sui temporis Aristarchum vocat, quod ar-  
bitrio suo alia damnaret, alia probaret.

Notari vngui, & similia.

Ad eandem formam pertinent hæc quoq;  
Notare vngui, quod solet vngue signum  
apponi, vbi quid parum placeat. Horatius  
dixit: Transuerso calamo signum adpone-  
re, pro eo, quod est, damnare. In eundem  
sensum, Censoria virgula, legitur identi-  
dem apud diuum Hieronymum, pro casti-  
gandi notandique auctoritate. Item apud  
Quintilianum lib. Instit. 1. Quæ quidē ita  
sunt seuere vsi veteres grammatici, vt non  
versus modo censoria quadam virgula no-  
tare. A censoribus Romanis tractum,  
quorum

quorum partes erant notare, si quid in moribus civitatis dignum emendatione iudicassent, ac multam dicere. Eodem pertinent spongia, lima, cælum, quæ in emendationis pro verbum abierunt. Spongia deletur, quod non placet: Lima detrahitur atq; ex-politur, quod redundat, quodq; incultum est. Cælo deformatur item, ac fingitur id, quod est rudius. Proinde in spongiam incubuisse dixit Augustus Atacem suum, quæ deleuerat. Et climata dicuntur expolita. Et sculpturam orationis, cultum dicunt.

*Stylum vertere.*

**STYLUM** vertere, est mutare quod scripseris. Horatius in Sermonibus:

Sæpe stylum veritas.  
Antiquitus in tabellis ceratis scriptitabatur stylo graphiario, cuius altera parte, nimirum acuta, per æquor cereum ducta litteras exarabant, altera latiore rursus obliterabant quod exarassent. Hieronymus aduersus Rufi. Quamdiu non renuebam laudationem tuam, sequebaris vt magistrum, fratrem & collegam vocabas, & catholicum in omnibus fatebaris. Postquam vero non agnovi laudes tuas, & me indignum tanti viri præconio iudicavi, vertis stylum, & omnia laudata prius, vituperas, de eodẽ ore & dulciter proferens & amatum. Hieronymus imitatus est Ciceronem, qui Verrinarum actionum: 4. scribit in hunc modum: Timuit aliquando & commotus est: vertit stylum in tabulis suis, quo facto causam omnem evertit suam. Inuenitur et stylum infingere, & stylo appetere. pro eo quod est, scriptis insectari atque inuehi.

*Omne sulis punctum. Omnium calculis.*

**OMNE** tulit punctum, & cunctorum calculis, legimus pro eo, quod est omnium sententia & comprobatione. Quorum prius translatus est à consuetudine comitorum, vbi tabella circumferri consuevit, in qua puncto apposito significabant, cui candidatorum suffragarentur. Posterius à iudiciorum sortibus, de quibus paulo superius meminimus. Horatius:

Omne tulit punctum, qui miscuit vile dulci.

Nam qui incunda modo scribunt, iis duntaxat placent, qui voluptatẽ appetunt. Contra qui vtilia, ab iis tantum probantur, quibus

vtilitas queritur. At qui voluptatẽ cum utilitate coniunxit, is omnium suffragio laudabitur. Idem in Epistolis:

Discedo Alcæus puncto illius, ille meo, quis?

Quis nisi Callimachus?

Item in epigrammate Choriambico, quod refertur à Porphyro.

Ciconiarum Rufus iste conditor,

Hic est duobus elegantior Plancius.

Suffragiorum puncta non tulit septem.

Aristides in Themistocle; ὁ κοινὸς ἄριστος ἔλαλλον, id est, qui est communis Græcorum calculus, dixit pro eo quod erat, totius Græciæ consensus. Cicero libro Tuscul. q. 2. Quæ flamma est, per quam non cucurrerunt, qui hæcolim punctis singulis colligebant? Agitur autem de magistratibus, qui singulorum civium suffragiis mandabantur. Apuleius Asini sui lib. 6. Certe calculo cunctorum, utcumque mors ei fuerat destinata: id est, omnium suffragiis, sententiatusque.

*Cumani sero sapient.*

**Οὐδὲ δὲ δαιμόντι οἰκισαῖσι**, id est, Sero sapiunt Cumani, Id adagium refertur à Strabone Geographi lib. 13. Putatq; eos vulgo male audisse, tãquam stupido: atq; insillos, ob hanc causam, quod ducentis annis portus vetustigalia exegerunt, hoc nomine, vt verbẽ edificarent, quæ dare tamen non desierunt, cum iã vrbs esset extracta. Adicit & aliã fabulã: Cumanicus publica pecunia mutuo accepta, porticus constituit: deinde cum pecuniam eam ad diẽ præscriptum non reddidissent, à deambulatione fuisse prohibitos. Aliquam to post cum ingens esset pluuia, creditores ludibrii cum præconem misisse, qui publicarent edictum, vt Cumani porticus subirent. Atq; ita voce præconis admonitos subisse: inde natum adagium, sero sapere Cumanos, qui nõ nisi moniti senserint defugiendam esse pluuia. Notat & Stephanus, Cumã æri Lesbũ male vulgo audisse stupiditatis nomine: Prouerbum autẽ non sentit de Cumana Italiæ, sed Aæcolidis, quæ eadẽ dicta fuisset Amazonium & Phriconitis, aut, vt Herodotus lib. 1. Phriconis. Similium illi: Sero sapiunt Phryges. Nihil enim vetat, quo minus dicatur et in illos qui non nisi suo malo docti parent recte mouentibus.

*Mala attrahens ad sese, vt cecias mides.*

Κακὰ ἐφ' αὐτῶν ἔλκων ὡς κελίας τίφος, id est, mala



mala sibi ipsi, vt cæcias nubem attraheis. Versus est senarius, prouerbio celebratus in eos, qui sibi ipsi litium, ac negotiorum materiam pariunt, acceruntque. Ducta similitudine ab eius venti natura, cui nomen cæcias, quæ Plinius media inter aquilonem & exortum regione flare scribit, & vnum contra aliorum septentrionalium ventorum naturam, nubes non pellere, sed attrahere. Quin ipsius hæc sunt verba: Vētorum, inquit, etiā frigidissimi sunt, quos à septentrione diximus spirare. Vicinus his corus. Hi & reliquos compescunt, & imbres abigunt. Humidi auster & aphricus, & præcipue auster Italiz. Narrant & in Ponto cæciā in se trahere nubes. Hactenus Plinius. Aristoteles libro De mundo putat cæciam circa ortus æstiuos flare, additque hunc à nonnullis eundem haberi cum illo, quem alii *ερασιάν* nominant, statque proximis argellit. Quid autem in causa sit, vt hic vētus nubes non more reliquorum à se propellat, sed ad se vocet, Aristoteles in Meteorologis conatur ostendere. Vel quod alius, inquit, ventus refert aduersus eodem tempore: vel quod hic è sublimi cæli parte spirans, puta orientali, non transuerfus per terram feratur, sed recuruata linea, propter reflexum, vnde exortus est, eò recurrit. Atque ita fit, vt nubes ad sese cogat. Vnde idē in libro. De mundo, cæciam inter eos ventos numerat, qui *ἀντικαμψιπνοι*, id est, resupinati status vocantur. In Problematis autē sectione 26. duas huiusce rei causas reddit. Alteram hanc esse putat, quòd eodem tempore refert alius ventus cæciæ contrarius. Altera non dissonat ab iis, quæ retulimus: nempe cæciam spirare ab eminentiore cæli regione, nimirum ab ea quæ vergit ad Orientem: hanc autem esse editorem, quam occidentam, colligit ex magnitudine & altitudine maris occidentalis. Itaque fieri, vt cæcias occiduam regionem aduersus inuadens, nubes contrahat, easque suo in se reflexu ad se trahat. Huius rei mentionem facit & Plutarchus in vita Sertorii, scribens hunc ducem, animaduersa cæciæ natura, qui tum sorte stabat, Cacitanos, aut, vt Græci codices habent, Characitanos hostes ad dedicationem coegisse ad hunc modum: E regione speluncarum, in quibus illi se continebat, obiecti aggeres cinericios. Quibus in cursatione equitum concitatis, cæcias tā-

tum Pulueris in fauces speluncarum deuenit, vt cum ferre non possent, sese Sertorio in manum darent, Refertur adagium ab Aulo Gellio, lib. 2. ca. 22. idque ex Aristotele, Refertur & à Theophrasto, lib. De uatura ventorum. Sed ab hoc atque item ab Aristotele refertur, vt videatur etiā in bonam partem dici posse. Ait enim, ἔλκων ἐφ' αὐτὸν τὸν πλάστον ὡσπερ ὁ κοκκίος νεφελῶν. id est, Attrahens ad sese diuitias, vt cæcias nubes. Plutarchus in commentario, cui titulus: Quo pacto quis possit ab inimicis iuuari: *ὡς γὰρ ὁ κοκκίος τὰ νεφελῶν, ἔλκων καὶ ὁ φαῦλος βίος ἐφ' αὐτὸν ἔλκει τὰς λοιδορίας.* i. Quemadmodum enim cæcias nubes, itidem improba vita & probra ad sese attrahit. Vsurpat idem in bonam partem in Præceptis politiciis. Vnde de re quavis dici posse videtur in vtramlibet partem. Vt, Hic ad sese eruditorū hominum gregem attrahit, perinde vt cæcias nubes. Hic vndique pecunias attrahit ad sese, quemadmodum cæcias nubes. Hunc omnes bonæ felicitates non aliter sequuntur, quam cæcias nubes. Nusquam absunt iurgia, vbicumque hic adest, neque enim seclus ad sese lites attrahit, quàm cæcias nubes. Consimiliter ad se referri potest. Res est tumultuosa ambitio, quippe inuidiam, simultatem, profusionem atque id genus alia incommoda, non aliter attrahit ad sese, quàm cæcias nubes. Modestia cunctorū hominum beneuolentiam allicit ad sese, itidem vt cæcias nubes.

#### *Oleum in auricula ferre.*

**O L E U M** in auricula ferre. Est apud Martialem. Quo loco non satisfacit interpret Domitius Chalderinus, vir alioqui probe doctus. Nam poeta taxare videtur hominē rigida supinaque aure, id quod etiam Græci notant, *ἀν' ἄξ' ἔχω, ἀπὲρ τῆς αὐρῆς ἄξ' ἔχω.* Sublimem & supinam aurem habens. Carmen Martialis est huiusmodi.

Narratur quidam belle dixisse, Marulle: Qui te ferre oleum dixit in auricula.

Porro vt in Problematis scripsit Aristoteles, aures aqua infusa offenduntur, oleo non item. Quin si forte aqua in aurem incidit, oleo infuso medemur, dum lubrica facta aure, aqua defluit. Proinde & vrinato res oleum auribus instillare consueuerūt, quo minus aqua lædantur. Hinc itaque videtur natum adagium, nempe à gelu equum

rum, quibus est aliquot liquoris infusum, quod ne effluat, aurem supinant, quasi auerfantes ac fastidientes audire. Neque tamen negauerimus posse referri ad assentatores, qui velut oleum in aurem instillant, dum iucunda loquuntur magis, quam salutaria. Cui diuersum est illud Persianum:

Aurículas teneras mordaci radere vero. Verū cui placet hic sensus posterior, in auriculā, accensandi casu legat oportet. Quod quoniam & prouerbii speciem præ se gerit, & vulgo iactatum Martialis indicat, non est prætercundum.

*Quid si cælum tuas?*

Τὸ ἕρως ἔμπέσαι, id est, Quid si cælū ruat? Itonia prouerbialis in eos, qui tucissimis etiam in rebus ridicule timent. Hoc vnde manarit, Aristoteles indicat libro τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ quinto scribens præfatis illis et rudibus mortalibus perluaum fuisse, cælum hoc, quod videbant imminere, Atlanticis humeris sustineri. Quod si ille se subduxisset, fore ut è sublimi in terram decideret. Idque nō solum poetarum figmentis suis se proditum, verum etiam à physicis nōnullis adfirmatum. Plutarchus in libello De facie, quæ apparet in orbe lune, citat Phœnācem quendam, qui meruerit luna decideret in terram, quiq̄e commiseratuna sit vicem eorum, qui lune forent subiecti, cuiusmodi sunt Aethiopes ac Taprobani, si tantum pondus in eos rueret: idem veritus de terra cæloque, nisi columnis Atlanticis succirentur. Theognis.

Ἐν μοι ἔπειτα πῖσοι μέγας ἕρως ὄρωσ' ὑπέθει

Χάλκιοι, ἀνδράπων δ' ἔμα παλαιγενέων. id est, Deinde meo vastus capiti illabat Olymp<sup>9</sup> Ferreus, antiqui quod metuere viri.

Terentius, ἐν ταῖς ὄν τιμωρξέμενος; Quid si redeo ad illos, qui aiunt: Quid si nunc cælum ruat? Adlusit huc Horat. in Odis:

Si fractus illabatur orbis  
Impavidum serient ruinae.

*Vmbraam suam metuere.*

Τὴν αὐτὴ σκίαν φοβῆσθαι, id est, Suam ipsius vmbraam metuere, dicuntur, qui pueriliter trepidant, vbi nihil omnino sit periculi. Translatum vel ab his, qui forte conspecta corporis sui vmbra, subito expauescūt. Vel à melancholicis quibusdā, qui auctore Ari-

stotele, propter oculorum imbecillos spiritus, in acre proximo veluti suam quandam imaginem contemplantes, arbitrantur sese suos videre manes. Socrates in Phædone Platonis. Tu vero tuam, quemadmodū dici solet, metuus vmbraam, id est, tibi ipsi diffusus. Qu. ad Ciceronem de Consulatu petēdo: Alter vero, quo, dū boni, splendore est. Primum nobilitate eadem, qua Catilina. Num maiore? Non: sed virtute. Quam obrem, qui manium vmbraam suam metuit, hunc negliges quidem. Quamquam is locus non vno modo erat deprauatus in codicibus. Plutarchus Symposiacorum problematum decade septima, τὴ μὲν τ' σκίας ἀκινόμενος ὄρωμα καὶ δι' χειρῶν, ἀλλῶς. σκίαν δ' ἔξεν φοβῆσθαι. id est, Qui vmbrae nomē relugiat, ac moleste ferat, is vere vmbraam videbitur formidare. Agit autē de vmbra ita vocatis, qui non ipsi vocati à conuiuatore, sed vocatum sequentes adeunt conuiuium.

*Vel muscas metuis præteruolitantes.*

PROVERBIALIS esse videtur hyperbole, quam refert Aristoteles septimo de reprob. lib. ἀλλὰ θιδίς μὲν τῆς παραπειτούμενης μίας, id est, Qui muscas, in quibus, etiam præteruolitantes metuet. id est, quamuis friuola de causa. Idem similem quandam commemorat in Moralium septimo, loquens de iis, qui vsque adeo natura sunt timidi, ut et si forex obitrepat, protinus expauescant.

*Funem abruptere nimium tendendo.*

Ἀποτρεγγίσεται ταινὴ μύλων τὸ καλῶδιον, id est, Abrumpetur tenus funiculus. In eos dici solitum, qui dū extrema experiuntur, alienantà se eos, cum quibus agunt, & vniuersē rei iacturam faciunt, dum plus satis actenti sunt ad lucrum. Lucianus in dialogo quodam, matrem leuam facit obiurgantem filiam, quod amatorem in cōuiuio nimis peruacaciter contempserit: periculum autem esse, ne præter modum exacerbatus atque irritatus iuuenis a morem patiter, & commodum alio conuertat. ἢ ὄρε, inquit, μὴ κατὰ τὴν παροιμίαν ἀποτρεγγίσωμιν πᾶν τέτυσσα τὸ καλῶδιον. id est. Ac vide, ne iuxta prouerbium, abruptamur, dum nimium tendimus, funiculus. Pindarus apud Plutarchum καὶ λῶντι τὸ τῶν δυσφόρων χοινοῦ μεριμῶν. id est, Atque intolerabilem curam

rum funiculum soluenti, Quamquam hoc ab adagio non nihil est diuertum, magisq; congruit cum illo, quod est apud Senecam in Epistolis ad Luciliū, de explicanda catena negotiorum, atque adeo abrumpenda, si nequeat explicari. Prouerbiū generaliter trahi poterit ad quemlibet conatum immodicum, & ob id in malum aliquod erumpentē. Nec abhorret Mimus ille Publian⁹:

Furor sic læsa sepius patientia.

Atque alter huic consimilis, eiusdem opinamur, etiam si Senecæ nomine feratur:

Bonus animus læsus, grauius multo irascitur.

*In matellam immerire.*

Ες τὴν ἀμείδαν ἐμμεῖρεν, id est, In matellam immerire. Cum sordide tractantur, aut ad munus aliquod parum honestum abhibentur ii, qui non indigni videantur, vt pote ipsi sordidi atque inhonesti, quasiq; ad contumelias terendas facti. Lucianus de mercede seruientibus. Οὐδὲν ἔστι αὐτοῖς δεινὸν πᾶσι χεῖρον ἐν, ἔτ' ἐκ θηοῦ βερίαι δοκῶν ἐς τὴν αὐτὴν ἀκαφροῖν ἐμμεῖρεν. id est, Itaq; nec hi quidquam indignum, aut acerbum patientur, neque illi egs contumeliis afficere videantur, si, quod aiunt, in matellam immingant. Si quidem ad hunc vsum quasi nascitur matella. Ex aduerso Martialis Bassum quandam ioco taxat, qui in aureum vas incaçaret, cum vitro biberet.

Ventris onus misero, nec te pudet, excipis auro

Basse, bibis vitro, çarius ergo cacas.

*Risus Ionicus.*

Γέλωσιωνός, id est, Risus Ionicus. In molles & voluptarios dicitur. Nam Ionum mollitico perinde vt Sybaritarum fastus in procerum abiit, quod alteri Græcorum, alteri Barbarorū essent luxuriosissimi Athenæus libro Diaposophistarum duodecimo de luxu Ionum locutus, ait extate parœmiā auream, quæ mores eius gentis testificaret, hanc vt opinamur, intelligens Idē libro 14. docet, saltationis genus olim fuisse læscium ac petulans, quod Ionicum diceretur. Valerius Maximus libro rerum memorabilem secundo, prodidit Ionas p̄simos, vnguenti coronatumq; in conuiuio dandam, & secundæ mensæ consuetudinem hand parua luxurię irritamenta reperisse. Maximus Tertius in disertatio.

ne, cui titulus: Quis sit philosophiæ finis, Crotoniates, inquit, Olympicum oleastrum adamat, Spartiates armaturum, venationes Cretensis, luxum Sybarites, Ion choros. Hinc Horatius in Odis:

Mocus doceri gaudet Ionicos  
Matura virgo.

lasciuus saltationes, & parum decoras gestulationes significans. Vnde & Apud Aristophanem ἰωνικῶς pro eo quod est, ἀβροῦς, id est, molliter, ac delicatē.

*Risus Megaricus.*

Γέλωσι μεγαρικῶς, id est, Risus Megaricus, in eos dicendum, qui parum tempestiue iocatur, quique, quod verat Quintilianus, malum aliquotiens amicū, quā dicitur perdere. Aut quorum artes iam in contemptum abierunt, successione maiorum artificum obseuratæ. Neque male quadrabit in senes, qui ætate aliena, lusus quosdam indecoros, ac voluptates iuueniles turpiter consecretantur. Nam Ionica comedia viguit ad tempus: Deinde in contemptum venit, irrita ab Atheniensibus. De risu intemptiuo celebratur & hic senarius.

Γέλωσι ἀκαφροῦ ἐν βροτοῖς δ' ἐνὸν κερδόν, id est, Non in loco ridere pergraue est malum.

*Risus Chius.*

Γέλωσι χιῶς, id est, Risus Chius, de molli lasciuoque lusu. Quandoquidem & Chiorum mores taxauit vetus comœdia. Adagium commemoratur à Diogeniano.

*Quidquid in buccam venerit.*

QV I D Q V I D in buccam venerit. Quotiens libere quospiā ac tuto loqui significamus, incircumspecte, & quidquid forte fortuna in animum incidit. Quemadmodū apud fidos amiculos, facere solemus, apud quos impune quiduis nugamur, atque effutimus. M. Tullius ad Atticum, libro 14. Aut si nihil erit, quod in buccam venerit scribes. Idem libro duodecimo, Quid cum corā sumus, & garrimus quidquid in buccam venit? Recte torquebitur & in eos, qui temere atque inconsideratē loquuntur, perinde quasi sermo illis non in pectore nascatur, sed in faucibus.

*Quidquid in linguam venerit.*

H V I C plane Germanum est illud, quod  
vsurpta

vsurpat Lucianus in libello, De ratione cō-  
scribendi historiam, ἐπιπορευτες δὲ καὶ ἀκα-  
πλάστοντες, ὅτι κεν ἐπ' ἀκακίαν γλωττίου φα-  
σὶν ἔλεγχ. i. Comminiscetes affingentesq; ,  
quidquid verbi temere in lingua, vt aiunt,  
venerit. Plato dictum hoc libro de re publ.  
octauo citat ex Aeschylō Tragico poeta.  
Vsurpauit & Athenæus libro Dipnosophi-  
stariū quinto, κατὰ γὰρ τὸν ἀπόττα πομπίω,  
ὅτι κεν ἐπ' ἀκακίαν γλωττίου ἔλεγχ. i. Iuxta  
poetam qui dixit: quidquid temere in lin-  
guam venerit. Hoc velut interpretans Iso-  
crates in oratione panathenaica, ὁμοίῳ ἄν  
ἦται δ' ὄραμι τοῖς εἴη, καὶ φορετικῶν, καὶ χυδῶν  
ἐπὶ τὴν ὑπέλεγχ λέγεισι. id est: Similis videbor  
illis, qui temere & arroganter, ac futiliter  
quidquid in mentem venerit loquuntur.

*Momo satisfacere, & similia.*

Τὸ μῦθος ἀρέσκων, id est, Momo satisfacere.  
Prouerbialis est hyperbole. Hesiodus in  
Theogonia & Momi cuiusdam meminit,  
quem ait, Nocte matre, Somno patre proge-  
nitum. Huic deo mos est, ipsum quidē ni-  
hil operis edere, sed aliorum deorum ope-  
ra curiosis oculis contemplari, & si quid est  
omissum, aut perperam factum, id summa  
cum libertate carpere. Nam μῦθος Græce  
reprehensionem sonat. Aristoteles De par-  
tibus animalium lib. 3. meminit huius, qui  
naturam incusarit, quod bobus cornua in-  
capite, ac non in armis potius addiderit, vi-  
delicet quo vehementius possint ferire. Ad  
quod aduulsiſſe videtur Lucianus, cum in se-  
cundo Verarum narrationum libro scribit  
se vidisse boues quosdam, quibus cornua  
inesſent, non in fronte, quemadmodum re-  
liquis, sed sub oculis. Idque ita visum esse  
Momo. Huius idem Lucianus cum aliis  
compluribus locis meminit, tum in Dialo-  
go de heresibus, huiusmodi quandam de  
deco fabulam refert. Mineruā, Neprunū,  
& Vulcanum de principatu artificii inter  
se contendisse. Et vt quisq; artis suæ preci-  
puum aliquod specimen ederet. Neptunū  
taurum quandam finxisse, Mineruam do-  
mum excogitasse, Vulcanum hominē com-  
posuisse. Momus delectus arbiter certami-  
nis & artis expensor. Ille inspecto vniuscui-  
usque opere, præter alia, quæ in reliquorū  
operibus reprehendit, illud potissimum in  
hominis officio notauit, quod artifex nō  
in pectore fenestras, aut hostiola quædam

addidisset, quo perspicere posset quid in cor-  
de lateret, qđ illi specuosum alioqui, mul-  
tisq; recessibus sinuosum finxisset: Cuius  
fabulæ mentionem facit & Plato. Philostratus  
in epistola quadam ad uxorem, de Mo-  
mo scribit in hanc ferme sententiā: Hunc  
in Venere nihil alioq; ui quod reprehēderet  
inuenisse, nisi quod sandalium illius calū-  
niabatur, vt stridulum, nimisq; loquax, ac  
strepitu molestum. Quod si Venus citra san-  
daliū incessisset, ita vt emerſit a mari, tota  
nuda, nullā omnino ansam carpendi Mo-  
mus inuenisset. Qui quidem deus tametsi  
nō perinde gratus est, atq; ceteri, propterea  
q̄ pauci veram reprehensionem libetē ad-  
mittant, tamen haud scimus an vllus alius  
ē maxima poetarum deorum turba sit vti-  
lior. Quanquam nunc nostri Ioues exclu-  
so Momo solam Euterpen audiant, banda  
salutaribus anteposentes. Hic igitur Mo-  
mus varias adagiorum formas suppeditat.  
Vel cum Plato de republ. lib. 6. scribit, phi-  
losophiæ studiū esse eiusmodi, vt neā Mo-  
mo quidem possit reprehēdere. Vel cum Ve-  
nus Lucianica iam itura in iudicium, ne-  
gat se dubitaturam, etiam si Momus ipse  
iudicaturus esset. Vel cū Cicero scribit ad  
Atticum, libro 5. Quod me maxime horta-  
ris, & quod pluris est, quā omnia, in quo  
laboras, vt etiam Ligurino Momo satisfaciam  
moriar, si quidquam fieri poterit ele-  
gantius. Ergo prouerbii speciem habebūt  
omnes id genus formulæ. Haud dubitem  
tecum vel Momo iudice decertare. Inculpa-  
tior est eius viri vita, quam vt vel Momus  
ipse possit carpere. Hęc faciem ne Momus  
quidē possit reprehēdere. Nec Momum iu-  
dicem recusatim. Hęc vel Momo ipsi sa-  
tisfaciant. Et si quæ fingi possunt consimi-  
les. Ad hanc formam pertinet illud Oui-  
dianum de forma Adonidis:

Laudaret faciem linor quoque.

Breuiter omnes id genus hyperbolæ pro-  
uerbii faciem obtinent, veluti Terentianū  
illud, Ipsa Salus si cupiat, seruate domum  
hęc nō possit. de familia deplorata. Itē de lo-  
ce vehementer munito: Hanc arcem ne  
Mars quidem ipse expugnarit. De homine  
præfacto ac pertinaci: Huius animum ne  
Vertumnus quidem ipse vertit. De scēmi-  
na supra modum viroſa: Huius scēminæ  
libidinē ne Priapus quidē ipse satiari. De  
re neutiquam probabili: Istud ne Pitheo

L. quidem

quidem ipsa persuaserit. De re tacitu difficili: Hoc ne Harpocrates quidem ipse, aut Angerona continere queat. In tanto rerum strepitu ne Somnus quidem ipse somnum ceperit. De homine præter modum suspicaci & dissidenti, Ille ne Fidei quidem ipsi fidem habeat. Hic vel Argum fallat, de vehementer astuto. Hic inferior est, quam ut ei vel ipsa invidere possit invidentia. Verum de his loquendi formulis admonuimus in operis huius initio.

*Cælo, ac terra loqui.*

**QVI** frustra vociferantur, cælo ac terræ loqui dicuntur. Sic enim solent, qui dissidit hominum præsidis, exclamare, ð cælum ð terra. Theognetus apud Athenæum libro tertio, ac rursus libro decimo quinto,

Ῥεῖλα τόφρακας, γῆ καὶ ἄραυῳ καλῶν,  
Ὅτις ἄρῃ ἐστιν ἐπιμελὲς τῶν σῶν λόγων. id est,  
Terræ loquens cæloq; philosophatus es,  
Sed hæc nulla est cura sermonis tui.

Confine est illi, quod alibi retulimus, Vento loqueris.

*In portu impingere.*

**Es** τ apud Quintilianū in Institutionibus: in portu impingere, pro eo, quod est, statim in ipso operis ingressu peccare. Vsurpatur & à diuo Hieronymo in Apologia secunda aduersus Rufinum: Statim de portu egrediens, nauim impegi. Idem ad Pamphiliū: Egrediens de portu statim impingimus. Sūptum à nauigantibus, qui magno cum dedecore prius quam portu exierint, nauim illidunt. In diuersum sensu in flexit Papyrius Fabianus, referente Seneca in cōtrouersis: Nauim in portu mergis, de sene, q luxuriari cœperat aliena ætate. Apte dicitur in omnes, qui negotio iam propemodum cum laude confecto, in extremo degenerant. Idem est apud Græcos, ἐν τῷ λιμένι προσκρῖναι, id est, In portū impingere. Nilus quidam Græcus auctor ita refert, μὴ ἐπέεσ, μὴ πως τὸ ναυκρίον ἐν τῷ λιμένι γίνεσθαι, id est, Ne efferris animo, ne forte naufragiū tibi fiat in portu.

*In limine difficere, aus offendere.*

**HVI** c proximum sic illud: In limine offendere, aut deficere. Translatum ab iis, qui domum egressuri, statim in limine pedem

offendunt, prius quam quidquam ceperint agere. Virgilius:

—Cur indecores in limine primo Deficim?  
Id est, statim, ac vix dum inito bello. Durium seculi dixit Qu. Curtius libro sexto: In ipso limine victoriæ stamus: p eo qd est, proxima est victoria. Huic contrarium est, qd in Epistolis ad Lucillum scribit Seneca: in summo deficit cliuo. Ducta translatione ab iis, qui conscenso propemodum monte, curia delassantur, cum proximi sunt cacumini.

*Cantherius in porta.*

**C**OFINE est superioribus: Cantherius in porta. Natum à Sulpitio Gálba quodam cui cum prouinciam exituro, cantherius in porta cecidisset: Rideo, inquit, te cantheri in porta, cum tam longum iter sis iturus, iam lassum esse te, cum vix dum sis ingressus. Quod dictum in prouerbiū abiit. Refertur adagium à Festo Pompeio in dictione: Ridiculus atque is indicat conuenire, cum quis in principio rei vix inchoate deficit animo. Quid autē sit cantherius, dilucide exponit, nempe equus exectis testibus, ut hoc differat cantherius ab equo, quod maialis à verre, capus à gallo, uerux ab abariete.

*Citra puluerem.*

**Ἄκωντι**, id est, Citra puluerem. Græci dicunt contingere, quo quis facile, citraq; negociū potuit, translatum vel ab Aphē, id est, à pulueris contactu, quo se spargebat in palæstrico certamine congressurus: vel certe à puluere, quo non indecore sordidari scripfit Horatius eos, qui certant Olympia, quæ uel bellum gerunt. Plinius libro trigesimo quinto: Alcimachus Dioxippum, qui pascratio olympia citra pulueris tactum, quod uocant ἄκωντι, uicit. Anlus Gellius libro quinto: Onandi, inquit, causa est, cū deditione repente facta, sine puluere, ut dicit solet, incruentaq; victoria obuēnit. Horatius in Epistolis:

Quis circum pagos & circum compita pugnat

Magna coronari contemnat olympia, cui spes,

Cui sit conditio dulcis, sine puluere, palmæ?

Inuentus & ἀνιδρωτῖ, id est, citra sudorem, & ἀνωματῖ, id est, citra sanguinem.

Deserta

Deserta causa.

Ερημὸν δίκην, id est, Deserta causa, cum nemo te pugnare. Translatum à iudiciis, ubi nonnumquam altera pars cedens tradit causam aduersario, Itaque deserta causa vincere, est vincere nullo contra pugnante. Lucianus in Ioue tragædo: *Σὺς τε τι ἄλλο, ἢ ἐξ ἐρήμου φρατρίων ἔστω δόξομεν*, id est: Itaque; quid aliud videbimur fecisse, quam deserta causa vicisse? Idem in Toxaride: *Καὶ τοῦ ἀνταρ πόλεως ἐρήμην ἔστω σὺ ἀλλὰ νῶα*, id est, Totq; ciuitates, nullo defendente, abs te capi, Vsurpat & Socrates in apologia apud Platonem: *ἐρήμην κατηγορήσας ἀπολογηθεὶς ἐδίδως*, id est: Deserta causa, nullo defendente accusantes. Iureconsulti composita voce ἐρημοδίκην vocant. Ita Paulus, Pandect. lib 4. tit. de minoribus, cap. & si sine dolo. Item & in Eremodiciis ei subuenitur. Constat autem omnis ætatis hominibus restitutionem Eremodicii præstati debere, si doceant se ex iusticia euulsa abfuisse. Rursum libro 46. Titulo iudicatum solui. cap. quum quærebatur, Si interposita iudicatum solui stipulatione, quis reum non defenderet, postea ex Eremodicio sententiam esset passus, an ob rem iudicatum clausula committatur, &c. Rursum in codice libro tertio, Tit. de iudiciis, cap. proferandum. Si autem reus absuerit, & similis eius processerit, requisitio, quemadmodum pro persona actoris ediximus, etiã absente reo Eremodiciũm cõtrahatur. Hęc Iustinianus. Et cigitur ἐρημοδίκην, cum altera parte absente fertur sententia.

Citra arationem, citraq; sumentem.

Quæritur citra nostram operam casu nobis eueniunt, ἢ παρὰ τὸ καὶ ἀνθρώπου contingere dicunt Græci. Lucianus in Parasito: *Ὅτι δὴ μὴ κατὰ τὸν τοῦ ἀνθρώπου ἔστι φυνίει χερσὶ φυτόν, ἔτε ἀρροί, ἀλλὰ τὸ ἀπαρτεκ, καὶ τὸ ἀνθρώπου πάντα νέμται*. i. Quod videlicet vnus iuxta egregium illum Homerum, Nec manibus plantat, nec arat, verum citra sumentem, citra arandi laborem fruitur omnibus. Idem in Rhetorum didascalo: *Σοὶ δὲ ἀπορροί καὶ ἀνθρώπου φυνίει πάντα*, id est: Tibi potro citra seminandi arandiq; laborem proueniunt omnia, id est, citra studium. Natum apparet adagium à fabula insularum fortunatarum, de quibus Horatius in Odis: *Redit ubi Cereæ tellus inarata quotannis*.

Et imputata floret vsque vinea.

Sumptum est autem, opinamur, ex Homero, qui Odyssee lib. 9. Cyclosum terrã describit ad hunc modum:

Κυκλώπων δ' ἐς γαῖαν ὑπερφιάλων ἀεμίτων  
 ἰκύντο, οἳ εἰς εἰοσί πεποιδότες ἀδυνατοῖσιν  
 Οὔτε φυνίει χερσὶ φυτόν, ἔτ' ἀρροίωσιν.  
 Ἀλλὰ τὰ γ' ἀπαρτεκ καὶ ἀνθρώπου πάντα φυνίειται

Phœoi καὶ κρηταί, ἢ δ' ἀμπελοὶ ὅτε φέρουσιν  
 Οἶνον ἐρῖσά χυλόν, καὶ σφιν δ' ὄσθ' ὄμβρος ἀίξει. i.  
 Venimus in terram, quam magnanimi Cyclopes

Et legū expertes habitant, hi numine freti Diuū, nec manibus terræ plantaria figūt, Vomere nec segetem profcindūt, quin cuncta, Nulla semēte, & nullo nascuntur aratu Ordea, frumentū, plenisq; onerat racemis Vineata, & largis hæc Iuppiter imbris auget.

Dormientis rete trahit.

Εὐδοκίμῳ κνέτθ' ὄρεθ', id est, Dormienti rete caput. In eos, quibus citra conatum obtingit ea, quæ cupiunt. Natum ex enēu, quod aliquando acciderit, vt dormientibus piscatoribus pisces forte retibus inuoluti caperentur. Quidam ad Timotheum Imperatorē Atheniensium referunt, cui quod multa feliciter obtingerent magis commoditate fortunarum, quam ipsius opera, εὐτυχώς, id est, felicis cognomen inditum. In huius inuidia pingebant nonnulli fortunam ad rete cogentem urbes, illo iuxta dormiente. Quos illa sic ellusit, auctore Plutarcho, vt diceret: Si huiusmodi vites capio dormiens, quid me facturum arbitramini si vigilato? Huc adlusit Terentius, cum ait in Adelphis: *Quid credebas dormienti hæc tibi consecutores deos?* Et illam sine tua opera in cubiculum iri deductum domum? Non dissimili forma dictum est apud T. Liniũ libro ab urbe condita 7. *Vnicum belli ducem, qui nihil agenti sibi de cœlo deuolaturam in sinu victoriam censer.* M. Tullius in Verrem actione vltima: *Sed non idem mihi licet, quod iis, qui nobili genere nati sunt, quibus omnia populi Romani beneficia dormientibus deseruntur.* Quin & hodie vulgo dicitur in id genus homines, Fortunatior est, quam sapientior. Et Eupolis comicus apud Athæneum:

- Ἡ πόλις πόλις

Ἡ δὲ Στυχίς εἰ μὴ ἄλλον ἢ καλοῖς φρονῆς. id est,

- O ciuitas, o ciuitas

Ve tu quidē es felix magis, quā̄m prouida.

Congruunt quæ dicuntur in prouerbio: Atheniensium inconſulta temeritas.

*Cum mula pepereris.*

**ADAGIUM** peruetustum, Cum mula pepererit, quoties significamus aliquid nūquam futurum, aut adeo rarō solere accidere, vt improbū, ac stultū videatur sperare. Ortum videri potest ex eo, quod refert Herodotus in Talia. Cum Babyloniorum vrbs obsideretur à Dario, quidam Babylonius conuiciis insectans Dariū, atque exercitū: Quid, inquit, istic desideris Persæ? Quin potius abſceditis, tunc expugnaturi nos, ἐπιτελεῖ ἡμῶν τέρωσι, id est, cum mulæ pepererint: videlicet rarus id nullo vnquam tempore futurum, propterea quod natura steriles sunt mulæ. At paulo post euenit, vt Zopyro mula quæpiam pareret, quo quidem ostento in spem capiendæ Babylonis erectus est, ac cæpit. Huic simile quiddam refertur à Suetonio in vita Galbæ Cæsaris. Huius auo procuranti fulgur, cū aquila de manibus exta rapuisset, & in frugiferā quercum contulisset, summam, sed serum imperium portandi famillæ, responsum est. Atq; ille irridens: Sane, inquit, cū mula pepererit. Quod omen ita attripuit Galba, vt eum postea res nouas molierem, nihil æque confirmarit ac mulæ partus, ceterisq; vt obscœnum ostentum, horrentibus, solus pro lætissimo acciperet, memor sacrificii, dictique auiti. Plinius lib. 8. cap. 44. de mularum sterilitate scribit hunc in modum: Obseruatum est à duobus diuersis generibus nata, tertii generis fieri, & neutri parentum esse similia. Eaque ipsa quæ ita nata sunt, non gignete in omni animalium genere, idcirco mulas non Parere. Huius rei causam adfert Alexander Aphrodisæus, quod semina natura & habitu diuersa, si commisceantur, tertium quiddam ab utroque diuersum conficiunt, vniq; simplicium prorsus amittit: veluti si misceas album nigro, abolitis vtrisque coloribus redditur fuscus ab utroque diuersus, quem Græci λευκόφωσαν appellant. Sed multo exactius de his Aristoteles lib. De generatione animalium secūdo, c. 6. refellens Demo-

criti & Empedoclis rationes. Quanquam proditum est in annalibus Romanorum mulas peperisse sepe, verum id prodigii loco habitum, vt eodem in loco, quem modo citauimus testatur Plinius. Theophrastus vulgo parere in Cappadocia tradit. Aristoteles libro De natura animalium 1. c. 6. tradit mulas coire, ac gignere in Syria supra Phœnicem; sed esse id animal ibi sui generis, etiam si simile.

*Ad Græcas Calendas.*

**HVIC** affinem habet sensum, ad Græcas calendas, pro nunquā: propterea quod Græci non habent calendas more Latinorum, sed ὑσμυρίας, id est, nouilunia. Atque ad Ionæ recursus Græci soluebant vsuras. Vnde Strepsides in Nubibus Aristophanis, optat sibi incautatricem quampiam, quæ carminibus suis efficiat, ne quando luna exoritur: sic enim fore, vt non reddat vsuras: ἦν- quidem trapezitez ad lunas, mutuam dant pecuniam, & lunis vsuræ crescunt. Huc itaque respexit Augustus, quom diceret ad Græcas calendas soluturos, quos nunquam red dituros mutuū significabat. De quo in ipsius vita scribit Tranquillus ad hunc modum: Quotidiano sermone quædam frequentius & notabiliter vsurpasse eum literæ ipsius ἀπόγραφοὶ ostentant. In quibus identidem, cum aliquos nunquam soluturos significare vult, ad calendas Græcas soluturos ait. Huic simile est, quod nunc inter eruditos iactatur, Anno magno Platonis, quem existimant nunquam futurum.

*Accessit luna.*

**Ακισσῶς σελήνη**, id est, Accessit luna. Dicitur in comperendinatore, qui nouam subinde causam comminiscuntur, quo negotiū profertant: à nauæ cuiusdam moribus ortum, cui Accessio fuerit nomen. Is cum effectus ignauus, ita pro rogare consuevit navigationem, vt se diceret lunam magis opportunam expectare. Nam Græci, præci pueq; ex his Lacedæmonit, quidquid essent rerū auspiciari, superstitiose lunam obseruabant. Id quod tacitè notat Euripidis, cum in Iphigenia in Aulide responderet Agamænon, tum nupturam filiam, vbi lunæ dexter circulus aduenerit, videlicet de plena luna sentiens. Lucianus in libello de Astrologia, palam refert Lycurgum legem in-

instituisse Lacedæmoniis, ne prælium ini-  
rent ante plenilunium. In eam superstitionem  
iocatur Aristophanes: τῆ πανσελήνω.  
id est, plenilunio, sero aut nunquam futu-  
rum significans. Etenim cum Datis, & Ar-  
taphernes ductores Regis Persarum, in Ma-  
rathonem irrupissent, plenilunium obser-  
uabant, ut tum exirent in prælium. Ergo  
prius, quam illi venirent, Athenienses bel-  
lum aggressi sunt. Historiz meminit He-  
rodotus lib. 6. Inde quasi proverbio de cun-  
ctantibus, & quavis occasione rem proferē-  
tibus, dicitur, ἐν τῆ πανσελήνω, id est, pleni-  
lunio. Adagium refertur à Diogeniano.  
De lunis Laconicis, & alibi non nihil no-  
bis dicitur.

*Vbi per Harma fulgurat.*

Ὅπου δὲ ἀματῶ ἀερίπτεα, id est, Vbi per  
Harma fulgurat. De iis, quæ nimis cunctan-  
ter ac sero, aut admodum raro sunt: aut cū  
nimis anxie ac superstitiose captatur rei ge-  
rendæ opportunitas. Strabo li. geographi-  
cono, vnde natum sit adagium indicat, scri-  
bens vicini quempiam esse desertum atq;  
infrequentem apud Mycaletum Bæotiz,  
seu Mycalesium Tanagræi iuris, quæ Har-  
ma, id est, currum nominant. Rursum alte-  
rum ab hoc diuersum, eiusdem tamen no-  
minis in Attica, quæ quidem tribus ex At-  
ticæ populo Tanagræ similis, atque ob  
hæc similitudinem nominis quoque com-  
munionem sortitum. Ceterum Harma  
Bæotiz sic vocatum, quod Amphiaræ ex-  
eusso currus inanis in eum locum delatus  
sit, vbi nunc sacellum eius extat. Alii serūt  
Adrafto fugiente, currum eius eo loco con-  
fractum fuisse, ipsū Arionis loco serua-  
tum: hinc natain parœciam, ὁπότε δὲ ἀ-  
ματῶ ἀερίπτεα, id est, Vbi per harma ful-  
gurat, videlicet Pythiæis vatibus fulgur ali-  
quod certum, quod ex eo loco veniret, ob-  
seruantibus, eoq; viso sacra Delphos mittē-  
tibus. Observabant autem ad menses tres,  
singulis mensibus tres dies, noctesque toti-  
dem: idque è Iouis fulguralis foco, qui est  
in muro inter Pythium & Olympiū. Hæc  
serme Strabo. Vsum adagii Plutarchus pa-  
lā indicat in Symposiacis: Οἱ γὰρ, inquit,  
συνίως καὶ δὲ ἀματῶ ὡς φασιν ἐστῶτες, ἀνεγ-  
κρίσται τὸν ὁ πῶσω ἐπιθῆσαν ἢ γνῶριμον κα-  
ταγγέφεν. id est, Etenim qui raro & p Har-  
ma, ut aiunt, conuiuium exhibent, hi cogū

tur utcumque accommodum, ac notum de-  
scribere. Itaque de raris & incertis dici soli-  
tūm videtur. Poterit & per iocum accom-  
modari ad ea, quæ nunquam euentura cre-  
damus, quemadmodum aiunt, ad Græcas  
calendas.

*Lydius lapis, siue Heraclius lapis.*

Αἶτῶ ἠερακλεῖα ἢ Αἶτῶ λυδῖα, id est, Heraclius,  
siue Lydius lapis. In eos dicit, qui vehemē-  
ter acri, exactoq; ue iudicio sunt. Refertur à  
Theophrasto lib. De natura lapidum. Ait  
enim lapidem quædam esse, qui Lydius seu  
Heraclius dicatur, qui attritū aurum atq;  
argentum cuiusmodi sit arguat. Hunc qui-  
dam Magnetem putant, velut Herculanū,  
qui ferum ad sese trahit: vnde nomen et  
additum. σιδερωτῆ: sed ex Theophrasti ver-  
bis satis βάρτανον significari, quem Latini vo-  
cant indicem, in quem Battus ille pastor  
apud Ouidium transfiguratus est, manen-  
te nimirum etiam num in lapide prodendi  
studio. Nec Heraclium vocatum ab Hercu-  
le, sed ab Heraclæa Lydiz ciuitate. De hoc  
meminit Plinius lib. 33. c. 8. his quidē ver-  
bis: Auri argentiq;ue mentionem comita-  
tur lapis, quem coticleum appellant, quon-  
dam non solitus inueniri, nisi in flumine  
Tmolo, ut auctor est Theophrastus, nunc  
vero passim, quem alii Heraclium, alii Ly-  
dium vocant. Sunt autem modici, quater-  
nas vncias lōgitudinis, binasq; latitudinis  
non excedentes. Iis coticles periti, cum è  
vena lima rapuerint experimentum, protin-  
us dicunt, quantum auri sit in ea, quantū  
argenti, vel æris, scrupulari differentia, mi-  
rabili ratione non fallente. Huc adlusit  
Theocrit. in Aita:

Λυδῖα ἰσον ἔχον πέπρη γῆμα. id est,  
Ut Lydo lapidi par os habeam.

Nimirum quo in variis oculis optime iu-  
dicaret, cuius esset, sic enim ineptiūt amā-  
tes. Scholiastes putat hos lapides apud Ly-  
dos inueniri, & hinc proverbium ortum.  
Et ne dubites, quin de indice loquatur, se-  
quitur,

- Χρυσὸν ὁ ποίη.

Πυθονταί μὴ φάντασιν ἐκτύπον ἀερινολομοί. ἰ.  
Cuius ab affectu explorat mensari us aurū  
Sic ne probum.

Adagium accommodari potest vel ad perso-  
nam, vel ad rem. Ad personam hoc pacto:  
Tu scriptorum meorum optimus iudex,

L 3 planctū;



planeq; , quod dici solet, ἡρακλέα λιθῶ. Item hoc modo : In pensandis estimandisq; ingeniis emunctissimæ naris, ac prorsum Lydius, vt aiunt, lapis. Ad rem transfertur hoc pacto: Adolescentium ingenia libertas aperit, viris cōmissum imperium, Lydius, quod aiunt, lapis est.

*Amussis alba.*

Ἀλβὴν γάρβμ, id est, Alba amussi, hoc est, nullo delectu, ac citra discrimē. Aulus Gellius in Noctibus Articis: Nanque illi omnes, & eorum maxime Græci, multa & varia leſcitantes, in quas res eundē incederant, alba, vt dicitur, linea sine cura discriminis, solo iam copiam ſectati conuerrebant. Plutarchus in commentario, τῶν τῆς ἀδολείχιας; Ἐστὶ μὲν οὐκ ἀτεχνῶς, ἢ ἁλβὴν γάρβμ πρὸς τῆς λόγος ἀδολείχος. id est: Est igitur plane alba linea erga sermōnes garulos, propterea qđ nullo delectu quauis de re quouis nugeatur. Effertur & expressius adagium à nōnullis, Ἀλβὴν λίθω ἁλβὴν γάρβμ, id est, In albo lapide alba linea. Diciturq; ue in eos, qui nullo sunt iudicio, vel in stupidos, vel in eos, qui incertis probant, aut significant incerta. Sophocles in Cidalione apud Suidam:

Τοῖς μὲν λόγοις τοῖς σοῖσιν ἔτεκμώρομαι,

Οὐ μᾶλλον, ἢ ἁλβὴν λίθω ἁλβὴν γάρβμ. i.

Nihilo mihi plus indicat sermo tuus,

Quam lapide in albo signat alba linea.

Citatur à Nonio Marcello Lucilius lib. 30: sed corrupte, vt opinamur. Qđ genus sunt pleraq; illius: Et amabat omnes. Nam discrimen non facit, neque significat linea alba. Vsurpatur & à Platone in dialogo, cui titulus, Charmides, vbi Socrates ait, se erga formosos adolescentes perinde esse, vt albā amussim in albo lapide, propterea qđ neque discerneret satis inter formas, & omnes ex æquo amaret. Soler enim funiculus ille mihi obliui, quo discrimen faciat, vnde & rubricam vocauit Persium:

Ac si oculo rubricam dirigat vno.

*Eadem per eadem.*

Ἀντὰ δὲ ἀντῶν, id est, Eadem per eadem. Refertur in collectaneis Diogeniaui, de his, qui semper eadem inculcant, aut eadē adidue faciunt. Non dissimile illi, quod alio reddidimus loco, δὲ δῖος κόρη, id est, Io, uis Corinthus. Potest & in eos torqueri, qui res nugaces nugaciter tractant, veluti

si quis in auctorem indoctum indoctos scribat commentarios, aut in obscœnum obscœnos.

*Ad amussim.*

FREQVENS est apud auctores, ad amussim, examussim, examussatim, amussatim: pro eo quod est exquisita diligentia, atque exactissima cura. Gellius lib. 1. c. 4. Ad hæc omnia scripta antiquiora tam curiose spectabat, aut virtutes pensabat, aut vitia rimabatur, vt iudicium factum esse ad amussim diceres. Et Amussiatia, p̄ examinatis apud Nonium. Translatum à fabris lapidariis, aut lignariis, qui funiculo illo regulari, operis æqualitatem explorant. Quauquam Festus in dictione examussim testat, amussim quibusdam esse nōn lineam, neque regulam, sed ferramentū quo fabri in poliendo vtiunt. Persius de poeta absoluta carmina componente, quod modo citauimus:

- Scit tendere versum,

Non secus, inquit, ac si oculo rubricam dirigat vno,

Item in carmine de viro bono, quod Vergilio tribuunt:

Ne quid hiet, ne quid protuberet angulus, æquis

Partibus vt coeāt, ne quid deliret amussim.

Vsurpat idem Basilus ad nepotes, cum iubet vna inquant; disciplinam ad finem felicitatis referre, perinde quasi lapides, iuxta Doricum prouerbium, ad amussim dirigentes. Natum videri potest apud Homerum Odiseæ, cum loquitur de Vlyſſe nauem sibi fabricante:

Ξείσοι δ' ἐπισημένως, καὶ ἐπὶ γάρβμν ἴθωσι. i.

Expoliit multa arte superq; induxit amussim.

Rursus Iliados o.

Ἀλλ' ὥς τε γάρβμ δορὶ νῆος ἐξίθωσι

Τέκτονθ' ἐν πάλαιμῳ δαίμονθ', ὃς γάρβμ πᾶσις

Ἐν εἰδῆ σοφίης ὑποθμοσύνῃσιν ἄβῃσι. id est, Materiam veluti nauale exæquat amussim,

Ducta fabri docti digitis, qui calleat arte.

Quæcunque est, teneatq; probe, ministrice Minerua.

Est apud eundem & aliis aliquot locis.

*Ad vnguem.*

Αὐτὸ ἢ vnguem, eundem habet sensum. A marmorariis sumpta metaphora, qui super-

perinducto vngui, commissuras explorant  
marmorum. Horatius:

Fontei ad vnguem Factus homo. i.

absolutus. Idem in arte,

Carmen reprehendite, quod non

Multa diis, & multa littera coercuit, atq;

Perfectum decies nō castigavit ad vnguē.

Vergilius secundo Georgicor. lib.

Nec fecius omnis in vnguem

Arborib<sup>9</sup> positis secto via limite quadret.

Perfusus:

Ut per leue seueros

Effundat iunctura vngues.

Macrobius Saturnalium li. 1. Nec quisquā  
alius tam facilis posset esse iudicii, qui Ro-  
mani anni sic ad vnguem, vt aiunt, emenda-  
ctum ordinem non probaret. Ad consimile  
modum Greci quod exactum sit, & impen-  
sus accuratum, *δίστοχον* vocant. Plutarchus  
de præceptis bonæ valetudinis: *Ἡ μὲν οὖν  
ἀνθρώποις σφόδρα καὶ δίστοχον λεγομένο δίστοχα  
id est, itaque vehementer exacta, quæ ad vit-  
guem obseruata dicitur victus ratio. & ἐφο-  
νχίαν, pro ἀνθρώποις ἐστράζεν. Quam vocem  
vsurpat et Athenæus lib. 3. ἐφόνας ἢ πείρα  
τῆς προσηγορίας τοῖς σωδίσταλοις τὰς ἐπι-  
κρίσεις. id est, Porro ad vnguem exploras  
omnia, quæ congruunt iis, qui cum spiniis  
disputant.*

*Incudi reddere.*

**Et B G A N T E R** Horatius. incudi reddere  
dixit, pro eo quod est, refingere, ac mutare,  
torrigereque:

Et male tornatos incudi reddere versus.

Consimili forma dicunt recoquere. **Quin-**  
tilianus lib. 12. Sed præcipue tamen Apol-  
lonio Moloni, quem Romæ quoque audie-  
rat Rhodi rursus reformandum, ac velut  
recoquendum dedit. Item Horatius:

Recoctus

Scriba ex quinqueviro.

*Lesbia regula.*

**LESBIA** regula, dicitur quotiens præpo-  
sere, non ad rationem factum, sed ratio ad  
factum accommodatur. Et cum lex morib<sup>9</sup>  
applicatur, non mores ad legem emendā-  
tur: aut quotiens princeps se populi mori-  
bus accommodat, cum contra conueniat  
plebem ad principis arbitrium vitam insti-  
tuere, si modo princeps ipse ad honesti re-  
gulam, ac scopum respiciat. Huius adagi-

mentionem facit Aristoteles quinto Mora-  
lium libro: *Τὸ γὰρ ἄριστον ἀρετῆς ἢ ὁ κακὸν,  
ἕσπερ καὶ τῆς λεσβίας οὐκ ὀρθῆς ὁ μάλιστ' ἔστι  
κακόν. πρὸς γὰρ τὸ χυτικὸν λίγος μετακρίεται,  
καὶ ἕμεινέθ' κακόν. id est, Siquidem infinitæ  
rei infinita item regula, quemadmodū  
plumbæ Lesbiz ædificationis regula: ad la-  
pidis enim figuram transmouetur, neque  
manet regula.*

*Indignus qui illi matellam porrigat.*

**HYPERBOLÆ** prouerbialis est, de vehe-  
menter inæqualibus. ac ne vlla quidem ex  
parte conferendis Martialis:

Dispercam si tu Pyladi præstare matellam.

Dignus es, aut porcos pascere Pirithoi.

Nam sordidissimum obsequium est, nisi

rienti matulam exhibere, quo qui sit indi-

gnus, is videlicet nimium inferior videtur.

Vnde diuus Hieronymus in epistola ad

Nepotianum, inter sordida captatorum

ministeria hoc quoque commemorat. Ipsi,

inquit, apponunt matulam, obsident lectū.

Plutarchus in apophthegmatis Laonicis

refert, puerū quandam Spartanum ab An-

tigono captum ac venditum, paruisse qui-

dem emptori in omnibus, quæ non essent

indecora ingenuis. Ceterum iustus ad ferre

matulam detrectauit obsequium, addens,

non seruiam: Surgente domino, puer, sen-

ties, inquit, quem emeris simulq;, conscen-

so lecto sese præcipitem dedit. Extat & ho-

die vulgo tristissimus sermo, Indignus est,

qui illi calceos detrahat. Quin etiam ne-

gant eodem die nominandos, quos admo-

dum inæquales volunt videri.

*Scopæ dissolutæ. Scopas dissoluere.*

**HOMINES** nihili, nulliusque prorsum

consilii, Cicero scopas dissolutas nominat,

scribens ad Atticum epistolarum lib. 7. his

quidem verbis: Cæsarem vidi Minturnis

ad 8. Calendas Februarias mane, cum ab-

surdissimis mandatis, non ad homines, sed

scopas dissolutas, vt id ipsum ille mihi vi-

deatur irridendi causa fecisse. Idem in ora-

tore perfecto, agens cōtra eos, qui numeros

orationis contemnerent, scopas dissoluere di-

xit, pro eo quod est, rem prorsus inutilem

efficere. Nam scopæ colligantur, & speciem vi-

dentur habere qualemcunque, & ad verren-

dum pavementum sunt accommodatæ.

Porro si dissolueris, nihil inutilius, nihil

L 4 in cle-

inelegantius. Tulliana verba sunt hæc: Sed si quos magis delectant soluta, sequantur ea sane: modo si quis Phidæa clypeum dissoluerit, collocationis vniuersam speciem sustulerit, non singulorum operum venustatem: ut in Thucydide, orbem modo orationis desidero, ornamenta comparent. Isti autem cum dissolunt orationem, in qua nec res, nec verbum vllum est, nisi abiectū, non clypeum, sed vt in proverbio est, est humiliter dictum est, tamen consimile est, scopas, vt ita dicam, mihi vident dissoluere.

*Apertis tibiis.*

**APERTIS** tibiis, id est, clariore voce. Translatum à tibicinibus, qui quædam obstratis tibiarum foraminibus, quasiq̃ue pressiore sono canunt, quædam apertis tibiis, acriore sonitu. Quintilianus Institutionum lib. 11. Illa vero iam p̃ene apertis, vt aiunt, tibiis, qui quocunq̃ue inciderunt, veterem consuetudinem fori, & pristinum morem iudiciorum requirunt. Venustior erit metaphora, si quis dicat apertis tibiis inuehi in quempiam, id est, non clanculū oblectare, sed palam insectari, lacerareq̃ue conuiciis: aut apertis tibiis laudes cuiuspiam celebrare, id est, palam & magnifice. Fortassis ad hanc sententiam pertinet senarius ille Græcus, quem citat Tullius in Epistolarum ad Atticum lib. 2. ex poeta nescio quo: Cn. quidem, inquit, noster, plane iam quid cogiter nescio:

*Φυσά γάρ, ἔστικερόσιν ἀνδρῶσιν ἔτι.* id est,

Nec enim minutis iam ille spirat tibiis. Videtur innuere, Pompeium ingentia p̃mittere per legem Agrarium, & rem maximam moliri. Athenæus lib. 4. refert tibiarum genus, quas Anacreon ἠμῶπρος appellat, ceteris minores, sonoq̃ue minus claro, quod ipsi indicat cognomen.

*Quid opus erat longis canere tibiis.*

**DI**ON libro 1. huiusmodi quoddam adagiū refert, τὴ γὰρ με ἴδαι μακροῖς ἀνδρῶν ἀντῆν. i. Quorsum attinebat me longis tibiis canere? Idq̃; aiunt conuenire in eos, qui sumptuosè inanem operam, aut sumptum. Duclum ab Othone, qui post cæsulum Galbam fecerat sacrū, in quo exta inauspicatos exitus portendebant. Itaque pœnitens sumptus & operæ frustra insumptræ, fertur ita dixisse: τὴ με ἴδαι μακροῖς ἀνδρῶν ἀντῆν; quæ

verba deinde in vulgi fabulam abierunt. Olim in sacris, longis tibiis cani solitum est, qui mos postea sublatus, auctore Plutarcho. Meminit huius & Suetonius in vita Othonis: Postridie quoque, inquit, inaugurando tempestate orta, grauitè prolapsum, identidem obmurmurasse: τὴ γὰρ μὴ καὶ μακροῖς ἀνδρῶν, id est, Quid mihi cum longis tibiis? Quo quidem loco demiramur, quid commouerit quemdam, non obscūti nominis interpretem, vt reiectis Suetonii verbis velut adulterinis, Dionis supponenda putaret: quasi vero nephas sit, auctoribus eandem sententiam diuersis explicare formis, aut quasi non elegantius etiam dixerit Suetonius quàm Dion.

*Vtinam mihi contingant ea, quæ sunt inter Corinthum, & Sicyonem.*

**E**ΥΣΤΑΤΗΥΣ enarrans Iliados secundum lib. ait hunc versum olim proverbio fuisse celebratum:

*Εἰ μοι τὰ μεταξὺ Κορίνθου καὶ Σικυῶνος.* id est, Sit mihi quod Sicyonem interiacet atq̃ue Corinthum.

Id inde venit in adagium, quod vrbis utraque esset opulentissima, agriq̃ue longe feracissimi interiacerent. Aristophanes in Auidis, indicat ex oraculo natum:

*Ἀλλ' ὅταν οἰκισθῶσι λυκοὶ πολὺν τε κορώναν*  
*Ἐν τῷ τῷ μεταξὺ Κορίνθου καὶ Σικυῶνος.* i.

Cornix cana, lupusq̃; vbi eadem sede morantes.

Quod spatium Sicyonem dirimit, atq̃ue Corinthum.

Interpres adscribit Aesopo consulenti de paradisi opibus, ita responsum fuisse:

*Εἰ τὸ μῖσον κτισθῶσι κορίνθου καὶ Σικυῶνος.* i.

Si teneas quod agri Sicyonem, interiacet Corinthum est.

Refertur & à Zenodoto, atque item Athenæo libro Dipnosophistarum quinto, conuenient vbi quis optat ingentia. Poterit & per iocum torqueri in eum, qui quod assedi non potest, id uotis tamen quasi somniat. Simili figura dictum est illud Theocriti in Ergatinis:

*Αἴθε μοι ἴδωσαν ὅσα κροῖσον πῶκα φαυτὶ πεπέου.* id est,

Quæ Cræsum tenuisse ferunt, vtinam illa mihi sint.

*Deum esse, Deum facere.*

**HYPERBOLAE** sunt proverbiales de singulari

gulari laude dignis. M. Tullius in Oratoris sui lib. 2. In quo tu mihi, inquit, Deus esse videris : id est, singularis, ac summus. Terentius in Adelphis : Deum te facio : id est, summis laudibus effero. Inde natum, quod prisca mortales, si quem ob egregias, ac minime vulgares virtutes suscipiebant, ac Deum, ac diis gestitum aiebant. Id quod euenit Alexandro Magno, Scipioni Africano, Octauio Augusto, cumque his aliis compluribus. Cui quidem rei Aristoteles ad stipulatur Moralium lib. 7. Haec, inquit, virtutem heroicam velut homine maiore, & diuinitati proximam vocant. Hinc & Homerus Priamum de Hectore loquentem facit, ad hunc modum Iliados ω.

Ὁὐδ' εἴωκε

Ἀιδεός γε θεῖτ' ἄνθρωπος ἔμμεναι, ἀλλὰ θεῖο, i.

Nec iam hominis sane mortalis filius ille esse videbatur, sed diuo semine natus.

Porro Laconibus, vt idem testatur, peculiaris hic erat mos, vt cum vehemēter quempiam admirarentur, diuum virum appellarent. Idem commemorat Socrates apud Platonem in Menone : καὶ οἱ Λακωνεῖς ὅταν τι καὶ ἰσχυρῶς τι ἀρετὴν ἴδωσιν, βίῃ φασὶν ἀνὴρ εἶναι. id est, Et Lacones quoties laudant aliquem virum bonum, diuinus, inquit, vir hic. Inde illa apud Homerum solennia : θεὸς ἴκελ' καὶ θεοειδής, id est, Deo similis, & diuina specie. καὶ ἰσὺ θεῶν καὶ ζώει, id est, Deo par, & admodum diuinus. Contra, insigni improbitate viros, belluas appellamus, id quod etiam vulgo tritissimum est, Diuus Hieronymus ad Aurelium Augustinum scribens, per Ironiam torsit in quosdam, non contentos communi hominum iudicio, sed noua quaedam desiderantes, Deos illos appellas : Quintilianus Institutionum lib. 1. hominem omnibus numeris consummatum, vulgo mortalem Deum dici solitum indicat. Nam sapientes, inquit, formantes eum, qui sit futurus consummatus vndique, & vt dicunt mortalis quidam Deus, non modo cognitione caelestium, vel mortaliū putant instituentium, &c.

Sæpe etiam est holitor valde opportuna locutus.

AVLVS Gellius in Noctibus suis lib. 2. ca. 6. testatur huc versiculum olim prouerbio fuisse celebratum :

Ῥολλὰ κὺ κίπυρος ἄνθρωπος μάλιστ' ἄνθρωπος εἶπεν. i.

Sæpe etiam est holitor valde opportuna locutus.

Quo quidē admonemur, non esse fastidendam salutarem sententiam propter auctoris humilitatem : nam fieri nonnunquam, vt aliquis in simæ fortis ac notæ vir, aut mihi me doctus, dicat quiddam haudquaquam aspernandum etiam summis viris. Huic respondet illud Cæcilianum apud Cicero-nem in Tusculanis quaestionibus, Sæpe est etiam sub pallio sordido sapientia. Neque dissonat Plautinum illud in Captiui duo : Vt summa sæpe ingenia in occulto latent. Porro quod ad Græcum attinet adagium, lectorem admonendum putauimus, hunc quidem ad modum in omnibus, quos adhuc viderim, Gellianis codicibus inueniri scriptum. Verum dum sursum ac deorsum in Græcis auctoribus oberramus, forte fortuna in collectaneis quibusdam, nullū quidem auctoris titulum præferentibus, sed eiusmodi tamen, vt aut Stobæi, aut certe ex hoc decerpta viderētur, huiusmodi carmen inuenimus citatum ex Aeschyli tragædia, cui titulus : Phryges :

Ῥολλὰ κὺ κίπυρος ἄνθρωπος κατακάρων εἶπε. i.

Sæpe etiam stultus fuit opportuna locutus. Quæ sententia totidem verbis etiam vulgo nunc dicitur, à viro stulto nonnunquam sapiens dictum proficisci. Responder autem ad illam, quam superius ex Euripide citauimus.

Μωρὰ γὰρ μωρὸς λέγει, id est,

Nam stulta stultus loquitur.

Etenim hoc tamen vere dictum est, tamen sit nonnunquam, vt fatuus vel casu, vel imprudens aliquid egregie dicat, & ad rem vehementer accommodatum. Id quod accidere sepe numero videmus. Quid enim potuit vel ab homine falsissimo dici accommodatius, quàm quod narrat Suetonius dictum à quodam, qui mente parum constabat, in Pompeium & Iulium Cæsarem : Salue Rex, salue Regina. Cum Pompeius regni affectati laborat inuidia, Cæsarem rumor est, Nicomedi Regi vxoris vice fuisse,

Copia cornu.

Ἀμαλθείας κέρα, id est, Copiæ cornu. Cum affatim omnia superesse significamus, copiæ cornu dicimus. Translatum à peruersa fabula, quæ varie narratur apud auctores. Quidam ad hunc modum natiat: Rheia Iouē

ἐπιχα,

enixa, metu patris infantem in Cræta occuluit nutriendū à duabus nymphis, Adrætæ & Ida, Meliffæ filiabus. Hæ nutricauerunt illum capræ cuiusdam lacte, cuius nomen fuerit Amætæ: eam captam Iupiter iam adultus in Sydera retulit, vocaturq; à Græcis αἰξ ἑρανία, id est, capra cælestis. Huius alterum cornu nymphis nutricibus dedit, videlicet officii præmium, hanc addiciens facultatū, vt quid, quid optassent, id illis ex eo cornu largiter suppullularet: Ouidius Fastorum lib. 5. paullo diuersius fabulam narrat hoc pacto:

Nais Amalthea Crætæ nobilis Ida  
Dicitur in syluis occuluisse Iouem.  
Hic fuit hædorum mater formosa duotū,  
Inter Dictæos conspicienda greges,  
Cornibus acris, atque in sua terga securuis,  
Vbere, quod nutrix posset habere Iouis.  
Lac dabat illa deo, sed fregit in arbore cornu,  
Truncaque dimidia parte decoris erat.  
Sustulit hoc nymphæ, cinxitque decentibus  
herbis,  
Et plenum pomis, ad Iouis ora tulit.  
Ille vbi res cæli tenuit, folioque paterno  
Sedit, & inuiso nil Ioue maius erat.  
Sydera nutricem, nutricis fertile cornu  
Fecit, quod dominz nunc quoque nomen  
habet.

Legimus & Herculem Aetolis donasse copiz cornu, propter coercitum cornu fluminis Acheloi: quare regionem illam antea ærilem, fertilissimam reddidit: cornu nimirum laborum duriciem significante, frugibus feracitatem. Hunc igitur titulum Phocion quidam Peripateticus libro suo indidit, vt testatur Aulus Gellius. Plinius item ostendit Græcos aliquod hanc inscriptionem nimis arrogantem suis commentariis impouisse, tanquam nihil in eis non contineretur, & quiduis inde peti, atque accipi possit. Lucianus de mercede seruitutibus, καὶ ἔξεις τῆς ἀμαλθείας κέρως, καὶ ἀμέλξης ὀρίθων λαγα. id est, Et habebis copiz cornu, & lac gallinaceum emulgebis. Philostratus Dionem sophistam appellat ἀμαλθείας κέρως, velut omni genere virtutum expolitū. Plautinus quidam seruus, epistolam quandam copiz cornu vocat, quod plurimum ex ea commodorum capi posset. Aulus Gellius lib. 14. ca. 6. Et simul dat mihi librum

grandi volumine, doctrinis omnigenis, vt ipse dicebat, præsententē. Accipio cupidus & lubens, tanquam si copiz cornu nactus essem. Apud Athenæum Philoxenus secundam mensam variis cupidis instructam copiz cornu vocat. Citatur à Suida carmē huiusmodi,

Εὐδ' ἴνα μοι βίῃ ἐστὶν ἀμαλθείας κέρως ἀγός. ἰ.  
Capræ vbi Amaltheæ præbet mihi pabula cornu.

Carmen est heroicum. Effertur adagium hoc quoque pacto, αἰξ ἑρανία, id est, capra cælestis. Comædia vetus notat Polyægri quædam uxorem ad quæstum proficuentē; quā cælestem capram vocat, ob immensum quæstum, vt testatur Plutarchus in commentario de audicidis poetis. Εὐ δ' αἶμα πολὺ κέρως ἑρακίον ἀγαπᾷς τρυφῶν τρέφον. id est. Fortunatus Polyæger, id est, multorum agrorum possessor, cælestem capram opes adferentē alens. Idem alibi aduersus Stoicos, ὁ δὲ πῶ σαικίον λαβὼν ἀμαλθείαν. id est, At qui Stoicam acceperit Amaltheam, irridens paradoxa Stoicorum, qui suo sapienti tribuūt vniuersa, diuitias, libertatem, sanitatē, regnū.

Horatius in Odis:

- Beata pleno Copia cornu.

Lac gallinaceum.

ὀρίθων λαγα, id est, Gallinarum lac; eundem habet sensum. Dicitur enim in opulentos, & quibus quiduis rerum suppeditat. Aut de raris inuentu, atque ob id preciosis: vt sit hyperbole significans nihil omnino deesse. Plinius in præfatione historiz mundi, irridens Græcorum delictosias quasdam & magnificas inscriptiones: Cerion, inquit, inscripsere, quod volebat intelligi fauim, alii κέρως ἀμαλθείας, quod copiz cornu, velut lactis gallinacei sperare possis in volumine haultum. Aristophanes in Vespis:

Εγὼ γὰρ εἶδ' ἂν ὀρίθων γάλα.  
Αὐτὶ τὰ βίβη λαβουμὲν, ἔμενω ἀποστρεψῆς. ἰ.  
Non lac Hercle gallinaceum

Hæc pro vita capiam, quam mi adimis in præsentia.

Eustathius in quartum Odysseæ, citat hoc adagium ex Anaxagoræ fabula, cui titulus, αἰξ. Rursum Aristophanes comicus in fabula, cui titulus, ὀρίθης,

- Δώσομιν ὑμῖν  
Αὐτῆς, πασι, παῖδ' ὡν παύσῃ  
Ἐλαθὺ γάλα, δὴ δαμοσίαν.

Bien

· Διον, εἰρήνῃ, πτότικα, γέλατα,  
· Χερσὶς, θαλίαις, γάλακ' ὀρίθων,  
· Ὡς τε πείρεσαι μὲν ἰν κοπίῃ

· Τὸ τῶν ἀγαθῶν id est,  
Dabimus vobis ipsiſ, filiis, filiorum filiis,  
opulentiam bonæ valetudinis, felicitatem,  
facultates, pacem, inuentam, iſum, cho-  
ros, feſta, lac gallinarum, vt ſitis præ bo-  
norum copia laboraturi. Strabo Geogra-  
phiz libro 14. narrat de Samiorum agris,  
quod eſſent omnium rerum ampliter ſera-  
ces, illud vulgo iactatum eſſe, quod lac etiã  
ferrent gallinaceum. Idem teſtatur hoc ada-  
gium apud Menandrum comicum inueniri.  
Athenæus libro Dipnoſophiſtarum nono,  
ex mediæ comædiæ ſcriptore quoſdam  
Mneſimacho; ſenarios hos adducit, καὶ τὸ  
λεγόμενον.

· Σπικιώτερον πείρεσιν θρίθειον γάλα,  
· Καὶ φασικὸς ἀποτειγμένῳ καλῶς.

Id eſt, Et quod dicitur prouerbio,  
· Lac ſuppedit, res rara, gallinaceum, ac  
· Plumis reuulſis phasianis ad probe.

Rurſum libro nono adducit ex Numenio,  
· Ἡς ἀπερὸ ἐνὶ θ' καλῆται γάλα. id eſt,  
· Atque hoc gallinæ dicitur lac.

Idem libro tertio indicat, quibusdam lac  
gallinaceum eſſe, album oui.

#### Non omnibus dormio.

NON omnibus dormire dicuntur, qui nõ  
omnibus inferuiunt, neque per omnia ge-  
runt morem. Tranſlatum putant à maritis  
quibusdam nimis obſequentibus, qui vxor  
res ſuas adulteris ſcientes produnt, ſomnũ  
interim inter pocula ſimulantes, vt adulte-  
ro quod libet liceat. Quod genus obſequii  
notans Iuuenalis:

· Doctus, inquit, ſpectare lacunar,  
· Doctus & ad calicẽ vijilanti ſtertere naſo.

Plutarchus in libro, cui titulum fecit, ἑρω-  
τικῶ, fabulam ſuper hac re non illepidam  
narrat. Cũ Galba quiſpiam conuiuio Me-  
cænatem accepſſet, ſentiretque iam è nu-  
tibus hominem inflammatum in vxorem  
ſuam, ſenſim demiſit caput, perinde quaſi  
dormirẽt. At cum interea ſamulus quiſpiã  
ad menſam accedens, vinum clam tolleret,  
ibi ſtam vijil & oculus, Infelix, inquit,  
an treſcibas me ſoli Mecænatĩ dormire?  
Meminit huius adagii, & ad hunc quem  
dixi modum exponit Feſtus Pompeius, ci-  
tans ex Lucilio, tractum oſtendens à Ca-

pio quodĩ, qui Pararencho dictus ſit, quod  
ſimularet dormientẽ, quo impunitus eius  
vxor mœcharetur. Idem indicat huius rei  
memiſſe Lucilium. Vſurpat & M. Tulla  
libro familiarium epistoliarum ſeptimo,  
Olim non omnibus dormio, ſed ego mi  
Galle, non omnibus ſeruiſ. Videtur indi-  
care Cicero alterũ, puta, non omnibus dor-  
mio, vetus fuiſſe, alterum nempẽ, non om-  
nibus inferuiſ, nouum. Vtrunque certe  
prouerbiale, ſed prius illud pertinet ad con-  
ceſſionem iuris, hoc poſterius ad obſequiũ  
impendendum. Idem Tullius epistoliarum  
ad Atticum lib. 13. Eſt bellum aliquẽ odif-  
ſe libenter, & quemadmodum dicitur non  
omnibus ſeruire. Qui quidem locus nõ vi-  
detur carere mendo. Fortaſſe enim ſcriptũ  
erat, & quemadmodum non omnibus dor-  
mire, ita nõ omnibus ſeruire. Quin & hæc  
ipſa vox, ſeruire, non vacat metaphora, cũ  
dicimus, ſeruire ſcenz, ſeruire temporĩ,  
ſeruire vitis, ſeruire ingenio vxoris, ſeruire  
populo, ſeruire commodis priuatis, pro  
eo quod eſt, nihil nõ facere quo ſatiſfacias.

#### Sardi venales.

· Σαρδιανοὶ ἀνῆνοι, id eſt, Sardi venales. In eo libel-  
lo, cui titulus eſt, De viris illuſtribus, quem  
alii Plinio nonnulli Suetonio tribuunt,  
vtriuſque reclamãte ſtylo, huiusmodi quod-  
dam adagium referunt, Sardi venales, de ne-  
gotio infinĩtæ proſixitatis atque inexplica-  
bili. Idq; hinc eſſe ortũ tradunt, quod Ti-  
berius Sempronius Gracchus, cum altero  
conſulatu Sardiniam domuiſſet, tantum  
ex ea captiuorum adduxit, vt longa vendi-  
tione res in prouerbiũ abierit. Plutarchus  
in Problematis Romanorum, aliam adfert  
cauſam, nimirum olim inoleuiſſe morem  
apud Romanos ſolennem, vt qui ludos ede-  
rent in Capitolio, Sardos venales pronun-  
ciarent, prodiretq; puer quiſpiam, per ludĩ-  
brium monili cinctus, quod bullam vocãt.  
Eum morem hinc ortum putat, quod Ven-  
ientes Hetruſcorum populi, multum tem-  
poris cum Romulo bellũ geſſiſſent, quodq;  
horum vibem poſtremam Romulus expu-  
gnãſſet. Etiam ſi T. Liuius lib. 1. narrat, vi-  
ctos quidem à Romulo Venientes, ſed tamẽ  
victorem ab vrbe munita abſtinuiſſe, Vnde  
& regem ipſum, & cũ hoc captiuos quã-  
plurimos Romam deductos, venales pronũ-  
ciauit. Porro cum Lydi ab initio fuerint  
Hetruſci,

Hetrusci, quemadmodum testator & Herodorus lib. 1. Lydorum autem caput erat Sardis, inde factum, ut Hetruscos Sardonum nomine pronunciarit venales. Refert eadē Plutarchus in vita Romuli, licet aliquanto diuersus. Debellaris Veiiis captus est illorum dux, qui cum esset prouectæ ætatis, visus est rem imprudentius gessisse quam pro ætate. Unde mos inoleuit, ut quoties Romani ob partam victoriam immolarēt vicimam, senem purpura indutum per forum in Capitolium inducerent, bullaque ad collum appensa, quod tum erat puerorū insigne, præco Sardonianum venales pronunciarēt. Hetruriz caput Veii sunt, & Hetrusci Sardonianorum coloni putantur. Vfus est hoc adagio M. Tullius libro Epistolarum familiarium 7. ad Gallum: Habes, inquit, Sardos venales, alium alio nequiores. Senit Cicero de contemptis & improbis: & nihil fallimur, patria quoque Sardis. Nam ita scribit paulo ante hunc locum: Id ego in lucris pono, non ferre hominem pestilentiorē patriæ suæ.

*Dasypus carnes desiderat.*

Δασύπυς κρεῖων ἐπιθυμῶν, id est, Dasypus carnes desiderat. Dicitur in eos, qui ea requirunt ab aliis, quæ ipsis affatim sunt domi. Et enim Dasypus de genere leporum. Lepus autem, ut auctor est Plinius lib. 8. cap. 33. animal est innocuum, esulentum & fecundum, omnium prædæ nascens. Solus præter dasypodem superfoetæ, aliud educans, aliud in utero pilis vestitum, aliud implume, aliud inchoato gerens partu. Dicitur est autem dasypus à pedibus hirsutis, ac villosis.

*Tutelepus es, & pulpamentum queris.*

ΣΥΝΤ qui existiment cum proximo idem esse, quod legitur in Eunucho Terentiana: Tutelepus es, & pulpamentum queris? Dicitur est autem à milite glorioso in adolescentem Rhodium, qui scorto suo adludabat, ipse ea ætate, qua scorti vicibus fungi posset. Donatus allegoriam variis modis exponit, indicans prouerbium hoc in molles conuenire, propterea quod lepus à posteriore parte, hoc est, à lumbis & elunibus pulpamentum de se præbeat, eaque corporis partelautissimus sit: vel quod cum canes, aratorum instar, sequantur: eum quod

lepus à Phissets dicat incerti sexus, modo mas, modo femina. Quæ commenta frigidiora videntur, Flautius Vopiscus in Numeriano Imperatore. Scribit adagium Terentianum, Liuii esse Andronici vetustissimi Romanorum comici.

*Vno fasce complecti.*

VNO fasce complecti, legitur apud eundem Plinium, pro eo quod est, eadem opera, & coniunctum agere, non separatim. Verehamur, inquit, ne nos dies, ne nox, ne latera deficerent, si tot crimina, tot reos vno velut fasce complecteremur. Translatum est ab iis, qui res multas simul colligant, quo commodius gestari queant. Id Græci dicunt σὺν λιβῶν id est, comprehensum.

*Salem & mensam ne præterees.*

Ἄλα καὶ τράπεζαν μὴ παρεβαίνειν, id est, Salem & mensam ne præterees. Ne negligas amiculorum consuetudinem aut ne violes amicitie iura. Nam his rebus olim conciliabantur amici, & familiares antiquitus mutua inter sese conuiuia actitabāt, quemadmodum testatur etiā Diogenes Laertius in vita Pythagoræ. Et ad stipulatur Theocritus in Hyla:

Οἱ μίαν ἄμφω ἐτῶρο ἀπὸ δαινώτο τράπεζαν. id est,

Qui ad mensam semper eandem  
Cœnabant ambo fidi nimirum ut amici.  
Loquens de Hercule ac Telamone. Tum Euripidis Hecuba, Polymnestoris exaggersans facinus, hospitalis etiam mensæ facit mentionem:

Κοινὸς τράπεζης πολλαῖς τυχεῖν ἐμοί, id est,  
Mensa receptus sepe communi mihi.

Inde est, quod, ut docet apud eundem Laertium Alexander in commentariis Pythagoricis, Pythagoras vetabat frangipanam, videlicet ne disseicaretur, quod amicos copularet. Idem censuit salem porissimum in mensa apponendum, quod equitatis, ac iustitiæ nos admoneat, ut quod & seruet, tueturque quidquid occuparit, & ex liquidissimis rebus aqua marique fiat. Origenes aduersus Celsum lib. 2. Parium quempiam Iambo graphum adducit, qui Lycomatem insectatus sit, quod salem ac mensam esset prætergressus. Certe apud Macedones patrio ritu sædus, quod sanctissimum vellent haberi, sic inibant, ut panem gladio diuisum

sum uterque libaret. Auctor Q. Curtius libro octauo.

*Baceli similis.*

Γελαθ βακίλα, ἢ βάλιαθ ἢ, i. Bacelo similis, & Bacelus es. In cinedos ac parum viros dictum, aut in magnos quidem corpore, sed animo stupidos. Tractum à forma moribusque Baceli cuiusdam. Ait Suidas Bacelum proprie significare eum, qui sit exectus, eoque in molles dici, quod hoc morbo potissimum laboret illud hominum genus. Antiphanes in Caribus, Bacelum quempiam taxat apud Athenarum lib. 4.

Ὅχι δ' ἔσῃς ὀρχύμενον

Τῶν χειρῶν τὸν βάλιαθ, ἔδῃ ἀιχύνεταυ: id est, An Bacelum non vides,

Manibus suis sic saltitantem, nec pudet? Meminit huius Suetonius in vita Augusti, scribens eum peculiari vocabulo, Bacelum pro stulto assidue solitum dicere, quanquam in vulgatis codicibus Baceolus scriptus est, Hermolaus existimat & apud Quintilianum recte pro Bagoa, Bacelum legi posse. Verba Fabii sunt hæc: At vero statuarii artifices, pictoresque clarissimi, cum corpora speciosissima pingendo fingendove effingere cuperent, nunquam tamen in hunc incidunt errorem, ut Bagoam, aut Megabysum aliquem in exemplum operis assumerent sibi. Verum non viderit, cur Fabiana scriptura mutanda sit, cum Βαγίας barbara lingua significet Eunuchum, quo nomine Luciano philosophum quendam inducit, qui vultu corporisque figura eunuchum præ se ferret. Quin & Ouidius de Amoribus, seruum puellæ custodem Bagoi appellat: Quem prænes est dominam seruandi cura Bagoæ.

*Batalus es.*

Βάταλθ ἢ, id est, Batalus es. Olim in effeminatos per contumeliam dicebatur. Plutarchus ostendit id cognominis Demostheni puero inditum fuisse, & ab inimicis pro bro obiectum. Porro cognominis huius idem varias adfert rationes: vel quod Batalus quispiam fuerit tibericæ, mollis & effeminatus, qui muliebribus sandaliis primum omnium in scenam prodierit, ac musicam, ut ita dixerimus, euitarit: vel quod poetæ cuidam obsecro nomen fuerit Batalo: vel quod apud Atticos Batalus appellata sit ea pars

corporis, quæ verecunde nominari non potest. Meminit huius rei Libanius, Idem nempe Demosthenes iam prouecta ætate, simili contumelia dictus est Argas: siue quod hoc nomine fuerit quispiam malarum auctor legum: siue quod, ut existimat Suidas, serpentis genus sit Argas. Dicunt ite Græci βαταλιζισα, pro eo quod est, turpiter, atque effeminate viuere.

*Bene plaustrum perculis.*

ΡΥΣΤΙΣΟΡΥΜ prouerbiū est, Bene plaustrum perculis. Apparet dici solitum in eos, qui quempia impellunt, quo suapte sponte iam propendebat. Translatū à plaustris onustis, quæ quod exonerentur, solent eueri. Fit autem id commodius in eam partem, in quam propter solum decliuus inclinant. Donatus indicauit hoc adagiū exponens in Eunuchō hæc Parmenonis verba: Perculeris iam tu me? Ab hac sententia non abhorret Plautinum illud in Curculione: Qui monet, quasi adiuuat. Verba sunt lenonis, qui libentius sit mutaturus fidem, admonitus à trapezita, quod tamen vel citra monitorem erat facturus. Idem eleganter expressit Sophocles apud Plutarchum in vita Artaxerxis:

Ταχέα πειθὸν τῶν κακῶν ὀδοιπορεῖ. id est, Rerum malarum facilis est persuasio. Plerique ad deteriora procliuus sunt.

*In Care periculum.*

Ἐκαρὶ τὸν κίβδηλον, id est, In Care periculum subaudi, facito, hoc est, in homine, aut re viliori, hæc periculosam experientiam, in qua si parum feliciter cesserit, non multum sit dispendii capiendum. Huic adagio Carum mores fecerelocum. Hic populus est, ut auctor est Mela Pomponius, incertæ originis, ut quos alii ἀντόχθονας, id est, indigenas, nonnulli Πελαγῶς, alii Curetes existiment, gens usque adeo armorum pugnaque amans, ut aliena etiam bella mercede conducti soliti sint agere. Vnde Theocritus in Encomio Ptolemæi:

φιλοπολιμοῖς τε κέρτασι dixit. id est, Bellandique audis Caribus.

Item Herodotus in Euterpe, ostendit Carum barbaro seruilique fuisse ingenio, & ad quiduis malorum ferendum paratos, mercede proposita. Id quod indicat & Aristophanes in Auidibus, Εἰ δὲ δούλος ἐστὶ καὶ κέρ, id est,



id est, Quod si feruus est & Car. Strabo lib. Geographiæ 14. narrat Cares tota quondã errasse Græcia, passimq; stipendiis meruisse. Ceterum in rebus bellicis vsque adeo præcelluisse, vt passim apud poetas arma bellica Carica nominentur, quemadmodũ Anacreon Caricã lorica, Alcæus Caricam criatã dixit, ad quam adluit Aristophanes in Auibus. Suidas scribit, Cares primos mortalium mercede militasse, vt qui vitam suã vilem haberent. Hos igitur, qui conducebant primos in acie collocare consueuerãt, vt primos hostium impetus suo exciperet periculo, aut vbi fortuna belli difficilima videretur, illic obiciebantur. Perisæ sua lingua κάρδακας appellabant, qui rapto vivebant. Carum laudem his temporibus a mulari videntur Eluerti, gens bello nata, simplex alioqui, ac minime malum hominũ genus, planeq; dignum, vt quidẽ sentimus, quod hac quoq; nota vacaret, & in litteris, & in ceteris honestis studiis egregie valitum, si relictis bellis huc animum appellerent. Vsurpat hoc adagium Socrates apud Platonem in Euthydemo, iubens in se potius fieri periculum transformationis, vclut in homuncione Care, quem si perdas, non admodũ grauis sit iactura. Εἰ δὲ ἄγε οἱ φοβῆσθαι, ὡς περὶ ἐν καρδίᾳ ἐμοί ἔστω κίνδυνος. ὡς ἐγὼ ἐπεὶ ἴδω καὶ περισβύτης ἐμὴ παρακινδυνώσεται ἔτοιμος, ἢ παρακινδυνώσεται ὁ Διομήδης τὸ ὄσσερ τῆ μηδρία τῆ κόλῳ ἀπολλύτω με. καὶ ἐμὴ βλάττω, ἔφη. ἴδω, τί βλάττω τὸ ποίτω, μόνον χερσὶ ἀποφηνέτω. id est, Quod si timeris vos iuuenes, in me tanquam in Care fiat periculum: Nam & ipse quidẽ senex sum, paratus sum subire periculum, meq; ipsam trado huic Dionysodoro, quasi Medæe Colchicæ. perdat me, & si velit in læbet̃e coquat me. Sin minus, quidquid voluerit, id faciat, tãtum vt me reddat probũ. Idem in Lachete huc respexit, cum ait: Cogitandum esse iis, qui primum docere incipiunt, & artis suæ periculum cum magno iuuenum periculo faciunt, nõ Carem quempiam mercenariũ, sed ciuium liberos in discrimen adduci. Et hunc imitatus Aristides in oratione Panathenaiica, ἐν δὲ τῷ καρδίᾳ, καὶ ἐν τῷ ἐαυτῶν σώμασι τὰς πείρας ποιεῖται. id est, In Care vero, nõ in suis ipsorum corporibus facientes periculum. Vnus est eodem M. Tullius in actione pro L. Flacco: Quid, inquit, de

tota Caria? nonne hoc vestra voce vulgari est, Si quid cum periculo experiri velis, in Caria potissimum esse faciendum? Quem quidem locum apparere esse vitiatum, & in Care legendum esse, non in Caria. Huic diuersum est illud, Aureo piscari hamo: quod alibi reddemus.

*In dolio figularem artem discere.*

ITEM illud, ἐπιθεὶ τῷ κερμαίων μανθάνειν, id est, In dolio figulariam artem discere. De iis, qui protinus maximis in rebus artificii sui capiunt experimentum, cum paulatim à minutis ad summa proficisci conueniat. Neque enim figulus statim à dolio, id est, vase maximo artem aufpicatur, sed à pusillis quibusdam vasculis, in quibus non sit graue dispendium, si quid secus accidat. In hanc ferme sententiam vsurpat Plato in Lachete: Σκοπὴν χερὶ μὴ εἶναι τῷ καρδίᾳ ἡμῶν κινδυνώσεται, ἀλλ' ἐν τοῖς μέσσι τε καὶ ἐν τοῖς τῶν φίλων παύσει. καὶ ἀτεχνῶς τὸ λεγόμενον κατὰ τῷ προοίμιον ἡμῶν συμβαίνει ἐν πείρῃ ἢ κερμαίῳ. id est, Considerare oportet, ne hoc periculum vobis fiat, non in Care, sed in pusillis simul atque amicorum liberis, ac plane contingat, quod prouerbio dicitur, in dolio figulina. Dicæarchus ad aliam sententiam torquet prouerbum, vt admoneat vnumquemq; artificem in suis negotiis exerceri oportere, vclut aurigam in duccendis curribus, nauclerum in gubernanda nauis, medicum in curandis morbis. Tanquã absurdum sit, figulum in aurigatione versari, re videlicet aliena, ac non magis in dolio. Atque ita huc pertinet illa sententia: Quã quisq; nouit artẽ, in hac se exerceat. Et Horatianum illud in Epistolis:

Nauim agere ignarus nauis timeret, abrotanum ægro

Non audeat nisi qui didicit dare, quod medicorum est.

Promittunt medici, tractant fabrilis fabri: Scribunt indocti, doctiq; poemata passim. Sic prope modũ vsurpat Gregorius Theologus in Apologia De fuga: ὡς τότε παρδένειν ἄλλης ἐπιχειρῶν, πρὶν αὐτὸς ἰκανῶς παιδὲνθῆναι, καὶ ἐν πείρῃ τῷ κερμαίῳ τὸ δὴ ἢ λεγόμενον, ἐν τῶς τῶν ἄλλων ψυχῶς ἐκμελεῖται τῷ ἑσθῆσθαι, διὰ τὸ ἐμοὶ φαίνεται ἀνοήτων. id est, Itaque alios velle docere, prius quam ipsi factis edocti sint, & in dolio; quod a iure, figulinam, in aliorum animis meditari pietatem,

tatem, mihi quidem videtur hominum insigniter deficientium.

*Ne sutor ultra crepidam.*

**H V I C** finitimum est illud: Ne sutor ultra crepidam, id est, Ne quis de his iudicare cōnetur, quæ sint ab ipsius arte, professioneq; aliena. Quod quidem adagium natum est ab A pelle nobilissimo pictore. De quo Plin. lib. 35. cap. 10. scribit in hunc modum: Idē perfecta opera proponebat in pergula transectantibus, atque post ipsam tabulam latēs, vitia quæ notarentur aufeulabat, vulgum diligentiore iudicem, quam se præferens: seruntq; à sutore esse reprehensus, quod in crepidis vna intus pauciores fecisset anfas. Eodem postero die superbe ob emendationem prius admonitione cāuillante trus, indignatum prospexisse, denunciantē, ne supra crepidā sutor iudicaret. Quod & ipsum in prouerbiū venit. Hactenus Plin. Huic similitudī est, quod refert Athenus, Stratoniceus citharædus fabro secum de musica contententi, Non sentis, inquit, de vltra malleum loqui? Eodem pertinet, de quod huius nepos in epistolis scripsit, de artificio non recte iudicare quenquam, nisi, & ipsum artificem. Quodq; primo Moralium libro dixit Aristoteles, carum rerum vnumquenq; iudicem esse idoneū, quarum sic eruditus. Et quod idem scripsit lib. 2. Naturalium, cęcum disputare de coloribus. Quæ verba iam inter nostri temporis scholasticos in prouerbiū abierunt, quotiens quispiam de rebus ignotis disputat. Ad eandem sententiā referendum, quod ait Fabius Pictor apud Quiutilianum, felices futuras artes, si soli artifices de iis iudicarent.

*Dij facientes adiuant.*

**V A R R O** libro De re rustica primo: Ex quo-niam, vt aiunt, dii facientes adiuant, prius inuocabo deos. Significat diuinam opem non cessantibus, sed industriis, & pro sua virili conantibus auxilio esse solere. Huc est referendum illud Homericum carmen, quod iam velut in prouerbiū abiit:

Τῷ λέμαχ' ἄλλα μὲν ἄντ' ἐνὶ φρεσὶ σῆσι νόσας,  
Ἄλλα δ' ἐκὼ δ' ἰαίμων ὑποδίσταται. id est,  
Hæc partim ipse tuo perpendes pectore

Partim aliquis diuum tibi suggeret.  
Id M. Tullius vsurpauit lib. Epist. ad Atticum 9. Omnia vobis imparatis agenda. Sed tamen:

- Ἄλλα μὲν ἄντ' ὄς,  
Ἄλλα δ' ἐκὼ δ' ἰαίμων ὑποδίσταται. id est,  
Partim ipse inuenies, partim fors suggeret ipsa.

*Cum Minerua manum quoque moue.*

**H V I C** finitimum est, οὐκ ἄνεκα καὶ χεῖρα κί-  
νεῖ, id est, Auxiliante Minerua manum inter-  
rim moue. Monet adagium, ne fiducia diu-  
inæ opis industriam remittamus. Cōuenit  
peculiariter in mulieres, quæ ianficiū ex-  
ercerent, fauente quidem atq; inuocata Mi-  
nerua: sed nihilo segnius interim operi  
insistent. Sunt qui putent ab agasone qua-  
piam natum, cuius asinus cū iuro infixus  
hæreter, deberetq; illi succurrere, otiosus  
Hercules implorabat. Huic respondisse  
deum, vti interim manum ad moueret. as-  
ino laboranti, atque ita demum numen ad-  
futurum. Alii diuersam huic fabulam ad-  
ferunt, puta quandam cum esset decertaturus,  
Minerua consuluisse, num futurum  
esset vt victor discederet. Responsum est, fo-  
re. Verum cum ille ingressus in theatrum,  
in certamine manib' itaret otiosus, peregus-  
sum ab aduersario victum fuisse. Ad hoc  
adagium pertinet elegantissimum illud hæc  
men, quod ex Agathonis tragœdia citat  
Aristoteles, libro Moralium Eudemiorum  
quinto:

Τέχνη τύχην ἔστι βεβη, ἢ τύχην τέχνην. id est,  
Fortunam vt ars, fortuna ita artem amat  
- inuicem.

Citatur à Suida senarius hic in eadem sen-  
tentiam:

Ἄντ' ὅστι νῦν δ' εἶναι, ἔτα τῶν θεῶν κέλευ. id est,  
Facienter aliquid ipse, dein deos voca.

*Nostro Marte.*

**Q U O T I E N S** nullis auxiliis adiuti, no-  
stro ingenio, propriisq; viribus se pera-  
gim', nostro Marte perager dicimur. Aut  
etiam cum nostro periculo res geritur. M.  
Tull. lib. Officiorum 3. Hanc igitur partē  
relictā explebimus, nullis adminiculis, sed  
vt dicitur, Marte nostro. Hactenus ille. Idē  
Philippica 2. de Deiotaro loquens: Rex  
enim ipse sua sponte, nullis commentā-  
riis Cæsar, simul atque audiuit eius inte-  
ritum, suo Marte res suas recuperauit.

Co

Cod. lib. 1. titulo. Ne liceat potentioribus, cap. 1. Bene admodum constituit Claudius consulissimus princeps, parens noster, ut iactura causæ afficerentur hi, qui sibi potentiorum patrocinium aduocassent, ut hoc proposito metu, iudicariæ lites porius suo Marte decurrerent, quam potentiorum domorum opibus niterentur. Rursus libro 3. titulo De iudiciis, cap. 11. Illo proculdubio obseruando, ut si neque per alteram litigantium partem, nec periudices steterit, quo minus lis suo Marte decurrat, sed per patronos causarum licentia detur iudici. Translatum videtur ab imperatoribus, qui suis ipsorum auspiciis & copiis bellum subsistent: siquidem Plautus etiã, Meis copiis, dixit, pro meo Marte. Sapiunt proverbium etiã illa, Vario Marte, Dubio Marte, Inico Marte. Huc adagium pene diuersum est illud quod alibi retulimus, *ἰσχυρὸν ἢ σοφόν*, id est, Non absque Thesco.

*Nequidquam sapit, qui sibi non sapit..*

**S E N T E N T I A** vel hodie vulgo frequentissime iactata Frustra sapere, qui sibi non sapiat. Plato in Hippia maiore, *Καὶ πολλοῖς*, inquiens, *σαυδοῦναι, ὅτι τὸν σοφόν, αὐτὸν αὐτῷ μάλιστα εἰ σοφὸν εἶναι*. id est, Idem etidem & plerisque videtur, quod oportet eum, qui sapiat, ipsum sibi maxime sapien- tam esse. Vsurpat & Cicero in epistola quadam ad Trebatium, ostendens ex tragœdia Medea sumptam: Et quando, inquiens, cœpi agere Medeam, illud semper memento. Qui sibi ipse sapiens prodesse nequit, nequidquam sapit.

Est autem versus trochaicus. Idem Epistolarum familiarium lib. 13. ad Cæsarem Imperatorem: Itaque ab Homeri magniloquentia confero me ad vera præcepta *Ἐπιπέδῃ*.

*Μισοσοφιστὴν ὃς τις ἐκ αὐτῶ σοφός:*

Quem versus senex Præcilius laudat egregie. Idem lib. de Diuinatione 1. citat ex Ennio in astrologos, Qui sibi ipsimet non sapiunt, alteri monstrant viam. Quibus diuinitas pollicentur, ab his drachmas ipsi petunt. Citatur à Luciano in Apologia:

*Μισοσοφιστὴν ὃς τις ἐκ αὐτῶ σοφός.* id est, Sapientem eum odi, qui sibi ipse non sapit. Eundem Alexander torsit in Calisthenem, qui se moribus eorum quibuscumque vivebat non accommodaret, sed præ se ferebat, qui.

hil eorum quæ illic gerebantur sibi placeat. Eaque libertas optimo viro attulit exitium cum Anaxarchus philosophus omnium adulatorum abiectissimus, haberetur in precio. Huius generis est illud apud Suetonium:

Aspice felicem sibi, non tibi Romule Syllam.

*Cantherium in fossa.*

**CANTHERIUM** in fossa: rusticum proverbium sed tamen è re militari natum: Hoc licebit vti quotiens quis ad id negotii trahitur, in quo nequaquam valeat. Aut vbi res vehementer erit impedita, periculosa. Refertur à T. Liuiio, decadis tertie lib. 3. Narrat autem cum Fabius Capuanus obsideret secundo bello Punico, Iubellium Tauream inter equites Campanos nobilissimum, è Romanorum exercitu quemuis ad singulare Certamè euocasse, ausumque prodire Claudium Afellium. Deinde vbi diutius vterque alterum libero campo elussisset, Campanus in cauam viam descendere iussit, alio qui equorum, nõ equitum fore certamen. Eo cum Romanus, re quæ verbis ferocior, exemplo descendisset rursum elusit Taurea sermone, qui postea in rusticum versus est proverbium: Minime scis, inquiens, cantherium in fossa? Quamquam ex Liuianis verbis parum liquet adagii sensus, tamen coniecturis facile apprehenditur. Pugnat autem cum illo, quod alibi dicemus: *τὸν ἵππον εἰς πηδῶν*, id est, equum in planicie. Etenim quemadmodum plurimū valet equus in planicie, ita miuime valet in fossa.

*Tantalitalenta.*

*Τάλαντα ταντάλη*, id est, Tantalitalenta. De immensis opibus. Nam Tantalus Phryx ob luculentas diuitias in fabulam hominū venit, ita ut fingatur & apud inferos simile quiddam pati, cuiusmodi solent inter congestas opes tenaces isti diuites. Horatius: Tantalus à labris sitiens fugientia caprat pocula, quid rides? mutato nomine de te Fabula narratur.

Ostendit, allegoriam figmenti ad diuites sordidos pertinere. Vsurpatur adagium à Platone in Eutyphrone. Suidas ait esse & apud Epicharmum, & apud Anacreotem. Effertur & ad hunc modum, cum venusta quadam

quadam vocum adlufione: *τάλαντα ταντά*  
*ἀγ ταντά* *ταλάντα*, id est, Tantalii talenta tāl-  
 tizat: hoc est, librat & accumulatur. Porro  
 Tantalum prædium fuisse testatur vel il-  
 lud ex tragædia carmen apud Plutarchum,  
 libro De exilio.

*Σπείρω δὲ ἀρξέρεο δ' ἄδ' ἔχ' ἡμῖραν ὀδόν.* id est,  
 Idem dierum duodecim sero iugera.

Idem alibi ingentes diuitias, *πλῆστον ταντά*  
 λέον appellat, id est, opes tantalicas. Anti-  
 phanes apud Athenæum lib. 6.

*Οἰζυπότ' ἔχει καὶ ἐρίβαν ὀ ταντάλα.*

*Μιλακὸν ταντάλεις ἐκ ταντάλεις ἀθήρ.* i.  
 Qualem olim habebat & Thribon, qui  
 molliter

Exutus est ipsis talentis Tantalii.

*Pelopis talenta.*

CONSTIMILI figura Theocritus in Idyl-  
 lio Θ. dixit Pelopis talenta:

*Μήμορον πέλοπ' ὄ, μήμοι χρῖσασα τάλαντα*  
*Εἰνέχων, μὲδ' ἐπρῶτ' εἰ βίαν αἰέμον.* id est,  
 Non Pelopis mihi sint agrique auri que  
 talenta,

Nec ventos celeres anteuolasse pede.

Porro talentum apud Atticos, maxima pec-  
 uniaz summa erat. Talentum ininus vale-  
 bat libras sexaginta, talentum magnū octo  
 ginta. Vnde illud in Phormione:

Si quis daret talentum magnum. Imo ma-  
 lum.

Et Aristophanes:

*Ἄλλ' ἐγὼ γ' ὀ πυντοῖς*

*Ὀὐκ ἄν γινώσκων ἐπὶ ταντάλω χρεσίς.* id est,

- At ego sane Opuntius

Nolim esse, si quis det talentū mi aureū.

Id est, Nolim esse luscus vel quantaliber pec-  
 unia.

*Mida diuitie.*

*Μίδης πλῆστ' ὄ, καὶ μίδης πλῆστοίτερο*, id est,  
 Mida opes, & Mida locupletior: in prouer-  
 bium abierunt, propter immensas eius reg-  
 nis opes, quæ fabulis quoque compluribus  
 fecere locum. Statius in Surrentino Pollii:

Vive Mida gazis, & Lydo ditior auro.

Fuit hic Midas Phrygiæ tyrannus, cui iux-  
 ta poetarum figmenta, concessum à diis est,  
 ut propter Bacchum hospitio acceptum,  
 quod velle optaret, accepturus quidquid  
 optasset. Optauit, ut quidquid corpore con-  
 tignisset, protinus in aurum verteretur. Hi-  
 storicoꝝ litteris proditum est, huic pue-  
 ro dormienti formicas in os grana tritici

concessisse: respondiſſe augures, omnium  
 mortalium illum ditissimum futurum, at-  
 que ita euenisse. Huic Plinius primum  
 attribuit locum inter insigniter diuites, li-  
 bro 33.

*Non omnino temere est, quod vulgo dicitur.*

A P V D Aristotelem vsurparat prouerbiū vi-  
 ce, & apud eruditos iam olim in prouerbiū  
 abiit nobilis illa Hesiodi sententia: *ἢ ἅπαν*  
*τις ἄσχοι*, quemadmodum ait Aristides in  
 defensione Pericles, quæ dicit, non vsque-  
 quaque irritum esse solere, quidquid ru-  
 more populi iactatum fuerit. Ea est in op-  
 eris volumine secundo, cui titulus: *Opera*  
 & diues:

*Δεινὸ δὲ βροτῶν ὑπαλδύειο φῆμα.*

*Φῆμα γὰρ τε κακὴ πέλειται, καὶ φη μὲν ἄσχοι*  
*Πρὶς καλ', ἀργαλίει δὲ φέρων, χαλεπὸν ἄπο-*  
*δίδοται.*

*Φῆμα δ' ἔστι πύμπαν ἀπόλλυται, ἢν τινὲ*  
*πολλοὶ*

*Ἄσχοι φημίχουσι, εἰς ὅτι ἐπὶ καὶ αὐτῆ.* id est,

Rumores hominū cures vitare molestos.  
 Fama malum est, oritur, surgit que facilli-  
 ma: verum

Difficile hanc perferre, graue est sedare co-  
 ortam.

Nam non vlla quidem profum perit irri-  
 ta fama,

Per populos quæcunque volat, quia numē  
 & ipsa est.

Potest bifariā accipi sententia: nimirum aut  
 non plane falsum videri, quod plurimis est  
 in ore, quodq; populi consensus approbat:  
 aut non profus aboleri posse rumorem et  
 falsum, qui iam in vulgus dimanarit. Pro-  
 inde admonet, ut sollicitē caueamus, ne vel  
 falso per temeritatem in fabulam vulgi ve-  
 nire contingat. Quod autem samam deam  
 dixit, cum Homero sensit, qui cōpluribus  
 locis ὄσαν suam inducit. sic enim deam ip-  
 sam appellat. Et hunc æmulatus Vergilius  
 in quarto Aeneidos:

Hæc passim dea fœda virū diffudit in ora.

*Domum cum facis, ne relinquant impolisam.*

C V M nulla huius poetæ sententia non ces-  
 serit in prouerbiū, tamen eas libentius  
 recensimus, quæ, propter enigmatis in-  
 uoluctū, propius accedunt ad speciem pro-  
 uerbialē: quod genus est illa ex eodem,  
 quem modo citauimus libro.

M M

Μὴ δὲ δόμον ποῖων ἀνεπίεστον καταλείπειν,  
Μὴ τοὶ ἐφιζομένη κερῶν λακίρυζα κερῶν. i.  
Neve domum fabricans, linguas mutilā-  
querudemque,

Ne fors insideat cornicās garrula cornix.  
Proculus interpres admonet locum hunc  
bisariam accipi. Quibusdam videri, mone-  
re poetam vti quisque domiciliū ante hye-  
mem absolucndum curet, ne tum non ha-  
beat, quo depellat frigoris molestiam. Hye-  
mem enim cornicis indicatam symbolo, vi  
delicet auis hybernæ. Porro cum semper  
aliis, tum maxime mensibus hybernis οἶκος  
φίλος, οἶκος ἀρεστῶ, id est, Est grata domus,  
domus optima: quemadmodum in pro-  
verbio est. Alii putant significatum, ædifi-  
cium semel institutum, non oportere se-  
miperfectum relinquere, ne vulgo risui sis:  
& qui præterierint obloquantur, carpantq;  
leuitatem tuam, qui quod ceperis non ab-  
soluas. Eam autem obrestantium petulan-  
tiam per cornicem voluit indicare poeta:  
nempe autem garrulam & abstreperam: vt  
hinc etiā verbum proverbiale ductum sit,  
κεῶλεν, At ipsi Proculo magis probatur, vt  
καθολικῶς accipiamus, vnicuique negotio  
quod semel instituerimus, finem idoneum  
imponendum, vt nihil omnino desideret-  
ur, & vbiq; connitendum ad perfectionē.  
Id quo longius auocabitur à simplici ser-  
mone, hoc venustius fiet, & magis pro-  
verbiale: Veluti si quis adhortetur aliquem,  
ne litterarum studium deserat, sed laudabi-  
liter institutis summam imponat manū,  
ne vulgo ludibrio sit, quod à bene ceptis  
desiterit, Hesiodium hoc obiiciens:

Μὴ δὲ δόμον ποῖων ἀνεπίεστον καταλείπειν;  
Μὴ τοὶ ἐφιζομένη κερῶν λακίρυζα κερῶν.

Ne à chytropode cibum nondum sa-  
crificatum rapias.

Αἰνιγματικὸν est & illud, quod eo  
loco continenter sequitur:

Μὴ δὲ ἀπὸ χυτροπόδων ἀνεπίεστον ἀνα-  
λίττε.

Ἐδαν, μὴ δὲ λάττω. id est,  
Neve à chytropode sublatā protinus escā  
Ante sacrum, neque lotus edas.

Indicat & M. Tullius, irreligiosum fuisse  
cibū ē patella edere. Scribit enim ad hunc  
modum libro de Finibus secundo: Atqui  
reperiemus Afotos, primum ita non reli-  
giosos, vt edant de patella: deinde ita mor-

tem non timentes, vt illud in ore habeant  
ex Hymnide:

Mihi sex menses satis sunt vitæ, septi-  
mum orco spondeo. Est autem versus tro-  
chaicus. Suetonius in Vitellio prodit, cum  
illum adeo non profundæ modo, verum  
etiam intempestiuz fuisse gulæ, vt ne in sa-  
crificio quidem vnquam, aut vilo itinere  
tēperarit, quin inter altaria ibidem statim  
viscus & farra ē foco pene rapta manderet,  
circaque vitarum popinas sumantia obso-  
nia, vel pridiana, atq; semela. Quantum ad  
simplicem attinet sensum, docet, ne ritu pe-  
cudum ad cibum capiēdum irruamus, sed  
ita demum edamus, si prius inde primitias  
diis immolauerimus. Antiquitus enim, vt  
auctor est in Symposiacis Plutarchus, inter  
res sacras habebatur & mensa quotidiana,  
proinde cibum sumptus, diis consecrabat  
τὰς ἀπυρχάς, hoc est, primitias: ac deinde nō  
indecore neque tumultuante, sed religio-  
ne quadam ad conuiuium accedebant locis  
manibus, non aliter, quam ad sacrum epu-  
lum. Qui mos & hodie durat apud benemo-  
ratos Christianos. Sed proverbiale fiet, si  
intelligamus, non esse spoliandos, nec inhu-  
manus expilados ministros aut seruos no-  
stros, verū & illis aliquā pecuniz portionē  
relinquendā, quo viuant. Fortassis quadra-  
uerit & in hos, qui præpropera auiditate  
commodum auferte student, prius quam  
oporteat: & quodammodo missam facere,  
prius quam maturuit seges: veluti si quis le-  
gatum aut promissum statim ē vestigio fla-  
gitet, cum ciuilius sit in dies aliquot silere:  
aut si quis modo nactus imperium, protin-  
us incipiat populum exactioibus spolia-  
re: aut si quis sponsam puellam non expe-  
ctata ætate, nec expectatis nuptiarum cere-  
moniiis propter amplecti. Sumptum est  
à ritu sacrorum, in quibus olim epulaban-  
tur. Huc pertinet & illud, quod alibi retu-  
limus ex Athenzo, libro nono, ἀπότρυγας,  
id est, à patella stixiora. Libro sexto refert  
hunc senarium ex Pherecrate:  
Ἀπότρυγας τ' ἔφασκιν ἀφ' ἑκας φαγαῖν. id est,  
Se uelci apuis dixit ē sartagine.  
Quidam pro lopade τρυγῶν. dixerat, quod  
Iones γρυων. Hinc composita ἀποτρυγίλην.  
Ita Phrynicius apud Athenzium libro sexto  
ἰδὲ δ' ἀποτρυγίλην ἀνθ' συμβόλων, id est,  
Iucundum est à sartagine tollere sine sym-  
bolis, id est, si nihil sit soluendum, & si id  
liccat

liceat immuni. Rursus alias apud hunc ipsum ex Archeltrato: ἀφαρπάζουσε ββελίπκx. id est, Rapiens at veru. De mulcre q̄ sacra nōdum immolata deuorare dicta sit:

Apud eundem lib. 6. Anaxandrides:

Τῶν ζωγράφων μὴ ἢ καλὴ χερσὶ γράφει, Ἐν τοῖς πίναξι κραιμαίειν θανάξεται.

Auti δὲ σιμῶς ἐκ λοπέδῃ ἀρπάζεται. id est,

Δ' πὸ τῶν ταχύντων ὑβείθ' ἀφαιρίζεται. id est,

Pictoris opera pulchra, tabula pensili Spectantur, ac spectata sunt miraculo, at

Rapiūtur hęc ἐλοπαδε pulchre, ac protin°

Redduntur ipsa euaniida e farragine, quem

In genere poterit accommodari ad quem- nisc, qui negotium irreuerenter, & illotis, vt aiunt, pedibus aggreditur.

Ἡσπεριος.

FLVTARCHVS in Problematibus Grecanicis prouerbii quoddā refert ad hūc modū. Αποτνωσ ἐρβέην τῷ παρομιῶδῃς, ἀντικυρία: δῖνῶν ταραυτίος φρατηγῶν, ἀνὴρ ὃ ὠνάγαδῆς ἐν τοῖς πολειμίοις, ἀποχεροτοναιτων ἀντῆ τῆς γνώμην τῷ πολίτῃ, ὡς ὁ κῆρυξ ἀνέπει τῶν κωῶσων, ἀντὸς ἀνατένας τῶν δειγῶν ἄδῃε ἔπει, κρείσσων. ἄτως γὰρ ὁ θεός φρασθ' ἰσφρακι. προσιτῆρας δὲ καὶ ὁ πολλοῦ δῶμαθ' ἐν εὐτῆνω, τῶν κῆρυξ, ἀνται πλάγῃς ἐπίπῃθ', ἀλλ' ἀνται φῆσαι βιλίτις. ἢ ἐπικυρῶσαι τῶν τῶν ἐλαπθῶν χειροτοσίω. Horum verborum hic sermo sensus, Vnde fluxit illud, quod prouerbii vice dicitur, Hęc victrix? Dinon Tarentinus ductor exercitus, vir adprime fortis, reiḡne bellicę sane quā peritus, cum in concione dixisset sententiā, eaq̄ue ciuium suffragiis esset reiecta: deinde pręco pronunciareret sententiā, quę vinceret, sublata dextera, hęc, inquit, potior. Nam hęc ad modum retulit Theophrastus. Ceterum Apollodorus in Rhytino illud adiunxit, cum pręco respondisset, at hęc sententię numero plures sunt, Dinonem protinus subiēcisse, sed hęc meliores. Atque ita pauciorum sententiā fuisse promulgatam. Quibus ex verbis coniecere licet, ita vulgo dici solere, si quando significaretur consilium aliquod esse præstantius & conducibilius, etiam si pluribus secus videretur: Aut vbi qui numero pauciores essent, facultate præpoderarent. Quod genus fuerit, vt res exemplis demonstretur, Maxima pars hominum voluptate lucrisq̄; felicitatem meritur, pauci virtutem amplectuntur. Cauē ne quid te moueat multitudinis exemplum,

αὐτῆ γὰρ κρείσσων. Item nemo pene est in toto principis famulatio, qui tibi non bene velit: sed vult tibi refragari, qui tantum vbiq̄; valet, vt in ipsum fere principē agat tyrannum: Quare si res e suffragiis penderet, vicerat. Sed αὐτῆ κῆρυξ. Porphyriion leuiter, cum digito prouerbum indicat, exponens eum locum in Horatianis Epodijs:

Eamus omnis exērata ciuitas, Aut pars indocili melior grege.

Quaquam deprauate, sicut opinamur, leuitur in multis exemplaribus κρείσσων γῆκα. Castigate legetur, ni fallimur, κερῶδων γῆκα.

hoc est, præstantiorum victoria. Nam Oda concionalis est, ac singam decerni iubet, cōmunibus omnium suffragiis. Quod si fieri non queat, vt id quod est optimum, multitudini probetur, saltem vincat ea sententiā,

quę sit potior, etiam si paucioribus suffulta suffragiis. Ad id faciunt, quę Plato scripsit lib. De leg. 1. pulcherrimum esse victoriz genus, cum turba credit potioribus: &

in decernendo magis spectatur pōdus suffragiorum, quam numerus. Verba Platonis ex eo quę diximus libro, sunt hęc: Ἐν ὀπίσσωσ μὴ γὰρ ὁ ἀμείωνος πῶσι τὸ πῦτος κῆκα τῶς χείρῃς, εὐδῶς ἂν αὐτῆ κρείττωτε ἀντῆς λέγοιθ' ἢ πόλις, ἐπαίνοι τὸ τε ἂν δίκαιοτατα τῆ

τοιαυτῆ γῆκα, τῆναυτίον δὲ, βῆπx τῶναυτία. i. Quibuscunq̄; siquidem in ciuitatibus meliores qui sunt, ii vincunt multitudinem ac deteriores: ibi respublica seipsa superior, recte dicitur, & huius victorię nomine meritissimo laudabit: secus aut vbi secus accidit. Eodem respexit Plinius, cum queri tur in Epistolis, numerari sententias, non expendi. Hęc pertinet Liuianum etiam illud: Maior pars vicit meliorem. Indicat idem Homerus Iliados lib. 1.

Ἐπεί τὰ χερσὶ αἰ κῆκα. id est, Quando superant iam deteriora.

Neque vero prætereundum hoc loco, quod de Zenone philosopho memorat Diogenes Laertius. Zenon cum videret Theophrastum magnifera, laudariq̄ne quod plures haberet auditores, ad hunc respondit modum: Ἐκείνῃ μὴ χορὸς μείζων, ὀμῶς δὲ συμφωνότερ. id est, Maior quidem est illius chorus, at meus melius consonans. Itaque locus fuerit adagio, siue cum negabimus spectandum, quā multis placeamus, sed quā bonis: siue cum suadebimus, id se qui oportere, non quod plurimis placeat,

sed quod per se sit optimum factu, etiam si paucissimorum calculis approbetur. Siue cum dicemus, vnus aut alterius studiū plures estimandum, qui vel opibus, vel gratia, vel auctoritate præpollat, quam multitudinis beneuolentiam, quæ numero tantū superior sit, reliquis omnibus inferior.

Quemadmodum apud Plautum quispiam continere se dicit minutos illos deos, modo Iouem vnum sibi propitiū habeat. Nec absurde trahetur in vsu, quoties vna vis plus potest reliquis omnibus, vt si quis dicat: Hæc causa pluribus probatur, pluribus sulcitur rationibus, nicitur æquo, dicitur à legibus, verum altera κρεία. Sic enim volo, sic iubeo. Nam omnia cedant necesse est, quotiens rex huiusmodi promit oraculū, quale profert apud Homeri Agamemnon: *Εἰ δ' ἔκε μὴ δάσῃσι, ἐγὼ δ' ἔκεν αὐτὸς ἔλωμαι.* id est,

Ipse equidem eripiam, si tradere forte grauentur.

De cuiusmodi Lucianus in captiuo, καὶ τὸ δῖκαον ἐν τῇ Χερσὶ τιθίμηνω. id est, Qui ius in manu reponunt, quique ius in manu poluerunt. Pyrrhus eliberis quidam adolescens admodum, interrogabat cuiquam esset relicurus regnum. Is respondit, ὅς ἂν, inquit, ἢ μὲν τίμω μάκαριον εὐστέρων ἔχη. Quicumque vestrum acutiorem habet gladium. Id dictum Plutarchus in eius vita non arbitrat multum abesse ab illa tragica execratione.

*Θικτῶν σιδίρω δῶμα δ' ἰδοχᾶν τῆς ἀδελφῆς.* id est,

Fratres acuto diuidant ferro domus Vices habendæ.

In hos igitur qui vi rem gerunt, & quibus, vt Ennius ait, ferro gerritur res, quibus ius est in armis, & quibus leges inter arma silete, per ironiam recte torquetur, αὐτὴ κρείσσειν, καὶ αὐτὴ κρεία. Nam Græcis κρεία non solum dominum significat, verum etiā eum, qui præualet auctoritate. Et Suidas indicat concionem illis κρείαν dici, in qua soliti sint creati magistratus. Aristophanes in Acharnensibus κρείαν ἐκκλίσειν appellat, in qua ἐκέρχοντα ψεκίσματα, id est, vinebant suffragia. Nonnuquam ad rem referunt, vt apud Euripidem in Iphigenia Aulidensi,

*Ὁ μὸς, ὅς ὁ τῶν δὲ μῦθος κρείστερος λέγειν.* i. Plus valere nostra debet, quam huius hic oratio.

Significat enim seruus, quanquam esset conditione inferior Menelao, tamen hoc se potiorē esse, quod iustiorē haberet causam. Non abhorret hinc, quod M. Tullius dixit in Pisonem: Sed omitto, vt sit factus vterque nostrum. Sit san e fors domina campi.

#### Delius natator.

*Δήλιος κολυμβητής*, Delius natator. Olim vulgo dicebatur admodum natandi peritus, quiq̄ posset in summa natare aqua. Natum adagium aut certe factum illustrius ex Socratis apophthegmate. Cum enim huius Euripides librum obtulisset Heracliti, cui cognomen additum σκαθεῖω propter affectam scriptorum obscuritatem rogaretq̄ cuiusmodi videretur, respondisse fertur hoc pacto, *Αλλὴ σωτικὴ γενεά, οἷμαι δὲ καὶ ἂ μὴ σωτικῆ, πλὴν δὲ καὶ δειτὰ κολυμβητῆς εἰς τὸ μὴ ἀποπνιγῆν ἐν αὐτῷ.* id est, Quæ quidem intellexi, præclara: arbuttor autem & ab ea quæ non intellexi, quanquam natatore Delio opus, vt ne quis in eo præloccret. Hæc Socrates, ad ludens simul & ad prouerbium, & ad Heracliti sensus nimium abstrusos ac profundos: vt nisi natator insignite peritus contigisset, periculum esset, ne lector in eo libro suffocaretur mergereturq̄ Laertius in Heraclito refert hoc dictum ad Cratetē quendam, qui primus Heracliti librum de natura Græcis inuexerit, & hoc elogio commendatit.

#### Dicendo dicere discunt.

*Ἐκτῶ λέγειν τὸ λέγειν πορίζεται*, id est, Dicendo consequimur vt dicamus. Syrianus Heromogenes interpres, Euagoram sophistam taxat, qui dicendi facultatem non putaret ratione, sed vsu duntaxat consistere, hincq̄ vt dicendo consequeretur dicendo facultatem. *Ἀξίον δὲ εἶναι, κατὰ τὴν συρφετὴν περιμίαν, τὸ λέγειν ἐκτῶ λέγειν πορίζεσθαι.* id est, Existimāus iuxta vulgare prouerbium, dicendi facultatē dicendo contingere. Vsurpauit & M. Tull. lib. 1. De oratore: in quo inquit, fallit eos, quod audierunt, dicendo homines vt dicant efficere solere. Verū etiā illud dicitur, peruersè dicere homines puer se dicendo facillime consequi. Plinius lib. Epist. 6. Video etiam multos paruo ingenio, literis nullis, vt bene agerent agendū consecutos. Latius autem patet adagium, nempe ad cuiusuis rei peritiam, quam potiss.

potissimum vsus suppeditat, optimus rerū omnium magister. Proinde proverbiales erunt omnes id genus: fabricando fabricā dīlces, canendo musicam, militando militatērem artem, scribendo dīlces scribere.

*Multi boni que.*

Πολλοὶ καλοὶ, Multi boni que. Prouerbiali figura dicebatur olim. Translatum à ritu sacrorum, in quibus sacrificus rem diuinam facturus dicebat, τίς τῦδε; id est, Quis hic? Dein qui aderaunt, respondebant, πολλοὶ καλοὶ. id est, Multi & boni. Atque hæc partim omnis causa dicebatur: oportebat enim in sacris ἄφραταιν, hoc est, bene ominata dicere: partim, ut si quis esset sibi conscius alicuius piaculi, discederet à mysteriis. Plutarchus in Symposiacis, Ἐπεὶ μάργους γέ τῶν πλάτων πολλοὶ τ' ἀγαθοὶ τε πόρροισι, id est, Quandoquidem Platoni testes ad sunt multi; boni que. Sed de hoc ante meminimus. Quo quidem adlusit & Aristides in Pericle, Ἄλλ' ὡς γ' ἂν εἰς τὸν καλῶν καγαθῶν ἀντιφρόνον αὐτῶ καὶ καθεκὼν τῶν χειρῶν ἀπίδωκε. id est, Verum velut vnuse numero honorum ac bonorum, citra inuidiam, ac purū illi reddidit testimonium. Quin etiam Hermericum illud iam prouerbiū vice receptū est, Ἡὸς τε μέγας τε. Magnus que; bonus que; Est subinde & apud Aristophanem. Prouerbiū igitur locum habuerit, quotiens aut testes, aut iudices, aut conuictiores significamus idoneos, ac neutiquam reiiciendos.

*Heroum filij noxe.*

Ἀνδρῶν ἠρώων τέκνα πύμαστα, id est, Virorum heroum filij noxe. Vereribus illud obseruatum fuit, præstantium virorum filios multum à progenitorum moribus abfuisse. Vnde & Demosthenes dixit, Τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν, ὡσπερ εἰμαρήμι εἶν, φαύλης ἀποβύαιεν τῶς ψύχης. id est, A viris egressis, perinde quasi fato quodam id accidat, improbos proficisci filios. Quæ quidem Demosthenis sententia refertur ab Aristide in Cimone. Interpres, quisquis is fuit, homo nec indiligens, nec indoctus, hoc loco prouerbiū citat, quod modo retulimus. Manet & hodie vulgatus iocus: ex sapientissimis patribus stultissimos propagari liberos. Euripides in Heraclidis, generaliter hanc sententiam ad omnes mortales retulit. Ἐκ γὰρ ἐν πολλοῖς ἴσθαι

Ἐννοῖς ἂν εἴ τις ἐστὶ μὴ χείρων πατρὸς. id est, Vnum forsitan inter plurimos Inueneris, qui patre non sic nequior.

Adstipulatur huic sententiæ locis aliquot Homerus, nominatim Odyssæ E.

Γαῦροι γὰρ τῶν παίδες ὁμοίῳ πατρὶ πέλονται, Οἱ πλείους κακίους, παῦροι δὲ τὶ πατρὸς ἀρείους. id est,

Aequat rara patrem solus, sed plurimi ab illis

Degenerant, pauci superant probitate parentem.

Declamat hoc argumentum Aelius Spartianus in Seuero Cæsare, multis exemplis declarans: ita fere vsuuenisse, ut viri, seu virtute, seu litteris, seu fortunæ indulgentia insignes, aut nullo omnino liberos habuerint, aut tales relinquerint, ut magis ex vsu rerum humanarum fuerint, illos absque liberis deedere.

*Nunquam ex malo patre bonus filius.*

EYRIDIDES hanc sententiam prouerbio celebrem fuisse testatur, ex malo patre non progigni bonos liberos:

Φῖν φῖν, παλαιὸς αἰνῶν ὡς καλῶς ἔχει.

Οὐκ ἀγγέλλω χειρὸς ἐκ κακῶν πατρῶς. id est, Heus heus, ut illud distant recte, probum Patre ab improbo non posse nasci filium.

Adstipulatur huic dicto prouerbiū illud: κακῶν κέραι (κακῶν ὠν) id est, Mali corui ma lum ouum. Item illud Theogonidis:

Οὐτε γὰρ ἐκ σκύλλης ῥόδα φύεται. id est, Non etenim ex squillis rosa nascitur.

Atque id genus alia, quæ suis referent locis.

*Alio relinquirentes fluetu, alius excepit.*

ARISTIDES in Themistocle: Θεισοκλέα δὲ τὰ δούτερον αἰετὸν προτέρων μέγιστον ἐξεδέχετο καὶ τὸ τῆς παρομίαις αὐτῶ περιεσχέθη, τὸ μὲν γὰρ ἐλίπει αὐτὸν κύμα, τὸ δ' ἐγκατέλαμβανεν, ἕως διεξέλαβε διατὸν τρηναίον νικῶν. i. Themistoclem posteriora semper maiora prioribus excipiebant, atque illud, quod prouerbio dicitur, illi accidit: Nam hæc illi reliquit vnda, illa vero excepit, donec pertricymias victor euasisset. Videtur autem versus fuisse prouerbialis, quem Aristides ad vsum suæ sententiæ non nihil detorsit. Legitur integre ad hunc modum:

Τὸ μὲν μ' ἐλίπει κύμα, τὸ δ' ἐγκατέλαμβανεν. i. Hæc me reliquit vnda, at illa corripit.

Sumpta metaphora à periculose nauiganti



bus, qui semper post vnias impulsus fluctus, alium expectant, succedentibus inuicem procellis. Atque etiam numerant vndarum insultus, periclitantem nauem, quã veteres decumanam appellabant. Græci grauiissimas illas procellas, *τεκμηρίας* vocant. Nec inconcinne deflectetur ad incursum marum, cum, vt sepe fit, calamitas calamitati succedit, iuxta prouerbialem illum versiculum:

Fortuna obesse nulli contenta est semel.

*Duobus pedibus fugere.*

*Ἐκ δύοιν ποδῶν καταφύγειν*, id est, Duobus pedibus confugere Aristides in oratione Panathenæica: *καὶ μὴν αὐτὸ τὸ πρῶτον, τὸ ταῖντας τὰς ἐκχρησίας βοηθείας καταφύγειν ἐπὶ πλὴν πόλιν ὡσπερ ἐκ δύοιν ποδῶν ὡς ἀλκίως, καὶ μηδὲ μίαν τὸν ἄλλων πύλων ὄραν, μέγα καὶ φοβερόν σύμβολον ἐστὶ, καὶ σήμα ἀμεινον, τὸ προέχειν θένος ἐξ ἀρχῆς*, id est, Atqui primum illud ipsum, quod quibuscunque opus esset auxilio, ad hanc confugerent ciuitatē, plane tanquam duobus pedibus, neque vllam aliam reliquarum ciuitatum respicerent, magnum & euidentem argumētum est, ac momentum columnæ præstantium, eam proptinus ab initio præcelluisse. Is qui scholiis quibusdam haud quaquam cōtemnendis, hunc auctore illustrauit, admonet prouerbium ductum ab iis, qui festinant cursu, vt non dissimile videatur illi, *ἀμφοτέρεις χερσίν*, id est, Ambabus manibus, quo prouerbio sedulitatem celeritatemque; peragendi negotii significamus. Vel à nauigantibus, perinde quasi dicas, duobus clauis. Nam gubernaculum nauis pedem appellant, quod conauis cum huc atque illuc vertitur, velut ingredi videatur. Itaque confine fuerit illi, quod alibi diximus, *ἐπὶ δύοιν ὄρειν*. Vt alterutrum sensum accipiamus, aut summo studio, summaque; celeritate illos ad vibem confugere solitos, aut tutissimum illic omnium receptaculum fuisse. Quanquã Aristophanes *ἐν ὄρεσι*, ad celeritatis significationem retulit, cum ait:

*Ἀππορεύω ἐκ τῆς πατρίδος ἀμφοῖν ποδῶν.* id est,

E patria vtroque; deuoluimus pede.

Interpres admonet à nauibus sumptum, secundo vento currentibus: sensum autem esse hunc: Summa vi, summoque; conatu.

*Quis aberret à ianua?*

*Τίς ἀί ἐλας ἀμύροτο*, id est, Quis aberret à ianua? Dicit solitum, vbi quis penitus aberret à vero, totoque fallitur iudicio. Viuipatur *τὸν μὲτὰ τὰ φυσικά*, lib. 2. ipsa statim in fronte: & in omnibus quidē exemplaribus, que videre contigit, *ἐλας* per u scriptum reperitur. Præterea ianuaem vertit Argvropylus, nec malus interpres, nec philosophus cuiquam aspernandus. Ad hæc Auerrhois, hunc enarrans locum, palam declarat sese de ianua sensisse. Denique in commentariis Alexandri Aphrodisæi, consimili modo *ἐλας* inuenitur. Quod si quo modo fas esset, à tot exemplaribus, à tantis auctoribus dissentire, nobis quidem magis probabilis lectio videatur, si *ἐλας* legatur per u, non per v. Quod autem *ἐλας* irrepserit, mirandum non est. Primum, quod per facilius erat lapsus vnus litterulæ deprauatione. Deinde metaphoræ ratio magis obuia, magisque; ad manum sita, fieri potuit, vt doctis etiam philosophis imposuerit. Quippe quibus fabula non perinde nota fuerit, vt communis illa similitudo de domus ingressu deij primis cognitionis principiis. Postremo de codicum inter se consensu nequaquam mirandum videbitur iis, qui sunt vel mediocriter in pensandis conferendisque; codicibus exercitati. Fit enim sæpenumero, vt vnus archetypi mendum, modo veri fucū aliquem præ se ferat, in vniuersam deinde veluti posteritatem librorum propagetur. *Καὶ παύσας παύσων ἢ τοι μετὰ πιδῶν γίνονται*. Neque vero hæc dicuntur, quod hac de re, si quis forte diuersum sentiat, digladiari velimus, vel quod hoc sit ab nostro instituto alienum, vel quod non ignoremus, quam ludibrica, plenaque; discriminis res sit, in tantis auctoribus quidquam immutare. Tantū coniecturas, quibus adducimur, in medium adferemus. Quæ si cui videbūt idoneæ, nostræ subscribet opinioni: sin minus, veterem sententiam hoc iam obtinebit libentius, quod etiam in dubium vocata vicerit. Primum igitur omnium nobis serupulum haud mediocrem iniecit vetustissimus simul & emendatissimus codex orationum Aristidis rhetoris, in quo non solum *ἐλας* inuenitur scriptum, verum etiam indicatam fabulam, antiquissimam, pariter & auctorem, vnde prouerbium hoc Aristide.

Stoliceum, ni fallimur, demanarit. Igitur Aristidis in oratione, cui titulus, Pericles, verba sunt hæc: Οὐκ ἔστιν ἄλλο τὸν ἀντιπρόσωπον ταυτὸν τῷ Πηλεΐ, ὃς τῆς θύρας εἶμι κερτε, καὶ τὸν ὑβριτικῶν φίλτατον οὐκ ἄν τῷ περὶ Διέφθερε. id est, Itaque prius quàm aduersariorū quempiam ceperis, vnum ex amicis venatu nactus adducis. Atq; idē accidit tibi, quod apud Pindarum Peleo, qui aberrans à fera quam petebat, Eurytionem, quem sibi charissimum habebat, in-teremir. Adstipulantur hoc loco scholia, quæ extant in hunc auctorem: nullo quidem certo titulo, veruntamen, sicuti res indicat hominis nec indiligētis, nec indocti. Proinde non grauibimur & huius adscribere verba, si quis forte fortuna requisitus est, μέμνηται, inquit, ἐν ὕμνῳ Πηλεΐ, ὅτι τὸν ὑβριτικῶν τὸν τῆς ἰσθμῶν Πηλεΐ, ἐκ ὧν τῶν ἀργοναυτῶν, τῶν ἐκείνου τῶν ἀπὸ πικτικῶν Πηλεΐ, φίλον ἔλεγε, ἐπεὶ δὴ συγγενὴς τῶν ἰσθμῶν, Πηλεΐς γὰρ προδεδίδηκε, θυγατὲρ ἄκταρος τὴν πολυμήλον εἶχε γαυλάκῃ, ἣ ἄκταρος Πηλεΐ, ὃς Πηλεΐ εἶχε τὸν ὑβριτικῶν. id est, Meminit in hymnis Pindarus, quemadmodū Eurytionem Iri, cui pater Actor, filium, ex argonautis vnum, secum venantem imprudens occiderit Peleus. Amicum autem vocat, quod huic esset affinis. Nam Peleus ante Theridem, Polymelum habuerat vxorē Actoris filiam. Porro Actor Iri patererat, cui filius Eurytion. Proinde non dissimile veri videtur, ex Pindaro profectum adagium, quod tacito, sicuti fere facit, auctoris nomine vsurpauit Aristoteles, vt intelligamus illum τῆς θύρας διαμαρτεῖν, qui non solum feram ea parte non ferit, quam designat, verum toto aberrat captu, ne attingens quidem quod appetebat. Iam vero ne que postulamus, vt quisquam hæc probet: nisi videbuntur cum Aristotelis sententia vel ad amissim, vt aiunt, congruere. Dissert enim eo loco philosophus de rerum naturalium cognitione, quæ sit eadem & facilis & difficilis. Facilitatis illud argumentum adducit, quod ea nemini nō aliqua ex parte contigit: difficultatis, quod exacte nulli. Neminem autem fuisse, qui nihil omnino veritatis in rerum cognitione naturalium attigerit, id prouerbium veluti sulcit, τῆς ἀν, inquit, θύρας ἀμάστοι, Tanquam singulorum exactam tenere scien-

tiam, perinde sit, quasi si quæcumque partem destinatis, eam citra errorē serias. Rursus vbiq; labi, sit velut à toto corpore aberrare, & in aliud longe diuersum eum telum deflecti coniecturam. Verum quo curioso est lectori, ac διωπρῶσθαι fiat satis, ipsius Aristotelis, ex eo quæ diximus libro, verba describentur, Η περὶ τῆς ἀληθείας θεωρίᾳ, τῆ μὲν χαλεπὴ, τῆ ἡραδία: Σχημαίων ἤ, τὸ μῦτε ἀξίως μεθεῖα διωπρῶσαι τυχῶν αὐτῆς μῦτε πάντως ἀποτυχῶν: ἀλλ' ἕκαστον λέγειν τὸ περὶ τῆ φύσεως, καὶ κῶβ' εἶνα μῦτε, ἢ μικρὸν ἐπιβάλλει αὐτῆ, ἐκ πύριτων δὲ σωμαθεωροῦμενων γίνεσθαι τὴ μὲν ὡς τ' ἐπεὶ οὐκ ἔχεν, καὶ ἄλλοτε τυχῶν οὐκ ἀπορημαζόμενοι, τῆς ἀν θύρας ἀμάστοι. ταύτη μὲν ἐν ἡραδία, τὸ δὲ ὅλον τ' ἔχεν καὶ μέρῳ μὴ διωπρῶσαι, δηλοῖ τὸ χαλεπὸν αὐτῆ. id est, Veritatis consideratio partim difficilis est, partim facilis. Huius rei illud argumentum est, quod neque quisquam illam sit assecutus pro rei dignitate, neq; rursus omnino frustratus sit aliquis: sed cum vnusquisq; aliquid de natura disserat, sic v vnusquisque per se nihil, aut paullum adferat ad illam momentū: verum ex omnibus in vnū collectis aliqua magnitudo conficitur. Itaq; si res ad eum videtur habere modum, quemadmodū prouerbio dicimus, quis non attigerit ostium hoc quidem nomine facilis fuerit. Cæterū habere totum, partem autem non posse, difficultatem illius declarat. In his philosophi verbis non apparet quis locus sitianus. Verum illa similitudo principiorum & ostii, præbuit, ni fallimur, erroris ansam. Quin potius, ἀμαρτεῖν τῆς θύρας Aristoteles sentit eum, qui nulla ex parte cōsequitur quod petit, id quod mox τὸ ὅλον ἔχον, vocat, quasi consilium, ac generatim habere: cui contrarium τὸ μέρῳ ἔχον, facit, velut exacte tenere, & non solum feram vncunq; sed hanc aut illam bellæ partem, quam maxime velis, attingere. Tametsi in huius locum interpreter tam multos adfert sensus, vt nullū idoneum percepisse videatur. Idem admonet etiam lectionem aliam aliis placere. Quod quociens sit, protinus sūboritur suscipio, mendum aliquid subesse. Alioqui ἀπλῶς ὁ μὲν τ' ἀληθείας ἔφην, id est, Simplex veritatis oratio, quemadmodum vere dixit Euripides. Iam vero telū illud restat potissimum, Alexander Aphrodisiense, qui præterquam, quod tota eius oratio nostræ sententiæ palam suffragatur, nominatim etiā

admonet, prouerbis metaphoram à sagittariis esse ductam quorum nemo solet à lato aberrare scopo, nimirum cuiusmodi est tota bellua, cū ab exili scopo nōnunquā aberrēt. Sed p̄stiterit & huius verba eatenus suscribere, quatenus ad prouerbii pertinēt explanationē: Δοκῆ δὲ μοι δια τῆς μλν τῆς πολλῆς τε ἐπιβάλλεται λέγειν πρὸς αὐτῆς, καὶ μηδὲνα αὐτῶν πάντων διαμαρτάνειν δέειν ὅσα τὸ κατὰ φύσιν ἡμῖν εἶναι, τινδὲ ἢ πραγματεύειν. Δια δὲ τῆς μηδὲνα κατ' ἄξιον ἐρεκίνατο πρὸς αὐτῆς, τὸ μέγιστον αὐτῆς ἐνδείκνυται καὶ ἡ χαλεπότητα, καὶ ὅτι μὴ χερὶ πάρεργον ποιεῖν αὐτῆς ζητήσιν αὐτῆς. ἔχιδνα μλν γὰρ αὐτῆς χερὶ, ὅτι ἡμῖν ἐστὶ κατὰ φύσιν, μλν παρείργω δὲ, ὅτι ἐστὶ χαλεπή. προτῆς περὶ δ' ἀνὴμάς δ' ἴων ἐρεκε, καὶ ἐπὶ τὸ μητε καταφρονεῖν αὐτῆς ὡς ἐραδίας πάντη, μήτε ἀπογινώσκειν, ὡς πάντη χαλεπῆς. ὡστ' εἰπερ ἔσοκιν ἔχειν καθάπερ τυχεροῖν παρομοιαζόμενι τῶν ἐν ἔρασο ἀμάρτοι, ὅτι τὸ πόντος τῆς γιγνῆς ἐρεκίνα τῆς πρὸς αὐτῆς λέγοντας σημεῖον ἀν εἶναι, τῆς ἐραδίας αὐτῆν εἶναι, ἢ εἰλε τῆ παρομοία προχρησάμενον τῆ, τῆς ἀν ἐρέας ἀμάρτοι. ἢ λέγεται μλν ἐπὶ τῶν ἐκόλων καὶ μηδὲν χαλεπὸν καὶ δυσάριστον ἐχόντων. εἰρηται δὲ ἀπὸ τῶν τοζοτῶν, τῶν ἐπὶ σκοπὸν τοξοδόντων. εἰτοι γὰρ ἀν μλν τῆς οὐδὲ προκίμενον ἢ σκοπὸς ἐραδίας αὐτῆς τυχεροῖσιν. ἀν δὲ ἡπλατῆς: ἢ χαλεπὸν τὸ τῆς τυχεροῖσιν. δια καὶ πάντως τυχεροῖσιν ἐραδίον εἶτο. id est, Videtur autem mihi quod permulti tentant de ea disserere, neque quicquam illorum omni ex parte fallitur, hoc argumento demonstrare, tractationē hanc nobis naturalem esse. At rursum quod nemo pro dignitate, pleneque de illa sit locutus, ex hoc & amplitudinem illius & difficultatem argui possit. Simulque illud admonere, non oportere obiter, aut indiligenter investigationem illius peragere: immo sectādam quidem esse, propterea quod ad eam natura propensi videamur: at rursum non oscitanter, eo quod sit difficilis. Atque his verbis adhortatur nos, ut eam ne que contemnāmus, tanquam omnino facilem, neque rursum per desperationem ab ea deterreamur, tanquam admodum difficili. Itaque si perinde videtur habere, quē admodum prouerbio dicimus, quis non tegerit ianuam? Quod omnes aliquid recte dixerint, quicumque de ea sunt locuti, id facilitate illius arguere, adhibito prouerbio demonstrat. Nempe illo, quis non attingat ostium? Quod quidem vsurpati

consequit, de rebus factu procliuibus, in quibus omnino nihil insit vel difficile vel arduum. Sumptum est autem à sagittariis, ad scopum propositum iaculantibus. Siquidem ii, si scopus fuerit minutus, facile sit ut fallant, neque feriant: sin autem amplus, haud difficile feriant. Hactenus Alexandri verba retulimus, e quibus satis abunde liquet, ἐρεκε legendum, non ἐρέας. Quamquam totum hoc quidquid est, eruditorum iudicio relinquimus. Etenim si quis erit, cui ianuam illa impendio placebit, habiturnus est, quo suffragium suum non omnino absurde tueri possit. Haud enim scimus an & antiquitus fieri soleat, quod hodie nonnullis in locis videmus, ut aggeres, qui scopum sustinent, à lateribus atque item à tergo muris defendantur, superne imminente tecto, ut ingressus ille, qui patet, ianuæ speciem habere videatur. Porro vehementer imperitus sit oportet, qui non solum non attingat scopum aut aggerem, verum etiam ab ipso aberrat ingressu, quem difficile non sit vel cuius attingere. Nobis tamen vero propius videtur, ut ad Pindaricam fabulam referatur adagiū. Sed super hoc, quē admodum diximus docti pronunciant. Nos commentatoris officio functi, sat habuimus, quod apud auctores inuenerimus, quodque nobis videatur, id expendendum in medium proponere. Affine videtur huic prouerbio, quod apud Platonem legitur in Phædro: Λυσίας τῆ πάντος ἡμάρτοκε. i. Lysias aberrauit. Adlusit huic uiter Lucianus in Timone, cū ait: Iouis fulmē, quod in Anaxagoram philosophum torserat, fallente manu, ab ipso quidem aberrasse, ceterum in Castoris ac Pollucis templum fuisse detortum. Nec abhorrent ab hac forma: Toto aberrare celo, & Tota aberrare via, quæ retulimus alias.

#### Salsuginosa vicinia.

Ἀλμυρὸν γειτόνημα, id est, Salsuginosa vicinia. De sterili, agresti, atque inhumana vicinia dicebatur. Aristides in Themistocle: ἔσω τὸ γειτόνημα ἄλμυρὸν ὡς φάσιν, id est, Sit salsa, ut iunt, vicinia. Interpres adscriptit adagiū ex Alemana Lyrico poeta sumptū. Plato libro De legibus 4. μαλα γειμὸν ὄντας ἄλμυρὸν ἢ ποιμῶν γειτόνημα. id est, Haud sa-

ne vere; saluginosa, malaq; viciniâ. Trans ferri potest vel ad negotium multi quidem laboris, at parum frugiferum, vel ad vicini nos molestos. Traductum ab agris mari finitimis, qui plerunq; solent ad culturam inhabiles esse. Proinde Vergilius etiam terram salâam, vt minime feracem damnat. Ad hæc videmus homines & ipsos littorales fere ceteris inhumaniores, tanquam immanitatis nonnihil ex immanissimo contrahant elemento.

*Ad fractam canis.*

Ἐξέρρηγαν ἄδεις, id est, Ad fractam canis, subaudi, vel chordam, vel citharam. Suidas ostendit dici solitum de iis, qui frustra laborant. Antiquis mos erat ad citharam canere, in qua si qua chorda rupta sit, ad eam frustra vocem accomodes, cum illa non respondeat. Fabulam de cicada, fractæ fidis vicem suppleat, diximus alibi. Quanquam non inscite accommodabitur, vbi non respondeatur officis alicuius, aut vbi quis suadet obstinato, aut orat inexorabilem.

*Vtre territas.*

Ἀσκά ἢ ἀσκίω μορμολύθιδαι, id est, Vtre terre, siue terreri. Dicitur solitum, quotiens inanem formidinem, aut concipit aliquis, aut incutit. Sumptum ab iis, qui vasorum inanum strepitu pauescunt pueros, aut aliorum qui formidolosos, vel potius qui vasorum huiusmodi sonitum propellunt aues, vt indicat in Auiibus Aristophanes. Extat apud Diogenianum, atque huic finitimum putat, ἀσκά φουλίζαν. Helychius vnica dictione pronunciat, ἀσκαφουλίζαν pro inani metu. Putat idem valere, τῆ σκῆ μορμύτση, id est, umbra territas.

*Leonem larua terret.*

Μορμολυγίαις ἐφοβῆς τὸν λέοντα, id est, Laruis terret Leonem. Apud eundem refertur. Conueniet de minis inanibus. ac terriculis deridendis, Quanquam, vt inquit Plinius, hoc tale tamque sæuum animal rotarum orbes circūacti, currusq; inanes & gallinaceorum cistæ catusq; etiâ magis terrent, sed maxime ignes. Adagium viurpat Seneca lib. 2.

*Principatus Scyrius.*

Ἀρχίσκηρα, id est, Imperiū Scyrium. De tri-

gido tenuiq; regno. Scyrius insula, quam olim incoluere Pelasgi & Cares, petricosa & infrugifera, nec vllius bonæ rei ferax. Suidas addit, quosdam referre prouerbiū ad Theseum, qui cum inuassisset ditionem Lycopedis, atq; huius vxorem sollicitasset ad stuprū, præcipitatus sit: vnde videretur sæuū imperium dictum principatus Scyrius. Legimus & de Saxis Scyronis, quod an ad hoc prouerbiū pertineat nescimus Iuxta priorem interpretationem adagium eleganter accommodabitur ad munus aliquod, vnde de prætorianam titulum, & molestam administrandi curam nihil emolumentum capitur: auctor Zenodotus.

*Post Lesbium cantorem.*

Μετὰ λέσβιον ᾄδον, id est, Post Lesbium cantorem. Hoc adagio significabant aliquem non primas, sed secundas tenere partes. Finitimum illi, Οὐδὲν πρὸς τῶν παρεμένων ἴν, id est, Nihil ad Parmenonis suem. Lacedæmonicum prouerbiū, hac naturam occasione, quemadmodū narrat Suidas: Cum Lacedæmoniorum res seditionibus tumultuarentur, consultum oraculum iussit, vt Lesbium cantorem accerserēt. Accersitus itaq; Terpander Lesbius, nimirum Antilæus, & ad Lacedæmonios missus. Is canendo sic illorum animos delinuit, vt seditionem omnem sedaren, redactis in concordiam ciuibus. Qua ex re factum est, vt Lacedæmonii Lesbii cantoribus primas in arte musica partes tribuerent, & si quem alium canentem audissent, protinus dicerent, μετὰ λέσβιον ᾄδον, id est, Post Lesbium musicum. Zenodotus prouerbiū hoc citat ex Cratini fabula, cui titulus Chiron. Meminit huius adagii Plutarchus in commētario, quæ inscribit περὶ τῶν ἀπὸ τῶν βίαις βελθέως τιμωρῶμενον. Nihil autē veterit, quo minus prouerbiū etiam ad rem desisterat, veluti si quis affirmans querendam eruditionem, sed post paratam pecuniam, dicat, μετὰ λέσβιον ᾄδον.

*Callippides.*

Καλλιπίδης olim prouerbio dicebatur, qui in molendis negotiis, cum multa se facturum minaretur, nihil tamen conficeret: aut aut quemadmodum ait Terentius, qui sedulo mouens sese, nihil pmoueret. M. Tul.: de Atticum, lib. 13. Quod ad me de Varro ne scribis,

scribis, scis me antea orationes, aut aliquid id genus solitum scribere, vt Varronē nūquam possem intexere. Postea autem quam hæc cœpi φιλολογώτερα, Varro mihi denunciauerat magnam sano & grauem προσφωκισιν. Biennium præterit, cum ille καλλιπίδης assiduo cursu nullum cubitum proecesserit. Quibus verbis Cicero notat M. Varonis tarditatē, qui cū magna quæsdā spes ostēderet, re nihil vnquā absolueret. Suetonius Trāquillus in Tiberio: Ad extremum vota pro itū ac reditu suo suscipi passus est, vt vulgo iā per locū Callipides vocaretur, quē cursitare, ac ne cubitū quidem mensurā progredi, prouerbio Græco notatum est. Hactenus Tranquillus. Parum autem liquet, vtū omnis prouerbii ratiō sita sit in Callipidis cognomine, quod à pulchritudine equorum est dictum: an aliud quoddā fuerit prouerbium, quod in Callipidem sit dictum: quemadmodum ex Suetonii verbis coniectura sumi posse videtur. Deinde quis hic fuerit Callipides, cuius tardā celeritatē notari adagiū, non satis perspicuū est, nisi quod haud dissimile veri videtur accipiendū esse, de Callipide tragediarū histrione: cuius meminit Plutarchus in Apophthegmatis Laconicis, his quidem verbis: Α δι τῆς ἀλλοτρίως βασιλεύοντος, ἐδῶκε μὲν ἡ γυνάσκων. καὶ ποτὶ καλλιπίδης, ὁ τῶν τραγῳδοποιῶν ὑπακριβοῦς νόμος καὶ δόξαν ἔχων ἐν τοῖς ἔλλησι, καὶ σαρδάλω μιν ἔσπευτο πάντων, πρώτον μὲν ἀπὸ τῆς αὐτῶν, καὶ προσεῖπεν, ἔπειτα ἐσπεύρατος εἰς τὴν συνακρόμας ἐμβαλέει αὐτὸν ἐπὶ δέκνυτο, νομιζόντων κείνον ἀρετιῶν τίνος φιλοφρονήσεως. τέλος δὲ εἶπεν, ἔκ ἐπιγνώσεως μετῶ βασιλεύ, ἔκ ἡκισσας ἵς τις εἰμι; ὁ ἀγασίλαος ἀποβλέψας εἰς αὐτὸν, ἀλλ' ἔτι σισί καλλιπίδης, ὁ δ' ἐκκλίνας; ἔγω δὲ λακιδωμόνιοι τῆς μίμης καλῶσι. Quorum verborum hæc ferme sententia est: Quarum rerum admiratione reliquos teneri videbat, eas ipse ne cognoscere quidem videbatur. Euenit aliquādo, vt Callipides tragediarum histrio, mul ti nominis, atque opinionis inter Græcos, & ab omnibus in precio habitus, primum illi fieret obuius, ac salutaret: deinde arrogātius inter reliquos regis affectatores admisceret sese ostentaretque, ratus futurum vt ille prior aliquid comitatis inciperet exhibere. Tandem cum diceret etiam, Nō agnoscis me rex, nec qui sim audisti? Agefilus eontemplatus hominem: An non tu es, in-

quit, Callipides ille dicelicta? Nam sic appellant Lacedæmonii mimos. Hæc Plutarchus. Δείκλον autem apud Græcos simulacrum, ac repræsentationem, imitamentūque significat, vt auctor est Eudemus. Vnde Lacedæmonii nimi vocabulum duxisse videtur, quod ipsum etiā ἀπὸ τῆς μίμης, hoc est, ab imitatione dictū est nobis. Licet igitur coniectere, Callipidem hunc, aut quisquis is fuit, ita gestulationibus vt soleret, vt cum mira agilitate moueri videretur, à loco tamen non discederet. Meminit huius nominis etiam in Nebulis Aristophanes, indicans eam vocem, ἀπὸ τῶν ἴππων esse deductam.

#### Balneator.

Βαλανδύς, id est, Balneator, siue balnei capro. Id nominis vulgato conuicio dicebatur in hominem alienarum rerum plus satis curiosum. Propterea quod huiusmodi genus hominum, quoniam in otio viuunt, neque suis negotiis distinctur, aliena curare consuevit. Quemadmodum ille Damastippus Horatianus:

- Aliena negotia curans,  
Ecussus propriis.

Cuiusmodi sunt & tonfores. Vnde idem

Horatius:

- Opinoꝝ,

Omnibus & lippis notum & tonforibus esse.

Plato libro De Republica 1. videtur vsurpare in verbosus. Quoniam germana inter se vitia sunt, curiositas & garrulitas, teste vel Horatio:

Percunctatorem fugito, quia garrulus idem est.

Meminit adagii Diogenianus.

#### Bacche more.

Βάκχης ῥέσπον, id est, Bacche more. De terricis ac taciturnis dictitari solitum, quod essent huiusmodi Mænades illæ, Bacchico afflatæ furore. Auctor idem Diogenianus. At Iuuenalis retulit ad vitam intemperatam. Qui Curios simulat & Bacchanalia viuūt.

#### Alasso rixa queritur.

SENeca de ira libro tertio, prouerbii huiusmodi refert, Alasso rixa queritur. Aulassus rixam querit. Quod in quem sensum antiquitus fuerit vsurpatum, non satis liquet.

quet Quod si coniecturas sequi licet, apparet dictum in quosdam morosiores, & ad irandum procliuiores: non quod offendatur, sed quod aliqui animo male affecti sunt, ut sunt difficiles ac submorosi, quibus fortuna aduersa est. Sed ipsius Senecæ verba subscribentur, ex quibus prouerbiu sensus hic colligi poterit. Ideo quibus stomachus suspectus est, processuri ad res agendas maioris negotii, bilem cibo temperent, quam maxime mouet fatigatio: siue quia calor & imedia cōpellit & nocet sanguini, cursumq; eius uenis laborantibus fitit: siue quia corpus attenuatum & infirmum, incumbit animo. Certo ob eandem causam iracundiores sunt, ualitudine aut ætate fessi. Fames quoque & sitis, ex eisdem causis vitæda est. Exasperat enim & incendit animos. Vetus dictum est, A lasso rixam queri. Aequè autè & ab esuriente, & ab omni homine, quem aliqua res urit. Nam ut hulcera ad lenem tactum, deinde etiam ad suspicionem tactus condoleseunt: ita animus affectus, minimis offenditur: adeo ut quosdam salutatio epistola, oratio, & interrogatio ad litè euocent. Nusquam sine querela ægra tanguntur. Hactenus Seneca, Huc pertinet quod scribit Plin. lib. 22. cap. 24. Sic & in lassitudine prouiores esse ad iracundiam & in siti.

*Gladiator in arena consilium capis.*

**GLADIATOR** in arena consilium capis. Admonet ere nata murandum aliquando consilium, & tempori, quod aiunt, seruiendum. Refertur & hoc ab Anneo Seneca lib. epistolarum ad Lucillum 3. Iam intelligis, inquit, educendum esse te ex istis occupationibus speciosis & malis. Sed quomodo consequi possis, queris. Quædam non nisi à præserte monstrantur. Nō potest medicus per epistolas, cibi aut balnei tempus eligere. Vena tangenda est. Vetus prouerbiu est, Gladiatorum in arena capere consiliū. Aliquid aduersarii vultus, aliquid manus mora, aliquid ipsa inclinatio corporis, intuentè moneat. Quid fieri solet, quid oporteat, in uisum & mandari potest & scribi. Tale consilium, non tantum absentibus, sed etiā posteris datur. Illud autem quādo fieri debeat, aut quemadmodum, ex longinquo nemo suadebit. Cum rebus ipsis deliberandum est. Hactenus ille. Cæsar Commentario belli Gallici 5. Quod plerunque his accidere con-

suevit, qui in ipso negotio consilium capere coguntur. Dicimus & ere nata consilium capere.

*Inelegantiior Libethriis.*

**Αυσότερες** & **λαβυρίων**, id est, Indoctior Libethriis. Prouerbialis hyperbole, quadrans in hominem admodum idiotam, & ab omni Musarum commercio prorsus alienum. A gentis huius agresti imperitia sumptum est prouerbiu. Tradunt enim Libethrios, musices ac poetices, breuiter omnium elegantiorum disciplinarum stolidissimos cōtemptores fuisse, adeo, ut apud hos quidam occisum Orpheum existiment, quorum de numero Zenodotus est, qui Libethrios gentem Persicæ scribit fuisse. Seruius Libethrū fontem quempiam esse credidit, unde Vergil. in Melibæo Musas Libethridas cognominari. Plin. lib. 4. mentionem facit Libethræ fontis: quem conuenit in Magnesia, quæ Thessaliæ regioni adiungitur. Solinus Libethrum vocat genere masculino. Strabo item libro Geographiæ 9. Libethri meminit: Hoc in loco, inquit, consecrata est Musis zædes, fonsq; Caballinus, & Libethridū spelunca nympharum. Quæ ex re suspicari licet, eos qui & Heliconæ & Pieriæ & Libethrum & Pimpliæ eidem Musis consecratur, Thraces extitisse. Pieres autem uocabantur, quibus extinctis loca hæc Macedones nunc possident.

*Domesticum thesaurum calumniari.*

**Τὸν οἶκον θησαυρὸν διαβάλλεις**, id est, Domesticum thesaurum calumniaris. siue traducis, hoc est, tua ipsius carpis lacerasq;ue. Similium illi, quod alibi retulimus, Horatiano: Vineta propria cedere. Aristides rhetor in Pericle: **Τὸν οἶκον θησαυρὸν διαβάλλοιμεν, ἂν ἐταυτῆς διασώζοιμεν**. id est, Domesticum thesaurum insimulabimus, siquidem istis obtrecebimus. Nullus autem sanæ mētis, quæ domi recondita habet, traducit ac reprehendit: sed suis quisq;ue fauet, alienis inuidet. Conueniet & in illos, qui suæ ipsorum arcana non celant.

*Qualis uir, talis oratio.*

**ANNVS** Seneca in epistolis, quas scripsit ad Lucillum lib. 2. Apud Græcos, inquit, in prouerbiu cessit, Talis hominibus fuit oratio, qualis uita. Græcum id prouerbium

bium extat apud Aristidē, in secunda Rhetorices aduerfus Platonem defensione: *Ὅκ ἀποσα τῆ δὲ ἡπαρομιάχτων ἢ λέγασσε, οἱ ἔπειθ' ἔπειθον εἶναι καὶ τὸν λόγον, καὶ πόλιν τὸ ἔτερον ὡσαύτως.* id est, Non dissimulat autem ab iis adagium, quo dicitur, cuiusmodi sunt mores, cuiusmodi & orationem esse. Ac rursum: *Qualis sit oratio, tales item esse mores.* Ad eandem facit sententiā, quod inter Solonis apophthegmata cōmemorat Diogenes Laertius: *τὸν λόγον εἰδῶλον εἶναι τῶν ἔργων.* id est, Orationem factorum esse simulacrum. Persius 5. Satyra, sententiam hanc allegoria textit: cum ait:

- Pulsu dignoscere cautus,

Quod solidum crepet, & pictæ testoria  
linguæ.

Nimirum innuens, haud aliter animū hominis ex oratione spectari, quam vasa dignoscuntur crepitu, quem reddunt digito pulsata. Idem in Satyra 3.

- Sonat vitium percussa, maligne

Respondet, viridi non cocta fidelia limo.

Idque prouerbii non solum locum habet, cum improbum, aut probum virum arguit oratio, verum etiam cum ex stylo perpendimus ingenium cuiusq; omnemq; mentis habitum ex ipsa dictionis ratione coniectamus. Etenim tumidi, stylus turgidus: abiecti, humilis: exanguis, asper, scaber: amarulenti, tristis ac maledicus; deliciis affluētis, picturatus ac dissolutus. Breuiter omne vitæ simulacrum, omnis animi vis, in oratione perinde vt in speculo representatur, ac vel intima pectoris, arcanis quibusdam vestigiis deprehenduntur. Itaque Seneca Maccenatis delicias ac mollitiem ex ipsa hominis dictione colligi scribit. Huc pertinet, quod Socrates apud Platonem iubet loqui Charmidem vt eum videat, nimirum hominem ex oratione estimaturus. Idem in Gorgia negat se nosse Archileum Perdica filium, quod nunquam cum eo venerit in colloquium. Ac vulgo prædicant se nosse hominem, quem viderint tantum, cum animus hominis non perspicitur, nisi ex oratione.

Η ψαλλῆ ἔπειθ' ἴσθαι.

Η ψαλλῆ ἔπειθ' ἴσθαι, id est, Balba non credit. Iocose prouerbialis, vbi quis sua mala conatur dissimulare, quæ præ se fert, etiam cum dissimulat. Veluti si quis neget se blæsum esse, idque ipsum non possit, nisi blæse dicere.

Dicitum est enim *πῆσθαι* pro *πισθαι*. Propterea, quod qui linguæ vitio laborant, in literis duabus, sigma, & rho, potissimum laborant. Refertur à Suida. Notatus est & Alcibiadis labdacismus, qui pro *ε* littera, *λ* solutus sit pronunciaré, inō linguæ vitio, sicut arbitramur, sed magis ob delicias. Apud Aristophanem in Vespiis, vbi quispiam pro *θίωρ* *θ* *θ* *έωλ* *θ*, proque *κίρακ* *κ* *κ* *κ* *κ*, dixisset, *ὄλας βίολον: τίη κίρακην κόλακ* *θ* *έκη* aliter subiicit.

*Ὁρθῶς γι τὸτ' ἀλκιβιάδης ἐπράυλισεν.* id est, Recte Alcibiades hæc quidem ebalbutiit.

*Νοστρίσ ἰψορὺμ ἀλῖσ καπῖμυρ.*

*Τοῖσ ἀντῶν πτεροῖσ ἀλισκόμειθα,* id est, Nostris ipsorum pennis capimur. Aristoph. in Aulis.

*Ταυτί μὲν ἡκάστῳ εἶδ' ἃ τὸ αἰχύλον,*

*Ταυτὶ ἔχ' ὑπ' ἄλλων, ἀλλὰ τοῖσ ἀντῶν πτεροῖσ.* id est,

Atque hic quidem coniecimus iuxta Aeschylum,

Hæc non ab aliis, imò pennis propriis.

Aeschylus autem, vt admonet interpres, in fabula, cui titulus Myrmidones, hoc prouerbum appellat, *λιβυσικ*, in quod ex apologo Libycō dictum sit. Fertur autem apologus huiusmodi, aquilam istam sagitta, cum insperxisset iaculum ad imaginem pennarum effectum, imitatumq; dixisse.

*Ταυτὶ ἔχ' ὑπ' ἄλλων, ἀλλὰ τοῖσ ἀντῶν πτεροῖσ.*

*Αλισκόμειθα.* id est,

Hæc non ab aliis, imo pennis propriis Capimur.

Vfus est hoc Athenæus libro 11. *Καὶ ταύτη ἔχ' ὑπ' ἄλλων, ἀλλὰ τοῖσ σφαιτῶν πτεροῖσ κατὰ τὸν ἐκφυμασίον αἰχύλον ἀλίσκη,* id est, idq; non ab aliis, sed tuis ipsius alis caperis, vt egregius ille dixit. Aeschylus. Conuenit in eos, qui ipsi præbent occasionem sui mali, vt Chremes Terentianus *ἐν ἔαυρ ἰν τιμωρσμένῳ*, cum seruum hortatur, vt technam aliquam in Menedemum intendat, à quo mox ipse deluditur dolis.

*Βονα fortune: sive, Boni genij.*

*Αγκέδ' ὀχίμων* *θ*, id est, Boni genii, vel bonæ fortunæ, subaudi, nomine, sermo est bene ominantis in re quæpiã aggrediūda, quæ eademmodum & illud Persianum: *Hoc bene sit.* Itaque festiuus erit cum ad iocum trahetur de eo, qui rem inceptat, leuam quidem illam, sed perinde laboras quasi esset maxima. Vc.

ma. Velut si sordidus quispiam tandem vini cadum relineret, aut calcum diu seruatum aliquando proponeret ἀγαθὸς δαίμωνος Ζηνόδοτος & ἰεὺς Aristophanis interpres ostendit, prouerbium hinc esse natū, quod olim peracis conuiuio sublatāque mensa meracum inferri consuevit. Isque calix ἀγαθὸς δαίμωνος, id est, boni genii appellatur. Huius commetri auctore citat Theopompum interpres Aristophanis in Vespis. Nec diuersum est quod adfert ex Apollodoro, cui sententia suffragari videtur Aristophanes in Equitibus.

Μὰ δὲ ἄλλ' ἄκρατον οἶνον ἀγαθὸς δαίμωνος. i. Non per Iouem, verum boni genii merū.

Item in Vespis:

Μὲν ἔπειτα πρῶτον ἀκρατὸς μὲθ' ὄν ἀγαθὸς δαίμωνος. id est,

Ne merum vnquam bibere detur præmiū genii boni.

Idem in eodem:

Καὶ παῖσον ἀγαθὸς δαίμωνος. id est,

Ac boni libato genii nomine.

Paullo diuersius in Pace:

Νῦν γὰρ ἡμῖν ἀπέστειμα πῶρες ἰν ἀγαθὸς δαίμωνος. id est,

Nam boni genii licet nunc rapere nobis nomine.

Quamquam Athenæus lib. Dipnosophist. 11. palam demonstrat, ad lotionem qua cenati utebantur, calicem inferri solere, qui dicebatur ἀγαθὸς δαίμωνος. Qui sane mos hodieque durat Germanis. Id poculum ostendit dictū μετάνητρον, quod a lotis manibus adferretur, qui mos & hodie diligenter seruatur apud Britannos. Antiphanes in Lampade.

Δαίμωνος ἀγαθὸς μετάνητρον ὀτρυνεῖν.

Boni de metanipiron deuorare.

Rursus idem:

Ἀλλὰ μὲν δαίμωνος ἀγαθὸς μετάνητρον.

Hunc calicem quisquis accepisset, præhibebat alteri cuiquam, vt idem auctor indicat. Erat autem mos apud veteres, vt propinantes, aut bibituri, deum quempiam, aut hominem omnis causa præferrentur, eumque signandi causa proferebant. Quemadmodum apud Lucianum in Lapidibus Alcidas Cynicus, sponsæ Herculis nomine propinat. Item Horatius.

Da luxæ propere nouæ,

Da noctis mediæ, da puer auguris.

Aliis magis placet hinc ductum adagium, quod antiquitus primus calix ἀγαθὸς δαί-

μωνος sit appellatus, eaq; voce ominari soleant, ob Bacchum, ceu vernaculum ac domesticū deum. Quinetiam mensis cuiusq; diem à primo proximum, ἀγαθὸς δαίμωνος appellabant antiquitus. Fertur & apud Thebanos sacellum fuisse ἀγαθὸς δαίμωνος. Denique est & insula quædam huius nominis in mari Indico, quemadmodum ostendit Stephanus. Plutarchus conuiuialium quæstionum decade tertia, demonstrat antiquitus fuisse morem vt non gustarent vinum, nisi prius libassent alicui deo, quo potus illius ceu phar machi, sibi innoxius esset & salutaris. Atque Athenis quidem venedico mensis die immolabant vini primitias, eūq; diem pithæniā appellabāt. Ast apud Bæotios septimo mensis in euntis die, sacris peractis bono dzmoni, gustabant ab exorto Zephyro, quod is ventus præcipue suscitaret moecatque vinum, adeo, vt quod illum effugerit, videatur iam duraturum. Mensis autem is vocabatur προσαρ. ρος. Aristides in Themistocle videtur ad hoc adlusisse prouerbiū, cum ait: Ἀλλὰ καθεῖς τῶς ἑλλασιν ἀτ' ἀγαθὸς δαίμωνος. id est, Verum consistit, Græcis boni genii vice. Quamquam hoc magis referendum ad id, quod alibi diximus, Bonus genius & malus genius

Ad aquam malus.

Ἐφ' ὅδ' ὄρω κακὸς, id est, Ad aquā malus. In infamæ sortis homines olim dicebatur, ac sordidissimis quæstibus addictos, propterea quod antiquitus infames habebantur: multoq; omnium contemptissimi, qui litigantibus aquam subministrare consueverunt. Nam alias admonuimus, veteres ad clepsydram mensuram in iudiciis dicere solitos. Infundebatur & certantibus per clepsydram aqua. Eam aquam tenues quidā, ac nullius frugis homines infundebant, dispensabantque. Porro qui hoc ministerioungebantur, Athenis habebantur reiecti, rei pariter ac bonæ famæ indigni, non aliter quam Romanis legibus notantur scenici, & aliorum publicorum certaminum ministeria quædam. Est aliud huic confine, βλάτ' ἐν ὄρω, id est, aufer in aquam, id est, in malam rem.

Phocensium execratio.

Φωκίτων ἀρα, id est, Phocensium execratio. De iurando multis vinculis astricto. Nā olim in scæderibus quo maius violarentur, adhibeant



adhibebant, non solum promissa, dextras, & sacrificium, verum execrationes in caput eius, quicunq; non staret pactus, id quod Euripide licuit colligere, cuius hi versus in Iphigenia Aulidensi:

Ορκος σωθήσεται, δέξιές τε συμβαλέει  
Μινύρας ἀλλήλοισι, καὶ δὲ ἔμπυρον  
Σπόδιος καθάναι, καὶ παρὰ προδοῦ τὰ δέ.

Eorum versuum sententiam nos olim sic vertimus:

Vt coirent iureiurando proci,

Atq; inter ipsos iungerent dextras, ad hæc

Adolenda diuum ponent aris sacra:

Ac semetipsi astringerent, diris ad id

Caput obligantes execrationibus.

Prouerbum autem, vt ad id redeamus, ab huiusmodi profectum est casu. Phocenses Ioniz populus, olim communi populi consilio patrium solum reliquerunt, adacti deuotionibus, atq; execrationibus quibusdã, ne quisquã vsquã de repetẽda patria cogitaret. Itaq; iuxta Dianę oraculũ Aristarcha duce, Galliã Narbonensem adierunt, ibiq; ciuitatem florentissimã Massiliam condiderunt. Cuius historię mentionem faciunt, Herodotus lib. primo, Strabo quarto. Meminit & Horatius libro Epodon.

Fortè quid expediat communiter, aut melior pars

Malis carere queritis laboribus.

Nulla sit hæc potior sententia, Phocorũ

Velut profugit execrata ciuitas,

Agros, atque lares patrios, habitandaq;ue phana,

Apris reliquit & rapacibus lupis.

Deinde qui fuerit eiusmodi ritus execrationis aperit.

Sediuremus in hæc, simul imis saxa renarint

Vadis lenata, ne redire sit nephas.

Neu conuersa domum pigeat dare lintea, quando

Padus Matina lauerit cacumina,

In mare seu celsus procurrerit Apẽnius,

Nouaq; monstra iunxerit libidine (uis,

Mirus amor, iuuet vt tigres subsidere cer-

Adulteretur & columba miluio,

Credula nec flauos timeãt armẽta leones,

Ametq; salsa leuis hircus æquora.

Hæc & quæ poterunt redirus abscondere dulces,

Eamus omnis execrata ciuitas.

Stephanus φησὶ τὴν urbem Ioniz facit, cu-

ius denominatiuum φακιδύς, iuxta Herodotum, καὶ φακιδύς, & alteram eiusdem nominis in Mycala Cariz. Est autem & φακίς Bœotiz regio, iuxta Parnassum, à quo denominatiuum φακίς καὶ φακίκοι. Hoc idcirco visum est admonere, quod quidam affinitate nominum labi videtur. Si quidem à Phocæis siue Phocensibus Ioniz ductum est hoc prouerbum, à Phocicis Bœotiz natum est, quod alibi referemus Phocensium, seu Phocidentium desperatio. Prouerbum refertur à Zenodoto.

### Sybaritica oratio.

Συβαριτικὸὶ λόγοι, id est, Sybaritici sermones. Hesyclus narrat Ἀκωπὸν quempiam, Sybaritã opinatur, summo studio incubuisse, vt orationis quoq; genus haberet lautũ & opiparum, hinc iocum prouerbialem ortum, vt oratio nitidior & accuratior, Sybaritica diceretur. De luxu Sybaritarum in apparandis conuiujs, dictum est in prouerbio, Sybaritica mensa. Sic & Asiaticum dicendi genus venit in prouerbum. Fit enim fere, vt qualis vita, talis sit oratio. Congruet & in orationem arrogantem atque ampullosam. Nam & fastus nomine notati sunt, Sybaritz per plateas.

### A linea incipere.

Ἀπὸ γραμμῆς ἀρχεῖσθαι, id est, A linea incipere dicuntur, qui ab ipso rei exordio sumunt initium. Aristides sophista in Themistocle: Ἀὐτὴ πρῶτῃ θεμιστοκλέους ἐξέτασις καὶ κρίσις, ἐν τῷ ἐν ὄρει τὸν ἀνδρα ἀπὸ γραμμῆς ἀρχεῖσθαι. id est, Hoc primum Themistoclis specimẽ, ac probatio. Hinc virum spectato, à linea exorsus. Is qui in hunc auctorem addidit scholia, putat hoc prouerbum finitimum illi, ἀφ' ἑστῆς ἀρχεῖσθαι, id est, A lare exorsus: sed magis videtur cognatum illis, quæ diximus alibi, A capite, A carceribus. Sic enim vocabant vnde primum emittebatur equi, quod ipsum & oppidum vocatur, auctore Festo. Sumptè est autem metaphora ab his, qui cursu certant in stadiis. Nam iis linea quædam ducitur, ad quam ex quo stent, donec currenti signum accipiant, vt ostendit Aristophanis interpres in eo, quẽ mox citabimus, loco. Tertulianus libro aduersum Marcionem primo: Age igitur ad lineas rursus & ad gradum. Ad lineas dixit, pro eo quod est, ab integro.

A' carco-

*A carceribus.*

Ἀπὸ βαλβίδων, id est, A' repagulis, siue carceribus. Eandem habet sententiam cum eo, quod proxime retulimus. Aristophanes in Vespsis:

Καὶ μὴν δὴνὲς γ' ἀπὸ βαλβίδων πρὸ τῆς ἀρχῆς ἀποδέξω. id est,

Atqui protinus à carceribus, de fonte rei referabo.

Id est, ἀπ' ἀρχῆς δὴνὲς. Interpres ostendit, ut modo diximus metaphoram mutuo sumptam à stadiis, in quibus carceres erant repagula quædam, vnde cursus initium erat, quæ Græci βαλβίδας, seu ἀφικηρίας appellant: iuxta has linea tendebatur, cui insistebant cursuri. Vnde frequentes illæ apud Latinos etiam scriptores formulæ, à carceribus ad metam, à meta ad carceres. Quæ quidem exempla citauimus alibi.

*Νοῦα hirundo.*

Νέα χελιδών, id est, Noua hirundo. Suidas hoc adagium citat ex Auis Aristophanis, fallente, sicut opinatur, memoria. Nam extat apud hunc poetâ in Equitibus, his versibus.

Ἐπιπύκτω γὰρ τοῖς μακρείς, ἐπὶ τῶν τοιαυτῶν, Σκίψου δὲ πῶδες εἰς ὄρεθ' ἄρα, νέα χελιδών. Οἱ δ' ἔβλεπον, κἀγὼν τὸ σῆμα τῶν κρεῶν ἔκλιπτον. id est,

Et enim coquos ego sefelli, satus hæc ad illos:

Speculate pueri, non videtis ver, noua ecce hirundo:

Illi tuentur, interim autem sustuli ipse carnes.

Interpres admonet prouerbiali figura dictum, ac perinde valere, quasi dicas initium veris, propterea quod id temporis appareat hæc auis. Quæ admodum & Horatius:

- Zephyris & hirundine prima.

Suidas ait dici solere, quotiens verba darentur alicui. Sumptum a ioco puerili. Nam hi data opera, nouam hirundinem adsumptantes videre sese, ostendunt aliis: deinde contemplantibus illis & incertis, interim quod volumus furripiunt. Theognis apud Athenæum libro 3. declarat Rhodiis solène fuisse, quot annis publicis votis inuitare hirundinem sub tempus vernum, quod illi χελιδονίαν appellabant, acclamantes in hunc modum: ἦλεε ἦλθε χελιδὼν καλὰς ἄρας ὄγχεσσι καὶ καλὰς ἐναυτῶς. id est, Veni veni hirun-

do, pulchra tempora adducens, ac pulchros annos. Proinde quadrabit in eos, qui falsa spe quampiam iniecta fallunt ac nocent.

*Iouis & regis cerebrum.*

Διὸς ἐγκέφαλος. i. Iouis cerebrū. καὶ βασιλείας ἐγκέφαλος. i. Regis cerebrū. De cibo vehementer opiparo ac suauis. Aut de molliter delicateque viuentibus, Clear chus apud Zenodotum scribit, opiparas epulas apud Persas, Iouis ac regis cerebrum appellari. Athenæus libro 12. docet, Sardapanalum iis, qui voluptatem aliquam essent commenti, Iouis ac regis cerebrum arponere solitum, cibum opinatur, exquisitum. Idem lib. 14. Iouis cerebrum inter secundæ mensæ delicias annumerat. Apud Apuleium in prima Apologia citatur Ennius:

Quid sacrum præterii, cerebrum Iouis pene supremi.

Nestois ad patriam hic capitur, magnæque bonusq;.

Ephippus apud Athenæum, διὸς ἐγκέφαλος, id est, Iouis cerebrum inter secundæ mensæ lautitias commemorat. Idem cibum prælatum νίκταροθ' ἀνέθ' vocat, id est, nestais florem. Atq; alibi vinum, τ' ἀφροδίτης γάλακ, id est, Veneris lac, ab Aristophane nominatum docet. Rursum alio in loco suaues cibos, τ' ἐλένης βρώματα, id est, Helenæ cibos, diolos indicat.

*Ὦνον mouenda moues.*

Ἀκίνητα κινήεις, id est, Non mouenda moues. Quadrabit aut in eos, qui moluntur ἀδύνατον aliquid, aut qui res sacras violant, aut qui pacta mutant, siue qui conuiciis incessunt eos, quibus ob auctoritatem debetur reuerentia. Zenodorus inde natum putat, quod fas non sit mouere neq; aras, neque sepulchra, neq; sacella, quibus reuerentia quædam ac religio debetur. Plutarchus in commentario De dæmonio Socratis, scribit hanc vocem editam euidam euocanti manes amici defuncti, τὰ ακίνητα μὴ κινήειν. Idem ἐκ τῶν ἔρωτ' κἀ νύστυρ in eum, qui receptam de diis opinionem conuelleret videbatur. Meminit huius Plato libro De legibus 8. proferens legem, quam Iouis terminalis appellat, ne quis vicini ciuis, aut hospitis, limites agrorum moueat, ne quis in urbibus, aut regionis pomeria moueat, malitque quisq; laxum ingens mouere, quæ exiguum

guum lapidem, sædere iureque iurando fixum, *χομισας*, inquit, τὰ ἀκίνητα κινεῖν ἀλκιῶς ἔστι εἶναι. id est, Existimans hoc esse vere quod dicitur, non mouenda mouere. Idem lib. De legibus 11. ἐπὶ πολλοῖς γὰρ δὴ λεγόμενοι δὴ τὸ μὴ κινεῖν τὰ ἀκίνητα. id est, Inter multa illud recte sane dicitur. Ne moueris non mouenda. Meminit & eiusdem operis libro tertio.

Et in epigrammate quodam ita legitur:

Ἀκίητων ἀππιταῖς δ' αἰδώς. id est,

Immota haud tægit ne Libitina quidem. Sophocles in Antigone:

Ὀρεσθίς μετ' ἀκίητα διαφρονεῖ φράσσα. i.

Coegeris me non mouenda proloqui.

Idem in Oedipo Colono:

Ἀλλ' ἔγωγ' αὐδ' ἐνὶ ἦδ' ἄκίητ' ἔπυ. id est,

Neq; .n. suaue est uerba in auras eloqui,

Quæ sit nephas mouere.

Plutarchus in libello De auscultando: ἐπιθυμία κινῆσα χορδαὶς τὰς ἀκίητας id est, Cupiditas chordas mouens non mouendas. Idem τῆς ἀδολειχίας,

Κινῆσα χορδαὶς τὰς ἀκίητας φρενῶν. id est,

Fides mouens minime mouendas mentiū.

Eleganter huc adlusit oraculum quod extat in Eiatone Herodoti:

Κινῶσω καὶ ἦλον, ἀκίητόν περ' ἔξωσω. id est,

Et Delum, quamuis sit adhuc immota, mouebo.

Simul enim respexit ad fabulam, siue matris historiam, Delon antea fluitantem, postea fixam in gratiâ Apollinis: Vnde Maro:

Immotamque coli dedit & contemnere ventos.

Neq; mel, neq; apes.

Μέλι μελί, μέλι μέλισσας, id est, Neque mel, neq; apes. In eo dici solitum, qui recusant incommodum ferre, quod sit cum commo- do quoriam coniunctū. Veluti si quis apes quod sine aculeat, nolit perpeti, is nec mel se quidem, quod operat fructur. Res enim mortalium ita temptauerūt superi, ut semper incommoditas comes sit commoditatū. Tryphon grammaticus in figuris hoc exem- plum adfert paræmiæ, citatque ex Sappho poetria Lesbia:

Μητ' ἐμοὶ μέλι, μήτε μέλι πικ. id est,

Neque mihi mel, neque apis.

Celebratur Mimus ad hanc faciens sententiam.

Feras quod lædit, ut quod prodest, pferas.

Eodem pertinet illud Plautinum: Fortiter

malum qui patitur, post potitur bonum. Idem obscurius quidem, sed tamen eleganter innuit Homerus, ut opinamur, per herbam moly, cui radicem nigram, florem læ- teum attribuit, radicis nigre symbolo labo- ris molestiam significans, qua peruenitur ad animi tranquillitatem, virtutis absolu- tæ præmium.

Tullii pro crepitu.

Βῆς ἀντὶ προσῆς, Tullius pro crepitu. Dici solitum, quotiens aliquis perpexus, aliud pro alio simulat. Veluti si " in adulteræ do- mo deprehensus, inegeret se quippiam mer- carum uentile. Translatum ab iis, qui crepi- tum clara tussi dissimulant, quod genus ho- mines etiam hoc tempore non raro magno- rum risu deprehenduntur.

Cornicibus viuacior.

Υπὲρ τὰς κορυίας βιβλιακῶ, id est, Cornicibus viuacior. De vehementer annosis, prouer- bialis hyperbole. Ab auis eius prodigiosa viuacitate sumpta, de qua ita scribit Plu- tarchus in commentario, qui inscribitur Ρηρὶ τῶν ἐκλεισπῶτων ξενικῶν, citans Heli- odum, sub persona Naidis, ætates animalium varias sic complectentem.

Ενία τοι ζωεὶ γενίως λακέρυζα κορυίη

Ἀνδ' ἐνὶ βῶντων, ἔλαφ' ἵ τε τιττακέρυες.

Τρεῖς δ' ἔλαφες ὁ κόραξ γηοσκεταί. ἀντὶ δ'

φοίνε

Ενία τῆς κόρακος, δέ καδ' ἡμεῖς τῆς φοίνικος

Νύμφαι ἐν πλόκαμοι κεραι δ' ἰὸς αἰγίσχου. i.

Ter tria secla hominis trasmitit garru- la cornix,

Quattuor at peragit cornicis tempora ceruus,

Ceruinam ætatē coruus ter præterit ater,

Coruinos annos noues agit Indica phœ- nix.

Atqui crispicomæ, soboles Iouis alma Tonantis,

Egredimur decies phœnicia secula nym- phæ.

Hos versus Hesiados interpretatus vide- tur quidam quisquis fuit. extat autem car- men inter reliquas Maronis appendices.

Estque huiusmodi:

Ter binos, deciesque nouem superexcitia

annos

Iusta senescantum quos implet uita ui- zorum,

Hos

Hos nouies superat viuendo garrula cornix,

Et quater egreditur cornicis secula ceruus Allipudem ceruū ter vincit coruus, at illū Multiplicat nouies phœnix reparabilis ales.

Quem vos pperuo decies præuertitis cœo Nymphæ Hamadryades, quarum longissima vita est.

Hi cohibent fines viuacæ fata animantū, Cetera secreti nouit Deus arbiter æui.

Eandem hanc Hesiōdi sententiam oppidō quā commode, breniterq; reddid Plinius: Hesiōdus, inquiens, cornici nouem nostras attribuit ætates: quadruplum eius ceruus: iteriplicatum coruis. Etiam si nonnullis auctoribus hæc fabulosa videtur. Inter quos Aristoteles arbitratur homine nullū aliud animal esse viuacius, excepto vno elephanto. Martialis:

Et cornicibus omnibus superstes. Deanimum viuace. Item Horatius in Odis:

- Seruatura diu, parem Cornicis vetulæ temporibus Lycen.

Eodem pertinet quod philosophus ille mortuus, cornicibus inuidisse legitur longuitatem, quam natura negasset homini. Syncellus in epistola quadā: Εἰκός ἐστὶ κορυδαίν; ἰναυτὸς ἀγγεῖ πῖε ἡμῖν, τὸν δὲ καὶ οὐκ ἔσται. id est, Contentaneum est iustissimum principem, cornicis annis apud nos imperatorum esse.

Tithoni senectas.

Τῆσσι γῆρας, id est, Tithoni senectas. Fabulæ tradunt Tithonum adamatum ab Aurora in cœlum sublatum fuisse, atq; illius succo perfusum, ad tãtam peruenisse senectutem, vt tandem optauerit, vt in cicadam vertetur. Lucianus in quodam dialogo: καὶ ὑπὲρ τῆσσι γῆρας ἵδ' ἔσται. id est, Atque vltra Tithonum viuēbat senex. Huius Tithonis personam inducit Aristo Chius in libro de senectute, propter viuacitatis miraculum, vt testatur in Catone M. Cicero. Suidas adagiū refert hunc in modum, κατὰ κῆδ' αὐτῆσσι γῆρας βρεῖν τῆσσι. id est, Senescas Tithono profundius.

Nestorea senectas.

ΙΧΙΔΕΜ certe apud Latinos Nestoris anni in proverbiū abierunt, cui tres ætates attribuit Homerus in Odyssæa tertio:

Τρεῖς γὰρ δ' ἄμην φασὶν ἀνέξαδ' αὖ γῆε αἰδ' εἶν. i. Illum iam exegisse hominum tria secula fama est.

Idem affirmat in primo Iliados. Quod ipse Nestor de se testat apud Ouid. 12. Met.

- Vixi Annos bis centū, nunc tertia viuatur ætas. Vbi ætas pro centum annis vsurpatur. Et Iuuenalis:

- Atque suos iam dextra computat annos Tertiam ætatem indicans. Breuiter prouerbii faciē habebit, quidquid ab iis sumerunt, qui insigni viuacitate fuerunt. Vt phœnice viuacior, quem Hesiōdus scribit, nouem corui ætates viuere: & ceruus viuacior: coruus viuacior: & Tiresia viuacior, quem Tragedia fingit sex ætates hominū vixisse. Et Scribus viuacior, quos Græcis historis proditum est, trecentos annos viuere. Quod genus exempli si quis desideret, legat Lucianum de Macrobii, id est, longæuis, & Plinii 7. libri caput quadragesimum octauum.

Vltra pensum vitis.

LEPIDVM est, quod ait Lucianus in Philopseude: ὑπὲρ τὸν ἀπὸ τῆσσι γῆρας βίον, id est, iam enim vltra solum viuūt: hoc est, vult vltra fatalem diem. Adhuc ad Parcarum fufos, quibus æuum mortalium euolui fabulantur poetæ. Quin & Philosophi metani vitæ fatalem, periodum appellant, quam prætercurrere nulli fas sit.

Facile cum valemus, recta consilia ægrotis damus.

IN Adria Terentiana ab adolescente non admodum cordato, cordatissima simul & elegantissima sententia profertur, Facile cum valemus recta consilia ægrotis damus. Tu si hic sis, aliter sentias. Ea nata viuēt ab oraculo Thaletis philosophi. Nam is, vt auctor est Laertius, interrogatus quidnam esset difficilimum, respondit γνῶναι σεαυτὸν, id est, nosse seipsum: quid facillimum, respondit ἄλλ' ὑπὸ πρὸς βίωσιν, id est, alteri consilium dare. Comicus autem translationis gratiam admiscuit Euripides in Alceſtide:

Μὴ οὐδ' ὑπὲρ βῶν, ἀλλ' ἐνασιμῶς φέρε. id est, Ne nimius hic dolor esto, sed modice feras.

Verba sunt Herculis Admetum consolantis super vxoris morte, At ille:

Ἐὐδὸν πρᾶν ἢ πᾶσι κερταρῶν. id est, Facilius est monere, quàm situm in malis Animo imperare.

Pertur & huic similis sententia prouerbialis:

Ἀπαντες ἐγὼ εἰς τὰ κατὰ ἐν σοφοί,

Ἄντο δὲ ἄμκρταίοντες, ἔγινώσκωμεν. id est, In admonendo sapimus omnes, verum vbi Peccamus ipb, non videmus propria.

Ducta est sententia à communibus hominum moribus. Omnes enim ægrotantibus recte præcipiunt, quid fugiendum, quid agendum, & obiurgant nõnunquam, quod salutis causa non obtemperent bene monentibus. Ipsis posteaquam in morbum incidunt, non succurrunt illa præclara monita, sed aliis item monitoribus & obiurgatoribus est opus. Porro cupiditas omnis animi morbus est, quo velut excecatus, aut nõ perspicit, aut si perspicit, sequi nõ vult ea, quæ sunt ad salutem necessaria. Nam Phædria Terentianus prudens & sciens in flammam manum mittit, & viuis vidensq; perit. Item Horatius fugienda sequitur, fugiens que profere credit. Perspicit auarus aliquando, quàm prodigiosa res sit ambitio. Contra, ambitiosus auari morbum peruidet, & vter que alteri in alieno malo recte consuluit, neuter in suo sapit.

*Quæ supra nos, nihil ad nos.*

Τὸ ὑπὲρ ἡμᾶς, ἔδεν πρὸς ἡμᾶς, id est, Quæ supra nos, nihil ad nos. Dicitur Socraticum, detestans à curiosa vestigatione rerum cœlestium & arcanorum naturæ. Refertur puerbii vice à Lactantio lib. 3. capite 20. Ex his, inquit, vnum eligam, quod ab omnibus sit probatum, celebre. Hoc prouerbium Socrates habuit: Quod supra nos, nihil ad nos. Vertere licebit & in contrarium, Quæ infra nos, nihil ad nos. Vbi huiusmodi res leuiusculas, quàm ut nobis curæ esse debeat.

*Notum lippis ac tonsoribus.*

Quæ iam in ora vulgi abierunt, omnibus tonsoribus ac lippis nota dicuntur: propterea quod olim in tonstrinarum confessibus omnes rumores narrari cõsueuerunt. Quod indicat Aristophanes in Pluto:

Καὶ τοι λῆθ' ἔ' ἢν, ἢ τὸν ἡρακλῆα πολὺς

Ἐπὶ τοῖσι κερταίσι τῶν κηβῶν, ἢν,

Ὡς ἔφατις ἀνὴρ γυγίνεται πλοσθ'. id est,

Hercle profecto sermo erat videlicet,

In officinis desidentium frequens

Tonsoriis, hominem repente diuitem Factum esse.

Et apud Terentium Antipho, in tonstrina de puella cognoscit. Item Horatius de tonstrina:

- Gaudent vbi vertice raso

Garrula securi narrare pericula nautæ.

Idem in sermonibus:

- Opinor

Omnibus & lippis notum & tonsoribus esse. Vbi prouerbium explicuit, significans rem vulgo iactatam. Nam lippi in tonsorum officinis desident, expectantes remedium oculorum. De tonsorum garrulitate complura lecta digna recenset Plutarchus in libello, quem scripsit De futili loquacitate. Quorum vnum illud referre non pigebit. Cum aliquando, inquit, in tonstrina sermo esset de Dionysio, dicereturque tyrannidẽ illius adamantissimam esse & inexpugnabilem, ridens tonsor, Hęcine, inquit, loqui vos de Dionysio, in cuius iugulo ego. subinde teneo noniaculam? Quod dictum simulatque Dionysius rescisset, tonsorem in crucem sustulit, atque ita quod ait Plinius, voces per ingulum redire in auctorem. Vt autem tonstrorum genus vsque adeo loquax sit, id existimat esse in causa, quod in eorum officinis loquacissimi qui que conueniant, desidentq; quorum assiduo conuictu garrulitatis morbo inficiuntur & ipsi. Quas ob res Theophrastus, vt idem testis est Plutarchus, τὰ κερταῖα ἀνα συμποσια, id est, sine vino conuersiones appellauit, quod illic loquacitate ceu temulenti reddatur homines. Simili infamia laborant balneatores, quod illic quoque desideant otiosi, garrientes quidlibet. Quin hunc factum est, vt veteres ærarias officinas λέχας dixerint, vt indicauit Ioannes grãmaticus, quod hybernis frigoribus huc sese turbatenuium tẽporis gratia conferre consueuerit, ibique desidens otiosis fabulis tempus fallere. Hęc loca velut ignauis apta Hesiodus iubet vitare agricolam.

Ἐπὶ δ' ἰθὶ χαλκῶσι θῶκον καὶ ἐπαλέα λέχῶσι

Ὡς χειμῶν. id est,

Mentibus hybernis valeat ferraria sedes,

Ac nuge tepide.

Optat ephippia bos piger, optat arare caballus.

Optat ephippia bos piger, optat arare caballus.

Vitium

Vitium illud significans humanis ingenii insitum, vt semper alienam sortem magis mirentur, suam contemnant ac fastidiant, optent in experta, experta damnent. Siquidem ephippia vocantur, quas vulgo fellas equestres appellant, additas in hoc, vt com-modius sedeat eques: Veteres bubus arabāt, non equis. Videtur esse sumpta allegoria ex apologo quopiā. Citra metaphoram dixit Terentius: Nostri nosmet pernitet.

*Fertilior seges est alieno in aruo.*

**OVIDIUS** mutauit metaphoram, eundē explicans sensum:

Fertilior seges est alieno semper in aruo.

Vicinumq; pecus grandius vber habet.

Pertius satyra sexta:

Securus & angulus ille

Victimi, quia pinguior.

In eandem sententiam celebratur & Mimus, vius, ex illis Publii ab Aulo Gellio laudatis:

Aliena nobis, nostra plus aliis placent.

Et Horatius:

Qui sit Meccenas, vt nemo quam sibi sortem,

Seu ratio dederit, seu fors obiecerit, illa

Contentus viuat, laudet diuersa sequētes?

*Fecem bibat, qui vinum bibit.*

**HALVD** dubium quin prouerbialiter dixerit Aristophanes in Pluto, fecem epotādam eidem, qui vinum ebrius ebiberit: id est, qui fruitus sit optimis, eundem boni, consulere debere deteriora:

Ὅμως δ' ἐπειθὴ καὶ τὸν οἶνον ἐξίπης,

Ἴψων σωμαπορέων ἐστὶν πλὴν τῆς ὕλης. id est,

At vbi haud grauatus bibere vinum ex, sex

item

Tibi nunc eidem est ebibenda scilicet.

Verba Chremyli de muliere, quae quondam vernans ac florens grate placuerat, tum anus fastidiebatur à iuene.

*Crasso, Crasso diuor.*

**APVD** Græcos opulentia Cræsi Lydorum regis in prouerbium abiit, præsertim nobilitata dicto Solonis. Apud Romanos item M. Crassi, cui cognomen tum etiam diuitiarum additum est. Hic negabat diuitem esse, nisi qui redditu annuo legionem tueri posset. In agris suis sestertium vicies mille possedit. Commemorantur & alii nonnulli apud

Plinium libro 33. cap. 10. & item 3. qui immodicas opes possederunt, atque in his est Aristoteles, cuius hæredes in auctione septuaginta patiuas venum produxisse leguntur. Verum non itidem in vulgi celsere sermone. Proinde nihil attinet hoc loco referre. Festiuor erit adagii figura, si numerum etiā commutemus, vt diuus Hieronymus: Cræsos licet spires, & Darios, litteræ marsupium non sequuntur. Horatius & Arabum gazas dixit, pro cumulatis opibus, non sine specie prouerbiali, quemadmodum & Perlicos apparatus, pro nimis exquisitis ac sumptuosus.

*Pactoli oper.*

**Τῆς ΠΑΚΤΩΛΟΣ ΠΛῆΤΟΝ**, id est, Pactoli diuitias, pro summis opibus alicubi dixit Iulio Strabon. Est autē Pactolus Lydiæ fluius, ex monte Tmolus profluens, aureis scatens arenis, vnde & χρυσόβας, à poetis cognominatus. Cuiusmodi narratur & Tagus in Hiberia, & Ganges in India, & Hebrus in Thracia. Plinius addit Padum in Italia, negatq; vllū esse aurum absolutius, quam id, quod in fluuiis reperitur, vt pote cursu ipso tritum; per politum. Horatius in Epodis:

Sis pecore & multa diues tellure licebit,

Tibiq; Pactolus fluat. Iuuenalis:

Tanti tibi non sit opaci

Omnis arena Tagi, quodq; in mare voluitur aurum.

Has hyperbolas in variis vsus accommodare licebit. Veluti si quis dicat: Hos tantos sumptus sustinere nemo queat, ne si Pactolus quidem in domi fluat Huius hominis cupiditatem ne Tagus quidem ipse possit explere. Nihil mediocre sperabat, sed totos Pactolos ac Tagos animo conceperat. Aut Pactolos pollicebatur, id est, diuitias essetissimas.

*Iro, Codro pauperior.*

**CONTRA**, Iri & Codri paupertas prouerbium locum fecit. Ouidius:

Irus erit subito, qui modo Cræsus erat.

De Codro Iuuenalis:

Tota domus Codris rheda cōponitur vna. De Iro mentionem facit Homerus Odysseæ. Scribitque eum publicum fuisse mendicum apud Ithacenses, corpore specieq; prægrandi, à matre dictum Arnzum, à iuuenibus Irum fuisse nominatum, quod irer nū-

N 2 cius,

cius, quo iussus esset. Cum hoc commissus Ulysses, cum haberetur & ipse pro mendico eiecit hominem: *Quin* & *Hecale* paupertate nobilis est, cuius meminit *Plautus* in *Cistellaria*: *Siquidem* eris *ut volo*, nunquam *Hecale* fiet. *Meminit* & *Quidius*:

Cur nemo est *Hecalen*, nulla est quæ ceperit *Irum*.

Nempe quod alter *egens*, altera pauper erat.

His formulis quot modis uti liceat, in opere xis ingressu satis ostendimus.

*Myforum postremus.*

*Μυσῶν ἔχατθ*, id est, *Myforū* extremus. *Strabo* *Geographi* lib. 12. refert *Myforum* populum usque adeo contemptum fuisse, ut proverbio locum fecerit. Id usurpat *M. Tullius* in oratione pro *Lucio Flacco*. *Quid*, inquit, porro in *Græco* sermone tam tritum atque celebratum est, quam si quis despiciatui ducitur, ut *Myforum* ultimus esse dicatur? Idem ad *Quintum fratrem*: *Nisi* me forte *Pacomi* nescio cuius hominis, ne *Græci* quidem, at *Myfi*, aut *Phrygis* potius quærelis moueri putas. nimirum gentis eius contemptum declarans. *Summum* itaque despectum, & infamam humilitatem hoc adagio significabimus.

*Myforum ultimus nauigat.*

*Ἐχατθ μυσῶν πλεῖν*, id est, *Myforum* postremus nauigare, proverbiali ioco dicebatur, qui frustra laboraret. *Origo* proverbii, sicuti fit in plerisque, non vno narratur modo. *Quidam* tradunt olim *Græcis* pestilentia laborantibus, oraculo responsum esse, ut ad ultimum *Myforum* nauigarent. *Ac* primum quidem ambigebant, quid sibi vellet oraculum. Tandem diu circumacti repererunt *Aeolidem* in extremis *Myforum* esse sitam, atque eo demigrandum esse monuisse numen. *Alii* scribunt *Telepho*, post interemptos auunculos, consulenti *Pytium*, quo gentium sibi demigrandum foret: nam antiquitus mos erat homicidis solum vertere: responsum, uti ad extremam *Myforum* regionem sese conferret: venissetque in *Teuthraniam*, quæ *Myfiæ* extrema pars, atque eius loci principatum obtinuisse. *Sunt* qui dicant, hunc non ob eandem auunculorum fugisse, sed uti matrem quæreret, quam in *Teuthrania* tandem inuenit. *Proverbium* autem dictatum,

ubi dura quæpiam imperarentur, factique difficilia.

*Tangere vlcus.*

*Κινῶν ἢ ἐγγυαν τὸ ἔλκθ*, id est, *Mouere* seu *tangere* vlcus est mouere dolorem, eiusque rei facere mentionem, quæ nos magnopere urit, *Terentius*: *Quid* minus necesse fuit, quam hoc vlcus tangere? *Quo loco* *Donatus* admonet subesse proverbium. *Octavius Augustus*, ut auctor est *Tranquillus*, *filiarium Iuliarum*, & neptis infamem vitam, morte ipsa grauius tulit, nec eas aliter appellare cõsuevit, quam tres vomicas, aut tria carcinomata sua, nimirum quod earum non sine magno dolore suo recordaretur. *Hanc Metaphoram* *M. Tullius* oppido quam eleganter expressit in *Clodium*, qui populum fame iam exasperatum, concionibus insuper seditiosis in rabiem agebat. *Ut tu*, inquit, in hoc vlcere tanquam vnguis existeres. *Plutarchus* de adulatione: *Κερφίς δὲ λάρυγγος σκωτθ ἔλκθ*, id est, *Arcani sermonis* cum mouisset vlcus.

*Odorari, ac similes aliquos metaphoræ.*

*TRANSLATIONES* quæ ducuntur à corporis sensibus, quoniam velut ad manū sunt, & quasi de proximo sumuntur, omnes ferme proverbiales sunt, quemadmodum admonuimus in operis huius initio. *Velut* odorari pro resciscere, & sagaciter deprehensum, atque animaduersum cognoscere. *Odor* pro suspitione ac rumore. *Cicero*: *Est* nonnullus odor dictaturæ. *Olfacere* apud *Terentium* in *Adelphis* pro deprehendere. *Subolere* apud eundem, pro suspectum esse. *Obolere* pro molestum esse, aut esse in suspitione. *Vnde* & *nasuti* dicuntur, & emundæ *naribus*, & *mucosis* *naribus*. *Denique* *nasus* ipse in proverbium abiit pro iudicio. *Horatius*:

Non quia nullus illis nasus erat.  
Et putent quæ displicent. *Huc* pertinent & illa, *Olet* mendacium. *Redolent* *Atticisimū*. *Olent* *lucernam*. *Itidem* gustum rei vocamus, veluti primam illam experientiam & degustationem, quasi que specimen. *Cicero* ad *Atticum*: *Hominem* degustus. *Idem* ad eundem. *Et* *Latinus* ille tuus *Atticisimus* ex intervallo regustandus. *Vnde* & *saluam* primam dicimus primum illum gustum, quem pueri tanquam à nutricibus imbibimus. *Et* palato satisfacere dicitur, quod animo placet.

placet. Et deuorare dicimur, cum rem aliqui acerbam, veluti citra sensum perfertimus, translatione sumpta ab his, qui amara catapotia, tanquam inuito palato solēt absorbere. Vnde aliquoties apud Ciceroem & Fabium, Deuorare tedium, absorbere molestiam. Affinia sunt illa, Sapiunt arrogantiam. Respiunt iuvenile quiddam. Concoquere item, pro vincere molestiam. Nausea, cum tedium audire. Euomere, dicere quod dolor non sinebat reticere. Et expuere miseriam ex animo. Consputare, pro lacessere maledictis. Despuere, pro contē nere. Stomachari, pro indignari. A visu itē multē ducunt metaphorę, vt oculis ferre, pro vehemēter amare, curęque habere. In oculis esse obseruari oculis, pro eo qd est recordari, & in memoria cogitationeque esse. Respicere, curā agere, & rationem habere. Prospicere, in posterum consulere. Despicere, fastidire. Susplicere, mirari. Connuocere pro data opera dissimulare. Cęcutire, hallucinari, pro falli iudicio. Verum hęc longius persequi, nec huius est instituti, & infiniti fuerit operis. Quare quanquam istiusmodi videntur ad prouerbiorum cognitionem pertinere, tamen ea minuitur exactiusque conquirere, non est sententia.

*Mihi istic nec feruitur, nec metiur.*

**PLAVTVS** in Epidico, sanē quam elegans adagium vsurpauit: Mihi, inquit, istic nec feruitur, nec metiur: id est, ista res nihil ad me pertinet, vt que neque meo fiat periculo, neque enolumento. Metaphora norissima est. Etenim qui sententem facit, is suo impendio suoque periculo facit: qui metit, compedium accipit, & in tuto est. Diuersum est huic quod est apud Plautum in Mercatore: Tibi aras, tibi occas, tibi seris, tibi eidem metis.

*Ab ipso lare.*

**Αφ' εσίας αρχη**, id est, A' lare incipe, hoc est, a domesticis ac familiaribus initium sumito. Recte dicitur in magistratus, & alienę vitę censores, quorum officium est, vt in primis suos, suorumque vitam corrigant. Nam **εσιαν** Gręci vocant, quem nos Larem ac Vestram vocamus. Aristophanes σφαιρις, *Ουκ αλλ' ινα*  
**Αφ' εσίας αρχόμεθ' επι της ψωτινά**, id est, Nō, verū vt aliquē exorsus a lare obterami,

Ductū a vetusto ritu sacrorū, in quibus primitiæ laribus immolabantur. Aristocritus citante interprete, fellabam huiusmodi refert. Cum deicitis Titanibus Iupiter imperio potius esset. Vestz permittit optionem, vt quidquid veller eligeret regni e partib⁹. Illa primum virginitatem poposcit: deinde sacrorum omnium, quę diis immolarēt homines, primitias. Inde abiisse in consuetudinem, vt in omni sacro primę partes lari tribuerentur. Vfus est hoc adagio Plato in Euthyphrone: **Βηλομην αν ωσωμακτες, αλλ' δ' εφ' οδω μη τ' αν τ' ιον γενεται**. A τεχνας γαρ αφ' εσίας δοκει μοι αρχιδου κακω γων τινυ πολιν, σε επι χειρων αδικειν. id est, Equidem cupiam, veram vereor ne res in diuersum exeat. Nam mihi quidem lædendę Reipublicę ab ipso lare facere videtur initium, cum te tentat lædere Plutarchus in libello de Polyphilia: **Ρρωτον μλι εν ωσπερ αφ' εσίας αρχεσμενοι**, id est, Primum igitur velut a lare exorsī. Totidem ferme verbis vtitur in commentario, **Ρειδ των υπο τδ βιν βραδεις τιμωρμενων**. Vsurpat & in libello, quem scripsit aduersus Herodotū. Aristides in Pericle: **Ο δι αφ' εσίας αρχεσμεν' της απος αντηδ' ο συμμιτρων ηρωτο, προ τδ πλεονθ**. id est, At ille a suo ipsius exorsus lare, maluit æqualitate sequi, quam reliquos antecellere. Interpres admonet dici solitum de iis, qui ab ipso statim initio, vel boni sunt, vel mali. Quasi dicas, ab ipsis incunabulis, quod Lat statim nascentes excipiat.

*Propria vineta cadere.*

**HVIC** affine est illud Horatianum: Vt vineta egomet cędam mea. Id est, vt a me ipse incipiam, & poetas ipse poeta carpsam, ac lacerem. Translatum videri potest vel ab amputantibus vineam, vel ab iis, qui per iniuriā nouellas vites lædunt. Horatius in Epistolis: Multa quidem nobis facimus mala sæpe poetę, Vt vineta egomet cędam mea.

*Aedibus in nostris que praua, ane recta geruntur.*

**AVLVVS** Gellius scribit hunc' Homericum versiculum, qui est Odissę δ'. prouerbii vice semper in ore fuisse: **Οπι τοι εν μεγαροισι κακων τ' αγαθων τε τετυκται**, id est, N 3 Aedibus



Aedibus in nostris quæ praua, aut recta gerantur.

Quod alii tribuunt Socrati, Diocles ascribit Diogeni, vt refert Laertius. Socrates autem hoc dicto dehortans à studio rerum naturalium, ac supernaturalium, item à disciplinis mathematicis, reuocabat ad curam moralis philosophiæ, quod hæc tractat ea, quæ proprie ad nos pertinent. Plutarchus in commentario De seruadâ bona valetudine, pro uerbis vice vsurpauit: *Εἰ μάλλον ἀντὶν οἰται προσίκαν γωμικήν ἢ διαλεκτικὴν καὶ μετρικὴν ἢ ῥα δῶαι μεταποιέμενον. ἢ ζῆται καὶ μετῶν βεβλόμενον.*

*Ὅπτιοίεν μεγαροισικκῆν τ' ἀγκῶν τε τέκτων.* id est,

Si magis officii sui putat esse, vt in geometriæ, dialecticæ, musicæq; studio versari videat, quàm vt inquirat, cupiatq; cognoscere,

Aedibus in propriis quæ praua, aut recta gerantur.

Quo versus monemur, vt ea potissimùm, quæ ad nos ipsos pertinēt curemus, externa atq; aliena ne inquiramus. Quo vitio festiuiter Martialis Ollum quendam notat, qui maiorum alienorum erat obseruator curiosissimus, & taxator acerrimus, cum ipse vxorem haberet adulteram, filiam viro maturâ, deberetq; etiamnum pro togula. Diogenes Cynicus, cui carmen hoc, vt modo diximus, semper in ore consuevit esse, grammaticos nimis ridicula facere aiebat, qui tanto studio Vlyssis mala inquirerent, sua ignorarent. Huc referri potest & illud apud Homerum pene solenne: Habetur enim Iliados 7. *Ὀδισσ. α. θ. & φ.*

*Ἀλλ' εἰς οἶκον ἴστα τὰ σκευῆς ἔργα τῆμιζε. i.*

Quin in recta abiens, tua propria munia cura.

Plutarchus, *πολυπραγμοσύνην* definit, *φιλομετῶν ἀλλοτριῶν κελῶν*, id est, Curiositate, studium aliena mala cognoscēdi. Atq; id hominum genus lamii similes ait, quæ domi oculos reconditos habent, foras egressuræ reponunt. Atque ita fit, vt domi cæciant, foris sint oculatissimæ. In huiusmodi præpostere oculatos eneganter toseris illud Sophoclis de senibus dictum:

*Φόβῳ εἰς Ἀλυσῶν, ἔγγυεν δὲ παρ' εὐφροδῆς. i.*

Procul videns, sed cominus videns nihil. Nam id senibus accidit, vt propius admota non cernant, longius semota videant, atque huius rei causam reddit Plutarchus Con-

uiuialium quæstionum prima decade.

*Tecum habita.*

PROXIMUM Homericò carmini videtur & illud eiusdem Persii:

*Tecum habita, vt noris quàm sit tibi curta supellex.*

Id est, domi tuæ vino, vt intelligas, quàm tenuis sit tua fortuna. Translatum ab iis, qui in principum familiis agunt, & vt vulgo fit, ex alienis opibus perinde quasi suis intumescunt, quibus si domi viuendum sit, vix salinam habeant quod apponant. *Tecum igitur habita*, id est, tuapte supellectile te metire, ac tuis ipsius malis bonisve te ipsum expende. Haud scimus an huc pertineat quod scribit M. Tullius in Catone maiore, *Secum vt dicitur viuere.*

*Messe tenuis propria viue.*

IDEM diuersa explicuit metaphora Persius satyra 6.

*Messe tenuis propria viue.*

Id est, Sumptum facito pro modo facultatum tuarum. Ab agricolis traductum, qui sumptus annuis agrorum prouentibus metiuntur. Neque enim res consistere potest, cum quæstum superat sumptus, quemadmodum ait Plautus. Ostentatorem diuitiarum elegante verbo Alexis apud Atheniũ lib. 6. *πτωχολαζόνε* dixit, eodem verbo declarans factum cum paupertate coniunctũ.

*Tuo te pede metire.*

AD eandem sententiam pertinet illud Horatianum.

Metiri se quæquæ suo modulo, ac pede, vt tum est.

Lucianus in libello, cui titulus, *ὅπερ τῶν εὐκλῶν*: *Ἀλλὰ διακρίεις καὶ περιμετρήεις τῶν δικίων μέτρῳ ἑκάστῳ.* i. Verum diuidices dimetiariisq; propria vtunq; mensura. Nimirũ hoc est quod dixit Horatius, suo modulo, *οἰκίῳ μέτρῳ*, & tanquam interpres, sui adiecit, ac pede. Pindarus item:

*Χρὴ δὲ καὶ ἀντὶν αἰὶ παντός ὄρεον μέτρον. i.* Oportet autem iuxta suam quæquæ conditionem vnus cuiusq; rei spectare modum.

Et Aristophanes in Auidibus:

*Οὐκ ἀναμετρήσει, σκευῶν ἀπὸν ἀλλαχῶ. i.* Non ipse te remetietis hinc loci

Alio profectus.

Monet adagium, ne quis se dilatat ultra conditionem

ditionem suam, neue seipsum ex assentatorum laudibus, aut vulgi opinione, aut fortunæ favore, verum propriis ac veris dotibus, animique virtutibus æstimet. Translatum ab iis, qui corporis humani modum, pedum numero æstimant. Porro iusta cuiusque hominis mensura, septem ipsius pedibus constat, si quid pictoribus & statuariis credimus. Eodem pertinet illud Martialis:

Qui sua metitur pondera, ferre potest.

*Non videmus mantica, quod in tergo est.*

**C A T V L L V S** in Sczazonte:

Sed nō videmus maticæ, quod in tergo est.

Id est, Non videmus nostra ipsorum vitia, cum aliena curiosis oculis perspiciamus.

Proverbum natum est ex Apologo quoriam

Aesopico, qui fertur huiusmodi apud Sczobæum: *Αἰώωνθ' ἐφ' ἄνδρ' ἡμεῶν περὶ τὰς ἐπιπέδας, καὶ εἰς*

*φίσην. τίω μὲν ἔμπροσθεν, τίω δ' ὀπίσσω, καὶ εἰς*

*μὲν τίω ἔμπροσθεν ἀποτιθέμεν τὰ τῶν ἄλλων*

*κακουργήματα, εἰς δὲ τίω ὀπίσσω τὰ ἑαυτῶν.*

Quorum verborum hæc ferme sententia,

Finxit Aesopus singulos mortales binas habere manticas, hoc est, peras, alteram ante

pectus, alteram à scapulis tergoque propendentem. Sed in prioribus, inquit, aliena vitia

immitimus, in posterioribus nostra. Persius:

Vt nemo in sese tentat descendere nemo,

Sed præcedenti spectatur mantica tergo.

Horatius.

Respicere ignoto discet pendentia tergo.

Diuus Hieronymus: Sed illa est vera inter

amicos reprehensio, si nostra opera non videntes, aliorum, iuxta Persium, manticam

consideremus.

*Festucam ex alterius oculo eicere.*

**H A N C** humani ingenii cæcæ φιλαυτίου

poetarum litteræ notarunt. Horatius.

Cum tua, inquit, peruideas oculis mala

lippus inunctis,

Cur in amicorum vitiis tam cernis acutum,

Quam aut aquila, aut serpens Epidaurius?

Idem alibi:

Qui ne tuberibus propriis offendat amicum

Postulat, ignoscat verrucis illius æquū est.

Quod ipsum proverbiū speciem euiēntem ante se gerit. Tubera maiora vitia dixit, verucas

minora, quæ alibi neuos appellavit.

*Intra tuam pelliculam te comine.*

**I N T R A** tuam pelliculam te contine. Porphyrius proverbum esse admonet, quo vetatur oblitus fortis nostræ, maiora conari, quàm pro nostra facultate. Idque inde sumptū putat, quod olim ductores in pellibus, hoc est, pelliceis tentoriis dormitarent. Sed videtur rectius referri ad asinum illum Cumanum, quem Apologi fabulantur adaptasse sibi leonis exuvium, atque ita sese ad tempus pro leone gessisse: Verum eam rem illi magno fuisse malo, cum agnitus, & magno omnium risu, aliena appositiatque; exutus pelle, sustibus ad necem caderetur. Neque absurdum quis ad Cleonem Atheniensem referat, qui ex Byrsopola, hoc est, coriario creatus exercitus ductor, fortuna favente victoriam perstravit, capta pylo, quam ipsius civitatem furto spoliavit, atque ad eum modum ad summas opes euectus est: tandem per alium eiectus maleque acceptus, pœnas dedit, quod non in propria pelle quiesceret. Hic inducitur in Aristophanis comœdia, cui titulus Equites, neque non aliis locis subinde mordetur ab eodem poeta. Huc nimirum videtur aduississe Plautus, cum militem gloriosum & iactabundum fingit elephantino corio circumtectum, non suo, siue quod stolidū significaret, siue quod maiora, quàm pro facultate loquentem. Horatius.

Et merito, quoniam in propria non pelle quiescem.

Martialis in sutores quendam, qui Cleonis exemplo, prius ad summas euectus divitias, ut ventu erant, ita velum in altum sustulit: deinde ad pristinam rursus inopiam largitionibus suis redactus est, ut nihil iam esset nisi cerdo.

Lusisti, inquit, satis est: sed te mihi crede, memento

Intra pelliculam cerdo tenere tuam.

Item Seneca in Epistolis: Sapientem vndique submouent, & intra cutem suam cogunt.

Idcirca metaphoram sic extulit Ovidius:

Crede mihi, bene qui latuit, bene vixit, & intra

Fortunam debet quisque manere suam.

Adhuc huc & Lucianus in Imaginibus, & *Ἐπιπέδων ἐπὶ τῶν ὑπερχρότων.* id est, Non iam manent in his quæ adfunt: de his qui fortunæ successibus elati, suæ conditionis non

satis meminerunt. Denique non absurdum

videtur, si prouerbum referatur ad Marsiz exoriati fabulam, qui quoniam parum memor suæ conditionis, ausus est cum Appoline certare, sua pelle exutus est.

*Pennas nido maiores extendere.*

Es t apud Horatium in Epistolis, non dubium quin prouerbialis metaphora, Pénas nido maiores extendere, pro eo quod est ré, fortunamque, quam mediocrem aut tenuem à maioribus acceperis, auctiorem reddere. Quod quidem, si virtute fiat, summa laus est, tantum abest vt vitio dandum existimemus.

Me, inquit, libertino natum patre, & in tenui re,

Vt quantum generi demas, virtutibus addas.

Translatum ab auium pullis, qui sic grandescunt, subnascentibus, plumis, vt materno nido capi non possint.

*In suum ipsius sinum inspuere.*

H A c nostra tempestate multis regionibus hoc circumfertur adagium. Iubent enim hominem aliena vitia taxantem, in suum ipsius sinum inspuere, tanquam admonentes, vt domesticorum malorum recodatione desinat arrogantius insectari vitam alienam. Idem antiquis fieri solere, colligi vtcunque potest ex verbis Plinianis, qui lib. 28. cap. 4. scribit hunc in modum: Veniam quoque à deis, spei alicuius audacioris petimus, in sinum inspuendo. Idem in eodem capite scribit ex auctoritate Salpæ, torporem sedari quocunque membro insupente, si quis in sinum expuat. Quorum vtrunque non prorsus abhorret à nostro vulgato prouerbio. Siquidem qui carpit aliena, spe quadam improba peccat, quasi speret sibi nihil simile à quoquam opprobrii posse, cū nemo sit, qui non aliquo vitio teneatur. Et q. proprii mali, quasi sui ipsius sensu caret, eum torpore quodam tenetur. Seneca libro De beneficiis septimo: Fortasse vitium de quo quereris, si te diligenter excusseris, in sinu inuenies. Lucianus in apologia De mercede feruentibus, καὶ ὅτι γὰρ εἰς τὸν κόλπον πύσσειας περὶ τοῦ νεῖδου καταγορεύει. id est, Quodque non prius in tuum ipsius sinum inspueris, quam accusare cœperis. Idem in votis, ἴπτε

μελῶς γὰρ εἰς τὸν κόλπον πύσσειας περὶ τοῦ νεῖδου καταγορεύει. Idem indicat Theocritus Eclogæ sexta. Nam Pollyphemus cum paullo arrogantius suâ formam extuisset:

Ὡς μὴ βασκανῶ δὲ, τῆς εἰς ἐμὸν ἐπιπύσει κόλπον.

Ταῦτα γὰρ ἀργαῖα με κοτυτάρεις ἐξείδ' ἰδέειν. Quorum carminum hæc ferme sententia est. Ne quid me lædat inuidia, neue noccat fascinatior, ter in meum inspuam sinum. Nam id me Cotytaris anus docuit. Scholiastes addit eum morem sua etiamnum ætate durasse mulierculis, vt abominantes inuidiam in sinum expuant. Refert & Callimachi versum:

Δαίμων, τὸ κόλποισιν ἐπιπύσει γυναικί. O fortuna, sinum mulier cur conspuat omnis.

Huc fortasse pertinet, quod ait Lucianus in Necyomantia, Τῆς ἄν' ἡμῶν πρὸς τὸ πρόσωπον ἐπιπύσειας. id est, Postea quam ter mihi despuisset in faciem. Nec aliuam hinc est, quod in secunda Satyra scripsit Persius:

Frontemque atq; vda labella  
Infami digito, & lustralibus ante saluis  
Expiait.

Et simili superstitione profectum est, quod indicat Athenæus libro primo, piscos ad depellenda mala solitos ter abstergeri. Refert versiculum hunc Cyrenzi:

Τῆς δ' ἀπομαξαμίνοισι βίαι δίδουσιν ἀμύρον. id est,

Ter vero abstergis, melius bona numina donant.

*Nosce teipsum.*

A d eam sententiam pertinent tria illa, inter omnia sapientum apophthegmata vel maxime celebrata, adeo vt, quemadmodum in Charmide testatur Plato, pro foribus templi Delphici ab Amphictyonibus inscripta, veluti digna deo viserentur. Quorum primum est γινῶθι σεαυτὸν, Nosce teipsum. In quo modestiæ mediocritatisque commendatio est, ne nobis vel maiora, vel etiam indigna sequamur. Nam hinc omnis vitæ pestis oritur, quod sibi quisque blanditur, & quantum aliis præter æquum detrahit, tantum sibi philauriæ vitio præter meritum tribuit,

tribuit, M. Tullius ad Q. fratrem lib. 3. Et illud γῶνι σιαυτὸν, noli putare ad arrogantiam minuendam solum esse dictum, verum etiam ut bona nostra norimus. Fertur hic quoque senarius inter sententias proverbiales:

Τὸ γῶνι σιαυτὸν πανταχῶς τι χρεῖσμον. i.

Vbiq; confert, ut teipsum noveris.

Citatur à Nonio Marcello Satyra quædam Varii hoc titulo, γῶνι σιαυτὸν. Ouid. de Arte animandi:

Fama celebrata per orbem

Littera cognosci quæ sibi quenq; iubet.

Juvenalis:

Ex cælo descendit γῶνι σιαυτὸν.

Ovidius hanc sententiam ad Pythagoram auctorem refert. Platonice Socrates ab Apolline profectam arbitratur. Plato in Phædro, ἔδ' ἴνα μάλ' ποτὸ καταδελφικὸν ἐπίγραμμα γῶνι σιαυτὸν. i. Nondum possum meipsum iuxta Delphicam inscriptionē cognoscere. Sunt qui ex Homero tanquam Oceano, hanc quoque mutuo sumptam existiment, apud quem Hector, cū in reliquos omnes impetum faceret, tamen Aiaceum ut se præstantiorem declinavit. Sic enim ait poeta:

Αἶαντος δ' ἀλίευσ' μάχην τελαμωνιάδ' ἄσ' α. i.

Congressum Aiæcis fugit Thelamone creati.

Diogenes Thaleti tribuit. Apud hunc Antisthenes Phemonox ascribit, ceterum Chilonem usurpasse. Thales autem rogatus: Τί ἐστὶ δύσκολον; ἔφη, τὸ ἑαυτὸν γῶναι. τί ἔκολον; ἄλλω ὑποτίθειδαι. id est, Quid est difficile? respondit, seipsum nosse. Quid facile? alterum admonere. Macrobius primo in Scipionis somnium commentario tradit, quidam Delphicum oraculum consulenti, quo nam itinere posset ad felicitatem pervenire responsum ad hunc modum: Si teipsum cognoveris. Id autem oraculum reditum fuit Cræso, ut auctor est Xenophon in Pædia Cyri. Citatur à Gnomologis Græcis hic ex Antiphane senarius:

Εἰ θνητὸς εἶ βέλτιστε, θνητὰ κ' ἰσθ' ἄσ' α. id est,

Præclare, si mortalis es, mortalia fac cogites.

Eandem sententiam sic extulit Pindarus, ἐπὶ ἀνατοῖς: πρέπει. id est, Mortalia mortales decent. Demonax interrogatus quando cepisset philosophari; posteaquā, inquit, cepi nosse meipsum. Socrates quod Apol-

linis oraculo solus esset sapiens iudicatus, cum Græcia tot haberet sophos, sic interpretatur, quod ceteros proficere se scire quod nesciebat, hoc nomine vinceret, quod sciret se nihil scire, & hoc vnum se scire profitebatur. Ceterum hanc Socratis modestiā vicit Anaxarchus, qui prædicabat se ne id quidem scire, quod nihil sciret. Apud Menandrum Comicum quispiā corrigit hoc omnibus laudatissimum dictum:

Κατὰ πολλὰ ἂν εἶσιν, & καλῶς εἰρημένον

Τὸ γῶνι σιαυτὸν, χρεῖσμιώτερον γὰρ ἢ

Τὸ γῶνι τὸς ἄλλους. id est,

Multis modis dictum videtur perperam, Cognosce teipsum, magis enim in rem fuerat hoc,

Cognosce ceteros.

*Nr quid nimis.*

ALTERNVM diuersis verbis eandem ferme sententiam complectitur, μετὴν ἄσ' α, i. Ne quid nimis: quam quidē tanquā vulgo celebratam, Terentius in Andria etiam Sotia libertini personæ tribuit. Diogenes Laertius Pythagoræ ascribit. Aristoteles tertio Rhetoricorum libro ad Biātem auctorem refert, tractans de iuuenum immoderatis affectibus, quos ait, vbiq; nimia vehementia peccare: nam & amare nimium, pariter & odisse nimium. Senes non item, sed ut ipsius Aristotelis vtar verbis, κατὰ τὴν βίαντος ὑποβικνν, καὶ φιλοσιν ὡς μισίσσαντες, καὶ μισῶσιν ὡς φιλοσσαντες. id est, Iuxta Biātis admonitionem, & amant tanquam osuri, & oderunt tanquam amaturi. Sūt qui Thaleti tribuāt. Sunt qui Soloni, teste Laertio. Plato quodam loco ex Euripide citat. Neque desunt, qui ad Homerum veluti fontē referant: cuius hi versus sunt in Odyss. O.

Νεμεστῶμαι δὲ καὶ ἄλλω

Αὐδ' εἰς ἐνοδ' ἴκω, ὅς κ' ἐφοχα μὲν φιλέουσιν

Ἐφοχα δ' ἔχθάρουσιν. ἀμείνω δ' ὡς ἴσ' α πάντα. id est,

Mihi nequaquam is placet hospes,

Qui valde præter; modū simul odit, amatq; Sed puro rectē eē, ut sunt mediocria cūctā.

Idem in Iliados K.

Τὺ δ' εἶδ' ἄρ' ἔμε μὲν ἄσ' α, μὴ ἔτι νεῖκε. id est,

Nenimis aut laudes Tytida, aut vituperes me.

Ad Hesiodū quidē referre malimus. Cuius illud est in opere, cui titulus ἔργα καὶ ἡμέραι: Μιτῶσ

Μίτρη φιλάσσιδαι, κωρὸς δ' ἐπὶ πάντι  
ἀρετος. id est,

Mēsuram serua, modus in re est optimus  
omni.

Euripides eum aliis aliquot locis, tum in  
Hippolyto coronato :

Οὐτὼ τὸ λίαν γ' ἤσσαν ἐπαινω

Τὴ μὲν ἄγαν. id est,

Sic equidem minus approbo, quidquid.

Est vehemens, quān̄ quod vulgus ait,

Ne quid nimium.

Pindarus apud Plutarchum, σοφοὶ δὲ καὶ τὸ  
μὲν ἄγαν ἐπὶ, ἀνίσκην περισσῶς. id est,  
Sapientes hoc verbum, ne quid nimis, prae-  
ter modum laudarunt. Sophocles in Ele-  
ctra:

Μὴ θ' οἷς ἐχέαιρας ὀπράχαιο μὴ τ' ἐπλάσῃ. i.

Ne nimium, praeterque modum te tor-  
queat ille

Quem odisti, sed nec neglexeris imme-  
mor hostem.

Plautus in Pœnulo: Modus omnibus in  
rebus solor est optimus. Eodem pertinet  
Homericum illud Iliados N.

Πάντων μὲν κῆρ' ἐστὶ καὶ ὕπνῃ καὶ φιλότιν' ὀ

Μολπῆς τε γλυκερῆς καὶ γάμοισ' ἔρχετο μῶδο. i.

Cunctorum rerum saties contingit, amo-  
risque.

Et somni, & blandæ citharæ, choreæque  
decentis.

Id imitatus videtur Pindarus in Nemeis:

Κόρον δ' ἔχει καὶ μέλι, καὶ τὰ τέττα' ἀνδ' ἀ-  
φροδίσιαι.

Id est, Satiatatem habet & mel & iucundi  
flores venerci. Plin. lib. 11. Perniciosissimū  
autem & in omni quidem vita, quod ni-  
mum. Horatius:

Est modus in rebus, sunt certi denique  
fines,

Quos ultra, citraque nequit consistere re-  
ctum.

Rursus idem:

Virtus est medium vitiorum utrinque re-  
ctatum.

Phocilides:

Πάντων μέτρον ἄριστον, id est, Omnium mo-  
dus optimus.

Et Alpheus in Epigrammate:

Τὸ μὲν γὰρ ὀγκν ἄγαν μὲ τέττα. id est,

Hoc ne quid nimium, nimis placet mi.

Quintilianus scripsit modum in pronun-  
ciatione regnare, quemadmodum in cete-  
ris omnibus. Denique Plutarchus in Ca-

millo docet, pietatem esse mediam inter eō  
temptum numinum & superstitionem, ἢ  
δὲ βλάβειαν, καὶ τὸ μὲν ἄγαν, ἄριστον, id est,  
Pietas autē, & quod aiunt, ne quid nimis,  
optimum est. Nihil autem est rerum om-  
nium, in quo non peccari queat nimietate,  
praeter amorem dei, quod aliis verbis  
fatetur & Aristoteles, pro deo supponens  
sapientiam. Huc pertinet quod ex poeta  
quoriam refert Athenæus lib. 1. de laudi-  
bus vini:

Ράσας δ' ἐκ κρηθρίας ἀνίας ἀνδρῶν ἀλαπόζει

Πινόμῳ κατὰ μέτρον ὑπὲρ μέτρον δὲ χε-  
ραίων. id est,

At qui omnes hominum pellit de peccato-  
re curas.

Si modice biberis, sin absque modo, no-  
citurum est.

Sponde, noxa praesto est.

Ἐγγύα παρὰ δ' ἄτη, id est, Sponde, sed noxa  
praesto est. Quæ quidem omnia Socrates  
apud Platonem putat ad eandem sententiā  
pertinere. Nam qui pro altero fideiubet,  
id pollicetur, quod non sit in ipso sitū praes-  
tare, nempe fidem alienam. Sed primum  
illud Apollini tribuit, reliqua duo à mor-  
talibus adiecta credit. Pl. lib. 7. ca 32. cun-  
cta pariter adscribit Chiloni, sed ita ut ora-  
culorum vice fuerint habita. Rursus, in-  
quiens, mortales oraculorum societate de-  
dere Chiloni Lacedæmonio, tria præcepta  
eius Delphis consecrādo aureis litteris, quæ  
sunt hæc: Nolle se quenque Et nihil nimium  
cupere. Comitēque æris alieni, atque li-  
tis esse miseriam. Explicuit Plinius, quid  
sit spondere. Fideiubemus enim pro eo cui  
creditor pecunia, & sæpe fit, ut fideiusor  
gatur creditori numerare pecuniam. Fidei-  
ubemus & apud iudices, de sistendo reo, ac  
que illo fallente plectuntur vades. Et hoc  
dictum ad Homerum auctorem referunt.  
Cuius hoc est carmen Odyss. 8.

Δεῖλοί τοι δειλῶν γε καὶ ἔγγυας ἐγγυάσθαι

Cherchas apud Plutarchum in cōiuvio Pla-  
tonis, refert ad fabulam Homericam de  
Ate, quæ quod adfuerit Ionis sponsioni, de  
natiuitate Herculis, ab eo præcipitata est in  
terram. Citantur, ac laudantur hæc tria apo-  
phthegmata à Plutarcho in libello de futili  
λογιασσειατε.

Νοῦις quid album, quid nigrum.

Οἱ δὲ τὸ λευκὸν καὶ τὸ μέλαν, id est, Nouit quid  
album

album, quid nigrum. Duplicem in sententiam accipi potest: Aut nouit discrimen recti, prauitque: aut nouit id, quod nemo vel indolens ignorat. Nam euidentius est alibi nigrique discrimen, quam ut quisquam non videat. Aristophanes in Equitibus:

Νῦν ἀρίγνωτον γὰρ ἔδειξες τις οὐκ ἐπίσταται,  
Ὅστις ἢ τὸ λευκὸν οἶδεν, ἢ τὸν ἔρειν νόμον. i.

Nunc Arignotum Iyristen nullus est qui nesciat,

Qui album nouerit, rectosue nouerit modos.

Interpres ostendit, exponitque prouerbum. Videtur esse tractum à piscis illis mortalibus, qui duos tantum naturales colores nouerant, album & nigrum, teste Pompeio.

*Albus an ater sis, nescio.*

**ALBUS** an ater sis, nescio. Solet dici de homine uehementer ignoto. Cicero Philippi ca secunda: Me nemo nisi amicus fecit hæc redenti, ut cum illo commodo, si quod erat, animi quidam dolor iungeretur. Te is, quem nunquam uidisti, L. Rubrius Cassinas fecit heredem. Et quidem uide quam te amarit is, qui albus, atque fueris ignorans, fratris filium præterit. Quintilianus in vndecimo Oratoriæ institutionum lib. Negat, inquit, se magnificere aliquis poetarum, utrum Cæsar sit albus, an ater homo: Catullum, digito indicans, cuius in Cæsarem hoc extat carmen:

Nil nimium studeo Cæsar tibi uelle placere,

Nec scire utrum sis albus, an ater homo.

Apuleius in apologia Magiæ: Etiam libenter te nuper uisique, albus an ater esses, ignorabam, adhuc hercle non satis noui. Diuus Hieronymus aduersus Heluidium: Quis te, oro, ante hanc blasphemiam nouerat?

Quis dupondio supputabat? Consecutus es, quod uolebas. Nobilis es factus in scelere. Ego ipse, qui contra te scribo, cum in eadem uerbo tecum consistam, qua balbutis & erubescis, albus, ut aiunt, an ater sis nescio. Horatius in extrema epistola:

- Vultu mutabilis albus & ater.

Quo loco Porphyrio admonet prouerbia li figura dictum, albus & ater, pro eo, quod est bonus & malus, & Horatii album, ut ad liberalem, aut letum reddidisse, atrum ad sordidum & ærumnosum. Huc festiui-

ter adlusit Matcon apud Athenæum libro quarto de Sepia loquens:

Η μὲν ἰχθὺς ἔξασα, τὸ λευκὸν δὲ μέλαν δὲ. i.  
Quæ cum sit piscis, sola album nouit & atrum.

Est enim Sepia colore albo, sed succum habet atrum, quem spargit in metu, ne deprehendatur.

*Non nouit natos.*

**SIMILIMA** huic figura est, natum noui, pro eo quod est, prorsus ac modis omnibus ignoro. M. Tull. lib. Familiarium epistolarum nono ad Papyrium: Nam mihi scio iam à regibus ultimis allatas esse litteras, quibus mihi gratias agunt, quod se mea sententia reges appellauerim, quos ego non modo reges appellatos, sed omnino natos nesciebam. Similimum est illi, quod est apud Aristophanem in Vespis: ὅς ἐμ' ἔδειξεν ζῶντ' ἠδ' ἐμ'. id est, Qui me ne uiuum quidem nouisset: id est, nullam omnino merationem habuisset. Item Theocritus in Pharmaceutria:

Ὅδ' ἔγωγε πότερον τεύνακα μὲν ἢ ζῶν ἔμεις. i.  
Non enim illud utrum sim uiua, an mortua nouit.

In eandem sententiam vsurpauit Plautus in Euclione: Non magis me respicias, quam si natus nunquam sicuti.

*Odi memorem composorem.*

Μισῶ μνήμονα συμπότην, id est, Odi memorem composorem. In eos, qui quæ inter amicos & inter pocula dicuntur liberius, foras eliminat. Lucianus in Lapithis, ex poeta quopiam citat. Martialis:

Μισῶ μνήμονα συμπότην Procille.

Iocatur enim poeta in Procillum quæpiam, qui inter pocula iussus postridie conuiuium venire, uenit serio, perinde quasi quæ inter uina dicuntur, pondus habere debeat. Huius prouerbii meminit Plutarchus in Symposiacorum primo statim problemate, ubi querit, num conueniat in conuiuiis philosophari. Putat autem dictum aduersus eos, qui præter modum instant & in uirgines conuiuiis, ad bibendum impellentes, exigentesque præscriptum poculi modum. Solent enim nonnulli, non admodum auidi bibedi sic effugere, ut interiectis sermonibus conuiuias in obliuionem auocent. Deinde si quis forte memor exigat, mentiuntur iam

iam ebibisse sese: Dores autem in Sicilia ἐπισθόμενος, id est, conuiuitorum, seu mensurarum præfectos, Mnamonas appellant, quos Latini Modiperatores vocant, teste Nonio, quod bibendi modum impetent. Vnde prouerbum quadrare videbitur in eos, qui modum in conuiuio præscriptum, nimium exacte requirant. Aliis magis videtur, vt prouerbum admoneat ἀμυσίαν, hoc est, obliuionem omnium, quæ in conuiuio vel fiunt vel dicuntur. Id enim testatum esse & maiorum fabulis, qui Baccho simul & ferulam & obliuionem consecrarent, nimirum hoc inuenient, non oportere meminisse, si quid in cõuiuio peccatum sit, aut certe leuicam admodum ac puerilem reprehensionem sufficere. Nam ferula pueros cædi solitos, vel Iuuenalis indicat:

Et nos ergo manum ferulæ subduximus. Idem Plutarchus alias eodem in opere narrat, Lacedæmonis hunc fuisse morem, vt si quem amicum aut hospitem in domum acciperent, ostensis foribus dicerent, τὰν τῆν καὶ ἐξίχεται λίγῳ, id est, Hac non egredietur sermo. Damnat autem hanc consuetudinem, propterea quod sentiat, in conuiuio sermonibus utendum non ineptis, sed eruditis ac frugiferis, quos effertur sit honestum & conducibile. Refert idem in vita Lyeurgi, ex cuius institutione qui natu maximus erat, stabat ad ostium, & ad conuiuium ingredientibus dicebat, ostensis foribus, διὰ τῶν πῶν ἔξω λόγῳ καὶ ἐκ ποσὶν ἔνεται. id est, Per hæc nullus sermo progreditur foras. Horatius hoc quoque inter iucundi conuiuii commoditates commemorat:

- Ne fidos inter amicos

Sit, qui dicta foras eliminet.

Huc pertinet ille Græcorum Senarius:

Τὸν γὰρ γινώσκεις ὁ ἔκον εἰς αἶνον γράφω, id est, Inscribo vino si qua iurat scemina.

Innuens irrita esse solere quæcumq; in conpotationibus effutuntur. Adluditur autem ad prouerbum, quod alibi retulimus, εἰς ὄψω γράφω, id est, In aqua scribo, de re euania. Huc adscribendum, quod quemadmodum in Symposiis testatur Plutarchus, veteres Bacchum obliuionis filium finxerant, idque per iocum inuertit apud hunc quispianum, dicens patrem potius obliuionis appellandum fuisse quam filium, quod vinum præsertim immodicum, vel ante festam adimat homini memoriã.

*Duabus federe sellis.*

DV A V S federe sellis, est incertarum esse partium, & ancipiti fide, ambabus satisfacere velle. Quo verbo noue composito, ἀλλοπρόσβαλλον, Homerus appellat Martem, id est, nunc his, nunc illis partibus fauent. Macrobius in Saturnalibus cecinit: Laberius mimus in senatum à Cæsare lectus, cum à Cicerone ad confessum non reciperetur, dicente, Reciperem te nisi anguste federemus: nimis mordaciter respondit, At qui solebas duabus sellis federe: obiticiens tanto viro lubricum fidei. Sed id quod Cicero dixit, nisi anguste federemus, scomma erat in Cæsarem, qui in senatū passim tam multos admittebat, vt eos quattuordecim gradus capere non possent. Hactenus Macrobius. Est autem omnium consensu turpissimum, cum vtraque parte colludere. Ac Solon legem tulit, qua punirentur hi, qui in ciuitatis tumultu neutri partium adhaerissent.

*Duos parietes de eadem dealbare fidelia.*

H V T C finitimum videtur illud, Duos parietes de eadem dealbare fidelia, pro eo quod est, eadem re duplicem inire gratiam, eademque opera duos pariter demereri. Curius ad Ciceronem: Sed amice magne, noli hanc epistolam Attico ostendere. Sine eum errare, & putare me virum bonum esse, nec solere duos parietes de eadem fidelia dealbare. Volebat enim curius pariter & Attico & Ciceroni videri summus, ac de se vno scriptum quidem Ciceronis, mancipium autem Attici facere. Tractum videretur ab his, qui parietibus opus albarium superinducunt. Legitur & huiusmodi Græcum adagium apud Suidã, δύο τείχους ἀλέφας, id est, Duos litis parietes.

*Vnica filia duos parare generos.*

H I S simile quiddam etiam nunc vulgo dicunt, dignum videlicet, quod vel vnum inter antiquitatis adagia connumeretur, Vnica filia geminos vis parare generos, vbi quod idem beneficium duobus simul pollicetur, aut pro eodem officio, quod alteri præstiterit, à duobus gratiam reposit.

*Nescis quid serus vesper vehat.*

N S C I S quid serus vesper vehat.

Ex

Ex Menippeis Varronis satyris citatur hic titulus, tum ab A. Gellio, tum à Macrobio, neque dubitandum quin prouerbialis, sicut sunt & alii pleriq;. Quo salubriter admone mur, ne presentium successuum prosperitate sublata, futuri curam abiiciamus. Neque vlla de re securi sumus, prius quam exitum viderimus. Idem hodie quoque vulgo dicunt diem nondum ad vesperam decurisse, cum significant diuersum exitum posse accidere. Apparet Maronem ad parcemiam adlulisse, cum ait primo Georg. libro :

Deniq; quid serus vesper vebat.

Agens de prognosticis occasus. Potest referri & ad illam Solonis sententiam: *ἴσα τέλα ἁμικροβίς*. id est, Specta finem longæ vitæ. Tit. Livi Decad. 5. lib. 5. In secundis rebus nihil in quenquam superbe, ac violenter consulere decet, nec presentem cedere fortunæ, cum quid vesper ferat incertum sit. Huc adlulit Philippus rex apud eundem Decad. 4. lib. 9. eum Thessalis respondens miacem clausulam adiecit, nondum omnium dierum solem occidisse :

Πολλοίτοι κερκοφόροι πάνροι δὲ τε βῆκχοι.  
id est,

Plures thyrsigeros, paucos est cernere Bacchos.

Carmen hexametrum prouerbio Græcis celebratum, quo significatum est, compluribus mortalium adesse virtutis insignia, aut etiam famam, qui tamen vera virtute vacent. Non enim omnes poete, qui se eo titulo circumferunt. Nō oēs generosi, qui torque gestant auream. Neque *πρωγονοφορία*, aut *τηρκοφορία*, quemadmodum loquitur Plutarchus, philosophum facit, hoc est, gestata barba, aut gestatum pallium. Translatum à ceremoniis Bacchanalium, in quibus thyrsos, id est, hastas quasdam viteas quatiebant afflati furore. Vsurpatur à Platone in Dialogo, cui titulus Phædon. Adlulit huc eleganter Plutarchus in libello quem scripsit aduersus Colotam: *Εἰς τῶν ἑταίρων ἀριστήν μὲν ὁ ἀγίθης, οἰῶσα γὰρ τὸν ἀνδρα, τὸν ἐν τῷ ἀκαθμίαις, ἔκ κερκοφόρον, ἀλλὰ ἐμμαιέσκτον δερκακτὴν πλάτων*. id est, Quidam amicus Aristodemi Aegienensis: nam hominem nosti, Academicorum non thyrsigerum, sed ardentissimum mysten Platonis κερκοφόρον appellat, nomine & cultu duntaxat Academicum, non re. Scitum est & illud Herodis Attici in palliatum, crinitum barba ad pu-

bem vsque porrecta: video barbam & pallium, philosophum non video.

*Non omnes qui habent citharam, sunt citharædi.*

M. Varro libro De re rustica secundo, eandem sententiam extulit diuersa metaphora: Sed non omnes, inquit, qui habent citharam sunt citharædi. Huc adscribendum videtur, quod lepide scripsit Seneca, quendam personam malle, quam faciem. Faciē vocat, vbi quis talis videtur qualis est: personam, cum præ se fert aliquis quod non est. Potest & ad auaros torqueri, si neget eos diuites, qui possident opes, sed qui recte norint vti. Vti nō est citharædus, quisquis tenet citharam, sed qui cithara recte nouerit vti.

*Plures thriobolos, paucos est cernere vates.*

Πολλοὶ θριόβολοι, παῦροι δὲ τε μάντις ἀνδρες. ἢ Plures thriobolos, paucos est cernere vates. Simile carmen est superiori, eodem modo Græcis celebratum. Philochorus apud Zenodorum auctor est, olim tres nymphas Apollinis nutrices, Parnassum incoluisse, quæ Thrix dicerentur, vnde postea receptū sit, vt calculi fortesque diuinorum Thrix vocarentur. Vnde thrioboli, qui thrias in vnam diuinam iaciunt. Sunt qui affirmet rationem diuinandi per sortes à Mineræ suisse repertam, quæ cum magis floreret, quam oracula Delphica, mendax & vana reddita est, idque opera Iouis, Apollini gratum facere cupientis. Deinde vbi rursum mortales Delphica frequentarent oracula, Pythiam ad hunc modum dixisse,

Πολλοὶ θριόβολοι, παῦροι δὲ τε μάντις ἀνδρες.

*Multi qui boues stimulant, pauci aratores.*

CONSILIUM habet sententiam & hic versus,

Πολλοὶ βυκίται, παῦροι δὲ τε γῆς ἀροτήεις.  
id est,

Qui taurum stimulant multi, sed rarus arator.

Multi præ se ferunt quod non sunt. Si quidem antiquitus arabant bubus, vt ante dictum est: eos extimulabant prælonga arundine, aut hastili cuspide quapiam acuminato. Qui mos & hodie durat apud Italos.

Similia



*Simia in purpura.*

*Vitem* Ⓞ ἐν πορφύρᾳ, id est, Simia purpurata. In varios usus potest adhiberi parœmia, nempe vel in hos, qui tamen magnifico cultu sint ornati, tamen cuiusmodi sint, ex ipso vultu moribusq; cognoscitur: vel in hos qui bus dignitas indecora additur: vel quotiès rei per se scdæ, ascititia peregrinãq; ornamenta indecenter admouentur. Quid enim tam ridiculum, quam simia vestita purpurea veste? Atq; id tamen non raro fieri videmus apud istos qui simias habent in deliciis, ut quam maxime possunt, ad humanũ morem ornent ac vestiant, aliquotiès & purpura, quo parum attentos, aut imperitos salant, proq; homine salutetur simia, aut si depreheusus fuerit lucus, res magis sit ridicula. Et Ammianus libro 14. Antigonum quendam amictu tenus philosophum appellat. De barbæ tenus sapientibus antea nobis dictum est.

*Simia simia est, etiam si aurca gestet insignia.*

*Vitem* Ⓞ ὀπίσθῃ, καὶ χεῖρᾳ ἔχει σύμβολα, id est, Simia simia fuerit, etiamsi aurca gestet insignia. Superiori respondet, admonens fortituz ornamenta non mutare hominis ingenium. Citatur adagium a Luciano in oratione contra ineruditum. Natum videtur à simiis illis Aegyptiis saltationem humanam imitantibus. Luciano refert apologum in hunc modum: Rex quidam Aegyptius simias aliquot instituit, ut saltationem perdiscerent. Ut enim nullum animal ad figuram hominis propius accedit, ita nec aliud ductus humanos aut melius aut libentius imitatur. Artem itaque saltandi protinus edocet saltare cœperit, in signibus induit purpuris, ac personat. Multo que iam tempore iraiorem in modum placebat spectaculum, donec è spectatōribus faceret quispiam, nuces, quas elanculum in sinu gestabat, in medium abiecit. Ibi simiæ, simul atq; nuces vidissent, oblitæ choreæ, id esse cœperunt quod ante fuerant, ac repente ex saltatricibus in simias redierunt. Cōtritisq; personis, dilaceratis vestibus, pro nucibus inter se depugnabant, non sine maximo spectatorum risu. Narratur apologus non ab similibus de se, quam Venus belle adornatam in pedissequarum ordinē asciverat, ac satis apte ἐγυμνάσι: donec mure e cauo

quopiam in medium procurrente, declaravit sese nihil aliud esse quam selem.

*Afinus apud Cumanos.*

*Ois* Ⓞ παρὰ κумаίους, id est, Afinus apud Cumanos. Competit in eos, qui cum sint incepti ridiculiq; tamen apud ignotos ipsa no uitate habentur in precio. Aut in eos quibus honos aliquis præter meritum additus à fortuna, tumorem & insolentiam, ita ut tere sit, conciliat, id quod eleganter notat Demosthenes Olynthiacarum orationum prima: τὸ γὰρ δὲ πρῶτον παρὰ τῶν ἀγίων ἀφορμὴ τῶν κακῶν φρονῆν, τοῖς ἀνοήτοις γίνεσθαι. id est, Felicitas enim & rerum successus, qui contigerit immerenti, stultis vesaniæ causam præbere solet. Cui congruit illud ex Aeschylō citatum:

Ἡ βαρὺ φορὸν ἀνθρώπων δὲ τυχῶν ἀφρονῆ. i. Graue pondus amens, rebus utens prosperis.

Narrauitus alibi fabulam de asino fugituo, qui apud Cumanos se gessit pro leone.

*Ira omnium tardissime senescit.*

*Ois* Ⓞ ἄμωδὸς ἔχρατον, καὶ ἄσκη, id est, Ira postremum senescit. Huic diuersum illud Aristotelis apophthegma, qui, auctore Laertio, rogatus quæ res quam ocysime confenscescet, respondit beneficium. M. Tullius ut unq; complexus: Cui placet, inquit, obliuiscitur, cui doler, meminit. Nam vulgo notales iniuriæ tenacissime meminisse solent, benefactoriũ quam facillime obliuiscunt. Græcum adagiũ videtur ex Sophocle sumptũ, cuius in Oedipo Coloneo hæc sunt verba: Ουμὲ γὰρ ἔδιν γυφῶς ἐστὶν ἄλλο, πλὴν Οικτείν, ἐκρούται ἔδιν ἄλλῃ ἄπτεται. id est, Seneca nulla obtingit iracundiæ.

Nisi mors, sepultus nullus attingit dolor. Hoc idem innuit Homeroc lepidissimo sanefigmento de Litis & Ate. Hanc deam facit, quæ noxas ac turbas soleat immittere rebus mortalium, atque ipsam quidẽ acribus oculis ac preuolocibus esse pedibus. Ceterum post eam multo interuallo consequi Litas deas, quæ quod Ate turbauerit, sarcire moliantur. Has & Strabis oculis fingit, & pedibus claudis, illud nimirũ inueniens; offensas esse citas, reconciliations esse tardas, propterea quod iniuriæ diu meminisse solent homines. Carmen ipsum Homeri subscribamus ex Iliadis lib. 9.

Καὶ μὴ τε λιτὰ εἶσι διδῶς κέρτα μεγάλοισι.  
 Χαλαίτε ἔρτοι τε παραβλάπεις τ' ὀφθαλμοῖ,  
 Αἰεὶ καὶ μετόπισθεν ἄτης ἀλγιστὸν κέρτα,  
 Ἡδ' ἄτη διναρὴ τε, καὶ ἄρτιπῶ, ἔνθα πάσας  
 Ρολλοῦν ὑπὸ κερσίδατε, φεῖνη δὲ τε πάσων ἐπ-  
 ῶων  
 Βλάπτεισ' ἀνθρώπων, αὐδ' ἑξακίονται δ' πίσ-  
 σω,

Οὐ μὲν τ' αὐδ' ἔσται κέρτα διδῶς ἄτσοι ἔρτοι,  
 Τὸν δὲ μὴ ἄνωσον, καὶ τ' ἔκλυον βλαμείον.  
 Ὅς δὲ κ' ἀνιπνται, καὶ τε φερίως ἀποπίη,  
 Αἰτῶνται δ' ἄρα τὰ γε διακροίωνα γέσται,  
 τῶ δ' ἄτιω ἀμείπιδω ἴνα βλαφθεῖς ἀποτίση.  
 Quorum verluum non indolem neq; gra-  
 tiam, sed sententiam vteunq; reddemus  
 Latinis auribus.

Nam Litas etiā genuit Saturnius ingens,  
 Rugofas, pedib' claudis, a lumine i xelas,  
 Quæ Ates à tergo veniūt, medeant vt illi.  
 Ipsa Ate, pedibusq; valens, & robore præ-  
 stans,  
 Proinde gradu celeri longe præuertitur,  
 omnes  
 Occupat, & terras prior aduenit illa p oēs,  
 Mortales lædens : verum hæ post terga se-  
 quuntur

Saturæ quidquid cōmouerit illa malorū;  
 At vero natas Ioue qui reueretur, & audit,  
 Se simul ac adiere, huic commoda pluri-  
 ma gratæ.  
 Conciliat, huiusq; vicissim vota receptat.  
 Reicit at si quis pfractæ & pernegat illis,  
 Tunc adito Ioue patre, p̄cant, vt illicet Ate  
 Huic adsit, p̄nasq; suo det deniq; dāno.  
 Eiusdem Ates fit mentio Iliados τ. vbi Iup-  
 piter imputans huic dex, quod à Iunone  
 deceptus esset, illam capillis arreptam in  
 terras præcipitem dedit, interdicens ne vn-  
 quam rediret in cælitum contubernium.

*Si vultur es, cadauer expecta.*

CACTA TORES. testamentorum & hæ-  
 reditæ, vulgata metaphora vulturis ap-  
 pellantur, quod senibus orbis ceu cadaveri-  
 bus inhiant. Nam huic aui proprium, ca-  
 daveribus tantum viuere. Vnde & natura  
 tantum illi sagacitatis addidit, auctore Plin-  
 io, vt biduo, aut triduo præualeat illuc, vbi  
 cadauera sint futura: eoque, vt refert vere  
 Magus ille Basilius, ingenti agmine solet  
 comitari castra militum. Hoc minus no-  
 cens, quam sint homines isti diuitem fune-  
 ribus imminentes, quod neque fruges at-

tingit, neque vllum animal, quantumuis  
 imbelle, occidit, aut insectatur tantum ca-  
 dauera, vel eorum quæ sponte interierūt,  
 vel ab aliis relicta sunt, depascitur. In qui-  
 bus tamē abstinet à sui generis, id est, auiū  
 cadaveribus. Quemadmodū & Plutarchus  
 docet in problematis rerum antiquarum,  
 ne quid interim adferamus ex Aegyptio-  
 rum opinione, qui dicunt vultures omnes  
 esse fœminas, nec aliter ex euro concipere,  
 quam e zephyro grauidæ sūt arbores. Vn-  
 de mirum est, hanc auem innocentissimam  
 apud homines tam male audire. Proinde  
 qui diuites audent aut accusare, aut vene-  
 no tollere e medio, milui vocantur: qui ve-  
 ro duntaxat obsequiis & adulationibus au-  
 cupantur, vt misceantur testamento, vultu-  
 res proverbio dicuntur. Seneca lib. Episto.  
 15. epistola 65. Si vultur es, cadauer expe-  
 cta. Martialis lib. 6.

Admisit pater viuicum Silanus.  
 Cessas mittere munera Oppiane?  
 Heu crudele nephas, maleq; Paræ,  
 Cuius vulturis hoc erit cadauer?  
 Diogenianus in collectaneis meminit hu-  
 ius adagii, sed alia figura, ἀπιργυρίς, id est,  
 vulturum ritu. Admonet autem dictum de  
 iis, qui vel ob hereditatis, vel alterius alicui-  
 us emolumentum spem insidiantur cuiuspiã.

*Coruum delusit hiantem.*

H A V D dissimili figura dictum est ab Ho-  
 ratio in eum, qui captatoris suum arte fru-  
 stratus fuerat,  
 - Coruum delusit hiantem.  
 Nā hæc quoq; auis cadaveribus imminet,  
 - Plerumq; inquit, recoctus  
 Scriba ex quinqueuito coruum delusit  
 hiantem.

Loquitur de Corano, qui Nasice socero,  
 spe testamenti per doli ostentata, moriens,  
 nihil præter plorare reliquit. Videtur autē  
 hoc adagiū effictum, & imitatum ad illud  
 Græcorum, λικῶ ἑχων, id est, Lupus hiat,  
 Vt itidem dicere liceat, lupum delusit hian-  
 tē, & κίραξ ἑχων, id est, Coruus inhiabat,

*Cornicari.*

Q V I N & Græci proverbio κερῖζα, dicunt,  
 pro eo, quod est, inhiare præde, aut ine-  
 prete garrere. Aristophan. in Pluto:  
 Σὺ μὲν οἶδ' ἔκερῖζας, ὡς ἐμὲ τικκολόφοτ'  
 Ζητῆς μεταλαβείν. id est, Quid

Quid crocites scio, nempe si quidquā rei fuit inuolarim, ut hinc tibi partē feras. Interpretis admonet esse prouerbium in eos, qui cornicum more frustra cornicantur. Sunt autem verba Chremylli fenis, qui ait se non ignorare, quid sibi uellet Blepsidemus, sursum ac deorsum uertens orationē, dum studet furti confessionem elicere, nimirum ut conscius in prædæ partem ueniret. Persius Satyra 5.

Nescio quid tecū graue cornicaris inepte. Vfus est & diuus Hieronymus in epistola ad Rusticum monachum.

*In uino ueritas.*

Ἐν οἴνῳ ἀλήθεια, id est, In uino ueritas, passim apud auctores usurpatum adagium, significans ebrietatem animi fucum tollere, & quidquid in pectore conditum est, in aperitum proferre Plinius lib. 14. c. 22. scripsit, uinum vsque adeo mentis arcana prodere, ut mortifera etiam inter pocula loquantur homines, & ne per iugulum quidem redituras uoces contineant: vulgoq; inquit, ueritas attributa uino est. Celebratur & Persæ cuiusdam apophthegma, qui negauit tormentis opus esse ad exquirendum uerum, uino enim rectius elicit: quod approbans Horatius in Odis:

Tu lene, inquit, tormentum ingenio ad moues

Plerunque duro, tu sapientium

Curas, & arcanum iocoso

Consilium regeis Lyzo.

Idem in arte poetica:

Reges dicuntur multis uigere culullis.

Et torquere mero, quæ perspexisse laborēt,  
An sit amicitia dignus.

Rursum alibi:

Quid non ebrietas designat? opera recudit.

Effertur & ad hūc modum apud Athenzū lib. 2. paræmia, οἴνῳ καὶ ἀλήθεια, id est, Vinum & ueritas. Quod largius poti non tantum effutiunt sua arcana, uerum etiam audacius in alios loquuntur. Apud Plutarchum in uita Artaxerxis, Sparamixus Mithridati, per uinum quiddam insolentius elocuto, φθὸς ἢ μὴ εἶδος ἢ μηροῦ κτλ.; εἴς δ' ἔφασι τὴν ἀλήθειαν, οἶνος καὶ ἀλήθειαν εἶναι. id est, Nulla quidem inuidia est o Mithridates, ueterem quando Græci dicunt, uinum & ueritatem esse, &c. Celebratur à Græcis hæc

quoque sententia prouerbialis, τὸ ἐν τῷ καρδίᾳ τῶν κερφοντος, εἴς τὴν γλωσσῆς τὴν μεθύοντος. id est, Quod in corde sobrii, id in lingua ebrii. Theognis;

Ἐν πυρὶ μὲν χρυσὸν τε, καὶ ἀργυρὸν ἰδρύεις ἀνδρῶν

Γονύσκουσ', ἀνδρὸς δ' οἴνῳ ἰδρύει νόον. id est, Aurum aut argentum fabris dignoscitur igni,

Vinum hominis prodēs arguit ingenium. Athenæus hunc senariū citat ex Euripide:

Κάεσπον γὰρ ἰδρύς χαλκὸς ἐστ', οἴνῳ δ' ἰδρύ. 1.

Forma ære lucet, uina produnt pectora.

Apud eundem Ephippus:

Οἷος σὲ πλῆθος πολλὰ κινεῖ καλῶν, Οὐκ ἔμιν μέθυοντα φασὶ τ' ἀλλ' ἐκ λέγων. id est,

Vis multa uini, multa te cogit loqui,

Loqui proinde uera dicunt ebrios.

At idem lib. 10. refert Anacharsidis dictū,

ὅτι ψυδρῆς δόξαι τοῖς μεθύουσι γίγνεται. id est,

quod falsæ opinionones accidunt temulentis:

ac mox narrat quiddam haud infestiuum.

Quidam è conuiuio dixerat Anacharsidi,

Uxorem duxisti admodum deformem. At

ille, Proterus, inquit, idem mihi uideatur, sed

hæc puer, porrige poculum meracius, ut

illam faciam formosam. Nō solum igitur

amanti, uerum etiam ebriis τὰ μὴ καλὰ πεί-

φαται, quemadmodū inquit Theocritus.

Atqui uerum qui potest dicere; qui labitur

rerum iudicio? Sed ueritas non semper re-

spondet mendacio, uerum interdum simu-

lacioni. Potest autem fieri, ut ex animo lo-

quatur, qui tamen falsum dicat, & uerum

dicat, qui nō uere loquatur. Postremo pro-

uerbium non sentit de insana temulentia,

quæ facit, ut quæ fixa sunt uideanturambu-

lare, & quæ simplicia uideantur multipli-

cia: sed de moderata, quæ dysfopiam ac fitu-

mos excutit. Alcibiades in Symposio Plato-

nis: τὸ δ' ἐν ταῦντι κινεῖται ἡ ψυχή, ὡς ἡ ψυχή

εἰ μὴ πρῶτον μὲν τὸ λιγόμενον, οἴνῳ ἄνδρῳ τε

παιδῶν, καὶ μετὰ παιδῶν. ἢ ἀληθείας. id est,

Quæ uero nunc sequuntur, non prius au-

dictis, quam prouerbium illud recēsamus:

Vinum & cum pueritia, & sine pueritia, ut

ridicuum est. Quibus ex uerbis liquet, idem

de pueritia quod de uino, prouerbio inela-

tum fuisse. Durat & hodie uulgo tale pro-

uerbium, nō audiri uerum, nisi à tribus ho-

minū generibus, pueris, ebriis, & insanis.

Huc adscribendum arbitramur uersiculum

illum prouerbiale:

Ηγλυσε

Ἡγλασὸς ἀματάρησα τ' ἀλθὴ λέγει. id est,  
Verum solet prolapsa lingua dicere.

Nam verum esse creditur, quod exciderit  
imprudens, quandoquidem id demum va-  
cat fictionis suspicione. Ex huiusmodi la-  
psu colliguntur & omnia certioris fidei.

Sæpe Neoptolemi pro nomine nomen  
Orestis

Exit, & errorem vocis ut omen amo.

Denique M. Tullius in Topicis, inter ea,  
quæ faciunt fidem, commemorat pueritiã,  
somnia, imprudentiam, violentiam, in-  
saniam.

#### Bos in lingua.

Βὸς ἐστὶ γλώττης, id est, Bos in lingua. In eos,  
qui non audent libere quod sentiant dice-  
re. Translatum, vel à robore animantis,  
quasi linguam opprimens, non sinat eam  
cloqui. Vel hinc quod Atheniensium no-  
minima quondã bouis obtinuit signifi-  
cã. Itẽ apud Romanos Sernius Rex, ouitũ ac bouũ  
effigie primus signavit æs, auctore Plin. li-  
bro 18. cap. 3. Idem testatur Plutarchus in  
Problematicis rerum prædicatum, quod pri-  
scis omniũ fere possessio erat: in gregibus &  
armentis. Vnde & à pecoribus dictam pecu-  
niam volunt. Itaque qui multũ pendendũ  
meritũ deterriti reciterent, aut qui pecunia  
corrupti loqui non auderẽt, bouem in lin-  
gua dicebantur habere. At Iulius Pollux  
nono de rerum vocabulis libro, prouerbiũ  
hoc exponens, his serme consentanea com-  
memorat, addens ipsum numisma bouem  
vulgo vocari solere. Proinde in Deliacis  
spectaculis, si cui munus dandum erat, præ-  
conem pronunciare solitum, Tot boues il-  
li dabũtur. Bouem autem valuisse duabus  
drachmis Atticis, vnde fuisse qui crederent  
hoc numisma Deliorum fuisse proprium,  
non Atheniensium. Addit item in Draco-  
nis legibus extate mentionem, τῶν τε ἀπο-  
τίμων δ' ἐκάβοιον. id est, De pendendis decem  
tribus, id est, nummis decem. Neq; defuisse,  
qui senserint, Homerum quoque de nu-  
mismate locutum, non de animãte, cũ ait:

Χρυσία χαλκείων ἐκάτομβι ἕνεκα βοίων.

Verum hanc opinionem alio in loco refel-  
lit Iulius Pollux, ostendens illam fuisse cõ-  
mutationem rerum citra nummos. Qui  
scripsit scholia in Homerum lib. 2. tradit  
bouem apud præscos in honore fuisse, cum  
multis de causis, cum præcipue quod Apol-

lini sacrum sit animal. Itaque in altera par-  
te numismatis in sculpebant bouem, in al-  
tera faciem regiam. Adagium autem effert  
ad hunc modum, βὸς ἐπὶ γλώσσῃ βίβκει,  
id est, Bos in lingua incedit, admonens id  
dici solitum, vbi quis pecuniz causa tace-  
ret. Theognis:

Βὸς μοι ἐπὶ γλώσσῃ. id est,

In lingua mihi bos.

Philostratus in vita Apollonii: γλῶττάν τε  
ἄς πρῶτον ἀνελκῶσαν σωμάχει, βὸν ἐπὶ αὐτῇ σιω-  
πῆς ἐνῶν δόγμα. i. Linguam primus homi-  
num coercuit, bouem in illa silentii inue-  
niens decretum. De Pythagora loquitur, si-  
lentii auctore. Item in Scopeliano sophista:  
καὶς χρεῖται μαλᾶζειν εἰς πεδμήνοι. τῷ γλῶττῶν  
τις καὶ βὸν ἀφανείας ἐπ' αὐτῷ βίβκει. i.  
Neque mirandum est, si quidam linguam  
habentes vincant, boue silentii eam occu-  
pante. Extat apud Aeschylum in Agamem-  
none:

Τὸ δ' ἄλλὰ σιωῶ, βὸς ἐπὶ κλώττης μέγας  
βίβκει. id est,

Taceo cetera, linguam occupauit bos qui-  
dem. Ingens.

#### Argentanginam patitur.

Ἀργυράγχην πάσχει, id est, Argentanginam pa-  
tuitur. Superiori finitimum est, natum ex  
historia, quam refert Aulus Gellius in No-  
ctibus Atticis, atque item Plutarchus in vi-  
ta Demosthenis. Ea est huiusmodi. Cum  
aduersus Milesiorum legatos, qui auxilii  
petendi causa Athenas venerant, acriter in  
cõcionem dixisset Demosthenes, obstitereq;  
quominus impetraturi postulata videren-  
tur, causa in diem posterum reiecta, legati  
Demosthenem ipsum adierũt, magna que  
pecuniz summa, ne contra se diceret, rede-  
merunt. Postridie, cum res denuo foret agẽ-  
da, Demosthenes multa lana collo circum-  
uoluto in concionem prodit, fingens sese  
σμάγχην, id est, anginam pati: eamq; rem  
impedimẽto esse, quo minus ex more dice-  
ret. Tum e populo quispiã, cui simulatio  
subolebat, exclamabat, eũ non σμάγχην, sed  
ἀργυράγχην pati. Est autẽ synanche morbi ge-  
nus, quem vulgus medicorum deprauate  
squinantia appellat. Hunc Arretus Cappa-  
dox lib. 1. commemorat inter morbos acu-  
tos, ostendens bisaridã appellari, vel κλωάχην,  
quod id mali canibus sit familiare, vel σμάγχ-  
χην, quod spiritum coarctet, ac præfocet.

Ο Equiv

*Equus me portat, alis rex.*

Ἰππὸς μὲ φέρει, βασιλῆς μὲ τρέφει. id est,  
Me rex alit, ac me portat equus.

Refertur inter Græcorum adagia, atque addunt hinc natum. Iuuenis quidam sub rege Philippo stipendia faciebat. Is cum admoneretur, ut missionem peteret, seseque à militia abdicaret, negavit se facturum, his quidem verbis:

Ἰππὸς μὲ φέρει, βασιλῆς μὲ τρέφει. id est,  
Equus me portat, rex me alit.

significans se commodissime viuere, ut qui & pedibus alienis ingrederetur, & aliena pecunia pasceretur. Huc adlusit Horatius, cum in Epistolis sub Aristippi persona sic ait:

- Rectius hoc, &

Splendidius multo est, equus ut me portet, alat rex.

Quo quidē in loco Acron huius admonet prouerbii, cuius etiā meminit Diogenianus. Apparec. è tragœdia quapiam alciurū. Est enim carmen anapæsticum dimetrum.

*Etiā corchorum inter olera.*

Καὶ κόρχος ἐν λαχάνοις, id est, Etiā corchorus inter olera. Dicitur solitum in homines nullius precii, qui tamē in numero aliquo studeant haberi. Nam κόρχος, oleris genus est vilissimi, quod Plinius lib. 21. in catalogo olerum recenset. Idem alibi commemorat inter herbas sponte nascentes. Scribit autem corchorum Alexandrini cibi herbā esse, cōuolutis foliis, ad similitudinem mori, multis remediis vtilem. Meminit prouerbii Theophrastus, lib. De plantis 7. ca. 7. Corchorum referens inter olera, quæ vel cocta vel cruda possint edi, verum ob amari tudinem prouerbio esse infamem. Suidas & Hesychius auctores sunt, nonnullis piscem existimari corchorum, contemptissimum, nulliusque precii, qualis sit hippurus. Aristophanes in Vespis: κῆδ' ἴψαμιν τῶν κόρχος. id est, Deinde corchorum attigimus. Nec hic tacuit interpres de prouerbio.

*Graculus inter musas.*

ὈΥΙ non dissimile videtur, κολοῖς ἐν ταῖς μῦσαις. id est, Graculus inter musas. Indoctus inter doctissimos: infantissimus

inter eloquentissimos. Recte dicitur & iu homines ostentatione falsæ doctrinæ sese iactantes, & viris eruditissimis impudenter obstrepentes, Est enim Graculus avis minime canora, sed tamen odiosè garrula atque obstrepera. Confinē est his quod in Bucolicis ait Vergilius:

- Sed argutos inter strepere anser olores.

Cygnos canoros esse sic omnium poetarū litteris est decantatum, ut nihil sit celebratius, etiā si nemini contigit hunc audire cantum. Nec defunt philosophi, qui huiusce rei rationem quoque reddere conentur. Aelianus addit, eos nō canere, nisi flante Fauno. Vnde fertur etiā prouerbium, κύνειον ἄσρα, id est, Cygnea cantio. Cōtra, anseres molesto quodam stridore obgāniunt. Proinde cū indoctus inter eruditos garrus, in tempore vsurpabitur adagium, Anser inter olores.

*In lente vnguentum.*

Τὸν ἐπὶ φακῆ μύρον, id est, In lenticula fabulam, subaudi, narras. Vbi quis mentionem inducit vilis cuiuspiam & nihili hominis, aliis de viris egregiis verba facientibus. Ad hūc quidem modum legitur in omnibus vulgatis exemplaribus, apud A. Gelliū lib. 13. cap. 27. Verum placet Hermolai castigationi subscribere, qui locum hunc ita restituit, ut legat, τὸν ἐν φακῆ μύρον, In lente vnguentum. Quadrat autem in hominem, aut in rem quampiam, quæ neutiquam in tempore adhibeatur iis, quibus minime congruit. Veluti si philosophum iuuenem lasciuientium conuiuio misceas: aut inter pocula de rebus grauibis incipias disputare. Quemadmodum videlicet lenticulæ vili legumini inepte quis admiscuerit vnguentum. Siquidem auctore Dioscoride. & oculorum aciem hebetat, stomacho grauis, intestinis noxia, nervis, pulmōni, & capiti inimica, gignit turbulenta insomnia. Dicitur etiā vbi plura inter se dissimilia confundentur. Verba Frontonis apud Gelliū sunt hæc: Videte tamen, ne existimetis semper, atque in omni loco, mortales multos, pro multis hominibus esse dicendum: ne plane fiat Græcū illud de Varronis satyra prouerbium, τὸ ἐν φακῆ μύρον. id est, In lente vnguentum. Idem vsurpauit M: Tullius libro ad Atticum primo: Legati inquit, cum auctoritate mittentur, qui adirent Galliæ ciuitates,



λαί τὸ μολύβδιον ξίφος, i. In eburna vagina plumbeus gladius, natum ex Diogenis Cyrenici apophtegmate. Nam cum adolescens quispiam, in igni forma, sœdum quiddam atque obscœnum dixisset: Ex eburna, inquit, vagina plumbeum gladium educis.

*Omnia octo.*

**Ἀπαντοκτῶ**, id est, Omnia octo. Cum nihil deesse significamus, aut cum multa inter se similia videntur. Parcœmiam hinc natam existimant: Stesichorus poeta in oppido Catana splendide sepultus fertur, monumento diligenti quadam ratione ex omnibus octonis constructo, octo gradibus, angulis octo. Atque hinc proverbium increbuisse ἀπαντοκτῶ. Meminit huius & Iulius Pollux in nono, agens de lusu taxillorum, quem ait numeris constare, in quibus sit vnus qui Stesichorius appelleret, nimirum octo, idq; cognominis sumptum esse ab eius monumento. Sũt qui dicant eum, qui Corinthios in vnã ciuitatem coegit, ciues vniuersos in octo eribus distribuissẽ, atque hinc ortum vulgi sermonẽ. Neque desunt qui scribant, idque Euandro, vt citant, auctore, octo deos esse, qui rerum imperent summæ, ignẽ, aquam, terrã, cœlum, lunam, solem, mithram, noctẽ. Mithram autẽ Perse, eundẽ cum sole existimant. Rursum alii dicunt octo fuisse certaminũ species in Olympis, atq; inde ductum adagium, Oĩa octo. Quod si nobis quoq; conceditur in ænigmate diuinare, non absurde natũ videri poterit à fabula, quam narrat Plutarchus in cõmentario de Demõnio Socratis. Delis, ac ceteris Græcis oraculo responsum fuisse apud Aegyptios, ita demum malorũ finẽ fore, si arã, q̃ in Delo erat duplasset. Quicunq; nõ intellexissent, quid sibi vellet oraculũ, ridicule duplatis singulis aræ laterib; impudẽtes solidũ octuplũ effecerunt, ob insitiã proportionis, quæ longitudine duplũ reddidit. Ceterum hac in re cõsultus Plato, geometriæ cum primis peritus, respondit deũ Græcis imperitiã exprobrasse, monere, vt geometriæ darent operam. Delectatum apparet hoc proverbio Heliogabalum Imperatorem, cui morem hũc fuisse scribit Aelius Lampridius, vt simul ad cenam vocaret octo caluos, octo luscos, octo podagrosos, octo surdos, octo nigros, octo przlongos, & octo przpingues & obesos.

*Omnia idem puluis.*

**Ἐάντα μία κίσις**, id est, Omnia idem puluis. De indiscreta similitudine. Lucianus ἄλλὰ πάντα μία ἡμῖν κίσις φασι, id est, **Quin** nobis omnia idem, quod aiunt, puluis. Adludẽs ad defunctorum cineres, inter quos nihil apparet discriminis. Confine illi, quod alio demõstrabimus loco, Eiusdem farinae. Siquidẽ antiqui farinam pollinẽ vocabãt.

*Currus boues trahis.*

**Ἡ ἄμαξα τὸν βὸν ἐλάκει**, id est, Currus bouẽ ducit, de re quẽ przpostere geritur. Veluti si vxor przscribat marito, si discipulus reprehendat przceptorem, si populus impeteret principi, si ratio pareat affectui. Lucianus in Terpsione: **Ναὺ δὲ τὸ τὸ περιμίας, ἡ ἄμαξα τὸν βὸν πολλακίς ἐκέρει.** id est, Nunc id euenit, quod vulgo dici solet: Plaustrũ sæpenumero boue m ipsum aufert. Translata metaphora à plaustris per decliue retro labentibus, vnaque secum bouem auferentibus.

*Ab equis ad asinos.*

**Ἀφ' ἑπιπῶν ἐπ' ὄνους**, id est, Ab equis ad asinos. Vbi equis à studiis honestioribus ad parũ honesta descendit, veluti si quis e philosopho cantor, e mercatore caupo, ex œconomico coquus, e fabro fieret histrio. **Quadrabit** item, vbi quis e conditione lautiore ad abiectiora deuenerit. Procopius sophista in epist. quariã: **Τὸ δ' ἡ λεγόμενον, ἀφ' ἑπιπῶν ἐπ' ὄνους μεταβεβήκαμεν.** id est, Iuxta proverbium, ab equis ad asinos transiimus.

*Ab asinis ad boues transcendere.*

Hic diuersum est illud Plantinum, **Ab asinis ad boues transcendere**, pro eo quod est, ex humiliore conditione ad ditiorum partes tranfire. Sic enim apud Plautum in Aulularia, Euclio, cuius pauperclius diues quidam exerebat affinitatem: **Venit hoc mihi in mĩtem Megadum, te esse hominẽ diuitem, factiosum, me item esse hominẽ pauperum pauperimum.** Nunc si filiam locassẽm meam tibi, in mentem venit, te bouem esse, & me esse asellum. Vbi tecum coniunctus siem, vbi onus nequeam portare pariter, iaceam ego asinus in luto, tu me bos haud magis respicias, natus quẽ si

nūquam siem. Et te vtar iniquiore, & meus me ordo irrideat. neutrobi habeam stabile stabulum, si quid diuortii suat. Asini me mordicus scindant, boues incursent cornibus. Hoc magnum periculum est, me ab asinis ad boues transcendere. Hæstenu Plautus. Videtur allegoria ex apologo quopiã mutuo sumpta, qui nobis in præsentia nō succurrit.

*Ab asino delapsus.*

Απ' ὄνυ κατὰ πῖσιν, id est, Ab asino delapsus. In eos dicitur, qui inconsulte quippiam agunt, & imperite: aut in eos, qui à presentibus commodis, quibus ob insecitiam vti nesciunt, excidunt. Est autem in Græcis verbis facta adlusio ad finitimam orationem, mutato accentu, ἀπό νῦν, id est, à mente delapsus, tanquam vecors & mentis impotens. Videtur hoc adagio Plato lib. De legibus 3. Δὲν φανίται ἔμοιγε οἷον περιπτοὺν τὸν λόγον ἐκὰς ὅτι ἀναλαμβάνειν, καὶ μὴ καθάπερ ἀχάλινον ἔπι μένον τὸ σῶμα, βία καὶ τῷ λόγῳ φερόμενον κατὰ τὴν προίμιαν, ἀπὸ τινος ὄνυ πῖσιν. id est, Mihi sane videtur sermo velut equus vnde quaque restitendus, ne tanquam os habens estrene, impetu abreptus, iuxta pro verbum: ab asino tanquam à mente excidat. Videtur item Plutarchus in Gryllo. Rursum Aristophanes in Nubibus:

Κακῶς γὰρ ὄνυας ἀχάλυ, ὡς γεμοὶ δ' οὐκίς.  
 Ἰππὸς γ' ἐλάττω ἐξέπεσον νῦν τῆς βίης.  
 Τὶ δ' ἄτα λυρῆς, ὡς περ' ἀπ' ὄνυ ἐπιστῶν. i.  
 Mali, vt videtur, accidit tibi quippiam. Ita per deos, equos agens, miser excidi. Quid hæc ita, vt delapsus asino blatteras? Primus versus dicitur à Strepशिade Daniskā irridente, quod pecuniam filio suo mutuo datam repetat. Alter est Daniskā, iuuenem tacita idlusione notantis, qui studio alendorum equorum pecuniam eam absumpserat. Tertius rursus Strepशिadis, dicentis illum delirare, periinde quasi non ab equis, sed ab asino decidisset, hoc est, ἀπ' νῦν, id est, à mente. Quandoquidem & Latinis mente delapsi dicuntur, qui mēte exciderunt. Suetonius in Augusto: Rectorem quoque solitus apponere, ætate paruis, aut mente lapsis. Quidam huic quoque proverbio huiusmodi affingunt fabulam. Duo quidam, cum in desertis locis asinum quempiam forte fortuna nauti essent, contendere inter sese cœperunt, vter eum vti suum do-

mum abduceret: nam vtrique pariter à fortuna videbatur obiectus. Hac interim de re illis inuicem altercantibus, asinus sese subduxit, ac neuter eo potitus est. Atque hinc proverbum natum autumant. Sed magis placet in adagio captam fuisse adlusionē, de qua diximus, maxime quod videamus grammaticis id studio fuisse, vt omnibus adagii fabulam aliquā, aut historiam, vel commentitium adiungerent. Vt autē Suetonius dixit mente lapsos, ita Vlpianus titulo de magistratibus conueniendis, facultatibus lapsos dixit, qui redacti essent ad inopiam.

*Telluris onus.*

Ἦς βάρος, id est, Terræ onus. De homine vehementer inutili, qui nihil aliud quam terram suo pondere grauet. Refertur inter adagia Græcica, natum ex Homero, apud quem Achilles Iliados 2. hoc pacto loquitur, indigne ferens otium, & quod nō iaceat prælium cum reliquis copiis:

Ἄλλ' ἡμῶν παρὰ νῦν τιν ἐπιπέσων ἀχάλυ ἀρῶν.  
 id est, Navibus assideo telluris inutile pondus.

*Rursum in Odyssæa Y.*

Οἷον μὲν τινα τῶτον ἔχεις ἐπιμασον ἀλάτῳ Σίτῳ καὶ οἷνυ κίχρη μένον, ἔδ' εἰ τι ἔργων, Ἐμπωσῶν ἔτι βίης, ἄλλ' αὐτῶς ἀχάλυ ἀρῶν.  
 id est, Quē tādē nobis erronem adducis edacem, Enectumque fame, vini que, & panis egenum, Artibus edoctum nullis, neq; viribus vllis Pollentem, ac tantum telluris inutile pondus?

Videtur eo Plato in Theæteto, οὐκ ἔστι γὰρ ἀκρίαν, ὅτι ἔλκετ' αἰσιν γὰρ ἄλλως ἀχάλυ, id est. Existimant enim se non haberi pro nugis & inutilibus terræ oneribus. Nec illepidū, nec prorsus, ni fallimur, ἀπὸ στίβωνον est, quod memorat Athenæus lib. 8. Stratonicus quidam citharædus Corinthi peregrinabatur. Hunc cum anicula quzdam fixis oculis intueretur, idq; diu, tandem, Quid, inquit, tibi per deos vis mater, aut quid me sic continenter intueris? Demiror, inquit illa, si matris vterus te decem menses ferre poruit, cum ciuitas angatur, vnum dūtaxat diem te portans. In tales quadraret epitaphium, quod Timocreonis Rhodii poetæ, ceterū voracis, ac bibacis sepulchro inscriptum indicat Athenæus lib. 10.



Πολλὰ πᾶσι καὶ πολλὰ φαρῶν, ἢ πολλὰ καὶ εἴπων

Ἀνθρώπων, κῆμα τιμοκρέων ῥόδιον. id est, Multum edī, multumq̄ue bibi, mala plurima dixi in Mortales, iaceo hic Timocreon Rhodius.

*Arabius tibicen.*

Ἀράβιος ἀνλητής, id est, Arabius tibicen, aut ἀράβιος ἄγγελος, id est, Arabius nuncius. In eos dici solitum, quia semel cœperus nunq̄ desistunt. Quod vitii Flaccus cātoribus peculiare esse scripsit, ut iussi cantare, nūquā adducantur ut incipiant: si iniussi cœperint nunquam desinant. Citatur ex Menandro: ἀράβιον ἀρα εἶνα κενήνικα ἀνλητήν, Arabiā ego hęc tibiam excitavi. Meminit adagii Iul. Pollux, c. de loquacibus, ad hęc modum: ἀράβιος ἀνλητής. id est, Arabia tibia. Citatur & Cantharus in Medea: Κιθαρῶδον ἔβηνερατο ἀράβιον. id est, Citharedum excitavit Arabium. Celebratur Græcis & hic versiculus de tibicen Arabio:

Δραχμῆς μὲν ἀνλεῖ τετράρων ἢ πέντεται. i.

Drachma canit, sed quattuor cœpescitur. Quod paulullo precio prouocaretur ad canendum, non nisi magne mercede desisteret. Adagium hinc natum existimāt, quod olim tibiis canendi artem non discerāt ingenui, tanquam sordidam, sed hanc sola mancipia exercebant, quę plerūq; ex Arabia producebantur. Deinde ingenuis vīq; adeo placere cœpit, ut indoctus haberetur, quisquis huius esset rudis, donec Alcibiades tibias abiiceret, oris deformitate cōspicua ad speculum, Conueniet & in eos qui laborāt morbo, quem Græci vocant ἀπικρατολογία, id est, qui dicendi finem facere nesciunt. In quos extat illud Sophoclis,

Λίγη γὰρ ὁ σῆς ὄσεται λίγην αἶε,

Λέληθιν ἀντὸν τοῖς ξωθῶσιν ἂν βάρης, id est, Quicunq; gaudet continenter proloqui, Is se grauē esse, quotquot adfunt nō videt.

*Artem quænis alit terra.*

Τὸ τέχνην πᾶσα γῶνα πέφει, id est, artē quænis alit regio. Prouerbialis sententia, quæ significatum est, certissimum viaticum esse eruditionem aut artificium aliquid. Nam hæc neque eripi possunt à latronibus, & quocunq; terrarum abeas, te comitātur, nihil adferentia sarcinæ. Suetonius scribit, aliquando Neroni prædictum à ma-

thematicis, fore ut Imperio desisteretur: vnde vocem illam Neronis celeberrimam extitisse, τὸν τέχνην πᾶσα γῶνα πέφει, quo maiore venia meditaretur citharædicā artem, principi gratam, priuato necessariam. Itaque cum intelligeret sibi pereundum, illud identidem discitabat, qualis artifex pe- reo, velut indignum esset, qui tantus esset musicus, vt vbiuis gentium viuere posset, nunc fame ad mortem adigi. Nec enim assentimur hoc loco interpretum sententię, qui locum apud Suetonium hunc secus enarrant. Idem nullo conuicio magis offensus est, quam quod quidam illum malum citharædum appellasset. Idem euenit Dionysio Syracusano tyranno, qui Imperio exutus Corinthi Iudū aperuit, ac pueros litteras & musicam docuit. Apparet autem paucarum syllabarum commutatione deprauatum; fortassis sic restituetur:

Τὸ τέχνην γιπέπασα γῶνα ἐκπέφει. Fertur inter Græcorum sententias huiusmodi senarius, ab hoc prouerbio non admodum dissidens:

Λιμὴν ἀτυχίας ἐστὶν ἀνθρώποις τέχνη. id est, Ars ipsa inopię portus est mortalibus. Hoc est, Vnicum cōsugium in egestate ars est. Vnde qui sapiunt, etiam si suppetat abunde res familiaris, tamen liberos suos opificum aliquod discere cogunt, quo si contingat, vt fortuna auferat opes, aut in exilium ire iubeantur, sic quo sibi victum parent. At nunc plerūque quibus domi nihil est, in diuitum familiis consenscunt: vnde si pellantur, aut mendicādum sit, aut tollendum quod non posuerunt, cōtra Platonis legem. Qui scripsit Cornu copię Latinum, citat similitimum huic prouerbum, Sua cuiq; ars pro viatico est. Honestissimum sane viaticum, modo ars sit honesta.

*Non eras in hoc albo.*

NON eras in hoc albo, hoc est, Non eras in hoc numero. Translatum ab alba tabula, in qua quondā scribebantur nomina iudicium. Plin. in præfatione historiarum inuēdit: Cum hanc operam conducerem, nō eras in hoc albo: i. non eras in eorum numero, quos hæc lecturos credebam. Erat & album prioris, in quo leges & formulę describebantur. Pandectarum lib. 1. tit. de Elendo, ex Vlpiano. cum quoq; edere Labeo ait, qui

qui producat aduersarium suum ad albū, & demonstrat quid dictaturus sit. Atq; hoc sane loco, aduersarium non declarat eum quicumque sit, sed tabulas ex tempore notatas memoriz gratia. In quem sensum M. Tullius vsus est in oratione p. Roscio, idque non semel. Andreas Alciatus existimat legendum, Aduersaria, non aduersarium, libro Disputationum tertio. Item secundo eiusdem operis lib. titu. 1. multa fit mentio de albo. Quintilianus lib. Institutionum 11. Quorum alii se ad album & rubricas transtulerunt. videlicet leguleios & formularios irridens, qui non ex libris Iurisprudentium, sed ex albo prætoris iuris scientiam discerent. T. Liuius Decadis primæ lib. 9. Ciuile ius repositum in penetralibus pontificum euulgauit, fastosq; circa forum in albo proposuit, vt quando lege agi posset sciretur. Apuleius Metamorphoseos lib. 6. meminit albi. Siquidem Iouem adlocutorum deos, ita facit exordiri: Dei conscripsi musarum albo. Quibus in verbis subesse videtur obscura quidem, sed facta adlusio scriptoris, ad deos à poetis confictos: quasi ii demum in deorum numero sint, quos illic Musæ, quibus afflati scribunt poete, constituerint.

*Oleo tranquillior.*

**O**leo tranquillior, Hyperbole prouerbia lis, in homines minime iracundos, leniq; ingenio præditos, à liquoris natura sumpta, quo nihil magis tacitum magisque lenne. Plautus in Pœnulo: Ita hanc canem faciem tibi oleo tranquillior. Est autem vsque adeo tranquilla olei natura, vt mare quoque rem omnium seuissimam tranquillit, atque ob id vrinantes aiunt oleum ore spargere, quod mitiget elementis naturam asperam, lucemq; deponet. Auctor est Plin. lib. 2. Idem confirmat Plurarchus, & cur ita fiat, rationem reddit in libello De causis naturalibus. Rursus in coniuualiu quæstiuicularum Decade sexta, causam adferens, cur Homerus inter tot liquores, oleum duntaxat appellat *υγρόν*, id est, humidum, siue liquidum, ostendit oleo nihil inesse asperum, sed vndique lenne esse, & ob id maxime reddere imagines more speculorum. Præterea nec motū aut percussum strepit, quemadmodum humores reliqui, nec lucetur eum igni, sed tacite pascit, De-

nique nõ est alius liquor, qui tam late diffundatur, cum inungitur corpori, aut ferius siccescat, aut æque molliat ac leniat. Vitur hoc adagio & Plato in Theæteto de scientia, placida ingenia, quæ leniter ac tranquilla ad disciplinas & disputationes accedunt, oleo molliter fluenti comparat, ὁ δὲ ἔτα λείως τε καὶ ἀπταιστὸς καὶ ἀνομιῶς ἐρεχεται ἐπὶ τὰς μαθήσεις καὶ ζητήσεις μετὰ πολλῆς τῆς πραότητος, ὡς ἐλαῶς ἔδωκε ἀφοφντὴ ῥέοντι, ὡς ἐ βαυμάσαι τὸν τρικλεῖστον ὄντα ἔτα ταῦτα διαπραττέσθαι. id est, At hic adeo leniter ac circumspecte, simulque expedite ingreditur ad disciplinas quæstionesque, multa cum mansuetudine, olei in morem, citra strepitum fluentis, vt admiretis tantum cum sit, hæc ad eum modum agere.

*Auricula infima mollior.*

**H**VIC funilimum, quod M. Tull. vsurpat in epistolis ad Q. fratrem li. 2. Tu, inquit, quemadmodum me censet oportere esse in Rep. & in nostris inimicitias, ita & esse, & fore auricula infima scito molliorem. Ammianus lib. 19. In aliis nimium scuerus, in hoc titulo, ima, quod aiunt, auricula mollior. Translata metaphora ab ea auriculæ parte, qua non est aliud in humano corpore mollius, aut flexibilius, lentiusq; vt que nec osse rigeat, neque cartilagine dureseat, neque neruis intendatur.

*Apio mollior, aut mitior.*

**Α**πίο πιπταίερος, id est, Apio mitior. Simili figura dictum est à Theocrito, καὶ δὴ μὴν ἀπίο πιπταίερος. id est, Et iam certe apio mansuetior. Est autem apius Græcis raphanus, aut pyri genus.

*Spongia mollior.*

**Ε**Ι ΨΔΕΜ est generis, τῆς σπογγῆς μαλακώτερος, id est, Spōgia mollior. Sicut enim assentator quispiam loquitur apud comicū quempiam, citante Plutarcho in commentario De discrimine adulatoris & amici: Εμὲ ἰκόμαχε πρὸς τὸν στρατιώτην τάξετε, Ἀν μὴ ποιήσω πιπταίερον, καὶ σίγων ὄλοι, Ἀν μὴ ποιήσω σπογγῆς μαλακώτερον. T: πρὸς σπον. Nicomache me isti militi opponas velim, Nisi pepona loris, quantus est, effecero, Nisi spongia illi molliorem qualibet

Reddidero vultum.

Ad eundem modum dicebant, pepone mollior. Theopompus apud Athenæum lib. 2.

Μαλακώτερον πέπωνος & καὶ σκώριμοι γέροντες. id est, Molliora mihi pepone & cucumere facta sunt. Ad hanc formam pertinet, quod idem citat ex Epicharmo, Πραυότερον ἔγωγε μαλακός. id est, Mitior equidem malua, quod ea herba vim habeat leniendi. Idem Cinzdo mollior. Plautus in Aulularia, Ita fustibus sum mollior magis, quam vllus cinzodus. Nam prisci saltatores & pantomimos cinzdos vocabant, quod cum gesticulatio- ne canerent. Similiter Catullus,

Cinzde Thalli mollior cuniculi capillis.

*Felicibus sunt & trimesures liberi.*

Τοῖς ἐπιτυχῶσι καὶ τρίμηνα παιδία. id est, Felicibus sunt & trimesures liberi.

Senarius prouerbialis in principum ac diuinitum felicitatem, quibus per adulationē omnia laudi vertuntur, quosq; sibi nihil nō licere putant, adeo vt quod in homine plebeio perinde vt summum scelus dānatur, in illis virtutis titulo celebretur. Vnde nata sit parœmia, Suetonius Tranquillus declarat, Claudii Cæsaris vitam his verbis exordiens: Patrem Claudii Cæsaris Drulum, olim Decimum, mox Neronem prænominē, Liuia cum Augusto grauida nupsisset, intra mensem tertium peperit, fuitque suspicio ex vitico per adulterii consuetudinem procreatum. Statim certe vulgatus est versus:

Τοῖς ἐπιτυχῶσι καὶ τρίμηνα παιδία. id est,

Potentibus sunt mensū & partus trium. Nam mense septimo, decimo, & undecimo, legitimi sunt partus: quarto & octauo, neque vitales fere, & perquam rari: mense tertio, nulli partus editi leguntur. Auctor Plin. lib. 7. c. 5.

*Aurem vellere.*

**AUREM** vellere, veteres dicebant admonere: à prisco ritu sumpta figura, quo in ius ducturi quempiam aurem vellicabant, antestantes eum, quem quasi testem meminisse volebant. Inde Horatianum illud in Sermonibus:

- Et licet antestari, ego vero

Oppono auresculam.

Siquidē vt frisus antiquitus erat sacra Genio, veluti scribit in Maronis Silenum Seruius, vt digiti Mineræ, genua Misericordiz, ita auris Memoriz dæ, quam Græci

μημοσίνην vocant. Vergilius in Sileno:

Cum canerem reges, & prælia, Cynthius aurem

Vellit, & admonuit pastorem, Tityre pingues

Pascere oportet oues, diductum dicere carmen.

Quod imitatus Calphurnius in Bucolicis:

Vellit nam sæpius aurem

Inuida paupertas, & dicit vilia cura.

Non nihil decoris adiunxit prouerbio Calphurnius, quod ad rem transtulit. Quamquam potest paupertas hoc loco pro dea accipi. Seneca libro De beneficiis 4. Nec tantam munus dabo, sed verba mea redimā, & aurem mihi peruellam, damno castigabo promittentis temeritatem. Rursus lib. 2. Loquar tecum & mihi aurem peruellam: hoc est, ero mihi ipsi monitor, ne simili ter peccem. Vitur in hunc modū & aliis aliquot locis, vt in epistola quadam, Sic ergo aliquis custos, & aures subinde peruellat, abigatq; rumores & reclamet populis laudantibus.

*Alter Hercules.*

**PROVERBIALIS** hyperbole, ἄλλος ἠρακλῆς, id est, Hic alter Hercules. De viro præstrenuo ac laborum tolerantissimo. Extat hoc titulo fabula quepiam ex Menippeis Terentii Varronis, mirum in prouerbiali. Aristoteles libro Moralium Eudemiorū 7. Ο γὰρ φίλος βλάττει εἶναι, ὡς περὶ παροίμια φησὶν, ἄλλος ἠρακλῆς, ἄλλος ἄτος. i. Nam amicus cupit esse, sicuti prouerbio dicitur, alter Hercules, alter hic. Plutarchus scribit, alter cognominis vulgo Theseo attributum, quod multa fortiter patrasset extra plo Herculis. Laetius in vitis philosophorum ostendit & Cleanthem philosophum alterum Herculeum vulgo dictum fuisse, quod esset omnium laborum patientissimus, adeo vt noctu hauriendo e puteo aquā victum diurnum pararet, vnde & φερωντλῆς dictus pro Cleanthe, & nihilo tamē segnius egregiam operam interdiu nauaret philosophiz. Clearchus apud Zenodotum aliam fabulam adfert, vnde hoc sit natum adagium. Ait enim Briareum, qui & ipse Hercules dictus est, profectū Delphos sublatis inde thesauris: aliquot ac monumentis, ex iis quæ eo in loco seruabantur, iuxta veterem quandam consuetudinem, ad columnas, quas Hercules cognominat, sese

sefe contulisse, atque eidem illis, quæ illic erant, fuisse portum. Deinde Tyrium Herculem venisse Delphos, ut oraculum consulere, deumque responderet. οὗτος ἄλλος Ἡρακλῆς, id est, hic alter Hercules, atque oraculum in adagionem abiisse. Nec desunt qui huius dicti originem referat ad Titorem quendam bullequam, qui multis ex plis Milonem superavit. Is se positens superatum, sublatis in cœlum manibus dixit, ὦ Ζεῦ, μή τουτον Ἡρακλῆν ἔμην ἐτιρον ἐπιρας, O Iupiter, num hunc nobis Herculem alterum genuisti? Huc pertinet illud Theocriti in Pasto ribus,

Φωνῆν Ἡρακλῆα βινὴν ἰχθῆος ἐρίσθην. i.

Viribus Alcidae hunc certare & robore dicunt.

Subiicitq; pastor.

Κῆρ ἐφ' ἑμὴν πολὺν δίκος ἤμην ἀμύρω. i.

Me quoq; Pollucæ mater præcellere dixit.

Erat enim hic excellens in pugilum certamine. Et Græculus adulator apud Iuvenalem diuitem imbecillum Herculi æquat, Antæum procul à tellure reuerti. Macrobius lib. Saturnalium 3. scribit in hunc modum: Salios autem Herculi propter vberatæ doctrinæ altioris assignat, quia is deus & apud Pontifices idem qui & Mars habetur. Et sane ita Menippea Varronis affirmat, quæ inferibitur, ἄλλος ὄρος Ἡρακλῆς, quia cum de Hercule multa loqueretur, eundem esse cum Marte probavit. Apud Latinos quoque Ruticello cuidam prodigiosis viribus. Herculis nomen attributum. Is mulum suum tollebat, ut scribit M. Varro, citante Plinio libro 7. At Hippocrati medico, quod pestilentiam ab Illyriis venientem prædixisset, dimissis ad auxiliandum circa vrbes discipulis, Græcia ob meritum eosdē decrevit honores quos Herculi, nam & is ἀλεγκτικός habitus est. Auctor idem Plinius eodem libro. Quin nomen hoc Herculis videtur vulgari sermone ad omnes viros egregie fortes transferri solere, non aliter quam Cætonis ad graues & sapientes. Nam Varro quadraginta tres Hercules enumerat, ad ditq; hoc nomine honoratos fuisse omnes, qui fortiter quippiam egissent. Testatur & Macrobius in Saturnalibus, hoc nominis compluribus fuisse commune, & ante Amphitryonis priuignum. Sic & Achilles appellabatur insigni fortitudine duces: quorum de numero fuit Lucius Siccinius Dē-

tatus, ob ingentem fortitudinem Romanus Achilles appellatus, quod centum & viginti præliis cum hoste pugnasset, nec ullam haberet cicatricem auerfam. Auctor A. Gellius lib. 2. cap. 11. Denique rationem aut argumentum Achilleum vocant, quod sit insuperabile & insolubile.

*Bipedum nequissimus.*

**BIPEDUM** nequissimus, de homine vehementer improbo, quiq; vel pecudes nequitia superet: Dicitur est in Regulū quendam oratorem, quem Plinius in epistolis subinde suis pingit coloribus, vbi & adagiū hoc refertur: sed ante hunc Cicero torserat in Clodiū in oratione pro domo sua: Hoc tu proscriptore, hoc consiliario, hoc ministro, omnium non bipedum solum, sed etiā quadrupedum impurissimo Remp. perdidisti. Consimili figura. Alexander Imperator apud Aelium Lampridium: Nuper certe patres meministi, cum ille omnium non solum bipedum, sed etiam quadrupedū spurcissimus, Antonini nomen præferret. Helio gabalum significans, Imperatorum vnum omnium effæminatissimum & quem optimo iure Romanum Sardanapalum possis dicere. Addit autem in hoc sermone nominis generalitas gratam quandam & nouam ἔμφασιν, quemadmodum & nullum animal pro nullo homine vulgo dicimus.

*Adamantinus.*

**ΑΔΑΜΑΝΤΙΝΟΣ**, id est, Adamantinus, pro eo quod est inexorabilis, aut infatigabilis. Huic pro uerbo incredibilis huius lapidis durities locum fecit: de qua Plinius lib. 37. scribit ad hunc modum: Incudibus adamantes deprehenduntur, ita respuentes ictum, ut ferrum vtrinque disulter, incudesq; etiam ipsæ disilliant. Quippe duritia inenarrabilis est, simulq; ignium victrix natura, & nūquam incalciscens. Vnde & nomen indomita vis, Græca interpretatione accepit. Hactenus Plinius. Vnde quidquid inuictum atque inexpugnabile, ad adamantinum vocamus. Hesiodus:

Ἀλλ' ἂν δ' ἄμαίτος ἔχει κραιπρόφρονά θυμὸν. i.

Durus at his animus solido ex adamante creatus.

Theocritus in amaryllide,

Κακὴ μὲν ἴσως ποτιθῆν, ἐπεὶ δὲ ἀδαμαντίνῃ ἐν τῷ. id est,

Me



- Neq; enim mihi cornea fibra.  
 Nam cornua & durissima sunt, & sensu carent, quemadmodum & vngues. Quanquam porcellæ & à cornu arbore cornu dicitur, cuius lignum durissimum esse constat. Persu carmen in prima satyra sic habet,  
 Non ego cum scribo, si forte quid aptius, exit,  
 Quando hæc rara auis est, si quid tamen aptius, exit.  
 Laudari metuan, neq; enim mihi cornea fibra est.  
 Vnde qui carer humanis affectibus, robur, adamantem, silicem, ferrum, cornu in peccatore gestare dicuntur.

*Aiacis risus.*

Αἰακῆος γέλοσ, id est, Aiacinus risus. In eos, qui temere ac vecorditer rident: Id quod apposite dicitur in homines mortiferis voluptatibus gaudentes, breui perituros: aut qui malefictis gaudent, mox penas daturi. Cuiusmodi risum, eleganter describit Homerus in Odyss. Y.

Μικροῖσι δὲ πάλλασ ἀθῆνι.  
 Ἀσβησον γέλοσ ὡρετ, παρὲ πλάγην δὲ νόμα.  
 Οἰδ' ἠδὲ γναθμοῖσι γέλοσ ἀλλοτρίοισιν.  
 Αἰμοφόροντα δὲ δὴ κρεῖα ἠδῶν, ὅσσε δ' ἄρα σφείων  
 Δακρυόφιν πιμπλωτο, γούν δὲ αἴτο θυμός. i.  
 Deinde procis risum commouit diua Minerva  
 Haud compescendum, mentemq; excusfit, at illi  
 Protinus attoniti malis risere alienis.  
 Mandunt interea tabetes sanguine carnes.  
 Lumina complentur lachrymis, mens anxia mœret.

Adagium natum est ex historia Aiakis. Is adeo grauiter tulisse legitur Vlissem sibi perlatum in capeffenda successione armorum Achillis, vt præ dolore in insaniam versus sit: itaq; gladio districto in gregem pecorum insiluit, existimans sese Græcorum copias cadere. Tum duos quosdam maximos suos à trabe suspensos flagris cecidit, arbitrans hos esse Agamemnonem atque Vlissem, quorum alteri vt iudici, alteri vt victori porissimum erat iratus. His igitur suis plurimo cum risu in saltauit, addens conuicia quæcumq; suggerebat splendida bilis. Deinde postea quam respiciisset, partim pudore, partim metu, sibi mortem consciuit.

Nec intempestiuiter torquebitur in eos, quibus risus ob oritur nulla de causa, quem vulgo dicunt, aut insanæ, aut stultitiæ, aut stultitiæ argumentum esse. Attestatur & senarius ille prouerbialis:

Γέλοσ δ' ὁ μαρὲς κἀντι μὴ γέλοισιν ἄ. id est, Ridet fatuus, vt nulla risus causa sit.

*Canis vindictam.*

Κυνὸς δ' ἴκνω, id est, Canis vindictam. Macedonicum adagium, in eos, qui præter expectationem penas dant iis, quos aliquando læserunt. Natum ab Euripidis tragicis interitu. In Macedonia vius quicquam est, qui Thracum sit dicitur, propterea quod olim à Thracibus sit inhabitatus. Hic cum canis quidam Archelai regis aberrasset, Thraces de more suo maclatum sacrificarunt, ac deuorarunt. Quod vbi comperisset Archelaus talentum eis multam dicit. Verum cum illi soluendo nõ essent, Euripidem subornarunt, qui regem exoratet vt sibi multam remitteret, ita vt fecit. Postea vero cū Euripides in sylua quadam solus esset, & Archelaus à venatu reuenteretur, canes Euripidem circum discerpserunt, deuoraruntque. Existimatum est autem eos canes ex eo prognatos fuisse canem, quem Thraces sacrificarant. Hinc adagium apud Macedonas increbruit, Canis vindictam, subaudiendum passus est, aut aliud commodius, Valerius Maximus libro 9. capite de morte non vulgari, refert. Euripidem cum ab Archelao rege Macedonum cœnæ adhibitus fuisset, domum à conuiuio repetentem, à canibus fuisse discerptum. Eos canes ab æmulo quopiam immisso fuisse confirmat A. Gellius Noctium Atticarum libro 15. cap. 20. Suidas addit, hos æmulos fuisse Arrideum Macedonem, & Cratenam Thessalum poetam, quos Euripidis gloria vrebatur. Hi sine interitum à regis canibus dilaceratum fuisse. Sunt qui narrent, eum non à canibus, sed à mulieribus fuisse dilaniatum, cum intempesta nocte Craterum adolefcentem peteret, Archelai amatum. Testatur enim & Gellius Euripidem μετονοῖσθαι, id est, mulierum osorem fuisse. Sed quo ad superiorem attinet opinionem, fabulam non ut quequaque dissimilem narrat Plutarchus in dialogo De comparatione terrestrium animalium & marinarum. Pyrrhus, inquit, rex iter faciens canem reperit, corpus hominis interfecti seruantem: cumque cognouisset

visset eum tertium iam diem impastū manere, nec à cadauere diuelli, iussit extinctum sepelliri, canem secum adducendum curauit. Paucis post diebus militum delectus est actus, omnesque regem sedentem præteribant. Aderat & canis, quietus interim, donec domini interfectores prætereuntes conspicatus est: in hos protinus iratus, cū clamore irruit, ac sæpius allatrauit subinde respectans Pyrrhum, adeo ut non solum ipsi Pyrrho, sed & omnibus qui aderant, suspicio nasceretur. Proinde cum & alix nonnulli coniecturæ, ita ut sit, accederent aliunde, duo comprehensi sunt, & facinus confessi, supplicio sunt affecti. Addit & Hesiodi interfectores, ab ipsius cane proditos, supplicium dedisse. Subiicit his, quod sua memoria dicit accidisse. Quidam in rupi in Aesculapii templum, sublatis aureis & argenteis aliquot monumentis, clam & ignotus, ut putabat, aufugit. At canis templi custos, cui nomen Capparus, nam indignus qui periret *ἀνώνυμος* cum videret neminem ædituorum sua voce commoueri, fugientem sacrilegū est in secutus, ac primum quidem saxi peritus, haud tamen discedebat. Exorto die non accedebat propius, sed procul oculis obseruans sectabatur, nec cubi obiectū capiebat. Rursum iuxta dormientem cubabat & ipse, & abeuntem ad consimilem modum insequabatur: quod si qui viatores fuissent obniti, iis cauda adblandiebatur, in illum nunquam latrabat ac sæuiebat. Hæc cum ab aliis alii dedicissent, simulque & canis & hominis figuram cognouissent, sacrilegum apprehenderunt, & ad supplicium duxerunt, cane præcedente hilari iam ac gestiente, quod maleficum esset venatus. Unde ei cani de publico pastus decretus est, eiusque rei cura sacerdotibus madata. Verum ut ad proverbium redeamus, apparet apte dici posse & in hunc usum, quotiens auctor illati mali dissimulatur. Veluti cum veneno tollitur inimicus, & spagitur in vulgum rumor, illum febri perisse: aut cum princeps immisus in ædes alicuius satellitibus omnia diripia, & fama dissipatur à latronibus fuisse spoliatus: aut cum tyrannus subuerit eū, cui male vult, deinde facti inuidia confertur in agrastratus, tãquam illo inscio fecerint. Videtur hinc fluxisse, quod hodie passim apud Germanos dicunt, vbi quid accidit incommodi certi, incerto auctore, quod-

que nemini possis imputare, id canis accidisse morfu.

*In tuo regno.*

**Q**UOD cuiusque priuatum est, regnum eius dicitur. Inde & Melibœus Vergilianus:

Post aliquot mea regna videns mirabor aristas.

Scæuola apud Ciceronem in Oratore, Id nisi in tuo regno essemus, non tulissemus. id est, in tua villa. Nam Crasso loquitur in Tusculano, quæ villa tum erat Crassi. Quinctiæ vulgo iactatur adagium, Sux quenque domi regem esse: quod tamen ab ipsa vsque antiquitate manasse videtur. Quandoquidem apud Homerum, Odyssæ A. versiculus hic extat:

*Ἀντὶ τῶν ἐν οἴκῳ ἀναξέσοι, μὴ ἡμετέροις.* id est, Aedibus in nostris ego regem gellero sane.

*In tuo luco & sano est situm.*

**I**N tuo luco & sano legitur apud Plautum, pro eo quod est in tua potestate, tuo arbitrio tua tutela, tua manu. Translatū à sanis & lucis, numinibus dicatis. Nonnihil diuersum est quod ait M. Tullius in oratione pro Aulo Cecinna: In meis castris præsidiiisque verfaris: id est, mecum facis, & pro me pugnat quæ dicis.

*Intra suas præsepes.*

**S**I M I L I figura dicit Plautus in Cassina, Scite, si id impetret, futurum quod amat intra præsepes suas: pro eo quod est, certum ac paratum. Nam quod intra septa nostra clausum sit, id tuto et seq; possidemus. Dicitum est autem in senem dantem operam, ut ancilla, quam amabat, villico suo nuberet, hoc quidem consilio, ut insciente vxore cum liberet, ea ruri potiretur. Idem in Rudentibus: Ad herum arbitrum vocat me hic intra præsepes meas.

*In ære meo est.*

**Q**UÆ nobis officiis obstructum significamus, ita ut iam totus certoque; noster sit, cum in ære nostro dicimus esse. Nam antiquitus omnis pecunia ærea erat, auri vsu nondum reperto in feriendis nomismatis, legitur apud Ciceronem libro Epistolarum familiarium 13. Et mehercle semper sic in animo habui, te in ære meo esse, propter Lamiæ nostræ coniunctionem, & singularem accessi-

necessitudinem. Item libro 15. Marcum Fabium quod mihi amicum tua commendatione das, nullum in eo facio quæstum. Multi enim anni sunt, cum ille in ære meo est, & à me diligitur.

*A teneris unguiculis.*

Απὸ τῶν ἀπαλῶν ὀνύχων, id est, A teneris unguiculis, pro eo quod est, à prima pueritia. Translatum à catulis, quorum unguiculi nondum duruerunt. M. Tullius, A teneris, ut Græci dicunt, unguiculis. Flaccus in Odis: Et incestos amores

De tenero meditatur ungui.

Plutarchus in libello De puerorum institutione, Ὡς ἀνὴρ ὄνυχον καὶ τὸ δὴ λεγόμενον ἐξ ὀνύχων ἀγαπᾷσι τὰ τέκνια. id est, Ut intrinsecus, & quod dicitur, ab unguiculis ament liberos, hoc est, à prima statim in fantia. De matris tribus loquitur quæ suis uerbis lactant fetus suos.

*Ab incunabulis.*

EYNDUM habet sensum, Ab incunabulis, id est, à primis vitæ rudimentis. Plautus in Pseudolo, Sed hic seruus Carysto huc qui aduenit, quid sapit vsq; à cunabulis? Item Titus Lilius, Ab incunabulis imbutum odio tribunorum M. Tullius oratoris incunabula vocat primam illam à fundamentis institutionem. Et Vergilius:

-Gentis cunabula nostræ.

Aurelius libro Pandectarum primo, titulo de officio præfecti prætorio, His cunabulis præfectorum auctoritas initiata in tantum meruit augeri, ut appellari à præfectis prætorio non possit. Aristoteles in Ethicis lib. 2. dicit, ἐκνηπιῶν, ἐκ νέων. Quorum posterior citat ex Platone Est autem is locus apud Platone in libro De legibus 10. καὶ ἐν παιδομοίαι τοῖς μύθοις ἐκ νέων παίδων τί ἐν γάλαξιν τρεφόμενοι, τρεφόμενοι καὶ μητέρων, &c. id est, Nunc vero credentes fabulis, quas à pueris cum adhuc lacte aleremur, à nutricibus ac matribus audiuiimus. Similiter & Crepundia pro prima ætate accipiuntur.

*Cum lacte nutricis.*

COGNATVM est his quæ superius retulimus, ab incunabulis, à teneris unguiculis. Cicero Tuscul. quæst. lib. 3. Nunc autem simul atque editi in lucem & suscepti sumus, in omni continuo prauitate, & in summa

opinionum perversitate versamur, ut pœne cum lacte nutricis errorem suxisse videamur.

*Ante victoriam encomium canis.*

Ἐπὶ τῆς νίκης τοῦ ἰγκώμιον ἄδεις, id est, Ante victoriam encomium canis. In eum, qui præpro pere gloriatur, re nondum confecta. Nam apud Græcos, qui rem strenue gessissent in bello, oratione quapiam aut carmine laudabatur: quæ laudatio proprie encomium dicitur. Extat enim Theocriti carmen in laudem Ptolemæi, cui titulus, Encomium, & Luciani Demosthenis encomium. Apud Romanos, orationes, supplicationes, triumphi, præmia virtutis erant: unde licet dicere, Antequam viceris, triumphum paras. Plato in Lyfide, Πρὶν νικῶσαι, ποιῆσαι τε καὶ ἄδεις εἰς ἑαυτὸν ἰγκώμιον id est, Priusquam viceris, & facis & canis de te ipso encomium. Non abludivit hinc, quod ait Plato in Thæteto, Φαυόμεθα ἀγνῆδες ἀλικτεφύτος δῖον πρὶν νικῆσαι κείνῳ. ἀποπιθῆσοις ἀπὸ τῆς λόγῳ ἄδειν. id est, Videbitur galli ignavi more priusquam vicerimus, a sermone desilientes canere: Si quidem hic mos animanti, cantu victorem se testari. Huc pertinet illud quod alibi retulimus ex Solonis auctoritate, δεκτέλος μακροβίῳ. Tum illud Pindari in Isthmiis, ἔστι δ' ἄφρανα τύχας καὶ παραμύθων, πρὶν τέλος ἀκρον ἰκίεσθαι. id est, Est autem incerta fortuna etiam pugnantium, priusquam ad summum finem perueniatur.

*Omnes attrahens ut magnes lapis.*

Πάντας ὄψελκων δία μαγνίτις λίθος. id est, Cuncta attrahens haud aliter ac magnes lapis.

Hoc carmē Suidas citat ex Piside. Videtur proverbiale. Metaphora ducta à natura lapidis, ferrum ad se trahentis, & attracturam tenentis, quem quidam eundem putant cum eo, quem Heracleum vocant, cuius alibi mentionem fecimus in proverbio, Lydius lapis. Hoc miraculi Plinius verbis attollit lib. 36. cap. 16. ad hunc modum, Quid lapidis rigore pigrius? Ecce sensus manusq; tribuit illi. Quid ferri duritia pugnacius? Sed cedit, & patitur mores, trahiturq; à Magne te lapide: domitrixq; illa rerum omnium materia, ad inane nescio quid currit, atque ut propius venit assistit, teneturq; & complexu hæret. Sideritem ob hoc alio nomi-



ne appellant: quidam Heracleon. Magnes appellatus est ab inuentore, vt auctor est Nicander, in India repertus. Haftenus Plinii verba reddidimus. Inter multas Magnetis species, Aethiopicum commemorat, attractu vsque adeo efficaci, vt non ferrum modo, verum etiam alterum Magnetem ad se trahat. Eoque tantus huius lapidis honos, vt argenti expendi solet. Commemorat & Haematiten non perinde in attractu ferro violentum, sed alio insignem miraculo. Siquidem vt est colore sanguineo, nam hinc etiam vocabulum, ita si teratur, sanguinem reddit. Huius igitur lapidis tam prodigiosa vis prouerbio locum fecit. Citat Suidas Euripidem ex Oeoco:

- Ως τε μαγνήτις λίθος
- Τὴν δ' ἔξω ἔλκει, καὶ μέγιστον πόλιν. id est,
- Sic vt Magnetis lapis
- Mentem trahit, transfertque rursus ac demouet.
- Ἐφ' ἑαυτὸν ἔλκει, ὡς τε κακίας νέφος. id est,
- Ad se attrahens vt Cæcias nubes trahit.

*In syluam ligna ferre.*

IN syluam ligna ferre, est aliquem iis rebus augere velle, quibus ipse maxime abundet. Horatius in Sermonibus:

Atque ego eum Græcos facerem natus mare citra

Vericulos, vetuit metali voce Quirinus  
Post mediam noctem visus, cum insomnia vera,

In syluam non ligna feras insanus, ac si Græcorum malis magnas implere ceteruas. Eadem ratione dicimus: In mare deferre aquam: quorum vtrunque nos epigramate quodam coniunximus,

Largiri numeros tibi Petre, hoc est,  
Syluæ ligna, vago mari addere vendas.

Vtrunque congruit cum eo, quod alio retuli mus loco, vltulas Athenas.

*Lumen soli mutuas.*

Τὸ φῶς ἡλίου δανίζεις, id est, Lumen soli mutuum das. Cum docemus doctissimum, monemus vehementer prudentem: aut cum conamur exponere, quæ per se sunt clarissima: aut sermone celebrare, quæ sua sponte sat illustria sunt. Sol enim fons omnis luminis putatur, qui lucem mutare solet, non mutuo accipere. Refertur in iis collectaneis, quæ Plutarchi titulo, circumferuntur,

Et simile quiddam apud Fabium de iis qui per se clara conantur illustrare, eos perinde facere, quasi si quis studeat clarissimo soli mortale lumen inferre.

*Fontes ipsi sitiunt.*

FONTES ipsi sitiunt, Ironia prouerbiali in eos, qui petunt ab aliis quod ipsis affatim abundet domi. Cicer. ad Q. frat. Tibi quod rogas, quoniam ipsi fontes iam sitiunt, si quid habebis spatii, scribam. Significat fratrem magis abundare verbis, quos tamen à se petat, perinde quasi carminum indigens. idem ad Attic. lib. 12. Non ad δ' ἰψῶν κέρων, sed ad ἡγίμων eum venisse vt scribis, in tantis præsertim angustiis.

*Ipsa olera olla legit.*

IPSA olera olla legit, in eos quadrabit, qui suum ipsorum vitium in aliud quippiam reiciunt: aut qui sic ad scelus aliquod quasi facti, vt non possint non peccare. Catullus in Cæsarem:

Mentula mœchatur, mœchatur mentula certe.

Hoc est quod dicunt, ipsa olera olla legit. Nam olla coquendis oleribus nata est: vel quod absurdissimum sit, si quis dicat ollam legere olera quæ non coquet, nisi si quis im miserit. Non igitur olla in causa est, sed qui iniicit mala olera. Non est admodum huic dissimile, quod ex Homero ceu prouerbiale citat Tertullianus, Ipsum ferrum virum attrahit. Id à nobis alio dictum est loco, in prouerbio Tollenda mali occasio. Item ipsa olla lenticulam attigit.

*Oedipi imprecatio.*

Oὐδ' ἰπποδῶ ἀρά, id est, Oedipi imprecatio. De tragicis & ingentibus malis. Qui Græca colligit adagia, citant ex Aeschylō huiusmodi fabulam: Eteocles & Polynices, de more patri ex vno quoque sacro partem anteriorem mittebant. Cum autem aliquando per imprudentiam atque incogitantiam, coram hoc est, posteriore partem misissent, ille existimans id non obliuione, neque imprudentia, sed contumeliæ causa factum, imprecationibus diris eos est execratus. Alii narant. Oepidum, simul atque cognouisset se parricidam esse, cum autem cum matre consuetudinem habuisset, suis ipsius manibus oculos sibi eruisse. Quæ res vbi eius loci incolis cognita est, Oedipum expulerunt vrbe. Ille

Ille in exilium abiens, filios, quod patrem in calamitate non defenderent, execrationibus deuouit. Quæ quidem neutiquam irritæ fuerunt: nam iuuenes mutua cede extincti sunt: Mater sibi mortem consciiuit: Oedipus ipse fulmine ætus interiiit. Cuiusmodi autem fuerint huiusmodi imprecationes, Diogenes Cynicus apud Laertium propemodum indicat, qui per iocum dicere solitus erat, sibi τὰς τραγικὰς ἀράς, id est, Tragicæ execrationes occurrisse. Esse enim sine domo sine ciuitate, priuatum patria, pauperem, palantem, vitam in diem agentem. Sophocles in Tyranno, fingit Oedipum ignarum etiamnum de quo Phœbus dixisset exigendo, tanquam qui ciuitatem suam sceleribus pollueret, multa diu in eum, hoc est in se precantem. Euripides in Phœnissis:

Ἀράς ἀράται παυσίνοιόστωιτάτας. id est, Dirisissimas preces precatur liberis.

Verba locastæ de Oedipo. Idem in Oedipo Coloneo, sic Oedipum imprecantem facit Polinici, vt fraterna manu occideretur, vicissimq; occideret,

Τὰς δὲ συλλαβῶν ἀράς  
 Ἄσσοι κληῖμαι, μπε γῆς ἐμφυλῆς  
 Δοξικετήσαι, μπε βοσῆσαι ποτὶ  
 Τόκολον ἄρεθ, ἀλλὰ συγγενῆ χερὶ  
 Θωάν, κτανεῖν ὑφ' ἑπιρ ἐξελεύσασαι.  
 Τοῦτ' ἀρώμαι καὶ καλῶτ' ταρτάρῳ  
 Στοιγῶ πατρῶων ἔρεθ. & reliqua quæ sequuntur, id est,

Hæc te sequantur agmine imprecamina,  
 Tibi quæ imprecor, vti ne ue natali solo  
 Potiare bello, ne ve ad Argos postea  
 Redire liceat, immo fraterna manu  
 Perimaris, ac vicissim eum dedas neci  
 Qui te expulsi, fratré. Ista vobis imprecor,  
 Testorq; patri triste numem tartari.  
 Horatius hoc genus imprecationis diras vocat in Odis:

Diris agam vos, dira deprecario  
 Nulla expiatur victima.  
 Huiusmodi autem parentū in liberos deuotiones esse formidadas, Homerus quoq; testatur Iliados 1. Cum Phœnix narrat se patris execrationibus obnoxium fuisse, idq; contigisse quod illi fuerant imprecata. Carmen Homeri sic habet:

Μὴ ποτε γένῳσιν ὀσιν ἐφ' ἑσσηκῶ φίλον υἱὸν  
 Ἐξέμειν γινώτκα, θεοὶ δ' ἐτέλειον ἀπάρκας. i.  
 Orat ne in genibus proles aliqui sederet.  
 Ex me nata suis, diisq; audiuerit precantē.

*Efficitur pro nostris opibus mœnia.*

EFFICIMVS pro nostris opibus mœnia. Quadrat in tenui fortuna, paruisq; facultatibus homines, qui tamen ipsi quoque pro rei modulo viuunt laute. Plautus in Stichō: Quibus diuitiæ sunt domi, schaphiis, & cantharis batrochis bibunt. Nos nostro Samio lo poterio, tamen viuimus nos, tamen efficitur pro opibus nostra mœnia. Hactenus Plautus. Itidem vulgo dicitur hodieq; Puffillæ auiculæ puffedillos nidulos construunt.

*Omnium rerum vicissitudo est.*

TRIDENTIVS in Eunuchō: Omnium rerum vicissitudo est. Quæ sententia significat in rebus mortalium nihil esse perpetuum, nihil stabile, sed omnia velut æstuario quædam fluxu refluxuq; decedere atque accedere. Atque his vicibus, ab aliis ad alios transferuntur imperia, opes gloria, voluptas, eruditio: denique quidquid est, aut commodorum aut incommodorum. Sophocles in Oedipo Coloneo has rerum humanarum vices eleganter describit.

- Μόλις ἔγγινεται  
 Θεὶσι γίγνεται, ἔδδ κατὰ νῆν ποτὶ.  
 Τὰ δ' ἄλλα σπγγῆ πάντῳ ὁ παγκρατὴς χερός.  
 Φεῖνει μὲν ἰχθὺς γῆς, φθίνει δὲ σώματα.  
 Θνήσκει δὲ πῖσις, βλάσται δ' ἀπείσια.  
 Καὶ πινύμα τάυτον, ἔποτ' ἔτ' ἐν ἀνδράσιν  
 Φίλοις βίβωται, ἔτι πρὸς πόλιν πόλιν.  
 Τοῖς μὲν γὰρ ἡδὴ, τοῖς δ' ἐν ὑστέρῳ χερός.  
 Τὰ τερπνὰ, πικρὰ γίγνεται, κἀνεὶς φίλα.

Quorum carminum sententiam utriusque reddemus.

- Solis deis  
 Nunquam senectia molesta, nec mors accidit.

At reliqua miscet cuncta tempus importes.  
 Terræ per hoc vis atque robur interit,  
 Simulq; nostri corporis perit vigor.  
 Moritur fides, perhidia pullulat inuicem,  
 Nec animus idem, nec eadem flagrantia  
 Haud vnquam amico durat erga amiculū,  
 Nec ciuitati in ciuitatem permanet,  
 Siquidem his statim, illis post puffedillum temporis,  
 Iucunda quæ fuerant, amara ac tristitia, & Ingrata dudum grata fiunt inuicem.

Homerus item Iliados 2.

Νῦν δ' ἐπαμείβεται ἀνδράς. id est,  
 Nunc his nunc illis contingit vincere.

Item

Item Iliados Σ.

Ξυυ, ... id est, Communis Mars, inq; vicem perimit petimentem. Neque uero prætereundum hoc loco bellissimum eiusdem poetæ figmentū de duobus doliis, ex quibus Iuppiter varie miscet res mortalium. Carmē extat in Iliados vltimo libro, quod non ab re fuerit adscribere.

Δοιά γάρ τε πέλοιο κατακείαται ἐν δίοδος ἔδρα Δάωρα. Ἰα δ' ἰδ' ὄσι, κηκῶν, ἐτιρος δὲ ἐάκων. Ω, μὲν καμύζος δ' ὄω ξυῖος τε σπικέρωκος, Ἀλλοτε μείντε κηκῶ ὄγεύρεται, ἄλλοτε δ' ἐ. Δωῶ. id est.

Dolia namq; Iouis duo stant in limine, plena Muneribus quæ is donat, in hoc mala sūt, bona in illo. Hinc miscens dispensat acuto fulmine gaudens, Nunc mala distribuens ac tristitia, nunc bona rursum.

Tractum videtur adagiū ab Aesopi responso. Is enim rogatus, auctore Laertio, quid ageret Iuppiter, respondit, τὰ μὲν ὄφιλα τὰ πενιο, τὰ δὲ ταπεινῶν φοῖο, id est, Deprimat ex celsa, & tollit humilia. Euripides in Ioue, Τὰ ἄνω τὰ τοιαῦτα ἔδεν ἐν ταυτῶ μείει. i. Eiusmodi mortalium

Sunt res, vt in eodem nihil duret statu. Euripides in Ictidibus, Ο γάρ βίος πάνθ' ἀνατρέφει πάλιν. id est, Fortuna cuncta versat in contrarium.

Theognis in sententiis. Ζυῖος γάρ τοι τὸ τάλαντος ἐπιτρέπει ἄλλω, Ἀλλοτε μὲν πλετῆν, ἄλλοτε δ' ἔδεν ἔχων. i. Nunc etenim huic libram inclinat, nunc Iuppiter illi,

Vt modo sis diues, nil modo possideas. In quibus versibus Theognis, vt illud obiter indicemus, adlusit ad locum Homericū in Iliados 6. vbi Iuppiter aureis lancibus expendit Troianorū & Graecorū fata. Fertur in eandem suam huiusmodi versiculus,

Τὰ ἄνω τὰ πάντα μεταβολὰς πολλὰς ἔχει. i. Varias vices, res obtinent mortalium.

Celebratur & hoc dictum, κύκλος τὰ ἀνθρώπων, id est, Circulus res mortalium, vt subaudiunt, sunt quo circūmagantur, & velut in orbem recurrant, fortuna versante rotā. Item Pindarus in Theione, Πρω δ' ἄλλοτε ἄλλω.

Ἐὐβουλιε μετὰ μὲν πόνων ἐς ἀνείρεας ἔβαυ.

Quorum carminum sensus est, Iucunda ac triuitia. xltus in morē, vicissim accidere mortalibus. Homeris locis aliquot appellat ἑτεροκλήα ἰκύν, id est, Victoriā alternatim nunc his nunc illis ὄντιγγentem.

Iucunda vicissitudo γερμ.

Μεταβολὴ πάντων γλυκῶ, id est, Iucunda rerū omnium vicissitudo. Sententia proverbialis cum ab aliis passim auctoribus vsurpata, tū vero ab Aristotele 2. Rhetoricarū præceptionū lib. 2. Ἐπιπέδω μεταβολῆν ἴδω, εἰς φύσιν γάρ γίνεται μεταβολῆν, τὸ αὐτὸ αἰεὶ ὄντι βολῆν ποιεῖ τὸ κατὰ φύσιν ἔχει. δὲν ἔστω, μεταβολὴ πάντων γλυκῶ, id est, Varietas quoque, vicissitudoq; iucunda. Fit enim iuxta naturam transmutatio. Quod autē semper idem statī perpetuiq; habitus, parit satietatem. Vnde illud dictum est. Vicissitudo rerū omnium iucunda. vsurpatur ab eodem libro Moralium Eudemiorum 7. Sumptum apparet ex Euripidis Oreste, Μεταβολὴ πάντων γλυκῶ. id est, Mutatio iucunda rerum est omnium. Eodem adlusit Vergilius in Bucolicis.

Alternis dicetis, amant alterna camœnæ. Fertur & Mimus quidam in hanc sententiam non illepidus.

Niliucundū, nisi quod commendat varietas.

Item alter huic consimilis. Bonarum rerum consuetudo pessima est. Ea rerum natura, eiusmodi sensus humani fastidium, vt nihil esse possit tā suauis, quod non abeat in nausēā, si paullo diutius vltare, nihil tam egregium, quod idem diu placere possit. Vnde & illud Iuuenalis:

Voluptates commendat rarior vsus. Varietas autem tantam in omni re vim habet, vt commendatione nouitatis interdū, & pessima pro optimis placeant.

Inuitis canibus venari.

INUITIS canibus venari. Hoc adagio significatum est, non sat feliciter succedere, quod ā nolentibus extorquetur. Neque eorum officio utendū, qui non ex animo operam suam nobis commodant. Apud Plautum in Stichō Panegyris patri interminās, ne se, suarq; sorore inuitas vitis collocet: Stulticia est, inquit, pater, venarum ducere inuitas canes. Additq; sententiam, qua metaphoram explicat: Hostis est vxor, inuita quæ ad viuum nuptum datur.

7. Nita

Inuitos bones plaustro inducere.

SIMILE dictum etiam hodie perseverat vulgo celebratum, incommodum esse, bubus inuitis plaustrum ducere, aut inuitis equis plaustrum agere. Videtur autem ex Theognide sumptum:

Μὴν ἀκίοντα βῆν κεντᾶν ὑφ' ἀμαξῶν ἔλκν-  
id est,

Inuitum ne me scutica, stimulisque subactum

Vi studeas unquam ducendo inducere plaustro.

Velocem tardus assequitur.

Κιχάνει τοὶ βραδύς ἄνδρ, id est, Assequitur celerem tardus. In eum cōpetet, qui viribus imbecillior, arte atque ingenio vincit potentiorē. Natum adagium ex Odyssiæ. Vbi lepidissima narratur fabula, quemadmodum Vulcanus claudus, cum suspectam, haeret uxorem Venerem, quod, turrim cum Marte congregeretur, nec vires suppetere, quibus adulterum deprehenderet, ad artes atque ingenium confugit. Lectum suum adamantinis atque inuisibilibus catenulis circumuinxit: quod ubi fecisset, foras obire se simulat. Deinde cum in arctissimis essent complexibus, Mars & Venus, vinculis illis hoc magis irretiti, quo magis se circumagerent, ecce tibi repente redit Vulcanus, & prodente sole, deos omnes adhibet, deprehenso adulterii testes. Quo loco Homerus:

Κιχάνει τοὶ βραδύς ἄνδρ,  
ὧς καὶ καὶ ὑφ' αἰσῶν ἐὼν βραδύς εἶλεν ἄρα  
ὦκνύτατον περ ἐόντα θεῶν, οἷ δ' ἄλυτον ἔχρησι,  
Χαλὸς ἐὼν τεχνῆσι, τ' ἰχ' μοι χ' ἄριστο φέλλεσι. l.

Nonnunquam assequitur tardus, celerem que

Sic uti nunc Vulcanus, ut est vestigia tardus,

Mauorem cepit, qui perniciosissimus vnus

Cunctorum quicumque tenent supera astra deorum.

Et quamquam est claudus pede, rem tamē arte peregit.

Proinde et debet poenas depreſus adulter.

Eodē pertinet apologus de vulpe & cornu, prædam eandem cursu petentibus, quā vulpes celeritate impar, ingenio sibi vindicauit. Item de cancro cursu cum vulpe certante. Item de corydo auicula, volatu certante cum aquila, Accidit huiusmodi quiddam

& in piscibus, ut qui tardissimi sint, arte capiāt velocissimos. Quorum de numero est Raia, quæ abdens sese locis harenosis, aut limosis, capillamentis illis suis porrectis pisces allicit, allostosq; ad os vsq; pertrahit. Item torpedo abscondit sese in arena, limone: ac pisces forte incidentes torpore asicit, atque ita depascitur. Qua quidem arte venatur etiam hominem. Occultat sese & pastinaca, Græcis trigonis dicta, sed diuersa ratione. Atq; ita fit, ut cum sint ipsæ segnes, tamen aliquando capiātur mugilem habentes in aluo. Auctor est Aristoteles libro de naturis animalium nono. Plinius autem libro nono testatur, mugilibus præcipuam esse velocitatem, ut aliorum piscium vim timentes, transuersa nauigia superiaderent. Theognis adagium retulit ad hunc modum.

Καὶ βραδύς εὐβυβλος εἶλεν ταχὺν ἀνδρα δίακων.

Callidus ac tardus celerem insectando prehendit.

Aquilam testudo vincit.

Az hoc non discrepat illud quod refert Diogenes Laertius in vita Menedemi philosophi, ex Achæi poetæ satyra, cui titulus Omphale,

Ἡλίσκετ' ἄραγε καὶ πρὸς ἀδυνῶν ταχύς  
Καὶ πρὸς χειλῶν αἰετός ἐν βραχέϊ χερσὶ. l.

Capta est profecto celer ab imbecillibus. Et aquila tempore in breui à testudine.

Hos senarios ait vsurpare solitum Menedemum in eos, qui secum in ciuilibus honoribus contenderent. Accipi potest per ironiam, aut simpliciter, ubi quis potentiorē arte vincit, & quod viribus non potest, astutia conficit.

In tempestiua benevolentia nihil similitudine differit.

SENARIVS est Græcis prouerbii vice celebratus:

Ἀκαρὸς ἴσσοι ὄδῃν ἐχθρῶς δία φέρεν. id est, Par odio importuna benevolentia.

Suidas in dictione ἀκαρὸς narrat hoc versus Hippolytum respondisse Phædræ nouerces, dicenti se illius amore captam esse. Quadra bit in eos, qui dum officiosi student esse, nō habita temporis ratione, nocent, aut molesti sunt sedulitate. Veluti qui non apto tempore obiurgant amicū: aut qui immodicis & intēpestiuis laudibus conciliant hominū

P inuidiam;

innidiam: aut qui pecuniam suppeditant adolescenti, qua fiat deterior. Fertur & alter huic consimilis:

Φίλος μὲ βλάπτων ἄδὲν ἐχθρὸς διαφέρει. i.  
Cū nocet amicus, nihil ab hoste distrepat.

Huc respexit Horatius in epistolis:

Nil moror officium, quod me grauat.

Rursus alibi:

Sedulitas autē, quem stulte diligit, vrget. Idem Seneca libro de beneficiis 2. Szpe, inquit, nihil interest inter amicorum munera, & hostium vota. Quidquid illi accide re optant, in id horum intemptiua indulgentia impellit atq; instruit. Quid autē turpius, quam quod euenit frequentissime, vt nihil intersit inter odiū, & beneficium? In his Senecæ verbis, pro vota, quod nos ex ve tustis exemplaribus reposuimus, vulgati co dices habebant acta. Id admonendū erat, ne quis ignarus vt mendum tollat, quod in multis ante hac vsu venit. Prouerbio acce det non nihil gratiæ, si paullo longius desce statur: veluti si dicas: nullo xque nocere bonis litteris, atque hos, qui sedulo quidē, at parum feliciter tractant eas. Aut nemi nem magis officere famæ, quàm ineptum præconem. Aut secundam fortunam no centiorem esse aduersa.

Νῦν σε tempus.

Ἦν δὲ καὶ κωρὸν. i. Noueris teæpus, Celebratur in primis inter septem sapiētum apophthegmata: ac, vt alia pleraq; pluribus auctoribus adscribitur à nullo nõ vstrapatū. Hesiodus:

Μέτρα φυλάσσειδάω, κωρὸς δ' ἐπὶ πάνσιν ἄ ρισος. id est,

Obseruato modum, nam rebus in omni bus illud

Optimum erit, si quis tempus spectauerit aptum.

Huc adlusit Theocritus in Idillio:

Ἄλλα τὰ μὲν ἔαρος, τὰ δὲ γίγνεται ἐν χει μῶν. id est,

Verum alia æstiuo, atque hyberno tempo re fiunt.

Quin & Isocrates ad Demonicum scribit, iniucundum in omni re est, quidquid in temptiuium sic. Adeo cunctis in negotiis plurimum habet momenti, temporis & oportunitatis obseruatio. Idem admonent Græcorum sententiæ:

Ὡς μέγα τὸ μικρὸν ἐστὶν ἐν κωρῷ δ' ὁδὸν. id est, Vel maxima est puilla res loco data.

Rursus alia:

Καλὸν τὸ κωρὸς παντὸς εἰδέναι μέτρον. id est, Res bella cuncti nosse temporis modum.

Præterea Pindarus in Pythiis:

Ὁ δὲ κωρὸς ὁμοίως παντὸς ἔχει κωρῶν. i. Tempus pariter in omni re falligium ob tinet.

Item illud Horati,

Dulce est desipere in loco.

Tantum vim habet opportunitas, vt ex honesto inhonestum, ex damno lucrum, ex voluptate molestiam, ex beneficio maleficium faciat, & contra, breuiterq; rerum omnium naturam permutet. Hæc in aggrediundo conficiendoq; negotio præcipuū habet momentum: vt non sine causa veteres videantur eam diuinitate donasse: tamen apud Græcos mas est hic deus, appellaturq; κωρὸς. Eius simulacrum ad hunc modum sinegebar antiq;itas: Volubili rotæ pñatis insi stens pedibus, vertigine quam citatissima semet in orbem circumagat, priore capitis parte capillis hirsuta, posteriore glabra, vt illa facile prehendi queat, hac nequaquā. Vnde dictum est, occasionem arripere. Ad quod erudite simul & elegāter adlusit quic quis is fuit, qui versiculum hūc cōscripsit:

Fronte capillata, post hæc Occasio calua. Sed libet & Posidippi super hac re carmen adscribere, quod quam obrem Polirianus omittendum existimarit admiramur. Est autem huiusmodi:

Τίς πῶθεν ὁ πλάσσης; σικυνῶνιος, ὁμομα δὴ τίς, Δύσιππος. σὺ ἰ τίς, κωρὸς ὁ πανδωμάτωρ;

Τί τιτι δ' ἐπ' ἀκρὰ βέβηκας, ἅει τροχῶν. τί ἰ παρτὸς

Ροσσὶν ἔχεις διαφύεις, ἴπτα μ' ὑπνέμιος.

Χεῖρὶ δὲ διετίτρη τὴ φέρεῖς εὐρὸν, κίδρα ἴσι δειγμα

Ὡς ἀκμῶς πόσιος ὀφύτερος τελέθω.

Ἡ δὲ κωρῆ, τί κατ' ὄφιν, ὑπεκτιάσαν τὴ λα βέδω.

Ἦν δὲ κατ' ἐξέπιθεν πρὸς τὴ φαλακρὰ πέλας ἰ

Τὸν γὰρ ἀπαξ πτωνοῖσι παρατρέψαν τὰ με ποσσιν.

Οὗτις ἐδ' ἡμέραν δειράεται ἐξόπιθιν.

Τοῖον ἰ τεχνίτης μὲ διεπλάσιν εἰκην ὑμέω

Ξῆν κὴ ἐν πρῶτοῖς εἴκε δὲ δασκαλίη.

Quos versus nos ita vertimus, non quo cū archetypo Græco certaremus, sed crassiore, sicuti solemus, Minerva, planctq; ex tempore: videlicet vt intelligi duntaxat possint ab his, qui Græce nesciunt.

Quæ

Quæ patria artificis? Sicyon. quo nomine?  
nomen

Lysippo ductū est. ipse quis es? loquere.  
Illa ego cuncta domans Occasio, cur age  
pinnis

Insistis? voluorū; ac rotor assidue.

Cur gemina in pedibus gestas talaria? di-  
cam,

Huc illuc volucrē me leuis aura rapit.

Quid dextræ sibi vult inserta nouacula? si  
gnum hos

Quod quauis acie sim mage acuta, do-  
cet.

Tecta capillitio facies quidnā admonet?  
Illud,

Quisq; vti me, quotiēs offeror, arripiat.

Cur autem capitis pars posticaria caluet?

Quem semel alatis præterii pedibus,

Is quamquam volat inde cito me prendere  
curfu,

Haud liceat, simul ac vertero terga viro.

Hac itaq; idq; tua me finxit imagine causa

Hospes, sculptoris ingeniosa manus,

Spectandamq; domus hic prima in fron-  
te locauit.

Scilicet vt cunctos & moneam & doceā.

Non ab re fuerit & Ausonianum epigrama

ma subscribere: quod, vt admonet Politia-  
nus, e Græco videtur effectum, quanquam

cum aliis nonnullis diuersum, tum illo po-  
tissimum nomine, quod hic additur pœni-  
tencia comes. Carmen sic habet:

Cuius opus? Phidix, qui signum; Palla-  
dos, eius

Quiq; Iouē fecit, tertia palma ego sum.

Sum dea, quæ rara, & paucis Occasio nota.

Quid rotulæ insistis? stare loco nequeo.

Quid talaria habes? volucris sum, Mer-  
curius quæ

Fortunare solet, trado ego cum volui.

Crine tegis faciem? cognosci nolo, sed  
heus tu

Occipiti caluo es? ne teneat fugiens.

Quæ tibi iuncta comes? dicat tibi. dic ro-  
go, quæ sis?

Sū dea, cui nomē nec Cicero ipse dedit.

Sū dea, quæ facti, non factiq; exigo pœnas.

Nempe vt pœniteat, sic Metanœa vocor.

Tu modo dic quid agat tecum? si quan-  
do volauī,

Hæc manet, hanc retinent quos ego præ-  
terii.

Tu quoq; dum rogitas, dum percontan-

do moraris,

Elapsam dices me tibi de manibus.

*Olet lucernam.*

Τὸν λύχνον ὄξει, id est, Lucernam olet. De re  
meditata, multoq; studio elucubrata. Inde  
ductum quod studiosi ad lucernam vigilan-  
tes soleant elaborare, si quid accuratius ve-  
lint excudere. Iactatum olim in Demosthe-  
nem, illius ἐν ἐνμίματι τὸν λύχνον ἀπόζειν, id  
est, Enthymemata lucernā olere, quod om-  
nia de scripto diceret, ac præmeditatus do-  
mi. Vnde & illud de eodem celebratur elo-  
gium: quod plus olei quam vini consum-  
pserit. Erat enim abstemius, & ὀσποῖτος: at  
que extrema etiam senectū ad lucernulam  
illam suam exercebatur.

*Aristophanis & Cleanthis lucerna.*

ARISTOPHANIS & Cleanthis lucerna, pro-  
pter insignem studii diligentiam in prouer-  
bium abiit. Vt is ad Aristophanis aut Cleā-  
this lucernam dicatur lucubrare, qui sum-  
mo studio exquisitaq; cura singula pensit-  
tat. Varro libro De lingua Latina primo,  
Quod non solum ad Aristophanis lucer-  
nam, sed etiam ad Cleanthis lucubrem, no-  
lut præterire, qui poetarum modo verba,  
vt significant, expediunt. Videtur autem  
adagium sentire de Aristophane gramma-  
tico. Neque fama caruit etiam Epicteti lu-  
cernula, quæ post illius mortem magno cre-  
dēpta est. Ceterum quod ait Iuuenalis:

Hæc ego non credam Venusua digna lu-  
cerna?

magis pertinet ad inuestigationem, quàm  
ad lucubrationem.

*De plastro loqui.*

LIBERTAS veteris comœdiæ eiusque pro-  
gressa est, vt non solum ciuium primates,  
verum etiam deos nominatim taxaret, id  
quod apparet ex Aristophane, qui in Plu-  
to Iouem, Mercurium, Aesculapium, reli-  
quosq; deos omnes contumeliose tractat.  
Bacchum item in Ranis, non admodum  
honorifice. Quoniam autem apud præcos  
illos huiusmodi fabulæ in plastris agebā-  
tur à iuuenibus, ore sece collito ne possent  
agnosci, qui magna licentia in obuiū quem  
que dicteria iacebant, inde natum adagiū,

ὡς ἐξ ἀμάξης λαλεῖν, id est, Tanquam è plau-  
stro loqui, de his qui palam ac libere conui-  
ciantur. Id notat Aristophanes in Nebulis  
dicens, Οὐ μοι τι κώλυες ἔδδ' ἐπιπέσσειν οἱ Τρυ-  
γοδάμονες ἔστοι. i. Non me ludes, nec mi faci-  
es ea quæ trygodæmones isti. Nisi malu-  
mus hæc referri ad consuetudinem, quæ  
posterioribus etiam seculis duravit apud  
Athenienses. Nam in festo, quod Lenzum  
appellant, mos erat poetas inter se concer-  
tare scriptis carminibus, ad risum concitân-  
dum accommodatis, quæ sedentes in plau-  
stris pronuntiabant, inuicem sibi conuicia  
dicentes. Sunt qui ad Eleusinia sacra, quæ  
Magna vocantur, referunt in quibus mulie-  
res curru vehabantur, atque interim dum  
vherentur, ex more mutuis conuiciis sese  
laccellabant. Lucianus in Ioue tragædo, Ὡς  
θαυμόντων ἑδ' ἰνὸς φεῖσθ' ἔται, ἀλλ' ἐξ ἀμάξης παρῆν  
στα ζέτω, καὶ μέγ' ἔπειτα ἐξέειπεν, ὅς τ' αἴτιος, ὅς τε  
καὶ χυί. i. Ut nulli deorum parcat, verum è  
Plaustro libere loquitur, Corripiens simul  
infontem, pariterq; nocentem. Obicit &  
Demosthenes Aelchini, quod in se veluti  
de plaustro dicenda & non dicenda protulisset.  
Vnde hoc ipsum, veteris comædiæ licet  
etia, prouerbii quiddam sapit. Diuus Hiero-  
nymus ad Rusticum monachus, Ego enim  
neminem nominabo, nec veteris comædiæ  
licentia certas sponas eligam atq; perstringam.

Adlusit huc Aristophanes in Equitibus:  
Οἶμοι σὺ δ' ἔδδ' ἐξ ἀμάξεσσι λέγεις. id est,  
Heu mihi nihil tu loqueris è plaustrario.  
Siquidem ἀμάξεσσι vocantur plaustrorum  
fabri.

*Plaustra conuicijs onusta.*

**EODIEM** adlusit Lucianus, cum ait in Eun-  
cho καὶ ὁ λαὸς ἀμάξεις βλασφημιῶν κατισκιδά-  
σων ἀλλήλων. id est, Et solida plaustra conui-  
ciorum onusta inter se effundebant. Loquitur  
de duobus philosophis inter sese contum-  
eliose altercantibus. Significat autem. Ἰπερ-  
βολικῶς tantum conuiciorum quantum plau-  
stro possit vehi. Quæ quidem ipsa figura ad  
prouerbii naturam pertinet, cum dicemus,  
plaustra promissis onusta, & naues pollici-  
tis onustas, pro maximis amplissimisque pro-  
missis. Nam & ἀμαξία, id est, plaustralia  
Græci vocant magnifica, fastuosaq;, à plau-  
stris ducto nomine. Alexis apud Athenæum  
libro nono, detorsit in bonam partem, παρὲ  
Ἰσκι πλὴ Τρυπέζων, ὅτι παρὲ φέρων ἀγαθῶν

ἀμάξας. i. Apposita mensa est, ac dein circū-  
tulit rerum bonarum plaustra.

*Tollat te, qui non nouit.*

**TOLLAT** te, qui non nouit. Si cuius dolo-  
iam nō ignotos esse nobis significabimus,  
neque posthac posse ab illo falli, concinne  
dicemus, Tollat te, qui nō nouit. Refertur  
à Quintiliano libro 6. Simile est, inquit,  
quod dicitur παροιμία, & prouerbia oppor-  
tune aptata, vt de homine in aquam lapsō,  
vt alleuaretur roganti: Tollat te, qui non  
nouit. Hęc Fabii uerba alioqui (suboscu-  
ra, velut interpretatur Horatius in Epistō-  
lis, agens de scurra Plano, qui sponte sua se  
pe cadens, tanquam cruce fracto, miseran-  
dis uocibus prætereuntes implorabat, vt  
humo tolleretur. Peregrinus autem qui-  
spiam ac doli ignarus, si quando alleuatur  
accessisset, à sentria ludibrio habebatur.  
Verum ubi iam illius simulatio plerisque  
innouisset, isq; aliquando cruce uere fra-  
cto tolli precaretur: nemo subuenit, omni-  
bus Planum solitos agere ludos arbitranti-  
bus. Nimirum euenerat homini, quod Ari-  
stotelém dixisse ferunt, qui rogatus: quid-  
nam lucri faceret mendaces, hoc, inquit,  
vt nec uera dicentibus habeatur fides. Ver-  
sus Horatii sunt hi:

Nec semel irrisus triuuis attollere curat.  
Fracto cruce Planum, licet illi plurima  
manet

Lachryma, per sanctū dicat iuratus Ostrim  
Credite, non ludo, crudeles tollite claudū.

Quæ peregrinū, uicinia rauca reclamat.  
Porio uocem hanc Planus, A. Gellius libro  
16. cap. 7. commemorat inter uerba inuisi-  
tata, quibus usus sit Mimus Laberius, atq;  
significare sycophantam. Quanquam eod-  
em nomine usus est M. Tullius, eodem si-  
gnificatu, in oratione quā dixit pro Cluē-  
tio. Est autem dictio Græca πλάσιος, signifi-  
caturque tum errorum tum impostorem. Po-  
test & hoc pacto esse adagium, quære ho-  
spitem, aut quære peregrinum, quem ad mo-  
dum extulit Isæcus. Conueniet & in eos, à  
quibus aliquando sumus delusi, eaq; expe-  
rientia facti cautiore, minusq; creduli. Si-  
mile est illud Luuenalis:

Circuit & fatuos non inuenit.  
Nam fatui facile decipiuntur. Nec ablu-  
dit hinc Cræcum illud, Οὐκ ἀνὸς ἀλώπηξι. Nō  
iterum vulpes, subaudi, decipitur.

*Oppedete,*

*Oppedere. & oppedere contra tonitrua.*

**ΟΠΠΕΔΕΡΗ** proverbiale, pro reclamare, & contemnere reperimus vsurpatum. **Η**ο-  
ratus in Sermionibus: Vim tu curtis Iu-  
dzis oppedere? Aristophanes in Pluto:

*Κυ τ' πινίας ανταποπεδεις.*

Rursum in eadem alibi:

*Καυ τ' πινίας καταπεδεις.* id est,

At paupertati oppedere tristi.

Quod iam diuites facti paupertatem negli-  
gere possent.

Idem in Nubibus:

*Καυ βλομαι ανταποπεδεις προς τας βρον-  
τας.* id est,

Voloque ipsum oppedere contra cæli to-  
nitrua.

Verba sunt Strepsiadis a lorantis nubes, &  
contemnentis tonitrua Iouis. Interpretes ad-  
dit natum ex artificio quodam in scena re-  
presentari solito, lapillis ex amphora duas  
quoddam xineum precipitatis atq; ita toni-  
trui strepitum imitantibus, vt hoc sit velut  
obstrepere tonitruis. Nos opinamur adlu-  
sum ad veterum poppyllandi cōsuetudinē.

**ΑΝΤΙΧΩΙΤΗΣ**. n. cum fulgurato, poppyfma-  
tibus obstrepebant, id remedio foretati, ne  
quid læderet fulgur. Aristophanes in Ves-  
pis, *Καυ ασφαλως ποπυλλισον.* i. Quod si ful-  
gurato, poppyfiant. Vnde quidam per iocū,  
veluti perperam imitantes aliorum poppyf-  
rata, crepitu ventris edebāt. Cyclops apud  
Eurypidem in eiusdē nominis tragedia. Io-  
nis tonitruū contēnens, loquitur hoc pacto:

*Ει τ' ικτιων γαλακτος αμορεια, πειπλον*

*Καυ σιδος βρονταισιν εις εφ' κτυπων.* i.

Vbi lactis epoteauro amphoram, peplum

Quatio, Iouis ex pari tonitruo obstrepēs.

*In anatro Trophonij vaticinatus est.*

**ΕΣ ΤΡΟΦΟΝΙΩΣ ΜΕΜΕΝΕΥΤΑ**. id est, In Trophonii  
antro vaticinatus est. De homine vehemen-  
ter tristi, tetricoq; propterea quod olim cre-  
ditum est eum, qui in Trophonii specū de-  
scendisset, postea nunquam sidere. Aristo-  
phanes in Nubibus,

*Ως δε θεου εγω*

*Εισωκαταβειναι υπε' εστροφονης.* id est,

Vt videlicet horruī

Haud aliter, ac (ubiens specū Trophonii.

Porro historia de Trophonio varie narra-  
tur à Græcis. Quidam aiunt hunc Tropho-  
nium in secandis saxis summum artificem

fuisse, sanumq; subterraneum extruxisse in  
Lebadia Bæotiz regione, quod Trophonii  
vulgo cognominatum est, nimirū ab artifi-  
ce. Dein qui seiscitarēt oracula, in aditu  
specus sedere solitos, nudos: atq; inde statū  
quodam abripī sub terram. Gestare autē se-  
cum placentas quasdam, quas lemurius &  
serpentibus occurrentibus obiiicerent. De-  
inde percepto oraculo, rursus per aliū hia-  
tum in summam terrā restituit. Alii narrāt  
hoc pacto: Agamedes Sympthali, quæ est  
Arcadiæ pars, rex erat: vxorem duxit Epi-  
casten, cuius filius erat Trophonius. Ii eius  
tēpstatīs mortales omnes artificio supera-  
bant, ac Delphicum templum extruendum  
receptant, atq; in Helide ætariū quoddā  
concliderant Augex vbi aurum suū recū  
deret: qui postea soluta lapidis cuiuslibet cō-  
missura, quam in hoc ipsum reliquerāt, no-  
ctu ingressi, pecuniam furari consueuerūt,  
socio Gercyone Agamedis germano, atq;  
Epicastæ filio. Quæ res cum vehementer  
perplexum haberet Augeam, forte fortuna  
accidit, vt Dædalus Minoem fugiens ad  
eum diuerteter. Hunc exorauit Augex, vt  
arte quapiam fires hos inuestigaret. At  
Dædalus laqueos quosdam summo artifi-  
cio cōstituit, quibus Agamedes captus est.  
Id conspiciens Trophonius, non esse effu-  
gium, capite Agamedis amputato ne pos-  
set agnosci quis esset, vna cū Gercyone Or-  
chomenon aufugit. Hos cū Augex, aucto-  
re Dædalo persequeretur, & illinc aufuge-  
runt: alter nempe Gercyon Athenas, vt re-  
statat Callimachus, in Arcadiam, alter ve-  
ro in Lebadiam Bæotiz regionem. Vbi pa-  
rato sibi domicilio subterraneo per omnē  
vitā perseuerabat. Quo defuncto, vulgo cre-  
ditum est, illic certa redi oracula, ac Tro-  
phonio perinde vt deo sacrificari cœptum.  
Quidā aiunt Agamedē & Trophoniū Dæ-  
dali opera sustentatos aufugisse, & Tropho-  
nio fugiēti terram hiatu diductā, viuumq;  
absorbuisse circa Lebadia. Aliquot post an-  
nis, cū Bæoti pestilentia laborarent, cōsul-  
tū oraculū respondit, Trophonii manibus  
honorem habendum esse. At illi cum essent  
ignari, vbi nam terrarum illius esset mona-  
mentum, apum indicio repererunt. Nā vbi  
eas conspicerent, cauo quodam subscaten  
res, coniectarunt eum esse locum. Quare  
visum est aliquem in id antrū demittere,  
qui tē exploraret. Quidā igitur ingressus,



duos dracones obuios habuit: quibus obiectis offis mellitis, illisus euasit. Vñ & mos inoleuit, vt antrum Trophonii subituri placentas aliquot secum deferant. Prius quam autem subirēt, certis diebus ceremoniis præscriptis lustrabantur, pure interim agentes: deinde stola sacra ornati descendebant, hastas manu gestantes, vt aiunt nonnulli, quo vim serpentium depellerent. M. Tullius Tusculanarum quaestionum libro primo tradit, Trophonium & Agamedem ex ædificato templo Apollini Delphico, venerantes deum laboris sui mercedem petisse, nihil quidem certi, sed quod esset optimum homini: quibus Apollo se id daturū ostendit, post diem ab illo tertium, qui vt illaxit, mortui sunt reperti. Recētiore ita tradunt, Trophonium virum quempiam fuisse supra modum gloriæ famelicū, Empedoclique similitimum, extructoq; sibi subterraneo domicilio oracula reddidisse. deinde vbi ille fame interisset, genium quendam in id immigrasse, atque oracula redde re perrexisse: post superstitionem mortalium plures in id antrum demisisse sese, ac dies complures fuisse comoratos. Plutarchus in commentario de dzmonio Socratis, narrat Timarchum quendam in Trophonii specum ingressum, posteaquam illinc redisset, prodigiosa dictu narraffe sibi visa. Meminit & Cicero libro De natura deorum tertio, huius Trophonii. Meminit Herodotus in primo. Sed plurima de hoc nugamēto nugatur apud Philostratum Apollonius, vir nostro iudicio dignus, qui non alia de re philosophari debuerit. Ridet locis aliquot Trophonium hunc Lucianus, adamātinus omnium superstitionum, insectator: per cuius antrum & Menippus se iocatur ab inferis redisse. Huius antri mentionem facit Euripides in Ione:

Τὴ θέασις ἐν τρεφῶνις φέρεις, id est,  
Quod ex Trophonii refers oraculum?

Item in eadem:

Σκοπὸς δ' ἐστὶ φέρεις τρεφῶνις, id est,  
Templa adis Trophonii.

Quæ nos de Trophonii antro retulimus, partim ex Aristophanis interprete, partim ex Zenodoto sumus mutuati.

*Excubiatarum causa canens.*

Φρερῆς ἄδων, id est, Excubiatarum gratia canens, Dicebatur olim in hominem vigilan-

tem ac diligentem, inde ductum, quod qui excubias agunt, canere consueverunt, veluti vigiliarium tedium cantu solentur, vel ne interim obdormiscant. Sic ait Strepsiades in Nubibus Aristophanis, male acceptus in schola Socratis:

Φρερῆ τὰ χεῖματᾶ, φρερῆ χερσὶά,  
Φρερῆ ψυχῆ, φρερῆ δ' ἔμβας.  
Καὶ πρὸς τοῖς ἐπιτοῖσι κακοῖς,  
Φρερῆς ἄδων ὀλίγη φρερῶς γιγνίμα. id est,  
Cassi nummiq; cassusq; color.

Cassa est anima, cassæ solæ.

Hisq; malis accedit & illud,  
Dum canto vigil, pene interii.

Effertur autem bisariam, parœmia, φρερῆς ἄδων, ἢ φρερῆς ἄδων. Adluditur ad hanc vocem φρερῶς, quæ significat cassum & inanē.

*Sale emptum mancipium.*

Ἀλῶντοι αἰθ' ἑάποδος, id est, Sale emptū mancipium. In barbarum quempiam ac vilem homuncionem olim dicebatur. Nam negotiatores olim in mediterranea salē importantes, mancipia reportabantur à barbaris. Et Thraciæ genti peculiaris erat mos, πᾶσι πια sale commutare. Vnde comicus quidā: Θραῖς θυγῆνις εἰ πρὸς ἄλλος ἡγορασμένος. i. Generosus es Thrax sale redemptus scilicet.

Huiusmodi ferme referuntur à Zenodoto.

*Salis onni vnde venetas, illuc abiit.*

Ἀλῶν δὲ φόρετος ἐνθὲν ἢ λέν ἐνθ' ἔβι. id est,

Sal abiit illuc, vnde demanuerat.

Senarius proeubialis in eos qui parta tue ri nequeunt. Aut in eos quibus male parta male disereunt. Natum adagium ab euentu. Negotiator quidam nauem onustam sale uehebat, nautis dormitantibus, in fluxu aquæ maris sentina vehementer adausa, & salē vniuersum soluit ac corruptit, & nauē ipsam demersit: itaq; quod ex aqua marina natum fuerat, nam hinc cōcreuit sal, in eandem denuo liquefactum est.

*Salem velens dormis.*

FERTUR & his verbis adagium ex eodē euentu natum, ἄλας ἄγων κείνους, id est, Salem portans dormis. Quadrabit in eum qui in re periculosa socorditer atque in diligētē agit, propterea quod sal influxu sentinæ facile corrumpitur.

*Male*

*Male parva, male dilabuntur.*

RESPONDET superiori sententia, quod est in secunda Ciceronis Philippica: Sed ut est, inquit, apud poetam nescio quæ, Male parva, male dilabuntur. Quod autem de auctore dubitat Tullius, est apud Plautum in Pseudulo, Male partum, male disperit. Festus Pompeius ex Neuiio citat: Male parva, male dilabuntur.

*Qui se non habet. Samum habere postulat.*

Ὁς αὐτὸς αὐτὸν οὐκ ἔχει, σάμῳ θέλει. id est, Qui semet ipse non habet, Samum cupit. In eos conueniet, qui impudenter quippiam postulant. Aut qui inuiciora curant, maiorum negligentem. Natum ex historia quædam, cuius meminit Plutarchus in apophthegmatis Laconicis. Athenienses uerbo victori tradita postularunt, ut Samum duntaxat sibi relinquere. Atque is respondit ad hunc modum, Cum vestri non sitis, alius habere postulatis. Atque hinc ducta parœmia:

Ὁς αὐτὸς αὐτὸν οὐκ ἔχει, σάμῳ θέλει. id est, Qui semetipsum non habet, Samum petit. Dion sophista in libello περὶ τῆς ἀπιστίας, elegantèr accommodat in alium sensum, Ὁς αὐτὸς αὐτὸν οὐ φιλεῖ, πῶς ἄλλου φιλεῖ. i. Qui sibi ipsi non est amicus, quomodo alteri est amicus? Quadrabit & in eos, qui imperium affectant in alios, cum ipsi sibi nequeant imperare.

*Oculi & musices nulli respectus.*

OCCULTI & MUSICES nulli respectus. Græcis quondam celebratum adagium: cuius sensus est, quamuis egregias ingenii dotes, si non proferas, perinde esse quasi non habeas. Quo uidetur aduulisse Persius, cum ait:

Scire tuum nihil est, nisi te scire hoc sciat alter.

Hoc nostrum refertur a Suetonio in vita Neronis Imperatoris, quem scribit imperatoris dignitatis oblitum, usque adeo musices studiosum fuisse, ut non modo nihil omittet eorum quæ generis eius artifices, vel cõseruandæ, vel augendæ uocis gratia factarent, uerum etiam in scenam prodire cõcupuerit: subinde interfamiliares Græcum proverbium iactans, Occulte musice nullum esse respectum. Usurpant idem Aulus Gellius, lib. Nocturnum 13. ca. ult. Nosti, inquit, magister uerbum illud scilicet uetus: egre-

gram musicam quæ sit abscondita, eam esse nulli rei. Usurpatur a Luciano in Harmonide, Οὐ δ' ἐν γὰρ ὀφείλοισ ἀπορροῦντες φασὶ καὶ ἀφανῆς ἢ μυστικῆς, id est, Nulla enim utilitas occultæ, quemadmodum prouebio dicunt, & abstrusæ musices. Adlusit huc haud dubie Quidius, cum ait:

Tu licet & Thamyram superes, atque Orpheam cantu,

Non erit ignotæ gratia magna lyra.

Sunt autem nonnulli mortales, qui uel natiuo quodam ingenii uicio, uel data etiam opera quod sciunt dissimulant, & aliis grauatur impertire. His illud nonnunquam euenire solet, ut pro indoctis negligantur. His adscribendum quod Græci τυφλὸν πλῆτων appellant, id est, cæcas diuitias, reconditas opes & abstrusas. Ad hunc modum uocat Plutarchus compluribus locis, atque item Lucianus. Hoc dictum Plutarchus in uita Lycurgi testatur uulgo apud Lacedæmonios fuisse iactatum, quod illic Plutus seruaretur in honoratus non aliter quam imago picta inanimis & immobilis. Sic enim Lycurgus instituerat rempublicam, ut diuitiæ nec usus cuiquam esse possent, nec ornamento.

*Ficulnus.*

LIGNVM ficulnum ut fragile, atque ad omnia ferme inuile, prouerbis aliquot locum fecit. Nam ἀδρα σῦκινος, id est, uirum ficulnum appellant mollem atque inuilem, ut Theocritus in Ergatinis:

- Μὴ πικρῶν τῶν

Λίπτοι σῦκινι ἀνδρες. ἀπώλετο χ' ἕτος ὁ μισθός.

Ne quis præteriens dicat, ficulni homines sunt,

Atque hæc deperit merces.

Scholiasies admonet prouerbiu ductum à ligno ficus, inuile, fragili & inualido, unde dictum & ficulnum præfidium, pro inuile. Apud Aristophanem in Fucis quidam interrogat, τίος φύλας σὺ, id est, Cuius ligni tu? Respondetur σῦκινος, id est, ficulni. Quo loco monet interpret, ex ficulno ligno iunum existere acerrimum ac molestissimum. Apud eundem in Pluto Sycophanta minatur, si quem nactus esset suæ sortis uirum ficulnum, uel utrum iniuriam:

Εὐν δὲ σίβηρον λάβω τινα, καὶ σῦκινος. id est, Si quempiam nanciscar eiusdem iugis

Virum atque ficulnum.

Rursum apud eundem in eadem fabula:

Καὶ σὺ κινῶν τὸν ἰχθυὸν τῆσσι θεῶν,  
 Ἐγὼ πρὸς σὺν, τήμερον δ' οὐαὶ σὺ δίκην. id est,  
 Ficulnum ego hercle, ac præpotentem istū  
 deum

Compulsero pœnas hoc die dependere.  
 Ficulnum deum appellans imbecillum, ac  
 nullarum virium. Huc adlusit Horatius,  
 cum Priapum ira loquentem facit,

Olim truncus eram ficulnus, inutile li-  
 gnum.

Ac paullo post:

-Pepedi

Diffusa nate ficus.

Ficulnam mentē dixit Lucianus ἐν τῷ πρὸς  
 τὸν ἀπαίδεντον,

Χάλην μὲν ἔχων καὶ σὺ κίνη γνάμην. id est,  
 Claudam habens ac ficulnam mentem.

Eodem respexit Alexander Pseudomantis,  
 libros Epicuri lignis exurens ficulnis, nul-  
 lius precii philosophum significans. Et σὺ-  
 κίνη ἐπιπνερία, id est, ficulnum auxilium, pro  
 inualido atque inutili. Aristophanes in  
 Lyssistrata,

Ὅς ἂν ἀν' ἡμῖν σὺ κίνη ἐπιπνερία. id est,

Ficulna nobis qui erat opitulatio.

Et σὺ κίνη μάχηρα, id est, Ficulna machæra,  
 pro calumnia. Et σὺ κίνη ναῦς, id est, Ficulna  
 navis, pro vili, minimiq; precii nauicula.

Quin apud Naxios Bacchum, quem βακ-  
 χῆκα dicunt, viteum effingunt: alterum quὲ  
 μελίχιον appellant, ficulnum. Nam ficus illi  
 μέλικα vocant. Existimât autem Bacchum  
 non vini tantum, sed & ficuum auctorem.

Sic ferme Athenzus libro tertio. Diuersa si-  
 gura dixit Theocritus in Aita, χεῖρας πο-  
 λαὶ ἀνδρῶν. id est, aurei quondam viri. Item  
 præsidium sacrum, & anchora sacra, & ro-  
 bur adamantipum.

*Lupi illum priores videntur.*

LUP1 illum priores videntur. In raucum di-  
 citur, & cui vox repente sit adempta. Festi-  
 vius dicitur in eos, qui metu alicuius obti-  
 cescunt, alioqui feroces. Vergilius in Eclo-  
 ga: cui titulus Mœris:

Ἠὲ vox quoque Mœris

Ἠὲ fugit ipsa, lupi Mœrim videre priores.

Seruis admonet, phisicos auctores esse, in-  
 esse eam vim lupis, vt si quem hominē prio-  
 res viderint ei vocem adimât. Neq; defunt  
 philosophi, qui huiusce rei causam redde-  
 re conantur. Socrates apud Platonem libro

De republica 1. rem ad allegoriam vertit. di-  
 cens Thrasymacum sibi vocem ademptu-  
 rum fuisse, ni forte fortuna prior cōspexis-  
 set. Καὶ ἐγὼ, inquit, ἀκῆσας ἐξεπλάγην καὶ προ-  
 σβλέπτων αὐτὸν ἐφοβόμην, καὶ μοι δ' οὐκ ἔμει-  
 πρότερον ἐωφράκειν αὐτὸν, ἢ ἐκείνος ἐμὲ, ἄφρων  
 ἀν' γινώσκειν. Theocritus in Idyllio 3.

Ὅψ' ἄβειγέη, λύκον εἶδ' εἶς.

id est,

Edere nō poteris vocē, lupus est tibi visus.  
 Illud interim obseruatione dignum. Theo-  
 critum vertisse sententiā, cum negat cum  
 proloqui posse, non qui à lupo sit visus, sed  
 qui lupum viderit. Sed adlusit duntaxat  
 ad proverbum Theocritus, cum significa-  
 ret riualem conspectum, cuius nomen erat  
 Lupus.

*Quæcumq; in somnio videntur.*

Ὅσα ἐν ὄνειρῳ βλέπεις, id est, Quæcumq; per  
 somnium vides. De votis immodicis dicitur.  
 Nā quidquid optaris, id somniare con-  
 tingit quibuslibet: sicuti Micyllus ille Lu-  
 cianicus diuitem se ac præpotentem somni-  
 auit. Apud Theocritum piscator somniat  
 aureum piscem. Et infimæ fortis homines,  
 nonnunquam reginarum cōiugium somni-  
 auit. Pastor quidam apud Theocritum in  
 Ecloga nona:

Ἐχω δ' εἶ τοι ὄσα' ἐν ὄνειρῳ

φαίνομαι, πολλὰς μὲν οἷς, πολλὰς δὲ χυμώ-  
 ρας. id est,

Possideo quæcumq; solent sub nocte videri  
 In somniis, vim magnam ouium, multas  
 ἤγε capellas.

Interpres admonet proferri hunc in mo-  
 dum, ὄσα ἐν ὄνειρῳ φέρει. id est, Ferre quid  
 quid in somnio videtur. Citat & versum  
 Homericum:

Ὅψ' εἶ μοι τόσα δόην, ὄσα φάσονται ὄνει-  
 ροι. id est,

Nec mihi si tantum dederis quam multa  
 sompitis

Somnia vana ferunt.

Est autem apud hunc poetam Iliados 1. sed  
 paullo aliter:

Ὅψ' εἶ μοι τόσα δόην, ὄσα φάμκτος τε κω-  
 νίς τε. id est,

Nec mihi si tantum dederis, quantum ex-  
 tat harenæ ac Pulueris.

Videtur huc adlusisse M. Tullius in Sallu-  
 stium: Vnde quæ modo ne paternam qui-  
 dem domum redimere poteris, repente tā  
 quā somnio beatus, hortos preciosissimos,  
 villam

villam Tiburti & Cæsaris reliquas possessores paraueris.

*Bona Porfense.*

**BONA** Porfense dicebantur, quæ velut ab hostibus erepta paruo veneunt. Eam appellationem Lilius ab vrbe condita 2. scribit ad suam vsque ætatem durasse: puratq; inde natam, quod in bello soleat bona Porfense venire Romæ, eaque consuetudo vna cum titulo perseverarit & in pace, quod alioqui is mos hostiliter bona vendendi non congruat tam pacatæ regis perfectioni: quod si minus probatur, existimat eam consuetudinem à mitiori principio fuisse natam. Illud arbitratur vero proximū, quod Porfena discedens ab Ianiculo ex fœderis lege, castra opulenta, conueto ex propinquis ac fertilibus Etruriæ aruis comæatu, Romanis dono dedit, inopi tum vrbe ab longinqua obidione. Ea deinde ne populo immisso diriperentur, hostiliter venisse, bonaque Porfense appellata, gratiam muneris magis significante titulo, quam aucionem fortunæ regiæ. Fortasse non inepte dicitur in res quæ dono cuiuspiam, aut fortunæ eodemitate citra nostrâ operam, contingit. Nam Lilius non indicat usum adagii.

*Leonina societas.*

**LEONINA** Societas est, cum omne commodum ad vnum aliquem redit, reliqui autem fraudatis. Extat in Pandectis, in C. de rebus ex vlpiano refert Aristo, Cassium respondisse societatem talem coiri non posse, vt alter lucrum tantum, alter damnū sentiret, & hanc societatem leoninā solitum appellare. Ceterum Cassinam appellationem, haud dubium prouerbialem, ex Aesopi Græci apologo natam apparet, qui talis circūfertur. Leo, asinus & vulpes societatem inierant, vt quod venatu cepissent, id in commune partirentur. Prædam vbi erant nacti, leo iubet vt asinus portiones distribuât. Qua gratia mox indignus leo, quod ceteris equaretur, asinum adortus dilaniat. Restabat vulpes, eam de integro partiri iubet, illa totam serme prædam leoni attribuit, sibi vix paucula quædam seruans. Leo compræbata distributione rogat, quinam illam artē partiendi docuisset. Et vulpes, Calamitas, inquit, asini.

*Ex tripode.*

**Τὰ ἐκ τῆς τρίποδος**, id est, Ex tripode dicta. Dicitur solitum de iis, quæ vehementer vere atq; indubitata videri volumus. Effertur varie adagium, ἄς ἐκ τρίποδος, i. Tanquam ex tripode dicta: τὰ ἐκ τῆς τρίποδος, id est, Hæc ex tripode dicta, id est, certissima perinde, quasi ex Apollinis oraculo profecta. M. Tullius in epistola quadam ad Brutū: Hæc ex oraculo Apollinis Pythii edita tibi puta. Translatum à tripode, vel Delphica, vel Pythia. Nam hæc duo oracula quondam summā fidem apud mortales obtinuerunt. De Pythio testatur Strabo lib. Geographiæ nono, fuisse quondam celebratissimum, idque liquere thesauris ingentibus inibi constructis, in quos sacræ conferrentur pecuniæ, tum operibus præstantissimorum artificum: deinde ludis Pythiis illic celebratis, denique innumerabilibus oraculis, quæ mandata litteris extarent. Tripodem ita deseribit, Auctores, inquit, certi memorant, diuinum ipsum domicilium, profundum & curuam esse speluncam, non admodum lato patenter ore. Atque hinc auram reddi, sacro efflante numine. Excelsum autem ostio imminere tripodem, quæ simul atque Pythia vates inscenderit, hausto diuinationis spiritu, responsa edere, partim metro, partim oratione libera. Comicus, Non Apollinis magis verum atque hoc responsum est. Plato lib. De legibus duodecimo: Ne si Pythius quidem affirmaverit. Quin illa quoque figuræ prouerbiū respiciunt: Quidquid dixerit, oraculum videri vult. Quidquid dixerit, legē esse vult. Stoicorum ἄβυσσος, id est, decreta. Et Et quod apud Plinium de medicis ait Cato, Et hoc puta vatem dixisse: id est, existima verum fore quod dixi. Ipse Plinius alibi, Vtinamque fallum hoc, & non à vate dictum, quam plurimi iudicent. Et Plutarchus in commentario Deditignoscendo aduatore ab amico: Ἐστ' ἀβυσσος ὅτι ἀν' ἐπιπυ, χρομόν εὐλαφέναι φήσας, ἢ γινώσκον ἀπισίον. id est, Cum is audito quidquid dictum fuerit, ita discedit, vt existimet se oraculum accepisse, non sententiam. Ceterum ab his nonnihil diuersa sunt, quæ Athenæus secundo Dipnosopistarum libro commemorat, nempe in Bacchi certaminibus præmiū fuisse tripodē, atq; ob id qui vera dicerent, vulgo

vulgo de trepido loqui dictos. Tripodem autem fuisse lebetē tribus fultum pedibus. Huius duo erant genera, alterum Apollinis, ob veritatem oraculorum: alterū Bacchi, in quo vinum miscebatur, quod ebrii veraliquantur, quemadmodum dictum est in proverbio, In vino veritas. Simili figura dixit Galenus lib. *πρὸς φυσικῶν δυνάμειν* primo, velut ex adyto: *Ἀπιφύνατο γὰρ ὀλύκη ἔτος ἄπειρεξ ἀδύτου τινὲς χρεωτὸν ἀποφύεγγυμειν, περίττωμα τῶν νεφρῶν ἐρεψίως εἶναι τὸ ἕρον.* id est, Pronunciabat enim lupus iste, perinde quasi ex adyto quoriam redderet oraculum, quod superfluum est ex nutrimento renum, id esse vrinam.

*Folium Sibyllæ.*

FOLIUM Sybillæ apud Latinos eandem vim obtinet. Iuuenalis:

Credite me vobis folium recitare Sibyllæ.

Id est, rem indubitaram.

Aristophanes in Pace,

Οὐ μετέχω τῶτων, ἔ γὰρ τῶντ' ἄπει σίβυλλα.

Haud æquidem agnosco, neque enim canit ista Sibylla.

Ductum adagium à Cumana Sibylla, cuius oracula cum primis celebrantur. Huic autem mos erat, vt testatur M. Varro, in palmarum foliis oracula scribere. Quod secutus est Vergilius in tertio Aeneidos: Insanam vatē aspicias, quæ rupe sub ima Fata canit, foliisque notas & nomina mandat.

Quæcunque in foliis descripsit carmina virgo,

Digerit in numerum, atque antro seclusa relinquit.

Illamancnt immota locis, neque ab ordine cedunt.

Item in sexto;

Foliis ne tantum carmina manda,

Ne turbata volent rapidis ludibria vêtis.

*Frater viro adfit.*

Ἀδελφὸς ἀδελφὸν παρῆεν, id est, Frater viro adfit. Desido auxilio dici solitum, propterea quod in rebus periculosis vix vnquam frater sollet fratri deesse. Apud Platonem secundo De republica libro, Adimantus Glauconis aduersus Socratem disputantis partes excipiens, Nondum, inquit, Socrates satis hac de re disertum. Cur ita? Nempe quia id

nondum est dictum, quod maxime dictum oportuit. Tum Socrates, *ἔκὼν τὸ λιγύμιον, ἀδελφὸς ἀδελφὸν παρῆεν.* id est, igitur frater adesto viro, vt hæbet proverbium: quare tu, si quid hic prætermisit, adiuua. Idem ex Homero sumptum adagium testatur in Protagora, vbi Socrates Prodicū aduocans, vt Simonidem eiusdem ciuitatis hominē à Protagoræ calumnia tueatur: Videor equidem, inquit, aduocare te, quemadmodum ait Homerus, Scamandum ab Achille obfessum Simeontem aduocasse:

Φίλιπποι γιντε, δ' εἶν' ἀνέρος ἀμφότεροι πρὸς Σχῶμιν.

Frater amice, hominis pariter compescere vites

Ambo huius studeamus.

Est autem is locus in Iliados φ. Rursum Iliados x. similiter Hector iā impar Achilli Deiphobum fratrem inuocat, vt ferat suppetias. Pallas enim illi apparuerat Deiphobi specie, ac deceptus Hector, frustra in-clamat,

Διίφωβον δ' ἐκάλει λινκακιδά μακρὸν ἀνίσσατο.

Deiphobum fratrem intento clamore vocabat.

A quo cum destitueretur, diem fatalem adesse intellexit. Plutarchus in vita Cæsaris refert, Casarem Cæsare retinente gladium, fratris auxilium ad hunc modum implorasse, idque verbis Græcis, *ἀδελφεῖ βοῦθε.*

*Ne temere Abydum.*

Μὴ οἰκῆ τὴν ἄβυδον, id est, Ne temere Abydū, subaudiendum, nauiges. Ne quod graue periculum suscipias sine causa idonea. Veluti si quis admoneat, ne se facile conciat aliquis in aulam principis, quod ea res nō omnibus feliciter cedat: aut ne computationibus temulentis admisceat sese, quod sere non contingat abire sine malo: aut ne poetarum attingat litteras, quod animos complurium foleant corrūpere. Athenæus lib. 12. narrat Alcibiadem posteaquam à tutoribus accepisset suas facultates, Abydum Hellepontis nauigasse, atque illic luxu delictis quæ fuisse corruptum, vt non dissimile sit illi, Non cuius homini contingit adire Corinthum. Male audiebat Abydena græs, quod calūniatrix esset, vt intelligas ea gratia non esse tutum illic versari. Meminit adagii Stephanus & Suidas. Stephanus sic effert

est adagium, εἰ μὴ δὴ ἐκ τῆ ἄβυδου πατεῖν, id est, Si ne temere quidem Abydum calcares, id est, ne quis confidenter illam ingrediarer: indicat vsurpari de temerariis, addens hoc iaci solitum in eos qui Abydum insulae Mileti incolebant.

*Vna hirundo non facit ver.*

Μία χειρὶδὸν ἔαρ εἰ ποιεῖ, id est, Vnica hirundo non efficit, ver, hoc est, vnus dies non facit ad parandam virtutem aut eruditionē. Aut vnū aliquod beneficium, benedictūve sufficit ad hoc, vt viri boni, aut boni oratoris cognomen promerearis: plurimis. n. virtutibus ea res constat. Aut vt certum aliquid cognoscas, non satis est vnica coniectura. Quod si permulte conueniant, tum denique probabilis fuerit coniectura. Si quidem fieri potest, vt vna quępiam hirundo casu maturius appareat. Sumptum ab hirundinis natura, quę veris est nuncia, nā hyeme deuolat. Vnde Horatis:

Zephyris & hirundine prima.

de primo vere sentiens. Aristoteles lib. Moralium primo, Τὸ γὰρ ἔαρ εἶτε μία χειρὶδὸν ποιεῖ, εἶτε αἰετὶ ἡμίτρα, id est, Ver enim nec vna hirundo facit, nec vnus dies. Et beatum eodem modo felicemve nec vnus dies, nec breue efficit tempus. Aristophanes in Auibus, Δεῖδαι δὲ εἴσκον ἐκολύγων χειρὶδόνων. id est,

Multa videtur opus habere hirundine.

Interpres indicat adlufum ad proverbium quod modo retulimus, Μία χειρὶδὸν ἔαρ εἰ ποιεῖ. Huic affine videtur illud Sophocleon in Antigona, Πόλις γὰρ οὐκ εἶδ' ἥτις ἀνδρὸς εἶδ' ἐνός. id est, Namque vnus quę sit viri, haud est ciuitas.

Enim quemadmodum vna hirundo non facit ver, ita nec vnus homo facit ciuitatē, nec vnus nummus diuitem.

*Da mihi mutuum testimonium.*

Δάνειόν μοι μαρτυρίαν, id est, Da mihi mutuum testimonium, hoc est, Da mihi tuum testimonium. recepturus idem meum, si quando desiderabis. In eos recte iaciendū, qui se mutua talione laudant ac prædicant: aut qui mutuo studio sibi inuicem suffragantur: aut qui ad gratiam testificantur, neglecta religione. M. Tull. pro L. Flacco, repudians eleuansque Græcorum testium fidem, Verum tamen, inquit, hoc dico de to

to genere Græcorum. Tribuo vel litteras, do multarum artium disciplinam: non adimo sermonis leporem, ingeniorū acumen, dicendi copiam. Deinde si qua sibi alia sumunt non repugno. Testimoniorum religionem, & fidem nunquam ista natio coluit, totiusque huiusce rei quę sit vis, quę auctoritas, quod pondus, ignorant. Vnde illud est, Da mihi testimonium mutuum? Non Gallorum, nō Hispanorum putatur. Totum istud Græcorum est, vt etiam qui Græcē nesciunt, hoc quibus verbis à Græcis dici soleat, sciant. Quibus ex verbis M. Tullii satis liquet, adagium hoc ætate illa multo fuisse criticissimum.

*Mutuum muli scabunt.*

ΜΥΤΥΜ muli scabunt. Vbi improbi atque illaudati se vicissim mirantur, ac prædicant. Translatum à mulis, qui sicuti reliqua iumenta, sese inuicem dentibus scabere solent. Citatur hic titulus, Mutuum muli scabunt, à Nonio Marcello inter reliquos Menippearum titulos M. Varronis, mirū ni prouerbialis. Aufonius in altera præfatione monosyllaborum: Sed vt quod per adagionem cœpimus, prouerbio finiamus: mutuo muli scabunt. Meminit huius & Varro lib. de lingua Latina tertio. Symmachus in epistola quadam, Mutuū, inquit, scabere mulos, cui prouerbio ne videar esse confinis, præconiū virtutū tuarum, presso dente restringo. Non videtur autem adagium recte accipi posse, nisi malam in partem: veluti si indoctum indoctus, deformem deformis, improbum improbus vicissim laudaret. Cuiusmodi fabulam memorat Horatius de duobus fratribus, qui se mutuo scabebant, a mutuo officio alterum alter vicissim efficit laudibus: Frater, inquit, erat Romæ, consulti rhetor, vt alter

Alterius sermone meros audiret honores, Gracchus vt hic illi foret, hic vt Mutius illi,

Idem poetas indoctos notans, qui tamen inuicem se recitantes audiebant, ac laudabant,

Discedo Alcæus puncto illius, ille meo quis?

Quis? nisi Callimachus?

*Tradunt operas mutuas.*

HYIC confine est Terentianum illud ex Phor-

Phormione: Tradunt operas mutuas. De adolescentibus, qui se vicissim in peccatis defendunt. Translatum videtur ab agricolis vicinis, qui mutuam inter sese operā commodare solent. Aut ab artificibus, qui mutuam nonnunquam vtuntur opera: maxime fabri zratii.

*Senes mutuum fricant.*

Huc pertinet & iocus ille in proverbium versus, de senibus mutuo se fricantibus. Narratur autē fabulā Aelius Spartianus in Adriani Imperatoris vita. Is Adrianus in balneo veteranum quempiā, seruuli penuria, sese marmoribus affricantem cōspicatus, eum & seruulis aliquot & sumptibus donauit. Quod reliqui veterani feliciter cessisse videntes, cœperunt & ipsi complures sub oculis Imperatoris sese marmoribus affricare, vt hoc modo principis elicerent benignitatem. At ille euocatis senibus, iussit vt alium vicissim defricarent, atque ita pueris nihil opus fore. Is iocus postea in vulgi fabulam cessit. Celebratur & Scipionis Aemiliani apophthegma, Iumenta quod manibus caret, alieno egere frictu. Quo significatum est, eos, qui res egregias gerere nō possunt, egere p̄cone, quo famam sibi comparant.

*Fricantem refrica.*

Τὸν ἑυζῶτα ἀντιξ' ἐν. id est, Scalpentem vicissim scalpe. Reletur in Diogeniani collectaneis. Par est, de merente bene, bene mereri, & officium officio pensare. Suidas ab asinis metaphoram trāslatam existimat inuicem musicantibus, & in veranque partem dici posse, q se mutuis officiis adiuuant aut qui se mutuis contumeliis afficiunt. In quam sententiam celebratur & Mimus ille non allepidus, Senecæ titulo, sed falsū:

Ab altero expectes alteri quod feceris.

Aristides in cōmuni defensione quattuor oratorum Τὸν εὖνταδ' ἀντιξίεν καὶ τοῖς ὀνοῖς ἢ ποροῖα δ' ἠπικ δ' ἰδ' ὠσι. πικρὰ δὲ καὶ πρὸς ἀλλοτρίμ' ἄλλοι, ἢ τοῖς ὀνοῖς εὖνταδ' ἀντιξίεν. id est, Scalpentem inuicem scalpere, cuius asinis videlicet tribuit proverbium. Porro Pitellem cum Leonibus magis, quā cum asinis esse conueniendum dixerint Homericis. Huc pertinet illud, χεῖρ χεῖρα νίθει, id est, Manus manum lauat. Quod citat in Axiocho Plato:

Διὰ παντός δι' ἑῶθ' ἐστὶν ἀντιξ' ὀνοῖν τέλει χεῖρα.

Α δὲ χεῖρ πλὴν χεῖρα νίθει, ὅς τι καὶ λάβεται. id est,

Semper illi mos erat in animo voluere illud Epicharmi dictum:

Abluit manum manu, da aliquid, & aliquid accipe.

Et melius trochaicus tetrameter Græcus constabit, si pro λάβεται legas, λάβουαι. Quod idem alio loco citauimus, sed aliter, mendosum exemplar secuti, cum Græcus Plato nondum esset ad manum, quem consulere possemus. Cuius rei visum est commonefacere lectorem, ne quis hoc nomine nobis calumniam struat, quod temere Platonis scripturam inuetererimus. Quæcum autem ad sententiam pertinet, nihil omnino noferat, νίθει legas, an νίθει, quandoquidem vt manus manui mutuam præstat officium lauando, itidem & scalpendo.

*Aequalem vxorem quare.*

Τὴν κατὰ στυγὸν ἐλά, id est, Aequalem tibi vxorem ducito. Adagium admonet, ne quis cupiditate aut ambitione allectus, se potentiorē ducat vxorem. Nam eiusmodi ferme conubia inauspicato cedere. Plutarchus in libello de Liberis educandis pariter admonet vt eiusmodi liberis suis vxores despondeant, quæ non sint multo vel ditiores, vel potentiores. Prudenter enim dici proverbio, Τυξ' ὄστυν vxorem ducito. Celebratur & hoc inter sapientum apophthegmata, atq; à nonnullis Pittaco adscribitur, Ἰσμεν ἐκ τῶν ὁμοίων. id est, Vxorem ducito ex æqualibus. Nam si duxeris ex potētoribus te progeneratam, dominos tibi parabis, non affines. Diogenes Laertius in vitis philosophorum huiusmodi quiddam commemorat, quod quidem affirmat & Callimacho non ineleganti epigrammate celebratum esse. Adolēscens quidam Atarnetes, Pittacon consuluit vtra sibi e duabus ducentis esset vxor. Nam duæ offerebantur: altera par opibus ac genere: altera vtroque superior. At ille sublato scipione quo nitebatur, admonuit. vti pergeret ad triuia ciuitatis quo pueri ius causa conueniunt, eos consuleret, & quod illi dedissent consilii, id sequeretur. Pueri ex proverbiali cantione responderunt, Aequalem vxorē esse ducendam. Itaque adolēscens altera præscripsit.

ta, duxit æqualem. Idem Dioni suadet Cal-  
limachus. Hæc autem sententia hoc im-  
pensus placuit Pittaco, quod ipse nobilio-  
rem se duxerat Draconis sorore, cuius im-  
perium fastidiâq; molestissimè legitur tu-  
lisse: ut hoc dictum nõ in tempore, sed suo  
malo videatur reperisse. Extat autem epi-  
gramma, tametsi illic idem, non diu legitur,  
mendose opinamur: id est huiusmodi:

Ξῖν' ἄταρ μέγας τις ἀείρετο πικρὸν ἔρω,  
τὸν μυτιλαιῶν πῶδ' αὐτὸν ἠρέσκεν ἴσ.  
Ἄτ' αὖ γέρον, θ' οὐδὲς με καὶ κεί γάμος, ἢ μία μὲν δ' ἦ,  
Νύμφη, καὶ πλεῖστον καὶ γενεὴ κατ' ἐμὲ,  
Ἡ δ' ἔτερον, προβέβηκε. τί λώιον, εἰ δ' ἄγε  
μοι σύ

Bῆλδ' ἔρω ποτέρον εἰς ὑμέων ἄγε.  
Εἶπεν, ὁ δὲ σκίπιο χ γειροτικὸν ὄπλον ἀείρας  
Ἡ δὲ κείνῳ σοι πάντ' ἐξέστιν ἐπ' ὄ  
Οἶδ' ἄρ' ὑπὸ πλῆγῃσι βῶδες βέβηκες ἔχοντες  
Ἐστρεφὸν δὲ ρεῖν πῶδ' ἄδ' ἐστὶ περὶ δ' ὦ  
Κεῖναι ἐρχοῦ φησὶ μετ' ἴχνη. χ' ὁ μὲν ἐπίσῃ  
Πλοῖοι, οἶδ' ἔλιγον. πῶδ' κατὰ σκῆπτρον ἔλα.  
Ταῦτ' αἰὼν ὁ ξῖν' ἔφασκετο μεζόν' οἴκῃ  
Δραξέσθαι, πῶδ' ἄν κλιθεῖσι σωθῆμι  
Τῆσδ' ὀλίγων ἄς κείν' εἰς οἶκον ἐπιγυνοῦ μύμφη,  
Οὐτὰ καὶ σύ δ' ἦεν τῶν κατὰ σκῆπτρον ἔλα.  
Quos versus, quoniam Ambrosius Camal-  
dulensis, Diogenis interpres, non omnino  
infelicitè Latinos fecit, haud grauibimur  
adscribere:

Hospes Attarnites rogauit Pittacò olim  
Sic Mitylencæon, Hyrradioq; satum;  
Magne senex, geminz cupiunt mihi nube  
re, quarum  
Et genere atq; opibus cõuenit vna mihi:  
Altera præcellit, quid p̄stat consule, dicq;  
Vtra ex his potius sit capienda mihi?  
Hic baculum tollès, sic, tela senilia, dixit,  
Consilium pueri, quod petis, expedient,  
Quis celer in gyrũ iactatus verberè turbo  
Assiduo, latis vertitur in truiuis.  
I, sequere illorũ moniuis. sic satur, at ille  
Scitatur, referunt, tu tibi sume parem.  
Quæ postquam audiuit, monitis puerili-  
bus hærens,  
A magnis hospes abstinuit thalamis.  
Atque parem paruas lætus traduxit in  
ædes.

Sic Dion æqualem si lapis ipse cape.  
Est autem allegoria à turbine. puerili, qui  
flagellis circumagitur. Agebat enim quis-  
que pro suis viribus turbine sibi congruen-  
tem. Deianira apud Quidium ad suum

sexum transtulit proverbium:

Quam male inæquales veniunt ad aratra  
iuuenci,  
Tam iuueni magno coniuge nupta mi-  
nor.

Non honor est, sed onus species lætura fe-  
rentes:

Si qua volēs apre nubere, nube pari.  
Plutarchus De liberis educandis, τὸ γὰρ τῶν  
κατὰ σκῆπτρόν ἐλεῖν σοφόν, id est, Sapientis est  
vxoitem sibi parem congruamq; ducere.  
Huc adscribendum putauimus carmen il-  
lud ex Thestomphoriazufis Aristophanis  
titulo inscripta:

Δέσπονα γὰρ γέροισι νυμφίω γυνῇ. id est,  
Regina siquidem mulier est sponso seni.  
Idem admonet versus ille Euripideus in  
Rheso:

Οὐκ ἐξέμαυτο μεζόνον γαμῆν θέλω. id est,  
Nolim ex potentioribus me coniugem,  
Neque vero solum id spectari conueniet, ut  
par sit vxor generis claritate, aut modo rei  
familiaris, verum ut ætas nõ admodum dis-  
scerpet, ut forma, ut vitæ genus. Potest & lō-  
gius trahi, nimirum ad negotium susci-  
piendum, cui sis conficiendo par & idoneus.  
Item ad vitæ genus aptum, & ad amicium  
tuis accommodum moribus.

*Nec my quidem facere audent.*

Qui metu non auderent hiscere, ii quondã  
negabãtur my facere audent. Refertur ada-  
gium à Varrone, lib. De lingua Latina 3.  
Putat enim ille mussare verbum deductum  
à my litteræ vocabulo, quasi μύζην, pro-  
pterea q̄ m̄ti non amplius sonare queãt,  
quãd̄ my. Est enim ea littera maxime om-  
nium muta, præfertim in fine, mire os cõ-  
trahens & ocludens. Verba Varronis sunt  
hæc: A quo idem dicit, quod minimum  
est, neque, ut aiunt, μὴ facere audent. Vide-  
tur esse carmen Ennianum: Nam hunc  
paullo superius citauerat. Dicit, quod mi-  
nimum est, neque, ut aiunt, my facere au-  
dent. Est autem Græcis μύζω, tum fugo, tũ  
naribus vocem reddo. Aristophanes: ἐν ὄδυ-  
μοφορίαις οὖς,

Τὶ μύζεις, πάντα πεπόνται καλῶς.  
Cũ enim Mucilochus dixisset, μὴ μὴ, id est,  
mu mu, Euripides respondet:  
Quid mussitas? peracta sunt cuncta op-  
time.

Et apud Latinos mutire ac mussare, est taci;



te ferre, & quasi vocē absorbere. Terentius: Musticanda iniuria adulescentiū. Vergi. - Mustat rex ipse Latinus.

Apud Aristophanem in Equitibus, duo priuatim apud se questuri quædam de vitiis ciuitatis, senarium hunc concinunt:

μὴ μὴ μὴ μὴ μὴ μὴ μὴ μὴ μὴ μὴ μὴ μὴ .

Ex quo licet coniecere: hanc esse vocem loqui formidantium .

*Ne gry quidem.*

Μὴδὲ γὰρ φέγγεται, id est, Ne gry quidem loquitur, hyperbole item proverbialis apud Græcos, pro eo quod est, ne tantulum quidem. Nam Gry, minimum quidam significat, aut sordes unguium rem videlicet vilissimam, aut vocem suillam, quam edere solent ii, qui grauantur sermone respondere, aut numisma minutissimum. Aristophanes in Pluto:

Καί με προσβιάζεται,

Καὶ τὰτ' ἀποκρινόμενος τὸ παρεπαι, ἔδὲ γὰρ. i.

Atque vi subigit simul.

Atque interim rogatus, hæc quid sibi velint,

Prorsum nihil respondet, ac ne gry quidē.

Hinc & verbum deductum γὰρ ζεν. Idem in eadem fabula,

Γὰρ ζεν δὲ καὶ τοῦ μᾶτον ὠκτάματις

Grunnare vero audetis etiam perditī?

Philostratus in vita Apollonii, Οὐδ' αὖ μὲ ἐφθέγγετο, ἔδ' ὑπάρχει γὰρ ζεν, id est, Haud quam locutus est, neque adduci potuit ut vel hisceret. Huius vocis vsus admodum frequens est apud Aristophanem .

*Pili non facio.*

Es τ Latinis hæc familiaris hyperbole: Nō facio pili. Ne pilo quidem melior, cum minimum quiddam momenti significant. Cæcilius: Non faciunt pili cohortem. Cicero ad fratrem: Ego enim ne pilo quidem minus te amabo. Idem: Interea da Cappadocia, ne pilum quidem. Tametsi in vulgaribus exemplaribus pilcum hoc loco scriptum est. Quod quidem adagium etiam his temporibus nulli non est in ore. Pili vilis etiam Græcis in proverbio fuit. Vnde ἄξι' ἄξι' ἄξι', id est, dignus pilo, in hominē nihili. Quo durior erit translatio, hoc venustior: Nam, Pili non facio, præter hyperbolam nihil pene habet figuræ. At ne pili quidem doctior: Ne pilo quidem inu-

cundior: Ne pilo quidem honoratior, atque id genus orationes, quoniam paullo longius recedunt à simplici sermone plusculum accipiunt gratiæ.

*Nauci non facio.*

NAUCI esse, & nauci facere, pro eo quod est, nihili eē, & nihili facere, sæpicule apud Plautum reperitur. Quid autem nauci significet, seruus quidam Plautinus, cum ea voce esset vsus, tamen scire se negat. Plautus: Qui homo timidus erit in rebus dubiis, nauci non erit. Grammatici quidam, inter quos Pompeius Festus, aiunt nauci significare nucis putamē, aut oleæ nucleū, aut eam membranulam, quæ visitur in medio nucis, in glandis interstita: denique rei cuiusvis putamen, quod Græci περιψμα, nauci vocatum existimant. Quidam à voce Græca deducunt νακκ, quod declarat pellem caprinam. Sunt & aliæ de nauci sententiæ, quas qui voler cognoscere, legat Festum in dictione Naccæ. Nacci non habeo, dixit Ennius apud M. Tullium libro de Diuinatione 1. Non habeo denique nauci Marsum augurem .

*Flocci non facio, aut Flocci facio.*

FLOCCI ratione dictum est: Flocci facere, & ne Flocci quidem facere, pro eo quod est, ne tantuli quidem facere. Est autem floccus, particula lanæ, quæ inutilis à vellere diuclit atque euolat, aut certe simile quiddā nullius momenti. Exempla passim apud auctores obuia sunt, ut non videatur operæ precium hoc inculcare loco.

*Huius non facio.*

AD hanc formam pertinet illud Terentianum, ex Adelphis: Huius quidquam non faciam. Donatus admonet esse δ' ἄξι' καὶ demonstrantis aut floccum aut stipulam, aut summum digitum, aut huiusmodi quidpiam. Athenæus libro duodecimo prodidit, Sardanapali statuam ipsius monumento impositam, hoc gestu digitorum, ut significaret res humanas omnes prorsus esse contemnendas, ac ne digituli quidem crepitu dignas .

*Vitiosa nuce non emam.*

AVD Plautum est in Milite: Vitam tuam vitiosa

vitiosa nuce non emam, pro eo quod est, ne minimo quidem. Et vulgo dicimus, cassâ nuce non emerim, & putamine nucis non emerim. Aristophanes in Pace:

Οὐκ ἂν περιζήμιον εἴδ' ἂν ἰχάδ' ὄμιζ'ς, id est, Non emerim nec vnica quidem nuce.

Consimile his, quod legitur apud eundem Plautum, citante Festo: Non ego istud verbum empfitem titiullitio. Nam hoc verbo Latinos nihili rem significare solitos, quemadmodum & Græci dicunt, πολλοῦ. Rursum Butubata, qua voce vsus est, Nevius, pro nugatoriis, auctore Festo.

*Ne teruncium quidem insumpsisit.*

Est aliquotiens apud Ciceronem hyperbole teruncii, quod apparet esse genus minutissimi numismatis, ad Atticum. Atque et spero, toto anno Imperii nostri, terunciū sumptus in provincia nullum fore. Plautus in Captiui duo: Neque ridiculos iam terunci faciunt: quemadmodum Græci dicunt ἡμιβολιον, pro re vilissima. Varro teruncium à tribus vncis dictum putat.

*Homo trioboli.*

ITIDEM Plautus in Pænulo hominē trioboli dixit, pro nequissimo, planeque nullius precii. A' nummo minutissimo. Consimili figura dixit Aristoph. in Vespis, pro vilibus versibus, τριχοινίκων ἐπών. Gregor. in epistolis de vili contemptoque dixit, μάλλον ἀδράποδ' ὄν δλίγανὸ βολῶν ἄξιον, id est, Imo potius mancipium paucis obolis dignum. Dicuntur & triobolares.

*Homo tressis.*

CONSIMILI modo Persius tresssem agasidem appellat, contemptissimum homuncionem. Idem.

Et centum Græcos curto centusse licetur. Id est, minimo. Tresssem autē dixit noue, quasi tribus assibus estimandum. Assis autem erat ærei nummuli genus. Persianum carmen sic habet in quinta Satyra:  
- Heu steriles veri, quibus, vna Quiritem  
Vertigo facit. hic Dama est, non tressis agaso.

Consine Hieronymianum illud: Quis te dupondio supputabat? Iustinianus in præfatione Pandectarum, voluit adolescentes legum studiosos, veteri non minus ridiculo quam siuolo cognomine, nūcupari du-

pondios, sed Iustinianos nouo.

*Dignus pilo.*

Αξιῶ τριχός, id est, Pilo digni, dicuntur Græcis, nulla bona re digni, quod pilo nihil contemptus. Aristophanes in Ranis:

Εἰ πάποτε ἄλλου δ' ὄν εἰδὲ λω τὶ θησάναι, ἡκλεισε τῶν σῶν ἄξιον τι καὶ τριχός, id est, Si quando veni huc, emori sane volo, aut Si quid tuorum sustuli, dignum pilo. Adagium commemoratur à Diogeniano.

*Nec vno dignus.*

Αξιῶ εἰδὲ μόνε, καὶ ἄξιῶ ἐνός, id est: Nevno quidē dignus, & vno dignus, de vilissimo. Trāslata metaphora à iactu talorū, in quo μονάς, id est, vniouis numerus infimus erat. Demum vbiq̄ue in rationibus numerorū minimum quiddam est vnio, ac ne numerus quidem, vt autumant philosophi. Ex aduerso, quem multi precii significant, hūc πολλῶν τινός ἄξιον, id est, multa re dignum, trita figura Græci dicunt, & τῶν πικτῶν ἄξιον, id est, quauis re dignum, & ἐδιουερὸ δλίγῶν ἄξιον, id est, paullo dignum, quem contempnunt. Gregarium autem est ac plebeium, vnus duntaxat hominis vice supputari. Proinde Homerus Iliados A. cum medici dignitatem explicare vult, ait:

Ἰατρὸς γὰρ ἀνὴρ πολλῶν ἀντ' ἀξίως ἄλλων. ἰ. Vnus homo medicus multis æquāduh honore est.

Ad quod respexit Plato lib. De legibus 5. Ο μὲν γὰρ ἐνός, ὁ δὲ πολλῶν ἀντ' ἀξίῳ ἐτέρων. ἰ. Nā hic quidem pro vno, ille pro pluribus aliis æstimandus est. Ad hanc formam pertinent & illæ rhetorū figuræ, cum aiunt, vnum aliquē sibi pro theatro esse, & vnus cuiuspiam iudicium pluris se facere, quam infinitæ multitudinis.

*Dignus obelisco.*

Αξιῶ ὀβελίσκου, id est, Dignus obelisco, dignus quouis honore. Summis enim viris eiusmodi columnæ ac pyramides erigebantur, magnificis inscripte titulis, aut ingentes colossi, sic enim stupidi principes olim fingi gaudebant. Tametsi prouerbiūm ancipitem habet sententiam, propterea quod Aristarchus obeliscis iugulare sit solitus, quæ parum probaret. Meminit huius præter alios Suidas.

*Antena*

*Aureus in Olympia stato.*

*Dignum propter quod vadimonium deferatur.*

QUEM summo premio dignum Cræci significant, ei dicere solent: Aureus in Olympia statuere. Lucianus in Pseudologista, χρυσῆς φαισιν ἐν Ὀλυμπίᾳ σταθεῖν, id est, Aureus, ut aiunt, in Olympia stato. Quod is honos ad gratis præcipuus haberetur, loco tam celebri, statuam inter illustres viros habere. Huc adlusit Vergi. cum ait:

Si sætura gregē suppleuerit, aureus esto. Plato in Phædrio, Ὑπάρχοντα χρυσὸν εἰκόνα ἰσομῆτες τοὺς εἰς δὲ ἰλαφῆς ἀναθίσαν. id est, Pollicor me statuam auream tibi æqualem Delphis collocaturū. Ibidem paullo post, Παρὰ τὸν κνυελιδῶν ἀνάκτομα σφραγίσται ἐν Ὀλυμπίᾳ σταθεῖν, id est, Inter statuarum Cypselidarum monumenta, in Olympia fabricatus stato. Interpres forassit χερσὶ λακταῖ, legit, aut certe somnauit, ut qui verterit aureum. Porro reges Corinthi dicuntur Cypselidæ à Cypselo qui pulsus Bacchidis e Corintho, ibidem Imperio est potitus, summasq; coegit diuitias, cuius rei argumentum, inquit Strabo, τὸ Ὀλυμπίᾳ σφραγίσται κνυελῶν σφραγίσταις χρυσῆς ἀνδρείδος Ὀλυμπίας. Adlusit huc & Philostratus in Apollonii vita, καὶ σταφανώσασσι ἐν Ὀλυμπίᾳ, id est, & coronabuntur in Olympia. Non dissimili figura dixit Persius, Satyra 11.

Præcipui sumto, sitq; illis aurea barba.

Quibusdam enim signis aurea barba consuevit addi.

*Quauis re dignus.*

Αἷσιος τὲ πάντες, id est, Quauis re dignus. Refertur ab omnibus Græcorum adagiorum collectoribus. Vtitur Plato in Sophista. καὶ τοῖς μὲν δίκαιον εἶναι τὸ μηδένος τιμῆς, τοῖς δὲ ἄλλοις πάντος, id est, Aliis videntur nulla re digni, aliis rursus quantauis. Similiter dixit Terentius: Hominem quantauis pretii. Quantquam huius adagionis modo est facta mentio.

*Dignus Argiuo clypeo.*

Αἷσιος ἢ τὸ ἐν ἄλλοις ἀπιδῶν, id est, Dignus es Argiuo clypeo. De generoso ac maiorem in modum venerando: inde sumptum, quod olim apud Argiuos ex more pueri incorrupti purisque clypeos quosdam gestantes, popas agebant. Inque honos erat illi ætati, pretio quodam instituto decretus.

IN rem maximi momenti volemus significare, quæque vel quantouis dispendio debeat expectari, dignam esse dicemus, cuius gratia vadimonium deferatur. Nam qui vadati sunt, non nisi summo suo periculo absesse possunt. Plinius secundus in præfatione Naturalis historię: Inscriptiones, inquit, propter quas vadimonium deferri possit, hoc est, quarum gratia omnia sunt posthabenda, vel maxime scia. Seneca De beneficiis lib. 4. Vadimonium promittimus, tamen deferitur. Non in omnes datur actio. Delectem vis maior excusat. Hæc Senecæ verba declarant, vehementer vrgens esse oportere, quod excuset vadimonium promissum deserto.

Et casu iam respondere vadato Debebat. Ridet improbum garrulum, qui maluerit periclitari de causa, quam à nugis discedere. Consimilis est forma quasi pro aris fociisque demicare, cum de re cara seriisque certamen est. Nec dissimili schemate dixit Celsus, libro Pand. sexto, titulo de rei vindicatione, Laribus sepulchrisque autis carere. Finge, inquit, pauperem, qui si reddere id cogatur, laribus sepulchrisque autis carendum habeat: sufficit tibi permitti tollere ex his rebus quæ possis, dum ita ne deterior sit fundus, quàm si initio non foret edificatus.

*In vtramuis dormire autem.*

IN vtramuis dormire autem, est animo otioso, securo, vacuoque esse. Terent. in Heautont. Ademptum tibi iam saxo omnem metum, in aurem vtramuis otiose ut dormias. Vtitur eo & Basilus in epistola quadam, sed malam in partem, ita ut supinam securitatem intelligi velit. Menander in Plotio apud Gellium:

Ἐπ' ἀμφοτέρω ἴν' ἐπίκλησθ' ἢ μέλλει καθύσθην.

In aurem vtramque quandoquidem dotata est, cubet.

Sic enim vertit nescio quis.

*In dexteram autem.*

EO DEM sensu dixit Plinius in dexteram aurem. Ita enim scribit Romano suo: Nichil quod in dexteram aurem, fiducia mei dormias, non impune cessatur, i. nihil est quod

quod sis securus. Sic enim admonent medici, vt in primo somno, qui profundissimus esse consuevit, in aurem dexteram incumbamus. Cum experfecti redormire cupimus in sinistram. Porro qui leui somno vult vti, in neutram incumbit aurem, quo facilis expergetur.

*Porrectis dormire pedibus.*

Hic affine est illud: ἀποταίαιτα τῶ πῶδε κεισίδαν, id est, Porrectis pedibus dormire. Lucianus de mercede seruentibus, καὶ τὸ δὴ τὸ τ' ἑυχῆς ἀποταίαιτα τῶ πῶδε κεισίδαν, id est, Iamque tandem quod optari sole obtrigit, vt porrectis pedibus dormias. Ad eandem figuram pertinet, quod in Aristophantis Pluto dixit Mercurius, ἀναβάδην ἀναπύνομαι, id est, Sublatis pedibus requiesco, & lupinus per orium. Et supinitatem, negligentiam, incogitantiamque, significamus.

*Naso suspendere.*

Naso suspendere, est vafre ac subdole irridere. Pilius lib. 11. c. 37. docet a suæ ætatis hominibus nasum subdole irrisioni suis dedicatum. Nam apud veteres auctores nihil huiusmodi legitur. Verba Plinii subscribamus: Et aliorum homini tantum quæ nonni mores subdole irrisioni dicauere, nasus. Horatius in Sermonibus:

- Naso suspendis adunco. Idem alibi:

- Balatro suspendens omnia naso.

Persius de Horatio, qui vafre tæteque rideat:

Callidus exterso populum suspendere naso. Idem alibi:

Disce, sed ira cadat naso, rugosaque; sanna.

Vnde nasuti vocantur, qui docte norint alios irridere.

Martialis:

Non cuiuscunque datum est, habere nasum.

Idem:

Et pueri nasum Rhinocerotis habent.

Idem rursum:

Nasutus sis vsque licet, sis denique nasus.

Persius:

- Rides, ait. & nimis vnicis

Nanibus indulges.

Græci simpliciter efferunt verbo, μικτησίαν, ἀντιμικτησίαν, id est, irridere, vicissim irridere, ἀπο τῆ μικτῆς, id est, naso. Cassius ad Ciceronem, libro Epistolarum familiarium decimoquinto. Quosque vbi ridicu-

lo, aut scommatico disferio læseris, velint rustice gladio, ἀντιμικτησίαν, id est, vicissim naso suspendere.

*Dignus qui cum in tenebris mices.*

Quæ certissima esset fide, eum dignum dicebant, qui cum in tenebris micaretur. Cicero libro Officiorum tertio: Hoc nonne est turpe, dubitare philosophos, quæ ne rustici quidem dubitant, à quibus narum est, id quod tritum est vetustate proverbium. Cum enim fidem alicuius, bonitatemque laudant, dignum esse dicunt, qui cum in tenebris mices. Idem De finibus libro secundo, Cur iustitia laudatur, an verum est tritum vetustate proverbium, qui cum in tenebris mices? Est autem micare, lusus genus quoddam, quod adhuc apud Italos durat, vt repente porrectis digitis, certantium uterque numerum diuinet. Huius Cicero mentionem facit, libro de Diuinatione secundo: Quid est enim fors? Idem propemodum quod micare, quod talos iacere, quod testeras. M. Varro: Micandum erit cum Græco, vtrum ego illius numerum, an ille meum sequatur. Ne melianus in carmine Bucolico: Digtos iactare micantes. Meminit diuus August. lib. de Trinitate octauo, capite 5. Nam id, inquit, vbi volumus facile habemus, vt alia omitam, vel micando digitis tribus. Porro qui cum micas in tenebris, ei liberum est, si velit fallere. Proinde dignus qui cum in tenebris mices dicitur, qui sit vsque adeo certa fide, vt nec si tuto possit, velit quæmpiam mendacio fallere. Habent Græci simile quiddam: Dignus hic est, cui vel iniurato fidem habeas: ὄσ' αἰρηκ' ἀνομιουτ' πρὸς τὸν ἄξιον. id est, Hic vir dignus, cui credas etiam iniurato. Cui diuersum: Ne iurato quidem illi crediderim.

*Ex Iouis tabulis testis.*

Ἐκ τῶν δειδ' δέλων: μάργος, id est, Ex Iouis tabulis testis. Apud Græcos dicebatur, pro certo & indubitabili teste. Lucianus in libello de mercede seruentibus, Εἰ τις ἐπημοικῆ ἢ πωδῆρα σὴν: τὸ τοῦ ἐκείνου ἐκ τῶν δειδ' δέλων ἔμαργος id est, Si quis te adulterum, aut peccatorem dixerit, is protinus, iuxta id quod dici solet, ex Iouis tabulis testis. Adlusum est, ad diphtheram, in qua Iupiter omnia mortalium acta describere sinitur à poetis.

*Atticus testis.*

*Ἀττικός μάρτυς*, id est, Atticus testis, legitur in collectaneis Diogeniani, pro probatissimo atque incorruptissimo teste. Quod si quis per Ironiam torqueat in testem vanum, non inconcinne dixerit.

*Attica fides.*

*Ἀττικὴ πίστις*, id est, Attica fides, legitur apud eundem de minime vanis, minimeq; periu-  
ris, inde natum quod apud Atticos templū  
esset Fidei deæ constructum. Cuius memi-  
nit etiam Plautus in Aulularia. Velleius  
Paterculus meminit his quidem verbis: Si  
quis hoc rebellādī tēpus quo Athenæ à Syl-  
la captæ sunt, imputant Atheniēsisibus, nimi-  
rum veri, vetustatisq; ignarus est. Adeo. n.  
certa Atheniēsiū in Romanos fides fuit,  
ut semper & in omni re quiddid syncera  
fide gereretur, id Romani Attica fide fieri  
prædicarent. Quint. lib. 12. c. de genere di-  
cendi, scribit hunc in modum: Quos ego  
existimo, si quod in his finibus vberius in-  
uenerint solum, fertiliorem ve segetem, ne-  
gatos Atticam esse, quod plusquam acce-  
perit seminis reddat, quia hanc eius terræ  
fidem Menander eludit. Ex his colligimus  
Atticam fidem dictam, quod nec detrahe-  
rent pactis, nec adderent. Talis erat & soli  
fides non admodum seracis, cum agrorum  
fides laudetur, si cum scœnore reddant quod  
creditum est.

*Græca fide.*

*Ἑλληνικὴ πίστις*, id est, Græca fide, reperitur p-  
certa item fide. Fortassis idem cum proxi-  
mo: nisi malumus per ironiam accipere.

Ausonius ad Paulum:

Nobiscū iuuenies *κατινωπλία*, si libet uti  
Non Pœna, sed Græca fide.

Idem de Philone villico suo:

Muruatur ad Græcam fidem.

Plautus Græcam fidem dixit ubi nō verbis,  
neque stipulationibus, sed præsentem pecu-  
nia res agitur. Sic enim apud eum loqui-  
tur Clæta lena in Asinaria: Diem, aquā,  
solem, lunam, noctē, hæc argento nō emo.  
Cetera quæ volumus uti, Græca merca-  
mur fide, id est, numerata pecunia. Eu-  
ripides in Iphigenia Taurica: *πιστὸν ἑλλὰς*  
*ἐστὶν ἔσθῃ*, id est, Græcia nequaquam nouit  
fidem. Hoc sane nomine ea natio pessime  
audiit olim.

*Punica fides.*

PŒNORVM perfidia in prouerbiū abiit,  
quod ea gens peculiariter periu-rii vanita-  
tisq; notata sit, quemadmodum abunde  
testatur T. Lilius. Cuius hæc verba sunt li-  
bro secundo de bello Punico: Quæ Punica  
religione seruata est fides ab Hannibale.  
Idem belli Punici secundi lib. 1. Has tan-  
tas viri virtutes ingentia vitia æquabant,  
inhumana crudelitas, perfidia plusquam  
Punica, nihil veri, nihil sancti, nullius dei  
metus, nullum iusiurādum, nulla religio.  
His coloribus depingit Hannibalem. Sub-  
indicat idem Q. Curtius, in Tyriis Pœno-  
rum auxilio destitutus. Rursum Maximini-  
nus apud Iulium Capitolinum: Astri, in-  
quiens, fidem Punicā præstiterunt: & quod  
modo citauimus ex ausonio, Pœna fide. Sa-  
lustis in Iugurthino: Comperio Bocchā  
magis Punica fide, quā ob ea, quæ prædi-  
cabat, simul Romanos & Numidam spe pa-  
cis detinuisse. Plautus: Nemo me Pœnus  
Punior, adludens ad morum perfidiam. Pe-  
ni scædis fragi semper habiti. Idem in Pœna-  
lo, Et is omnes linguas scit, sed dissimular  
sciens, se scire Pœnus plane est, quid ver-  
bis opust.

*Alteram manu fert lapidem, alteram  
panem ostentat.*

QVI coram blandiuntur, clam obtestan-  
tes, palam amicos agunt, clandestinum no-  
cent: aut qui hic prolunt, illic ledant, sal-  
sam beneficii spem ostentant, ut nacti occa-  
sionem funditus perdant, si dicuntur alte-  
ra manu portare lapidem, altera panē osten-  
tare. Translatum ab iis, qui canes ostenta-  
to panē pellicunt: deinde accedentibus sa-  
xum illidunt. Euclio Plautinus in Aulul.  
Nūc petis cum pollicetur, aurum inhiat,  
ut deuorer.

Alteram manu fert lapidem, panem osten-  
tat altera.

Diuus Hieronymus ad Rufinū: Hęc apud  
te amice potius ex postulare volui, quā la-  
cessitus publice desæuire, ut animaduertas  
me reconciliatas amicitias pure colere, &  
non iuxta Plautinam sententiam, altera  
manu lapidem tenere, panem offerre alte-  
ra. Eodē eleganter adlusit, scribens ad eun-  
dem Rufinum: An tibi ideo panem non  
damus, quia hæreticorum cerebro lapidē  
illidi-

illidimus? Simile quiddam habet Gregorius Theologus in epistola ad Eusebium episcopum Cæsariensem. ὁσπερ ἢ τις ἐνός ἀνδρός τῆ μὴ τῶν χειρῶν καταψύχει τὴν κεφαλὴν, τῆ δὲ ποιοὶ τὴν πᾶρεσσιν, id est, Perinde quafi quis eiusdem viri altera manu scabat caput, altera malam feriat.

*Ex eodem ore calidum, & frigidum efflare.*

Ἐκ αὐτῆς ἑσῆματὸ τοῦ θερμὸν καὶ τοῦ ψυχρὸν ἐξαγαγεῖν, id est, Eodem ex ore calidum ac frigidum proferre. Bilingues & qui eundem modo laudant, modo vituperant, ex eodem ore calidum ac frigidum spirare dicuntur. Nalidum ex Apologo quopiam Aniani fabulatoris. Satyrus quidam cum vehementer algeret, hyperno gelu supra modum seuien- te, à rustico quodam inductus est in hospitium. Admiratus autem cur homo inflaret in manus ori admotas, rogavit cur ita faceret is respondit, ut frigidam manus halitus tepore calefaceret. Deinde ubi extracto foculo, apposita mensa, in pulitem feruidam rursum inflaret, magis etiam admiratus, sciscitatus est, quid hoc sibi velle: ut pulstem, inquit, nimium feruentem halitu refrigerem. Tum Satyrus surgens à mensa: Quid ego audio, inquit. Tun' eodem ex ore pariter & calidum & frigidum efflas? Valebis, neque enim mihi ratio est, cum eiusmodi homine commune habere hospitium. At huic rei, quā Satyrus admirabatur, causam reddit Aristoteles in Problematis, Sectione trigesima quarta, problemate septimo, idque ideo fieri putat, quod qui vehementius efflat, is non moueat vniuersum aerem, sed ore contractiore paululum venti expiret, ut calor ab ore profectus, à reliquo aere, quod ob impetum plurimum mouet, continuo euanescat, atque in frigus abeat. Id quod se- cus fit in eo, qui faucibus apertis aerem exhalat. Ex eodem ore emanat dulce & amarum. Huc adscribi poterit, quod refert secundo libro Plinius, plus quam prodigiosum fontem esse quandam in Dodona, qui cum sit frigidissimus, & faces si quis ardentem immergat, extinguat: si extinctæ admo- ueantur, accendit. Quæ omnia torquere licet in rhetores, qui eadem norunt laudare & vituperare, eleuare atque attol- lere. Item in Iureconsultos, qui causam eandem nuntiantur, nunc impugnant. Ad

eum sensum detorsit Plutarchus, quod Cicce eadem virga mentem adimit, ac reddit pecudes facit, & homines. Extrat apud Græcos hic senarius prouerbialis:

Τὸν αὐτὸν αἶναν καὶ ψέειν ἀνδρὸς κα-  
κῶ.  
id est,

Laudate eundem, carpereque viri est mali.

Athenæus libro quarto docet esse sistrulæ genus, à Græcis dicitur μάγαις, siue παλαιῶν μάγαις, quod idem & grauem & acutam vocem reddit. Vnde versum adducit ex Alexandria,

Μάγαισιν κελύσω, μηρὸν ἀμὰ σοὶ καὶ μέ-  
γαν.  
id est,

Grande ac pusillum Magade proloquar simul.

Id Græcis dicitur μάγαιζεν, sonare simul duas voces, grauem & acutam διὰ πρῶτων, ut vocant mulci. Arist. sectionis decimæ nonæ, problemate iuxta Græcos codices decimo octauo, iuxta Theodori versionem 17. vitur eo verbo μάγαιζεν, quærens cur hæc sola harmonia quam diximus tonetur magade. Rursus in problemate trigesimo iuxta Græcos codices, μάγαιζισι ἢ ἐν τῷ διαπαιῶν συμφωνίᾳ, id est, Magadissant in centum diapason.

*Oculata manus.*

ΟCΥΛΑΤΑΣ manus dixit Plautus, quæ promissa velint exhiberi re, non oratione promitti. Nam oculos habere, quibus videantur exhibita, aures non habere, quibus audiantur pollicitationes. Ita lena quædam in Asinaria adulescenti montes aureos pollicenti, cum illa nihil commoueretur promissis: Semper, inquit, oculatae nostræ sunt manû, credunt quod vident. In eadem erat sententia leno ille Terentianus Sannio: Nnnquā inquit, & ego adeo astutus fui, quin quid quid possem, mallet auferre in præsentia potius. Huc adlusit Chærea in Eunuchis: Fac nunc promissa ut appareant.

*Cæca dies, & oculata dies.*

PLAVTUS item cæcam diem & oculatam, pro die, qua non numeratur præsens pecunia & qua numeratur. Sic enim leno quidam loquitur in Pseudolo: E me die cæca hercle oleum id vendito oculata die, iam Hercule vel ducentæ fieri possunt præsentibus minæ, Hoc est, eme non præsentem pecuniam,

cunia, sed in diem pacta, reuende pecunia præfente. Vocant & Iuriscoufulti cæcam, diem, & cæca testimonia, quæ scripto perhibentur absentibus. Nam cæca sunt non tantum quæ non vident, sed quæ non videntur & absunt.

*Lentiscum mandere.*

Σχίρον διατρῶν, id est, Lentiscum mandere, vel arrodere, Græco proterbio dicuntur ii, qui nimio comendi corporis studio superfluunt: Nam ex lentisco dentifricium fieri consuevit. Is est puluisculus quidam candidandis dentibus comparatus. Fiebāt & dentiscalpia ex lentisco, hoc est, cuspides quædam purgandis dentibus accommodæ. Martialis in Apophoretis:

Lentiscum melius, sed si tibi frondea cuspidis

Desuerit, dentes penna leuare potest.

Quin & Dioscorides lib. 1. indicat, lentisci succum ex aqua decoctæ figere vacillantes dentes, si eo colluantur: tum & cuspides hinc factas si affricentur, vitiles esse dentibus abstergendis. Huiusmodi igitur quibus dentiscalpium semper in ore est, lentiscum arrodere dicuntur, & σχιστρῶν, id est, Lentisci arrosiores appellantur. Nam dentium cura, olim vt delicatis probro dabatur, & Apuleio inter reliqua crimina obiectum est, quod dentifricium parasset. Recte transferetur adagium & ad reliquum totius corporis cultum.

*Vnico digitulo scalpis caput.*

MOLLES, atque effœminati vno digito caput scalpere dicuntur, nimirum solliciti nec comam studiose compositam perturbent. Id primum dictum putant à Caluo poeta in Pompeium, hinc in omnes parum viros transeunt. Iuuen. Satyra 9.

Qui digito scalpunt vno caput.

Molles & impudicos ex gestu notans. Porro gestum cum antiquitus impudicitie habitum argumentum: testatur in epistolis Seneca: Rerum, inquiens, omnium si obseruentur, indicia sunt. Et argumentum mortum ex minimis quoque licet capere. Impudicum, & incestus ostendit, & manus mota, & vnum interdum responsum, & re-

latus ad caput digitus, & flexus oculorum. Improbum interdum risus insanum vulsus, habitusque demonstrat.

*Summo digito caput scalpere.*

Τῷ ἄκρῳ δακτύλῳ τῷ κεφαλῆν κτῶν, id est, Summo digito caput scalpere. Id est cum proximo. Lucianus in Rhetorum præceptore, deliciis effœminatum hominem describit his verbis: Ἐν τῆτοις δὲ πίνουσιν τινα, καὶ παγκάλῳ ἄνδρα, διατσαλαθμείοντὸ βῆδισμα, ἐπακλασμένοι τὸν ἀυχίνα, γυμνασίον τὸ βλέμμα, μελίχρῆν τὸ φάσμα, μίρον ἐπιπέοτα, τῷ δακτύλῳ ἄκρῳ τῷ κεφαλῆν κτῶν, id est, Inter hæc autem vitium quendam egregie sapientem, atque insigni forma, lubrico incellu, fracta ceruice, muliebri aspectu, voce mellita, olentem vnguenta, caput summo digito scalperentem.

*Phryx plagis emendatur.*

PHRYX plagis emendatur. In barbaro feruiliq; ingenio homines dicitur, qui non pudore, neque monitis, sed verberibus redduntur meliores. Cum contra generosus animus, vt ait Seneca, rectius ducatur, quàm trahatur. Cicero pro L. Flacco in teltes Asiaticos: Asia vestra constat ex Phrygia, Mysia, Caria, Lydia, Vtrum igitur nostrum, au vestrum est hoc prouerbium? Phrygem plagis fieri solere meliorem. Adagium ita refertur apud Suidam versu trochaico:

Φρύξ ἀπὲρ πληγῆς ἀμείνων, καὶ διακοίτης.

id est, Verberatus Phryx melior, & obsequens erit magis.

Ostendit Athenæus, è Phrygia mitti solere mancipia laudatissima,

Ἀνδράποδ' ἐκ φρυγίας, ἀπὸ δ' ἀρκασίας ἐπικέρως. id est,

Mancipia ex Phygia, sed ab Arcadia auxiliars.

*Nihil sacri es.*

Οὐδὲν ἱερὸν ἐπέχεος, id est, Nihil es sacri. Sermo cōtemnentis prouerbialiter. Si quidem Græci quidquid præclarum ac vehementer conducibile videri vellent, id sacrum appellabant, vt ἱερὸν βῆλιν, Sacra res consiliū.

lium, & ἱερὸν πόλιν, id est, Sacram ciuitatē dixit Aristides, tanquam omnium tutatrimem, & quod alio citaumimus loco, ἱερὸν ἄγ-  
γεον, id est, Sacram ancoram. Plutarchus in vita Pelopidæ, Sacri præsidii mentionē facit. Theocritus in Hodoæporis,

Ἄλλ' ἔν' αἶα λῆς ἐριφὸν θέμις : ἐν τι μὲν ἔδειν ἱερὸν .

Hæc dum igitur, si vis, age iam deponito, quanquam

Nil sacri est.

Verba sunt cōtemnentis pignus. Qui pro-  
uerbii tradunt originem, aiunt Herculem  
conspicua Adonidis imagine contempssisse  
his verbis, ἔδειν ἱερὸν εἶ, id est, Nil es sacri .  
Seu quod existimaret, iis duntaxat haben-  
dum esse diuinitatis honorem, qui de ge-  
nere mortalium essent benemeriti : siue quæ-  
sures, qui in eius templum aufugissent, nõ  
essent in tuto, propter loci religionē, quæ  
admodum in aliorum deorum sacellis.  
Nunc accommodatur ad quamuis rem de-  
spicacui habitam : Ab hac interpretatio-  
ne non discrepant quæ refert Theocriti scho-  
liastes, huius commenti auctorem citans  
Cleandrum.

*Nihil sanum.*

ΣΥΜΜΑΜ morum corruptionem, & nullū  
honesti respectum his verbis Græci signifi-  
cant, ἔδειν ὑγιές, id est, Nihil sanum. Exem-  
pla passim in concediis tragediis; Græ-  
corum sunt obuia. Aristophanes in Pluto:  
Πυτόμεν' εἰ κῆν μεταβάλλοιτα τὸς τρέ-  
πας,

Ἐναι πανῶρον, ἄδμον, ὑγιές μὲν, i.

Ὡς τῷ βίῳ τῆτ' αὐτό νομισας συμφέρειν, i.  
Scitatum an expediret, vt in contrarium

Verbo instituto pristinisque moribus,

Iniquus esset, subdolos, sani nihil,

Ratus ista vitæ commodis conducere.

Andromache in sui nominis tragedia  
apud Euripidem ita describit Spartano-  
rum mores.

Ὡ παῖσιν ἀνθρώποισιν ἔχ βίσοι βροτῶν ἃ

Σπίρης ἔνοκοι, δόλια βελδυτήρια,

τ' ἀδύτῃν ἀνακτες, μηχαυθέρραφοι κωκῶν,

Ἐλκτα, κῶδῆν ὑγιές . id est,

Heus omnium mortalium inuisissimi,

Spartam incolentes, fraudulentum con-  
silia,

Mendaciorum principes, & opifices

Tecti malorum, tortiles, sani nihil.

Aristophanes, ἐν Δειμοφοριαλῆσαι, si modo  
non fallit titulus: de scæminis :

Τὰς οἰοσπίτιδας, τὰς προσῦτιδας, τὰς λά-  
λως,

Τὰς ἔδειν ὑγιές, τὰς μὲν' ἀνδραση κακῶν .

Vini bibaces, proditrices, garrulas,

Nihilq; sanum, maximum viris malum.

Vbi plane prouerbialiter dixit: ἔδειν ὑγιές,  
pro perditissimis. M. Tullius ad Atticum  
libro decimoquinto: Quid queris? ἔδειν  
ὑγιές. Id velut interpretans in epistola,  
quæ præcessit ab hac tertia: Quid queris?  
nihil sinceri .

*Dionis gry.*

Τὸ Νουῖο γρῖ, id est: Dionis gry. Recte di-  
cetur, aut vbi quempiam magno animo  
contemnimus, ac ne responso quidem di-  
gnum habemus: aut cum rem nihili signi-  
ficamus. Nam de gry alio diximus loco.

Adagium ortum ex euentu. Dion Alexan-  
drinus natione, præcipuam in philosophia  
hædem est consecutus. Huic erat frater lu-  
ctator, nomine Topsius. Itaque cum qui-  
dam ex eius concertatoribus Dionem pro-  
bris incesserit, fanda atque infanda in eum  
euomens, multa interim turba ad cōiciū,  
vt sit, affluente, ipse ne verbo quidem re-  
spondit maledictis, videlicet philosophiæ  
dogmatum memor. Ceterum vbi iam in-  
tra ædium suarum vestibulum esset, nam  
conuiciator eo vsque fuerat profecutus,  
nihil iracundiæ præ se ferens, hoc tantum  
respondit, ἔδει γρῖ, id est: Ne gry quidem.  
Iuuenis autem animi impotens, laqueo se  
præfocauit. Ea res in vulgi fabulam abiit.

*Cæcus cæco dux.*

Τυφλὸς τυφλῷ ὀδῆγός, id est, Cæcus cæco dux.  
Vt licebit quotiens indoctus indoctum  
docere, inconscultus imprudenti cōsiliū  
dare conabitur. Adludit ad prouerbiū M.  
Tullius libro De finibus vltimo: C. au-  
tem Drusi domum compleri consultori-  
bus solitam accepimus, cum quorum res  
esset, ipsi non videbant, cæcum adhibe-  
bant ducem. Hæc Cicero. Drusus enim  
Iure consultissimus, aliis prospiciebat ani-  
mo, cum corporis oculis nihil cerneret.  
Cui confine est Horatianum illud: Cæcus  
iter ostendit. Horatius ad Scæuam :

Cæcus vti si monstrat iter, tamen aspice.

Q, Quod



Quod quidem Porphyrius perinde dictū autumat, quasi dicas: Sus Mineruam. Præpostere enim res geritur, cum cæcus videntibus iter commostrare conatur. Apud Aristophanem in Pluto: Cæcium seruus stomachatur in herum quod ipse videns, Pluto oculis captum sequeretur.

Ὁς τις ἀκολυθῆ κατόπιν ἀνθρώπων τυφλῶν,  
Τζιουτῖον δρῶν, ἢ προσηκ' αὐτῷ ποιεῖν.

Οἷκε βλίποι τις τοῖς τυφλοῖς ηγχεῖσθε,  
Ὅτ' ὁ δ' ἀκολυθῆ, καμ' προσημιάζειται. i.

Luminibus ut qui captum & orbem homunculum

Sequatur à tergo, hoc agens præpostere. Nam qui videmus, ducimus cæcos: at hic Sequitur, simulq; cogit eadem facere me.

#### Cæca speculatio.

Ἄλαοσκοπή, id est, Cæca speculatio, composita Græcis est dictio, ἀπό τῆς λαοῦ, quod est videre, inde ἀλαός cæcus, & σκοπή, id est in spirere. Ita Suidas ex Homero citans. Etymologus addit alias coniecturas ex Methodio citans idem dictum. Suidas prouerbialem dictionem admonet, quotiens aut conuenient, quibus datum est negotium, aut ipsi nihil vident, quibus obseruandi partes sunt delegate. Translatum ab iis, qui è speculis sublimibus diligenter circumspiciant vndiq; & quod viderint, aliis renunciant. Homerus aliquotiens hoc habet, Οἱ δ' ἀλαοσκοπήν εἶχε, quod etymologus citat ex Methodio. Pro eo quod est, haud quaquam cæcutienter speculatus est. Vti conuenient, quotiens significabimus aliquem rem sagaciter odoratum, ac deprehendisse.

#### Sine cortice nabis.

SINE cortice nardicuntur, qui iam per ætatem non egent custode morum, aut qui eo doctrinæ processerunt, ut iam præceptorum opera non habeant opus. Horat.

Simul ac durauerit ætas

Membra, animumq; tuum, nabis sine cortice.

Id est, Citra custodem ac prædagogum ipse te reges, ac moderaberis. Acron prouerbii admonet: putatq; metaphoram mutuo sumptam à iuuenibus, qui cum primitus natate discunt, corticibus aut suberibus vtri subligatis natant: deinde exercitatores citra huiusmodi adminicula natate incipiunt. Plautus in Aulularia: Quasi pueris

qui nate discunt scyrpea induitur raris. Qui laborēt minus, facilius ut nent, & moueant manus. Est autem Græcis φαλλόν siue φέλλος, nam varie scribunt, quod Latini vertunt suber, sic. n. vertit Theodorus. Cotex est arboris semper fluitans, & ob id aptus nauibus præsertim ancoralibus: indicat enim ancoræ locum, ut à nautis caueatur, & piscantium tragulis, sustinet enim summus retium funes: utilis & cadorum obduramentis, postremo & sceminarū calcæatui mensibus hybernis, vnde ioco prouerbiali apud Græcos cortices arborum dicuntur. Meminit Pli. lib. 16. c. 3. Lucianus in Veris narrationibus narrat φελλόπους vnde Græci φελλῶν dicunt supernatate. Et φελλῆς loca quæ paullulo terræ tegunt saxa.

#### Ut possimus, quando ut volumus non licet.

Ζάμιν γὰρ ἐκ ὡς θέλομεν, ἀλλ' ὡς δυνάμεθα. id est,

Non uti libet, sed uti licet sic viuimus.

Senarius prouerbialis, quo monemur temporis ac necessitati seruiendum esse. Terentiana Misis in Andria rogata, quam Athenis vitā agerent, verecunde seni meretriciū quæstum conficiens: ut quimus aiunt, quando ut volumus non licet. Cæcilius in Plautio apud Donatum. Vinas ut possis, quando non quis ut velis. Item Plato in Hippia maiore: Τοιαῦτα ὡς ἴππια τὰ ἡμέτερα ἐστὶν ἐκ οἶα βέλτερά τις φασὶν ἀνθρώποι ἐκαστοῦ παραμάζομενοι, ἀλλ' οἶα δυνάται, id est, Eiusmodi sunt Hippia res nostre, non quales quis optaret, sicuti prouerbio dicitur vsquequaque, sed quales esse possunt. Adlusit eodem & in Cratylō. ὅπως ἂν δυνάμεθα προσηγορίαι, id est, Præfati, ut eunq; potuerimus. Sic enim modestæ gratia præfantur, qui negotium aliquod suscipiunt. Huc pertinent & illæ Græcorum sententiæ:

Βελόμεθα πλατύν πάντες, ἀλλ' ὡς δυνάμεθα. id est,

Omnes cupimus, at non licet distendere. Et: Πάντες καλῶς ζῆν θέλομεν, ἀλλ' ὡς δυνάμεθα. id est,

Bene viuere omnes volumus, at non possumus.

Nemini sua fortuna satis facit, & aliud votis destinat, Vtus erit, vbi significabim⁹ nostra nobis parū placere, verū facultatem deesse, non auimum: videlicet fortunā esse parum

tum commodā, aut vitam non satis integram, aut epistolam non satis eruditam.

*Atheniensium inconsulta temeritas.*

Ἡ τὸν ἀθηναίων δυσβουλία, id est, Atheniensium inconsulta temeritas. Quadrat in eos, quibus male consulta vertunt bene. Nam id olim vulgo tributum est Atheniensibus, quod ipsi quidem foecorditer consultarent, parumque prospicerent, verum Minerva civitatis praeses, illorum male instituta, bene vertere consuevit. Simile est huic, quod hodieque vulgo dicunt: Est fortunatio quam prudentior, de quopiam non suapte industria, sed fortunę commoditate successu rerum venite. Eupolis apud Suidam & Athenęum libro decimo in Atheniensium mores:

Ὅς δ' ἔκ' ἂν εἰλεθ' ὄσ' ἀνοϊνόπτας πρὸ τῆς, Νωί φρατηγῆς λθυσόμεν. ὦ πόλις πόλις, ὅς ὄντην ἔς' ἡ μάλλον ἢ καλῶς φρονεῖς. id est, Quos ante hac nec praefici conuivio

Quisquam tulisset, nunc videmus scilicet Belli duces. o civitas, o civitas

Fortuna vres felicior, quam sapis. Porro Atheniensium inconfirantiam notat & Aristophanes hoc versu in Nubibus: φασὶ γὰρ δυσβουλίαν τῷδε τῇ πόλει προσεῖναι. id est,

Læva consilia ferunt huic adesse civitati. Quo loco interpres adscribit fabulam huiusmodi: Cum Neptunus à Minerva vitæ, non posset Attica regione potiri, iratus immisit illis δυσβουλίαν, id est, læva stultaque consilia: hoc deinde vitium Atheniensibus ἐπιχώριον, hoc est, vernaculum fuisse. Idque Minervam non mutasse, ceterum quod illi male statuisent, illa in bonos exitus vertebat: Adlusit huc idem Aristophanes in Vespis:

Γλαῦξ γὰρ ἡμῶν πρὶν μάχιδαι τὸν στρατὸν διέπτατο. id est,

Vlula nostras ante pugnam peruolarat copias.

Eodem leuiter adlusisse videtur Demosthenes, cum ait in Olynthiaca prima, in ipsa statim fronte: Ἀλλὰ καὶ τ' ὑμετέρης τύχης, ὑποκαμβάνω, πολλὰ τῶ δεινῶν ἐκτὸς παρεκείμαι ἐνίοις ἀνιπελάθειν εἰπῶν. id est, Sed & vestrę fortunę arbitror, nonnullis ex tempore venire in mentem vt dicant ea quę ad tem pertinent. Verū hoc vitii manifestius exprobat illis in alia quadam oratione di-

cens, alios homines solere cōsultare prius ac deinde rem aggredi: contra Athenienses post rem factam tum consultare. Theognis:

Πολλοὶ τὰ χρωῖται δ' ἐλαῶς φρεσὶ, δ' αἰμοὶ δ' ἔδλω

Ὅς τὸ κακὸν δ' οὐκ ἔστι γίνεσθαι εἰς ἀγαθόν, i. Multis læua quidem mens est, sed numina dextra,

Quis bene vertit & id quod temere instituant.

*Aristophanes in Concionatricibus:*

Λόγ' τε τοῖς ἐστὶ τῶν γκαυτιέρον, ἔσ' ἂν ἀνόντα καὶ μοῖρα βυλδυσάμιθα

Ἀπαντ' ἐπὶ τὸ βέλτιον ἡμῖν συμφέρειν. id est, Est sermo quidam ductus à maioribus Fatua licet statuamus ac vzcordia

In melius atamen omnia nobis cedere.

Medium carmen Græcum carebit vitio, si tollatur coniunctio καὶ, quanquam editio Aldina habebat. Et apud Liuium subinde nominatur fortuna Romana. Nec abhorret hinc quod alibi retulimus, ἴψ' ὄρνι κλέτ' αἰρεῖ, id est, Dormienti rete tollit.

*Vbi non sis qui fueris, non est cur velis viuere.*

Cicero in epistola quadam lib. 7. Familiarium, sententiam huiusmodi veteris proverbi citat: Vetus est, inquit, Vbi non sis qui fueris, nō esse cur velis viuere. Sumptum est à communi mortalium affectu, qui nihil minus tolerādum putant, quam vt inter eos neglecti, aut etiam notati viuunt, apud quos aliquando cum splendore atque auctoritate sint versati. Adeo vt exilium vbiuis præoptent potius, aut etiam e vita decedere, quam mutatz fortunę pudorem perpeti. Id quod notauit Euripides in Hecuba, quam ita facit loquentem, vt dicat, sibi pudorem in causa esse, quo minus obtineatur Polymnestorem. Pudere enim in tam calamitoso rerum statu, conspici ab eo, cui aliquando visa sit florens. Idem in Alceste:

Τὲ μοιζὲν δῖτα κύδιον φίλον, Κακῶς κλυόντι, καὶ κακῶς πρὸς πράγῳτι. id est,

Post hac amici, cur mihi sit viuere Cordi, male audienti, & affecto male.

Ad eandem facit sententiam, quod apud Sophoclem ait Ajax,

Αἰχρὸν γὰρ ἀδρατ' τῶ μακρῶς χερῶν βίβη, Κακῶσι δ' ὅς τις μὴδεν ἐξαλλάσσειται. id est,

Est turpe, vitam prorogare longius

Quisquis malis nil explicat sese suis.

Item paullo post in eadem tragœdia,

Αλλ' ἡ καλὴς ζῆν, ἡ καλὴς τεθραϊνοῦ  
Τὸν ὀνειχεύει. id est,

Verum aut decore viuere ingenium virū  
Decet, aut decore oppetere mortem.

Fertur hic quoque senarius,

Ζῆν ὀνειχεύει ζῆν ἐφ' ὀνόματι ἡ τύχη. id est,

Fortuna quibus inuidit aspera viuere,

Hos indecorum ac turpe velle viuere.

Sed propius ad Ciceronis sententiã accedit  
locus ille apud Euripidem in Hecuba, vbi  
Polyxena ratiocinatur, sibi non esse cau-  
sam cur optaret viuere, quod omnibus or-  
pamentis pristinae fortunæ iam esset spo-  
liata.

Τὶ γὰρ με δεῖ ζῆν, ἡ πατὴρ μὲν ἦν ἄναξ  
Φρυγῶν ἀπάντων; τὴτο μοι πρῶτον βίβω.

Ἐπειτ' ἐδέξθην ἐλπίδ' ὀνομαζομένην  
Βασιλεύσει νόμῳ. id est,

Quæ nanq; vitæ causa iam superest mihi?

Vt cui pater rex omnium fuerit Phrygū.

Etenim rudis mi lucis hoc initium.

Etenim spes in amplas educabar, regibus

Desponsa.

Et reliqua quæ sequuntur. Sunt enim lon-  
giora, quàm vt hic putemus esse percen-  
senda.

*Premere pollicem, conuertere pollicem.*

**ANTIQUITYS** in pollice fauoris erat  
studiiq; significatio. Qui faueret, polli-  
cem premebat: qui minus faueret, pollicē  
conuertebat. Qui gestus in prouerbiū abie-  
runt, vt iam premere pollicem dicatur, qui  
quoquo pacto: fauet: conuertere, qui ma-  
le vult. Pli. lib. 27. c. 2. Pollices cum fauca-  
mus, premere etiam prouerbio iubemur.  
Iuuen.

- Conuerso pollice vulgi,

Quemlibet occidunt populariter,

Horatius utroq; pollice dixit, pro summo  
faure,

Consentire suis studiis qui crediderit te,

Fautor utroq; tuū laudabit pollice ludū.

Porphyrius enarrat hūc ad modum: Vtro-  
que pollice, id est, vtraq; manu, *συναδελφικῶς*.  
Synecdoche a parte totum. An qui ve-  
hementius laudat, manus iungens, iungit  
pollicem cum proximo. Acron hoc pacto,  
vtraque pollice. *συναδελφικῶς*, manu vtraq;  
sublatāq; pariter ac sepius mota. Hic enim  
gestus valde laudantium est. Sane vtrum-

que, sicut ex iis conici licet, prouerbiū ori-  
go fugit.

*Faciem perfricare, frontis perfricare.*

**FRONS** habita est antiquitus pudori sa-  
cra. Et facies item, id quod & prouerbio tes-  
tatum est, quo dicunt, pudorem esse in oca-  
lis. Inde frontem aut faciem prouerbio  
perfricuisse dicuntur, qui pudorem omnem  
dedidicerunt, velut absterfo manu a vultu  
pudore. Translatum: apparet a gestu quo-  
rundam, qui dicturi facturiue quippiam  
apud ignotos, manu faciem perfricant, id  
quod rustici cuiusdam pudoris indicium  
est, quem coneris peruincere. Hunc gestum  
Quintilianus notat inter vitia pronuncia-  
tionis libro vndecimo: Vitiola enim, in-  
quiens, sunt illa, intueri lacunarum, perfri-  
care faciem, & quasi improbam facere. Plu-  
tarchus scribit hunc gestum peculiare fuisse  
M. Tullio, vt dicitur, & sua faciē demul-  
ceret. Alioqui non inficias it ipse Cicero,  
initio dicendi trepidantiorum fuisse sese.  
Fabius lib. 9. citat hæc ex Caluo: Perfrica  
frontem, & dic te digniorem, qui prætor  
fieres, quàm Catonem. Significat id esse  
dictu vehementer improbum. Plinius in  
pæfatione naturæ historiarum: Perfricui  
faciem, nectamen profeci, quando alia via  
ingens occurris. M. Tull. Tuscu. qd. lib. 3.  
in eundē sensum dixit: perfricare os: Quid  
tergiuersamur Epicure? nec fatemur eam  
nos dicere voluptatem, quam tu idem cum  
os perfricuisti, soles dicere? Senecali. 5. epi-  
stola 40. Perfricas frontem oportet, & ipse  
te non audias. Huc pertinent etiam illa, qd  
effrontes appellamus inuerecūdos. Et, qua  
fronte audebis hæc facere? Quod enim Ho-  
ratius dixit:

- Clament perisse pudorem

Cuncti pœne patres. Id Persius imitatus:

- Exclamet, inquit, Melicerta perisse

Frontem de rebus.

Item illa: Quo ore obiurgabis filium?  
Er Os impudens, Os durum, Os ser-  
reum, cum impudentiam indicamus.

Ouidius:

Nō tibi plus cordis, sed minus oris adest.

Nō plus audes at sapias, sed minus pudeat.

M. Tul. in Verrem, Os hominis insignem-

que impudentiam cognoscite. Idē in Phi-

lippica 5. Sed illud os, illam impuritatem.

Idem pro C. Rabirio Posthumo: Qd habet  
os,

os, quā audaciā? Rursus in Oratore: Quod tamen os est illius patroni, qui ad eas causas sine vlla sciētia iuris audet accedere? In Philippica vndecima: Audisset furentis introitum Dolobellæ, vocem impuram, atq; os illud infame. Martialis lib. 9.

Santonica medicata dedit mihi pocula virga,  
Os hominis, mulsam me rogat Hippocrates.

Homericus Achilles Agamemnonem κωνώπιν appellat, id est, canino aspectu. & apud eundem:

Κωνώσματα ἔχων, κερδ' ἴνδ' ἐλαφοιο. i.

Canis habens oculos, cor cerui: impudentiam significās cum timiditate coniunctā. Denique haud scimus, an huc pertineat, quod apud Athenzum in Dipnosophistis adducitur è Cyrenzo poeta:

Τεῖς δ' ἀπομαξαμένοισι βῶι δ' ἰδοῖσιν ἀμείων. id est,

Porro ter absterfis diui donant meliora. Subindicat, impudentius id postulare, vt quæ sint acta in conuiuio, narret.

*Frontem exporrigere, fronsē contrahere.*

FRONTEM explicare cum hilarescimus, contrahere cū ringimur, hoc est, vbi quid molestum est, dicimus. Plinius in libro vndecimo: Frons & alii, sed homini tantum tristicæ, hilaritatis, clementiæ, seueritatis index. Terentius: Expurge frontem. Horatius in Odis:

Sollicitam explicuere frontem.

Idem alibi:

Deme supercilio nubem.

EXPORRECTA fronte, hilariter. Porrectiore fronte mecū loquaris oportet, apud Plaut. Obducta fronte, corrugata fronte, contracta fronte, caperata fronte. Plaut. Caperat frons seueritudine. Quod quidem à caprinis cornibus translatum volunt. Et nubila frons, serena frons, explicata frons.

*Atollere supercilium, ponere supercilium.*

PLINIUS: Supercilia, inquit, homini, & pariter & alter ne mobilia. Et in his pars animi. Negamus, annuimus. Hæc maxime indicant fastus. Superbia aliubi conceptaculum, sed hic sedem habet: in corde nascitur, huc subit, hic pendet. Nihil altius simul arptiusq; inuenit in corpore vbi solitaria est. Hæstus ille, Inde prouebio atolli

supercilium dicimus, arrogantiam significantes: adduci supercilium fastidium indicat. Citat & Suidas, ἀκαπῶντες τὰς δ' ὄφρ' ἔ, καὶ τὰς γνάθ' ὀφρῶντες, id est, Contractus superciliis, inflatis buccis. Quod Græci vnico verbo dicunt κατοφρηνῶσαι Lucianus à persona ad rem transtulit, sermonem arrogantem ac superciliosum appellans κατοφρηνῶντες λόγους. Poni dicitur supercilium, cum à fastu receditur. Et fastosos homines superciliosos nominamus. Denique simplici ter ipsum supercilium pro fastu atque arrogantia ponitur. Philosophorum supercilium quis ferat? Porro quod Plinius ait, si perciliis annuere nos, atque renuere, Homerum secutus est, apud quem versus hic aliquotiens legitur:

Ἡκὼ κναέσιν ἐπ' ὄφρ' ἔσι νῦσ τε κροῖαν. i.

Sic ait atq; superciliis pater annuit atris.

Id æmulatus Maro:

Sic ait, & totū nutu tremefecit Olympū.

*Bibe helleborum.*

ARISTOPHANES in Vespiis, πῖθ' ἑλλέβορον, id est, Bibe helleborum. Quo dicto significat insanire quempiam. πῖθι vero dixit, nō πῖτι, quod, vt admonet interpres, hoc ad simplicem potum referunt grammatici, illud ad potionem pharmacorum. Idem ostēdit & verbum hinc esse fictū, ἑλλεβορίαν ἢ ἑλλεβορίαν, pro insanire. Quique parum animo constant, ἑλλεβόρος δ' εἶδαι, id est, Helleboro opus habere dicuntur. Atque idem apud Latinos et auctores, helleborū edere, & helleboro sese purgare prouerbio iubentur: propterea quod antiquitus plurimus vsus fuerit huius herbæ adlauanda mētis & capitis vitia. Plinius lib. Nat. historiae 25. ca. 5. hellebori duo facit genera, sicut & Dioscorides libro quarto: Candidum, quod Italia veratrum album appellat: & nigrum, quod alii vocant entomon, etiam si in Dioscoride atomon legitimus. Alii polyrrhizō, plerique Melampodion vocāt, ab inuente Melampode vate, vel eiusdem nominis pastore, quod is animaduertisset eo purgari capras: deinde dato eorum lacte sanauit Prætidas furentes. Sed Aulus Gellius Plinium secutus ait, coloris discerniculum non in semine, neque in virgultis sed in radice apparere. Candido vomitiones cietur, eoque stomachum & ventrem superiorem purgat. Nigro alius inferior diluitur: vtriusq;

vtriusq; periculosa sumptio, sed albi vt præstantior, ita periculosior. Quod ipsum tamen adeo vulgatum esse cœpit, vt plerique studiorum gratia, ad peruidēda acris quæ commentabantur, sæpius sumptauerint. Nominatim autē Carneades Academicus scripturus aduersū Stoici Zenonis libros, cādido helleboro superiora corporis purgare solitus legitur, ne quid ex corruptis in stomacho humoribus, ad domicilia vsque animi redundaret, & instantiam, vigorēq; mentis labefaceret. Nigri vero religiosum etiam vsum fuisse testatur Plinius. Si quidem hoc & domos suffiebant, purgantēq; aspergentes & sese, & pecora. Tum solenni cum precatione colligebatur & supersticiosus, vt meminit etiam Theophrastus. Primum enim gladio circumscribatur: dein de qui succisurus erat, exortum solis spectabat, precabaturque vt id sibi liceret diis concedentibus facere. Obseruabat & aquilæ volatum, quæ si propius aduolasset, moriturū eo anno, qui succiderat, augurium erat. Ex Plinio igitur colligere licet, vtrumque genus, tum candidum, tum nigrum, cum ad alia complura mala, tum aduersus melancholiam remedium efficax habere. Vnde & proverbiū natum, quod tamē varie effertur. Plaut. in Menæhmis. Non potest hæc res trium iugerum helleboro obtinerier. Demosthenes Aeschinē in actione monet, vt sese purget helleboro. Lucianus in Dialogo Menippi ac Tantali *λεῖος ὡ τάνταλι, καὶ ὡς ἀλκῶς ποτῆ δ' εἶδ' αὖ δοκεῖς ἀκρωτῆρε ἐλβεῖος ἢ δία*, id est, Despis Tantale, & vt veredicam, helleboro potio tibi est opus, eo que sane meraco. Et apud eundem Rhadamanthus, in secundo Verrarum narrationum libro, ita pronunciat, vt Ajax traditū ab Hippocrate helleborum bibat, prius quā in heroum consortium recipiatur, adludēs ad eius insaniam. Ibidem legitur nō lieuisse Chrysippo in beatorum insulam immigrare, nisi quartum iā sumpto helleboro. Nimirum illuc adluditur, quod ter in vita bibisse memoratur, vt testatur etiam Petronius in carmina quodam. Horatius:

Expullit helleboro morbum, bilemque meraco.

Onidius in epist. Ponticis lib. 4.

Ibide dixissem purgantes pectora succos,  
Quidquid & in tota nascitur Anticyra,  
Persius:

- Anticyras melior sorbere meracas.  
Insanū significans. Aufonius ad Theonē:  
Helleborumque bibas Samii Lucomonis acumen.

*Nauiget Anticyras.*

*Παύσειν εἰς ἀντικύρας*, id est, Nauiget Anticyras. Horatius elegāter nouauit adagii quasi faciem, cum ait in Serm.

Nauiget Anticyras.

Quibus verbis Stoicum insanum significat, quidq; mentis morbo laboraret, elictq; sapientis indignus nomine, cum nemo sapiens nisi sanus. Dictum est autem eadem signura, qua Græci dicunt *παύσεις εἰς μασσυλίαν*, id est, Nauiges Massyliam. Strabo lib. Geographiæ nono, duas Anticyras com monstrat, & in altera, quæ sit post Crissam oppidum, helleborum nasci, in altera eiusdem nominis, quæ sit ad sinum Maliacum & Octam montem, optime temperari. Atque in eam quam plurimis è regionibus ad nauigari sanitatis gratia. Pausanias in vic. lib. scripsit, supra Anticyram montes esse magnopere petricosos, in his copiose provenire helleborum, nigro purgari aluum, albo vomitum cieri, ac superiora corporis purgari. Stephanus addit, Anticyrensem quempiam fuisse, qui Herculem helleboro dato liberavit insaniam. Horatius:

Si tribus Anticyris caput insanabile nunquam

Tonfori Licino commiserit.

Tres Anticyras dixit pro uniuerso helleboro, significans deploratam & immedicabilem insaniam. Simili figura quos iudicant esse parum integre mentis, & hodie iubent deportari Ghelam. Ad hanc formam pertinent illa, Tonforis eget, aut curator est opus. Horatius:

Nec tonfore putas nec curatoris egere.  
Tutores enim dabantur pupillis, curatores mente captis. Sic & Columella lib. primo, capite tertio scribit, Catonem dicere solitū, cum qui agrum incoleret, nec salubri cælo, nec fertilem, velut commotæ mentis ad agnatos ac gētiles esse deducendum. Varro lib. De re rustica 1. cap. 2. Qui salubre locū negligit, mente captus est, atq; ad agnatos & gentiles deducendum. Cic. lib. 2. De inuētionē: Si furiosus exister, agnatorum gentiliumq; in eo pecuniaq; eius potestas esto. Nam duodecim tabulæ furiosus ius admittit admi-

administrandi res suas, & ad gentiles agnatosque transferunt, quemadmodum legitimo libro Institutionum primo, titulo de Curatoribus, & Pandectarum libro vigesimo septimo, titulo ultimo de curatore furiosorum. Rursum eiusdem operis libro primo, titulo decimo octavo, de Officio præsidis. Et apud Ciceronem lib. 3. Tusculanarum quæst. Qui ita sit affectus, cum dominum esse rerum suarum, verant x11. tabulæ. Verba x11. tabularum sunt hæc: Prodigio & furioso bonorum suorum administratio interdita esto, & in curatione agnatorum sunt.

*Strychnum bibit.*

Στρυχίνον ἔπιον, id est, Strychnum bibit, in insanos item competit, à Strychni herbæ natura, quæ vel gustata, statim insaniam parit. Dioscorides in quarto, quattuor strychni genera facit. E quibus postremum *μυρικήν* vocat, id est, insanum. Plin. lib. 21. cap. 31. cum duo strychni genera salutaria demonstrasset: Tertio, inquit, folia sunt ocymi, minime diligenter demonstranda. Remedia enim non venena tractamus, quippe insaniam facit, paruo quoque succo. Quam & Græci auctores in iocum vertere. Drachmæ enim pondere lusum pudoris gigni dixerunt, species varias, imaginesque conspicuas observari demonstrantes. Duplicatum hunc modum legitimam insaniam facere: quidquid vero adiciatur ponderi, representari mortem. Hoc est venenû, quod innocētissimi auctores simpliciter Dorychnion appellauere ab eo, quod hoc cuspides in præliis tingerentur, passim nascete. Dioscorides scribit, Strychni radicem cum vinopotam, mensura < visa quadam, ac ludibria non iniucunda parere: duplicato modo sumptam, stuporem triduanum inducere: quadruplicato potam, adimere vitam: remedio esse, si multum ac largiter biberis ac reuoueris. Vnde magis videtur congruere in φιλύργς, & sibi placentes, & vt, Flaccus inquit, sibi pulchros. Nam Theophrastus tradit, qui Strychnum ederint, sibi videri pulcherrimos. Cuiusmodi multos homines videmus qui sibi nulla in re displicere possunt, perinde quasi Strychno vicissent. Est diuersum insaniz genus, quo quidam sibi displicent in omnibus, sed alterum vulgatius est, & immedicabilius.

*Ede nasturtium.*

Ἐδιναστῦριον, id est, Ede nasturtium. In scordem, ignauum, hebetem, stupidum, olim dicebatur, propterea quod huic efficaciam inesse credant, eruce contrariam: vim enim vigoremque animi suscitare, Venerem coercere, cum illa è diuerso Venerem acuat, vim mentis hebetet, vnde & nomen apud Græcos habere videtur *κάρδαμον* quasi cor domans. Plinius lib. 19. cap. 8. Nasturtium, inquit, nomen accepit à narium tormento. Et inde vigoris significatio, prout he id vocabulum usurpauit, veluti torporem excitantis. Græcis à corde nomen habet. Dioscorides tradit, nasturtio vim esse similem eruce & sinapi, quod attinet ad acrimoniam in narces erumpentem. Ceterum quod ait, nasturtio stimulari Venerem, dissentit à Plinio. Aristophanes ἐν ἐπισμοφοραζύσας, ἐχθεῖς ἔφαγον κάρδαμα. τὴν κάρδαμίζεις, id est, Edi heri nasturtia. Quid nasturtiaris? Idem in Vespis:

Ὁξυθύμων καὶ δίκαιον καὶ βλεπόντων κάρδαμα. id est,

Acrium ac iustorum, & oculis qui exhibent nasturtia.

*Porcum immola.*

NEQUE prætereundum existimamus, quod Plautus in Menæchmis, porcum syncerum & sacrum immolare iubet eum, quem mēte captum significat. Adolescens, quibus hic precis porci ueneunt sacres, synceri, nummum vnum en à me accipe. Iube te piari de mea pecunia: Nam ego quidem insanum esse te certo scio. Opinamur quod veterum vsu, qui cuiuspiam irati numinis intempere ageretur, hoc piaculo se solet purgare. Idem paullo post in eadem fabula: Nam tu quidem hercle certo non sanus facis Menæchme, qui nunc ipse maledicas tibi. Iube si sapias porculum afferri tibi. Horatius in sermonibus:

- Immolte æquis

Hic porcum laribus.

Loquitur de eo, qui iam ab insaniam respuit se videretur.

*Multa Syrorum olera.*

Πολλὰ σύρων λαχανικά, id est, Multa Syrorum olera. Dicitur aut in magicæ artis peritos, & herbis maleficis eam exercetes, aut in eos qui

qui rebus vilibus abundant. Fortassis recte dicitur & in eos, qui in rebus non multæ frugis, nimum infumunt operæ, quippe non in agris exercendis, sed in hortis colendis occupati, quæ plus adferant voluptatis quam emolumentum. Prouerbiū refertur à Plinio libro vigesimo, capite quinto, vbi commemoratis variis remediis, herbæ Staphylii, quam eandem & pastinacam erraticam vocant, hæc subnectit: Syria in hortis operosissima. inde quoque prouerbiū est Græcis: Multa Syrorum olera. Similimam staphylii herbam ferit, quam alii gigidion vocant. Hactenus Plinius. Vt autem existimemus parcemiam in maleficos quadrare posse, illa nos coniectura commo- net; quod paullo ante Orpheum citauerat auctorem, staphylii amatorum inesse. Neque Syrorum mores vulgo nota caruisse, vel adagiū illud testatur: σίφι προὸς τῆς φοβίας, id est, Syri contra Phœnices. Atque in hoc prouerbio miseretur nostri Cælius Rhodiginus, qui tam insigniter torqueamur, neq; quidquam tamen ipse subleuat.

*Melle litus gladius.*

**MELLE** litus gladius. In perniciosam adulationem dici solitum. Plin. lib. 21. tradit, Heracleæ in Ponto, ab eisdem apibus aliquando mella reddi perniciosissimum habentia venenum. Quæ qui ederint, abiiciunt se humi, refrigerium quærentes. Nam sudore dissuunt. Id cur fiat, pabulum in causa est. Ea est herba alba, quam xpoethron appellant. Adlusum est autem ad morem barbaricum, qui solent tela venenis tingere, quo vulnus esset immedicabile: præsentissimum malum erat oleum incendiariū, quod illicito telo, sicubi hæsillet in corpore, tenaciter cremabat, incendiū aqua iniecta iritabatur, solo puluere inperso confopiri poterat. Auctor Marcellinus lib. 23.

*Letale mulsū.*

**Θεάσιμον μέλι κερτον**, id est, Letale mulsū. Eandem cum superiori habet sententiam. Diogenes, formosa scorta, θεάσιμον μέλι κερτον, id est, Letiferum mulsū, appellare consuevit, tamen si nihil veritatis, & in assentationem, in scædas voluptates torqueat, breuiter, quidquid ita incundum est, vt id sit perniciosum. Legimus & mellitum venenum apud Plinium, & idem Diogenes

orationem ad gratiam comparatam, aurium que prurium, μελιτιον ἀρχοιον, id est, Mellem præfocationē appellabat, quod assentatione quidem delectaret, ceterum mendacio strangularet admittentem. Ad hanc formam attinet, quod refert Irenæus lib. 3. cap. 19. Lactis gypsum male misceri: præfens enim venenum habet gypsum, & additum lacti fallit.

*Linum lino nectis.*

**Λινον λινῷ σωάπτεις**, id est, Linum lino connectis. Huius adagii duplicem apud Græcos interpretes sensum inuenimus: Quorū alter est: Infirmis infirma copulas, friuola friuolis: alter, eadem non eisdem rationibus facis vt dicis. Ctesippus in Platonis Euthydemo: Haud tu quidem linum, vti prouerbio dicitur, lino connectis, si pater tuus, pater est omnium. Est autem ironia in sophistam, qui friuolis arguteis id sibi collegisse videbatur. Aristoteles in tertio libro, τῆ φυσικῆς ἀκροάσεως, disputans de infinito, vbi Parmenidis sententiam præfert sententiæ Melissi. Melissus enim ipsum infinitū totum dixerat. At Parmenides totum dixit esse finitum, à medio æque distans. Fieri. n. inquit, non potest, vt infinitum cum toto atq; vniuerso, perinde atq; cum lino lino nectatur. Ipsa philosophi verba subseribamus, si quis forte requiret: εἰς βέλιον οἰκτερόν παρμενίδην μελίσσας εἰρακέναι. ὁ μὲν τὸ ἄπειρον ὄλον φασὶν ὁ δὲ τὸ ὄλον πεπεράναι, μέσοθεν ἰσοπαλῆς, ἔργον λίνον λίνῳ ἐστὶ σωάπτειν, τῷ ἀπαντι καὶ ὄλω τὸ ἀπειρον. Suidas hoc adagiū ex Stratidis citat Politia. Proculus item in discutiendis quæstionibus, quæ exoriūtur ex dictis Platonis, quodam in loco sic vtiut, vt videatur conuenire in eum, qui copulet inter se pugnantia, ostendens quemadmodum Plato de Homero diuersa pugnantiaque dixerit: ἔργον λίνον λίνῳ σωάπτειν ἐστὶ, τὸ ταῦτα ἀλλήλοις συμπλέκειν, id est, An non enim linū lino connectere est, ista inter se copulare? Huic affine est quod apud Athenæum lib. 6. ex Thebano poeta, Pindaro ni fallimur citatur: ποταὶ ὁλλῶν ἀτέξυλον παρὰ ξύλω. id est, Adglutians seu lignum ligno. Prior enim dixerat de parasitis: is qui hoc dicit, sermonem suscipit de adulatoribus superiori congruentem.

*Senescō semper multa addiscens.*

**Γηράσκω δ' αἰεὶ πολλὰ διδασκόμενος**, id est, Discenti

Discenti assidue multa, senecta venit.  
 Hic pentameter ex elegiis Solonis in pro-  
 uerbii abijt, significat autem vsu vitæ mul-  
 taque rerum experientia parari prudentiã.  
 Conuenit cum ea, quæ citatur apud Gel-  
 lium, sententia:

Vfus me genuit, peperit mater memoria.  
 Citatur à Platone lib. de Repub. 7. Rursum  
 in Dialogo De philosophia, quærens qui-  
 spiam nũ philosophia sit πολυμαθία, Quid  
 aliud, inquit, est philosophari, quàm id fa-  
 cere, quod dixit Solon? Dixit autem:

Discenti assidue multa, senecta venit.  
 At nobis quidem videtur semper aliquid  
 discendum ei, qui in Philosophum sit eua-  
 surus, siue iunior sit, siue senior, vt quam  
 plurima discat in vita. Citat & in Lachete,  
 Seneca in epistola quadã ad Lucillium: Tã  
 diu discendũ est, quã diu nescias: & si pro-  
 uerbio credimus, quã diu viuas. Citatur se-  
 mel atq; iterũ apud M. Tullium in Catone  
 maiore. Quintiliã Terentianus ille Demea  
 Solonis suãam retulit, cum ait: Nunquam  
 ita quisquã bene subducta ratione ad vitã  
 fuit, quin res, ætas, vsus semper aliquid ad-  
 portet noui. Aliquid moneat, vt illa, q̄ cre-  
 das scire, nescias: & quæ tibi putaris prima,  
 in experiẽdo repudies. Adludit huc cuius-  
 cunq; est versiculus ille, neq; in scitis, neq;  
 in elegans Senecæ nomine celebratus. E' Pu-  
 blianus autem mimis vnũ esse suspicamus,  
 hac adducti coniectura, quod in hoc nume-  
 ro quosdam reperimus, qui nominatim ab  
 Aulo Gellio sub Publii titulo referuntur.  
 Senarius autem hic est:  
 Discipulus est prioris posterior dies.

#### Vita doliaris.

Ζητήτης, id est, Vita dolii, pro uerbio dicitur  
 vita frugalis, parca, & ab omni strepitu at-  
 que ambitione femota. Breuiter talis, qua-  
 lem Diogenes nobilis ille Cynicus Athenis  
 egisse legitur, vnico contentus pallio, bacu-  
 lo, quo canes abigeret, dolio de palo suspen-  
 so pro domicilio libenter vtens, erudis her-  
 bis & aqua simplici victitans, pane excaua-  
 to pro catino, manu caua poculi vice soliti-  
 tus vti: idq; à puero quodã didicisse se præ-  
 dicabat, quem forte ad eum modum aquã  
 haurientem viderat. Porro vt in dolio habi-  
 taret, inde sibi dicebat in mentem venisse,  
 quod cochleas contemplantus, nullum aliud  
 æque commodum domicilium iudicasset,

unde proreperet ad solem, & vbi se cõderet  
 à vëtis atq; æstu. Poterit torqueri & in eos,  
 qui nimium sordide, nimisq; dure, atq; im-  
 munde viuunt. Hos ita depingit Eubulus  
 comicus apud Athenzum libro secundo:  
 Αηπτι ποδες χαμουδινάδες, αέριοναις, id est, Il-  
 lotis pedibus, humi cubantes, in aere domi-  
 cilium habentes. Idem libro quarto de Py-  
 thagoricis, ex Antiphane.

Εδω ὁπομείται μικρόν, ἀττίων, ῥῖπον,  
 Ρίγος, σιωπῆν, στυγόντ', ἀλγίστον. id est,  
 Inedia, sordes sunt ferendæ paullulum,  
 Silentium, tristitia, frigoris rigor,  
 Simul ferendum, corpus expers balnei.  
 Ad hanc formam torqueti poterit Hama-  
 xobiorum, ea gens est Sarmatiz, appellatio,  
 vt Hamaxobii dicantur qui dure sordideq;  
 viuunt. Nomen hinc inditum genti, quod  
 iis plauftra ædium vice sint.

#### In diem viuere. Ex tempore viuere.

In diem viuere, est præsentibus rebus conten-  
 tum viuere atq; ex parato, minime sollici-  
 tum de futuris. Quæ vita Græcis dicitur κα-  
 ταμεριος βίος. Et καθεμερόβιοι, qui ad eum vi-  
 uunt modum. Theocritus in Idyllio. N.  
 Οἱ ἐπατοὶ περιόμωδα, τὸ δ' ἄνερον ἐκ ἐσορῶ-  
 μαις. id est,

Mortales fumus, haud sunt nobis crasti-  
 na curæ.

Aristophanes in Equitibus:

Κριβάς παρῶ τι, καὶ βίον καθ' ἡμέραν. id est,  
 Ego affatim tibi suppeditaero ordeũ, &  
 Victum diurnum. Homerus Odyss. φ.

Νίπτοι ἀγροῦται ἐφημέρια φρονόοις. id est,  
 Agrestes, stolidi, tantumq; diurna sciẽtes.  
 Perſius:

-Atque ex tempore viuus.  
 id est, citra sollicitudinem futurorum. Vn-  
 de & Ex tempore dicere, id est, citra præme-  
 ditationem. M. Tull. Philippica 5. simili  
 forma dixit, In horam viuere. Quæ non fa-  
 ciebat Hannibal, qui multa ad vsum refer-  
 uabat, hæc ii, qui in horam viuere, non  
 modo de fortunis & de bonis ciuiũ, sed ne  
 quidem de utilitate sua cogitanturunt. Nec  
 abludit ab hac specie, quod scribit Hora-  
 tius in Arte poetica: Et mutatur in horas,  
 hoc est subinde.

#### Vita macerata.

Βίος μιμαλαγγμένος, id est, Vita macerata, seu  
 permollita. De molliter viuẽtibus, quibus  
 ex facili omnia suppetunt. Refertur à Dio-  
 geniano,



geniano, Zenodoto & Suida. Translatum arbitramur à leguminibus, aut falfamentis maceratis, iamque ad esum accommodatoribus, aut à tritico iam molito pisto, ac sub aëro, Cui diuersum est, *βίος ἀκωνθίδης*, id est, Vita spinosa.

*Ipsa dies quandoque patens, quandoque nouerca.*

**V**ERSVS est Hesiodi in libro De obseruatio ne dierum auspicatorum atque inauspicatorum, qui deinde in prouerbiū abiit, id est, homo hominum reuo probatus, ut apud Gellium refert Phauorinus philosophus, is est huiusmodi:

*Ἄλλοτε μήτηρ ἢ πέλει κίερα, ἄλλοτε μήτηρ. i. Ipsa dies quandoque patens, quandoque nouerca est:*

EO uel su significatum est, non omni die bene esse posse, sed isto bene, atque alio male. Inde translatum, quod matres bene uolunt liberis, nouercæ oderunt pruiugnos. Proinde Plinius dubitare se dicit, utrum natura scapius nouerca sit, an mater, ut quæ tot uenena, tot item remedia progignat.

*Nunc pluis, & claro nunc Iuppiter æthere fulget.*

**D**IVERSA metaphora rem eandem explicuit Theocritus in Batto:

*Χ' ἄζέρες ἄλλοκα μὴ πέλει ἄϊβριος, ἄλλοκα δ' ἄϊβι. id est,*

Nunc pluit, & claro nunc Iuppiter æthere lucet.

Id est, Aliquando res aduersæ sunt, aliquando secundæ, quemadmodum cælum nunc ferenum est & placidum, nunc turbidum ac tempestuosum. Huic affinis est allegoria Pindarica, è Pythiis hymnis: Non semper eosdem flare uentos, sed nunc hos, nunc alios.

*Ἄλλοτ' ἀλλοῶν πνοαὶ ὑψιπέτων ἀνέμῳ. i.*

Alias alii status, sublimeriter uolantium uentorum.

Idem in Isthmiis hymno 4. *Ἄλλοτε δ' ἀλλοῖς θύωσι πάντος ἀνθρώπων ἐπαίσσων ἐλάτνει*, id est, sed alias alius uentus omnes adflans agit.

*Plus aloes, quàm mellis habet.*

**P**LVS aloes quàm mellis habet. Prouerbiale metaphora, perinde declarans ac si dicas, plus molestiæ, quàm uoluptatis. Nam aloes

frutex quidam est, odore graui, gustu amarissimo, cuius meminit Dioscorides, lib. 3. Plautus in Amphitryone, Ita cuiq; comparatum est in ætate hominum, ita diis placitum, uoluptati ut mæror comes consequatur. Quin incommodi plus maliq; adsit, boni si obtigit quid. Apud eundem alicubi legitur, vitam hominis plus aloes quàm mellis habere. Et Iuuenalis de vxore:

Plus aloes, quam mellis habet.

Apuleius citra metaphoram sic extulit in Floridis: Sed uerum uerbum est profecto, quod aiunt, nihil quidquam tam prospere diuinitus hominibus datum, quin & tamè admixtum sit aliquid difficultatis. Has rerum humanarum uices, ac tristitium lætorumq; mixturam Homerus Iliados ultimo lib. perquam eleganter indicauit, figmento duorum doliorum, quæ scribit in Iouis limine sita esse, quorum alterum sit plenum tristibus, alterum lætis. Ex quibus illic mortalium fortunæ temperans.

*Ἄλλοτε μὲν τε κακῶ ὄγε κέρεται, ἄλλοτε δ' ἔδλω. id est,*

Nunc lætis vitam miscet, nunc tristibus idem.

Quemadmodum & superius indicauimus. Verum admodum maligne temperat Iuppiter Homericus, nimio plus admiscēs malorum, quam bonorum, ut si suam quisque fortunam ad calculos uocet, minima sit futura ratio eorum, quæ nobis ex animi sententia euenerunt. Id quod eleganter dictum est à Pindaro in Pythiis hymnis: *Ἐν γὰρ πᾶσι ἔδλων πύματα σιωδῶν δαίονται βροτῶς ἀδύνατοι*. id est, Ad vnum enim bonum duo pariter incommoda distribuunt mortalibus immortales. Plinius lib. 27. sententiam inuenit, cum ait, nihil esse tam malum in rerum natura, cui nō boni quippiam sit adiūctum. Quandoquidem comperitum est, etiā aconito, quo non aliud uenitū nocentius, inesse remedium, cum ad alia, tum ad oculorum uitia. Ad eundem modum Euripides citante Plutarcho:

*Οὐκ ἄν γένοιτο χωρὶς ἔδλων καὶ κακῶ, Ἄλλ' ἐστὶς σύγκρασις. id est,*  
Bona separare non licet malis, sed est Mixtura quædam.

*Naues onustæ conuicijs.*

**A**DSIMILI figura dixit Homerus, Iliados Y. conuicia, quorum onus, nauis centire-

mis non queat portare, cuiusmodi Lucianus dixerat, ὁ δὲ ἀμάρτας βλασφημιῶν, ut ante dictum est. Carmen Homeri sic habet:

Ἐστὶ γὰρ ἀμφοτέρωσιν ὀνειδέει μὴδὲ σιέειναι  
 Πολλὰ μάλ' ἔδ' ἂν κτὲς ἱκατόνβυλος ἄχθος  
 ἄροτο. id est,

Probrorū superest ambobus copia sūma,  
 Quorum onus hand portet centum ratis  
 incita remis.

Affine & illi, quod alio dicitur loco,  
 ἔς ἕκ' ἂν ἄρηντ' ἔδ' ἱκατόν ἀγύπτιοι. id est,

Quos tollere nec centū queant Aegyptii.  
 Hermippus apud Athenzū lib. 1. describens, quid à quaque regione soleat importari, verficulum hunc ioco admiscet,

Καὶ περὰ περδίνης ψόδον, κωσὶν πᾶσιν πηλοῦσιν.  
 Id est,

Atq; à Perdica ratibus mendacia multis.  
 Notans, Lyciorum mores. Nam Perdicia pars est ac portus Lyciæ. Lycias sortes notat & Verg. Aeneidos quarto veluti vanas.

*Tollere cornua.*

TOLLERE cornua, pro eo quod est, animo efferti, nunc quoq; vulgo tritissimum est. Horatius de Baccho:

Et addis cornua pauperi.  
 Ovidius item de ebrietate:

Tunc veniunt risus, tunc pauper cornua sumit.

Translatum à pecoribus, quæ cornibus oppositis minantur. Horatius in Epodis:

Nanq; in malos acerrimus,  
 Parata tollo cornua.

*Tollere cristas.*

Tollere cristas. Diuersa metaphora, sensus idem. Iuuenalis.

Quid apertius? & tamen illi  
 Surgebant cristæ. id est, Sibi placebat.

Translatum ab auibus cristatis, in quibus cristæ erectiores alacritatis, atque animorū indicia sunt: nisi ad militum cristas referre malumus, quo sane hominum genere nihil nec insolentius, nec stolidius. In hanc sententiam Aristophanes in Pace dixit, detrahare cristas, ἢ περὶ μῶν τῶν λόφους ἀφῆλε, id est, quæ nobis cristas detrahit. Videlicet reddita pace. Contra, Submittere fasces dicuntur, qui de iure suo concedunt, ac legitimam potestatem vltro ad priuatam medietatem demittunt. Plinius lib. 7. cap. 50.

Cn. Pompeius confecto Mithridatico bello intraturus Posidonii professione sapientiz clari domum, fores percuti de more à lixtore vetuit, & fasces licitoris ianuz submitit, is cui se oriens occidensque submitterat. M. Tullius in Bruto, cum enim in maximis causis versatus esses, & cum tibi ætas nostra iam cederet, fascesque submitteret. Et apud T. Liuium in secundo ab vrbe condita: Publicola submissis fascibus in concionem ascendit.

*Animus in pedes decidit.*

QUI vehementer consternantur atque ex-pauescunt, iis animus in pedes decidere dicitur. Qui hodie vulgo audimus: Totus animus mihi erat in genibus, pro eo quod est, vehementer eram exanimatus. Homerus Iliados Θ.

Τάβυσσεν, πᾶσιν δὲ περὶ ποσὶ κἀππετο  
 θυμός. id est,

Pavor ingruit ingens  
 Omnibus, inque pedes animus mox decidit imos.

*Vespa cicada obstrepens.*

Σφὴξ βομβῶν τέπρος ἰναυτίων. id est,

Silicet obstrepitans argutz vespa cicadæ. Apud Theocritum est in Hodæporis. Nā his verbis contemnit quidam pastor pastorem, à quo prouocatur. Quadrabit in eum, qui certat longe impar cum superiore. Aut qui negotium facessit longe se præstantioribus, Quod genus est illud; Catulus leonæ adlatrans.

*Pica cum luscinia certat.*

*E popa cum cygnis.*

CONSIMILIA habent sententiam, quæ leguntur apud eundem in eadem Ecloga:

Οὐ δειμτὲν λάκων πὸς ἀηδύνα κίσσας ἔρισθιν,  
 Οὐ δ' ἔποπας κύκνοισι. id est,

Haud fas est Lacon, philomenam, ut prouocet vniquam  
 Pica, nec argutus epopa obstrepat improba cygnis.

*Pilos pro lana.*

Τρίχες ἀντ' ἔριων, id est, Pilos pro lana. Prouerbialiter apparent dicta etiam illa, apud eundem poetam in Hodæporis, de re vehementer inæquali, aut de negotio supra modum absurdo:

Τὶς τρέχας ἀντ' ἐρίων ἰσχυρίζεται, τὶς δὲ παρθεύσκει

Αἰγὸς πρῶτο τόκῳ κακὸν κίνα βύλατ' ἀμέλγειν. id est,

Quis vicelanatū fetas detondeat vñquā ? Quis capra pro primipara vilē velit amēs Emulgere canem ?

Capra pilos habet potius quam lanā, ovis lanigera est. Hæc dicuntur in pastorē, qui certaturus hæcūm opponbat agno .

Tibiam tubæ comparas .

Αὐλὸν σάλπιγγι συγκρίνεις, id est, Tibiā tubæ comparas. Refertur à Diogeniano: Conuenit in res supra modum impares, propterea quod exilem vocē edat fistula, tuba prægrandem .

Cicadæ apem comparas .

Τέττιγι τὴν μέλιτταν συγκρίνεις, id est, Cicadæ comparas apem . Nam cicada cum maior, cum canora, cum apis sic non modo minuto corpusculo, verum etiam pæne muta. Luciano in Rhetorum doctore, prouerbiū utrunq; attingit: τοσῶτον ἡ περιφανοῦτα ἐνρήσκει, ὅπόσον ἡ σάλπιγξ τὸς ἀυλὸς καὶ οἱ τέττιγες τῆς μέλιττας, id est. Inuenies tanto vocē superiorem, quanto tuba superat tibia; apes cicadæ.

Testudinem pegaso comparas .

Χελώνη πηγασίῳ συγκρίνεις: id est, Testudinem pegaso comparas. De rebus nequaquam inter sese conferendis. Pegasus equus erat volucer, si fabulis credimus: testudine nihil tardius. Vergilius in Tityro aliquot dissimilitudinis formulas congesit:

· Siccanibus catulos, similes sic matribus hædos

· Noram, sic paruis componere magna solebam .

· Verum hæc tantum alias inter caput extulit vrbes,

· Quantum lenta solent inter viburna cupressi.

Aliter cæculi longe olent, aliter sues.

A P V D Plautū legitur in Epidico sordidior quidem metaphora, sed tanis ad rem significandam apta: Aliter catuli longe olent, aliter sues. Quo dicto significatum est, non velle dignosci hominem ab homine, verum inesse natium quiddam, genuinū ac pro-

priū in vnoquoq; quod in ipso vultu oculisq; eluceat, quo liberum à seruo, generosum à rustico, probū ab improbo facile discernas. Atque hic est hominis veluti peculiaris quidam odor, quo deprehenditur, si quis modo sit sagaci nare. Huc adlusit Martialis lib. 6.

Cū bene se tutā per fraudes mille putauit. Omnia cum fecit, Thaido Thais olet.

Huc pertinet etiam illud cuiusdā apud Fabium: Ne faciem quidem libeti hominis habet. Quod cum à quodam esset dictū desormi specie, retorsit aduersarius, adfirmās recte dictum, eum non esse liberum, cui nō sit facies liberalis .

Vs sementem feceris, ita & metes.

ELEGANTISSIMA metaphora dixit Cicero: Vt sementem feceris, ita & metes, id est, reportabis præmiū tuis factis dignū . Plautus in Epidico: Sed ut acerbum est, pro bene factis cum malam messem metas, id est, cū pro beneficio maleficium reportas. Et apud Platonem: Quam hic messem facturus est? Haud sane bonam.

Huc respicit illud Euripidis in Hecuba:

Τμῆς δὲ ἔχθ' ὁμοία τοῖς βυλθύμασιν. id est,

Habeatis at vos instituto congruam Denique illud pæne solenne est apud Grecos poetas, κακῶς κακὸν. Aristophanes in Equitibus:

Ὀν δὲ μεσοκὴν ἐπίταμμι

Πλὴν γραμματέων, καὶ παντ' αὐτῶν κακῶς κακῶς. id est,

· Neque musicam doctus scio,

· Sed literas tantum, atq; eas malas male.

Illud item frequens, ὡπὸς ἑλῶ κακῶς κακὸν, id est, Temalum perdam male. Interpretes admonet figuræ prouerbialis, qua de re dictū est in huius operis vestibulo . Rursum Euripides in Hecuba:

· Τὸν μὲν κακὸν

Κακὸν τὶ πάχων, τὸν δὲ χερσὸν ἴτυχην . i.

Bonis bene euenire, sed malis male.

Idem in eadem fabula:

· Ἀλλ' ἐπεὶ τὰ μὴ καλὰ

· Πρῶσσει ἐπὶ δόλμας, τλῆθι καὶ τὰ μὴ φίλα . i.

· Quin vbi quæ non decent

· Haud veritus es patrare, ser quæ nō libet .

Perquam festiuum est, quod de Diogene refert Læcius: Super coenā quidam illi obiciant ossa, veluti cani, quod Cynicus esse eam contumeliam ille sic pensauit . Accessit propius, & iuxta illos stans mingeat vicissim

vicissim illis canem agēs. Sed propius huc pertinet, quod idem refert in Zenone, qui seruum in furto deprehensum cædebat. Seruus interim clamabat, in facis fuisse ut surraretur. At Zeno, Illud etiam ut cædereris. Seruus quoniam audierat herum disputantem de necessitate factorum, eam preterxit suo cōmissio: sed scire retorsit philolophus.

*Caricæ musa.*

*Καρικὴ μῦσα*, id est, Carica musa *καρικὰ αὐλῆματα*, id est, Caricæ cantiones. De lugubris aut rustica, atque indocta, seu molesta cantione dici solitum. Quadrabit in poetam aut oratorē indoctum. Antiquitus de tristi stridulaq; & inamœna cantione dicebatur, propterea quod, ut tradit Athenus libro Dipnosophiston 4. Cares itidem vt Phœnices in luctu tibiis vti solent magnitudine palmi, lugubre quiddam & stridulum sonantibus. Eas autem tibia Phœnicum lingua, gringos vocari, quod iis in Adonidis luctu soleant vti. Porro Adonidem γρίγγιν, id est, Gringen appellant. Hinc eisdem verbum γρίγγινω. His consinia tradit Iulius Pollux lib. 4. nisi quod ibi γίγγιν inuenimus scriptum. Caricam musicā notat Aristopha. in Ranis:

*Σκολιῶν μελίτη ἢ καρικῶν ψαλμῶν.* id est, Obliqua Meliti, & Caricorum carmina, Modosque tibiarum.

Eadem *καρικὰ αὐλῆματα* veteres *σκολιὰ*, id est, obliqua vocabant: vel à tibiarum specie, vel ab obliquo in conuiuio canendi ordine, de quo meminerimus in proverbio: Ad Myrtū canere]. Meminit & Plato apud Athenæum in Laconibus:

*Ἀλλὰς δ' ἔχρασά τις κορίσκα καρικὸν μέλῳ*  
*Μελίξεται.* id est,

Calamos habens puella, Caricum melos Modulabitur.

Plato quoque philosophus libro De legibus septimo, mentionem facit Caricæ musæ, quam interpretatur *ἐπικυβίαν ὠδὴν*, id est, Lugubrem cantionem. Helychius indicat inductum quod ad pompas funebres eunducti soleant e Caria fœminæ, quæ lamentantium personam agerent. Itaq; orationem indoctam & inamœnam recte dixeris *καρικὴν μῦσαν*. In quam conuenit illud Sopatri apud Athenæum lib. 4.

*Γυκτὶς σε μῦσῃ γαυραῖσα βαρβάρῃ.* id est, Pectis camœna iactitans se barbara.

Pectis autem organi genus est, duabus choridis instructum. Idem Athenus dicitur an Caria sit eadem dicta Phœnicæ. Nam Phœnices fistulas siue calamos γίγγιν appellant, vocabulo, ut videtur, à stridore soni efflato. Cum his consentiunt quæ Plato scribit lib. De legibus quæ modo citabamus septimo: *ἢ εἴπωτ' ἄρα δὴ τριῶν οἰκτῶν γίγγιναι τῆς πολιτῆς ἐπικῶς, ὅπου ταν ἡμεῖς μὴ καβαρώτιναι, ἀλλ' ἔσφραδῆς ὡσί, τὸ δὲ κεν δῖον ἂν εἴη μάλλον χορῆς τινῆς ἔξωθεν μειδιώμεντος ὠδῆς, οἶον τῶδ' ἢ τῆς τελευτήσαντας μὴ δῆμονοι καρικῆτι μῦσῃ προπέμπησι τῆς πλουτῆταντες & cetera*, id est, Et si quando oportet ciues istiusmodi lugubrium auditors fieri, cum dies fuerint non puri, sed nefasti, tum magis conueniet venire choros aliquos musicos aliunde conductos, quemadmodum hi qui ad funera conducti solent, Carica quadam musa, deducunt vita defunctos. Carū barbariem in dicendo taxat Homerus 2. Iliados lib.

*Νάϊς καὶ κερῶν ἢ γύστα βαρβαροφώνων. i.*

Nastes dicebat Cares, quæis barbara vox est.

Vnde & populari dicto Græcis *καρβαίαν* siue *καρβαίαν* aut *καρβαίαν* dicitur, quibus barbarus est & agrestis sermo. Et M. Tull. apud Quint. in capite de pronuntiatione dicit, illos ex Lycia & Caria oratores in epilogo bene canere, nimirum reprehendens illorum pronuntiationē Strabo libro Geographiæ 14. ostendit Cares occasione frequenter fuisse mixtos Græcis, & tamen barbare crasseque sonuisse linguam Græcorum, quod idē euenit Græcis in lingua Romana, & nobis in lingua Britannica. Hoc vitium Strabo *παχυσόμιαν: κωκοσομίαν & βάρβαροσομίαν* vocat. De Cantionibus Carum & Phrygum meminit & Marcus Tullius in Bruto. Erat & saltationis genus tumultuosum ac militare, vnde nunquam saucii discedebant, nam ab armis peragebatur, quod Iulius Pollux lib. 4. *καρικὸν* appellat.

*Attica musa.*

**C v i** diuersum, *ἄττικὴ μῦσα*, id est, Attica musa, pro venusta, lepidaq; oratione. Nam inter dicēdi genera laudatur in primis Atticum. Diogenes Laertius, & Plutarchus in vita Platonis scribit id cognominis vulgo tributū fuisse Xenophōti, vt Attica mu-

sa vocaretur, propter admirabilem quandam hominis in dicendo venustatem. Vnde & Atticam eloquentiam, & Atticum leporem appellat, quemadmodum indicauimus alibi. Sed ad hominem accommodatum, erit venustius, presertim si accedat ironia, veluti, si inelegantem aliquem, & ab omnibus litteris & gratis alienissimum, Atticam musam voces. Nam amulsi vocantur omnes huiusmodi.

*Eodem bibere poculo.*

**ΕΟΔΕΜ** bibere poculo, est iisdem affici in eodem modis, malisq; communibus obnoxium esse. Plautus in Cassina: Ut senex eodem hoc poculo, quo bibi, biberet. Translatum vel à bibendi certaminibus, vel ab iis, qui meruissent venena. Idem hodieq; nostrati vulgo tristissimum manet. Etenim si quando minatur, se parem gratiam relaturos, aiunt se de eodem porrecturos poculo. Taxat Martialis quendam, qui conuiuius vinum dilutum & acerbum apponebat, cum ipse de exquisitissimo biberet, qui mos & hodie plerisq; diuitibus, atq; hinc prouerbium natum videri potest. Fit autem interdum, ut qui imprudentes poculum acerbū gustarint, studeant & alios illicere, ut ex eodem bibant.

*Οἷπον ἐκ ταύτης μετ' ἡμῶν πίεται ποτηρεῖα. i. Ille nobiscum haud eodem potat vnquam poculo.*

Taxat fellatorem.

*In planiciem equum.*

*Ες πεδίον τὸν ἵππον*, id est, In planiciē equū.

Quoties quis ad id prouocatur, in quo plurimum valet, quoque vel maxime gaudet. Equus in campo, tanquam in sua est harena. Apud Lucianum in Captiuo, cum ipse iudices postularet, Plato respondet, τὴτο ἕκαστος εἰς πεδίον τὸν ἵππον, id est, Hoc ipsum, quod dici solet: equum in planiciem, videlicet hominem Rhetoricum significans, & in agendis causis exercitatum. Plato in Theaeteto, ἵππείας εἰς πεδίον προκαλείς, σωκράτην εἰς λόγους, id est, Equites in planiciem prouocas, Socrates ad disputandum. Tametsi quidam codices ἵππον habent hoc loco, non ἵππεία. Synesius in epistola quadā: Ἐπ' αὐτοδὴ τὴτο παρακαλῶ, ἵππον εἰς πεδίον, τὴτο δὴ τὸ τῆ λόγους προτρέπειν ἡγχιμους, id est, ad hoc ipsum certe prouoco, equum in planiciem, iuxta id quod dicitur adhortari

me putans. Translatum videtur à militia. Nam quotiens res est peditum cum equite, pedes fuit campestris, sectaturq; loca impeditiora.

*Acanthida vincit cornix.*

**ΑΚΑΝΘΙΔΕΜ** superat cornix. Calphurnius Bucolicus poeta, ecloga 6.

Astyle credibile est, si vincat acanthida cornix.

Vocalem superet si turpis aedona bubo.

Acanthis enim vocalis est avis, & in primis canora. Cornix obstrepera quidem, sed minime canora. Acanthidē Theodorus nunc spinū vertit, nunc ligurinum, quin & aedona Græce dixit. Sic autem pronunciam, ut ac faciant duas syllabas. Nam Græcis ἀκῆδῶς; lusciniam significat. Plinius Græca voce dixit acanthidem, quasi dicas spinulā, eo quod in spinis viuat, eoq; asinos habet inuisos, quod hoc animal spinæ florem deuoret. Est autem auium minima, tantæ fecunditatis, ut pariat duodena. Auctor Plinius libro decimo, capitibus sexagesimo tertio, & septuagesimo quarto.

*Præius testudo leporem præueterit.*

*Πρῶτερον χελώνη παραδραμεῖται δασύποδα, id est, Præius testudo leporem cursu præueterit. De re neutiquam verisimili. Testudine nihil tardius. Vnde & testudineum insectum dicimus, & apud Ciceronem in libris de Diuinatione, qui spiam testudinem, tardigradam, & domiportam vocat. Lepus autem celeritate præcellit. Meminit huius adagii Diogenianus. Huius generis sunt illa apud Theocritum in Thyrside:*

*Νῦν ἰα μὲν φορέοιτε βῆτοι, φορέοιτε δ' ἄκανθα, Ἄ δὲ καλὰ νάρκισσος ἐπ' ἀρκυβόισι κομίσσῃ, Ἰάντα δ' ἔγκαλλα γένοιτο, καὶ ἀπίτυς ὄχνης ἐνέικαι*

*Δάφνης ἐπεὶ δῖοςαι, καὶ τῶς κύνες ὠλάφος ἔλκοι,*

*Καζόρειων τοι σωκῶπις ἀνδρῶσι γαρῶσαντο. i. Nunc violas proferte rubi, producite spinæ,*

*Iuniperusq; comet narcissi flore decenti, Omnia veniantur, portet pyra mitia pinus*

*Postquam obiit Daphnis, trahat & iā cerua molossos,*

*Montibus in summis philomenæ noctibus cantet.*

*Cantet*

Cancros lepori comparas .

Καρκίνος δ' αὐτίποδι συγκρίνει, id est, Cancros lepori cōparas, de supra modum dissimilibus. Etenim vt leporum celeritas, ita & cūrorum tarditas nota est. Simillimum est illi, quod proxime retulimus. Refertur & hoc apud eundem. Suidas addit καρκίνος λέων ἰσθμῶν, id est, Cancer leporem capiet: de absurdis, quæq; fieri nullo modo possunt.

Terræ filius.

Οἱ τὴν homines obscuro ignotoq; genere prognati, terræ filii dicebantur, propterea qd terra sit omnium communis parens. Vel quod iuxta quoridam etiam historias, primitus mortales è terra nascébatur. Tertulianus in apologetico aduersus gentes: Nā & terræ filius vulgus vocat, quorum genus incertum est. Apud Athenzum libro decimo legitur; γηγενῆς ἄνθρωπος, id est, è terra genitus homo. M. Tullius ad Atticum libro primo, & huic terræ filio, nescio cui, committere epistolam tantis de rebus non audebam. Idem ad Trebatium lib. Familiariū epistolarum septimo: Gn. Octavius tuus familiaris summo genere natus, terræ filius. Persius :

Præsto est mihi Manius hæres, Progenies terræ, quære ex me quis mihi quartus

Sit pater, aut prompte, dicam tamen : adde etiam vnum,

Vnum èt, terræ est iam filius. Iuuenalis: Vñ fit, vt malim fraterculus esse gigantū.

Ad prouerbium palam alludens. Nam gigantes è terra progenitos poetæ fabulatur. Huc pertinet, quod apud Euripidem Ion Xuthum percontatur:

Γῆς ἄρ' ἐκπέφυκα μητρὸς, id est,

Num satus tellure matre? Atque ille respondet:

Ὁὐ πῆδ' ὄντι κτε τῆκεα. id est,

Non parit natos solum.

Apud Pausaniam, Strabonem, atque alios id genus auctores, legimus populos quosdā ἀντόχθονας appellatos, qui non alio referat originem suam, quemadmodum pleriq; faciunt, verum ex ipso solo nati videri velint, quorum de numero sunt Athenienses. Qui sibi nobilitatem virtute peperissent, nullis maiorum imaginibus illustres, noui homines dicebantur. Porro ignoti,

& subito apparentes, incertum qua regione profecti, Cæli filii vocabantur, quasi è czelo demissi. Neque dissimili ratione ἕρκυοπερῆς, id est, de czelo lapsi dicebantur.

Iuuenalis :

Tertius è czelo cecidit Cato.

Quamquam hoc magis conuenit in homines eximia virtute. Plutarchus in inuestiua, quam scripsit aduersus Herodorum, de nauī quadā, vnde subito vox est edita Adimanto : ὁ δὲ κέλευς ἔτος ἢν ὡς ἔοικεν ἔρανοσπετρῆς, id est, Naus autem illa erat, vt videtur, è czelo delapsa. Atque hic sermonis color sumptus est è tragœdiis, in quibus machinis quibusdam sic repente ostendebantur personæ populo, vt è czelo venisse videri vel lent. Apud Romanos noui homines dicebantur, qui maioribus obscuris, nati suis virtutibus innotuissent, quod M. Tullius ab inimicis probro obiectum, ipse gloriæ sibi vertit.

Ex quercubus, ac saxi nati.

Hinc finitimum est illud Homericum: E quercu, & saxi prognatus, quod quadrabit vel in hominem obscuro genere, vel in eū, qui sit agresti, atque effero ingenio, moribusq; immanibus. Inde ductum adagium, quod antiquitus in cauis quercubus, tectorū vice victitarēt homines, atq; hinc è quercubus nati fingebantur. Inde illud:

-Et duro robore natos.

Præterea creditum est, ex saxi à Deucalione Pyrrhæque proiecisti, mortaliū genus absumptum diluuiū, instauratum fuisse. Homerus in Odyss. T.

Ὁὐ γὰρ ἀπὸ δρυὸς εἶ εἰσι παλαιφάτες, εἰ δ' ἀπὸ πέτρης. id est,

Nam neque fatidica quercu satus es, neque saxo.

Id imitatus Pallada in epigrammate:

Ὁὐ γὰρ ἀπὸ δρυὸς εἶ εἰσι ἀπὸ πέτρης φασίν. i. e. Neque te quod aiunt quercus, aut lapis edidit.

Adiudat id festiuiter Plato libro de Republica δ' ἢ οἱ αἰσὶν ἀπὸ δρυὸς ποθοῖς, ἢ ἐκ πέτρης τὰς πολίτας γίνεσθαι, ἀλλ' ἕξει ἐκ τῶν ἡθῶν τὸν ἐπιπέλοισιν, id est, An existimas è quercu quacunque aut rupe respublicas nasci, ac non potius ex moribus eorū, qui in republica versantur? In crudeles, & immites conuenit illud Theocriticū in Aepolo de Cupidine:

-ἢ ἔσ' ἀλιεῖς

μασδ' ὀνείλαζε, δρυμὸν τέμν' ἔτρεφε μήτηρ. i.  
 Scilicet ille lænæ  
 Vbera suxit, & in nemore hunc genitrix  
 fera paut.

*Deorum cibus.*

Θεῶν τροφή, id est, Deorum cibus. De prælau-  
 zis epulis dicebatur, propterea quod Home-  
 rus fingit deos nectare, atque ambrosia vi-  
 scitare, nec ob id vnquam senescere. Tran-  
 quillus in Nerone: Parricidia, inquit, &  
 exedes à Claudio exorsus est. Cuius necis  
 etsi non auctor, at conscius fuit: Neq; dissi-  
 mulauit, vt qui boletos, in quo cibi genere  
 venenum is acceperat, quasi deorum cibū,  
 prouertio: Græco collaudare sit sollicitus.

Horatius in epistolis:

- O noctes, cœnæq; deum.

Aristophanes in Ranis ἐς μακάραν ἑνοχίαν,  
 Regum aulica conuiuia significans.

*Tertius Cato.*

**TERTIUS** Cato, prouertialis est ironia.  
 In viros impendio tertricos, atque alienæ  
 vitæ censores. Nam duorum Catonum, se-  
 nioris, cui nomē Censorio, & minoris, cui  
 nomen Vticensi, grauitas pariter atque in-  
 tegrilas, vulgo celebratissima quondā fuit,  
 Adeo vt è czelo demissi dicerentur, vt bellū  
 cum vitiis gererent: Iuuenalis:

- Habeat iam Roma pudorem,

Tertius è czelo cecidit Cato.

*Sapientum octauus.*

**HVC** per omnia similitimum est illud Ho-  
 ratianum in Sermionibus: Sapientum octa-  
 uus. In eum, qui sibi multum tribuat in sa-  
 pientia. Numerantur enim apud Græcos  
 septem sapientes, eorumq; apophthegma-  
 ta oraculorum vice celebrantur, etiam si  
 de nominibus magna inter scriptores va-  
 rietas est. De numero certe constat inter om-  
 nes: vnde per ironiam sapientum octauū  
 dicebant, dignum qui septem illis addere-  
 tur. Horatius:

Hæc mihi Stertinius sapiētum octauus.

Item Aufonius:

. Sapientisq; supra Græciæ septem viros.

. Octauus accessit sephos.

*Bis dat, qui cito dat.*

**MEMINIMVS** autem apud Senecam alicu-  
 bi legere, Bis dat, qui cito dat. Idem lib. De  
 beneficiis 2. Ingratū est beneficium, quod

din inter manus dantis hæsit. Quæ senten-  
 tia monet, haud cūctanter, haud grauatim  
 opitulandum amicis, cum opus est, sed vi-  
 tro non expectatis precibus deferendum  
 officium, Inter epigrammata Græca fertur  
 & hoc distichon, nomine tituloq; Luciani:

Ωκεία χάριτες γλυκερώτεροι, ἢν δὲ βραδύνη.  
 Γῶσα χάρις κινή, μὴ δὲ λεγοτο χάρις.

Id carmen Latine non potest commodè ver-  
 ti, propterea quod lepos & argutia epigra-  
 matis sita sit in hac voce χάρις, quæ Græcis  
 aliquando beneficium significat, aliquando  
 gratiam, qua commendatur aliquid, ali-  
 quando deam ipsam. Citatur similis apud  
 Aufon. sententia Græca:

Α χάρις ἄ βραδύνης, ἄ χάρις χάρις.

Est autem initium carminis Heroici, ex  
 Epigrammate quoquam, Tardum benefi-  
 cium, ingratum est. Eam ille sic vertit:

Gratia q̄ tarda est, ingrata est: gratia nāq;

Cum fieri properat, gratia grata magis.

Rursumq; aliter vertit idem:

Si bene quid facias, facias cito, nam cito  
 factum

Gratum erit, ingratum gratia tarda facit.  
 Vnde & Hector apud Euripidem in Rhe-  
 so contemnit ac damnat auxilium sero de-  
 latum amicis:

Μιτῶ φίλοισιν ὕστερον βοηθεομεῖν. id est,

Odi equidem amicis serius succurrere.

Extat & Mimus non inuenustus in hanc  
 eandem sententiam:

Bis est gratū, q̄ opus est, vitro si offeras.

Item alter huic adsimilis:

Beneficiū inopi bis dat, qui dat celeriter.

*Honos alii artes.*

**IV** quod est apud Marcum Tullium: Ho-  
 nos alii artes, videtur esse sumptum ex Ari-  
 stophanis Pluto:

Οὐτε γὰρ οὐμῶδες εἶδεν ἔστ' εὐδ' ἢ τεχνή. i.

Neque præmium vllum est, ars nec ipsa  
 item viget.

Colligit enim non esse consentaneū, Athe-  
 nis villos esse bonos medicos, cum medicis  
 nulla sint præmia. Diogenianus autē hoc  
 intra adagia commemorat. Hunc adlusit  
 Martia. cum ait,

Sint Mæcenates, non deerunt Flacce Ma-  
 rones,

Vergiliūq; tibi vel tua rura dabunt.

Et Aristoteles scribit honorē esse præmiū  
 virtutis. Ac priscorum leges, non solū cō-  
 miuabantur pœnā maleficis, sed & πρῆμισις  
 &

& honoribus inuitabant ad recte agendum. Pindarus in Isthmis, hymno nono, tanquā vulgo celeberrimū sententiam citat: ἔστι δὲ τίς λόγος ἀνθρώπων τέλει μιν ἐσθλὸν μὴ χαμαὶ σταῖε πλῦσι, id est; Est autem dictū quoddam inter homines celebre, Bonum peractum non esse in terra occultandum silentio. In hoc autem predicanda sunt recte facta virorum illustrium, vt ceteris præluceat ad capeffendam virtutem.

*Multis ictibus dei cium r quercur.*

Ἐλλὰ σὺ πλῆγαις δ' εὖς τεραὶ δαμάζονται. Multis rigida queruus domatur ictibus. Senarius hic extat in Diogeniani collectaneis, de re factu quidem ardua, quæ tamen assidua industria perueniatur. Huic nō simile videtur Hesiodum illud:

Εἰ γάρ κεν τὸ σπικρὸν ἐπὶ σπικρὸν καταβίῃ, καὶ δαμάτῃ τ' ἐρδ' οἷς, τὰ χαιεν μέγα κοῖτι γέγοντο;

Si paullum paullo adiciis, faciesq̄ue ita crebro,

Mox magnum quiddam tibi conficietur, & ingens.

Id quod non tantum ad lucri naturam pertinet, quod ex minutissimis sæpe maximū constatur, verum etiam ad industriam assiduam quæ si vehemens non sit, tamē si perpetua atq; indefatigata fuerit, res difficillimas quoq; facile conficit. Quem admodū vnicus ictus nihil adferre momenti videtur ad deiiciendū molem quærni roboris, verū ea crebris ictibus facile prosternitur.

*Caudæ pilos equinæ paullatim velle re.*

ΚΑΥΔΑΞ pilos equinæ paullatim vellit, qui quod viribus, atq; impetu fieri nequit, id tempore atque assiduitate conficit. Horatius in Epistolis:

Vtor permisso, caudæq; pilos vt equinæ paullatim vello, demo vnum, demo etiā vnum,

Dum cadat elusus ratione ruentis acerui, Qui redit ad fastos, & virtutem æstimat annis.

Natum ē factu quoddam ducis Sertorii, cuius rei meminit Plutarchus in eius Vita. Hic enim cum suis copiis, ex barbara turba constatis, rationibus persuadere non possent, in re militari plus habere momenti cōsiliū, quam vires temerarias, postea quā illi parum feliciter pugnaissent, duos propo-

nit equos, alterum macilentum atq; inualidum, alterum vegetum, cauda pilosa. Atque inualido illi iuuenem adhibet prægrādi corpore, & admirandis viribus. Contra vegeto illi pusillum & imbecillum admouet homuncionem. Hic singulos pilos paulatim vellens, breui spacio totam depilaui caudam. Iuuenis ē diuerso caudam omnē simul manibus vtrisque comprehensam, vi atque impetu conatur reuellere. Qui cū frustra sudaret, risui fuit circumstantibus. Sub hæc adsurgens Sertorius, cuius consilio iussuq; hæc fuerant acta, Videtis, inquit, commilitones, quanto plus possit ingenium, quam vires.

*Virum improbum vel mus mordeat.*

Καὶν μὺς δ' αἰκίαι ἀνδρα πομπῶν. id est, Scelerosum mordeat & mus.

Hemistichium heroicum. Quo significatum est, quacunq; ratione vindictam nō deesse malis, sed eos aliquo pacto meritas dare pœnas. Competit & in eos, qui de re quantumuis friuola rixam mouent, seq̄ue læsos quæruntur, & offensos simulant, ne quid dent. Refertur adagium inter Græca epigrammata:

Φασι προσημακῶς, καὶν μὺς δ' αἰκίαι ἀνδρα πομπῶν. id est,

Vulgo aiūt, vel murē ēt mordere scelerstū. At is quisquis est, nam incertus auctor, inuenit prouerbiū dicens: Bonos viros vel à mure morderi, malis ne draconem quidē audere dentes admoliri: hoc est, infontibus passim noceri, propterea quod ii impune lædi posse videantur, vt pote non relaturi iniuriam.

*Vel capra mordeat nocentem.*

Καὶν αἶγ' δ' αἰκίαι ἀνδρα πομπῶν. id est,

Mordebit vel capra nocentem.

Ita reperitur in collectaneis Diogeniani. Sensus nihil discrepat à proximo. Nam capra minime alioqui mordax est, nisi quod improbis omnia sunt infesta. Suidas indicat orthographiam: cum enim ad corpus refertur, hoc est, cum significat hominem afflictū & miserum, vult primam acui, πόνητος vnde & πόνητος ἐχεν dicuntur, quibus res sunt aduersæ: & Aristophanes in Pluto: Πονήεις, γ' ἴππας ἡμῶν θυμάρχης. id est, Auxilia nobis misera sane prædicas.

Cum ad animū, vltimam acui. πομπῶς. i. R 9 improbus,



improbus, & ποιηρῶς improbe. Nam cum di-  
cimus ποιηρῶς κῶματος, ἢ παναν ὕδωρ, quod  
hominis est, ad rem inanimam transferri-  
mus, quemadmodum frigus sceleratum, &  
fallaces diuitias dicimus.

*Litem mouebis, si vel asinus canem  
morderis.*

**C**ELEBRATVR Græcis & hic fenarius pro-  
verbialis.

Δίκην ὕφ' ἕξει καὶ ὄνος δ' ἀκὴν κύνε. id est,

Litem mouebit, si vel asinus mordeat canē.

Quadrabit in eos, qui de re quantum uis  
exigua litem suscitant. Natum uidetur ab  
euentu quopiam. Extat autē apud Iurecon-  
sultos actio ex lege, si quadrupes damnum  
dederit. Refertur à Zenodoto & Suida, quā  
quam apud utrunque scriptum est, μακροῖς  
προ μακροῖς, quorum hoc nobis uidetur sen-  
sus exproscere.

*Litem parit lis, noxa item noxam parit.*

Δίκην δ' ἰκνύει τίκτει, καὶ βλάβην βλάβη. id est,

Litem parit lis, noxa item noxam parit.

Senarius in rixosos & litem audios dici soli-  
tus, quibus lis ex lite, alia ex alia nascitur:  
negotium feritur ex negotio, iniuria propa-  
gat iniuriam. Extat apud Suidam.

*Bonus dux bonum reddidit comitem.*

Ὁ καλὸς ἄγων, ἔμποιοι τὸ καλῶς ἔπειθαι, id est,

Qui bonum ducem præstat, is bonum red-  
dit comitem. In principe situm est, ut sit be-  
ne morata ciuitas. Prudens & incorruptus

magistratus, & probos & integros reddit ci-  
ues. Bonus paterfamilias domum efficit be-  
ne institutam. Doctus ac diligens præceptor  
eruditum reddit discipulū. Frugi maritus  
uixit in suos tradit mores. Vnde quisquis  
præfectus est negotio, debet in primis ope-  
ram dare, ut ipse suo fungatur officio, prius  
quam ab alio officium exeat. Sumpta est  
metaphora a militia, in qua ferè qualiscun-  
que fuerit dux, eiusmodi solet esse miles.  
Refertur in Græcorum collectaneis, sed ἀ-  
δέσποτον. Extat autem apud Plutarchum  
auctorem minime vulgatam in vita Lycur-  
gi, ἀλλ' ἡπερθερχία μάθημα μὲν ἐστὶ ἀρχόντες,  
ἔμποιοι γὰρ ὁ καλὸς ἄγων, τὸ καλῶς ἔπειθαι, id  
est, ut populus dicto sit audiens, hoc dicit à  
principe. Nam qui bonum præbet ducem,  
facit, ut alii bene sequantur.

*Amyclas perdidit silentium.*

Τὰς ἀμύκλας ἀπώλαστον ἡσυχίαν, id est, Amyclas  
perdidit silentium. Quibusdam eruditis,  
in quibus est auctor operis haud quaquam  
aspernandi, quod inscribitur copiz cornu,  
placet hoc ad prouerbiorum ordinem per-  
tinere, neque nos ab illorum sententia ma-  
gnopere dissidemus. Consentaneum enim  
est, rem vulgari ioco fuisse iactatam. Innuit  
autem adagium Vergil. Aeneid. lib. deci-  
mo, cum ait:

- Fuluumq; Camertem,

Magnanimo Volscente satum, ditissimus  
agri

Qui fuit Aufonidum, & tacitis regnauit  
Amyclis.

Videlicet epitheto notum eius euentū in-  
dicans. Eum Seruius interpret enarrat hūc  
in modum. Cum apud Amycleos subinde  
nunciaretur hostium aduentus, idq; falso,  
& ob eam rem ciuitas frequenter inani ter-  
rore quassaretur, lata lege cautum est, ne  
quis unquam hostis nunciaret aduentum.  
Atqui post euenit, ut vere iam aduenirent  
hostes. Quod cum nemo nūciaret, propter  
legis interdictionem, ciuitas de improviso ca-  
pta est. Qui casus, ut apparet, populari ioc-  
co dedit occasionem, ut diceret, Amyclas si-  
lentio periisse, si cui sua taciturnitas fuisset  
incommodo. Citat idem Lucillum: Mihi  
necesse est loqui. Nam scio Amyclas tacen-  
do periisse. Accipiendæ sunt autem hoc lo-  
co Amyclæ, non ut sit uia de centum illis vr-  
bibus Laconiz, quam Lacedæmonis filius  
condidit, sed oppidum quoddam situm in-  
ter Caietam & Tarracina, conditum ab  
iis Lacunibus, qui comites. Castoris & Pol-  
lucis fuerunt, eiq; nomen indidese, qua  
Laconicas illas Amyclas referret. Seruius  
existimat Laconas Pythagoricæ discipuluz  
fuisse sequaces. Quoniam autem interdi-  
xisse creditus est Pythagoras σκελεθῶν, hoc  
commento, quod diceret humanas ani-  
mas in animantium corpora demigrare, &  
ob eam rem prohibuisse ne quod animal  
occideretur, quemadmodum attestatur &  
Iuuenalis: A cūctis animalibus abstinuit,  
qui tanquam homine; nefas esse ducebant  
serpentes, qui ex vicinis paludibus nascen-  
bantur, occidere. Quorum tanta increuit  
multitudo, ut ciuitatem eam deleruerint, te-  
ste etiam Plinio. Potest igitur & hinc or-  
iari

tum videri vulgare dictum, Amyclas silentio periisse, quod Pythagorici dogmatis obsecratio perniciem illis attulerit, quorum primum est, ἐχρηθίαι, id est, silentium, quod in quinquennium indicebat iis, qui suæ philosophiæ vellent initiari, sicut declarat Aulus Gellius. Porro quod ait Seruius, Latrones Pythagoricæ fuisse factionis, non recordamur apud alium auctorem legisse, nisi quod Plutarchus in Symposiacis tradit, Tyrrenos huius philosophi decretis usq; adeo fuisse addictos, ut etiam ea, quæ ille symbolis illis præcepit, ridicula superstitio ne soliti sint obseruare. Aut igitur ex his erant Amyclei, aut eiusdem instituti sectatores. Meminit de Amyclarum silentio Silius Italicus:

Quasq; euertere silentia Amyclæ.

Meminit & Catullus, nisi fallit inscriptio carminis de Vere, quod nuper nobis Aldus Manutius noster exhibuit, in antiquissima quadam Galliæ bibliotheca repertum.

Sic Amyclas dum tacebat perdidit silentium.

Prouerbum ad varios vsus accommodare licebit, veluti si vbi quis pecuniam creditæ perdidisset, quod non appellasset debitoræ, aut iure præscriptionis, ut vocant, excidisset à possessione, Amyclarum silentium appelleret: aut si quis audaciæ agens causam suam, iustusq; tacere, responderet, τὰς ἀμύκλας ἢ τὴν ἀπόλησιν. Hoc iniuriale silentium Græci vocant ὀσώπιον, atque huic diuersum vitium ἀδολείχιον. De utroque extant Plutarchi præcepta.

*Timidius prospiciente.*

Ἀσπότης ἢ τὸ παραλύπτονος, id est, Formidolosus eo es, qui prospicit. Dicitur in hominem supra modum pauidum. Id ortum aiunt ex huiusmodi fabula. Quidam natura timidus, audita Herculis fama abderat se præ metu in specum quendam: deinde cum aliquando prospiceret, & Hercule forte fortuna prætereuntem vidisset, immo dico metu exanimatus est, ac protinus dirigit in saxum versus, quod adhuc visitur specie viri, velut à specu prospicientis. Vnde τὸν παρκαλύπτονα, saxum illud vocant. Suidas auctor, meminit & Zenodotus, quæ admodum & mox sequentis.

*Timidius Pisandro.*

Ἀσπότης πικρῶν δ' ἄνδρα, id est, Timidius Pisandro.

dro. Dicebatur olim & hoc in immodice formidolosos. Aiunt autem Pisandri fuisse quempiam prodigiosa timiditate, adeo ut anxius esset, ne suam ipsius animam alicubi videret, quæ se viuum reliquisset. Idè videtur esse cum illo Ciceronis, Vmbraam suam metuere.

*Diomedea necessitas.*

Διομήδης ἀνάγκη, id est, Diomedea necessitas. De iis, qui vi adacti, non sponte quid faciunt. Vsurpatur à Platone libro de Repub. 6. Διομήδης ἀναγκῆν ἀνάγκη ποιῆν αὐτὸ πάρετα ἢ ἀνάγκη ἐποιῶσι, id est, Diomedea, ut dicitur, necessitas est, facere omnia quæcumq; isti probarint. Quidam originem adagii referunt ad Thracium illum Diomedem, qui solitus fertur hospites suos compellere, ut cum filiabus suis deformissimis rem haberent: quo facto, eosdem interimebat. Vnde fabula spargit, Diomedis equas homines pabuli vice esitare solitas, videlicet filias à viris agitatas, equas appellans. Et sane in hunc sensum interpretatur Aristophanes enarrator in Concionatricibus, vbi verus hic habetur:

Καὶ ταῦτ' ἀνάγκη μὲν Διομήδης αἴτι, Quærit adolescens, num qua sit necessitas sibi sectari an unum. Respondet illa esse, & quidem Diomedeam. Alii referunt ad Diomedem ducem Græcorum, huiusmodi cõmentum adferentes: cum Diomedes & Vlysses communi opera sublato Palladio, redirent noctu, Vlysses quo facti gloriam in se vnũ transferret, destinabat occidere Diomedem præcedentem, ac Palladium secum portantem, Itaque cum ensem in caput illius à tergo vibrasset, Diomedes, animaduersa ad lumen lunæ gladii vmbra subtraxit se plage, correptumq; Vlysses, vincitis manibus præcedere compulsi, gladio lato subinde excedens illius tergum. Hinc Diomedea necessitas. Huiusmodi fere, Suidas ac Zenodotus.

*Ad pristina præsepia.*

Εἰς ἀρχαίους πάτρας, id est, Ad pristina præsepia. In eos dicebatur, qui à vita quapiã lauitiore excussi, ad pristinam tenuitatem rediguntur. Aut contra de iis, qui restituntur in pristinam fortunam, vnde exciderant: aut qui ad solitum cõtubernium sese recipiunt. Translatum ab animantibus, quibus nota familiariaq; præsepia gratissima solè esse.

Vsurpauit & Plautus in Curculione, Tormento non retineri potuit ferreo, quin resiperet se huc esum ad præsepim suam.

*Alia vita, alia diata.*

Ἄλλος βίος ἄλλη διαίτα, id est, Alia vita, alia viuendi ratio. In eos quadrabit, qui commutata in melius fortuna pariter & vitæ rationem moresq; commutant. Translatum ab iis, qui lautius incipiunt viuere, vbi res lautior obtrigit. Huc adlusit Aristophanes in Pluto, cum ait:

Ἐπὶ τα πλετῶν ἐκ εἰδ' ἦ δ' εἰταίφακῃ.

Ἐξ τῆ δ' ὑπὸ τῆ πείρας ἄπειτα πατήδιον. i.

Dein diuitem factū, nihil iam lens iuuat.

At pauper antehac de uorabat quælibet.

De iuvene iam anum amicam fastidiente, postea quam desisset egere. Adlusit huc Horatius:

Non eadem est ætas, non mens.

*Per medium anulum traharis oportet.*

Διὰ δακτυλῆς δεῖ σείλαι κωδῆσαι, id est, Per anulum trahendus es. In eum quadrabit, qui sit vehementer extenuato graciliq; corpore, seu morbo, seu cura, seu studio seu qualia re. Aristophanes in Pluto:

Διὰ δακτυλῆς μὲν ἐν ἑμῷ ἀνδρωσας. i.

Itaq; profecto per anulum me traxeris.

Verba sunt anus volētis se videri vsq; adeo maceratam atq; exhaustam dolore, vt per anulum trahi possit. Opinamur autē adagium esse sumptum à lusu, quo ouum acceto maceratum per anulū trahitur. Cuius rei meminit Plinius lib. 10. cap. 60. Magicum erat, aliquid per anulum aureum traictum, prius quam lac daretur infantibus, instillabatur contra comitiales, ceterosq; infantium morbos, veluti testatur idem libro 28. cap. 10.

*Anus bacchatur.*

Ἐρως βακχούεις, id est, Anus bacchatur. In eos dici solitum, qui præter ætatem indecore lasciuunt. Nam Bacchanalium licētia iuuenulis vtuntq; per mittitur, aliculis certe scædissima est. Quandoquidem insanix species est, aut vetulam amare, aut potare, aut choros ducere, aut reliquis puellaribus iustibus indulgere.

*Anus hircissans.*

Ἐρως κηρῆσκ, id est, Anus hircissans. De

anus adhuc intempestiua libidine prurienti, & vt ait Plautus, catulliente. Aristophanes in Pluto:

- Ἄλλ' ἠπίσατο

Ἐρως κηρῆσκος τὰ φθῆδα κτεδῆεν. id est,

- Verum nouerat

Anus caprissantis vorare viatica.

De iuvene, cui anus libidinosâ omnia supeditabat, quo vicissim ab illo volupratem auferret. Nota est hircorum libido, odorq; qui & subantes consequitur.

*Flere ad noueræ tumulum.*

Ἐρως τὸν μητρῆς τάφον δακρῆεν, id est, Ad noueræ tumulū lachrymari, est simulare gestu dolorem, cum re gaudeas. Neque enim consentaneum est, priuignum moleste ferre noueræ mortem, nilulo scelus tamē officii causa nonnunquam ad tumulum illachrymat. Quod idem de diuitis hæredibus non inconuenie dicitur, in quo extat Publianus ille mimus, cum primis elegans:

Hæredis Aetus, sub persona risus est.

*Celerius elephanti pariunt.*

ΣΥΝΤ quibus hoc quoq; inter adagia videtur adnumerandum, quod scriptū est apud Plinium Secundum in præfatione historix mundi. Nam de grammaticis, inquit, seniper expectaui parturiri aduersus libellos meos, quos de grammatica edidi: & subinde abortus fecere iam decem annis, cum celerius etiam elephanti pariunt. Hactenus Plinius. Itaq; cunctationem immodicam, & quorundam nimis lenta molimina, his verbis licebit significare. Porro de elephantorum partu Plautus in Stichō, Auditur se pe hoc vulgo dicier, solere elephantum grauidam perpetuo decē esse annos. Huic ad stipularur Plinius lib. 8. Decem annis gesta re vtero, vulgus existimat. Etiam si Aristoteles biennio parere putat, nec sæpius quam semel singulos gignere. Theophrastus refert, arborem quandam Indicam non ferre ante centum annos. Latinis parturire dicuntur, qui moliantur, animoq; destinant aliquid. Proinde licebit adagium etiā in hanc vertere formam. Quando tandem paries, obsecro, quod tot iam annos parturis, vt nec elephanti diutius?

*A mortuo tributum exigere.*

Ἐρως νεκρῆ φορολογεῖν, i. A mortuo tributum exigere,

exigere, dicebantur, qui per fas nefasq. diuitias vndeconq; congerunt. Citat Aristoteles libro Rethoricorum secundo, καὶ ἀπὸ νικῆς φέρον, id est, Vel à defuncto vestigal auferunt, ostendens dici solitum in eos, qui turpiter vndeconque lucrum aucuparentur e rebus minutis ac sordidis, veluti Vespasianus è lotio: aut e turpibus, velut e lenocinio, quæstusq; corporis: aut eum à quibus liber extorquetur, ab amicis, a tenuibus, a mendicis, postremo vel a mortuis. Probro datum est Romanis principibus quod suffossis Corinthiorum monumentis, æra Corinthia sustulerunt, ipso etiam vocabulo rei turpitudinem, exprobrante. Nam ad eum sublata modum, νεφεκορινθία, dicta sunt. Attici φόρον vocant emolumentum, siue vestigal, quod ex re quapiam fertur, et pecuniarum. Qui prædas huiusmodi colligunt, φεσλόργος appellant, inuisum omnibus hominū genus, & optimo iure inuisum. Deductum est autem φόρος a verbo φέρον, quod est ferre, a quo Latinis quoq; dictum scenus, qua voce veteres non utebantur, nisi de prouentu terræ, quæ veluti gratissima debetrix, pro singulis granis aliquotiens centena reddidit. Siquidem præter naturam est, quemadmodum in Politicis scripsit Aristoteles, vt pecunia pecuniam pariat. Opinamur hoc prouerbiū, aut idē aut certe vehementer cognatum esse illi, quod alibi retulimus:

Αἰτεῖ γὰρ καὶ τοὺς ἀνδρείων τὰς ἀλφίτας. i. Ipsis farinas polcitat a statuis quoque.

Per iocum enim pro vestigali farinas posuit, quod ad cibum referatur omnia, & defunctis signa ponebantur, memoris causa. Proinde qui vestigal hinc quoq; corradit, is a mortuis extorquere videtur. Apud veteres autē magna fuit sepulcræ religio, & sepulchrorum immunitas.

#### Larus parturit.

Κεῖνος ᾧδινος, id est, Cephphus parturit. Antiquitus dicebatur in eos, qui pollicerentur ingentia, nihil dignum promissis exhiberent. A iūte Cephphum, siue Cephphum a iuculam esse stupido ingenio, vnde & in prouerbiū stoliditatis abiit, quam nonnullarum appellat: alii, quorum est Theodorus Gaza, sulicā vertunt: eam viuere spuma marina, plumis ac pennis esse copiosis, corpore pusillo: cū parturit, vociferari, Hinc

natum prouerbiū, Larus parturit, vbi quæ magna præ se fert, pusilla præstiturus. Hæc ferme scribit interpres Aristophanis, in comœdiam Pacem. Hefychius tradit, esse autē leuissimam circa mare versantem, quæ facile vento moueatur, eoq; hominem instantem ac leucem, cepphion dici. Plinius libro 8. ca. 19. meminit cephi quadrupedis, quod Pompeius ex Aegypto deportatum Romanis ostenderit, cuius pedes posteriores humanis pedibus, priores manibus erant similes. Id negat postea Romæ visum. Verum id quidem nihil ad prouerbiū.

#### Parturient montes, nascetur ridiculus mus.

Ἄδινος ὄρος, ἔτα μὴν ἀπείκων. id est,

Mons parturibat, deinde murē prodidit. Senarius prouerbialis, dici solitus in homines gloriosos & ostentatotes, qui magnificis promissis, tum vultus vestitusq; auctoritate miram de se mouēt expectationem: verum vbi ad rem ventum est, meras uugas adferunt. Vtitur hoc adagio Lucianus in libello, cui titulus, Quemadmodū oporteat historias conscribere: dicit enim sic clamari a vulgo in Cupidinem, Herculis aut Titanis personam assumentem ᾧδινος ὄρος. Athenæus in Dipnosophistis lib. 14. refert, quod Tachas Rex Aegyptiorum huiusmodi scommate tetigerit Agesilaū Lacedæmoniorum regem, cum ad eum venisset, suppetias illi laturus in bello: ᾧδινος ὄρος, ζωσθ' ἐφοβήτο, τὸ δ' ἔτεκεν μὴν, id est, Parturiti mons, Iuppiter autem mouit, at ille peperit murem. Erat autem Agesilaus pusillo corpore. Porro dicto offensus, respondit φανισμοῦ σοι ποτὲ καὶ λέων, id est, Atqui aliquando tibi videbor leo. Post euenit, vt exorta seditione apud Aegyptios, cum Agesilaus nō adesset regi, coactus sit ad Persas fugere. Porro Græcis videtur esse carmen anapæsticum. Vtitur & Horatius in Arte poetica:

Quid dignum tanto ferret hic promissos hiatu?

Parturient montes, nascetur ridiculus mus.

Porphirion ex Aesopi apologo quopiam natum existimat, is fertur eiusmodi. Cui olim quidam rudes atq; agrestes homines viderent in monte terram intumescere moueriq; concurrunt vndiq; ad tam horrendum

dum spectaculum, expectantes, ut terra nouum aliquod, ac magnum portentum ederet, monte nimirum parturiente, foreque ut titanes rursus erumperent, bellum cum diis redintegraturi. Tandem ubi multum diuq; suspensis attonitisq; animis expectassent, mus prorupit à terra, moxque risus omnium ingens exortus.

*Aureos montes polliceri.*

*Χρυσά ορηι πικρῆ δῶμα*, id est, Aureos polliceri montes. Prouerbialis hyperbole de iis, qui immensa promittunt, spesque amplissimas ostentant. A' Persarum arrogantia ducta, qui propter auri uenas, montes aureos iactabant. Plautus in Stichō: Neque ille sibi mereat Persarum montes, qui esse aurei perhibentur. Atque idem in Milite, in eandem sententiam dixit argenti montes: Tum argenti montes, non massas habet. Terentius in Phormione, Is senem per epistolam pellexit, modo non montes auri pollicens. quo quidem loco illud obiter adnotandum, quod vulgus interpretum arbitramur latere, modo non dictum pro eo quod est apud Græcos *μονορηχι*, id est, tantum non, id perinde valet quasi dicas, prope modum. Nam tantum non Græcāico more reperies, tum apud Liuium, tum apud Suetonium, neque semel apud Valerium Maximum. Apuleius in prima actione Apologiæ suæ: Qui si est auaritia egenus, & ad omne lucrum inexplebilis, nec montibus auri satiabitur. Diuus Hieronymus in Rufinum, ut cum montes auri pollicitus fueris, ne scorteam quidem nummum de thesauris tuis proferas. Aristophanes: *ἐν ἀχρονδύσι*,

*Κόχχι ἐν ὀκτώ μηνις ἐπὶ χρυσῶν ὀρειν.* id est, Menses & octo cacauit in auri montibus.

Cacauit, dixit pro defedit, lasciuia comœdiz veteris: Phœnix Colophonius apud Athenæum libro 12. de Nino Rege prædixit loquens, ex mōte fecit mare. ait *Ὀψις ἔχει χρυσίον πόρον*, id est, mare possidens auri. Paullo diuersus dixit Sallustius in Catilinario: Maria montesque polliceri cœpit. Ad eundem modum Persus:

Magnos promittere montes.  
Ne hyperbole magnitudinis sit non in aureis, sed simpliciter in ipsiis montibus.

*Ambabus manibus haurire.*

*Ἀρτῶν ἀμφοτέρως*, id est, Haurire ambabus

subaudi, manibus. De iis dici cōsuevit, qui summo conatu quippiam agunt. Idem Aristophanes in Equitibus:

*Κ' ἀμφοῖν χερσὶν μυλλᾶται τῶν θυμοσίων.* i. Vtraque manu bona dispergens publica fugit.

Huic consue est illud Homericum ex Iliados H.

*Οἱ δ' ἐπὶ δέξι' αἰδ' ἐπ' ἀριστερᾷ νῶπι καὶ βῶν.* id est,

Noui equidem clipeum. dextra, l'qua que mouere.

Inuenitur & illud *ἀμφοῖν ἀρῶμαι*, id est, Ambabus manibus largiens, id est, affatim & prodige, aut etiam perbenigne. Plato in Sophista, *ἢ τὸ λέγομεν δὲ τῆ ἰτέρα λιπτεῖορ, ἔκδν ἀμφοῖν χερῶν*, id est, Et quod dici solet, nequaquam altera prendendum manu, quin magis ambabus. Non nihil ab hac forma recedere videtur, quod scriptum est apud Aristidem in Cimone, qui citat hunc locū ex hymno poetæ cuiuspiam: *μῆγα δ' ἔστιν ἀσία ὑπ' αὐτῆ πηγῆσ' ἀμφοτέρως χερσὶ, καὶ τε πολίερα*, id est, Grauiter autem genuit Asia, ab illis percussa ambabus manibus, robore belli. Vicinius illud qd est apud eundem in oratione Panathenaica, *ὅ δ' ἀμφοτέρω τῆ χερὶ παρῶν, ἄγαρ τὸς μῆγα τ' ἀπὸς ἑλινὰς ὄμας καὶ βαρβάρους*, id est, At ille vtraque aderat manu, ducens vsque ad Atticā Græcos simul ac barbaros. Quanquam hoc loco potest etiam citra figuram dictum accipi, ut intelligamus vel de terre tribus pariter ac mariumque copias, vel de barbaris ac Græcis. Quandoquidem & militum manum dicimus, ut apud Vergilium:

Iuuenum manus emicat ardens.

De plena manu dictum est alias, quod Græci dicūt *ὀμπνὰς χερὶ*, quasi dicas, diuite manu, vnde & Cererem *ὀμπνιαν* cognomināt, quemadmodum nos almam, quod affatim alar, & *ὀμπνιοσ ὕδωρ*, quod copiose nutrit.

*Aquilam noctuæ comparas.*

*Ἀτῶν γλῶκνῆσ συγκρίεις*, id est, Aquilā noctuæ comparas.

Martialis in Scazonte:

Aquilasque similes facere noctuis queris. Aquila visus acerrimi, adeo, ut *ἀσκαρῶ αμνητὼς*, id est, non conueniens aduersus solem intueatur. Et sunt qui tradant hanc auem hoc experimento probare, degeneres ne sint pulli, an genuini. Contra noctua, solis ly-

mē modis omnibus refugit. Pindarus quodam loco graculos cum aquila confert.

*Congregare cum leonibus vulpes.*

CONGREGARE cum leonibus vulpes, est res impares dissimilesque permiscere. Martialis :

Quid congregare cum leonibus vulpes ?  
Vulpes dolis nititur, leo viribus fidit. Quāquam utrunque coniunxit Pindarus, indicans virum fortem leonem oportere præstare in exhauriendis certaminum laboribus, vulpem in consiliis. Sic enim in Isthmis scribit, Τόλμα γὰρ ἐκός ἐμὸν ἔσβαριμετῶν λιβότων ἐν πόνω, μὴ τινὲ δ' ἀλώπηξ, id est, animo similis frementibus leonibus inferendis laboribus, consilio vera vulpes.

*Aquila in nubibus.*

Αἰτὸς ἐν νεφέλῳ. id est, Aquila in nubibus, plerique interpretantur de re magna quidem illa, sed quam non facile assequaris : alii de iis, qui longe reliquis præcellunt. Aristophanes in Equitibus :

Ἄπειρε ἡ δόξα  
ὡς ἐν νεφέλῳ αἰετὸς γενέσσομαι. id est,  
Gaudeo istos nomine,  
Quod aquila fiam in nubibus videlicet.

Verba sunt populi Atheniensis promittentis sibi futurum, ut orbi uniuerso imperet. Et paulò inferius in eadem comœdia, tanquam oraculum pronuncietur,  
Αἰετὸς ὡς γίγνεται πάσις γῆς βασιλεύσας. i. Qui ppe aquila es, terræque omnem domi-  
naris in orbem.

Dicuntur & hæc de populo Atheniensis, nisi forte placet adlusio, ad spes huius principatus inanes. Rursum in Auiibus, αἰετὸς ἐν νεφέλῳ γενέσσομαι, id est, Aquila in nubibus fides. Interpres admonet, ad ludere poetam ad oraculum, quondam Atheniensibus red ditum, quo prædicabatur futurū, ut Athenienses tanto intervallo reliquis vrbes superarent, quanto aquila in nubibus reliquis auiibus esset sublimior. Pindarus item in Neineis, quem locum modo attigimus, se vocat aquilam, Bacchylidē emulum graculum, videlicet quod illum immenso vi-  
ceret intervallo :

Αἰτὸς ἀκὸς ἐν πετακίῳς  
ἔσ' ἔλαβεν ἀλ' αὐτὸς μεταμεινέμεν  
Ἐκφοινὸν ἀγρῶν ποσὶ,  
Ἐργαίται δὲ κολοιοὶ ταπεινὸν νέμονται.

Quorum carminū hæc est sententia: Aquila pernix inter volucres, quæ repente aduolans eminus, corripuit cruentam prædam: Loquaces autem graculi humi pascuntur.

*Volantia sectari.*

HVIC affine est, quod usurpat Aristoteles tertio τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ, libro, τὰ μετὰ μὴν δυνάκειν. id est, Volantia sectari. loquitur autem de vehementer obscuris, & quæ difficilimum sit peruestigare. Cui non dissimile est illud :

Est aliquid quo tendis, & in quod dirigit arcum ?

An passim coruos sequeris testasq; lutoq; ?  
De iis, qui nullum certum vitæ scopum sibi proponunt, sed ex tempore viuunt, ad quamuis occasionem mutabiles.

*Ibyci grues.*

Αἰ ἰβύκις γέρονται, id est, Ibyci grues. Græcis in proverbium abierunt, quod dici consuevit, quotiens sceleribus nouo quodam & improviso casu proditis, sceleris penas dāt iis, quos læserunt. Id ex huiusmodi quodā euentu natū memorant. Ibycus poeta quiddam, cum in latrones incidisset iam occidendus, grues forte superuolantes obrestatus est. Aliquāto post tempore, cum iidem latrones in foro sederent, rursusq; grues superuolarent, perierunt inter se susurrabant in aurem, Αἰ ἰβύκις ἐκείναι πείρεσσι, i. Adsunt Ibyci ultores: cum sermonem assidentes in suspicionem rapuerunt, maxime desiderato iam pridem Ibyco. Rogati quidnam sibi vellet ea oratio, hesitanter atque inconstanter responderunt, subiecti tormentis facinus confessi sunt. Atque ita velut gruum indicio pœnas Ibyco dederunt, ac potius suo ipsorum indicio, ut dicitur, perierunt. Huiusmodi sermo Plutarchus in commentario De futili loquacitate. Meminit huius adagii Ausonius in mono-  
syllabis :

Ibycus ut perit, vindex fuit altiuolans grus.

Extat super hac re Græcum epigramma, titulo Antipatri, quod non grauabimur adscribere :

Ἰβυκιε λιπῶς σικακτικτατον, ἐκ ποτὲ τῆσθ  
Βάντες ἐκμαίν' ἄς βον ἰπῶνα,  
Πολλ' ἐπὶ δ' ὠσεμινον γερῶνα νῆφ' αἰτοῖ ἴκοντα  
Μάδερνρες, ἄλγιζον ὀλλυμῆνη δάκτατορ.

Ovidē

Οὐδὲ μᾶλλον ἰάχηντας ἐπὶ ποινήτις ἱερῆς  
 Τὸν δὲ διακλαγγὴν τίσαστο σείο φόνον  
 Σιτυφὴν καταγύαιον, ἰά φιλοκερδέα φύλακ  
 Ἀνιτέων, τὶ βίων ἔπεφύβησαι χόλον,  
 Οὐδὲ γὰρ ὁ προπτόροιθε κταμένων ὄγηδ' ἄνοι-  
 δόν

Ὅμμα μελαμπέπων ἔφυγεν δυμείδων .  
 Quondam ad desertum venientes Ibyce  
 litus,

Vitam prædones eripuerunt tibi,  
 Sæpe gruum nubem imploranti, quæ tibi  
 testes

Aduenere necis cum morerere tuæ .

Atramentum frustra, siquidem clangore  
 volucrium

Sisyphio eadem est Eumenis vltia solo.

Latronum genus heu cupidum lucri, at-  
 que rapinæ,

Cur vos nequaquam terruit ira deum ?

Quando nec Aegisthus, vatem qui occide-  
 rat olim,

Atrarum occurfus suggerat Eumenidum,  
 Meminit huius poetæ Mar. Tullius libro  
 Miscularum quæstionum 4. cuius poe-  
 ma maxime lasciuum fuisse testatur.

*Veriora iis, quæ apud Sagram acciderunt.*

Ἀλλήβετερα τῶν ἐπὶ σάγρᾳ, id est, Veriora iis,  
 quæ apud Sagram acciderūt. Dictum olim  
 in incredulos, quiq; non nisi magno malo  
 docti credunt. Refertur à Strabone lib. Geo-  
 graphiæ sexto, Post Locros, inquit, Sagra  
 fluit? labitur, in cuius ripa Castoris & Pol-  
 lucis aræ sitæ sunt, ad quæ decem Locrorū  
 milia, vna cum Reginis, aduersus Crotoni-  
 atas numero centies ac tricenas mille, Mar-  
 te collato victoriam reportarunt. Ex quo  
 euentu natum est in incredulos adagium,  
 Ἀλλήβετερα τῶν ἐπὶ σάγρᾳ, id est, Veriora iis,  
 quæ apud Sagram acciderūt. Addidere ple-  
 riq; quo die certamen initum est iis, qui  
 in Olympiis erant, eum belli euentum nū-  
 ciatum fuisse: tanta celeritate nunciatæ pug-  
 næ veritas comperta est. Meminit huius  
 pugnæ Iustinus lib. 20. Tamen si de nume-  
 ro occisorum à Strabone dissentit. Memi-  
 nit & Eustathius in Bæotiam Homeri, ad-  
 ditq; ue dici solitum de rebus, verissimis qui-  
 dem illis, ac non creditis. Postremo memi-  
 nit & M. Tull. De natura deorum 2. Nam  
 de Sagra, inquit, Græcorum etiam est vul-  
 gare prouerbiū, qui quæ affirmant, certio-  
 ra esse dicunt, quam illa quæ apud Sagram.

*Rudem accipere. Rude donare.*

R V D E M accipere, pro dimitti à munere.  
 Rude donare, pro dimittere, crebrius apud  
 idoneos auctores obuia sunt. Inde ducta  
 metaphora, quod antiquitus gladiatores,  
 quibus permissum erat à gladiatorio mu-  
 nere cessare, rude donati dicebantur. Ea  
 cessatio dabatur virga, quam rudem appel-  
 labant, vnde hoc modo dimissi, rudiaris vo-  
 cantur. Proinde quicunq; à munere quo-  
 uis in otium restituantur, vel ob ætatem,  
 vel ob imbecillitatem, rudem accepisse di-  
 centur. Horatius in prima epistola:

Spectatum satis & donatum iam rude,  
 quæris

Mecenas, iterum me antiquo includere  
 ludo,

Item Iuuenalis:

Ergo sibi dabit ipse rudem, si nostra mo-  
 uebunt

Consilia: Ouidius:

Sicigitur tarda vires adimente senecta,

Me quoq; donari iam rude tempus erat.

M. Tull. Philippicarum secundo: Tam be-  
 nus gladiator rudem tam cito accepisti?  
 Lepidior erit metaphora, si longule tradu-  
 catur: veluti si quis adhortetur quempiã  
 vt à studiorum laboribus abstineat, sibiq;  
 rudem impartiat: aut qui vitam aulicam  
 reliquerit, eum aulicæ vitæ rudiarium ap-  
 pellemus. Huic ferme cōtrarium videtur,  
 quod ait Fabius, acutæ eloquentiæ candida-  
 tus: quanquam equidem hoc loco legendū  
 esset, autæ, pro acutæ: & bonarum littera-  
 rum candidatus. Nam cãdidati proprie di-  
 cuntur, qui magistratum ambiunt. Quod  
 si transferatur alio, transibit in prouerbiū  
 speciem.

*Mali corui malum ouum.*

Κακὸν ὄρνειον & κακὸν ὄδιον, id est, Mali corui ma-  
 lum ouum. Apte usurpabitur, quotiens à  
 malo præceptore discipulus malus profici-  
 scitur: ex improbo patre filius improbus:  
 ex patria illaudata vir illaudatus: denique  
 facinus sceleratum ab homine scelerato. Me-  
 taphoram alii referunt ad naturā animan-  
 tis, quæ nec ipsa est idonea cibis humanis,  
 nec ouum parit ad quidquam vile. Sunt  
 qui dicant fieri, vt coruorum pulli paren-  
 tes ipsos deuorent, si forte non pascant il-  
 los ad satietatem, & hinc ductum adagiū.  
 alii

alii malunt ad huiusmodi fabulam referre: Corax quidam primus Syracusis, post mortem Hieronis, instituit artem rhetoricen mercede profiteri. Cum hoc adolescens quidam Tisias hac lege pactus esset, ut tum demum mercedem persolveret, ubi iam artem perdidicisset. Dein ubi iam arte cognita, premium reddere cunctaretur, Corax in ius discipulum vocat. Ibi iuuenis huiusmodi dilemma proponit. Percontanti quis esset artis finis, ubi Corax respondisset, persuadere dicendo. Age, inquit, si persuadeo iudicibus, menihil debere, non reddam, quia vici causam: sin minus persuadeo, non reddam, quia non perdidici artē. At Corax Tisias dilemma tanquam vitiosum & ἀντιρρητικόν, in discipulum retorfit ad hunc modum, Imo, inquit, si persuades, dabis, quia tenes artem, & debes ex pacto: sin minus, dabis, quia sententiis iudicum damnatus: Quod commentum tam vasiū, tanq; callidum ubi iudices audissent, admirati versutiam adolescentis, succlamarunt, rati versutiam adolescentis, succlamarunt, κακῶν κίρακῶν κικλόν ὄν. Sunt q; narrent hoc succlamatum à corona circumstantium, cū alter alteri litem intenderet. Huiusmodi ferme leguntur in Prolegomenis in Hermogenis reth. Ex hac fabula, ni fallimur, efficta est ea, quam narrat A. Gellius in notis Atticis lib. 5. c. 10. de Protogora sophista, & huius discipulo Euathlo: quę tãcti longiuscula est, & in promptu sita, tamen quod omnium lepidissima videatur, non pigebit adscribere. Gellius igitur ostēso vitioso dilemmate, quod Antistropheon vocant, propterea quod totidē verbis possit in aduersarium retorqueri: Quale est, inquit, prouulgatum illud, quo Protogoram sophistarum acerrimum vsum esse ferunt aduersus Euathlum discipulum suum. Lis nanque inter eos, & controuersia super pacta mercede hæc fuit. Euathlus adolescens diues, eloquentię discendę, causaturus orandi cupiens fuit, is in discipulum Protogorę sese dedit, daturusq; promisit mercedem, grandem pecuniam, quantam Protogoras petierat: dimidiumq; eius dedit iam tunc statim prius quam disceret, pepigitq; ut reliquum dimidium daret, quo primum die causam apud iudices orasset et vicisset. Postea cum diutule auditor affectatorq; Protogorę fuisset, & in studio quidem facundę abunde promouisset, causas

tñ non reciperet, tempusq; iam longū trāscurreret, & facere id videretur, ne reliquū mercedis daret: capit consilium Protogoras, ut tum existimabat, astutum, petere instituit ex pacto mercedem, litem cum Euathlo contestatur. Et cum ad iudices conueniendę consistendęq; causę gratia venisset, tum Protogoras sic exorsus est: Disce, inquit, stultissime adolescens, utroque id modo fore, uti reddas quod peto, siue contra te pronunciatum erit, siue pro te. Nam si cōtra te lis data erit, merces mihi ex sententia debebitur, quia ego vicerō: sin vero secundum te iudicatum erit, merces mihi ex pacto debebitur, quia tu viceris: Ad ea respondit Euathlus: Potui, inquit, huic tuz tam ancipiti captioni isse obuiam, si verba ipse non facerem, atque alio patrono vterer. Sed maius mihi in ista victoria proludium est, cum te non causa tantum, sed etiam in argumento vinco. Disce igitur tu quoque magister sapientissime, utroque modo fieri, uti non reddam quod petis, siue contra me pronunciatum fuerit, siue pro me. Nā si iudices pro mea causa senserint, nihil tibi ex sententia debebitur, quia ego vicerō: sin contra me pronunciauerint, nihil tibi ex pacto debeo, quia ego non vicerō. Tum iudices dubiosum hoc inexplicabileq; esse, quod vtrinq; dicebatur rati, ne sententia sua vtrameunq; in partem dicta esset, ipsa sese rescinderet, rem in iudicatā reliquerunt, causam in diem longissimum distulerunt. Hæc tenus Gellius. Quid autem? an non optimo iure iudices hoc saltem sententię vice pronunciare debuerunt, κακῶν κίρακῶν κικλόν ὄν? Narrat eandem fabulam L. Apuleius in Floridorum libris, non dicamus copiosius: neque enim potest copiosius referri, quā à Gellio denarrata est, sed tamen florulentius, & ut ita dixerimus, picturatius. Meminit Euathli Aristophanes in Fucis, atque item in Acharnensibus.

*Ab impijs egressa est iniquitas.*

**SIGNIFICAT** ab impiis semper mali quippiam exoriri, à bonis nihil malorum proficisci.

Idem propemodum dicitur apud Græcos versu proverbiale:

Γράμμος γὰρ ἐδ' αὐτῶν ἐργα χερσὶν ἴγμυται. i.  
Probis ab animis facta promanant proba.

*Lepidius*



*Lemnium malum.*

*Λήμιον κακόν*, i. Lemnium malū, de malis im-  
 menfis ac miserandis. Historia, vnde natū  
 adagiū, varie narratur, neq; magni refert cā  
 anxie persequi. Herodotus in Eratone, &  
 prouerbii & historix meminit, in hanc fer-  
 me sententiam: Pelasgi ex Attica per vim  
 expulsi, Lemnon incollebant. Huius iniu-  
 riz cum p̄nas de Atticis sumere cuperēt,  
 probeq; cognitos haberent dies festos, ac  
 c̄eremonias illorum, collatis insidiis, vx-  
 ores Atheniensium abduxerunt, cum Miner  
 uę sacra facerēt in Braurone: hisq; in Lem-  
 num nauigio adsportatis, concubinarum  
 vice sunt abusi. Ceterum mulieres cum plu-  
 rimos liberos parerēt, omnes & Atticis mo-  
 ribus instituerunt, & Attice loqui docue-  
 runt; ita factum est, vt nec miscere coniu-  
 gia cum puellis Pelasgicis vellēt, & si quan-  
 do Pelasgus quempiam pulsare conaretur,  
 omnes conglobati Attici, huic suppetias  
 ferrent. Breuiter adeo inualefcebat pubes  
 Attica, vt plerisq; in rebus priores tenere  
 videretur, quare visum est Pelasgis, vt filios  
 ex Atticis mulieribus suscepro trucidarēt.  
 Idq; perfecerunt, occisis vna & matribus:  
 deinde sterilitate, orbitate, pestilentia, reli-  
 quisq; plurimis adacti malis, Delphicum  
 oraculum consuluerunt, qua via calami-  
 ratibus leuari possent. Hinc igitur ait per  
 omnem Gręciam increbuisse prouerbiū,  
 vt ingentia, miserandaq; mala, Lemnia  
 dicerentur. Partim igitur hinc natum ada-  
 giū putat, partim illinc, quod aliquando  
 Lemnię mulieres graueolētia maritorum  
 offensa, eos vniuersos sustulerunt, auxilio  
 Thoantis. Cuius rei meminit & Euripi-  
 des in Hecuba:

*Καὶ Λήμιον ἀρσένων ἐξάκιστον.*; id est, i  
 Maresq; Lemno sustulere fœminę  
 Funditus. Item Seneca in Agamemnone:  
 Et scelere Lemnon nobilem.

*Cicadam ala corripuisti.*

*Τέπιγα πτερῶ σωεὶλκας*, id est, Cicadam ala  
 corripuisti. Dicitur in eos, qui quempiam  
 prouocant minime ex vsu suo. Lucianus  
 in Pseudologista, scribit Archilochū poe-  
 tam iambographum, & ad male dicendum  
 egregie instructum, ad hunc modū respon-  
 disse cuidam, a quo fuerat conuicio prouo-  
 catus, *Τὸν τέπιγα πτερῶ σωεὶλκας*. Est au-

tem huius insecti mira quædam & prodi-  
 giosa loquacitas, maxime efferuescente so-  
 le. Plinius negat tis vocem esse, sed stridit  
 eū tractū: eumq; sonum emittit non alis,  
 quemadmodum muscæ, apes, culices, nam  
 iis stridor simul cum volatu desinit, ac cica-  
 dæ si prorsus alas, vehementius etiam per-  
 strepit: sed in pectore subesse ait duos spe-  
 cus, attrituq; membranz, mobili acceden-  
 te spiritu, per hos e visceribus sonum edī.  
 Ergo quemadmodum si cicadam natura  
 garrulam alaprehendas, clarius obstreperit,  
 ita si poetico homini præbeas occasionem  
 similitatis, non modo non tacebit, sed cla-  
 rius obstreperet, & omnem bilem chartis illi-  
 net atris. Proinde Platonem aiunt admo-  
 nuisse, ne quis hominem poetam sibi face-  
 ret inimicum. Et Horatius: Genus irrita-  
 bile vatū, dixit.

*Tenedia bipennis.*

*Τενέδιος πέλικος*, id est, Tenedia securis. Cō-  
 ueniet aut in eos, qui nimium seuerē iudi-  
 cant ac puniunt: aut qui celeriter expedi-  
 unt controversias, & litium ambiguita-  
 tes. Inde translatum, quod olim rex Te-  
 nedi securim gestans, lites audire consue-  
 uit, causaq; iudicata, protinus eum qui se-  
 cisset iniuriam, securi percutere: aut quod  
 Tenedius quidam rex legem tulit in adul-  
 teros, vt vtriusque corpus securi cōcidere-  
 tur, eiusq; legis exemplum etiam in filii  
 edidit. proinde in numismate iussisse in-  
 sculpi, altera ex parte securim, altera duos  
 vultus ex eadem ceruice prominentes. Cu-  
 ius rei meminit & Stephanus in vrbium ca-  
 talogo. Plutarchus in commentario de Py-  
 thiiis oraculis, ostendit securim tyrum at-  
 que insigne fuisse Tenediorum, idq; pro-  
 pter cæcos qui sunt apud illos in loco qui  
 dicitur Asterii. Verba Plutarchi, si quis for-  
 te requireret, sunt hæc: *Ωσαυτε ἀμέλειν σελίνου  
 τι οἶποτε χρυσὸν σέλινο ἀναθῆναι λέγονται, καὶ  
 τετέθειοι τὸν πέλικον, ἀπὸ τὸν καρήιον τὸν γιν-  
 μένων τῶν τὸ καλῶμενον ἀσέριον πᾶρ αὐτοῦ.  
 μῖνοι γὰρ ὡς ἔοικεν ἐν τῷ χελωνίῳ τῆ πορ πελίκιος  
 ἔχουσι.* Lucianus in Philopseude: *Τῶν ἑκά-  
 νο, ἦκεν γὰρ μοι νομίστας, πέλικῶν τινα κατὰ ψδ-  
 σμάτων* id est, Ratus enim iuxta illud, quod  
 vulgo dici consuevit, securim quādam mi-  
 hi venisse ad incidenda mendacia. Videtur  
 adusum ad Alexandri Magni factum, qui  
 nodum insolubilem in Midę plauistro en-  
 se

se dissecuit, quemadmodum ostendimus alibi. Meminit & Pausanias in Phocicis, sed originem ad agionis ad aliam fabulam refert. Scribit autem securim inter anathe mata fuisse, monumentum Pericyli, cuius pater Euthymachus Tenedius, qua de re vetusta ferretur fabula. Cynophilium fuisse Neptuni, ac regnasse in Colonis. Porro Colonę erant in terra Troiana, contra insulam cui nomen Leucophrys. Porro cum Cynus haberet filiam nomine Hemi theā, ac filium nomine Tennen ex Proclea, ea fuerat Clyti filia, soror Calcoris, quę Homerus in Iliados o, tradit interfectum ab Aiace, quod is Calcor in Proteclai nauium ignem iniiecisset. Hęc igitur cum esset defuncta huic successit Philonome Craugasi filia: quę cum adamaret Tennen, ac reiecta fuisset, mentitur apud maritum, quod ipsa nolēs ab eo fuerit de stupro sollicitata. Cynus vxoris mendacio persuasus, Tennen, vna cum sorore cistę inclusum abiicit in mare. Ceterum incolumes adpulsi sunt in insulam Leucophryn, cui post a Tenne nomen versum sit Tenedos. Cynus tandē ubi comperisset se deceptum, nauigat ad filium, simul & agnitus errorem suum, & veniam deprecaturus. Cum autem adpulisset Cynus, & nauim ab arbore quapiam aut saxo religasset, Tennes prę iracundia securi funes incidit. Vnde prouerbiū dicitur de iis, qui pertinaciter negarēt aliquid: Hic est qui Tenedia securi hoc aut illud incidere possēt. Huic non dissimilis historia refertur in prouerbio: Tenedius homo.

*Thesaurus carbones erant.*

Ἀνθρώποις ὁ ἐνταυρὸς πέφυκεν, id est, Carbones thesaurus erant. In eos competit, qui spe sua frustrantur, quiq; magnificis rebus expectatis, meras nugas reperiunt. Ex euentu quopiam natum videtur, quo quispiā thesauri spe fodiens, carbones defossos inuenit. Eaq; res in risum, vulgiq; sermonem abiit. Nam antiquitas carbonē in terra defodi solent, ad indicandos agrorū terminos, propterea quod, vt testat in opere De ciuitate Dei diuus Augustinus, nulla res magis durabilior, imagisq; perpetua, quam carbones sub terra defossi. Lucianus in Zeuxide: Τὸ δὲ κατὰ τὴν παροίμιον ἄνθρωποις ἡμῶν ὁ ἐνταυρὸς ἦσσαν, id est, Ve-

rum iuxta prouerbiū, thesaurus noster carbones erant. Rursum in Philopseude: Τὸ γὰρ τῶν λόγῳ ἐκείνο, ἄνθρωποις ἡμῶν ὁ ἐνταυρὸς πέφυκεν, id est, Proinde iuxta id quod dici solet: tu nobis qui thesaurus credebarris, carbones extitisti. Idem in Timone de auro inuento: Δέδρα γὰρ, μὴ ἀνθρώποις ἡμῶν ἀνθρώποις, id est, Vereor itaque ne expergestus carbones reperiam. Rursum in Votis: Καὶ ἀνθρώποις σοι ὁ ἐνταυρὸς ἦσσαν, id est, Ac thesaurus tibi carbones fuerint. Alciphron in epistola quadam: Οὐ ἀπὸ δὲ μοι πάντες οἱ ἐνταυροὶ γινώσκονται, id est, Nō omnes thesauri mihi cinis erunt?

*Satius est recurrere, quàm currere male.*

Ἐάλιν δ' ῥομῆσαι μᾶλλον, ἢ δ' ῥαμῆναι κακῶς, id est, Satius recurrere, atque vti curias male. Senarius prouerbio celebratus, cuius hic est sensus: Pręstat mutare consilium in melius, quàm in male institutis pergere. Lucianus asinus sententiā hanc secum voluebat, non admodum aliniam: Ἐκρίνω τῆτο δ' ἢ τὸ τῶν λόγῳ.

Ἐάλιν δ' ῥομῆσαι μᾶλλον, ἢ δ' ῥαμῆναι κακῶς, ἰ. Vitium est tandem, iuxta vulgi sermonē: Potius recurrere, atq; currere perperam. Quin & hoc seculo vulgo dicunt, non proflus aberrare eū, qui medio e cursu recurrat: significantes probandos eos, qui matre respiscunt ab stultitia.

*Solus currens vincit.*

Μόνος εἶναι ἰκράται, id est, Solus currens vincit. De iis qui vincunt nemine contra certante. Translatum à stadiis. Nihil autem est negotii vincere, si nemo tecum certet. Concinne dicitur in eos, qui sibi placent, quasi pulchre causam suam probarint, eū nullus adsit, qui contra disputer. Lucianus in imaginibus: Πᾶσαν δὲ οἶμαι τὸ τὸ ἐσικατατὰ τὴν παροίμιον, μόνον βίοντα κρατῆν, id est, Haud est difficile, iuxta prouerbiū, cum solus curras, vincere. Adhuc illi, quod alias recensuimus. ἐρίμην νικᾶν, id est, Desertam causam vincere. Nec alienum ab illo, ἀκονίτην νικᾶν, id est, Citra puluerem vincere. Et ἀνιδρωτὶ νικᾶν, id est, Citra sudorem vincere, quorum alibi meminimus.

*Leonem ex vnguib; assimare.*

Ἐκ τῶν ὄνυχων λέοντα γινώσκων, id est, Ex vnguib; assimare leonem, est ex vna quapiam

piam cōiectura negotiū vniuersum perpendere, ex paucis multa, ex minimis maxima coniecere. Natum v̄ adagiū a Phidia statuario, qui, sicut narrat Lucianus in Hērēsi-bus, inspecto leonis duntaxat vngui, quantus esset totus leo perpendit, totumque ex indicio vnguis cōiunxit. Plutarchus in commentario. De defectis oraculis, videtur ad Alcæum referre. Sic enim scribit: Οὐ κατ' ἀλκων ἐξ ὀνυγῶν τὸν λέοντα γράφοντας. id est. Non Alcæi more leonem ex vnguibus depingentes, hoc est, ex re minima, maxima colligentes. Philostratus in vita Apollonii: Οἱ τοὶ ἐξ ὀνυγῶν ἠδ' ὀρέων, id est, Qualem ex vngui iam esse video. Basiliius magnus ad maximum Philosophū: εἰκότως ὄντας τὸν ψυχῶν εἰσὶν οἱ λόγοι. κατεμάρομεν ὅσιν ἐστὶν διὰ τῶν γράμματων, ὅσον φασὶν ἐξ ὀνυγῶν τὸν λέοντα, id est, animi imago re vera est oratio: Proinde cognouimus te ex litteris, non aliter quam leonem, vt aiunt, ex vnguibus. Fit autem hoc mathematica ratione, sicuti docet Vitruuius libro tertio, vt ex membro vel minimo, totius corporis modus colligatur. Quemadmodū Pythagoras Herculanī corporis mensuram, ex Pisano stadio, q̄d Hercules suis pedibus fuerat metatus, ratiocinatus est. Sic ex vnus arteriæ pulsus, medici de tota hominis valetudine iudicant, sic ex vnica epistola doctrinam omnem cōstimamus: ex vnico responso, totam hominis sapientiam perpendimus.

*Cauda de vulpe testatur.*

Ἡ κέρα τῆς λύπης μικρὰ; id est, Cauda de vulpe testificatur. In eos dici solitum, qui pusilla in re cuiusmodi sint declarant. Est autem vulpi cauda pro corpore maior ac pilosior, vt non sit facile celare. Alioqui canis videri possit. Vnde quadrabit de exitu declarante cuiusmodi fuerint reliqua. Quidam primo aggressu agni, in euentu vulpes comperiuntur.

*E simbria de texto iudico.*

Ἐκ τῆς κραιδέως τὸ ὄψομα γινώσκω, id est, E simbria textum omne cognosco, hoc est, ex vno aliquo pusillo reliquorū facimus cōiecturam. Translatum à negotiatoribus, qui inspecta texti margine, facile de vniuerso cuiusmodi sit iudicant.

*De gustu cognosco.*

Ἐκ γύμας γινώσκω, id est, Ex degustatione iudico, hoc est, ex minima experientia. Ductum item a negotiatoribus, qui gustato duntaxat vino aut oleo, de reliquo mox pronunciant. Est enim cuiusque arboris scētui suus quidam sapor & indoles, & forma quoque peculiaris: quæ quotiens mutatur in diuersum, pro ostento habitum fuit, vt eleganter Theophrastus in historia plantarum libro secundo, capite quarto. Vnde Plinius: Ad eum, inquit, gustum tibi reliqua promitto. Seneca: Et gustum tibi dare volui. Et degustationē huiusmodi experientiam vocamus. Haud alienum fuerit huc adscribere, quod Irenæus refert procerbi nomine, vt discas mare falsum esse, nihil opus totum ebibere. Siquidem e paucis guttis deprehendere licet, quale sit vniuersum mare.

*Aethiopem ex vultu iudico.*

Τὸν αἰθίοπα ἐκ τῆς ὄψεως γινώσκω, id est, Aethiopem ex ipso vultu cognosco. Præsert quisque aliquo signo, cuiusmodi sit moribus. Præsert enim Aethiops, nigrore vultus, intortis capillis, labris tumulentibus, dentium candore patriam suam. Nam vestem mutare potest Aethiops, faciem non potest.

*De fructu arborem cognosco.*

Ἐκ τῆς καρπῆς τὸ δένδρον γινώσκω, id est, E fructu cognosco arborem: e factis hominem iudico. Nam simulatio nec diuturna potest esse, nec fieri potest, quin alicunde cedens naturæ, prodant animi morbum.

*In tenebris saltare.*

Ἐν τῆς σκοτίας ὀρεχθεῖν, id est, In tenebris saltare. Est rem gerere clanculum, nullo teste, nulloq; iudice. Translatum ab iis, qui choros ducunt, quos in tenebris nemo queat diiudicare. recte ne, an secus moueāt pedes. Lucianus in Sectis, Ἐν σκοτίας φασι δέχουθε, i. In tenebris, vt aiunt, saltaremus. Quibus ex verbis videtur adagium dici posse ἐδ in illos qui temere, nulloque iudicio, nulla certa ratione rem agunt. Sentit enim Lucianus, nos philosophia destitutos, tanquam in tenebris saltaturos, vt quidquid in manus venerit, id esse credamus q̄d quærebatur. Apparet huc tacite adluisse Platonem

tonem libro de Republica octavo. *Ἰνα μὴ σκοτεινὸς διαλεγόμεθα πρῶτον ἐρεσιώμεθα.* id est, Ne tenebrosè differamus, prius definiamus. Nam qui confuse disputat, velut in tenebris saltat.

*Areopagica.*

*Ἀρειοπαγίτης*, id est, Areopagita. De tristi se veroque dicebatur, aut etiam de iudice vehementer incorrupto. Inuenitur & *Σωκράτης ἄρειοπαγίτης*, id est, Tristior Areopagita. Athenis summa erat Areopagitarū auctoritas: hi erant iudices qui de capitalibus causis pronuntiabant, tanta integritate, vt noctū atque in tenebris, non Interdium, neque luci causas cognoscerent, quonon dicentes, sed duntaxat quæ dicerentur spectarent. Id ita esse testatur Lucianus in *Seclis*. Adulst ad prouerbiū Cicero ad Atticum libro 1. Senatus *ἄρειος πάγος*, nihil constantius, nil seuerius, nil fortius. Idem eiusdem operis lib. 4. Ex quo intelletum tres *ῥῆς ἄρειοπαγίτας*, ambitum, comitia; interregnum, maiestatem, totam denique Rempublicam flocci non facere.

*Atticus aspectus.*

*Ἄτικόν βλέπειν*, id est, Atticus aspectus, perinde est quasi dicas, os impudens. In eos dicebatur, qui vultu ipso præ se ferebant impudentiam, dicendiq; confidentiam. Nam hoc vitio notati sunt Atticorum mores. Aristophanes in *Nubibus*:

*Ἐπιτὴν προσώπῃς τ' ἐστὶν ἄτικόν βλέπειν.* i. Ac vultu in ipso aspectu Atticus eminet. Sic enim loquitur Strepsiades de filioocratica eschola redeunte, quæ ex ipsa fronte coniciit, malā causam agere posse, quod nescimus quid Atticæ astutis simul atque impudentiæ præferret. Quin & Achilles, apud Homerum Agamemnonem appellat *κωῶπιον*, ob impudentiam. tales & *κωῶβλῶπιος* dici admonet Helychius.

*Lari sacrificant.*

*Ἐστὶν βίβριον*, id est, Lari sacrificant. In tenaces dicitur, qui de suis nemini quidquam impartiunt: aut in conuiuas edaces, qui nihil appositis epulis mittūt amicis, neq; quidquam faciunt reliquum. Nam antiquis religiosum erat, ex iis, quæ laribus immolantur, aliquid foras efferre. Huc adulst Aristophanes in *Pluto*, apud quem Carion

Mercurio obsecranti, vt aliquid sibi de sacrificio quod intus agebatur impertiant: *ἀλλ' ἰνquit, καὶ ἐκφρα*, id est, Efferre nequam licet. Item in eadem fabula mulieri volenti pro foribus spargere bellaria:

*Εἰδοσγι, παρατῶν ἐστὶν, ἄσπερον μὲν, Οὐδὲν ἐκφρασαν προπῶδες ἐστὶν ἀλλὰ εἰσφρασαν.* id est,

Intus profecto, vt moris est, apud Larem, Nam nefas efferre quidquam, inferre sed decet magis.

Apud Romanos, auctore Plutarcho, nefas erat mēsam prorsus inanem tolli: vel quod innucent semper aliquid reseruandum in tempus posterum: vel vt adulescerent temperare cupiditati, à præsensibus abstinentes: vel vt hoc pacto seruorum animos sibi conciliarent, cum quibus mēsam aliquo pacto communem habere viderentur: vel quæ religiosum haberetur in sacris quidquam vacuum conspici. Porro mēsa sacra quædā res est. Cato lib. De re rustica monet, vt villica certis diebus Lari sacrificet pro copia, addita foco corona. Huic diuersum adagiū singi poterit, *τῆ ἰνα τῆ ἐνερ*, i. Hecate sacrum facere. Siquidem in huius dex sacris, ii qui cœnam inferebant, ipsi nihil inde gustabant. neque quidquam auferebant præter tumultum & funium, vt inquit in *Symposiacis* Plutarchus. Idem fieri consueuit, si quid inferebatur reliquis diis, quos *ἀποπροπιάς* appellant. Torquebitur in eos, qui aliis consulunt, non sibi: aliis parant opes, ipsi non fruuntur.

*Proteruiam fecit.*

ERAT hoc religiosum in nonnullis etiam aliis hostiis, ne quid ex sacris epulis relinqueretur: aut si quid reliquū esset, id igni absumeretur. Porro id genus sacrificii, Romani proteruiam appellant. Vnde celebratur illud Catonis festiuiter dictum in *Albidium* quendam, qui patrimonium vniuersum luxu absumperat, vnis exceptis edibus, quæ incendio conflagrarunt: Proteruiam, inquit, fecit propterea quod ea quæ comesse non potuerit, quasi cōbussisset. Auctor Macrobius lib. *Saturnalium* secundo. Ad hoc facit quod apud Athenznum libro octauo, Theocritus Chius Dioclitu Gurgiti, qui deuorato pisce calido, dixit se cœlum exussisse: Vnum, inquit, illud tibi super est, vt mare eibas, atque ita tres omnium

nium maximas confeceris, terram, mare, cælum. At quotiens sumptus superat, questum, nec morbus decedit iam in naturam versus, quid superest, nisi ut ad malas artes vertant sese, quo luxui semper gliscenti supeditet pecunia? Si legum securitas cohereret talium iuuenum intemperantiam, non essent tam multi quibus supplicia vel infligere cogentur, vel condonare. Per aleam enim, chartas, scorta, computationes, & otium venit ad res alienum, mox ad rapinas & sycophantas. Curritur in militiam, redeunt cum præda nõ ab hostibus parca. His rudimentis exercitati, nullum horrent facinus. Apud veteres erant leges sumptuariz, atque adeo Corinthi, quæ civitas erat ceteris corruptior, tamen lex erat opposita, sumptuosius, quàm pro rei familiaris modo viuentibus. Eam apud Athenæum libro sexto Diphilus refert hisce verbis:

Τοῖστοιομιμὸν ἐστὶ βέλτιον ἢ ἐὰν δὲ Κορινθίους, ἢ ἀντιόφωρον ἢ αἰ Λαμπρῶς δρωμν, τῶτο ἀνακρίνει πόθην Ζηκαίτι ποίων. κὰν μὲν ἕσταιν ἕχνη Ησάϊ πρόσοδοι λίγιστὰ τὰ κλάματα, Ἐὰν ἀπολάυνει τῶτο ἡδὴ τῶ βίῃ. Ἐὰν δ' ὑπὲρ τῶν ἑσταιν ἀσπαιὼν τυχῆ, Ἀπὲι ποίαν τῶ τῶτο μὴ ποίειν ἔτι. Ὅς δ' ἂν δὲ μὴ πείθῃτ' ἐπὶ βάλου ζυμίου. Ἐὰν δὲ μὴδ' ὀτίαν ἔχαι ζῆ πολυτελῆς Τῶ δ' μίω παρὶ δ' αὐκῶν αὐτὸν. ἡσάκλεις. Ὅν κ' εἰδ' ἔχεται καὶ ζῆν ἄδου κακῆ τινος Τῶτο σωίης. ἀλλ' ἀναγκαιῶς ἔχει Πλασάδ' ἔν νικτὸς, ἢ τοιχωρχεῖν, Ἡ τὰν παιδῶν τὰ ταυτὰ κοινάεν τισίν, Ἡ σκαφαί τιν κατ' ἀγορῶν, ἢ μετρυρῶν τ' ἀδ' ἔ. τοιχοτοῖ καθάωρον μίον. id est, Hoc lege cautū est hic apud Corinthios, Si quempiam oblonare semper splendide Videmus, hunc rogamus, vnde viuat, & Quid faciat operis: si facultates habet, Ut reditus harum solvere expensas queat, Perpetimur illum perfrui bonis suis. Si n forte sumptus superat ea que possidet, Prohibemus huic ne faciat hoc in posterū. Ni pateat, iam plectitur multa graui. Sin sumptuose viuit is, qui nil habet, Traditū cum tortoribus. Proh Hercules. Nec. n. licet vitam absq; malo vlllo degere Talem scias, sed est necesse aut noctibus Abigere prædā, aut fodere muros ædium, Aut hæc patrantum iungier commercio,

Aut in foro agere sycophantā, aut perfrui Præbere testem. Nos genus hoc mortalium Eiicimus hac ex vrbe, velut purgamina.

*Hic funis nihil attraxit.*

Αὐτῆ μὲν μίον ἔστιν ἕσταιν. id est, Funis quidem iste piscium attraxit nihil. Senarius prouerbialis, quo significabant operā frustra sumptam, neque ex sententia euennisse, quod quis conabatur. Translatum ab hamato funiculo piscantibus, qui sæpe hamum retrahunt inanem. Natum videtur ex fabula Aristophanis, cui titulus, εἰσοφορέα ἕσταιν, vbi legitur hic Senarius. Ad adagium adlusit idem in Vespis: Ἀλλ' ἔν ἕσταιν, id est, Atqui non attraxit. De eo, qui tetenderat patri laqueum, ne quo exiret.

*Semper tibi pendeas hamus.*

ADSIMILI metaphora dixit Ouid. in Amoribus:

Casus vbiq; valet, semper tibi pendeat hamus,

Quo minime credis gurgite piscis erit, Semper experienda fortuna, & omnis tetra tunda occasio, Simile illi: Omnem mouerelapidem.

*Dives am iniquus est, aut iniqui heres.*

DIVVS Hieronymus ad Hedibiam scribit in hunc modum: Vnde & illa vulgata sententia nobis videtur esse verissima: Dives aut iniquus, aut iniqui hæres. Quod si verum est illud Hesiodiū, non omnino temere esse, quidquid vulgo dicūt mortales, Prouerbum hoc haud obsecitanter expendendū est iis, qui suis opibus stulte se iactant. Neque enim lere parantur ingentes opes sine fraude. Et aut ipse possessio eas per se ne lasq; congestit, aut certe successit ei, qui has ea parauit via. Plato lib. De legibus s. 525 τὸ λόγος ἡμῖν ὁρθὸς, ὡς ἔχ' εἰσὶν ἄσπαιπλοῖ σιοι ἀγαθοί. id est, Ita verum est, quod vulgo dicimus, admodum diuites nõ esse bonos. Circumferunt apud Grecos & hic versiculus ex Menandri comædiis:

Ὅν δ' εἰς ἐπλάστει ταχέως δίκαιον ἄν. id est, Nunquam vir æquus, diues euasit cito.

Huc respexit ille, qui Sillæ iactantia se, dixisse legitur: Quomodo vir bonus esse potes, qui tātas possideas opes, cum à patre nihil tibi sit relictum? Refert Plutarchus in illius vita.

*Hercu-*

*Herculanus nodus.*

*Fuere quondam strenui Milesii.*

Ἡρακλεων ἄμμα. id est, Hercules nodus, pro vinculo arctissimo atque indissolubili legi tur apud eruditos. Seneca ad Lucillum; Vnus tibi nodus, sed Hercules restat. Sic enim vocat syllogismum, qui vix dissolui possit. Quod in eos quadrabit, qui sunt arctissima necessitudine copulati. Idq; vnde sit natum, Plutarchus propemodum indicat in Alexandri vita. Scribit enim Alexandrum Magnum, subacto oppido Gordio, Midae regia, visere voluisse plaustrum illud celebre, mirando artificio ex corni libro conexū. De quo talis fama apud barbaros inrebuatur, vt quisquis eius nodos explicuit set, ei totius orbis imperium portendi factis. Alexander ense dissecuit. Aristobolus scribit eum facillime dissoluisse; nempe ad e pro clauo, quo te moni iugum annectitur. Adhuc huc Aufon. Scribens Paulino suo, Naxtu Alexandri Macedonis peruicaciam supergressus es, qui fatalis iugi lora cū solvere non posset, abscidit, & Pythiz specu quod nefas erat patere, penetravit. Rursus ad eundem in carmine,

Ocyus illa iugi fatalis soluere lora

Pellazū potuisse ducere, abditā opertis

Principiis, & vtroq; caput celantia nodo.

Nodum autem eum, quem ostendit Hercules,

religiosum ac sacrum apud prisceos fuisse satis liquet ex iis Plinii verbis, quæ sunt

in historia mundi; lib. 28. cap. 6. Ac vulneta

nodo Herculis preligare, mirum quantum

ocyor medicina est. Atque etiam quorundam

ni cinctus tali nodo, vim quandam vtilem

habere dicuntur. Festus Pompeius ostendit

antiqum fuisse morem, vt noua nupta la

neo cingulo præingeretur, vincito nodo

Herculis: quem vir omnis gratia soluebat

in lecto, vt & ipse felix esset in liberis susci

piendis: nam Hercules septuaginta libe

ros reliquit. Athenæus lib. 11. tradit Hera

cleotas Bæotiz gentem hoc in signi à cete

ris distingui, ὅτι ἐπέσι ἐπὶ ταῦτα αὐτοῖς ὁ λε

γόμενος Ἡρακλεος δειπρὸς, id est, quod super au

res gestent vinculum, quod Herculanum

dicitur. In consimilem sensum M. Tullius

vsurpauit, Trabali clauo, actione in Verrè

7. Et vt hoc beneficium, quem admodum di

citur, trabali clauo figeret, cum cōsilio cau

sam Mamertinorum cognoscit. Meminit

& Horatius clauorum Trabaliū.

Ἡράκλειος πόντος ἴσαν ἄλλοι μιλῆσιοι. id est,

Fuere quondam strenui Milesii.

Hoc senario notabāt eos, qui à pristina fortuna defluisent, aut à maiorum moribus degenerassent. Breuiter in omnes quadrabit, qui deserunt esse quod erant, facti detiores. In senem, in pauperem factum ediuite: in priuatum, qui quandoq; regnarit: in obscurum qui aliquando floruerit. Oigo prouerbii varie narratur à Græcis. Quidam autē Milesios olim belli gloria præter ceteros floruisse, adeo, vt quocūq; bello laesserent, eos superarent. Proinde Polycrate Samiorum tyrannus, bellum quoddam gesturus, cū in animum haberet Milesios socios ad eam rem accersere, oraculum super eo negotio cōsuluit. Deus respondit: Quōdam scire strenui Milesii. Alii diuersam adferunt fabulam. Cum Cares bellum aduersus quosdam molirentur, statuisent que eius gentis auxiliis uti, quæ tum esset inter finitimos pollentissima, quidam Milesios accersendos censuerunt, alii cū Persis res componendas. Itaque consultus hac de re Apollo, respōdit modo dictum senariū. Dissipato per omnem Asiam oraculo, Milesii propemodum omnes in prælio cum Persis collocato, cæsi sunt. Itaque oraculum cum risu in prouerbii abiit. Rursus alii scribunt: Cares cum Dario beiligerantes, iuxta vetus quoddam oraculum, quo monebantur, vt fortissimos auxilio aduocaret, in Branchidas fuisse profectos: atque eius loci deum consuluisse, num Milesiorū auxilii oporteret uti, atq; eum respondisse: Quondam fortes fuisse Milesios: significatē videlicet eos iam imbelles esse, & delicis effæminatō. Verum hoc commentus ex ipsa temporis ratione coarguit Zenodotus. Siquidē hunc senariū legimus apud Anacreontem, qui floruit ætate Cyri Persarum regis, à quo Darius fuerit tertius. Angelus itaq; Politianus maluit ad Milesiorum mores in mollicie versos referre: quæ admodum facit & Athenæus lib. Dipnos. 12. Usurpat hoc adagium semel atq; iterū Aristophanes in Pluto:

Καὶ πρὸς ἐπὶ τῆτοις ἐπὶ ἀποπέμπω, ὅτι

Ἡράκλειος πόντος ἴσαν ἄλλοι μιλῆσιοι. id est,

Ac prius hæc renunciauit hoc quoq;

Fuisse quondam strenuos Milesios.

S 2 Dicitur

Dicitur autem sub persona adulescētis, qui reuocatus ab anu quam pauper aliquando diuitem emolumentis gratia coluerat, tunc diues effectus, eandem exhaustum fastidit.

Adulsiit eodem in Vespis, iocans in senes,  
 Ω πάλαι πότ' ὄντις ἡμεις ἄλκιμοι μὲν ἐν χα-  
 ρος,

Ἀλκιμοι δ' ἐν μάχασιν,

Καὶ κατ' αὐτὸ δ' ἢ τὰτο μόνον, ἀνδρες μαχιμώ-  
 τα τοί,

Φρεῖν ποτ' ἦν πρὶν τὰντα. αὖν

Δ' οἰχεται γέ, κύκλις πολιώταροι δ' ἢ. id est,

O qui quōdān fortes fuisti in choreis, for-  
 tes in pugnis: & secundum hoc deniq; tan-  
 tum viri pugnacissimi: prius olim fuerūt,  
 prius ista: nunc vero perierunt, cygno ma-  
 gis cani iam. Aristophanes in Rauiis notat  
 μιλισια φρωματα, id est, stragulas Milesias,  
 vt delicias efforminatorum. Vsurpatur & à  
 Synelio in epistola quadam ad Philosophō  
 mulierem, significans sese à pristina felicitate  
 re redactum ad calamitatem.

#### Fuimus Troes.

Ἡμεν τρεῖς, id est, Fuimus Troes. Hic loquē-  
 di color in Græcænicis tragædiis adeo pas-  
 sim obuius est, vt tæquam in adagium abie-  
 rit, vbi periiisse quempiam significant. Euri-  
 pides in Hecuba: Καὶ γὰρ γὰρ ἦν ποτ', id est, Et  
 quondam ego fui. Sophocles in Electra:

Ἀπαλόμην δ' ὕψου ἄδ' ἔνι εἰμ' ἔτι.

Miseranda perii, nulla sum posthac ego.  
 Id imitatus Vergilius secundo Aeneidos  
 libro:

- Fuimus Troes, fuit Ilium & ingens  
 Gloria Teuciorum Rursum alibi:  
 Et campos vbi Troia fuit, extinctam si-  
 gnificans.

Eandem sententiā diuersa metaphora extu-  
 lit Ouid. lib. De tristibus:

Nos quoque floruius, sed flos fuit ille  
 caducus.

Flāmaq; de stipula nostra, breuisq; fuit.

Ad eandem figuram pertinet & illud ex Te-  
 zentiāna fabula, cui titulus, ταντὸν τιμωρε-  
 μις. Immo habui Chreme, tanquam pe-  
 tiuisse significans. Item illud ex Rudentibus  
 Plauti: Miserum isthuc verbum, & pessimū  
 est habuisse. Præterea nobilis illa vox M.  
 Tulii de coniuratis supplicio affectis: Vix  
 sunt, cum occisos significaret. Hanc sermo-  
 nis figuram ex antiquissima illa Lacedæmo-  
 nii chori cætesa putant increbuisse. Eius

chori mentionem facit Plutarchus in libel-  
 lo, cui titulus: Quo pacto laudare se qui-  
 spiam citra inuidiam possit. Meminit &  
 Diogenianus in Græcorum adagiorum col-  
 lectaneis. Conflabat autem is chorus tripli-  
 ci serie atq; orbe, senem, puerorum, iuue-  
 num. Senum hæc erat cantio:

Ἄμμις ποτ' ἦμεν ἄλκιμοι νεάνιοι.

Nos fuimus olim strenui iuuentuli.

Deinde puerorum hæc erat:

Ἄμμις δέ γ' ἐσσόμεθα πολλὰ καὶ ἄροντες. i.

Præstantiores nos futuri olim sumus.

Postremo inuenum hæc erat:

Ἄμμις δέ γ' εἰμὲν, αἰ δὲ λησ' ἀνγασσέο. id est,

At nos sumus, vel experire, si velis.

Hunc chorum, quem τριχορίαν vocant, in-  
 stituit apud Lacedæmonios Tyræus, iux-  
 ta triplex ætatum discrimen. Nam pueritia  
 ingressus est vitæ, virilis ætas progressus, se-  
 nectæ exitus.

#### Pyrausta interitus.

Πυράστis μόρον, id est, Pyraustæ interitus. In  
 eos dicebatur, qui sibiipsis exitium accer-  
 sunt. At enim Zenodorus, Pyraustam inse-  
 ctum esse, quod lucernis aduolet, atque ita  
 exustis alis concidat, pereatq; Citat autem  
 hunc ex Aeschilo senarium.

Δείδοικα μωρὸν κέρτα πυράστis μόρον. id est,

Magnopere stultum metuo pyraustæ exi-  
 tium.

Tradit eadem de Pyrausta Aelianus De na-  
 tura animalium libro 11. citans eundem  
 ex Aeschilo locum. Meminit de Pyrausta  
 & Plinius lib. 11. cap. 36. Gignit, inquit,  
 siquidē in Cypro ætatis fornicibus ex me-  
 dio igni maioris muscæ magnitudine, vo-  
 lat pennatum quadrupes, appellatur Pyra-  
 lis, à quibusdā Pyrausta, aut, vt nonnul-  
 li codices habent, pyrotus. Quamdiu est  
 in igne, viuut: cum euasit longiore paullo  
 volatu, tunc emoritur. Cuiusmodi sermo  
 tradidit Aristoteles tertio libro De anima-  
 libus è niue vetustiore vermem nasci, qui  
 niue exemptus nō viuat. Eum nos vidimus  
 in Alpibus. Quod si placet ad hoc referre  
 adagium, conueniet & in eos, qui ἀκίμοροι  
 sunt, id est, qui celeriter inereunt. Nec in-  
 uenuste desisteretur in eos, qui nusquam  
 viuere possunt, nisi in propria patria: si  
 contingat agere peregre, rebus omnibus  
 offendentur.

Post festum venisti.

Κατόπι τῆς ἑορτῆς ἦες, i. Post festum venisti. Refertur à Diogeniano. Dicitur in eos qui negotio cuiquam egregio non interfuerunt: propterea quod serius, iā re peracta: accesserint. Socrates in Gorgia Platonis: ἀλλ' ἴ τὸ λεγόμενον κατόπει ἑορτῆς ἤκομεν, καὶ ὅστις ἐμὲν, id est, Num, inquit, post festum; quemadmodum dici consuevit, venimus ac serius? Legitur & hoc pacto: πικρὰ θυσίαν κατόπι id est, Post Panathenza. Item θυσίαν ὑστέρηκας, id est, Post Pythia venisti.

Merces vltronea putent.

MERCES vltronea putent, id est, ingrata sunt quæ vltro non petentibus offeruntur. Translatum videtur à negotiatoribus, qui merces à venditore vltro oblatas, suspectas habere solent, quasi studeant eas extrudere. Adagium refertur à duo Hieronymo in quæstionibus Hebraicis: Tritum, inquit, proverbium est, vltroneas putere merces. Vnde & nos de industria dicenda reticemus, vt audius velis audire, quæ tacita sunt. Vsurpat idem in epistola ad Demetriadem virginem. Ab hac sententia non abludit illud Quidianum:

Quod venit ex facili, faciles segnesque tenemus.

Quod spe, quodque metu torfit, habere iuvat.

Quin vulgo etiam num in ore est, vltro delatum obsequium pleiunque ingratum esse. Cui tamen refragatur Mimus ille non insultus.

Bis est gratum, quod opus est, vltro hofferat.

Illotis pedibus ingredi.

Ἀνίπτοις ποσὶν ἀναβῶμεν, id est, Illotis pedibus ingredi. Est confidenter atque imperite rem egregiam aggredi, tanquam profane & inuoluerenter. Translatum à factorum ceremoniis, in quibus omnia pura loraque iubebantur exhiberi. Lucianus in Demonachis vita: Ὁ μὲν ἀνίπτοις γε ποσὶ τὸ τῆς λέγας, πρὸς ταῦτα ἤξεν, id est, Haud quaquam illotis, vt aiunt, pedibus ad ista venerat. hoc est, neutiquam inexercitatus, neque rudis. Idem in Rhetorum præceptore notat eos, qui ἀνίπτοις ποσὶν, id est, nullis bonis disci-

plinis instructi, ad rhetoricum munus accedunt. Aeneas sophista in epistola quadam: Οἱ μὲν πολλοὶ τὸ δὴ λεγόμενον ἀνίπτοις ποσὶν ἐπιπυδοῦσι τὰς ἱστορίας, id est, Pleiūque quidem illotis, quod aiunt, pedibus irruunt ad sacra A. Gellius in Noctibus: Illotis, quod aiunt, pedibus & verbis, reprehēdit doctissimi hominis orationem. Macrobb. Saturna. lib. 1. Illotis pedibus prætereunt. De litteratoribus loquitur, qui reconditam illam in Vergiliano poemate doctrinam, negligunt. Huiusmodi Galenus libro De virtute simplicium remediatorum 7. ἀμνήτης vocat καὶ βιβλῆς καὶ ἄστυ, inquit, ἵσως θαυμάσθην, εἶγε, καὶ μυσηρίων βίβλῆς ἐτόλμησαν ἵνα τὸν ἀμνητῶν ἀναγινώσκων. ἀλλ' ἔστ' ἐκείνως ἔγραψαν οἱ γράψαντες τοῖς βιβλίοις, ἔτ' ἐγὼ ταῦτα τοῖς μὴ πω σοφὶ τὰ πρῶτα γενημασθέντες, id est, Ac forsassis haud quaquam mirum est, si & mysteriorum libros quidam sacris nō initiati sunt ausi legere. At eos libros nec illi qui scripserunt prophanis, nec ego hæc scribo iis, qui non dum in primis rudimentis sunt exercitati. In genere sermonē omnem parum verecundum, nimisque proacacem ac petulantem, illo tum proverbio vocant.

Illotis manibus.

Ἀνίπτοις χερσὶν, id est, Illotis manib⁹. A' Diogeniano refertur, pro eo quod est, irrene- renter atque imparate. Translatum item à factorum puritate. Hesiodus in operis & diebus vetat, ne quis mane Ioui liber vinū: χερσὶν ἀνίπτοις, id est, manibus illotis.

Μυθ' ἐστ' ἐξῆς δ' ἰ λέγειν αἰὸπα ἴον Χερσὶν ἀνίπτοισιν μυθ' ἄλλοις ἀειπάτοισιν. i. Ne vnquam mane Ioui vinum libaueris ardens Illotis manibus, neque diuum prætereavlli.

Ac ne vel amnem quispiam ingrediatur, aut fontem χεῖρας ἀνίπτοις, idem vetat, id est, manibus illotis. Vnde χεῖρῶν apud Homerum crebra mentio. Ea vox perinde sonat, quasi dicat manuum lotionem, à qua rem diuinā antiquitus auspicabantur, atque ἐconuiniūm vt pote rem sacram. Gregorius cognomento theologus in Apologia De fuga sua in Pontum, coniungit vtunque: ἀνίπτοις χερσὶν δὴ λέγεται, καὶ ἀμνήτης ποσὶ τοῖς ἀγιοτάτοις ἐαυτὰς ἐπιστρέφειν, id est, illotis,



illotis, ut dici solet, manibus, ac prophanis pedibus, semet rebus sacratissimis ingerit. Caius lib. Pandec. 1. Titulo de Origene iuris: Si in foro, inquit, causas dicentibus nefas, ut ita dixerim, videtur esse, nulla præfatione facta iudici rem exponere, quâto magis interpretationem promittentibus incoueniens erit, omittis iniuriis, atque origine nō repetita, atque illotis, ut ita dixerim, manibus, protinus materiam interpretationis tractare? Verumq; prouerbium recte usurpabitur in eos, qui vel audacius, vel parum instructi rebus his, quibus oportuit, negotium inuadunt: veluti si quis principis munus capessat, nulla neque virtute, neque sapientia, neque rerum vsu præditus.

*Aquila senecta.*

Αἰτῶ γῆρας, id est, Aquilæ senecta. In senes dicebatur bibaces magis, quàm edaces. Nā Plinius libro 10 cap. 3. refert, aquilas neq; senio, neq; ægrotudine oppetere, sed fame: in tantum superiore accrescente rostro, ut aperiri non queat. Eoque aquilam tantum in senecta bibere, aut de præda sanguinem sugere, cum nullæ fere aues aduncis vnguibus vtantur potu, præter tinnuculum, & miluum: quanquam hi quoq; perquam raro bibant. Auctor Aristoteles libro De natura animalium octauo. Sed idem libro nouo narrans de aquilæ rostro eadem ferme, quæ Plinius: addit huic rei datam fabulam, quæ significat hoc ideo accidere aquilæ, quod olium, cum homo esset, hospiti fecit iniuriam. Teren. in Heauton timorumenno: Vsa vero est, qd̄ dici solet, Aquilæ senectus. Verba sunt Syri adulantis hero, quod pridie strenue bibisset in conuiuium. Est aut̄ veluti peculiaris senibus bibacitas. Sive quod natura frigus ætatis, vini calore pensare desiderat: siue qd̄ vini hilaritas minuit senectus molestiam. Vnde Plato quoque cum iuuenibus in totum interdixerit vsum vini, viris moderatum permiserit, senibus largiores compotationes concedit. Tum cur senectus sit vinosior, causam reddit etiam Alexander Aphrodisæus in problemate quarto ab ultimo, quod ætas ingrauescens minuat calorem, vinum autem humectet simul & calefaciat. Vnde & vulgo lac senū dicitur. Fertur & præsci Catonis sæpe meo caluisse virtus, ut inquit Flaccus.

*Aquilæ senecta, Corydi iuuentia.*

Αἰτῶ γῆρας, κορυδῆ νεότης, id est, Aquilæ senecta, Corydi iuuentia. De viriua viridique senecta, quæ præstantior sit aliquotū iuuentia. Nam anus aquila præstat Corydo auiulæ, etiam ætate integra. Citra allegoriam extulit Euripides in Andromache:  
 Πολλῶν νέων γὰρ, κἄν γέρον ἐψυχῆσθῃ  
 Κεχέσταν. id est,  
 Multis enim iuuenibus ante stat senex:  
 Cui mens adest generosa.

*Camelus, vel scabiosa complurium asinorum gestat onera.*

Κάμηλος καὶ φορτωσά, πολλῶν ὄνων ἀνατίθειται φορτία, id est, Camelus etiam scabiosa, complurium asinorum tollit onera. De his, qui vsque adeo præcellunt quosdam, ut etiam senes, aut aliquotū ægroti, præstantiores tamen sint illis integris. Aut de his, qui rebus parum prosperis, tamen plus valent ob pristinae fortunæ reliquias, quam alii rebus integris. Vfus est Synesius.

*Palinodiam canere.*

Παλινοδῆν, id est, Palinodiam canere, est diuersum ab his, quæ prius dixeris, dicere, atque in contrarium vertere sententiam. Translatum est à Stesichori Lyrici poetæ facto: cuius meminisse Plato in Phædrio. Is cum Helenam carmine vituperasset, oculis orbatus est. Intelligens autem Achille, sicut scribit Pausanias in Laconicis, Helenæ iussu nunciante, cecitatis suæ causam, protinus palinodiam cecinit: Helenamque prius vituperatam laudauit, itaque visum recepit. Hinc Socrate iocatur sese velle imitari, & amoris vituperati prius canere palinodiam, quam orbetur oculis. Sonat autē Græce παλινοδῆ, quasi dicas recantationē. Quo quidē verbo Flaccus vsus est in Odis, promittens palinodiam amicæ, quam contumeliosus carmine prouocarat:  
 Dum mihi

Fias recantatis amica

Opprobriis, animumque reddas.

M. Tull. ad Atticum: Exspecta palinodiam diuinam. Vsurpauit hoc adagium nominatim prouerbii vice Ioannes Chrysostramus. Itē Plato in epist. ad Dionysium tertiam.

*Vertere vela. Funem reducere.*

Ἐκτρέφει τὰ ἄλλα, est in diuersum mutare sen-

sententiam, vitæque institutum. Horatius in Odis:

Nunc retrorsum

Vela date, atque iterare cursus

Cogor relictos.

Translata metaphora à nauigantibus, qui

cursus errorem versus velis corrigunt. Hæc

Persius in quinta Satyra non nihil nouas:

Funem reducere dixit, pro eo quod est, in-

stitutum mutare in diuersum:

Quæ dederam supra, repeto, funemque

reduco.

*Venia primum experienti.*

Συγγνώμη πρῶτον περὶ αἰτίας, id est, Venia primum

experienci. Refertur à Diogeniano. Ignoscendum his, qui rudes nouo quopiam in

negotio incipiunt versari, si quid per imperitiam peccarint. Chrysothomus sententiam

extulit in homilia quadam καὶ τῷ μὲν

ἐν ἀρχῇ πιστότι συγγνώσκωμεν ἅπαντες διὰ

τῶν ἀπειρίων, id est, & ei qui lapsus est in ini-

tio, veniam damus omnes, ob imperitiam.

Fertur & hoc, Συγγνώμη τῷ πρῶτον ἀμαρτάνοντι,

id est, Venia primum delinquenti. Pindarus in Hymnis, τὰς δύο ἀμπλακίαις φερει-

πόντος, dixit, quod iteratum facinus, non oporteat impunitum esse. Alibi retulimus

oproteat impunitum esse. Alibi retulimus

deus πρὸς τὸν εὐτόν λίτον. Celsus libro Pand.

1. Tit. de legibus & senat. Nā ad ea potius

debet aptari ius, quæ & frequenter fiunt &

facile, quam ad ea quæ per raro eueniunt:

quia quæ semel aut bis, vt ait Theophrastus, accidunt, contemnunt legislatores.

Theophrasti Græca sic habent: τὰ γὰρ ἅπαντα

ἢ δὲς πᾶρε βραχίαις νομοθέται.

*Euripus homo.*

Εὐριπὸς ἄνθρωπος, id est, Euripus homo. In

inconstantes, ac moribus inæqualibus homines dicitur. Quadrabit & in fortunæ vic-

es: quæ res mortalium, velut æstu quodā

sursum ac deorsum iactat: vt recte dixerit

Plautus in Captiui duo: Dii nos, quasi pilas homines habent. A' maris Euripi prodigiosa quadam recipiendi celeritate ducta

metaphora. Est autem Euripus, maris pars inter Aulidem Bæotiæ portum, & Eubœam insulam: cuius meminit Strabo libro 9. Pl. lib. 2. Et quorundam tamen, inquit, priuata natura est, velut Taurominitani Euripi septi, & in Eubœa septies die ac nocte reciprocatis, tā rapida conuersio-

ne, vt quæ ad... odum auctor est Pomponius

Mela, vētos ac et plena ventis nauigari secū

porter. Neque dum huius tam stupendæ rei

caussa satis idonea puestigata est à scripro-

ribus. Etiam si T. Luuius, secundi belli Pa-

nici lib. 8. à ventis quibusdā illic flantibus,

ita rapi credit. Seneca in Hercule Oerxo:

Euripus vndas flectit in stabili vagas,

Septemque rursus flectit, & totidē refert,

Dum lassum Titan mergit Oceano iubar.

Bæotius item.

Exstantius more fertur Euripi.

Cicero pro Cn. Plancio: Quod fretum, quæ

Euripum, tot motus, tantas, tam varias ha-

bere creditis agitationes, commutationes,

fluctus, quantas perturbationes, & quantos

æstus habet ratio comitiorum? Obicit

Aeschines Demostheni, quod subinde

commutata factione, Euripum ipsum in-

constantia sua vicisset. Vnde Græci Eur-

ripiston, hominem incerta fide vocant.

Gregorius Theologus in Epistola quadam

ad Sophronium equitum magistrum, ἴρα

οὐκ τὰ ἡμέτερα, καὶ ὅπως κινῶν τις τῶν ἀνθρώ-

πίνων περιτρέχει πράγμα τῶν, ἢν μὲν τ' ἴν, καὶ

δὲ τὰ ἀνθρώπων, καὶ ἀπανθρώπων, καὶ ἕτε τῶ δὴ

πράτταν ἴσῶν ἡμῶν, ἕτε τῶ δὴ συχαίον, ὃ δ' ἡ λέ

γασιν ἀλλὰ τέχισα μετακινῶμεν καὶ μεταπί-

πτοῦν, ὡς αὐραὶ εἶναι μάλλον πῶθεν καὶ

γῶμασι τοῖς καὶ ἴσῶν. ἢ ἀνθρώπων δύμει-

ρια, id est, Vides quæ sit conditio rerū no-

stratum, vt quæ tota quædam negotiorum

humanorum cursu circumagatur, nunc

his, nunc illis florentibus ac marcentibus,

dum neque prosperitas, neque aduersitas

vt aiunt, nobis constat, sed quam ocysissime

in diuersum mutatur ac transiit, vt auris

ac litteris aquæ inscriptis fidere liceat citi,

quam humanæ felicitati. His verbis pul-

chre depingit Euripum humanæ conditio-

nis. Inuenitur & τύχη εὐριπῶν, id est, Fortu-

na volubilis. Nihil enim hac instabilius: &

δύμηθ' δὴ δῶνα, quod cogitatio nunc huc

nunc illuc feratur.

*Endymionis somnum dormi.*

Εὐδύμιον ὕπνον καὶ δόμειν, id est, Endymionis somnum dormi. In eos quadrabit, ipse se se in modico somno saginant, aut qui diuturno in otio versantur, nec vllis de negotiis exercent, sed mollē feriatamq; agunt vitā. Natum à fabula notissima Endymionis, is erat puer adprime formosus, ac Lune

S 4 adama-

adamantus. Cui quidem illa à patre Ioue precibus impetrauit. ut quidquid optasset, id ferret. Oportuit Endymionem ut perpetuū dormiret somnum. *ἄδεια τὸ καὶ ἀγρυπνίας μέγιστον*, i. Immoitalis perseuerans, & expertus senii. Vltus est hoc adagio Aristoteles 10. Moralium libro, colligens neque otium conuenire diis, neque rursus ullam aliam actionē illis dignam videri, præter contemplationem. Porro cum constet inter omnes, illos viuere, consentaneum est eisdem & agere quippiam: Neque enim, inquit, oportet eos Endymionis, ut arant dormire somnum. Cicero libro de Finibus 5, differens id maxime nobis iustum à natura, ut agamus aliquid: Itaque, inquit, ne si iucundissimis quidem nos somnis vsuros putemus; Endymionis somnum nobis nolimus dari, idque, si acciderit, mortis instar putemus. Idem Tusculanæ quest. lib. 1. Quamquam qui leuiorem faciunt somni similitudinem volunt esse. Quasi vero quisquam ita nonaginta annos velit viuere, ut eū sexaginta confecerit, reliquos dormiat. Ne siues quidem id velint, non modo ipse. Endymion vero, si fabulam audire volumus, quando in Latino obdormiuit, qui est mons Carix: nondum est expectatus.

*Ultra Epimenidem dormi.*

*Ἐπὶ τὸν ἐπιμένιδην κειμήσια*, id est, Ultra Epimenidis somnum dormiuiti. In eos dicitur, qui perpetuum agunt otium. Historia de Epimenide Cretensis extat in Noëtiis Gellianis: extat & apud Diogenem Laertium. Is ambulando festus, in specū quendam subierat, illic obdormiuit: nec expectatus est à somno ante exactos annos 57. Meminit huius Plin. lib. 7. ca. 52. his verbis, Magna quidem fabulositate, quā equidem & in Gnosio Epimenide simili modo accipio: puerum ætu & itinere festum, in specu septem & quinquaginta dormisse annis: rerum faciem, mutationemque mirantem, velut postero expectatum die: hinc pari numero dierum, senio ingruente, ut tamen in septimum & quinquagesimum atque centesimum vitæ duraret annum. Lucianus in Timone: *Ἐπὶ τὸν ἐπιμένιδην κειμήσια*, Nam ipsum etiam Epimenidem somno vicisti.

*Matura satio sæpe decipit, seræ semper mala est.*

**COLYMELLA** de re rustica scribit huic

in modum: Sed cum omnia in agricultura strenuè facienda sunt, tum maxime sementis. Vetus est agricolarum proverbium: Maturam sationem sæpe decipere solere, *feram nõquam, quin mala sit* Hastenus Columella. Admonet adagium in omni negotio maturandum esse, neque paullo satius esse, occupare tempus legitimum, quam seorsim aggredi. Veluti si quis admoneat, ut puer tenera adhuc ætate præceptoribus committatur erudiendus. Consultius enim amteuere, quam prouectioribus annis tum demum incipere.

*Fames Melia.*

*Ἄμωδὸς μιλιάδης*, id est, Fames Meliza. De fame extrema, deque rebus difficilimis. Est enim Melus oppidum Thesaliæ, quod Nicias Atheniensium dux obsequit, expugnauitque: non tam machinis bellicis, quam fame. Hęc sermo Suidas. Idem est hoc pacto, *ἄμωδὸς μιλία* fame Melia. Meminit huius historię Thucydides in 5. Prouerbum est apud Aristophanem in Aulis:

*Τὴν δὲ ἀνέτης ἐπὶ ἀλάτῃ μιλία μιλία.* id est, Iterum deos fame enecat Melia.

*Saguntina fames.*

**SAGUNTINA** fames. consimili ratione in proverbium venit. Historię meminerunt T. Livius, Val. Maximus, & M. Tullius in Philippicis. Est autem Saguntum Hispaniarum oppidum, iuxta flumen Iberum, societate, fœderaque coniunctū cum Romanis, id longa Pœnorum obsidione famēque eo redactū est, ut cruces extructo in foro igni, quidquid erat preciosorum rerū in eum conicerent: ac postremo, seque suosque liberos eodem præcipitaret, ne uenirent in hostiū manus. Aufonius: Iam iam perelam, iam Saguntina fame Lucaniacum liberet: Græci vehemente & intolerandam famē, queque *λεποθυμία* inducat, *βελμιά* appellat. & *βελμιά* dicitur, qui animo desituit, præsertim ob inedia. Aristoteles sectione 8. problemate 4. qrit cur in frigore & hybernis mensibus homines magis *βελμιάσιν*, nā hoc verbo vitur: & quā Aristoteles vocat *βελμιάσιν*, Theodorus vertit famem caninā. Mos erat olim apud Græcos, famem virgēs ex arboribus excere, dicentes, *ἔξω βελμιάσιν, ἔσω πλοῦτον καὶ ὑγιάν*, id est, Foras famem, intro diuitias & sanitatem.

*Fames*

*Famis campus.*

Ἀμὲρ πεδίον id est, Famis campus. In ciuitates dicitur, ingenti fame pressas. Est autem locus quispiam hoc nomine. Addunt, cum aliquando illic summa fame laboraretur, apud Athenienses oraculum admonuisse, ut famē, loco designato, certis piaculis placarent: illi designarunt campum, qui est post ziarium. Atque hinc eum locum, famis campum appellant.

*Elephantum ex musca facis.*

Ἐλέφαντα ἐκ μύκας ποιεῖς, id est, Elephantum ex musca facis, id est, res exiguas verbis atque tollis atque amplificas. Lucianus in Muscæ encomio: Πολλὰ δ' ἔτι ἔχων εἶπεν καταπαύσω τὸν λόγον, μὴ καὶ εὖ κατὰ τὴν περιμίαν, ἐλέφαντα ἐκ μύκας ποίημι, id est, Multa adhuc commemoratae possem, sed finē dicendi faciam, ne videar & ipse iuxta tritum pronerbum ex musca elephantum facere. Sumptum videri potest ex Homero, qui inter praelia deorum & heroum, muscæ improbitatem describit, cum hac inuictum & acerbellatorem conferēs Menelaū Iliad. ρ. Quin & D. Augustinus libro contra Manichæos de duabus animabus, nō dubitat muscā cōferre ac p̄ferre soli, velut animal inanimi.

*Elephantus non capis murem.*

Ἐλέφαντος μὴν ἔκ ἀλίσκεν, id est, Elephantus non capis murē. Generosus & excelsus animus negligit prędas viles, ac lucella minuta. Vir egregie doctus non infestatur minutulos illos litteratorum simios. Homo prępotēs non offenditur iniuriolis tenuium.

*Aquila thripas aspiciens.*

Ἀετὸς θρίπας ὀρώων, id est, Aquila thripas aspiciens. De magnis, qui pusilla negligunt. Est θρίψ auicula quæpiam minutissima, quam aquila cū videat, ut est oculatissima, haud tamen dignatur persequi, utpote prædam vnguibz suis parum dignā. Ad hunc quidem modum inuenitur in cōmentariis Græcorum, verum haud scimus an mendo sit: nam thripas vermiculi genus est.

*De pilo pendet. De filo pendet.*

Ἐκ τειχὸς κρημάτων, id est, De pilo pendet. De revehementer periculosa. Videtur natum ab historia illa Dionysii tyranni, propter

gladium de pilo in caput impendentem. Ad quod adlusit Perſus Satyra tertia:

Et magis auratus pendens laquearibus  
enlis

Purpureus subter ceruices terruit.

Citatur hic versiculus apud Macrobiū lib. Saturnalium 1. ex Emilianorum annalium libro tertio.

Hac noctu filo pendebit Etruria tota.

Id est, versabitur in summo discrimine. Hoc dicto nō est aliud hodie vulgo tritius. Synesius in epistola quadam ἀπὸ λιπυτῶν σιμίτῶν τὸ ζῆν ἠσπίδου. id est, A iure vitā detenui pendere filo. Eodem pertinet dictum illud Laconicum, cuius meminit Plutarchus in Apophthegmaris Laconicis. Nam cum quispiam Lāpen Aegimiran efferret, tanquam longe ditissimū, propterea quod multa possideret nauigia, Lacon quidam, & προσίχων ἔφη τῇ ἰσθμῶνικῃ ἐκ χοινίαν ἠσπιδήν, id est, Nihil, inquit, moror felicitatem de tuniculis pendētem. Nimirum innuēs, nauticas opes incertas esse, ac fortunæ ludibriis obnoxias.

*Nil intra est oleam, nil extra est in nucē duri.*

Est versus proverbialis apud Horatium in Epistolis, dicendus in eos, qui ad insaniam vsque impudentes, non verentur & confessa negare, & manifeste falsa pro certis affirmare: denique, quidvis dicere, ne victi in disputando videantur. Qualem Plato inducit sophistam Euthydemum, qui canem aiebat suum patrem esse, & eundem patrem omnium, & omnes omnia scire, atque id genus portentosa pertinaciter, ne coargueretur, asseuerabat. Carmen Horatianum est huiusmodi.

Nil intra est oleam, nil extra est in nucē duri.

Nimirum inter sanos conuenit, & nucem corticem habere durum, & baccam oleæ, lapillum intus durum. Proinde ludicre opertā, quisquis cum id genus hominibus disceptat, qui dicunt lucē tenebras, & tenebras lucem Simile est quod adfert Galen. De virtute simplicium remediorum lib. 2. quosdā Anaxagoram auctorem citasse, qui pronūciasset niuem non esse albam. Verba Galeni sic habent: κάρμινος ἐξ αὐτῆ, καὶ τὸν Αναξαγόραν ἐπικαλοῦνται μάρτυρα, πρὸς τοῖς χοίσις ἀποφινόμενον ὡς εἶναι λευκῆ. Atque istorum noui nulli

nonnulli, etiam Anaxagoram testem adducunt, qui de niue pronunciarit, quod non sit alba.

*Iupiter orbis.*

Ζεύς ἄγαστος, id est, Iuppiter orbis. Vbi quis palam falsa asseuerat. Constat enim Ioui quam plurimos esse liberos, utpote deo longe multoerosissimo salacissimoque: qui non vna tantum corporis parte gignat, sed è se more Bacchum, è cerebro Palladem produxerit.

*In mari aquam queris.*

Ἐν θαλάσῃ ζητᾷς ὕδωρ, id est, In mari queris aquam. Ibi queris, perinde quasi difficile inuentum, vbi nihil aliud occurrit: veluti si quis in moribus scelestissimi hominis vnum aut alterum admillum vestiget, cum tota vita sit contaminata: aut si quis in scriptoribus indoctis pauca capter quæ reprehendat, cum nihil occurrat non reprehendendum. Martialis, si meminimus: Per mare, inquit, queris aquam. Item Propertius Elegiarum libro primo:

- Nunc tu

In sanus medio flumine queris aquam.

*Fluuius cum mari certat.*

Ποταμὸς ἐκλάτῃ ἐξίχεται, id est, Fluuius cū mari certat, vbi: minimi cum maximis certamen suscipiunt. Est autem locus qui spiam, ut auctor est Suidas in Leontide, cui nomē ποτάμιον, id est, fluuii. Huius incolæ ποτάμιοι, quasi fluuiales dicuntur. Hi notari sunt, quod quam plurimos in suam ciuitatē adscriberent, quos ea non satis commode caperet. Arg; hinc prouerbii locus, quod cū fluuius esset, id est, locus non admodū amplius, mare videretur æmulari, cum omnes vñdecunq; in sese reciperet.

*Balbus balbum rectius intelligit.*

BALBUS balbū rectius intelligit, id est, Barbarus barbari orationem. Ita enim natura comparatum est, ut qui balbutit, hoc est, parum expedite loquitur, melius intelligat sermonem illius, qui & ipse consimili modo balbutiat, quam qui integr. & articulate loquatur. Concinne dicitur in eos quibus indoctis indocta magis & nota sunt, & placent. D. Hieronymus hoc adagio cuiusdam stultitiam tangit. Et idcirco, inquit, se

eruditum putat, quia Iouinianū solus intelligit. Est quippe prouerbium, Balbū melius balbi verba cognosceie. Hęc ille. Porro Iouiniani stylum, ut portentuosum & vehemēter obscurum, in præfatione librorum, quibus illius coarguit errores.

*Herbam dare.*

HERBAM dare, pro eo quod est, victorem agnoscere, ac se victum fateri, passim obuium est apud doctos. Inde sumptū, quod ut est auctor Festus Pompeius, id erat pastoralis vitæ indicium, propterea quod antiquitus cursu, ut alio quopiā certamine superati, herbam ex eodem statim loco decerpam, aduersario porrigebāt, victoriæ agnitæ symbolum. Plinius libro 22. cap. 4. loquens de corona obsidionali graminea: Dabatur, inquit, viridi è gramine, decerpto inde, vbi obsessos seruasset aliquis. Namque summum apud antiquos signum victoriæ erat, herbam porrigere victos, hoc est, terra & altrice humo, & humatione etiam cedere. Quem morem, inquit, etiam nunc dura re apud Germanos scio. Idem lib. 8. cap. 5. de elephante: Mirus nanq; pudor est, victus que vocem fugit victoris, terram ac verbenas porrigit. Festinus autem erit adagiū, si ad litterariam victoriam transferatur.

*Ut canis è Nilo.*

QUI leuiter ac velut obiter artem quampiā, aut auctorem degustant, hi ceu canis è Nilo degustare dicuntur. Id adagii natum est ex apophthegmate quodam, cuius meminit Macrobius Saturnalium libro secundo: Id est huiusmodi: Post fugam Mutinensem, querentibus quid ageret Antonius, quidā familiaris eius respondit: Quod canis in Aegypto, bibit & fugit. Nam in illis regionibus constat canes raptu Crocodilorum exterritos, bibere & fugere. Solinus ait, eos non nisi currentes lambitare, ac depitchandantur.

*Hastam abijcere.*

HASTAM abijcere, dixit M. Tullius in oratione pro Murena, pro eo quod est, causæ diffidere & contentiorem relinquere: Trāstatum à militia. Desperat enim quisquis arma in bello abijcit: & aut fugam spectat, aut mortem ex spectat. Græci simplici vocabulo

bulo *ῥιψιδος* vocant timidos & in bello fugitivos, nimirum ab elipei tactu. Id cognominis Demosthenes in prælio quodā euerit: tam ignauus in bello, quam in cōtionibus inuictus, Cleonymus apud Aristophanem in *Fucis*, *ῥιψιδος* appellatur. Platon libro de legibus duodecimo declarat *ῥιψιδος* nomen multo probrosissimum esse.

*Arena cedere.*

**CONFINE** est huic: Arena cedere, pro desistere à certamine, & victoriam vltro concedere. Translatum à pugna gladiatoria. Sic & Horatius:

Iam Scythæ lxxo meditantur arcu  
Cedere campis.

*In arenam descendere.*

**IN** arenam descendere pro eo quod est, certamen inire. A gladiatoria item arena trāsatum, de qua Flaccus:

Ne populū extrema totiens exoret arena.  
Quæ si ad rem animi transferantur, metaphoram habebunt prouerbialem. In exemplis referendis, quoniā pallim obuia iunt, non arbitrari sumus, vel immorandum nobis, vel remorandum lectorem. Meam arenam dixit Plinius in epistolis, pro mea functione. Ita enim scribit Fabato, Itaque Betico Prisco, quantum plurimū potuerit præstabo, præsertim in arena mea, hoc est apud centumuiros.

*Austrum perculi.*

**AUSTRUM** perculi, id est, Operam lusi: est apud Plautum in Epidico. Aer enim verberans ictum, cedens eludit. Sumptum videri potest vel ab his, qui exercentur ad artem gladiatoriam, ensem per aera ventilantes. Vel ab historia, cuius meminit Aulus Gellius de gente quadam, quæ cum hoc vento bellum gessit.

*Ne vmbra quidem eius nouis.*

**SIMILIMUM** est huic illud, quod usurpat Marcus Tullius in epistola ad Atticum libro octauo: O hominem amentem & miserum, qui ne vmbra quidem *ῥη καλῶ* viderit. Plutarchus *πρὸ πολυφιλίας*: Menandriū citat, qui beatum dixit eum, qui vel *σκιά*

*φίλα*, id est, amici vmbra habeat. Et apud Athenæum, parasitus quispiam, panes rancidos & atros in conuiuium illatos, *ἄερωσως* appellauit: quasi manes panium, non panes. Quanquam adagium magis videtur ductum ab antiqua pictura, quæ *ῥέδυντα* vmbris ruditer repræsentabat. Et nota est specus Platonica, in qua qui desident, rerum vmbis oblectantur.

*Prima facie, Prima fronte notus.*

**SAPIUNT** & hæc quoque prouerbiū, maxime cum ad res incorporeas referuntur: Prima facie, prima fronte, pro eo quod est, primo obtutu, & priusquam pressus ac diligentius consideres. Fallit enim plerunq; primus ille aspectus, neq; raro caligant oculi pudore quodam. Deinde iterum atq; iterum contemplati perspicimus quædā, quæ nos antea fefellerant, & primum illud oculorum iudicium quasi recantamus. Huius adagii frequens est vsus apud scriptores Latinos, nominatim apud Quintilianum lib. 12. Papiinianus lib. 12. tit. de Conditione sine causa, Celsare conditio prima facie videtur. Item lib. 16. tit. ad Senatuseon. Velleianum, Cum prima facie quidem alienū, re vera autem suam obligationē suscipiat, & aliis item aliquot locis. Celsus lib. 22. tit. de Probationibus, capite quingenta: Prima fronte æquius videtur, vt petitor probet quod intendit &c.

*Intus & in cute.*

**INTUS** & in cute notus, est modis omnibus cognitus: perinde quasi dicas, foris atque intus notus. Persius:

Ad populum phaleras, ego te iurus & in cute noui.

Id est aliis fucum facito, mihi plane notus es, neque potes imposturam facere. Et summam cutem primam illam rei quæ in frontem, ac speciem vocamus. Aufonius in præfatione in periocha Homeri: Hæc eius species apparet, summam cutem primi operis intuenti. Et Horatius:

Introrsum turpis: speciosus pelle decoratus.

*A limine salutare.*

**HVIC** pœnæ diuersum est: A limine salutare. Plurimum venustatis optinebit & hoc, si ad

si ad res incorporeas deflectatur. Veluti si quis dicatur theologiam à limine duntaxat salutasse: qui videlicet neque valde diuturnam, neque præcipuam operam impenderit, sed rudimenta modo degustarit. Seneca epistola quadragésima nona: Nec ego neq̄o prospicienda ista sed prospicienda tantum & à limine salutanda. Agit de dialecticorum argutiis, quas abunde satis existimat leuiter attingisse Translatum à vulgaribus istis amicis, qui non admittuntur in penetralia, sed procul atque à limine salutant, ac deinde discedunt.

*Primoribus labiis degustare.*

**PRIMORIBVS** labiis degustare, est breuiter quippiam attingere. Ductum ab iis, qui ei bumd aut potum tenuiter degustant, nihil inde in stomachum transmittentes. Cicerone pro Cælio: Equidem multos & vidi in hac ciuitate, & audiui, non modo qui primoribus labiis degustassent genus hoc vitæ. Idem de natura deorum lib. 2. Is cum dixit fore sempiternum, hunc censens primis, vt dicitur, labiis degustasse physiologiam? id est, naturæ rationem. Quintilianus libro duodecimo. Sed hoc transeo, de quo neminem qui litteras vel primis, vt aiunt, labiis degustarit, dubitaturū puto. Procopius sophista in epistola quadam, πάλιν δὲ ταύτου ἐμφομόμην, εἰ τοσούτη γύσασα πρᾶγματος ἄκρω δακτύλῳ φασι, εἰτα τὴν ἡδὴν ἀφωρεσεται, id est, Rursum in hanc stomachabar, si cum tantam rem summo, vt aiunt, digito degustandam præbuisset, deinde voluptate spoliaret. Quibus in verbis illud noue dictum, quod digito gustum tribuit, nisi hoc fenest, qui leuiter degustant, eos rem degustandam, summo digito ad mouere linguæ.

*Summis labiis.*

**SUMMIS** labiis Græci paullo diuersius vsurpant, nempe cum quis verbis duntaxat simulat quippiam, non autem ex animo facit. Lucianus in apologia, καὶ ἀπ' ἄκρων χείλων φιλοσοφῶν, id est, Ac summis labiis philosophum agens. Item in Dialogis amatoribus. ἐπ' ἄκρων χείλων τὸς ὄρεσις ἔχουσι, id est, Summis in labiis iusiurandum habentibus. De amatoribus loquitur, qui venereum iurant iusiurandum, non ex animo. Seneca lib. 1. c. 10. Non à summis labiis ista vene-

runt, habent hæ voces fundamentum. Ad eundem nodum diuus Hieronymus in epistola ad Rntticum monachum, Vt non leui, inquit, citatoque sermone, & vt ita loquar, summis labiis hospites iuitemus.

*Extremis digitis attingere.*

**EXTREMIS** germanum est: Extremis attingere digitis, pro eo quod est leuiter attingere, quod modo ita demum adagium videbitur, si metaphora accesserit. M. Tull. in eo loco, quem modo citauimus: Equidē multos & vidi in hac ciuitate, & audiui, nō modo qui primoribus labiis gustassent genus hoc vitæ & extremis, vt dicitur digitis attingissent, sed qui totam adolescentiam voluptatibus dedissent, emeruisse aliquando, & se ad frugem bonam, vt dicitur, receperunt. Græci sic efferunt, τῷ ἄκρω ἀψαδῶ δακτύλῳ, id est, Summo contingere digito. Ita Basilus in epistolis: οἷδα καὶ αὐτὸς, εἰ καὶ ἄκρω δακτύλῳ τὰ γλυκῦτά τε μέλιτος τὴν πρῆξιν ἐκ κλισίας ἀπικασάμικε πείρασι, id est, Noni & ipse, tamen summo digito, mel dulcissimum vestratie ecclesie gustauimus anno superiore. Translatum videri potest à fluctantibus. Nam Græci vocant ἀκροχεῖρῆσαι, colluctari cum quopiam citra reliqui corporis congressum, sed summis duntaxat digitis. Lucianus in Demonaclis vita, Οὐδὲ κατὰ τὴν παροιμίαν, ἄκρω τῷ δακτύλῳ ἀψάμιοι, id est, Neq; summis, vt aiunt, digitis attigerat. Euripides hyperbolen citra metaphoram vsurpauit in Iphigenia Aulidensi:

Οὐχ' ἄψεται τῆς ἐπιταχῆς ἀγαμέμνων ἄναξ,  
Οὐδ' εἰς ἄκρω χεῖρα.

Haud filiam contingeret Agamemnon tuâ,  
Non vel manu primore.

*Dimidium plus tota.*

**ΔΙΜΙΔΙΟΝ** μισοῦ παντός, id est, Dimidium plus toto, ænigma prouerbiale, quo commendatur aurea mediocritas. Refertur & exponitur à Platone lib. De legibus 3. ἄρα καὶ ἡρόδοτος, τὸν ἡρόδοτον ἐρεῖται καὶ λέγοντα, ὡς ἡμισυ τὸ πάντος πολλῶν ἐστὶ πλεον. ὁπότε αὐτὸ τὸ μὲν ὅλον λαμβάνειν, ζημιῶδες, τὸ δὲ ἡμισυ μέρη, τότε τὸ μέτρητον ἀμέτρητον ἡρῆσται. τὸ ἀμεινον ἢ χείρονος, id est, Nōne quod ignorauerint Hesiodum rectissime dicentem, dimidium sæpenumero plus esse, quàm totum: videlicet cum totum accipere noxiū fuerit, dimidium autem moderatum, ibi immo-

immoderati immoderato plus esse duxit, utpote quod sit deteriore melius. Ad eundem modum enarrat Hesiodi interpretres: nimirum in toto significatum esse πῶς πλιονεξίω, in dimidio πῶς ἰσότητι. Si quidem qui dimidio contentus est, is in modio consistit: contra, qui quis ad totum usque progreditur, is mediocritatem prætergressus, ad extremum perueniat oportet. Meminit eiusdem adagii & lib. de Rep. 5. Rursus lib. De legibus 6. declarans in ciuitate præcipuum esse, ut eximiiis viris committantur magistratus. *Ἀρχὴ γὰρ λέγεται μὴ ἡμῶν παντὶς ἐν τῷσ' πατριμίας ἔργῳ, καὶ τότε καλῶς ἰσθῆκεται πάντες ἐγκωμιάζομεν ἐκάστοτε. τόδ' ἔστι ὡς ἔμοι φαίνεται πλείονη τὸ ἡμῶν, id est, principium enim, totius negotii dimidium dicitur in prouerbiiis, ac bene coepisse ab omnibus vicijs laudi datur. Cetorum hoc mihi sane plus quàm dimidium videtur. Plato adludit ad vocis amphibologiam, nam ἀρχὴ Græcis & principium rei, & magistratus sonat. Pittacus apud Laertium vbi se sponte abdicasset magistratu, agri sibi à Mitylenæis relicti dimidium rescuit, auctore Sosicrate, dicens, dimidium præstabilius esse toto. Idem pecuniam à Cræso missam recusauit, respondens, sibi dimidio plus esse quàm veller. Carme extat apud Hesiodum lib. 1. operis, cui titulus ἔργα καὶ ἡμέρα. Scribit enim ad fratrem Persam in hunc modum:*

Ἦδη μὲν γὰρ κλήρον ἰδοῦσα μὲν, ἄλλα τι  
πολλὰ  
Ἀπειρῶν ἐχθερὰ μέγα κνυδαῖαν βασιλῆα  
Δικροφάγῳ, οἱ τῆσ' ἐδίκην ἐβέλχετι δικέσαι,  
Νηπιῶν, ἡσ' ἴσασιν, ὄρεα πλείον ἡμῶν παντὶς,  
Οὐδ' ὄσον ἐμκαλῆχ' τε καὶ ἀσφοδ' ἔλω μὲν  
ὄναρε.

Quos versus utcumque vertimus ad hunc modum:

Lamque patris nobis erat herciscunda facultas,  
At tu vltra sortē rapiebas plurima, reges  
Doniuoros tibi concilians, qui soluere litem hanc  
Affectant. verum stulti nescire videntur  
Dimidium quam sit toto præstantius, & quam

Magna sit utilitas malæ, asphodelique videntis,

Quid autem sit asphodelus, videtur olim parum inter eruditos constitisse. Quandoquidem Gellius lib. 18. hanc quaestionem

in studiosorum conuiujs propositam fuisse prædicat tanquam de re paucis cognita. Theodorus alicubi vertit alibuncum. Quod autem ad huius adagii pertinet enarrationem, ex multis Luciani locis colligere licet, asphodelum herbam esse plebeiam ac vilem: atque hac victitare manes, apud quos nullus luxus, nulla sit ambitio. Quinetiam apud Theocritum Idyllio septimo, asphodelus inter rusticanas herbas commemoratur.

Κρίσκει τ' ἀσφοδ' ἔλω τε πολυγάμπτω τε σελίω.

Proinde Poeta, regum ac locupletium immoderatos luxus taxat, illorum fastibus, popularium mediocritatem anteponens. Plutarchus item in conuiuio septem sapientum, locum hunc Hesiodium putat ad frugalitatis admonitionem esse referendum. Suidas ex euentu natam parcemiam existimat, huiusmodi quandam adferens fabulam. Duo fratres erant, quorum alter moriens, fratri testamento mandauit, & filii quem pupillum relinquebat tutelam, & facultatem illius procurationem. At is cum esset eiusmodi, cuiusmodi vulgo sunt homines: nimirum ut plus apud eum valeret iudicium, quàm pietas: pueri res occupare conatur, idque dum molitur, etiam sua perdidit. Deinde postulanti, ut sui ratio haberetur, quo posset in locum meliorem restitui, responsum est ad hunc modum:

Νῆπιος δὲκ ἐθέσιν ὄσω πλείον ἡμῶν παντὶς. ἰ.  
Dimidiū, quàm sit toto præstantius, istud  
Haud nouit stultus

Suidas citat ex Marino quodam: γέρονε δὲ ἢ ἀρχὴν, ἢ καὶ ἀρχὴν μόνον, ἢ δὲ κατὰ τὴν ταπεινότητα, ἡμῶν τῶν παντὶς, αὐτὸ δὲ ὅλον τὸ πᾶν, id est, Contigit autem nobis principatus, non principatus tantum, neque (iuxta prouerbium) dimidium totius, sed ipsum totum vniuersum. Regum igitur est, dimidium totius, totum auferre, tyrannicum. Itaque prouerbium trifariam licebit usurpare: primum cum mediocritatem illam vere auream esse temus, citra quam nihil est in rebus humanis, nec honestum, nec iucundum, nec laudatum: mediocritatem autem opportunitate metimur, quemadmodum Hesiodum imitatus ait Pindarus:

Ἐπιταίει δ' ἐν ἐκάστῳ μέτρον, νοῦσαι δὲ καιρῶν  
ἄριστος, id est,

Adest vnicuique rei modus, ad eum cognoscendum



scendum optima oportunitas. Etenim pro loco quod alias nimium est, alias erit parū. Idem in Nemeis hymno vltimo :

Κέρων δὲ χερὶ μέτρον θεοδύμει,  
 Απεροίταν δ' ἐρώται ὄβριττοι μακίαι. id est,  
 In lucris autem oportet modum festari,  
 Nam immensarum rerum cupiditates vehementiores habent in sanias. Altera vendi ratio fuerit, cum æqualitatem antefereamus, quam Pythagoras dixit amicitiæ tum parentem, tum altricem : contra in æqualitatem, discordiarum bellorumq; matrem, id quod eleganter extulit Euripides in Phemissis :

Καὶ το κάλλιον τέκνον,  
 Ἰσότῃ τε τιμῶν, ἢ φίλος αἰεὶ φίλοις  
 Ἰσόλοις τε πόλεσι, ξυμμάχους τε ξυμμαχοῖς  
 Σωθεῖ. τὸ γὰρ ἴσον, ἰσόμενον ἀνθρώποις ἴφν.  
 Τῷ πλείοσι δ' αἰεὶ πολέμιον καθίσταται  
 Τόλασσον, ἐχθρῶσι δ' ἡμῶν καταρχεται.  
 Καὶ γὰρ μέτρον ἀνθρώποισι καὶ μίαν σαβῶν  
 Ἰσότης ἐταίρις, κατ' ἴσῃ δὴ δὴ ἴσῃ.  
 Νυκτὸς δ' ἄφην ἰσὸς φλέκων, ἰλίξ τε φῶς  
 Ἰσοβαδίξεν τὸν ἐνίκουσι κύνων,  
 Κῆδ' ἔτερον αὐτῶν φθόνον ἔχει νικῶμενον,  
 Ἴδ' ὁ ἄλλος μὲν, ἡ γὰρ ἐστὶν ἄλλος βροτῶν. id est,  
 Illud nate fuerit pulcherrimū,  
 Aequalitatem amplecti, amicos hæc enim  
 Glutinat amicis semper, vrbes vrbeibus,  
 Sociosq; sociis necitat, etenim æqualitas  
 Cumi legibus respondet atq; concinit.  
 At quod minus sit, cū hoc quod est plus,  
 prælium  
 Vsq; habet, & hinc discordiarū exordia.  
 Siquidem modos cunctorū, & æquilibria  
 Aequalitas mortalibus præcipit, &  
 Præhinit numeros, & atq; noctis, ac  
 Lucis diurnæ secuit hæc discrimina,  
 Vt annum æquis vicibus exigant simul  
 Orbē, nec altera alteri vnquam inuiderit  
 Superata, deinde noxq; solq; seruiunt  
 Mortalibus. & reliqua.

Tertia vendi ratio, si quando deterrebimus ab inferenda iniuria, suadebimusq; factus esse, iuxta Platonis sententiam iniuriā in sese admittre, quam in ferre alteri. Nā id sibi velle prouerbium hoc demonstrat Plutarchus in commentario De audiendis poetis. Huc pertinet quod de Dario refert Plutarchus. Cum enim Præfectos prouinciarum ad sese accessitos percontatus esset, num graua essent tributa atque illi respondissent, esse mediocria, iussit de singulis di-

midium pendere, iudicans esse satius dimidium accipere cum beneuolentia prouincialium, quam totum odio suorum. Nostra sententia non semper aspernandum illud comici Syri consilium: Potiusquam venias in periculum, serues ne an perdas totū, dimidium, siue vt legūt alii, diuiduum face.

#### Serpentis oculus.

Ὄφιος ὁ φθαλμὸς, id est, Serpentis oculus. De his dici consuevit, qui acribus & intentis intuerentur oculis. Ab animante sumpta metaphora. Sunt enim huic animi oculi dutiores ac perspicaces. Vnde Flaccus :  
 Cur in amicorū vitiis tam cernis acutū,  
 Quam aut aquila, aut serpens Epidaurius?

#### Ne moues lineam.

Μὴ κίνη γραμμὴν, id est, Ne moue lineam. Pindaricorum hymnorum enarrator exponēs cum locū Ὅτι δ' ἰδίῃς λίβυς ἀρμόζων κίνησιν ἄνδρα, ποτὶ γραμμὴν μὲν αὐτῶν ἔσσει, Loquitur autem de Antæo, qui iuuenibus desponsam filiam extrema statuerit linea, vt qui primus ad eam cursu peruenisset, in vxorem abduceret domum. Recēter huiusmodi prouerbium : Μὴ κίνη γραμμὴν, id est, Ne moueris lineam. Idq; ue translatum existimat à more veterum, qui metam ducta linea signabant, in qua præmium propositū erat, quod auferrer victor. Ducebatur autē & altera linea pro cæceribus, quemadmodū alibi diximus : vnde cursus erat in initū. Igitur vtraque linea prouerbii ministravit occasionem ἅπ' ἡ γραμμῆς, id est, ab ipso initio, & Μὴ κίνη γραμμὴν, id est, Ne moueas metam. Significata autem non esse mutandas leges, neq; prætereundos fines rerum præscriptos. Huc peculiariter pertinet Theocriticum illud ἐν βυκολικῶν :  
 Καὶ τὸν ἀπὸ γραμμῆς κίνη ἴδιον. id est,  
 Atque ἐν lineola lapidem mouet.  
 Adludit ad sumē Galatææ, saxum aliquod ab extrema ripa secum auferens. Est & sacra linea in tessellarum lusu, de qua dictum est alias.

#### Eandem tundere incudem.

EANDEM incudem assidue tundere, est indefatigabili assiduitate in operis alicuius studio perseverare. Metaphora ducta à fabris, crebris ictibus incudem ferientibus : atque ita tandem aliquando ferri rigorem perpetuo

tuolabore vinceturibus. Marcus Tullius libro De oratore secundo: Ego autem si quæ nunc plane eadem institui ad dicendum velim, iis potius tradâ assiduis, vno opere eandem incudem, die noctuque tundentibus. Conuenit in grammaticas ac litteratores, quibus sine fine eadem sunt inculcanda pueris, vt hæreant aliquando.

*Cicada vocalior.*

Τίτιος δὲ φωνότερος, id est, Cicada vocalior. Dicebatur in hominem impendio garrulū aut admodum musicum, propterea quod hoc insectum rore duntaxat viuens: cantu potissimum delectatur. Et quosdam ita musicæ deditos, vt neglecto cibo perituri fuerint inedia, in cicadas à diis mutatas, narrat apud Platonem Sociates in Phædro. Et Theocritus in Daphnide:

Τίτιος ἔπει τῆν φέρετος ἄδεις. id est, Quippe canis melius quacunque cicada.

Apud Diogenem Laertium refertur Timothei carmen in Platonis eloquentiam,

Τῶν πέντων δ' ἡγάτο πλατύσατος, ἀλλ' ἀροετῆς

Ἡδύπης τίτιον ἰσογυφῶς οὐδ' ἐκαθύμης

Διείδρα ἐφελζόμενοι ὅπα λειρόσσαν ἰῆσι. i. Cunctos antecibat latissimus ille, suauis

Orator, cuius non cedunt scripta cicadis.

Quæ super arboribus resident lucis in opacis,

Ac mittunt vocem modulato gutture amœnam.

Est autem adlusio, quam Latinus interpretis non potest reddere, in πλατύσας ad Platonē,

& in ἐκαθύμης ad illius Academiæ. Adlusum item ad carmen Homeri Iliados γ. de senibus, qui ὅπα λειρόσσαν ἰῆσι, i. Vocem foridam emittunt. Apud Athenzum lib.

6. parasitus quispiam seipsum depingens, λέλειπ, inquit, τίτις, id est, garrulitate cicada sum. Et apud eundem libro vndecimo,

Theopompus τίτις κλαδῆι, id est, Cicada stridet, quod tamen illic videtur boni omnis causa dici.

*Αντιπλερεῖν.*

Αντιπλερεῖν apud Græcos est mutua officii vicem rependere, maxime nutricia, fouendi que eos, à quibus aliquando fueris enutritus, aut institutus: vt si liberi parente ætate seflos vicissim alant fouent que: aut si discipulus præceptorem inuicem erudiat. A ciconiæ natura sumptū, quæ Græ-

ce prelaryus dicitur. Ea inter aues vna pietatis symbolum obtinet. Extat autem lex pietatis roagistra, quæ edicit, vt liberi parentes alant, aut vinciantur. Ad id respexisse videtur Homerus Iliados Δ cum ait:

Οὐδὲ τοκῆσι.

Θεῖα τὰ εἶλος ἀπίδαι, μινωβάσιος δὲ οἱ αἰών. id est,

Nec nutricandi officium genitoribus vnquam

Perfoluit charis, breue ac illi contigit æuum.

Eodem adlusit Euripides in Oreste:

Κὼ μὴ τίσι γ' ἀπὲρ τῆ τιθουκῆ τροφῆς. id est,

Atqui rependet mortuæ altæ vicem.

Hanc itaque legem, quam plerique etiam mortales negligunt, sola ciconia inter omnia animantium genera exprimit. Siquidem reliqua tantisper amant, agnoscunt que parentes, dum egent illorum ad nutritionem opera: Vna ciconia parentes senes desectos, vicissim alit, & volandi impotentes humeris gestat. Quorum posterius laudatur in Aenea, cui inde Pri cognomen:

alterū miris laudibus feitur in puella, quæ matrem captiuam complures dies suis vberibus aluit. Hanc ob causam, vt auctor est Suidas, antiquitus in regum summo scripto ciconiæ figura ponebatur, in imo hipopotamæ: vt ipso gestamine admonerentur, pietatem plurimū facere oportere, violentia cohibere. Nam hipopotamus animal efferum est ac violentum: atque adeo impium, quippe quod interfecto patre matrem inuit, teste Plutarcho in commentario,

cui titulus: Vera animantia sint prudentiora, terrestria, an aquatilia. Laborât infamia impietatis & viperæ, quod perfracta matris aluo nascantur. Item scorpiones & aranei, qui post incubatus officium à suis scetibus interimuntur. Testis Arist lib. De natura animal. 5. De ciconiarum pietate Plin, lib.

10. cap. 23 testatur his verbis, Ciconiæ nidos eosdem reperunt. Genitricum senectâ inuicem educant. Quin & diuus Basilius ciconiarū nobis pietatis erga parentes exemplum proponit. Eodem adlusit Crates Cynicus scribens Hipparchiæ vxori de filio nato, cum pollicetur sibi curæ futurum, vt illum matri ciconiæ pro cane remittat in senectâ. Canes enim vocantur Cynicæ sectæ philosophi. Significat igitur puerum fore pium, qui parætem iam decrepitam mutuo

foueat.

foveat. De ciconiarum pietate meminit & Aristophanes in Avibus :

Αλλ' ἐστὶν ἡμῖν τοῖσι ὄρησιν νόμος  
 Φαλακός ἐν τοῖς τῶν πελαργῶν κύβητιν.  
 Ἐπὶν ὁ πατὴρ ὁ πελαργὸς ἐκπιτυσίμους  
 Γάντας ποίσκει τῶν πελαργίδ' εἰς τρέφων,  
 Διὶ τῶν νοτιῶν τὸν πατέρα πόλιν τρέφων. i.  
 Nobis quidem auibus peruectusta lex vi-

get,  
 Ciconiarum inscripta tabulis, ut simul  
 Ciconia parens educauerit suos  
 Ciconiadas, & iam volucres euaserint,

Pulli vicissim nutrant patrem suum.  
 Utitur eodem Plato in Alcibiade primo.  
 Sed nemo profecto venustius, nemo felicius, quam Angelus Politianus in quodam epigrammate,

Κῆτι γέ θυμῶ

Εἰ γένοι τῶ γεαυῶ ἀντιπελαργίωμεν. id est,  
 Si nos Latini olim Græcorum litteris educati, nunc Græciam velut animum atque effectum, vicissim suas doceamus litteras. Porro huiusmodi officium, quod liberi vicissim in parentes collocant, Græci unico verbo dicunt, *γρεβοσκῶν*, seu *γρεστροφῶν* & *γρεκομῶν*, Extat in hanc sententiam huiusmodi senarius :

Ἰνακῶς βιῶταις γρεβοσκῶν τῶς γονεῖς. id est,  
 Viuax eris, senes parentes conseruens.

*In quadrum redigere.*

**IN** quadrum redigere dixit M. Tullius in de claris oratoribus, pro eo, quod est, in ordinem aptamq; structuram cōcinnare. Sūptum ab iis, qui arbores aut lapides mathematicis gnomonibus exæquāt, ut vnde quod congruat inter sese: proinde quod conuenit, quadrare dicimus. Vergilius Georgicon libro tertio :

Indulge ordinibus, nec secius omnis in vnguem

Arboribus positus, secto via limite quadret.

*De fece haurire.*

**M. TULLIUS** in catalogo illustrium oratorum, figuramirum ni prouerbiali dixit: De fece haurire, 'pro eo quod est, sordida quæpiã ac plebeia, nimisq; humilia persequi. Vsurpat hoc prouerbiolum Atticus eo quo diximus libro in Ciceronem, qui tempus tereret in commemorandis oratoribus quibusdam obscuris, ac nullius pæne nominis. **Mutuo sumptum à sordidis istis, qui vinū**

vna cum ipsa fece hauriunt, ne quid omnino reliquum faciant in dolio, vnde & plebis infimam fecem dicimus.

*In laqueum inducere.*

**IN** laqueum inducere, & In casses inducere, est arte sic concludere quempiam, ut iã nullum sit effugium. Qui mos fuit Socrati Platónico, suis illis rogatiunculis eo depellere Sophistas, ut negarent, quæ prius affirmauerant: quæ negauerant, affirmarent: denique nihil non dicerent. Quintilianus libro Institutionum quinto: Turbantur enim, & à patronis diuersæ partis in laqueum inducuntur. Græci qui iam capti teneantur, *ἐμπεχῆς* vocant. Ouidius :

Decidit in casses præda petita meos.

Euripides in Hippolyto coronato:

Κερασις ἐν βροχοῖς ἠερημένῃ. id est,  
 Penfibus irretita cassibus.

Ibidem paullo post :

Ἀῦσαι τ' ἀνασσαι ἐξ ἐπασιῶν βροχῶν. i.  
 Heram è tenacibus expeditre cassibus.

*Bœotica sus.*

**H' βωιωτία ῦς**, id est, Bœotica sus. Verustissimum adagium, olim in stolidum & indoctum hominem iaci solitum, vsurpatur à Pindaro in Olympiacis :

Ἐπεὶ ἀρχαῖον οἰκεδὸς ἄλα-

εἶσι λόγοις φθύγοιεν βωιωτία ῦν.

Admonet Aeneam Chorodidascalum, ita curet canendum hymnum, ut vetus illud probum veris rationibus liceat effugere, quod in amulos dici consueuerit, *βωιωτία ῦς*. Interpres originem prouerbii referat hunc modum. Qui prisca temporibus Bœotiam regionem incolebant, *βωιωτία* appellabatur, gens barbara & agrestis: proinde quidam deprauata voce, *πρωῦντας ῦς*, id est, sues appellabant. Idque scœmma cessit in prouerbiolum, ut primum in Bœotos diceretur: ab his in quosuis indoctos, incōditos, moribusq;ue rusticis homines torqueretur, *βωιωτία ῦς*. Interpres citat eundem Pindarum ex Dithyrambis :

Ἦν ἄτε σῆας τὸ βωιωτιῶν ἄνος ἔλιγον. id est,

Est cum Bœoticā gentem sues vocarent. Citat & ex Cratino: Ἀῦτοι δ' ἄσι συβωιωτικῶν πελοφόρον γένος ἀνδρῶν. id est, Isti sunt Sybeticum pedestre genus virorum, dictione ridicula composita ex sue & boue. In commētariis Græcorum inuenitur, *βωιωτίας ῦς*. i. Bœoticus

Bæoticus animus, pro stupido brutoque Plutarchus in commentario τῶν ἰσοφαιρικῶν indicat Atticos stupidi, bardii, insulsi, denique; & suis cognomen indidisse Bæoticis, potissimum ob edacitatem. Cui adstipulatur Athenæus libro decimo referens hoc versus ex Eubulo:

Ποῖόν μιν ἄμεις καὶ φαγαῖν μὲν ἀνδρῶσι,  
καὶ καρτεροῦσαι, τοῖς δ' ἄβουαις λίγειν  
καὶ μικρὰ φαγίμεν, τοῖς δὲ θυβωαὶ μέγα, id est,  
Sumus ad bibendum atque ad vorandum strenui,  
In his valemus. Athenienses dicere Prompti, edere pauca, multa Thebani solent.

In Græcis versibus apparet ποιεῖν scriptum pro πίνειν aut πίνει, & μὲν prius pro γὰρ & τοῖ pro οἱ. Idem Eubulus in Europa:  
Κτίζε βουαῖαι πόλιν  
ἀνδρῶν ἀριστῶν ἰδῖον δὲ ἡμέρας. id est,  
Vrbem paravit ille Bæoticis viris,  
Diem per omnem in gurgitare strenuis.  
Rursus ex Eubuli altera fabula:  
Ὅπῃ τῶ δ' ἔστι τῆς τῆς πρὸς βουαῖαι. i.  
Vsq; adeo mores obtinet Bæoticos.

Idem approbat multis multorum auctoꝝ testimoniis. Sunt autem inter se cognata vitia πολυφαγία, & stoliditas. Atque hinc Herculem Thebanum edacem faciunt, sed eundem à litteris alienissimum, adeo ut preceptorum suum trucidarit. Fuit autem & hic Bæoticus, nimirum Thebis natus. Rursus Plutarchus De dzemonio Socratis: Ἄνθρωπος τὸ κατὰ βουαῖαν ἀρχαῖος εἰς μισολογίαν διείδεν. id est, Refricare vetus illud aduersus Bæoticos de litterarum odio probrum. Quanquam ipse Plutarchus Bæoticus fuit, homo quiduis citius, quam stupidus. Denique quoniam constat vel ob Romanum imperium latissime propagatum, vel ob cōtericia negotiatorum, voces Germanicæ, Gallicæ, Britannicæque linguæ fuisse mixtas, suspicamur à Græcis ad nos dimanasse, quod hominem stupidum ac nullo mentis acuminis præditum vulgo dicimus: Bot, pro bæoto. proprium enim huic linguæ, voces quamuis multarum syllabarum iuvnam syllabam contrahere.

Cribo diuinare.

Κοτήνιο μαντῶν δειδῶναι, id est, Cribo diuinare, est coniectura sagaci rem deprehendere.

Aut stulte de rebus occultis diuinare. Lucianus in Pseudomante, κοτήνιο τὸ τῶ λογῶ μαντῶν δνομεῖσθαι, id est, Cribo, quod aiunt, vaticinans. Meminit & Theocritus in Idyllio tertio:

Ἐπεὶ καὶ ἀγορεύωτ' ἀλαβεία κοσηνῶ μαντις. i. Cribo vaticinans, verum mihi dixit A-græco.

Porro genus hoc diuinandi suspenso cribro, in hodiernum vsque tempus durat apud quosdam supersticiosos. Apud veteres vaticinia peragebantur, cribro, lauro, & tripode.

Hydrum secas.

Τῶ δρον τέμνεις, id est, Hydrum secas. Est apud Platonem libro De Repub. quarto, ἀγοῦντες, inquit, ὅ τι τῶ ὄντι ὡς ὑδραν τέμνεις, id est, Ignari se reuera tanquam hydrum secare. Est autem hydrum incidere, ita vnum aliquod incommodum tollere, vt in eius locum alia plura recipias. Adagium nam tum à fabula hydræ Lernææ, quam alii centum fuisse capitum aiunt, alii octo, è quibus vnum erat immortale. Cum hoc monstro multum diuque confictatus est Hercules, propterea quod vno reciso capite, plura renascuntur. Plutarch. in commentario De fortuna Alexandri, ὑδραν τέμνων ἀείτισι πολλοῖς ἀναβλαστάνουσαν, id est, Hydrum secans semper aliquibus bellis repullulante. De Alexandro loquitur, cui vno bello confecto, subiinde aliiud atque aliiud exoriebatur. Cyneas cognita Romanorum multitudine identidem post acceptam cladē copias instaurantium dixit, Pyrrhum sibi videri aduersus Lernæam hydrum pugnare. Hinc Horatius in Odis:

Non hydra secto corpore firmior  
Vinci dolentem creuit in Herculem.  
Accommodari poterit ad eos, qui litibus inuoluuntur nūquam finiendis. Lis enim item parit, & sæpenumero pro vna enecta tres subnascuntur. Seneca quodam in loco scribit, negotia sordida, quæ nos auocant à studio sapientiæ, abrupti posse explicari non posse, quod negotium ex negotio feratur, & occupationi occupatio, velut vnda succedat vndæ.

Ne ramenta quidem. Ne festuca quidem.

Ne ramenta quidem ditior, hyperbole pro-uerbialis,

uerbialis, cum alias aliquoties apud Plautum, tum in Rudentibus : Nunquam Hercle hinc hodie ramenta fies fortunatior, perinde quasi dicas stupa ditior, ita ut vulgo loquuntur. Simili figura dixit Aristophanes in *Lyfistrata* :

Λιπῶσα μὴδ' ἐν ἐθαδῶ, κινῶσα μὴδ' κέρφος. i. Nihil hic cum reliquerit, mouerit ne festucam quidem.

Idem in *Vespis* :

Τῆνος δ' ὄρα τὰς νυκτὸς ὄδ' πασάλην. id est, Noctu haud videt somni ne Pasalam qui deni.

Interpres ait *πασάλην* significare minutissimum quiddam. Quibusdam ea vox magnetem lapidem declarat. Subnectit eodem in loco consimilem figuram :

Ἢν δ' ἔνκατα μύσει κατ' ἄχνην. id est,

Quod si vel achuen flexerit somno caput, ἄχνη vero significat minutissimum ac leuissimum illud, quod est spicis excussis euolat. Quae uox uisus est & Homerum *Iliados* .

Ὡς δ' ἀνεμὸς ἄχνης φορέει ἱερὸς κατ' ἀλωᾶς. i.

Ut uento tenues sacra arca iactitat achnas. Hebraicarum periti litterarum affirmat illam quam uocem Hieronymus vertit puluerem, secutus septuaginta, qui transtulerunt *χουῶν*, idem Hebraeis sonare quod Graecis ἄχνη.

*Sacrum sine fumo.*

Ἀκαπῶ ἐνοσία, id est, Sacrificium absque fumo, de nimium tenui conuiuio, & in quibus nihil cocti obsonii apponitur. Translatum à pauperculorum sacris, molas, thusculū, lac, aut corollas offerentium, cum dii nide rem illum expectent, vna cum fumo subuolantem, iuxta Homerum. Lucianus in *Amoribus*, *Ἐχθρὸς μὲν ὁ δούμενος ἅ λικίτε, καὶ τὰς ἀκαπνοῖς ὡς φάσι τὰν θυσιῶν ἠΐστα τερπόμενθ'*, id est, Sane perquam edax deus est Luciane, quique sumi expertibus sacris haud quaquam gaudeat. In eum sensum uisus est & Athenæus, *ἀκαπνα γὰρ αἰεὶ αἰοῖσθ' ὀθόμεν*. id est, Nam poetæ semper sacra sine fumo sacrificamus.

*Non est cura Hippoclidis.*

Ὁν φροντὶς ἰπποκλείδῃ, id est, Non est Hippoclidis cura. Sicut ut carmen reddamus, Non curat Hippoclidis. Est enim versus

iambicus dimeter catalecticis. Hoc adagio significabant se quippiam negligere, neque magnoperelaborare. Natum autem est ex historia quam pluribus uerbis narrat Herodotus in *Eratone*. Ut autem in pauca conferamus, hic Hippoclidis erat Tisandri filius, qui cum multis aliis iuuenibus Clisthenis Sicyonii filiam ambebat. Verum cum Clisthenes procos toto anno probaret, & Hippoclidis in conuiuio indecorā quādam saltationem edidisset, sublati in altum pedibus, pater offensus inhonesto iuuenis lusu, ait, *ὦ παῖτις ἀνοδῶς ἀπορχήσασθαι μὲν τὸν γάμον*. id est, Fili Tisandri, à nuptiis tua saltatione excidisti. At ille protinus respondit, *Ὁν φροντὶς ἰπποκλείδῃ*, id est, Haud curat Hippoclidis. Ea uox, ut testatur Herodotus, in prouerbium abiit. Id dictum in ipsum retorquet Herodotum Scripsit, *Δοκῆ μοι καθεύπερ ἰπποκλείδης, ὁ τοῖς σκίλεσι χειρονομῶν ἐπὶ τῷ τράπεζῃς, εἰπεῖν ἂν ἐξορχήσμενος τῷ ἀληθείαν, ὅν φροντὶς ἰπποκλείδῃ*, id est, Videtur mihi velut Hippoclidis cruribus manuū uice in mensa gesticulans postquam à ueritate desultauit dicere, non est cura Hippoclidis. Lucianus in *apologia*, *Ἰκανὸν ἂν εἴη μοι τὸ, ὅν φροντὶς ἰπποκλείδῃ*, id est, Mihi suffecerit illud quod dicit, haud curat Hippoclidis. Idem in *Hercule*, *Καὶ ὅ ἰπποκλείδης ὅν φροντὶς*, id est, Neque laborabit Hippoclidis. Mentionem huius adagii facit & Eustathius in *Iliados* Homericæ primum librum scribens. Adfuit huc Aristophanes in *Vespis*, sepius repentes illud, *ὁ λίγον μοι μέλει*, i. Leuiter mihi cura est.

*Canis in praesepe.*

Ἡ κῶν ἐν τῷ φάτῃ, id est, Canis in praesepe. In eos dicitur, qui nec ipsi fruuntur re quam, neque reliquos item sinunt uti : ueluti si quis egregios codices inclusos diligenter adseruet, quos nec ipse vnquam euat, nec aliis euolendi faciat copiam. Quemadmodum canis in praesepe nec ipse uescitur hordeo, & equum uetat uesci. Lucianus aduersus indoctum, *ἀλλὰ τὸ τ' κινὸς παις, τ' ἐν τῷ φάτῃ κατακειμένος, ἢ ἔτι αὐτῆ τῶν κριδῶν ἰδίαι, ἔτι τῷ ἰππῷ δλωαμίῳ φάγῃ ἐπιτρέπει*, id est, Verum haud aliter facis, quam canis ille in stabulo cubans, qui cum ipse non edat hordeum, tamen haud

finit equum qui posset edere, id facere. Vtitur eodem in Timone. Citatur apud Suidam in proverbio, ἔστι πρὸς τὸν θῖονσον, sed tacito auctoris nomine, τῆ φέτη προσέγας τὸν κύνεα, καὶ πρὸς τὸν θῖονσον ἄγεις ἔδειν, id est, Ad præsepe ducis canem, nihil autem adducis ad Bacchum: hoc est, adfers quæ ad rem nihil attinent, ex his vero quæ pertinebant ad causam propositam nihil adfers. Simile quiddam refert Athenæus lib. 6. de gente quadam Galatarum, qui dicuntur Cordistæ: abominantur aurum, nec imporant in suam regionem, nihilo secius tamen alios non desinunt eo spoliare. Aiunt eam gentem esse reliquias Galatarum, qui sub duce Brëno spoliarunt oraculum Delphicum, quos infecutus Bathanatus dux, inclementer tractauit. Hinc auri odium, cuius gratia tantum passî malorum, quod tamen aliis inuidet.

*Captantes capti sumus.*

Ἀιχμῶντες ἡρήμεθα, id est, Captantes capti sumus. Cum res præpostere euenit, ut ipsi circumueniamur ab iis, quibus conebamur imponere. Id quod non raro solet usu venire, ut in eas incidamus pedicas, quas aliis struxeramus. Sæpe fit, ut qui simular amorem, quo puellam in amorem pelliciat, ipse vere incipiat amare. Et qui dat operam, ut inuitatiunculis alium concetur efficere temulentum, ipse reddatur ebrius: & qui finitimum moliat imperio depellere, ipse suum amittat imperium. Sic & Horatius:

Græcia capta serum victorem cepit.

Videtur eodem adluisse Plato, cum ita scribit in Theæteto, Δοκεῖ μοι ὡ Σώκρατες μάλιστ᾽ ἐλισκιδεῖν ὁ λόγος ἐλισκίμην, id est, Mihi videtur ὁ Socrates maxime capi ratio quæ captatur. Sophocles in Oedipo Coloneo,

Γινώδι δ' ὡς ἔχων ἔχη, καὶ ε' εἶλε θερῶνδ' ἢ τύχη. id est,

Scito quod tenens teneris, teque captantem, inuicem

Fortuna cepit. Plautus in Epidico, Iam cautor ipse captus est. Lucianus in meretriciis dialogis, Καὶ ἐλάωκα σκακοδόμων καὶ σωφελήμματα πρὸς αὐτῆς. id est, Er cepi miser, & similibus illa captus sum. Translatum autem à bello, aut piscatione, seu venato.

*In venatu perijt.*

Ἐκστίνυς dixit Lucianus in Toxaride, Αὐτίτε ἀλώλιτο ὑπὸ τῆς ἄγρας, i. Et ipsa venatu perijt, hoc est, dum adulescentem venatur, studetq; irretire, etiam ipsa sese perdidit. Quinetiam illa ipsa: Venari laudem, aucupari famam, proverbiales sunt metaphoræ, velut, Expiscari, pro sciscitari atque exquirere.

*In laqueos lupus.*

Εἰς πάγας ὁ λύκος, id est, In laqueos lupus. Cum improbus quispiam tandem in extremum adducitur discriminē. Etenim cum lupus animal sit insidiosissimum, applauditur ab omnibus, si quando contingat illi irretiri, ac protinus acclamant omnes, εἰς πάγας ὁ λύκος. Refertur à Zenodoto.

*Atroxa vulpes haud capitur laqueo.*

Γέρον ἀλώπηξ ἔχ ἀτίσκειται πύργῳ, i. Vulpes aenus laqueis capi haud vllis potest. Senarius proverbialis dicendus in eū, qui longa ætate multa; rerum experientia callidior est, quam ut arte dolisq; capi queat.

*Vulpes haud corrumpitur muneribus.*

Ἀλώπηξ δ' ὄρωσθεκῆται, id est, Vulpes nō corrumpitur muneribus. Suidas huius adagii Cratinum citat auctore. De callidis ac verisutis, quos haud facile fit obiecto munusculo, aut assentatiuncula, pollicitisve fallere Larus enim, & aliz quædam aues esca capiuntur, vulpes non item. Verbum autem ὄρωσθεκῆν, sumptum est à concionibus aut iudiciis, in quibus nonnulli pecunia corrumpi dicunt sententiam.

*Atticus in portum.*

Ἀττικὸς εἰς λιμένας, id est, Atticus in portum. In eos dicebatur, qui illic virtutem ostentare solent, vbi tutum est atq; vbi nihil opus. A nautis Atticus sumptum, qui portum ingressuri ostentandi sui gratia magnifice se se gerebant, in ipsa re, hoc est, in prælio nautali, non perinde strenui.

*Capra Scyria.*

Ἀἰξ σκηρία, id est, Capra Scyria. Zenodorus huius proverbiî Chrysippum citat, τὴν αὐξορεμ, tum interpretem. Conuenit in eos

qui beneficium maleficio corrumpunt, aut qui virtutes adiunctis vitiis contaminant atque obscurant, quive recte iustitiam non recte finiunt. Veluti capra Scyria, quod fera sit, mulctum quod lacte impleuerat, ipsa rursus euertit, atque hoc modo beneficium quod dederat, eadem perdidit. Alii putant dici in eos vnde plurimum emolumentum capitur, propterea quod eius regionis caprae maximam lactis vim reddere dicantur. Id quod affirmat & Athenæus Dipnosophistarum lib. 1. citans hoc Pindari carmen:

Σκύριος δ' ἐστὶ μέλιτι γάλακτι αἷνε ἰσοχάκτοιο. id est,

Scyriæ vero ad emulgendum lac caprae præstantissimæ.

*Suspensio deligenda arbor.*

**I**n re vehementer indigna, neque villo pacto toleranda, veteres arborem suspendio diligendam esse dicebant. Inde natum, quod olim in Theophrastum philosophum præcipuum meretricula quædam nomine Leótium ausa sit scribere. Plinius Secundus in præfatione Historiarum naturæ: Cui vero nefciani aduersus Theophrastum, hominē in eloquentia tantum, vt nomen diuinum inde iuenerit, scripsisse etiam sceminā, & prouerbiū inde natum, suspendio arborē eligendam. Hactenus Plinius. Finitimum huic est illud apud Euripidē in Alceſtide:

Ἄξια καὶ σφαγῆς τὰ δὲ  
Καὶ πλῖον, ἢ βροχία δέξαι  
Οὐρανίω πιλῆσαι. id est,

Heus ista cæde digna sunt,  
Vel potius, vt laqueo quam  
Præfocet aliquis pendulo.

Plautus in Curculione, Mea præda illa est, Proin tu te in laqueum duas. Iuuenalis: Ferre potas dominam saluis tot restibus vllam.

Et apud Plautū, qui vitæ rædio tenebatur, optat nummum quo restim emat. Nec. n. fontes sibi deligunt arbore, sed aguntur in crucem. Ceterū qui cogitant de consciscenda nec, solent alii aliud suspēdi genus eligere, vt appareat illos hoc agere non impotentia mētis, sed certo destinatoq; cōsilio.

*Minerva selem.*

Ἀθηναῖοι τὸ ἀλλοθεν, i. Mineræ selem. subaudiendum, comparas. Cum multo inferiora cū præstantioribus comparantur, quod leuicū

la quapiam in re conueniant. Quid. n. habet Mineræ dea cum selem cōmune, præter glaucoriam oculorum? Nam is oculorū color Mineræ tribuitur, qui & noctuis adest & felibus. Vnde apud Homerum etiā epitheton, γλαυκῶπις ἐστίν. Est & hoc felibus cōmune cum noctuis, quod & noctu cernitur, & pariter insidiantur muribus. Refertur apud Zenodotum & Suidam. Etymologus indicat discrimen orthographiæ, quo ἄλλοθεν pro gente, est enim Scythiæ à paludibus dicta, scribitur per α. pro animante, per dipthongum, ἄλλοθεν, quasi dicat, Terquicaudam, aut Trahicaudam, quod tamen apud auctores negligitur.

*Animam debet.*

Τὴν ψυχὴν δεῖ εἶλεσθαι, id est, Animam debet. Donatus prouerbiū esse admonet, de eo qui inmodico ære alieno teneatur, vt plus quàm omnes facultates debeat, ac deniq; seipsum debeat. Terentius in Phormione, Quid si animam debet. Erat enim antiquitus lex, vt qui soluendo nō esset, is nexus addiceretur creditori, luitur corpore, id est, operatur quod ære non posset. Extat apud Gellium lex duodecim tabularum, quæ iubebat dissecari corpus eius, qui multis creditoribus deberet, nec esset soluendæ rei.

*Summum ius, summa iniuria.*

**S**ΥΜΜΥΜ ΙΟΥΣ, summa iniuria, hoc est, Tm maxime disceditur ab æquitate, cum maxime superstitione hæretur legum litteris. Id enim summum ius appellant, cū de verbis iuris contenditur, neq; spectatur quid senserit is qui scripsit. Nā voces ac litteræ, quasi legum summa cutis est. Eam ineptiā quorundam superstitionosorū iuris interpretum, copiose simul & eleganter illud M. Tull. in actione pro Mucena. Terentius, Verum illud Chreme dicūt, ius summum, sepe summa malitia est. M. Tul. Officio lib. 1. Ex quo illud, summum ius, summa iniuria, factum est iam tritum sermone prouerbiū. Columella 1. rei rusticæ lib. Nec sane est vindicandum nobis, quidquid licet. Nā summum ius antiqui summam putabant crucē. Citatur & Celsus adolescens lib. Pædæct. 45. titulo De verborum obligatione. Capit. Si seruum Scichum: qui scripserit quæstionem esse de bono & æquo, in vno genere plerunq; sub auctoritate iuris scien

tiz periculose erratur. Idem Paullus lib. 50. titulo, De regulis iuris: In omnibus quidem, maxime tamen in iure æquitas spectanda est. Simili figura Seneca libro De ira primo dixit, summo animo. Si intelligis non ex alto venire nequitiam, sed summo, quod aiunt, animo inhzere.

*Ne ignifer quidem reliquus est factus.*

*Οὐδὲ πυρφόρος ἐλείφθη*, id est, Ne ignifer quidem superstit, ubi significamus, omnes ad unum interitisse adeo, vt ne ei quidem sit parcitum, qui ignem præferat exercitui. Nam prisca mos erat vt vates aciem præcederet, lauro coronatus, ac facem gestans. Ab hoc belli vim abstinebant vtrinq; quod nefas ducerent, in virum sacrum ferrum stringere. Proinde si crudelium aliquam stragem significare voluissent, ne ignifero quidem parcitum aiebant. Meminit huius adagii Enstathius Iliados μ. enarrans hos Homeri versus:

*Οὐκ ἐτ' ἔππειτ' οἶω δ' ἄγγελον ἀποιέδωκε* id est,

*Ἀψόρρον ποτιέδωκε*,

Haud equidem fore credo, vt sit redituro ad urbem

Hinc posthac aliquis vel nuntius.

Admonet hoc quoque figuram habere pro uerbialem, *ἔδωκε ἄγγελος ὑπέλαφθαι*, id est, Ne nuntius quidem relictus est, quoties significamus ad unum omnes extinctos, vt ne vnus quidem effugerit qui rem gestam renūciaret. Nam is vel dedita opera relinqui solet ab hoste.

*Thracium commentum.*

*Θράκιαι παρδύρισι*; id est, Thracium commentum, siue inuentum. Apud Zenodotum legitur, torquendum in eos, qui pacta eludunt callido vstroque aliquo commento. Porro vnde in proverbium natum fuerit, indicat Strabo libro Geographiæ nono, ex Ephoro auctore. Thracæ pactis cum Bœotii aliquot dierum induciis, nihil legnium incuriones agebant nocturno tempore. Hos cum propulsaissent Bœotii, atq; expostularent, quod violassent inducias, responderunt Thracæ, se nihil præter pacta fecisse: pactos. n. esse de diebus, noctibus incuruisse. His ferme similia refert Zenodotus, nempe Thracæ constitutis decem dierum induciis, noctu impressionem fecisse in Bœotii, iam negligentiū agentes induciarum fiducia, atque

ex his nonnullis trucidasse, aliquot viuos abduxisse: deinde expostulantibus, de violationis pactis Bœotii, respondisse, dies, non noctes, pacto contineri. Ea res prouerbio locū fecit, *Θράκιαι παρδύρισι*, id est, Thraciū inuentum. Est enim proprie *παρδύρισι*, excoGITATA cauillatio, quæ pactū eludimus; quas Plautus sutelas vocat. Et Terentius: Ne quid suo assuat capiti. Addunt enim extra pactionem commenti quippiam, quo rem omnem subuertunt.

*Romanus sedendo vincit.*

ROMANVS sedendo vincit. Vetus proverbium in eos, qui tranquilli atque otiosi, tamēn quæ volunt efficiunt, aut qui non viribus, sed arte rem gerunt. Marcus Varro lib. De re rustica primo, capite secundo, Vultis igitur interea vetus proverbium, quod est, Romanus sedendo vincit, vsurpemus dum iste venit. Ex historia Fabii cunctatoris natum arbitramur, qui Hannibalem iuueniliter exultantem sua paciētia fregit, de quo extat versus ille Ennianus:

Vnus qui nobis cunctando restituit rem. Citatur apud Ciceronem in Catone maiore. vsurpatus est diuinitus à Marone lib. 6. Quamquam Linius libro de bello Macedonico primo refert simile quiddam de Sulpicio consule. Quibus, inquit, si vndiq; circumuentus copiis foret, sedentem Romanum debellaturum credi poterit.

*Scopum attingere.*

*Τυχχαίεν τῷ σκοπῷ*, id est, Scopum attingere. Est voti compotem fieri, aut coniectura rem ipsam assequi. Lucianus in Icaromemippro, *καὶ γὰρ ἀπὸ σκοπῷ εἰκασας*, i. Tuasque coniectura haud procul abest à scopo. & *ἀποτυχχαίεν τῷ σκοπῷ*, id est, Non attingere scopum. & *διαμαρτάνεν τῷ σκοπῷ*, id est, Aberrare à scopo, atque id genus aliæ figuræ omnes proverbium sapiunt. Hoc adagio festiuit vsus est Diogenes in puerum saxa in crucem iaculantem. Euge, inquit, continges tandem aliquando scopum. Pindarus in Nemeis hymno nono, *ἀκορτίζων σκοπῷ ἄχρισαι μοισάν*, id est, Proxime iaculans ad scopum musarum. Idem hymno sexto, *ἔλπομαι μέγα εἰπών, ἄντα σκοπῷ τυχχαίεν*, id est, Spero quod magna pollicitus scopum attingam. Dicitur & *ἔξω σκοπῷ βάλλεν*, hoc est, extra scopum iaculari, vbi quis loquiti-



tur aliena ab eo quod agitur. Vfus est Gregorius Nazianzennus in Monodia.

*Simia non capitur laqueo.*

Ο πίθηκος ἔχ' ἄλισκται βραχίω, id est, Simia non capitur laqueo. In callidos tergiuersatores dici solitum, qui coargui non queunt. Id olim dictum est in Heraclidem, qui per imprudentiam perperam citat ex Dionysio, quod erat apud Sophoclem. Missum est exemplar, ut ibi cōspecto carmine agnosceret suum errorem. Hic quoq; tergiuersantia, nec lapsum agnoscenti, dicentique casu fieri posse, ut in diuersis poetis versus consentiant, scripsit quispiam, simiam haud capi laqueo. Auctor Diogenes Laertius. Carmen Græcum sic habet:

Γέρον πίθηκος ἔχ' ἄλισκται πόγη,  
Ἄλισκται μὲν, μέτεα χεῖρον δ' ἄλισκται. i.  
Laqueo vetustus simius non prenditur,  
Capitur quidem ille, capitur autē serius.

*Largisio non habet fundum.*

M. ΤΥΛΙΥΣ lib. Offic. 2. Omnino, inquit, meminisse debemus, id quod à nostris hominibus sæpissime usurpatum, iam in proueibii consuetudinem venit, largitionem fundi non habere. Quo dicto significabāt, stulta liberalitate quātas liber opes exhauriri, vel effluere potius. Translatum videtur à pertuso doliō Danaidū apud inferos. Quæ fundo carent, Græci vocant ἀπύθμια. Vnde Parthenius apud Athenæum lib. 1. ἄπύθμια τῶν φίλων dixit.

*Inexplebile doliū.*

Απληγὸς πῖθός, id est, Inexplebile doliū. Varius est huius adagionis vsus. Quadrat. n. primum εἰς τὸς ἀπὸ δαρύκας, id est, Ingluttones, edacesque congruentius autem in istos bibacitate inexplebili, qui quo plus biberint, hoc plus sitiunt, quemadmodum olim dictum est de Parthis. Sic enim Festus sensisse videtur; nam locus mutilus est, qui doliū pertusum dixerit, cum ventrē significaret, quanquam natura quoq; ventrē inexplebilis est, quod quidquid per os infuderis, id aliis viis excernitur. Quadrabit & in obliuiosum, cui si quod eruditionis infundas, protinus effluit, quiq; prius obliuiscatur, quam perdidicerit, cuiusmodi Serephadē facit Aristophanes in Nebulis: Οἱ τῆς σκελευθῆναι ὅττι μικρὸν μὲν δάνειον,

Ταῦτ' ἐπιλέλκω πρὶν μαθεῖν. id est, Huiusmodi minutulas qui argutias Prius atq; didicit dedidicerit inmemor Sic propemodum vsus est Plautus in Pseudulo, In pertusum ingerimus doliū, operam ludimus. Competet etiam in homines præter modum profusos, quemadmodum indicauit Aristoteles lib. Oeconomorum primo: καὶ γὰρ τὸ κτῆσαι θωκτὸν χρεῖ εἶναι καὶ φυλάττειν, εἰδὲ μὴ, εἰδὲν ὀφίλῃ τὸ κτῆσαι. τὸ γὰρ ἡμῶν ἀντλεῖν τὰτ' εἶσιν, ὁ λόγος μὲν πῖθός τιτρημμένός. id est, Siquidem oportet eiusmodi esse, qui norit & parare, & parata tueri. Alioqui nihil profuerit parasse, propterea quod hoc sit cribro haurire, quodq; prouerbio dicunt, pertusum doliū. Congruit item in auaros, quorum cupiditatibus nihil est satis, verum quo magis implentur opibus, hoc magis inanes esse videntur. Quod eleganter illo Solonis carmine testatum est apud Plutarchum in libello πρὸς φιλοπλάτειας,

Ἐλάττει δ' εἰδὲν τέρεκα πεφασμένον ἀνδρῶν ποισι, id est, Non est fixus opū finis mortalibus vllus Zenodotus & tartarum ipsum recte accipi inexplibile doliū putat, quod tot millibus defunctorum nunquā expleatur. Quadrabit & in eos, qui male ab aliis rapiunt, quæ malè item profundant in alios. Usurpatur & de frustra laborantibus, quemadmodum alio demonstratum est loco, velut apud Catullum:

Dolia virginis idē ille repleuerit vrnis. Adagium natum à notissima fabula puellarum Danaidum, quæ ob sponfos necatos has pœnas apud inferos dare dicuntur, vtsitulis pertillantibus aquam hauriāt, atq; in doliū item pertusum infundant, graui nimirum, sed inutili labore. Cuius fabulæ mentionem facit Horat. in Odis:

Et inane lymphæ  
Doliū fundo peruentis imo.  
Item Tibullus:  
Et Danai proles Veneris quæ numina læsit,

In caua lethæas dolia portat aquas. Meminit huius Lucianus in Timone. Et Aristoteles lib. Politicorum sexto. Rursus Lucianus in Hermotimo, Επὶ εἰ γὰρ κατὰ τὴν περιμίθει τὸ πρᾶγμα ἐξυτλαμμένον, εἰ τὸ ἔμπλακιν, ἢ τὸ τῶν ἀνακιδῶν πῖθος, id est, Assidue finim dum exhauritur negotium laborq; & contra

& contra fit atque in Danaidū dolio. Vsurpauit & Plato, cum aliis aliquot locis, tum in Goigia.

Cum ad sic vsus, vestigia queritū.

Αφ' ου παρασις τα' ἰχθυ ζητῆς, id est, Vrsi præsens vestigia queris. De iis dicitur, qui timiditate præsens negotium declinant, atque ad alias nugas dilabuntur. Translatum à formidolosus venatoribus, qui se dissimulant sensibile vsus, & vestigia persequi fingunt, quo absint à periculo. Hoc genus homines Plato de Rep. lib. quinto scripsit similes esse τοῖς κωιδίσις, ἀγῆς λιγῆς δ' ἀνεκτὸν βαλλῆσαν ἔκ' ἀπτόμεια, id est, Catulis, qui lapides mordent, cum eos qui iecerint non aufunt attingere. Ab hoc non est alienum quod scribit Plutarchus in vita Luculli. Nā illum cum hortaretur Archelaus, ut relicto hoste in Pontum traiceret. sic enim fore, ut protinus omnium reū potiretur. Οὐκ ἔτι δ' ἀλάτρησθ' εἰσὶ κωιδιῶν, ἄστὶ τα' ἐνεῖα παρὰ τὸν ἐπὶ κωιδῆς ἀυτῶν φωνῆς βαδίζεν, id est, Negavit se timidiorem esse venatoribus, ut præteritis feris, ad inania illarum iustra vellet ire.

Boni ad bonorum conuiuia vltro accedunt.

Αὐτόματοι δ' ἀγαθοὶ ἀγαθῶν ἐπὶ δ' ὄπτας ἔντα, id est,

Sponte bonis mos est conuiuia adire bonorum.

Hexameter prouerbialis, tum vsurpandus, vbi vir bonus, fiducia virtutis & amicitiz, quæ generalis inter omnes probos intercedit, ad sui similem accedit, non expectatis vulgaribus istis inuitatiunculis. Quidam natum putant ab Hercule, qui cū Ceti Trachenii domum inuocatus inuiseret, hunc versiculum primus dixerit. Fertur & trime- ter Iambicus in eandem sententiam :

Αλλοτὶ καμῆζουσιν εἰς φίλους φίλοι. id est, Coniuua amico amicus vltro etiā venit.

Tacite notauit adagium Homerus in secundo Iliados :

Αὐτόματ' δὲ οἱ ἱλῆδε βοῶν ἀγαθὸς μὲν ἴλασθ', id est,

Illi vocalis Menelaus venerat vltro.

Scholiasse indicat, hoc verbo fuisse significatam Menelai fortitudinem in bello. Exilis enim vox formidolosum arguit, & βοῶν apud Græcos interdum bellam declarat, quemadmodum & hodie apud Germanos.

Zenodorus in collectaneis diuersa sententiā citat hoc adagium ex Eupolidis comœdia, cui titulus Chrysogenes :

Αὐτόματ' δ' ἀγαθοὶ δ' εὐλῶν ἐπὶ δ' ὄπτας ἔντα, id est,

Vltro adeunt hominis timidi conuiuia fortes.

Idem ferme significat Plato in Symposio, Ἰα καὶ τῶ παρασιῶν διαφθερομένη μετὰ βαλλῆσαν, ὡς ἀγῆ καὶ ἀγῆων ἐπὶ δ' ὄπτας ἔντα ἄντοματοὶ ἀγαθοὶ, id est, Vt & prouerbiū perdamus, hunc ad modum inuenientes. Boni ad bonorum conuiuia vltro veniunt. Sentire videtur Plato, Homerum fecisse Menelaum deteriore ad præstantioris accessisse cōuiuium, quod Agamemnon bello valuerit, Menelaus fuerit imbellis. Citatur hic locus & ab Atheno lib. 4. Tamen si non hanc opinamur Homeri mentem fuisse, cū virtutis addat elogium :

Βοῦν ἀγαθὸς μὲν ἴλασθ', id est,

Voce bonus Menelaus.

Et cum aliquot locis illum fortissime rem gerentem inducat, alicubi etiam ἀρὶ φίλων cognomeno honeste. Apud Athenæum lib. 1. ex Cilatino, quidam qui inuocatus ad conuiuium accesserat, ita loquitur, Ἀγαθὸς ἂν πρὸς ἀγαθὸς ἀἰδομαι ἐπιστάθμην ἠκούον, κοινὰ γὰρ τὰ τὸν φίλων, id est, Bonus enim ad bonos viros conuiuaturus veni. Nam res amicorum communes.

In puteo cum canibus pugnare.

Ἐν φρέατι κωσιμάχιδου, id est, In puteo cum canibus pugnare. Dicit solitum, vbi cuiuspiā negotium incidit cū homine rixoso & contentioso, à quo se nequeat extricare. Effertur etiam hoc pacto, ἐν φρέατι κωσιμαχέειν, voce composita.

Mihi si balneum ministrabo.

Ἐμὲν τῶ βαλλωνίσω, id est, Ipse mihi balneator ero, vbi quis suis ipsius inseruit commodis. Aut vbi quis non expectato alieno officio, ipse suum agit negotium. Aristophanes in Pace :

Ἄλλ' εἰ ταύτα δοκεῖ, κ' ἀγαθὸν τῶ βαλλωνίσω, id est,

Balneum & ipse mihi, si hæc vobis grata, pararo.

Interpres admonet translatum balneis, in quibus cessante balneatore, ipsi qui lauant, aquam hauriunt, neque infundunt. Zenodo

tus putat & ad eos referri posse, qui glâdes in ignem infectas coquunt. Fortassis haud absurde referetur ad glandium excussores. Nam Græcis βάλανος, balnearium cauponem significat, βάλανος glandem atq; hinc anceps proverbiū interpretatio.

*Vir fugiens haud moratur lyrae strepitum.*

Αἴθερ δὲ φθύγων ἔμεινε λύρας κτυπὸν. id est, Hunc qui fugit strepitus lyrae haud morabitur.

Senarius proverbialis in eos, qui in rebus periculosis ac seriis, properandi studio negligunt leuiores. Nā qui fugit in bello, non putat sibi liberum ac vacuum ut cantorē aliquem auscultet. Idē; ad complures res accommodari potest. Veluti si diis, non esse rebus friuolis ac voluptuariis nugadum, cū hæc vita tot periculis sit obnoxia. In hanc sententiam elegāter Seneca in epistola quadam ad Lucilium Transcurramus, inquit, solertissimas nugas, & ad illa, quæ nobis aliā quam opem sunt latura, properemus. Nemo qui obstetricem parturienti filiz sollicitus accessit, edictum, & ludorum ordinem perlegit. Nemo qui ad incendium domus suæ currit, tabulam latrunculariam perspicit, ut sciat quomodo alligatus exeat calculus. At mehercule vndiq; tibi omnia nunciatur, & incendium domus, & periculum liberorum, & obsidium patris, & bonorum direptio. Ad iuce his naufragium, motusq; terrarum, & quidquid aliud timeri potest. Inter ista distractus, rebus nihil aliud quā animum oblectantibus vacas. Plutarchus in libello quem scripsit de ἐ. Delphico:

Ὁὐ καὶ βλακωκυτοῖσιν, ἔδωρα φίλη. id est, Ingrata naubla, ingrata lugentia lyra.

*Caninum prandium.*

CANINUM prandium proverbio dicebatur abstemium, & in quo nullum vinum biberetur: propterea quod peculiari naturæ proprietate, canes à vino abhorrent. Id adagii refertur ab A. Gellio libro Noctium Atticarum 13. capite vltimo, his quidem verbis. Eius autem loci in quo id proverbium est, verba hæc sunt, nimirū ex M. Varronis Sattyrarum libro, qui ἑδωρα κενόν, i. Aqua rigēs inscribitur. Nō vides apud Mneleum scribi, tria genera esse vini, nigrum, album, medium, quod vocant, κῆρδον. i. giluum, nouū, vetus, medium. Et efficere nigrum, virus: album, yrinam, medium, πῆψιν, id est, conco-

tionem. Nouum refrigerare, vetus calefacere, medium vero esse prandium caninū. Quid significet, inquit Gellius, prandium caninum, rem leniculam diu, & anxie, quæsumus: Prandium autem abstemium, in quo nihil vini potatur, caninum dicitur, quoniam canis vino caret. Cum igitur medium vinum appellasset, quod neq; nouū, neq; vetus esset, & plerumq; homines ita loquantur, ut omne vinum aut nouū esse dicant, aut vetus, nullam vim habere significauit, neq; noui, neq; veteris, quod mediū esset. Idcirco pro vino nō habendum, quia neq; refrigeraret, neque calefaceret. Hactenus Gellius Plutarchus in Symposiacis scribit, Theophrastum ioco vocare solitum, ἄσωνα συμποσία τὰ κρητῖα, quemadmodum alias admonuimus.

*Vir fugiens, & denno pugnabis.*

Αἴθερ δὲ φθύγων καὶ πάλιν μαχίσεται. Qui fugerit, rursum ille præliabitur.

Senarius proverbialis, quo monemur non protinus abiicere animum, siquid parū feliciter successerit. Nam victos posse vincere. Proinde Homerus ἐπιεραλέα κῆρην vocat, id est, vicissim, nunc apud hos, nunc apud illos pollentem. Apud eundem Iliados Θ. Alexander sic loquitur Hæctori:

νῖκη δ' ἐπαμειβεταὶ ἀνδρῶν. id est,

Alterna viris victoria cedit.

Idem alibi Iliados γ.

Ναὶ μὲν γὰρ μιν ἔλαος ἐνίκησεν εὖν δ' ἄθνη, κείνον δ' αὖτις ἐγώ. id est,

Palladis auxilio nunc victor abit Menelaus.

Illum ego sed posthac pugna superaro vicissim.

Demostheni probro datum est ab inimicis, quod in eo prælio, quo Philippus Macedonum rex Athenienses apud Cheroneam vicit, clipeo abiecto fugisset, eaq; gratia ἐπίεως ignominioso cognomine vocatus. Verum id probri Demosthenes, homo nō admodū verecundus, proverbiali, notissimoque versiculo legitur eludere solitus:

Αἴθερ δὲ φθύγων καὶ πάλιν μαχίσεται.

Huic confine est illud Davi Teretiani, Hæc nō successit, alia aggrediendum est via. Vsurpat adagium Tertullianus in libro De fuga in persecutione. Sed omissis, inquit, quidam diuinis exhortationibus, illum magis Græcum versiculum secularis sententiæ sibi adhibent.

adhuc: Qui fugiebat, rursus præliabitur, ut & rursus sollicitus fugiat. Et quando vincet, qui cum fugerit victus est?

Ex stipula cognoscere.

Ἐκ τῆς κλάμης γινώσκων, id est, Ex stipula iudicare. dicimus, quoties è vestigiis quibusdam in senecta reliquis, coniecturam facimus, cuiusmodi quis fuerit in adulescentia, translata metaphora ab segetibus. Homerus in ξ. Odyssæ,

Ἄλλ' ἔμπης κλάμην γε σ' οἶμαι εἰσορῶντα γινώσκων. id est,

Attamē inspecta stipula te suspicor illud Coniicere.

Vt ut hoc adag. o Lucianus in Pseudomāte, quem nos olim Latinum fecimus. Aristoteles in Rhetoricis κλάμην, senectam interpretatur. Οὐ τὴν γὰρ inquit τὸ γῆρας ἐπι-κλάμην ἐπώνυσε μάστιγι καὶ δὲ τῆ γέροντος ἄμφω γὰρ ἀπὸν ἐκατέρωθεν, id est, Etenim cum senectam dixit culum, senem ostendit, ac representavit. Nam utrique destituerunt. Aristophanes in Vespis non dissimili figura vsus est:

Ἄλλὰ ἐκ τῶν λευφάων ἃ τῶνδε ῥόμην ἰακκικὴν ἔχων. id est,

Verum e reliquiis robur horum colligi Iuvenile oportet.

Dicimus item, ex fragmentis, ex ruina rē cuiusmodi fuerit coniectare.

Eodem cubito.

Ἀντὼ πῆχας, id est, Eodem cubito, hoc est, eadem regula, eadem mensura. Vt ut hoc aliquoties Lucianus, cum alias, tum in libello De ratione conscribendę historię, καὶ ὅλθ' πῆχας εἶς, καὶ μέτρον ἀκριβές, id est, In summa cubitus vnus, atque exacta regula. Aristophanes in Ranis:

Καὶ γὰρ ταχύντω μουσικὴ καθίσταται. Καὶ καινῶς ἐξοίσθησι καὶ πῆχας ἐπῶν. id est,

In lance enim librabitur poetica, Promētῆς; regulas, cubitosq; carminum.

Non dissimili figura dixit Cornelius Tacitus libro De oratoribus in præfatione, cum ait, se quę à præstantissimis viris acceperat, iisdem numeris, iisdemq; rationibus persequi velle. Pli. Epist. lib. 8. dixit, pari libra. Illud fortasse περιεργύτρον, at non inutile fuerit admonere, plerasq; metaphoras à mensuris ductas esse prouerbiales, vt pensicularerem, pensitare factum, repēdere bene-

ficiam, remeteri gratiā, librare negotium, expēdere causam, renumerare beneficium, æquilibrium officii, retaliare conuicium, atque id genus alias.

Ne altero quidem pede.

Μὴδὲ τὸν ἕτερον πόδα, id est, Ne alterum quidem pedem discedere. Lucianus in Harmonide. Idem in Sectis, Οὐδὲ πῶποτε ἐξ ἀβιοπίας τὸν ἕτερον πόδα προελθῶν, id est, Qui ex Aethiopia nunquam vel alterum promoverit pedem. Annumerandum illis, quę retulimus alibi, latum digitum, & latum pedem, latum vnguem, quibus vel consensus opinionum, vel studii assiduitas significatur, velut illo, nocte dieq;: quod aliter extulit T. Liuius belli Mace. 1. Alii in castris sine Stationibus per somnum vnaquęque diem noctibus æquabant.

Ex Diametro opposita. Diametro distant.

Ἐκ διαμέτρων, id est, Ex Diametro. Devehementer inter se pugnantibus olim dicebatur, sumpta Metaphora à Geometris, apud quos perfectissima oppositio ex diametro est. Lucianus in Tyranno, ἐκ διαμέτρων γὰρ οἱ βίοι φασι, id est, Nostra enim & illorum vita, ex diametro, quemadmodum aiunt, inter se distant. Athanasius in libro quodam de synodo Nicæna, οἱ κατὰ διάμετρον ὡς ἐπ' ἑπὶ ἀντίκτανται, τῆ σαβηλλίης γνώμη, id est, Qui iuxta diametrum, vt ita loquamur, aduersantur Sabellii sententię. Basilius in epistola quadam ad Athanasium, κατὰ διάμετρον dixit. Diametrum enim est recta linea, figuram, qua longissime patet, ex quo secans; velut diametrum orbis est, quę sic à summo ad summum tenditur circumculum, vt per centrum eat, definitore Macrobio in Somnium Scipionis lib. 2. Nec ab hoc dissentit Euclidis diffinitio. Latini lineam hanc, dimetientem vocant. Nam Græcis διάμετρον παρὰ τὸ διαμετρέω, id est, à dimetiēdo. Nominis causam reddit Aristoteles in Problematis, Sectione 15. problema. 2. Cognatum est illi, quod alio recentissimus loco, δις διάπτων.

Audi quę ex animo dicuntur.

Ἀκχετ' ἀπὸ καρδίας, id est, Audi quę dicuntur ex animo. Nam seria, quę quę circa dissimulationem dicuntur, ex animo dici dicuntur, eaq; ex corde proficisci vulgus ait, Lucianus

Lucianus in Ioue Tragædo, Οὐκὼν ἀκέραι-  
 ῶτοι. τὰ γὰρ ἀπὸ κερδαίης φασίν, id est, Itaque  
 auditedii nimirum ex animo dicenda, si-  
 cuti proverbio dicitur. Nam adulatorum  
 & simulantium oratio in faucibus nasci-  
 tur, non in corde. Plutarchus in commen-  
 tario quem inscripsit, quo pacto quis pos-  
 sit assentatoré ab amico dignoscere, refert  
 hos senarios:

Ἐμοὶ γὰρ ἀκέραιος, εἰδὲ βγλεται

Γραχκακίαν θεις ὡν δύνως ἰμοι

Φίβον παρελθῶν τ' ἀπὸ κερδαίης ἔρα. id est,

Mendicis utinam sic mihi, vel si libet

Mendicum & infra, qui mihi volés bene

Timoreposito, possit ex animo loqui.

Ad hanc figuram pertinet illud Plautinū,  
 corde amare ité illud, persequi corde, ani-  
 mo, & viribus, utrunq; est in Captivi duo.  
 contrarium est huic, A' summis labris, pro  
 eo qđ est, non ex animo. Seneca in Epist. ad  
 Luciliū, Non à summis labris ista veniūt.

*Aut bibas, aut abeat.*

ΑΥΤ bibat, aut abeat. Quo quidem adagio  
 monemur, ut aut tempori locoq; nos ac-  
 commodemus, aut ab hominum consuetu-  
 dine nos subducamus. Quemadmodū Ca-  
 to fecisse legitur, qui cum non posset sume-  
 re vultum Floraliū licentia convenienter  
 discessit e theatro. Natum à prisca illis  
 Græcorum simposiis, hoc est, compotatio-  
 nibus, in quibus mos erat, talis sortiri quæ-  
 piam, qui conuiuio quasi præsideret, ac de-  
 creta conuiuialia præficeret, quæ ἰσχυρῶς,  
 i. leges appellabāt. De hisce legibus Valer.  
 Maximus iocoso carmine cōscripsit, cui  
 titulū fecit Tapullæ, teste Festo Pompeio.  
 Porro præfectum βασιλέα, hoc est, regem  
 nominabant. Plutarchus συμποσίεχος vo-  
 cat. Varro apud Nonium, Modi peratorem  
 à Latinis vocatum scribit, quasi modum  
 imperantem, ne quis aut plus satis biberet,  
 aut parum. Athenæus lib. 10. ex Eupolidis  
 auctoritate docet hunc præfectos rei οἰνοπ-  
 τας dictos, ab aliis δφελκμυς. Huius consue-  
 tudinis meminit & Horatius in Odis:

Nec regna vini fortiore talis.

Ex legibus iocosis hæc vna fertur, aut bibat,  
 aut abeat. Commemoratum à Cicerone, li-  
 bro Tusculanarum quæstionum 5. Mihi  
 quidem, inquit, in vita feruanda videtur il-  
 la lex, quæ in Græcorum conuiujs obtinet  
 Aut bibat, inquit, aut abeat. Et recte. Aut

enim fruatur aliquis pariter cum aliis vor-  
 luptate potandi, ne sobrius in violentiam  
 violentorum incidat, aut discedat. Sic ini-  
 urias fortunæ, quas ferre nequeas, de su-  
 giendo relinquas. Hæc enim ille. Quidam  
 sic efferunt, ἢ μὴ βίβῃ, ἢ ἀμεί, id est, aut bibe, aut  
 abi. Quanto ciuiliior hæc lex, quam ea quæ  
 Empedocli in conuiuio præscripsit conui-  
 uii præfectus, ut aut biberet, aut vinum in-  
 caput illius effunderetur. Eam rem tam  
 indigne tulit Empedocles, ut postredie co-  
 acto concilio, & inuitatorem, cuius opera  
 id erat factum, & symposiarchā reum pere-  
 gerit, damnandosque curarit. Refert Dio-  
 genes Laertius.

*Domi habes, domi nascitur.*

ΑΔ eandem pertinet metaphoram: Domi  
 habes. Nā id domi dicimus habere, quod  
 in nobis sitū est, nec necesse est ab aliis mu-  
 tuo sumere. Translatum apparet ab ea con-  
 suetudine foris rogandæ suppellectilis, quā  
 domi haberes. Terent. in Adelphis, Phy-  
 domi habes, vnde discat. M. Tull. ad Var-  
 ronem, Sed quid ego nunc hæc ad te, cui do-  
 mi talia nascuntur? Idem Academicarum  
 quæstionum libro secundo, Desine quæso  
 communibus locis, domi nobis ista nascun-  
 tur, id est, hæc oratorum sunt propria. Pro-  
 inde dixeris eleganter, Quid in rebus istis  
 felicitatem venaris? domi habes, vnde bea-  
 tus esse queas. Regum est domi consilium  
 habere, non ab aliena pendere sententia.

*Confringere tesseram.*

ΑΡΥΔ Plautum in Cistellaria confregisse  
 tesseram dicitur qui sibi reditum in domū  
 aliquam præclusit. Siquidem cum amans  
 dixisset se iureiurando astrictum, ut lenæ si-  
 liam duceret, orans ne se perierum fieri  
 pateretur, illa respiciens, Abi, inquit, quæ-  
 rere, vbi tuo iurando satis sit subditū. Hic  
 apud nos iam Alceimarche, cōfregisti tes-  
 seram. Est autem tessera symbolum hospita-  
 litatis, quo prolato cognoscebantur hospites,  
 siquando redissent.

*Frigidam aquam suffundere.*

FRIGIDAM aquam suffundere, Plautus  
 in Cistellaria videtur vsurpasse pro eo quod  
 est instigare clanculum. Sic enim in ea sa-  
 bula meretrix queritur de matronis mariti-  
 tos suos in meretricum odium quod pos-  
 sunt

sunt inflammantibus. Ita nostro ordini pa- lam blandiuntur, clam si occasso, vsquã est, equam frigidam subdole suffundit. Viris cum suis predicant nos solere, suas pellices esse aiunt. Translatum apparet ab iis, qui certaminibus equestribus aquã equis aspergebant, quo telocillati currentent acrius, at- que hoc pacto ad cursum instigabant. Cu- ius ministerii meminere etiam Pande- ræ iuris Cæsarei lib. 3. Titulo de iis, qui infamia notan. ex Vlpia. huius quidem ver- bis: Et generaliter ita omnes opinantur, & vitile videtur, vt neque Thymelici, neque Xystici, nec agitatores, nec qui aquã equis spargunt, cetera. que eorum ministeria, qui certaminibus sacris deseruiunt, ignomi- niosi habeantur. Hæcenus Vlpia. Id fiebat, opinamur, in Olympicis, aut similibus cer- taminibus, nonnunquam & ob hanc caus- sam, ne rotæ agitatione feruescentes, flam- mam conciperent. Nisi si cui imago proba- tur, vt traductum putetur ab iis, qui ioci lu- dibrii ve causa, clanculum aquã infun- dunt in conuiuui locum: aut ab his qui lu- dibrii causa, aqua conspergiunt aliquem, qui balnearum iocus est. Vnde & Iulius Pollux libro septimo docet πλύνειν inter- dum vsurpari pro conuiciari. Sic Aristo- phanes in Pluto, πλύνειν με ποιῶν ἐν τοῖς τοῖς ἀνδράσι. Queritur quispiam quod contu- melix causa cõsperus sit aqua multis præ- sentibus. Sed probabilius est translatum ab officinis ærariis, vbi fabri subinde fri- gidam in ignem aspergunt, quo ignis sit vehementior.

*In senem ne quod collocaris beneficium.*

Γέρωντι μὴδὲ ποτὲ μὴδὲν χερσὶν ποιεῖν, id est, Ne quid vnquam benefici collocaris in senẽ. Refertur nominationi prouerbiu vice, ab Ari- stotele, lib. Rhetoricorum 2. χ' ὅστις συμβου- λῶσει μὴ προσιδῶσι φίλον γέροντα τὰ τὰ ἀμείνεσθαι ἢ παροίμια, μὴ ποτ' ὄψ' ἔσθ' ἐν γέροντα, id est, Qui consulit, ne quis cum senẽ ineat ami- citiam, huic testimoni loco est prouerbiũ, ne quando bene merearis de senẽ. Dicitur hodieque, vulgo. Neque in senem, neque in puerum collocandum esse beneficium, propterea quod alter non refert, alter non meminit. Extat & huiusmodi quoddam apud Diogenianum adagium, Μὴ πῖτ' ὄψ' ἔσθ' ἐν γέροντας, μὴδὲ γυναικας, μὴ δὲ παῖδας μὴδ' ἄνωγα τινός, μὴδὲ ἀλλοτρίων, i. Ne quid

beneficii colles, neq; in senes, neq; in mu- lierem, neq; in puerum, neque in canem cu- iuspiam, neque in garrulum remigen: pro- pterea quod perire videatur, quod in eius- modi genus hominum infumitur Seneca de beneficiis tertio: Sic fit, vt præceptores eo- rumque beneficia intercidant, quia totam pueritiã relinquimus: sic fit, vt in adolescẽ- tiam nostram collecta pereant, quia ipsa nunquam retractatur.

*Stultus, qui patre caeso liberis pepercit.*

ΣΤΥΡΑΡΙΟΤΙ proinus illud subtexiit, & quidem prouerbiu nomine, καὶ τὸς ἢ ὅς ἀναρεῖν ἂν καὶ τὸς πατέρας.

Νὴ πῶς, ὅς πατέρα κτείνεις ὅς παῖδας καταλεί- πει. id est,

Et qui suadeat occidere liberos, quorũ pa- trem occideris, huic attestatur hoc prouer- bium, Stultus qui patre occiso liberos re- linquat. Refert idem postea inter senten- tias: Fatuus qui occiso patre liberis peper- cit. Est autem versus prouerbialis:

Νὴ πῶς ὅς πατέρα κτείνεις ἢ ὅς ὑπολείπει. i. Est fatuus, qui patre percempto pignora linquit.

Vfus est & Herodotus in Clione, ὁμοίως γὰρ μοὶ νῦν φαίνομαι πιποικίται, ὡς εἰ τις πατέρα ἀποκτείνεις τὸν παῖδ' ἂν αὐτῶ φείσαστο, id est, Nam mihi nunc perinde fecisse videor, ac si qs occiso patre, liberis illius parcat. Hoc adagium vsurpasse scribitur Philippus Ma- cedo, cum liberos etiam e medio tolleret, quorum parentes occiderat. Fertur vox mi- litum, qui Maximinum Imperatorem tru- cidarunt vna cum filio, ex pessimo genere, ne catulum quidem esse relinquendum, Huc pertinet Homericum illud ex Odyf- seæ γ.

Ὅς ἀγαθὸν ἢ παῖδα καταφθιμένῳ λιπέδωσι Ἀνδρῶς. id est, Vt bene habet caeso prolem superesse pa- renti,

*Χερσολογοί.*

Χερσολογοί dicebantur, atque hodie quoque vulgo dicuntur, qui probeloquuntur, & im- probe faciunt. Dictum autem peculiariter in Pertinacem Imperatorem, quem admo- dũ in huius vita testatur Iulius Capitolinũ.

*Figulioses.*

Κεράμειος πλῆτος, id est, Fictiles diuitiæ. De rebus

rebus incertis, fragilibus, ac neutiquam duraturis. Quemadmodum figulorum vasa facile comminuntur quolibet casu. Refertur adagium a Diogeniano.

*Lepus dormiens.*

Λυγὸς καὶ ὄλιον, id est, Lepus dormiens. Quædrat in eum qui quod non facit, id facere sese adsimulat, aut quod facit, id se facere dissimulat. Qualè quidam arbitrantur suis se Ulyssis somnū, cum a Phæacibus in Ithacam insulam exponeretur, auctore Plutarcho. Nam leporem patentibus genis dormire, cum alii permulti tradunt auctores, tum Plinius libro vndecimo, capite trigesimo septimo, id quod etiam hominibus nō nullis ait accidere, quos Græci κορυβατίης appellant. Neq; perperā, dicitur & in timidosis. Adagiū a multis auctoribus refertur.

*Sero Iupiter diphtheram inspexit.*

Ὁ Ζεὺς κατ' εἰς κροῖον εἰς τὰς διφθέρας, id est, Inspexit, & si sero, pellem Iupiter. Senarius prouerbialis in eos, qui sero quidem, sed aliquando tamen pro malefactis dant pœnas. Antiquitas enim credit Iouē omnia in sua diphthera, hoc est, pelle caprina scribere: ac multa quidem pro tempore dissimulare, verum aliquando de improbis pœnas sumere. Belle quadrabit, & in principes, qui diu dissimulatā maleficia tandem puniunt.

*An: mortuus est, aut docet litteras.*

Ἡ τοι τε θάνακιν, ἢ διδάσκει γράμματα. id est, Aut periiit, aut profecto litteras docet. Senarius prouerbialis, quo significabant olim, cuiuspiam omnino male esse, tametsi parum liqueret, quid rerum ageret. Is autē hac occasione venit in vulgi sermonem, auctore Zenodoto. Athenienses duce Nicia parum feliciter aliquando pugnaverunt aduersus Siculos, permultis occisis, plerisque captiuis in Siciliam abductis, qui Siculorum filios litteras docere coacti sunt. Proinde pauci qui fuga elapsi redierant Athenas, rogati quid hic aut ille faceret in Sicilia, modo memorato versiculo respondēbant, Aut periiit, aut docet litteras.

*Oportet se iudicis carnes aut edere, aut non edere.*

Ἡ δ' ἄ χελώνης κρεὰ φαγῶν, ἢ μὴ φαγῶν, id est,

Testudinis carnem aut edas, aut nō edas. Trimeter prouerbialis, in eos, qui negotiū susceptum frigide ducunt, neque explicantes, neque relinquentes, Sunt qui putent hoc dictum ab auctore Terpsione profectū esse: quorum est Athenæus libro octauo, declarans hunc primum præcepisse de gastrologia editis regulis per quas liqueret a quibus esset abstinendum, quibus contra vescendum: inter quas erat & hæc de testudine φαγῶν, ἢ μὴ φαγῶν. Addunt testudinis carnem si modice edatur, ventris tormina facere: rursum si copiose, lenire. Cuiusmodi quiddam & de lactucis refert Plin. Perinde quasi dicas: aut bellandum est, aut non bellandum: aut studendum, aut non studendum. Nam pleræq; res sunt, quas si facias acriter, plurimum conducunt: sin ignanter, efficiunt. Velut eę quę mediocritatē nō recipiunt, quod genus est musica, poetica, que. Sunt rursus quædam, quę de gustatē sit satis. Quo de genere putant esse philosophiæ studium Ennians ille Neoptolemus, & Calliclēs Platonicus.

*Bonæ leges ex malis moribus procreantur.*

MACROBIUS Saturnalium lib. 3. Verbum est, inquit, Leges bonę ex malis moribus procreantur. Nam sicuti medicorum pharmaceutis nihil opus foret, nisi moribus laboraretur: ita legibus serendis nihil opus esset, nisi perperam vinceretur. Vnde apud Aeginetas olim pecuniaria pœna multabatur is, qui legis instituentē dedisset occasionem. Auctor Aristoteles lib. 8. Historicorum 2. Cornelius Tacitus lib. 5. Vsu probatum est, leges egregias exempla honesta apud bonos ex delictis aliorū gigni. Huc pertinet quod Solon ἐρωτηθεὶς, διὰ τί κατὰ πατρωτικόν νόμον ἐβίμει, διὰ τὸ ἀνπίσσει εἶπερ. id est, Rogatus quom ob causam non tulisset legem in parricidas, respōdit, quod non sperasset futurum parricidam.

*Bos alienus subinde foras prospectat.*

Βὸς ἀλλότριος τὰ πολλὰ ἔξω βλέπει, i. Bos alienus subinde foras prospectat. De iis, qui apud alienos non satis ex animi sententia tractantur, eoq; sæpius suos desiderant. Vnicuique domi, ac velut in suis pressepibus incūdissima vita, peregre permulta sunt quæ laudant, plurima defunt. Adhuisse videtur ad hoc prouerbium Plutarchus in Symposiacis

facis decade o.ſtaua , problemate ſecundo .  
 ὅπως δὲ εὐχρῶν μὴ καταφρονῆτε, μὴδ' ἔγω βλέ-  
 πτε πατὰ πατρί, id est, Verum ne ipsos con-  
 temnatis, ne ve foras prospiciatis, id est. Ne  
 aliunde petatis , quod ab ipsis Platonis in-  
 terpretibus sumi potest. Proinde recte dice-  
 tur, ἔγω βλέπων, qui non cōtentus suis aliū-  
 de pendet. Vſurpat, & in libello, τῶνδ' ἰὺς  
 ἀρετῆς καὶ κηλίας.

*Septimus bos .*

Ἐβδομῶ βῆς, id est. Septimus bos . Olim in  
 stupidos brutosq̄ue dicebatur, vnde celebra-  
 tus ſenarius :

Τὸν ἑβδομῶν βῆν ἡ σοφὴ περιουσία . id est,  
 Vennſtum adagium ſeptimum narrat bo-  
 uem .

Id. hinc ortum eſſe tradunt , quod antiqui-  
 tate poſt ſextam lunam bouis imaginem ἔ-  
 ſarina pi niſere conſueuerint, qui ſeptimam  
 lunam cornibus referret. Sunt qui malint  
 hinc natum , quod cū apud veteres ſex ani-  
 mantium genera maſtari diis ſoleāt, ouis,  
 ſus, capra, bos, gallina, anſer: pauperes non  
 habentes viuum animala quod immolatēt,  
 bouis ſimulachrum ἔſarina fingere conſue-  
 yerunt . is quoniam ſenſu vitaq̄ue careret,  
 in ſtoliditatis abiit prouerbiū . Citatur  
 apud Suidam Euripides in Erechtho , &  
 Achæus in Iride, qui prouerbiū hoc vſurpa-  
 uerint, tametiſi veſtus illorum non reſert.

*Indus elephantiſus haud curat culicem .*

IN epistoſis, que Phalaridis nomine ſerun-  
 tur, extat huiusmodi quoddam adagium,  
 κύνων πῶ ἑλέφης ἰνδὸς οὐ κηλίγει, id est, Culi-  
 cem haud curat elephantiſus Indicus. Dic-  
 tum eſt autem ob ſingularem duriciem cutis ele-  
 phantiæ, qua ſertur etiam iacula excute-  
 re, tantum abeſt, vt culicis morſu poſſit of-  
 ſendi. Adhiberi poterit, quotiens ſignifi-  
 cabimus excelsis animis leues, & vulgares in-  
 iurias eſſe negligendas .

*Lutum luto purgare .*

Ἐπιπλὸν κηλῶρεται, id est, Lutū luto pur-  
 gari, dicitur, vbi res ſordida ſordibus tolli-  
 tur, hoc eſt, cum ſordes non tolluntur, ſed  
 aut mutantur, aut augentur etiam. Apol-  
 lonius in epistoſa quadam, ἀλλ' ἄνδ' ἐκείνῳ  
 ἱερίοις ἔπεισε, μὴ πηλῶ πηλὸν κηλῶρεται, Lo-  
 quitur de ſacerdotibus, qui deorum aras  
 ſanguine polluerent, eamq̄ue expiationem

eſſe ducerent . Huc pertinet Diogenis di-  
 ctum. Is ingreſſus balneum ſordidum, qui  
 hic, inquit, lauant, vbi lauant ? indicans ta-  
 libus balnei conſpurcari corpora potius  
 quam purgari . Idem accidit Alexandrinis  
 qui in vrbibus alunt vim Ibidum in hunc  
 vſum, quod ſerpentes ac macellorum ſor-  
 des deuorent, verum ſuis immundiciis om-  
 nia rursus conſpurcant .

*Cyclopica vita .*

Κυκλώπειθ βίη, id est, Cyclopica vita, pro  
 vita vehementer eſſera ac barbara, quæ ne-  
 que legibus, neque diſciplina ciuili cōſtet,  
 neq; religione deorum gubernetur . Qua-  
 lem deſcribit Homerus Odyſſæ lib. 9. ſub  
 perſona Polyphemi :

Νίπηθ' εἰς ἃ ξείν' ἢ τυλόθειν εἰληχθεῖς,  
 ὅς με θεῖς κέλευται δ' εἰδ' ἴμην, ἢ ἀλέκθω .  
 Οὐ γὰρ κύκλωπες θεῶς αἰγίοχος ἀλέχουσιν .  
 Οἱ δὲ θεῶν μακάρεων . id est,

Delphis, aut certe longinqs hoſpes ab oriſ  
 Hic ades, vt q̄ me iubeas cura ve moueri,  
 ſiue timore Deū, neq; . n. cyclopica turba  
 Curamus ſummum ve Iouem diuos ve  
 beatos .

*Eodem in libro :*

Τῶν δ' ἀνδρῶν περὶ σομαί, οἱ τινὲς εἰσιν,  
 Ἡ οἱ γ' ὑβρισταί τε καὶ ἀγροὶ ἔδδ' δίκαιοι,  
 Ἡ ἔφιλόξενοι καὶ σφιν νοοσ' ἐπὶ θεῶνδ' ἦς, id est,  
 Quod genus hoc hominum experiat iā,  
 ſint ne feroces,

Agreſtes, equiq; rudes, an & hoſpitiū ius  
 Obferuent, animo reuerentes numina  
 diuum .

Homerum emulatum Euripides Cyclopem  
 hoc pacto loquentem facit:

Ζητὸς δ' ἐγὼ κεραιῶν δ' φρίσσω ξείνε,  
 Οὐδ' δ' ἄτιξόν ἐσ' ἐμὲ κρείσσω θεός . i.  
 Atqui hoſpes ego ſulm' Iouis nō horreo,  
 Neque me Iouem præſtantiorem habeo  
 Deum .

Strabo lib. Geographiæ 11. ſcribit, hoc vul-  
 go dictum in Albanorum gentem , quod  
 Cyclopm agerent vitam, vt pote neq; cul-  
 turæ ſtudioſi, & ad omnem vitæ cultum in-  
 ertes & rudes .

*Similes habent labra lactucas .*

ΣΙΜΙΛΕΣ habent labra lactucas. Vbi ſimi-  
 lia ſimilibus contingunt, veluti præcepto-  
 ri parum docto diſcipulus indoctiſ: impro-  
 bo populo magiſtratus improbus: contu-  
 melioſo



melioso patrono contumeliosus actor: vxori morosæ maritus morosus: breuiter quociens mala malis, digna dignis eueniunt. Nateni adagia ab asino carduos pascente. Est autem lactuca herba mollis ac tenera, quæ tamen non admodum sit dissimilis carduo, præsertim syluestri. Itaque quem admodum carduus spinosus est, atque maiorem in modum asperis foliis & caule, denique ipso etiam flore, itidè & asini labris nihil durius ac petricosus, ut illis non alia lactuca magis apta videat. Porro carduos lactucarum vice etiam in conuiuia nonnullis apponi solere, testis est Iulius Capitolinus in vita Pertinacis Imperatoris. Plinius item libro decimonono, de carduis in hunc modum: Poterant videri dicta omnia, quæ in precio sunt, nisi restaret res maximi quæstus, non sine pudore dicenda. Certum est quippe carduos apud Carthaginæ magnam, Cordubamque præcipue, festertium sena millia è paruis his reddere, quoniam portenta quoque terrarum in ganeâ vertimus, etiam ea quæ refugiant quadrupedes confici. Vsurpat, simulque interpretatur prouerbiū diuus Hieronymus, scribens ad Chromatium in hunc modum: Secundum illud quoque de quo semel in vita Crassum ait resisse Lucilius: Similem habent labra lactucam, asino carduos comedente: videlicet vt perforatam nauim debilis gubernator regat, & cæcus ducat in foueam, & talis sit rector, quales illi qui reguntur. Hactenus ille. Fuit autè hic Crassus auus eius Crassi, qui pugnans aduersus Parthos interiit, cuius signa postea retulit Augustus. Numeratur is inter eos, qui nunquam in vita risisse feruntur eaq; gratia ἀγέλαστοι, id est, irrisibiles cognominati. M. Tul. inactionibus, Crassum Liciniū, auctore Lucilio, semel duntaxat in vita risisse testatur. Plin. lib. Naturalis historiz 7. capite decimonono: Ferunt, inquit, Crassum auū Crassi in Parthis interempti, nunquam risisse, ob id Agelastum vocatum, sicuti nec fesse multos. Diuus Hieronymus contra Rufinum: Ego certe vt homini seuerissimo risum moueam, vt imiteris aliquando Crassum, quem semel in vita risisse scribit Lucilius. Meminit & Macrobius lib. Saturnalium secundo.

*Dignum patella operculum.*

**ΗΥΙC** simillimum est illud, quod ab eodem

Hieronymo refertur in epistola ad Chromatium: Dignum patella operculum. In mea enim, inquit, patria rusticitas vernacula: Deus vter est, & in diem viuatur, & sanctior est ille, qui ditior est. Accessit huic patellæ iuxta tritum populi sermone prouerbium, dignum operculum. Idem aduersus Rufinum. Quod librum Eusebii pro Pamphili veteres, quod tuum quasi operculū venenatæ patellæ imponeres. Plato in Hippia maiore, dissiens de pulchro ac decoro, quiddam habet non abhorrens ac hoc prouerbio, πότερον προπειφείσα, δτανις τῷ χιτῶνι, ἢ ἀρετὴ ἐλέγομεν τῷ καλῶν ἐν ἔτιος καλῆ μεσῆν, χρυσὴ τορῶν αὐτῆ, ἢ σικίην: id est, Vtrum inquit, vbi quis ollam illam pulchram, de qua modo loquebamur: igni admouerit, pulchris fabis plenam, decet illam aurea toryne, aut ficulina? Quod Græce dictum est, τορῶνι, Platonis interpres vertit tudeculam. Eymologus indicat, τορῶνι vocem esse Atticis peculiarem, quæ illis significat ἀνεργίην. Suidas ait instrumentum esse, quo mouetur olla.

*Si iuxta claudum habitas, sulclaudicare disces.*

**ΠΛΥΤΑΡΧΗΣ** in libello De liberis educandis, ἀν χαλῶ παρακίσις ὑποστράζειν μεθ' οὐδ' id est, Si iuxta claudū habitatis, disces sulclaudicare. Pindari interpres extulit hunc in modum:

Καλῶ παρακίσις κἀν ἐνὶ, σπάζειν μεθ' οὐδ'. id est, Claudio vel vni si propinquus manseris, Disces & ipse claudicare protinus.

Huc pertinet illud Hesiodum, nobis alibi dictum: πῆμα κακὸς γείτων, &c. Ea vero rerum humanarum est infelicitas, quod facilius transiliunt vitia, quàm bona. Et tamen verum est quod addit Hesiodus, ἀποίει κακὸς ὅς μετ' ὑβείει. Ita Pindarus in Nemicis hymno septimo, εἰδὲ δ' ἀνείτω ἀνδρὸς κίη, ἢ φάμεν κρείττων ἔμμεν νόω φίλῶτατὰ γ' ἀτίθει γείτον, χαρῆμα πάντων ἐπὶ χείρον. id est, Si vir viro eget, quid dicemus vicinum esse vicino, animo constanti amicum? Gaudium omnino redignum. Quanquam videmus neclectionem, nec interpretationem huius loci constare Græcis. Quidam enim pro δ' ἀνείτω legunt γ' ἀνείτω, referuntque ad commodorum aut incommodorum communicacionem, quæ homo capit ab homine, maxime à vicino, Et legendum videtur γείτων ἔμμεν, vt respondeat participio φίλῶτατὰ. Interpres

Interpres adducit & illud ex Hesiodo:

Γείτορες ἄλλωσιν ἔκλιον, ζώσαντο δὲ πικροί. id est,

Vicini incincti, cinctu venire propinqui.

Notum est illud Themistocles, qui proferri pro agro iussit & hoc præconem addere reliquis dotibus, quod bonum haberet vicinum. Prouerbiū admonet, perniciosam improborum hominum consuetudinem, propterea quod cum corporis, tum maxime animi vitia contagio serpunt in vicinum. Naso:

Dum spectant oculi læsos, lædūtur & ipsi.

Multaq; corporibus transiōne nocent.

Id Aristoteles existimat potissimum vsu venire in morbis oculorum, quod ea corporis pars maxime sit mobilis. Item in scabie quod in summa sit cute, & humore glutinoso, ad vicinum permanat. Postremo in omnibus morbis, qui e spiritu corrupto nascuntur, ut pestis, quod spiritus facile ab alio in alium traiciatur. Denique est occultus quidam naturę consensus, qui sit ut oscitare incipiat qui viderit oscitantem, & miratur qui meientem conspexerit, auctor est Alexander Aphrodisicus. Et balbutire discit, quisquis assidue cum balbo viuere. Morum autem scabiem affricat conuictori. Aristoteles sectione 6. problem. 4. quærit quare lippitudo, tabes, & scabies contagio migrent ad alios, nec idem accidat in omnibus morbis. Plutarchus in commentario De ratione dignoscendi verum amicum ab adulatore, scribit tantam habere vim assiduum cōsuetudinem, vt imprudentes etiam imitemur vitia eorū, qui buscum viuimus. Quemadmodum Platonis familiares eius gibbum imitabantur: Aristotelis amici, balbutiem eiusdem exprimebant: Alexandri Macedonum Regis familiares ceruicis inflexum, & vocis in dicendo asperitatem effingebant. Plato De legibus 2. eleganter indicat, quomodo fallat contagium: πότερον εἰκός, εἰ καὶ ἀναγκαῖον ταυτὸν εἶναι, ὅπερ ὅταν τις πομπῆς ἦσσι ξυῶν κικάν ἀνθρώπων, μὴ μισθῆ, χάρις δὲ ἀποδέχουμῃ, ψέγει δὲ ὡς ἐν παιδῶσ μοίρα, διεξέπωκεν τὸν μάχθησαν, τότε ὁμοῦ δάσαι δ' ἴπτα ἀνάγει τὸν χάριτα ὅποτε εἶσιν ἐν χάρισι. id est, Virū probabile, an potius necessariū hoc ipsum esse, quod cum quis cum prauis hominum improborum moribus conficiatur, non odit, sed gaudet magis approbans, quamquam veluti per iocum reprehendit, som-

nians suam ipsius malitiam, tunc profecto necesse est, vt similis euadat gaudens vitifcunq; gaudeat.

*Corruptum mores bonus colloquia praua.*

Εο δε με pertinet ille Menandricus senarius:

Φέρεσθιν ἔην χρεῖδ' ὀμιλίαι κακοῦ. id est,

Mores bonos conuictus inficit improbus.

Consimilem huic sententiam refert Aristoteles nono Moralium lib. Celebratur & hic senarius à Græcis:

Κακὸς ὀμιλῶν καὶ τὸς ἐκβίση κακὸς. id est,

Malus ipse fies, si malis conuixeris.

Quamquam autem alienus ab hoc instituto videtur huiusmodi conquirere, tamen illud adscribens ex Senecæ De ira lib. 3. si non magno opere pertinens ad prouerbii declarationem, certe ad vitam instituentiā in primis conducibile: Sumuntur, inquit, à conuersantibus mores. Et vt quædam in contactis corpore vitia transfiliunt, ita animus mala sua proximis tradit Ebriosus cōuictores in amorem vini traxit. Impudicorum cœtus fortemq; & si liceat, virum emollit. Auaritia in proximos virus suum transfudit. Eadem est diuerso ratio virtutum est, vt omne quod secum habent, mitigent. Nec tam valetudini profuit vilis regio, & salubrius cœlum, quam animis parum firmis, in turba meliorum versari. Quæ res quantum possit, intelliges, si videris, feras quoque conuictu nostro mansuescere, nullique immani bestię vim suam permanere, si hominis cōtubernium diu passa est. Hucusq; Senecæ verba reddidimus. Porro cū omnis contubernii conficiatio, plurimū habet momenti ad corrigēda deprauandaq; mortalium ingenia, tum præcipue valet oratio, quæ quidem ex arcanis illis animi penetralibus deprompta, genuinā quādam & occultam vim, atque vt Græce dicamus melius, ἐνέργειαν secum adfert, eamq; in auditoris animum, in quem illabitur, transfundit, præsentaneum venenum, si pestilens fuerit; remedium efficax, si salutaris. Iam vero quod de colloquio dictum est, idem oportet & de studiis accipere. Qui vitam omnem in Ethnicis conterunt literis, gentiles euadunt. Qui præter obscenos auctores nil euoluunt, moribus obscenis. Etenim lectio colloquium quoddam esse videtur.

Amm

## Annus clybanum.

Ἀνὸς κείβανον, id est, Annus clybanum. In eos olim dicebatur, qui nouæ quippiam rei reperissent. Nam Annus quidam Aegyptius clybanorum vsum, in quibus panes coquerent, fertur excogitasse. Siquidē pri-  
sci pulte polentaque victitabāt, cocti panis vsum nescientes. De ratione coquendi panis in furnis, permulta Plinius libro 18. c. 11. & hinc rei vocabulum etiam inditum. Nam Plautus in Aulularia artoptesiam vocat. Seneca in epistola quadā ad Lucilium ostendit, antiquitus panem manuum tractatione subactum, feruenti cinere testaq; percoqui solere: deinde paullatim repositos furnos & alia genera, quorum seruo ferui ret arbitrio. Hic panis dicebatur κείβανον. Meminit huius adagii cum Suidas, cum Aristophanis interpres ἐν ἀκροβύσι. Quamquam exemplaria pleraque ἀνόμωνος habent, in vno diuntaxat loco κείβανος scriptū reperitur, quod quidem magis arripit, vt vocabulum sit proprium.

## Magistratus virum indicat.

Ἀρχὴ τῶν ἀνδρῶν δέεικοντι, id est, Imperia demonstrant virum. Dimeter iambicus pro-  
uerbio celebratus. Quidam Pitaci Mitylenzi putant apophthegma. Sunt qui Soloni tribuant, quorum de numero Sophocles est, vt ferunt. Aristoteles quinto Moraliū libro, Bianctis nomine citauit. Item Theophrastus in prouerbiis, quamquam ea non extant, Biancti adscribit. Hoc adiciendum putauimus, ne quis cauilletur, sententiam esse, non prouerbium. Quamquam & Plutarchus in vita Ciceronis ostendit fuisse pro-  
uerbio celebratum dictum, loquens hunc in modum: δὲ δόκται μάλιστα καὶ λέγεται τῶν ποτῶν ἀνδρῶν ἐπιθεκνύμεναι καὶ βασανίζαν, ἐξασία καὶ ἀρχὴ πᾶν πῶθ' ἐκινῶσιν, καὶ πᾶσιν ἀποκαλύπτειται κακίαν, δημῳδείναι μὲν εὐχὴν ἔπιχευ, id est, Quod autem videtur ac dicitur, maxime mores hominis ostendere, atque explorare, nimirum potestas ac magistratus, omnem mouens affectum, & omnem aperiens malitiam, id Demostheni quidem non adsuit. Sophocles in Antigone:

Ἀμήχανον δὲ πατρὸς ἀνδρῶν ἐκμαθεῖν

Τυχόντε καὶ φρονίμω, καὶ γνήμιον, πρὶν ἂν

Ἀρχαῖς τε καὶ νόμοισιν ἐντραχίβης φανῆ. id est, Fieri haud potest, cuiuspiā vt peruouerit

Animum atque mentem siue sensum, ni prius

Imperia nactus gesserit ciuilia. Sensus est, in vita priuata vix satis perspicere posse mores & ingenium hominis. Verū si committas Imperium, vt quod libeat, idē liceat, tum demū apparere quo sit animo. Eleganter inuertit Epaminondas, cui cum Thebani per contumeliam magistratum quempiam sordidum & contemptum mādassent, non contempsit, sed ea cura gessit, vt muneri prius contemptissimo dignitas & auctoritas accederet, dicens: Οὐ μόνον ἡ ἀρχὴ τὸν ἀνδρῶν δέεικοντι, ἀλλὰ καὶ ἀρχὴν ἀντιέειπε, id est, Non solum magistratus virum ostendit, sed magistratum vir. Meminit Plutarchus in præceptis ciuilibus.

## Idem Accij, quod Titij.

ΕΤΑΒΑΤ olim adagium apud M. Varro-  
nem in satyra, cui titulus: Testamentum, referturque apud A. Gellium in Noctibus Atticis, Idem Accij quod Titij. Quod si quis, inquit, vndecimo mense κατ' αἰετοτέλειω natus est, Accio idem quod Titio ius esto. Nimirum significans eodem sibi iure futurum, silium decimo mēse natum, quocum qui natus sit vndecimo; Sumptum videtur à Iuriconsultorum consuetudine, Titij & Accij vocabulum pro quibuslibet duobus subinde vsurpantium.

## Caput sine lingua.

ΑΒ hoc non admodum abludit ille Labe-  
rianus trimeter,

Caput sine lingua pedarius est sententia. Competit in eos, qui in consultationibus aut disceptationibus ipsi quidem nihil habent quod dicant, verum aliorum sententias annuunt. Nam pedarii sentatores dicebantur ii, qui in senatu quidem sedebant, verum sententiam non rogabantur, sed in aliorum sententias pedibus discedebant. Vnde referente Felto Pompeio in dictione Pedarius, à Lucilio dicti sunt Aegripedes, quod pedum discessionē dicerent sententiam. Refertur à Gellio Noctium Atticarū lib. 3. c. 18. Habet & Crocodilus caput sine lingua, sed dentibus armatum.

## Corpus sine pectore.

PROVERBIALI figura dixit Horatius in Epistolis ad Albium:

Non

Non tu corpus eras sine pectore, dii tibi formam,

Dii tibi diuitias dederant, artēq; fruendi.

Item Ouidius in Heroinis :

Hunc cinea tu speras hominem sine pectore, dotes

Possē satis formæ Tyndari nosse tuæ ?

Perinde vero dictum est corpus sine pectore, quasi dicas, sine mente. Nam sapientiam & ingenium in pectore atque in corde constituant. Vnde & cordatos appellamus prudentes. Et Iuuenalis tardum ac stolidum significans :

Cum lzua in parte mamillæ

Nil salit Arcadico iuueni.

*Cerita cera dignus.*

OLIM notari dignos atque improbos & nequam homines, Cerite cera dignos, pro uerbo vocabant, nimitum Ceritem ceram insignem ignominiam appellantes. Hora. Quid deceat, quid nō oblii, Cerite Cera. Digni, remigium vitiosum Ithacensis Vlyssis.

Acron & Porphyrius huiusmodi tradunt originem adagii. Romani Ceritibus bello subactis eam dixere conditionem, ne suffragii ius haberent, ne leges vllas aut eederent, aut haberent. Eamque ignominiam in adagium abiisse. Meminit de tabulis Ceritibus & Aulus Gellius lib. 16. ca. 13. Prius autem municipes, inquit, sine suffragii iure Cerites esse factos accipimus. Concessumque illis, ut ciuitatis Romanæ honorem quidem caperent, sed negotiis tamen atque oneribus vacarent, pro sacris bello Gallico receptis custoditisque. Hinc tabulæ Cerites appellatæ versa vice, in quas censes referri iubebāt, quos notæ causa suffragiis priuabāt. Confine videtur illi, quod alibi diximus : Sutorium atramentum.

*Dij laneos habent pedes.*

MACROBIUS libro Saturnalium primo, capite sexto, scribit in hunc modum: Cur autem Saturnus ipse in compedibus, visatur, Verrius Flaccus causam se ignorare dicit. Verum Apollodori lectio suggerit: Saturnum Apollodorus alligari ait per annum laneo vinculo, & solui ad diem libi festum, id est, mense hoc decembri. Atq; inde pro uerbum dictū, Deos laneos pedes habere: significari vero decimo mense semen in utro

ro animatum in vitā grandescere, quod dō nec erumpat in lucem, mollibus naturę vniculis detinetur. Hætenus Macrobius. Lucianus item in Cronosolone, Saturnum in compedibus fingi solere significat. Atque huius figmētī rationem reddit in libro de Astrologia, nempe quod orbis Saturni longissime a nobis semotus sit, ob hoc in tartara coniectum finxere, ex aeris profunditate sumpta occasione. Deinde quod motus sit omnium tardissimi, ut qualitate videatur, compedibus allegatum finxerunt. Plutarchus in problematis scribit, Tyriis fuisse morem, ut deorum statuis vincula iniicerent. Aenigma pro uerbi indicat, deos ad scelus vitium lente quidē procedere, sed tamen aliquando de malefactis pœnam sumere vel inopinato. Sic interpretatur Porphyrio, demonstrans quod scribit Horatius libro Odarum tertio, oda secunda. Raro antecedentem scelestum Descendit pede pœna claudo: affine esse pro uerbo, quod dicitur, deos iratos, pedes sanatos habere, quia nonnunquam tarde veniunt nocentibus.

*Zenone moderatior.*

Ζήνωνος ἐπιμαρτυρηθ, id est, Zenone temperantior. Testatur & Laertius in Zenonis vita philosophum hūc tum in victu, tum in voluptatibus Veneris vsque ad patientiam ac parcum fuisse, ut crudis duntaxat vesceretur, ac pallio prætenui tegeretur. Vnde & Philemon in comœdia taxat hominē, qui post panem obsonii loco caricis uteretur, aquam vini loco biberet, ac discipulos esuriem doceret. Hinc & in vulgi sermonem abiit Zenone temperantior. Philemonis versus apud Diogenem ex fabula, cui titulus Philosophi, sunt huiusmodi.

Εἰς ἄρτον ὄψον ἰχθῆδας, ἐπιμῖν ἴσως,  
φιλοσοφίαν καινὴν γὰρ εἶθ' φιλοσοφεῖ,  
Πινεῖν δ' ἰσάκει καὶ μακρὰς λαμβάνει. id est,  
Post panis esum, cariceumq; obsonium :  
Aquam bibens perdurat inde simplicem.  
Nouū. n. philosophiē celebrat hic genus :  
Docet esurire, ac discipulos ita illicet.

Quoniam sunt qui versus hos Posidippo tribuant, non Philemoni, velut idem admonet Laertius.

*Sylofontis chlamys.*

Ἡσυχάσωντος χλαμῆς. i. Sylofontis chlamys.

Refertur à Diogeniano, dici solitū in hos, qui se cultu vestitiūque iactant ac venditant. Videtur haud absurde dici posse & in eos, quibus munus exiguum in tempore, magno cum sœnore rediit. Historiæ, q̄ procerbii dederit occasionem, meminit Herodotus in Thalia, quanquam apud hunc, *χλαμῖς* legitur, non *χλαμῖς*. *χλαμῖς* autem vestis militaris. Meminit & Strabo Geographiæ libro 14. Historia sic habet: Syloson quidam cum sensisset Dariū Hystaspis filium, cū adhuc priuatus ageret, chlamyde quadam sua admodum bella impensus fuisse delectatum, eam vltro dono misit. Cuius tam tempestiue liberalitatis memor Darius cum iam rebus esset præfectus, totam & urbem & insulam Samiorum Sylosoni in manus tradidit, vnius vestis munus tam opulento regno compensans. Mentionem facit huius rei Valerius quoq; Maximus, lib. Memorabiliū quinto, titulo de gratitudine. Porro quod alii chlamydem, seu chlanidem vocant, hic amiculum appellat, id est, pallii genus.

*Opera Sylosonis ampla regio.*

Ἐκπτι σποσῶντος Ὀρχηκεία. id est,

Per Sylosonem regio facta est amplior.

Senarius in prouerbio versus, quem refert Strabo libro Geographiæ 14. Nam Syloson munificentiâ Darii, mortuo Policrate, Samiorum adeptus tyrannidem, cum acerbius exerceret imperium, ita vt fere solent ii, qui ab humili fortuna repente ad res amplas prouehuntur, & ob hanc causam insula desereretur ab incolis, prouerbio diceceptum:

Ἐκπτι σποσῶντος Ὀρχηκεία. id est,

Spatioſa regio est Sylosonis gratia.

Conuenit in acerbe gerentem magistratū, aut in principem malum, cuius vitio deseratur ab incolis regio. Venustius reddetur longiore deflexu, veluti si in hominē πλατικῆν, qui domum aliquam compilarit dicatur: aut in profusum ac prodigum, cuius luxu loculi facti sunt inanes.

*Phalaridis imperium.*

Φαλαρίδου ἀρχή, id est, Phalacidis principatus. Refertur inter Græcas paræmiâs. Recte dicitur in eos, qui crudelius exercēt Imperium, aut potestatem sibi delegatam. Orsum adagiū à Phalaride Agrigentinarum

tyranno, quæ sua crudelitas nobilitauit. Inter multa autē crudelitatis exempla celebratur in primis queus ille taurus Perilli, siue Perilai, nā sic appellat Lucianus, inuētum, quo subiecto igni mortales viui sic exurebantur, vt pro ciuitatu humano mugitū edent morientes. Eum taurū, exusto primū in codē artifice, Delphos misisse legitur, vt Phæbo dicatus, in eius tēplo reponeretur: monumentum futurum, simul & artis exquisitissimæ, & inuenti crudelissimi, & poenæ merito in auctorem retortæ. Verū Delphimū, vt à tyranno missum, repudiarunt. Hæc ferme leguntur apud Lucianū. Simili figura dictum legimus *φαλαριστῆς*, pro immani crudelitate. Cicero ad Atticū lib. 7. Nam istum quidē, cuius *φαλαριστῆς* times, omnia teterime facturum puto. Idē in actione contra Pisonem: Quoniam, inquit, Phalarin grammaticum habemus, qui perperam scripta etiam capite punit.

*Complurium thirorum ego strepitum audiui.*

Πολλῶν ἐγὼ ἐβρίων ψόγης ἀκίκοα. id est, Thirorum ego strepitum audiui complurium.

Senarius est prouerbialis, quo minas & inane clamorem nos contemnere significamus. Quemadmodum Thais illa Terentiana sœuas & gloriosas Thralonis minas pro nihilo ducit, magis nebulonem appellans. Aristophanes in Vespis:

Ὡς ἐγὼ πολλῶν ἀκίκοα, οὐδ' αὖ ἐβρίων τοῦ ψόγον. id est,

Thria noui quid strepant, vt sœpius qui audiuerim.

Porro thria à Græcis dicuntur ficulna folia, quæ cum incendantur, minacem quendam edunt strepitum, & formidandum iis quibus, ante non sit auditus, alioquin inanem & cōtemnendū. Nisi manus legere ἐβρίων, sic enim Græci vocant calculos, quos in vniuersa mittunt sortilegæ, cum diuinant, quemadmodum admonuimus alibi. Solent huiusmodi diuinatrices aliquando e fortibus dira prædicere, quo stultos ac credulos terrent, cum sœpenumero nihil eueniat eorum, quæ minantur.

*Ne inter apia quidem sunt.*

Οὐδ' ἐν σελήνις εἶσιν, id est, Ne in apio quidē sunt, pro eo quod est, ne ingressum quidē aut initium rei attrigerunt. Sumpta metaphora ab iis, qui hortos ingrediuntur. Nā anti-

antiquitus extremus ille hortorum ambi-  
tus, apio conferbatur, quem qui nondum  
præterissent, velut in horti limine adhuc  
esse videbantur. Aristophanes in Vespis:

Οὐδὲ μὲν γ' ἔδ' ἐν στείρω π' ἔστιν, ἔδ' ἐν πη-  
γῆναι. id est,

In apio nondum est vel ipso, sed nec in ru-  
tis adhuc.

Hoc est, nec initium habet eorū, quæ sunt  
futura. Interpres & aliam quandam hoc lo-  
co refert sententiam, volens adagium ad  
gymnicum agonem pertinere, ad quod  
qui præparatē infantes, statim vt essent na-  
ti, in apio collocare consueverunt. Itaque  
perinde dictum v̄r, Ne in apio quidē: quasi  
picas, ne in primis quidem rudimētis. Ru-  
tām autem comicus addidit risus causa,  
quod apium præloctus fuerat. Porro mo-  
rem apio coronandi putant iam olim ab  
Hercule inductum, post interfectū Nemeæ  
leonem, quod & Pindarus indicare videtur  
alicubi. Nam in Nemeis hymno quarto di-  
cit: Ἴνα ἐν ἀγῶνι βαρεκτόπιε ἐξάσσε κορινθίαις  
στεινίαις, id est, Vbi in certamine tumultuo-  
si floruit Corinthiacis apis. Significat  
quendam in certamine Nepruni Isthmico  
coronatum fuisse à Corinthiis.

*Podex lotionem vincit.*

Ῥεῶντι δὲ λυτὸν περιγίγναι, id est, Podex lotionē  
vincit. Callistratus apud Aristophanes in-  
terpretem adagium hoc retulit ad eos, qui  
sele in malum aliquod adigunt, propterea  
quod ea corporis pars, etiam si lauetur, se-  
met rursus inquinat, ita vt ipsa sit in caus-  
sa, quo minus lauari possit. Quadrabit etiā  
vbi quid frustra fieri significabimus, veluti  
si quis nocentem e carcere redimat, atque il-  
le mox iterato commisso semet eodem præ-  
cipiet. Aut si quos reconciliet, mox in pri-  
stinam relapsuros similitudinem, aut castiget  
incorrigibile ingeniu, quod genus est mu-  
lierum. Cōueniet & in illos, qui suo ipsius  
vincunt malo. Veluti si quis morum intra  
stabilitate obtineat, ne posthac obiurgetur  
à præceptore. Purant adagium videri sum-  
ptum ab eis potissimum, qui cita sunt aluo,  
quos Nonius foriolos appellat. Aristophanes  
in Vespis: Ῥεῶντι δὲ λυτὸν περιγίγναι. id est,  
& morbus dicitur vincere artem, curam ve  
medici, cum est immendicabilis. Ex vete-  
rum monumentis deprehendes, fuisse mo-

rem publicum, vt post exoneratam aluum  
adhiberetur eius partis lotio, quæ tamē sub-  
iude erat repetenda. Martialis inter Ille Ca-  
tellæ laudes commemorat. quod post depo-  
situm ventris onus rogaret lauari. Legi-  
mus & barbarum quendam seruitutis im-  
patientem, ligno, cui spongia erat addita  
tergendo podici, in gulam adactū sibi con-  
sciuisse necem.

*Conscientia mille testes.*

QVINTILIANVS Oratoriarum institutio-  
num lib. 5. hanc sententiam vt proverbia-  
lem citat, Conscientia mille testes. Sensus  
interprete non eget. Quis enim nescit, con-  
scientiam rem esse vnam omnium efficacissi-  
mam: adeo vt nulla tormenta melius pro-  
dant maleficium, quam cōscientia, nullus  
carnifex seuerius puniat, quam hæc? Vn-  
de & illud:

Hec quam difficile est crimen non prode-  
re vultu.

Extat & Græcica sententia, συνήθους  
πληθεὶ τῷ ψυχῆν, id est, Conscientia verbe-  
rat animum. Iuuenalis item:

. Et furdo verberæ cædit.

Hanc fenere poetæ, cum de diris & vlticri-  
bus furiis fabulantur.

*Mysorum præda.*

Μυσῶν λεία, id est, Mysorū præda. In eos olim  
dicebatur, qui impune à quibuslibet ledun-  
tur ac diripiuntur. Ortum adagium à My-  
sis, quos aiunt quondā finitimorum incur-  
sationibus male vexatos fuisse, quo tempo-  
re Telephus rex peregre agebat. Vtitur hoc  
adagio Aristoteles libro Rhetoricorū pri-  
mo, tractans de locis coniecturalibus, καὶ τὸ  
ἔπειτα πολλῶν ἀδυνατείτας, καὶ μὴ ἐπιχειρότητας,  
ὡς ὄντας κατὰ τὴν παροιμίαν μυσῶν λείαν. id  
est, Eos item, inquit, qui à compluribus af-  
fecti iniuria, non curant de vlciscendo. Nā  
vt trito dicitur proverbio, Mysorū hi præ-  
da sunt. Hoc est, passim ab omnibus inces-  
suntur, propterea quod veterem ferēdo in-  
iuriam, inuitant nouam. Vfus est Demo-  
sthenes aduersus Aeschinē. Quo quidem  
in loco scioli deprauarunt pro Mysorum,  
miserorum, in translatione Leonardi Arre-  
tini. Citatur & ex Stratidis Medea, & Iam-  
bis Simonidis.

*Septa septa transilire.*

Ἐπὶ τὰ ἑπταμύηκα πηδῶν, id est, Septa transil-  
V 2 lire.

lire. Congruit vel in eos, qui rem quampiã nouam & incredibilem designant, longeq; supra vulgariū hominum facultatē. Vel in hos, qui à re proposita digrediuntur. Vel in illos, qui prescriptos sibi terminos, & potestatis mandatæ modum transeunt. Natū adagium à Phayllo quodā pentathlo Opūtio, vt quibusdā placet, Crotoniata qui tū saltu, tum disco mirum in modum valuisse legitur. Hæc ferme Suidas. Extat & inscriptio statuz illius huiusmodi:

Ῥείτ' ἐπὶ πεντάκοιτα πόδες πίδασι φάλλος.  
 Διασβεί δ' ἑκατόν, πὴν ἀπολειπομένην. i.  
 Quinque supra quinquaginta pedes salit Phayllus. Discum autem iacit centum exceptis quinque. Meminit huius adagii Plauto in Cratilo, ἡ ὑπὲρ τὰ ἑκαταμύνα ἀλεῖσαι. id est, Et vltra septa psallire. Refert & Iulius Pollux libro De rerū vocabulis tertio. Lucianus in Somnio ὑπὲρ τὰ ἑκαταμύνα ἡδὲ πῶδ' αἰ. i. Vltra septa iā transilit. De somnio cuius finis cum sit somnus, iam et vigilantia duraret. Cicero de oratore lib. 1. Et quasi certarum artium forensibus actionis circumscriptam scientiam. Idē in actiōibus: Ab his cancellis, quibus me circumscripsi, declinauero. Locus enim is, in quo celebrantur ludi forenses, fossis cancellis, aut aliis ad genus septis erat circumscriptus.

*Psyricæ facta.*

PSYRA, insula quæpiam est, haud procul à Chio, cuius meminit & Homerus libro Odysseæ 3. Psyriam appellans:

Ἡ καὶ ὑπὲρ τὸ χίονο νοίμεθα πικυκαλοῖσσις  
 Νήος ἐπὶ ψυρίας, ἀντὶ τὸ ἐπ' αἰετῆρ' ἔχου-  
 τας. id est,

Certe supra Chium redibamus asperam, iuxta insulam Psyram, ipsam Chium à sinistris habentes. Strabo Psyra pronunciat plurali, & neutrali genere. Meminit huius & Plinius lib. mundanz historie 5. Ea insula quoniam esset, & perpusilla & ignobilis, in contemptum ac vitiatum prouerbium abiit, vt quæ sordide, parumq; magnifice fierent, Psyricæ facta dicerentur. Hæc ferme Stephanus. idem citat Cratinum:

Τύχερ τὸν δῖου σοῦ ἀγοῦτος. id est,

In Psyra Bacchum ducentes.

Eundem rursus in Nemesa:

Τύχερ τὴν πύσσερην ἀγῆς. id est,

In Psyra spartam ducis.

*Bos Cyprius.*

Κύπριος βῆς, id est, Cyprius bos. In brutum ac stolidum iaci solitum, propterea quod Cyprii boues magis bruti ferantur, quippe qui stercore humano pascantur. Refertur à Suida ac Diogeniano. Interpres Aristophanis in Plutum, scribit Bæotios boues σκατοφάγους fuisse, id est, oletum edentes. Hoc autem nomine Aristophanes medicos appellat, quod in curandis ægrotis sordida quædam tractent, lotium aut ventris excrementa contemplantes. Sed de Cypriis bubus cōsentit Plinius lib. 28. c. vltimo narrans Cyprios boues hominum excrementa appetere, nō pastus cautā, sed vt hoc remedio totuminiibus medeantur.

*Cyprii boni merendam.*

FESTVS Pompeius versus hunc Sotadicum citat ex Ennio:

Cyprio boni merendam.

Ostenditque conuenire, quoties conuiuia sordibus & inspidius sordido atque inspidio accipitur conuiuio. Originem adagii refert eandem, quam nos modo commemorauimus. Festiuus erit, si ad res animi defletatur, vt si quis apud spurcos spurce loquatur, apud indoctos indocte.

*Equum habet Seianum.*

EQVVM habere Seianum, olim prouerbio dicebatur in calamitosum, & ad extremam inopiam redactum, Allegoria sumpta est ab equo quodā fatali, cui à Cn. Seio domino nomē inditum est Seiano. is ex Diomedis equis prognatus fuisse creditus est. Fuit insigni quidem specie verū eiusmodi quodā lato, vt quisquis eius equi possessor esset is cum omni domo ad internicionem vsq; deperiret. Id quod Cn. Seius ipse capitis dānatus, ac miserando affectus supplicio: deinde & Dolabella bello interfectus: post hunc Cassius ab hostibus occisus: deinceps Antonius detestabili exitu perditus, probauit. Hunc equum C. Bassius Argis sevidisse refert, haud credibili pulchritudine, vigoreque & colore exuperantissimo, nempe puniceo. Hoc adagium & refert, & copiosius explicat Aulus Gellius, libro Notitium Atticarum tertio, capite nono. Fieri potest, vt hæc de equo superstitione mansit ab equo illo duratæ, cuius Odysseus 3. meminit

meminit Homerus, qui fatalem interitum attulit Troianis. Ad quod alludens Maro. Scandit, inquit, fatalis machina ruaros. E diverso quædam fataliter esse felicia credidit veterum superstitione. Nam auctor est Trebellius Pollio in libro de triginta tyrannis, vulgo persuasum fuisse, res tuis feliciter cedere, qui Alexandri magni imaginem, auro argento ve expressam gestitarēt. Nec hodie desunt, qui gladios in bello fortunatos, & huiusmodi quasdam nugas pollicentur principibus. At magis mirandum, esse qui istius modi impostoribus credant.

*Aurum habet Tolossanum.*

HVC similitum est illud: Aurum habet Tolossanum. In eum qui magnis ac fatalibus afficitur malis, nouoq; ac misero exitio perit. Refertur ab A. Gellio eodē loco, quem modo citauimus, ad hunc modum: Eadem sententia est illius quoq; veteris prouerbii, quod ita dictum accipimus: Aurum habet Tolossanum. Nam cum oppidum Tolossanum in terra Gallia, Q. Cæpio consul diripiisset, multumq; auri in eius oppidi templis fuisset, quisquis ex ea direptione aurum attingit, misero, cruciabiliq; exitu perit. In plerisq; codicibus Gellianis hæcenus legebatur in terra Italia, sed mendose, cum Strabo & Iustinus Tolossam ponant in Gallia. Meminit auri Tolossani M. Tullius lib. De natura deorum tertio: Cognosce, inquit, alias questiones auri Tolossani, conuersionis Iugurthinæ. Strabo lib. Geographiæ quarto, admonet hanc pecuniam Tolossanam Delphicæ pecuniæ partem fuisse. Brennus enim Præfuls natione, Tectosagis auxiliantibus Delphos incurauerat, deinde quemadmodum refert Iustinus lib. 22. cum Tectosagi se in antiquam patriam Tolossam recepissent, pestilentia laborare cœperunt, a qua non prius sunt liberati, quam aruspicum responsis moniti, aurum, argentumq; sacrilegio quæsitum, in Tolosensi lacum mergerent: quod omne magno post tempore Cæpio Romanus consul abstulit. Quod quidem sacrilegium exitum attulit tum ipsi Cæpioni, tum illius copiis. Erant autem auri pædo 110 milia: argenti pædo quinque decies centum milia. Scribit enim Strabo, Tolossanos ex priuatis fortunis auxisse sacram pecuniã, ut magis

deum sibi reconciliarent. Narrantur & alia quædam hoc loco a Strabone de auro Tolossano ex Posidonio: verum quoniam ad adagionis enarrationem non magnopere pertinere videbantur, sat habuimus locum indicasse.

*Polypi capus.*

Πολυπόδος κεφαλή, id est, Polypi capus. In hominem varium, & in quo pariter & vitia quædam & virtutes inuenias, cuiusmodi Catilinam describit Sallustius. Cœperit & in rem ex qua non parum commoditatis capere queas, sed quæ eadem nonnullis in modis noceat. Allegoria ducta est ab eius piscis capite, quod sicuti testatur Plutarchus in libello, cui titulus, quomodo sint adolescentibus audiendi poetæ, est quidem suauissimum & esculentum, ceterum somnia parit tristia ac prodigiola. Vnde huius esum interdicebant iis, qui cuperent ex insomniis præscire futura, quemadmodum & fabarum, ut testis est idem Plutarchus in Symposiacis. Proinde poetice, Polypi capus vocat, in qua sicuti sunt per multa cognitum, tum iucunda, tum frugifera, ita sunt nonnulla, nisi caueas, pestilentia. Porro ex huiusmodi rebus id, quod inest commoditatis, conueniet excerpere, quod noxium vitare. Iuxta Simonidis doctrinam apiculas imitari, quæ præteritis reliquis, ad ea duntaxat aduolant, vnde possint aliquid ad mellificum idoneum excerpere, nec aliud colligunt, quam quod sit vni futurum. Proverbum integre refertur apud Plutarchum hoc pacto:

Πολυπόδος κεφαλή ἐν μὲν κακὸν ἐστὶ καὶ ἰσθλόν. id est,

In polypi capite inest quidem malum, inest & bonum.

Item Theognis in sententiis de vino prædicat:

Ἐὖθλος καὶ κακὸς ἐστὶ. id est,

Bonum ac malum es.

Posset ad hanc formam torqueri fabula de hasta Achillis, quæ vulueris auxilium tulit, eadem quæ vulnus insixerat.

*Aestate penulam detersis.*

Ἐν θέλει τὴν χλαῖναν κατὰ ῥίβαν, id est, Aestate penulam detersis. Refertur a Zenodoto, Diogeniano, Suida. Recte dicitur in eum, qui res necessarias temere, nec in tempore



profundit, aliquando futuras vsui si seruentur. Id quod vulgo factitant adolescentes, qui facultates patrias stulte prodigunt in iuuenta, quibus sustinenda fuerat imbecillitas senectæ. Neq; male quadrabit in eos, qui corporis vires in voluptatibus frustra consumunt, quas in obeundis negotiis seriis postea sunt desideraturi. Nam *χλῶν* summa vestis est, quæ pro tempore surtitur ad ventos, pluuiam, frigus ve depellendum, quasi Latine dicas penulam. Iuuen.

- Et multo stillaret penula nimbo.

Quanquam & Latini *λαζα* vocabulo vtuntur, pro eo quod Græci *χλῶν* appellant. Nonius indicat genus vestis militaris, quæ sit omnium extima, veluti chlamys, palliū, & penula. Apud Diogenem Laertium tale quiddā obicit Philemon comicus in Cratete, quod æstate gereret pallium crassum, hymelaceram tunicam, videlicet quo disceret temperantiam ac tolerantiam.

#### Festina lente.

*Ἐπιβίβει βραδέως*, id est, Festina lente. Proverbum hoc non inuenustam ænigmatis speciem præ se fert, propterea quod constat ex verbis inter sese pugnantibus. Ideoque referendum est ad eam formam, quam in operis huius initio demonstrauimus, nimirum eorum, quæ per *ἐναντιώσιμ*, id est, cōtrarietatem efferuntur. Quod genus est illud, *δυστάμιον ἐνδαιμόνιον*, i. infelix felicitas. Nec absurde coniecisse videatur, si quis effectum existimet ex eo, quod est apud Aristophanem in Equitibus, *ἐπιβίβει ταχέως*, i. Propera propere, vt adulator quisquis is fuit, *τὴν ἀναδία πλωσιν ἐναντίσιν* commutarie. Ad hunc autem figuræ colore, atque ad hanc adlusionis facietiam, non mediocrem gratiam adiungit tam commoda, tamque assoluta breuitas, quæ & ipsa velut in gemmis, itidem & in adagiis, peculiariter decere videtur, & ad prætium miraculum facere. Etenim si vim ac sententiam æstimes, quam hæc tam circuncisa vocum breuitas in se complectitur, quam sit læcunda, quæ grauis, quam salutaris, quam ad omnem vitæ rationem late patens, profecto facile discesseris in hanc sententiam, vt in tanto prouerbiorum numero non arbitreris vllum aliud esse perinde dignum, quod omnibus incidatur columnis: quod pro temporum omnium foribus describatur, &

quidem aureis notis: quod in principum aularum valuis depingatur: quod primatum in scalpatur anulis: quod regibus in sceptris exprimatur: denique quod omnibus vbique monumentis representetur, propageretur, celebretur, vt quod tantopere expediat semper cuiusque obuersari animo, quo nusquam non occurrat oculis, nulli quidem mortalium non maximo futurum vsui, præcipue tamen principibus, & iis, quibus, vt verbis dicamus Homericis: *Ἀκρίτ' ἐπὶ τειρεῖσθαι καὶ τὸ σσκα μέμλε*. i. Commissi populi, ac tam multa negotia cure.

Quandoquidem à plebeis fortis hominibus, si quid forte sit vel prætermisum socordia, vel admissum temeritate, quemadmodum iactura leuior, ita & incommodum, quod acceptum est, facilitate remedio facitur. At vero principis vel vnica celsatio, semel vt præcipitarum cōsiliū, deum immortalem, quas tempestatem non nunquam excitat, quantas rerum humanarum ruinas secum trahit? Rursum si adsit τὸ *ἐπιβίβει βραδέως*, hoc est, maturitas quædam ac moderatio simul ex vigilantia lenitudineque temperata. vt neque per temeritatem quidquam faciat prænitendum, neque per socordiam quidquam prætereat, quod ad Reipubl. commodum pertinere videatur, quid esse potest hoc Imperio felicius, firmitus, stabilisque? quanquam hæc felicitas haudquaquam ipsis Imperii terminis circumscribitur, quin vindicæ longe lateque ad finitimos populos dimanat, nec vsquam æque locum habet Hæliodiam illud:

*Ἦμα κακὸς γέεται, ὅσσοι τ' ἀγκῶς μίγ' ὀννεῖ*.

Proinde existimemus, proverbum hoc, si quod aliud, optimo iure, βασιλικόν, id est, Regium appellari debere, non tantum ob eam quam modo diximus causam, verum etiam quod duobus his vitiis ingentia principum fere peculiariter videantur esse consinia. Homerus Agamemnoni vitiosam quandam animi molliciem, hoc est, τὸ *βραδέως* affinxisse videtur: vt eius nullum egregium facinus adferatur, aut animosum, nisi cum ob ereptam Chryseidem stomachatur; & Achillem sua spoliat Bryseide. Rursum Achilli parum moderatos impetus, hoc est, τὸ *ἐπιβίβει*, attribuit: nisi si cui

rum *αὐδ' ἐν βρεδ' εὖς* videtur, cum in consilio districto gladio regem impetiturus, à Pallade coerceatur, admonitus vt intra conuicia duntaxat indigneur. Atqui hoc ipsum erat impotentis animi, in frequenti principum confessu, tot probris, tam manifestis conuiciis in eum debacchari, penes quem rerū erat summa. Achillem imitatus videtur Alexander ille magnus, ac plane vicit: quippe quem eousque præcipitem egerit impetus animi, vt in amicissimos etiam ferrum destrinxerit. Agamemnonem Sardanapalus est æmulatus, sed ita æmulatus, vt longo præcesserit interuallo. Perpaucos autem reperias, qui prouerbum hoc secuti, tempestinam celeritatem cum prudenti tarditate recte miscuerint: nisi quod pro multis vnus sufficit Fabius ille Maximus, cui cognomen etiam additum Cunctator: qui cum sibi laudem peperit immortalem, tum Romano Imperio cunctando restituit rem, aliorum Ducum inauspicata celeritate iam ad extrema redactam. Itaque non sine causa est factum, vt hoc *αὐδ' ἐν βρεδ' εὖς* tantum adriserit duobus Imperatoribus Romanis, omnium facile laudatissimis, Octauius Augusto, & Tito Vespasiano, quorum vtrique singularis quædam adeo animi magnitudo, cum incredibili quadam lenitate, facilitateque coniuncta, vt cum amabili morum popularitate, omnium animos sibi deuinxissent, nihilo secius tamen pari diligentia, si quando res virum postulare, celeriter res maximas confecerint. Octauius igitur hoc dicto tam impense delectatus est, quemadmodum in Noctibus Atticis libro decimo ca. vndecimo narrat Aul. Gellius, & hunc secutus Macrobius Satur. libro sexto, vt non in sermonibus modo cottotidianis crebrius vsurparet, verum etiam epistolis suis frequenter insereret, admonens his duobus vocibus, vt ad rem agendam adhereretur simul & industriz celeritas, & diligentiz tarditas. Quod quidem Gellius Latinis existimat vnico verbo dici, matura. Nam maturari, quod neque præpropere fiat, neque serius quam oportet, sed ipso in tempore. In hunc sensum vsurpasse Maronem, cum ait Aeneidos libro I. Maturate fugam. Quanquam omnino vox hæc apud auctores significat idem quod festi-

nare, sed ita festinare, ne tempus legitimum anteuertat. Si quidem festinata recte dixeris etiam præpropere, maturata nõ dixeris. Neque dissident ab his quæ Suetonius tradit in huius vita: Nihil, inquit, minus in duce perfecto, quam festinatione, temeritatemque conuenire arbitrabatur. Crebro itaque illa iactabat. *Σπῦδ' ἐν βρεδ' εὖς, ἀσφαλὴς γὰρ ἐστ' ἀμείνων ἢ θρασύς Στρατηγός*. Hæc serme Suetonius. Est autem versus trochaicus tetrameter catalecticus ex poeta quopiam, decerptus, cui Cæsar de suo subiecit *στρατηγός*. Cuius hæc est sententia: Festina lente. Nam qui tuto, citraque lapsum rem gerit, melior est, quàm audax & cõfidens. Tutiora sunt enim, quæ lentis consiliis prouidentur, quam quæ calidis consiliis properantur. Iam vero dictū idē Tito Vespasiano placuisse, ex antiquissimis illius numismatis facile colligitur: quorum vnum Aldus Manutius, vir de omni antiquitate præclare meritus, spectandum exhibuit argenteum, veteris planæque Romanæ sculpturæ, quod sibi donumissum aiebat à Petro Bembo patritio Veneto, iuene cum inter primos eruditorum omnis litterariz antiquitatis diligentissimus peruestigatore. Numismatis character erat huiusmodi: Altera ex parte faciem Titi Vespasiani cū inscriptione præfert, ex altera ancoram cuius medium ceu temonem Delphin obuoluitur complexitur. Id autem symboli nihil aliud sibi velle, quàm illud Augusti Cæsaris dictum, *αὐδ' ἐν βρεδ' εὖς*, indicio sunt monumenta litterarum hieroglyphicarum. Sic enim vocantur ænigmaticæ sculpturæ, quorū præcis seculis multus fuit vsus, potissimū apud Aegyptios: qui nefas esse ducebant, sapientiz mysteria litteris communibus vulgo prophano proderere, sed si quid cogniti dignum iudicassent, id animantium rerumque variarum expressis figuris ita representabant, vt non cuius statim promptum esset conicere: verum si cui singularum rerum proprietates, si peculiaris cuiusque animantis vs ac natura cognita, penitusque perspecta fuisset, is demum collatis eorum symbolorum coniecturis, ænigma sententiz deprehendebat. Veluti cum Aegyptii Osirim suum, quem eundem solem esse putant, significare volunt, in sculptura sceptrū, inque eo speciem expriment oculi, nimirum

rum innuentes hunc deum esse, regalique potestate sublimem, cuncta despiceret, quia solem, Iouis oculum appellat antiquitas. Huiusmodi ferme refert Macrobius libro Saturnalium 1. Item annū hoc modo demonstrabant: Effingebant serpentem ita circumuolutum, ut caudam ore teneret insertam, innuentes anuum semper iisdem vicibus temporum reciprocantibus in sese recurrere. Vnde Seruius autumat apud Græcos *ἄνετος* vocabulum attributum anno, atque huc respexisse Maronem, cū ait: Atq; in se sua per vestigia voluitur annus. Etiam si Horus Aegyptius, cuius extant duo super huiusmodi symbolis libri, serpentis sculptura non annum, sed zeum representari tradit: annum autem tum Isidis, tum Phœnicis imagine. Scripsit his de rebus Plutarchus in commentario de Osiride, & Chæremón apud Græcos testimonio Suidæ, cuius ex libris excerpta sunt ea, quæ nos nuper conspeximus huius generis monumenta: in quibus etiam hæc inerat pictura: Primo loco circulus: deinde ancora, quam mediam Delphinus oborto corpore circumplectitur. Circulus ut indicabat interpretamentum adscriptum, quoniam nullo finitur termino, sempiternum innuit tempus. Ancora, quoniam nauim remoratur & alligat, sistitque tarditatem indicat. Delphinus, quod hoc nulum aliud animal celerius, aut impetu perniciore, velocitatem exprimit: quæ si scite connectas, efficient huiusmodi sententiã: *ἔτι καὶ σὺ εἰ βραδέως*, id est, Semper festina lente. Porro hoc scripturæ genus non solum dignitatis plurimum habet, verum etiam voluptatis non parum, si quis modo rerum, proprietates penitus perspectas habuerit: id quod partim contingit solerti contemplatione rerum casualium; naturalium, partim liberalium cognitione disciplinarum. Veluti si quis ex Aristotelicis libris, quos de naturali audire iascripsit, probe teneret analogiam quandam esse, & similitudinem inter magnitudinem, motum, ac tempus: nam horum trium vnū quodque pariter in eodem existunt. Siquidem ut tempus adhæret motui, ita motus adhæret magnitudini. Quod in magnitudine punctum, hoc momentum in tempore, impetus in motu (liceat enim interim sic appellare, quod in motu minimum est,

atque indiuisibile) Neque enim de vocibus laborandū, si de re conueniat. Iam igitur si in recta linea magnitudinem consideres, duo puncta reperies, quorum alterum sit initium duntaxat, alterum finis tantum. hoc est, vnde quasi fluit longitudo, & in quod definit. In eadē si morum constituas, duos item reperies impetus, alterum vnde motus oritur, alterum in quem definit. Horum ea ratio est, ut qui initium est, tantū eius motus initium sit: qui finis, tantummodo finis. Motum tempus necessario committitur. Est enim huius veluti regula, cuius naturam si separatim contemplare, duo vides momenta (liceat enim ita loqui) alterum temporis illius initium, alterum finem. Rursum autem, si in eadem linea consideraris, puncta magnitudinis, impetus motus, momenta temporis, quæ media intercedunt inter initium & finē, vides horum vnus cuiusque; velut ancipitem esse naturā. Etenim ad initium relata, fines sunt: ad finem, initia. Proinde vbi finita erit magnitudo, ibi simul & finitus motus, & tempus finitimum sit oportet. Finita est autem ea magnitudo, in quam tale competit initium, ut idem finis esse non possit: talis inquam finis, ut in eundem non cadat ratio principii, id quod euenit in omnibus figuris, excepta circulari seu spherica. Nam ut in hac nullum certum est punctum, quod proprie dici queat initium, nullum item quod ita sit finis ut tantum eam recipiat appellationem, ita nec momentum huiusmodi vllū est, nec impetus. Vnde consequitur, ut ibi neque finita sit magnitudo, neque motus finitus, neque finitum tempus. Rursum vbi quodlibet magnitudinis punctū, simul & initium & finis esse potest, ibi magnitudinē infinitam esse necesse est. Ad eandem rationē, vbi quilibet impetus vel principium motus esse potest, vel finis, illic motus videtur infinitus. Demum vbi quoduis momentū, simul vel initium temporis esse potest, vel finis, ibi tēpus infinitum oportet esse. Sed infinitum tempus, æternū vocamus, quod quidem æterno respondet motui. Motus æternus magnitudinem itē æternam requirit. Hæc non possunt competere, nisi in spherica, aut circulari magnitudine. Vnde philosophi quidam æternitatē mundi collegerunt, quod animaduertent cæli vniuersi, syderumque & sphericam esse figuram,

figuram, & motum item esse sphericum. Porro non solum in huiusmodi magnitudine, circuli ratio quadrat, verum etiam motus huic adherens, circulus est quidam. Item tempus eum dimetiens motum, non respuit appellationem circuli, quemadmodum testatur etiam Aristoteles quarto *πρωτης φυσικης ἀκροαστως* libro. Hæc igitur atque id genus alia qui ex philosophorum discipulis perdidicerit, is facile cõiectabit, quã ob rem Aegyptii circulo sempiternum tempus exprimere voluerint. Iam vero Delphini vim, naturãque, paucis inspicimus. Tradunt auctores huic incredibili velocitate, & admirabili impetu reliquum animãtium genus longo interuallo post se relinquere. Proinde Oppianus libro De naturis piscium secundo, Delphinos non cum quibuslibet auibus, sed cum aquilis confert:

Ὅσσον γὰρ κέρφοισι μετ' αἰωλοῖσιν ἀνάκτες,  
 Αἰετοῖ, ἢ θηρεύσει μετ' ὀμιγῶσι λείοντες,  
 Ὅσσον ἀρξίνυσιν ἐν ἔρπυσσιν ἰσθρακοῖτες,  
 Τόσσον καὶ δ' ἐλφίδες ἐν ἰχθύσιν ἠγεμονίης. 1.

Qui ppe citas quãtum inter aues, insignis honore

Regali, reliquas aquila præuertitur omnes,

Inq; feris leo crudiuoris, seuiq; dracones Serpentum in genere exsuperat, tantum impete Delphin

Eximius vincit regnantes æquore pisces.

Confert & iaculo:

Δίχ γὰρ βέλῃ ὡς ἰ δολασσων ἰπτῶνται. id est,

- Namq; per æquora lata sagittæ More volant.

Deniq; confert etiam vento, vel turbini potius, ac procellæ ventorum:

Ἄλλοτι μὲν βαδῶν ἡμᾶς διαπρήχει ἄντι λαῖλαψ. id est,

- Altas aliquando per vndas Turbinis in morem discurrit.

Plinius libro historiæ mudi nono. cap. octauo, Aristotelis secutus sententiam, haud quaquæ ab his discrepantia refert, videlicet Delphinum omnium animalium pernicissimum esse; neq; id solum inter maritimi generis, verum etiam volucris quauis ocyorem, quouis acriorem telo. Singularem autem huius velocitatem hoc potissimum argumento colligi, quod cum os habeat longo distans interuallo à rostro, nempe medio pene ventre, quæ res in consecrandis piscibus

non mediocrem illi moram adferat necesse est, neque enim nisi resupinus atque conuersus corripit, tamè vix vllus est piscium, qui illius effugiat celeritatem. Nec ignorat ipse hanc naturæ dotem, sed veluti laudis, animi ve causa certat aliquotiens cum nauigiis, plenis velis euntibus. Est enim præcipue φιλάθρωπος Delphin, quin & πῶσι δειρασιν aiunt nonnulli, & ob id capitalis est hostis Crocodili, quo non aliud animal insensus homini. Itaque non pauescit hominem vt alienum, verum obtuiam nauigiis venit: adludum exultans, certat etiã & quãuis plena præterit vela. Quin etiam in mugilum venatu apud stagnum Laternam magnifice declarat, quantum valeat celeritate, quantum polleat ingenio, quantum denique bene velit homini. Iam vero quid dicitur de impetu vix credibili? Siquidem vbi fame concitatus, fugientẽ in vada ima persecutus piscẽ, diutius spiritum contempnit, non aliter quam arcu emissus ad respiciendum emicat, tantaque vi exilit, vti plerumque vento turgentia vela nauium saltu trãsuoler. Quod igitur symbolum magis conueniebat ad exprimendum acrem illum & indomitum animi impetum, quam Delphini? Porro ad significandam tarditatem, cunctationemque, non male quadrabat *ἰχθυὶς* piscis, quem Latini Remoram vocant: verum quoniam huius figura parũ cognobilis videbatur (nam præterquam quod admodum pusillus est, nec vlla insigni nota discernitur) magis ad id placuit ancoræ symbolum, quæ si quando periculose nauigatur ob ventos nimium secundum, ibi cursum immoderatum nauis figit ac retinet. Itaque dictum hoc *αἰνὸς δὲ βραδείως*, ex ipsis vsque prisce philosophiæ mysteriis profectum apparet, vnde adscitum est à duobus omnium laudatissimis imperatoribus, ita vt alteri adagionis esset loco, alteri insignium vice, vtriusque moribus ingenioq; mire quadrans. Nunc vero in Aldum Manutium Romanum, ceu tertium heredem, deuenit:

Haud equidem sine mente reor, sine numine diuum.

Nam huius eadem, quæ quondam Tito Vespasiano placuerunt, celebrantur insignia, non notissima modo, verum etiam gratissima quibuscunq; vbiuis terrarum bonæ literæ, vel notæ sunt, vel caræ. Neque vero symbolum

bolum hoc tum illustrius fuisse crediderimus, cum in scalptum imperatoris numismati, negotiatorum manibus teredum circumferretur, quam nunc, cum ubique gentium, vel ultra Christiani imperii terminos, vna cum omnigenis vtriusque linguarum voluminibus propagatur, adgnosceretur, teneatur, celebratur ab omnibus, qui liberalium studiorum colunt sacra: præsertim iis, qui ad veram atque antiquam aspirant eruditionem, ad quam restituendam vitis quasi natus, & ab ipsis, vltra dixerimus, satis factus, scalptusque videtur: tam ardentibus votis vnum hoc optat, tam infatigabili molitur studio, vsque adeo nullum refugit laborem, vt litteraria supellex & integra, & syncera, puraque bonis ingentis restituatur. Quam quidem ad rem quantum iam attulerit momenti, res ipsa nimirum indicat. Quod si pulcherrimis planeque regis Alti nostri votis Deus aliquis bonis litteris amicus adspirauerit, & si quem numina læua sinant, intra paucos annos illud futurum pollicemur studiois, vt quidquid est bonorum auctorum in quatuor linguis, Latina, Græca, Hebraica, Caldaica, tum autem in omni genere disciplinarum, id vnus huic opera, & plenum habeant & emendatum, nullamque iam litterarum supellectilis partem quisquam desideret. Cuius rei si cui libebit, velut ex degustatione coniecturam facere, Plinianas epistolas, quæ propediem ex Aldina officina prodibunt in lucem, cum vulgatis exemplaribus conferat, quodque ibi deprehenderit, idem in aliis expectet auctoribus. Herculaneum mercuriale facinus, ac regio quodam animo dignum, rem tam diuinam, quasi funditus collapsam, orbi restituere, latentia peruestigare, erucere retrusa, reuocare extincta, sarcire mutila, emendare tot modis deprauata, præcipue vulgaritatis istorum excusorum vitio, quibus vnus est aureoli Lucellum antiquius est, quæ vel vniuersa res litteraria. Adde iis, quod quantumlibet exaggeres eorum laudem, qui respublicas sua virtute vel tuerunt, vel etiam augent, in te certe prophana, tum angustis circumscripta spatia versantur. At qui litteras collapsas vindicat, nam id pæne difficultus, quam genuisse, primum rem sacrâ molitur & immortalem, tum non vnus alicuius prouinciæ, sed omnium ubique gentium, omnium seculorum negotium agit. Postre-

mo quodam Principum hoc munus erat, inter quos præcipua Ptolemæi gloria. Quæquam huius bibliotheca domesticis & angustis parietibus continebatur. Aldus bibliothecam molitur, cuius non alia septa sint quam ipsius orbis. In hanc digressionem non abs re expatiati sumus, nempe quo studiosi hoc impensius his insignis & faucant, & delectentur, postea quam cognouerint à tam inclitis auctoribus fluxisse: præterea quid sibi velint, intellexerint. Denique cum meminerint quantum bonæ rei Delphinus ille polliceatur, si quis modo Deus pulcherrimis conatibus dexter adfuerit. Sed digressionum iam modus est, nunc ad adigionis enarrationem nostra sese referat oratio. Trifariam vt licebit prouerbio: primum si quando ad monebimus, diutius deliberandum, prius quam aggrediare negotium: postea quam statueris, tum velociter peragendum, vt ad consultandi moram pertineat ancora, ad consiciendi celeritatem Delphinus. Huc pertinet Sallustianum illud: Antequam incipias, consulto: vbi consulueris, mature factum opus est. Quam sententiam Aristoteles recenset sexto Moralium libro, tanquam vulgo iactatam: At iunt, inquit, de quibus iam deliberatis ea celeriter esse peragenda, cunctanter autem consultandum. Cuius auctorem Biantem fuisse testatur Laertius, qui solitus sit admonere: *Ἐπεὶ δὲ τὸ εἰχερὲν τοῖς περὶ τοῖς ὄσιν ἔλεγε, βραβύως τρεῖντα εἰκάζειν.* id est, Cunctanter aggrediendum negotium, verum in suscepto cunctanter perseuerandum: Nec admodum ablutit hunc Mimus ille, Publianus opinamur: *Γα* apparandum est bellum, vt vincas celerius. Item ille: Deliberare vitia, mortuissima est. Adde iis prouerbum illud: *ἐν νυκτὶ βυλλή, i.* In nocte consilium. Præterea Sophocleum illud in Oedipo tyranno: *Φρονεῖν γὰρ οἱ ταχῆς. καὶ ἀσφαλεῖς.* id est, Periculosa est præpropria prudentia. Addendum his illud Platonis, quod alibi citauimus: Qui plus satis festinat initio, ferius ad finem peruenit. Paulo diuersius est sed tamen ad hanc referendum formam, quod ait Quintilianus: Præcox illud ingeniorum genus non temere peruenit ad frugem. Et quod vulgo dicunt, qui pueri adhuc, & velut ante tempus sapiunt, eos in senectute stultos euadere. Quod Actius approbare videtur, qui apud Gellium ait, sibi in iuuenilibus

iuuenilibus ingeniis itidē vt in pomis immaturis placere acerbitatem : nam hæc demum maturefcere. Porro maturitas tempus adfert fuauitatem, reliqua ante tempus putrefcere. Alter vſurpandi modus fuerit, cum admonebimus adfectus animi, rationis velut habentis reprimendos eſſe. Si quidem Plato animū hominis in tres partitūtes partes, rationem, iracundiam, concupiſcentiam, in hoc philoſophiæ ſummam ſitam eſſe putat, ſi affectus pareant rationi, non aliter quam regi, cui quidem ob id ipſum ſedem in cerebro, velut in arce dicitur, exiſtimat. Peripatetici, quorū ſignifer Ariſtoteles, affectus qui ſunt animorum impetus quidam, ceu ſtimulos quosdam à natura datos exiſtimāt, quibus ad virtutis vſum excitentur, quamquam reclamantibus Stoicis, & nominatim Seneca in libris quos ad Neronem ſcripſit, de ira. Putant enim affectus huiusmodi non modo nihil conduce- re ad virtutem, verum etiam offiſſere : quamquam ne iſti quidem inſitias eſt, in animo ſapientis illius, quē imaginantur, relinquere primos impetus, anteuertere ſolitos rationi, quos ſunditus extirpare non queas : Verum ii, ne conſequatur adſenſio, protinus à ratione reiiciuntur. Hoc innuit Homerus, cum Iliados primo, Pallas à tergo adſtat Achilli, iamque manum admoventem gladio, coercet. Igitur violētus illos animi motus, Delphinum recte dixeris : ancoram moderatricem ſapientiam. Seneca ſcripſit, nulli rei prodeſſe moram, niſi iracūdiæ. Immo quidquid impenſe cupimus, aut odimus, ibi ſalutaris eſt mora. Plutarchus in Apophthegmatis Romanorum narrat Athendorum philoſophum, cum ob ſenium impetralſet ab Octauiō Auguſto veniam redeundi domum, admonuiſſe illum, vt ne quid iratus diceret, faceretve, prius quam vigin- ti quatuor Græcorum litteras apud ſe nominatim recenſuiſſet. Quo audito reſpondit, ſibi illo adhuc opus eſſe, quo diſceret & tacendi artem, atque hoc prætextu totum annum hominē apud ſe detinuit. Huc ſpectat etiam Terentianum illud : Vide ne nimium calidum hoc ſit modo. Sunt autem quædā ingenia, quibus calcaribus eſt opus : ſunt quibus fræno. Proinde recte veteres illi à Delphino ancorā complexi voluerunt, quod oporteat alterum altero temperari, & vtrunq; cum altero cōiungi, quo videlicet

eiuſmodi quidam animi habitus exiſtat, qualem Plato cōſtari putat ex muſica, gymnaficaq; ſi pariter exercentur. Tertia vidēdi ratio fuerit, cum admonebimus in omni negotio vitandam præcipitem celeritatem, quod viti quibuſdam ingeniis peculiariter inſitum eſt, vt illis in omni re quantalacunaque mora longa videatur. Huiusmodi feſtinationis comites eſſe ſolēt, error, & pœnitētia, iuxta verſiculum illum apud Græcos celeberrimum :

Προπέτεια πολλὰς ἐστὶν αἰτία κακῶν. id eſt, Multis malorū eſt cauſa præcipitancia. His occidendum nobile illud Catonis dictum : Sat cito, ſi ſat bene. cuius mētionem fecit diuus Hieronymus, ſcribens ad Pam- machium in hæc verba : Scitū eſt illud quoque Catonis : Sat cito, ſi ſat bene : quod nos quondam aduleſcentuli, cum à perfectō oratore in præſatiuncula diceretur, riſimus. Memiſſe re puto erroris mutui, cum omne Athænum ſcholaſticorum vocibus conſonabat : Sat cito, ſi ſat bene. Hactenus Hieronymus. Quadrabit & in illos qui præpro- pere ſamam affectant, maluntque paratam ac magnam, quam ſolidam & perpetuam. Solent enim præcoſia ſubito ſtaccelcere. Quod autem paullatim adereſcit durable eſt. Horatius :

Creſcit occulto velut arbor æuo

Fama Marcelli.

Et Pindarus in Nemeis hymno 8. *Αὐγεῖται δ' ἀρετῆς, χλωρῶς ἐεργασίας ὅς οἱ τὸ θυδρῶν αἰσθεῖ. σοφοῖς ἀνδρῶν κερθεῖσα ἐνδ' ἡμῶν τε πρὸς ὑγροῦ ἀνέρα, i.* Augelcit autem virtus, veluti cum arbor virenti rore ſurgit, ſapientes inter viros ſublata inſtoſq; ad liquidum æthera. In ſumma, quicunq; vel ſocordia peccat vel immoderato impetu, iis illud Octauii Cæſaris, *αὐτὸς βραδείως*, ſimul ſymbolum illud olim Titi Veſpaſiani, nūc Aldinum, oportebit in memoria reuocare, vt Delphini atque ancorę meminere.

*Placide bos.*

*Αργεῖμος βῶς*, id eſt, Lente bos, ſubaudiendū, incedit, aut ſimile quiddam. Congruet in illos, qui placide ac paullatim, citraq; tumultum, ſed tamen adſiduitate rem conſiciunt. Equorū laus eſt velocitas. Boes non valent celeritate, ſed viribus & adſiduitate pollent, non impetu. Proinde in pugna ſtataria, vel leonibus formidandum animal & ad

• ad exhauriendos ingentes labores adpositum. Eodem pertinet illud: Bos lassus fortius figit pedem. In sacris precibus, tradit Plutarchus in commentario de Ostride & Iside mulieres Helzas publicis ac solennibus votis ad hunc modum solitas Bacchum invocare, ut accederet βοῶ ποδῖ, id est, Bubulo pede, siue quod huic animanti, cum sit viribus immensis præditum, deinde tanta corporis mole, tamen peculiare videatur molliter, quasiq; pedetentim ingredi, nulloq; strepitu: vel quod bouis pedes arua calcatu reddunt meliora, cum reliquorum animantium noceant.

*Tacito pede.*

**HVIC** simillimum est, quod indicauit, quisquis is fuit, certe haud quaquam indiligens scriptor, qui Rethoricam Aristotelis exponit, ἰσὺχῶ ποδῖ, id est, Tacito pede, seu lento pede, cum cautim ac pedetentim ad rem accedimus. Apud Latinos aliquando secius vsurpatur tacito pede, pro suttim ac clanculum, ut apud Ouidium:

Tempora labuntur, tacitisq; senescimus annis.

Id imitatus Columella in carmine:

Tacito nam tempora gressu

Diffugiunt, nulloq; sono conuertitur annus.

*Cumini sector.*

**IMPENDIO** parcus ac sordidus, olim pro uerbo κυμνοπρίστis, id est, Cumini sector dicebatur. Testis & Aristoteles lib. Moraliu quarto: Τούτων δὲ καὶ κυμνοπρίστis καὶ πᾶς ὁ τοιοῦτος. id est, Ex hoc genere est Cumini sector, & quisquis eiusmodi. Meminit & Theocritus Idyllio K.

Κάλλιον ὠπιμελετὰ φιλάγγυρι τῶς φακῶς ἐφῆν

Μήπῳμος τῶ χῆρα καταπρίων τὸ κῦμνον. id est,

Lenticulam coquere, pastor tibi præstat auare,

Ne fodias digitos, cupiens secuisse cuminum.

Scholiasies non dissimulat vulgo sic dici solitos, homines præter modum frugales ac parcos. Itē Alexis in Philocalo apud Athenæum libro octauo:

Ἀλλ' ἐν αἰσ' ὄτι

Κυμνοπρίστis ὁ τροποδρίστis πάλαι. id est,

Ceterum noui probe,

Cymino pristæ olim esse iam mores tibi. Est autem cuminum per se quidem exilis herba, tum præcipue genus Aethiopicum, quod Hippocrates, auctore Plinio, reginum appellat, quod olim ferebatur a male precantibus, auctore Plutarcho, atque ita felicitus prouenire creditum est. Quo magis quadrat in hos huiusmodi conuicium, qui ob parsimoniã male audiunt. Item Plutarchus conuicialiũ quæstionũ decade secunda, significat hominem vehementer parcuũ, cuminum appellari solere. Siquidem loquens de iis dicitur, quæ citra dolorem dici possunt, Velut, inquit, si quis hominem splendidum ac benignum, cimbicum appelleret, aut cuminum. Est autem κῦμβικον Græcis apicula, seu parsimonia, Suida interprete. Hefychius legit cimbion, addens dici solitum in parcos: κῦμβον autem dici fundũ ollæ fictilis. Aristoteles libro, quem modo citauimus, ait, hominẽs per parcos κῦμβικας vulgo dici solitos: Iulius Pollux βέμβικας opinatur quod per domum obambulant semper murmurantes. Nam βέμβις trochus est quo ludunt pueri. Apud eundem mulier impendio sordida ὀβολοσᾶτις, vir ὀβολοσᾶτης dicitur, quasi minutissima quæque ad staterã expendens, vnde & ὀβολοσᾶτιν. Eustarius autem indicat eisdem & λιμοκῦμβικας & κῦμνοκῦμβικας dici, putatq; vocem dictam ab auro adulterino. Hefychius addit eisdem vocari κερδαμογλῦψος, quod aliquid defculpant e nasturtio ob parsimoniam. Nec desunt qui eisdem κῖφας & κῖπας, siue κῖφας (nam vtrunque scriptum reperimus) vocant. est autem cuius animalculum culici non dissimile.

*Ficos diuidere.*

**HVIC** adfne est quod refert Martialis lib. Epigram. 5. σὺκαμερίζει, id est, Ficos diuidere: vnde licebit & cognomen fingere συκοπρίστis. Martialis carmen est huiusmodi: Quadringenta secat, qui dicit σὺκα μερίζει. Sordidum ac parcum significans, etiam si ditissimum. Captatus autem est iocus ex uocis amphibologia sectoris.

*Myconius caluus.*

Μυκῳνος φαλακρός, id est, Myconius caluus. Strabo lib. Geographiæ decimo, refert vulgo Myconius caluus dici solitos, quod in ca in su-

ea inſula vitium hoc quaſi gentilitium ſit, atque omnibus ſerue commune. Idem aſſeruat Plinius lib. 11. cap. 37. Meminit & Stephanus. Eſt autem Myconus vna Cycladum inſularum. Quamquam Herodotus in quarto ſcribit, in Scythia quoque gentem eſſe ab ipſo natali caluam. Admonet & Donatus grammaticus, prouerbio dictum Caluus Myconius, citatq; Lucilii teſtimoniū: Myconi omnis calua iuuentus. Tuetur autem Terentium, qui a nonnullis hoc loco imperitiæ nomine reprehenderetur, quod eum Apollodorus caluum dixerit, ipſe criſpum mutauerit: putatq; poetam nō inſcitiam, ſed facietius etiam per ironiam dixiſſe criſpum, quā ſi caluum dixiſſet. Quod quidem etiam ipſum prouerbiū reſpicit de raris inuentu: veluti ſi quis Scythiam dicat eruditum, aut Pœniam fidum. Erit autem elegantius a lagium, ſi caluos homines, raroq; capillitio ſimpliciter Myconius appellentur, perinde vt ſi quis ſaltuoſum Sybaritam nominet, negotiatorem phœnicem. Notati ſunt olim & alio nomine Myconii, quod ob tenuitatem alienas cœnas captarent: proinde qui inuocati ad conuiuium venirent, Myconii more venire dicebantur. Inuehitur enim in Periclem Archilochus apud Athœnum in primi libri fragmentis, ὡς ἀκλιτον ἐπὶ πτώματι ἢς τὰ συμποσία μικροῖαν εἶχε, velut qui inuocatus inegeret ſe ad cœuiua Myconiorum more.

*Cum aqua fauces ſtrangles.*

ARISTOTELES Moralium libro ſeptimo, citat huiusmodi quoddam adagium, ὅτι ἀκρα τῆς ἐνοχίας τῆ παρομιῆς, ἐν ἡμετέροις, ὅπου τὸ ὑδωρ τὸν φάρμακον πίνῃ, τὸ εἶναι πίνων: i. Intemperans autem obnoxius eſt proterbio, quo dicimus, Cum aqua fauces ſtrangulet, quid iam opus eſt bibere? Reſert idē in eundem uſum lib. Moraliū Eudemiorū ſexto, diſputans de eo, qui prudens intemperatiæ vitio noxia ſequitur, haud quaquam ignorans, quid ſit optimum: hunc autem longe inſanabiliorem eſſe eo, qui falſus opinione non expetenda expetit. Vuſurpauit & Galenus alicubi: ὅταν τὸ ὑδωρ πίνῃ τι ἐπιφόρον: id eſt, Cum aqua præfocet, quid inſuper ſorbebitur? Fortaſſis Galenus ſcripſerat, τὸ εἶναι φόρον. Quadrat in eos, qui in abſurdiſſima ſententia pertinaciter ma-

nent, vel manifeſta negantes, quibuſcumq; fruſtra diſceptes. Conſtat enim faucibus ſiti arentibus aquam eſſe remedio, ac ſolueret præfocationem. Conſiue illi, quod alibi diximus:

Nil intra eſt oleā, nil extra eſt ī nuce duri

*Dimidio vitæ nihil differunt felices ab infelicibus.*

ARISTOTELES Moralium libro primo: ὁ δ' ἀγαθὸς καὶ κακοῦς ἡκούσα διακρίνας καὶ ὑπὸν, εἰ ἐφαρτῖν οὐδὲν διακρίσει τὸ ἡμισυ τῆ βίης τὸς ἐν ἀμείωτας τὸν ἄλλον. id eſt, Porro probus atq; improbus nequaquam in ſomno dignoſcuntur. Vnde natum eſt vt dicāt, felices nihil a reliquis diſtare dimidio vitæ. Idem reſert libro Eudemiorum 2. reſert hanc cauſam, quod dormientes nihil agant. Ex actionibus autem naſcitur felicitas, aut infelicitas hominis. Proinde non inſcite dixit Ariſton apud Plutarchum in commentario de cōtentione ignis & aquæ: Ολίγη χροῖα τῆ βίης τοῖς ἀνεύρωτοις εἰς δόμους ἵπνος οἷον τελέωκε τὸ εἶμιτι ἀφαρτῖ τούτοις. id eſt, cum exiguum vitæ tempus datum ſit, hominibus, ſomnus velut publicanus dimidium eius auferit. Plato lib. De legibus ſeptimo. ἀεὶ δ' ἂν γὰρ οὐδὲς οὐδ' εὖος ἀξίος, οὐδ' ἐν μάλλον τῆ μὲν ζωῆς. id eſt, Nullus enim dormiens alicuius eſt precii, nihil magis quam is, qui viuus non eſt. Proterbium conſolatur parum fortunatos. Somnus. n. adimit nobis noſtri ſenſum, vnde ſit, vt neque miſeris moleſta ſit ſua calamitas, neq; fortunatis iucunda felicitas. Præterea felicitas, iuxta philoſophos, ſita eſt in actu rationis per habitū virtutis: ſomnus autē quies eſt animi, bonis pariter ac malis cōis.

*In eadem es nauis.*

M. Tullius Epistoſularum familiarium libro ſecundo ad Curionem: Et ſi vbicunq; es, vt ſcripſi ad te antea, in eadem es nauis, tamē quod abes gratulor. In eadem es nauis dixit, pro eo quod eſt, in cōi periculo. Si quidem: eos qui eodem vehuntur nauigio, periculū naufragii cōiter pertinet: eque magnopere reſert in prora ſint, an in puppi, an carina, cum nihilo magis abſint a diſcrimine. Idem alibi: Hoc nator enim, querorq; quenquam hominem ita peſſum dare alterum velle, vt etiam nauim periret, in qua ipſe nauiget: hoc eſt, vt tempus eueſtat,



euertat, cum qua sit etiam ipsi pereundum. Aristophanes in Vespiis:

Περὶ τὴ πόλιος γὰρ ἐστὶ τῆ σκάρφης ὄλγ, id est, De ciuitate est, naue de tota putat.

Est autem familiare poetis à nauibus ad rē publicam similitudinem mutuati.

Qui arat oliuetum.

COLYMELLA de Re rustica libro sexto, prætorem huiusmodi refert: Quin etiam, inquit, compluribus interpositis auibus oliuetum putandum est. Nam veteris prouerbii meminisse conuenit: Eum qui arat oliuetum rogare fructum, qui stercoret exorate, qui cædat cogere. Adlusit huc Vergilius primo Georgicon:

Ἐξερεῖς; sicquens tellurem, atque impetrat aruis.

Huic adagio locus fuerit, vbi significabimus fieri non posse, quin voto potiatur is, qui curam extremam impenderit. Vulgaris enim diligentia quasi rogat, mediocris impetrat, extrema cogit. Adlusio fit ad eos, qui à principibus in p: o: o studio officioq; sic impetrant, vt non precibus, sed vi videantur impetrasse.

Difficilia quæ pulchra.

Δύσκολα τὰ καλὰ, id est, Ardua quæ pulchra.

Extat apud Platonem in Hippia maiore in calce dialogi, τὴν γὰρ παροιμίαν ὅτι πότε λέγει τὸ καλὴν τὰ καλὰ, δ' οὐκ οἶοι εἰδέναι. id est, Nam quod ait prouerbii, difficilia esse quæ pulchra sunt, videor mihi intelligere. Et in Cratulo, circa initium, παλαιὰ παροιμία ἐστὶ καλὴν τὰ καλὰ εἶναι, id est, Vetus prouerbum est, difficilia esse quæ sunt egregia. Citatur alicubi à Luciano. Item à Plutarcho in libello De liberis instituendis, prouerbii nomine. Quidam prodiderunt Pittacum, vbi semet abdicasset imperio, dixisse, χαλεπὸν εἶλον ἐμμεναι, id est, Difficile bonum esse. Porro Solouem Pittaci molliciem atq; ignauiam taxantem, dixisse, χαλεπὰ τὰ καλὰ, id est, Difficilia quæ honesta: veriusque dictum in prouerbum abiisse. Vsurpauit Plato lib. de Repub. 4. Ἴτως γὰρ ὁ σῶκράτης τὸ λιγμὸν ἀλλεῖς, ὅτι χαλεπὰ τὰ καλὰ. id est, Fortassis enim verū est ὁ Socrates quod dici solet, difficilia esse quæ pulchra sunt. Vnus est eodem libro Politicæ 2. πάντες γὰρ ἐξ ἐνός στόματος ὑμῖνσι, ἡδὺς καλὸν ἢ μὲν συμφρονήν τε καὶ δίκαιοσύνην, χαλεπὸν μὲντοι καὶ ἐπί-

ποιον. id est, Omnes enim vno ore canunt, Honestam quidem rem esse temperantiam ac iustitiam, sed difficilem tan ē ac laboriosam. Vtitur eiusdem operis libro sexto ac septimo, & aliis compluribus locis. Sunt qui hinc arbitretur natam paræciam: Perianter Corinthius, initio populariter ac moderate gerebat imperium, postea veris moribus, tyrannice agere cœpit. Id simul atque cognatum esset Pittaco Mitylenzo, diffusum de sut ipsius animi constantia, magitratum deposuisse, relictoq; imperto in exilium abiisse. Percontantibus denique quibusdam, qua gratia fugisset imperium, respondisse, quod admodum esset arduū, probum esse, propter mutatum Periantrum: quibus auditis, Solonem addidisse suū aphorisma, χαλεπὰ τὰ καλὰ. Huc spectat illud quoque, quod meminist Plutarchus in commentario, περὶ δ' Ὀσωνίας, Platonem, esse Heliconem quendam Dionysio datis litteris commendasset, scribens illum vitū probum ac modestum, adscripsisse in calce epistolæ, γὰρ φασὶ εἶσαι ταῦτα πρὸς αἰ τρεῖς π: ο: ο: φῶσι ἐν αὐτῶ βύλας. id est, Hæc autem tibi scribo de homine, videlicet animante natura mutabili. Nec absurde quis referat ad celeberrimam illam Hæliodi sententiam:

τῶ μὲντοι κακότητι καὶ ἰλασθὸν ἐστὶ ἐλπίδα Πυθίους, ὁ λίγυ μὲν ἰσθὺς, μάλα δ' ἔγγυ. ἰούσα. Τῶ δ' ἀρετῆς ἰσθὺς αἰθροὶ προπύροισι ἐβουλεύσασθαι. Αἰθροῖται: μακρὸς τε καὶ ὄρατος ὄρατος ἔφ' αὐτῶ καὶ τρεῖς τὸ πρῶτον, ἐπὶν δ' εἰς ἀκρον ἵκηται. Πη δ' ἰν δ' ἵκηται πέλα χαλεπὴ πέρεισσε. i. Omnino vitium facile est contingere cui uis.

Est via ad id breuis, & vicina in sede moratur,

Contra virtutem sudoribus vndiq; diuis præfere, & longus ab hac perijue ardua callis,

Asper & est primum: sed vbi alia cacumina victor

Contingit, iam fit facilis, licet ardua dudum.

Neque quidquam est tritius eo, quod dixit Aristoteles lib. Moralium Nicomachiorū secundo: πρὸς τὸ χαλεπώτερον αἰεὶ καὶ τέχνη καὶ ἀρετῆ. id est, Et ars & virtus circa id versatur, quod est difficilius. Eodem pertinet Littera Pythagoræ discrimine secta bicoronni. Item de duplici via apud inferos, quarū altera ducit ad campos Elysijs, altera ad ma-

lam rem. Dirimus alibi de Litis & Ate, quæ fabula declarat, multo difficilius esse bene facere quam male, facere concordiam, quàm turpere. Eam sententiam Pindarus extulit in Pythiis hymno quinto: *ῥαδίον μὲν πόλιν τείσσει καὶ φικροτέροις, ἀλλ' ἐπὶ χόρας ἀνέις ἔσσει δυνάστας δ' ἢ γίνεται ξέσπιντας, εἰ μὴ βίος ἀγέμονεσσι κούβηρα τήρεγνται.* id est, Facile est civitatem commovere, etiam malis. Ceterum in locum pristinum illico reponere difficile sane est, ni Deus principibus gubernator contingat. Retulimus alibi quod in seditione etiam Androclides abiectissimus velli ducē agat. Et nos hac ætate vidimus, per quos quanti in multis excitati sint. Celebratur elegans Lacedæmonii dictum, apud quem cum quidam laudibus verberet Philippum, quod civitatem opulentissimam evertisset: At qui, inquit, non posset talem condere.

*Colophonia ferocitas.*

*Καλοφάνεια ὕβρις*, id est, Colophonia ferocitas. In insolentes, qui ferociter despiciunt, & attingunt humilioris fortunæ homines. Aut in eos, quibus sua ferocitas exitum attulit. Sumptum ab arrogancia superbiâq; eius gentis. Refertur à Diogeniano in adagionum collectaneis. Theognis:

*Ἵβρις καὶ μάγνητος ἀπώλεσε καὶ καλοφῶνε. i. Perdidit & Colophonia ferrox mens & Magnetes.*

De gentis huius ferocia non nihil dictum est nobis in proverbio, Colophonium suffragium.

*Nemini fidus, nisi cum quo prius modium salis absumperis.*

**V** N I C O apud nostrates circumfertur adagium, haud fidendum esse cuiquam, nisi cū quo prius modium salis absumperis. Significant autem hominis ingenium non posse perspicui, nisi diuturno convitiu, longoque commercio. Apparet proverbium hoc ab antiquitate profectum esse. Quandoquidem Aristoteles lib. Moralium octavo, simile quiddam refert his quidem verbis: *Ἐτι δὲ προσδέεται χρέως καὶ συνθέας, κατὰ τὴν περιμίαν γὰρ, ἐκ ἐστὶν εἰδῆσαι ἀλλήλους πρὶν λειτουργεῖν ἄλλος σωματώσει.* id est, Præterea autem spacio temporis & consuetudine opus est. Siquidem iuxta proverbium fieri nō potest, ut nos mutuo pernoscamus

antequam salis, quem dicunt, modium pariter absumperimus. Idem Moralium Eudemiorum lib. septimo: *Διὸς εἰς περιμίαν ἐλιλυθένος μείσματος τῶν ἀλλῶν.* id est, Quapropter in proverbium abiit salis modius. Eodem in libro refert illud quoque ex poeta quopiam hemistichium, ni fallimur:

*Οὐδ' ἄνυ χρέως φίλος.* id est, Non est amicus absq; temporis mora.

Addit ex Theognide:

*Οὐ γὰρ ἂν εἰδείης ἀνδρὸς ἔθον ἔδδ' ἰγνακίος Ἦρην περφεκίους ὡσπερ ἐπολυγίης.* id est, Haud nosse ingeniumve viri licet aut muliebri,

Vt nec iumentum, ni experire prius.

Notat hanc paræmiā & Plutarchus in commentario *πρὸς φιλαδείφους*, his quidē verbis, *Ἦρς μὲν γὰρ ἀλλοτρίους, ὡς ἔλεγε θεόφραστος, ἔφιλεται δ' εἰ κρίνειν, ἀλλὰ κρίνεται φίλων.* ὅπως δὲ ἡ φύσις ἡγεμονίαν τῆ κρίσει πρὸς ἑωυτοῖον δίδωσιν, ἔδδει ἀκμῆσαι τὸν θραλλῆμα ἔθον τῶν ἀλλῶν μέδμονον, ἀλλὰ συγγεγῆσθαι τῶν ἀρχῆν τῆ φίλιας, ἐνταῦθα δ' εἰ μὴ πικρὸς εἶναι μὴ δὲ ἀκριβὲς τῶν ἀμαρτημῶν ἔξει τασάς. id est, Alienos enim quemadmodum ait Theophrastus, non oportet amantem iudicare, sed amare, postea quam iudicaris. Siquidē vbi natura ipsa dux est ad benevolentiam præcedens iudicium, neque expectans illū vulgo celebratum salis modii, quippe quæ amicitie seminariū in seuerit, ibi non oportet acerbos & exquisitos esse delictorum expensores. Meminit huius paræmiæ & M. Tullius in sermone de amicitia: Verum illud est quod vulgo dicitur, Multos modios salis simul edendos esse, ut amicitia munus expletum sit. Huc pertinet illud quoq; Sophoclis in Oedipo:

*Χρέως δίκαιος ἄνδρα δ' εἴκουσιν ἄνους, Κακὸν δὲ κἂν ἐν ἡμέραις μόνῃ.* id est, Mora temporis probum arguit tantum virum,

At improbum vel vnico agnoscas die. Huc pertinet etiam ille senarius proverbialis:

*Ἦεὺς δὲ βῆσανός ἐστιν ἀνδρῶποις χρέως. i. Nota morum & index tempus est mortallibus.*

Idem admonet illud Epicharmi:

*Νήφε καὶ μέμνησο ἀπτείν.* id est, Sobrius sis, ac memineris nemini confidere.

Versus integer refertur apud Cic. lib. epist. ad

ad Atticum primo: Atque ita tamen nouis amicitiis implicati sumus, vt crebro mihi uaser ille Siculus insulurret Epicharmi cantilenam illam suam,

Νῆφε καὶ μέγας ἀπείων, ταύτα κινῶν τὸν φρενῶν.

Sic enim carmen Trochaicum è vestigiis eod. cum restituumus, ne quis temere deprauet. Nam quod ἰᾶφι dixit pro ἰᾶφι, & μέγασσo pro μεμικσo, ἐικλεῖκτῃ proprietates est.

Cicero in libello de petitione consulatus: Quamobrem Epicharmon illum tenero, nervositate; artus esse sapientiae, non temere credere. Item illud Euripidis in Helena:

Σάφ' ἔρεος δ' ἀπείων

Ὀὐκ ἴσθι δὲν χρῆσιμώτερον βροτῶν. id est, Prudente dissidentia

Haud alia res utilior est mortalibus.

Inuenimus citatū mutilatam ad hunc modum:

Ἀλλὰ μὲν δὲ μὲν ἀποφραγῶν. id est,

Modium salis postquam ederis.

Quo quidem licebit uti, si dicas: Vide quid agas, qui tua arcana credas isti, nondum ἄλλὰ μὲν δὲ μὲν ἀποφραγῶν. Aut sic: Tum demum isti fidias ἄλλὰ μὲν δὲ μὲν ἀποφραγῶν. Est autem iambicus dimeter, ex poeta quopiam sumptus.

*Leporem non edit.*

ANTIQUITVS superstitiose creditum est, esuleporum pulper conciliari formam. Vnde extat iocus Martialis in Gelliam lib. 5. quæ misso lepore addebat ex vulgata opinione ad muneris commendationem:

Formosus septem Marte diebus eris.

Id poeta in ipsam torquens, quæ deformis esset,

Si me non fallis, inquit, si verum lux mea dicis,

Edisti nunquam Gellia tu leporem.

Plinius lib. 28. cap. 9. scribit leporem in cibis sumptum gratiam corporis in septem dies conseruare. Lampridius scribit poetā quendam in Alexandrum Seuerum, quod quotidie vesceretur leporina, ita luisse,

Pulchrum quod vides esse nostrum regē,

Quem Syrum sua detulit propago,

Venatus facit & lepus comesus,

Ex quo continuum capitleporum.

Primum carmen vitiatum est. Hos versus cum quidā amicis ad Alexandrū detulisset, respondisse fertur in hanc sententiam.

Pulchrum quod putas esse vestrum regē

Vulgari miseraude de fabella,

Si verum putas esse, non irascor.

Tantum tu comedas velim lepuscelos,

Vt has animi malis repulis

Pulcher, ne inuideas luore mentis.

Si vides lector par obferuitas metu leges, memineris Innotatorem scripsisse, cuius est præscribere leges, non parere. Est autē & piscis lepus appellatus qui venenum habet immedicabile, si quis imprudens ederit. In Indico mari etiam contactu necat hominē auctore Plinio: lenta tunc consumitur. Malū hac deprehenditur nota, quod piscis olent, qui ederint. Huic homo vicissim pestilens est, cuius contactu protinus emoritur. Hoc cibus admixto, multos sustulit Domitianus, eodem Titium fratrem sustulisse creditur, vt auctor est Philostratus in Apollonii vita. Proinde in hos qui contabescunt, nec vlla medicorum cura possunt restitui, dicti poterit: Edit leporum modicum.

*Plena manu.*

PLENA manu, pro eo quod est, ampliter, copiose, prolixè, inmodè, malignè. Translatum ab iis, qui non modicum & parce, sed plena manu largiuntur. Cicero ad Atticū lib. 2. At hercle alter familiaris tuus Horatius, quàm plena manu quam ornate nostras laudes in astra sustulit. Seneca in Declamationibus: Liberaliter hodie, & plena manu faciam. Idem ludicro quod scripsit in Claudium Cæsarem: At Lachesis, quæ & ipsa homini formosissimo fauere, quæ illud plena manu, & Neioni multos annos donat. Fidelepidius, quò magis ad animi res transfertur.

*Sine riuali diligere.*

SINE riuali diligere dicuntur, qui stulte mirantur, quod nemo alius concupiscat. Veluti simia catulos suos & miratur, & amplectitur: & indocti poetæ suas nugæ soli diligunt. Sumpta est allegoria ab amantibus, quibus est amica deformis, & quā alius nemo velit. Extat adagium in Epistolis Auloniani. M. Tullius ad Atticū lib. sexto. Huius nebulonis oratione si Brutus moueri potest, licebit eum solus ames, me amulum non habebis. Item libro ad Q. fratrem tertio: O dii, quàm ineptus, quæ se ipse ames, sine riuali. Horatius in Arte poetica: Nullum

Nullum ultra verbum aut operam sumebat inanem,  
Quin sine rivali teq; & tua solus amares.

Barbarus ex trivio.

*Βάρβαρος ἐκ τριῖδος*, id est, Barbarus ex trivio. In hominem dicebatur extremæ humilitatis, ac proorsum nullius precii, perinde quasi dicas, extremum ac vilem servulum aliunde è triviiis emptum, non dono datum, aut dominatum. Lucianus in eũ, à quo fuerat Prometheus appellatus, *Ὅσις ἐκ τριῖδος βάρβαρος τῆς πρᾶξις*. i. Qualis pene barbarus quispiam è trivio. Quanquam quidam hoc loco legunt non barbarus, sed *βόρβωρος ἐκ τριῖδος*, i. Cœnum è trivio, quæ lectio sola probada est, propterea quod loco de luto fiat mentio, non de barbaro quoque. Item Plato lib. de Repub. 7. *καὶ τῶν ὀρτιῶν βόρβωρος βρεβρακίη τῆν*. i. Ac reuera in cœno quoquam barbarico. Loquitur de aui ma demersa tenebris ignorantiz.

Rara avis.

RARA avis, proverbio dicebatur res quævis nova, & inuentu perrara. Persius:

- Si forte quid aptius exit,  
Quando hæc rara avis est.

Iuuenalis:

Rara avis ī terris, nigroq; similima cycno.  
Idem,

Coruo quoque rarior albo.

Quin & Phœnicis raritas in proverbiū abiit. Ducta allegoria ab auibus peregrinis & inusitatis, quæ nonnunquam casu in nostram regionem devolant, vel miraculi gratia deportantur. Vnde illud sæpius iteratum apud Aristophanem:

*Τίς ἐστὶν ὄρνις ἐ τοῦ,* id est,  
Quæ est hæc avis? De hospite & ignoto.

Compressis manibus.

COMPRESSIS sedere manibus, dicitur in otiosos, & nihil aliud quam sua fata deplorantes. Titus Livius ab vrbe condita libro septimo. Cur veteranus dux fortissimus bello, compressis, quod aiunt, manibus sedeat.

Ioca seriatim.

QUOTIES omnia nostra cum aliquo communicamus, cum eo ioca seriatim; conferre dicimur. M. Tullius libro De finibus bono

rum secundo: At quicum ioca seriatim; ut dicitur, quicum arcana, quicum oculata omnia? Tecum optime, deinde etiam cum medio cri amico. Donatus in Adelfhos, huiusmodi serme figuras omnes quæ constant ex contrariis, proverbiales existimat. Quod genus sunt: Fanda infanda: quo iure quæq; iniuria: facta atq; insecta: digna atq; indigna: fasq; nefasq;: clamq; palamq;: terraq; mariq;: noctesq; diesq;: iuvenesq; senesq;: neq; in minimo neque in maximo: neque deos neq; homines veretur: vocatus atque inuocatus: res salva & perdita: atq; alia huius generis innumerabilia, de quibus minimus & in initio operis.

Ea tela textitur.

PROVERBIALIS allegoria, Ea tela textitur, pro eo quod est eiusmodi negotium in manibus est, & res inceprantur tales. Translatio sumpta à textoribus telam instituentibus. M. Tullius in extremo de Oratore lib. Quamquam ea tela textitur, & ea incitatur in civitate ratio viuendi, ac posteritati ostenditur, ut eorum civium, quos nostri patres non tulerunt, similes habere cupiamus. Plautus dixit exordiri telam, pro incipere negotium: Exorsa est hæc tela non omnino pessime mihi. Affine est illi quod alibi dicemus, exordiri telam.

Multas amicitias silentium diremitis.

Πολλὰς φιλίας ἀπροσγορηὰ δειλύσειν, id est, Multas amicitias silentium diremit. Admodum adagium, assiduo conuictu, ac frequentibus alloquiis necessitudines ali, intermissione & absentia dissolui. Meminit huius Aristoteles lib. Moralium 8. *Εάν δὲ χρὸνὸν ἢ ἀπρῶστικὰ γένηται, καὶ τὴν φιλίας διακῆ κατὰ τὸν λιθὸν πείν. ὁ δὲν εἴρηται πολλὰς δὲ φιλίας ἀπροσγορηὰ δειλύσειν.* id est, Quod si diuturna fuerit absentia, videtur & necessitudinis obliuionem adferre: vnde dictum est illud, multas amicitias silentium diremit. Verus ut refertur in collectaneis, diminutus est vna syllaba. Ab Aristotele citatur integer Heroicus:

Plurium amicitias soluere silentias ruptas. Apud Athenæum libro quinto, citantur ex Anonymo poeta versus hi:

*Οὐ χεὶν συμποσίωσι φίλων ἀπείχεται ἐτάωρος Δρόν, ἀνάμνησις δὲ πείλει χαριστικῆν αὐτῆν.* i. Non diu amicorum mēsis decet abstinuisse,

Quippe animi memoris res hæc renouatio bella est.

Figuratus, atque ob id ipsum elegantius est illud Alphiæ sœneratoris dictum apud Columellam: Bona nomina nonnunquam mala fieri, si nunquam interpelles. Ille nomina, iureconsultorum more, debitores vocat, & interpellare, subinde creditum respicere. Vox autem Græca, ἀποστροφία, non ita commode reddi latine potest: neq; enim simpliciter significat silentium, sed illud silentium, cum quis non appellat ac salutatur amicum.

*Eiusdem musæ æmulus.*

EIVSDEM artis aut disciplinæ studiosi, eiusdem musæ æmuli dicuntur. Vsurpatur apud A. Gellium prouerbii vice. Græci ὁμοτέχνης appellant eiusdem artis opifices.

*Lolio uisitans.*

**AENIGMATE** prouerbiali lolio uisitare dicuntur lusciosi & cœcutientes, quos Græci, teste Nonio, Myopes vocant. Plautus in Milite: Mirum est lolio uisitare te, tam uili uti tico. Quid iam? Quia lusciosus. Verbero, ædopol tu quidem cœcus, haud lusciosus. Lolium autem Plinius inter frugum pestes commemorat, una cum carduis ac tribulis. Vergilius in Bucolicis:

Infelix lolium, & steriles dominantur auenæ.

Item Georgicon libro 1.

Mox & frumentis labor additus, ut mala culmos

Esset rubigo, segnisq; horreret in aruis

Carduus, intereunt segetes, subit aspera sylvæ

Lappæq; tribuliq; interq; nitentia culta

Infelix lolium & steriles dominantur auenæ.

Inest autem lolio peculiare quoddam malum, ut oculis caliginem inducat, id quod indicat Quidius libro Fastorum primo, cum ait:

Et careant loliis oculos vitiantibus agri.  
Hinc nimirum iocus prouerbialis.

*Intus canere. Aspendius citharædius.*

**QVI** priuati commodi impendio studiosi essent, ac fere quidquid rerum agerent, id omne ad domesticam referrent utilitatem, si prouerbio intus canere, iisdem apud Græcos ἐπιτοίαι κίθαρις αὐτοῦ, id est, Aspendii citharædi dicebantur. M. Tull. in Verrem actio-

ne 3. Atque etiam Aspendium citharistâ, de quo sepe audistis, id quod est Græcis in prouerbio, quem omnia intus canere dicebant, sustulit, & in intimis ædibus suis posuit, ut etiam illum ipsum artificio suo superasse videatur. Facetissime taxauit Cicero Vertis rapacitatem, qui intus canentem in intimis ædibus collocarit: hoc est, plusquam intus cecinerit. Idem in Rullum aduersus legem agrariam: Atque hoc carmen hic tribunus plebis, non uobis, sed sibi intus canit. Nam ostendit Tullius in ea oratione, legem, tamen si popularis uideretur, haud tamen populi, sed decemuirum utilitati repetitam. Porro de Aspendio citharædo Asconius Pedianus ad hanc ferme sententiam enarrat: Vulgares citharædi cum canunt, utriusque manus funguntur officio, ita ut dextra plectrum teneant id quod foris canere appellant: sinistra digitis chordas carpant, quod quidem intus canere uocant. Difficile autem uisum est, quod Aspendius citharædius faciebat, qui nequaquam utraque uerteret manu; sed omnia, id est, rotam cantionem intus, & sinistra tantum, manu complecteretur: atque ita tacita leuig; modulatione sinistra contactis chordis, cantilena peragebatur, ut uox ad citharædum duntaxat, aut proxime assistentem perueniret. Hinc fluxisse prouerbium, ut furaces homines Aspendii citharistæ Græcis uulgo dicerentur, quod ut hic carminis, ita illi furtorum essent occultatores. Fateatur Asconius adagionem etiâ in illos apte dici, qui multum intestinis suis cōmodis consulunt præter honestatem. Neque discrepat interpretamentum, quod adfert Zenodorus ex Zenone Myndio in adagiorum collectaneis. Porro Aspendus Pamphyliæ ciuitas est, auctore Stephano: unde aspendii dicebantur, apud quos Citharædi hoc artificio præcelluisse uidentur. Ad hoc prouerbium appareret adluisse Plinium libro uigesimo octauo, capite quinto, cum ait, Verum id remediis cecinit, non epulis.

*Equi senectâ.*

**Ἰππὺς γῆρας**, id est, Equi senectâ. Prouerbium in eos dici solitum, qui præclaris rebus gestis in iuuenta, postea quam consenuerint, ad sordidas curas semet abiciunt. Allegoria sumpta à generosis equis, qui senio facti segnes, in pistrinum, aut carrum aliud

aliud id genus opus detruduntur, olim in  
 precio habiti, dum viribus integris essent.  
 Plutarchus in libello, cui titulus, An seni  
 sit administranda Respub. Οὐ πάντ' ἐπισιν  
 ὁ δέξεται τὸ δ' ἢ τὸ καλῶν, ἢ πρὸς γῆρας ἐπέ-  
 γινῆσαι μὲν ἴσος ἀναγκαῖον ἐστίν: id est, An non  
 plabe videbitur equi senectam, quemadmo-  
 dum vulgo vocant, accessere, nemine com-  
 pellente? Cū hoc continet Ennianū illud,  
 quod refert à Cicerōne in Catone Maiore.

Sicut fortis equus spatio qui forte supre-  
 mo

Vicit Olympia; nunc senio confectus  
 quiescit.

*Sit tibi amicum, nec mihi inimicum.*

PLATO in Thezeto: Αλλ' ἐί ἔσως ἂν ἐξελ-  
 ρίσαι φίλους, ὅσ' ἔμοι ἐχθρὸν φασι οἱ περισσοῦ-  
 μνοι. id est, Si istud tibi amicum Theodo-  
 re, nec mihi est inimicum: quemadmodū  
 prouerbio dicunt. Hoc est, si tibi res placet  
 mihi non displicet. Captata est autem in fi-  
 gura vocū pugnantia, deinde τὸ ἀμφίβολον  
 φίλος καὶ ἐχθρὸς, quorum utrumque per lo-  
 nis ad res detorqueatur: quamquam ad per-  
 sonas relata sunt visitiora. Vltus erit quo-  
 tiens alienz obsequimur voluntati.

*Rana Gyryna sapientior.*

PLATO in Thezeto: Οτι ἡμεῖς μὲν αὐτὸν  
 ἄπειρ' εἶδὸν ἰδαν, μάλισται ἐπὶ σοφίᾳ, ὃ δ' ἄρα ἐτύγ-  
 χανεν ἂν εἰς φρήσιν ἔδειν βελτίων βατρεχέως γυ-  
 ρίνου. i. Nos illum tanquā deum ob sapientiā  
 admirabamur. At ille nihilo magis antecel-  
 lebat prū lentia, quā rana Gyryna. Sump-  
 tū est adagiū ab informi partu ranarum, quē  
 Græci γυρίνης vocant, a figura corporis in  
 gyrum orbiculati, quod fit vt mira celerita-  
 te se quo velint voluant, versentque: quem  
 admodum testatur quisquis is fuit, qui scri-  
 psit Etymologicon Græcarum di. Simumi.  
 Meminit gyrynorum & Hesychius, Suidas  
 etiam Aristophanis adducit testimonium:

Ὅτιον πατέρες βῶσι γυρίνων. id est,

Quemadmodum patres clamant gyryno-  
 rum.

Nec ab his abhorrent, quæ tradit Plinius li-  
 bro 9. cap. 51. Ranæ, inquit, superueniunt  
 prioribus pedibus alas femine mare appre-  
 hendente, posterioribus elunes: Pariunt mi-  
 nimas carnes nigras, quas gyrynos vocāt, &  
 oculis tantum & cauda insignes: mox pedes  
 figurantur, cauda findere se in posteriores.

Mirumq; semestri vitā resoluuntur in li-  
 mum nullo cernente, & rursus vernis aquis  
 renascuntur, quæ fuerē natæ, perinde ocula  
 ta ratione. cum omnibus annis id eueniat.  
 Hæcenus Plinii verba recensuimus. Memi-  
 nit & Aratus, αὐτὸν δὲν ἐξ ὕδατος πατέρες βῶσι  
 σι γυρίνων. id est, Inde gyrynorum clamant  
 per stagna parentes. Porro cum ranae tri-  
 buitur loquacitas, quæ stoliditatis solet es-  
 se comes, minimum mentis inest: o et  
 gyrynis, quos vix deprehendas an nales-  
 se, nisi mouerentur.

*In puteo confrixtus.*

PLATO in Thezeto, Τί γὰρ χεῖρον ἀφύκτω  
 ἔροισματι, τὸ λεγόμενον, ἐν φρέατι συχόμενον.  
 id est, Cnr enim quæ in inexplicabili quæ-  
 stione, in puteo, quemadmodum aiunt, cō-  
 strixtus? Quadrabit in eos, qui in angustias  
 eas redacti sunt, vt extricare sese nullo mo-  
 do possint. Non admodū ablutit ab illo: ἐν  
 φρέατι κλωμάχων, i. In puteo cum cane pa-  
 guare. Item illo: Canterium in fossā.

*In eadem anfas venisti.*

PLATO in Phædro: Περί τῆς μὲν ἀφίης ἄς τὰς  
 ὁμοίας λαβῆς ἐλλυθῶς. id est, Quantum ad  
 istam rem pertinet, amice, in eadem anfas  
 venisti. id est, nihilominus teneris, nec po-  
 tes effugere quin dicas. Item Aristides in  
 communi quattuor oratorum defensione:  
 Ὡς εἶχεν ἂν πάλιν ὁ κκαλλικλῆς εἰς αὐτὰς λαβῆς  
 ἐπαυλῶθεν, id est, Itaque Callieli erat in  
 eadem anfas recidendum. Quadrat in  
 eum qui sic irretitus est, vt quocunq; se  
 vertat, teneatur: nec explicare sese possit.  
 Huic simillimum est, quod scribit Lucia-  
 nus in Hermotimo: Οἴομαι γὰρ ἐμπεφυ-  
 γέναι, εἰς τὸν αὐτὸν κύβητον ἐμπίπτωσας. id  
 est, Nam arbitratus effugisse te in eandem  
 nassam incidisti. Item illud quod alibi dice-  
 tur, κώλω περιέλακεν.

*Qui possim ab hoc epulo abesse?*

PLATO in Phædro: Πῶς γὰρ οἶος τε εἶναι τὰ αὐ-  
 τὰς βόιους ἀπέχουσαι. id est, Qui possim ab  
 hoc epulo abstinere? De re vehementer sua-  
 ui atque expetenda, quod genus est festum  
 aliquod conuiuium. Adulsum est, ad eam  
 fabulam, qua tradunt Dianam iracundæ tu-  
 lisse, quod cum reliqui dii adhibiti essent  
 ab Oeneo ad sacrum epulum, sola fuisset  
 præterita, solaq; domi sederit, secum stoma-  
 chans,

chans, quod nihil ex illo nidore sentiret. Qua de re meminit Lucianus in Lapithis. Item in libello De sacrificiis.

*Dulcis cubitus.*

Γλυκὺς ἀγκών, id est, Dulcis cubitus. Abominā-  
tis est sermo, aut cum, aliud dici mus, aliud  
sentiens. Plato in Phædro: Γλυκὺς ἀγκών ὁ  
φάσκει λέγειν σε ὅτι ἀπὸ τῶ μακρῶ ἀγκῶνος τῶ  
κατὰ τὸν ἑλκὸν ἐκλήθη, καὶ πρὸς ἀγκῶνι λαμβά-  
σθαι σε, ὅτι οἱ μέγιστοι φρονῆτες τῶν πολιτικῶν, μά-  
λιστ' ἐρᾷσι λογογραφίας καὶ καταλείψας συγ-  
γρᾶμασάντων. id est, Num Phædræ fugerat te,  
quod dulcis cubitus à longo illo, qui in Ni-  
lo est; cubito dictus esset. Quin etiam præ-  
ter cubitum illud fugit te, quod qui rerum  
civilium sunt peritissimi, confertenda-  
rum orationum, ac posteris relinquenda-  
rum sunt eupientissimi. Hactenus Plato.  
Ancon autem Nili pars est, in qua nauigan-  
tes plurimum & sudant & periclitantur.  
Vnde proverbio dicebant κατ' ἐνφροσινῶν,  
γλυκὺς ἀγκών. id est, Dulcis cubitus, quasi  
deprecantes eius loci discrimina. Id autem  
perinde valet, quasi dicas: ἔνφροσιν φάσκει. id  
est, Bona verba, aut bene ominata loque-  
re. Sunt qui & Comico Platone natum exi-  
stiment. is in fabula, cui titulus, Phaon, se-  
neciam facit amantem tibicinam, atque hæc  
loquētem: Ἀχρηστὸν ἀνάδ' ἄμα, ὃ τ' αἰσιν ἐμοῖσι  
πρὸς φέρεις πρὸς ποῖς ὁ γλυκὺς ἀγκών. i. O aureū  
amiculum: ὁ meis deliciosis moribus gra-  
tus cubitus. Suidas scribit Anconem Car-  
thaginienfis vocari domicilium obscru-  
rum ac profundum, in quod contici solent,  
si quibus indignaretur tyrannus. Præterea  
summa montium iuga, Ancones vocari.  
Denique præter alia gurgitem ac tumorē  
fluminis circa ripas, propter anfractum &  
amnis repercussum, Anconem dici: à cu-  
biti figura, ni fallimur, ducta similitudine:  
quod quibusdam locis ripa excurrat, pro-  
mineaturque specie cubitali. Vnde & oppi-  
dis ac locis aliquot Anconis inditum est  
vocabulum, vt Anconi Picentiorum ci-  
uitati teste Stephano. Item Ouid. libro  
Transform. vltimo:

- Et spissi littoris Ancon. vt quidam  
legunt. Valerius Argonauticon lib. 4.  
Quid memorem quas Iris aquas, quas tor-  
queat Ancon. Vn de non absurde, κατ' ἄν-  
τ' ἄφροσιν quis acceperit, sicut placet Zeno-  
doto. Nam alii putant per exclamatiōnem

dictum. Athenæus libro Dipnosophistarū  
12. ostendit Anconem locum quempiam  
fuisse Sardis, voluptatem ministeris para-  
tum: in quo popinæ, scorta, atque alix id  
genus delicix. Dulcis igitur Ancon, ob blā-  
dimenta voluptatum, sed in eo complures  
naufragium faciebant. Idem indicat, Poly-  
cratem apud Samios mulieres aliquot vo-  
luptatum architectrices instituisse, ad exem-  
plum Anconis ducis Sardorum, eumq; lo-  
cum Laura dictum fuisse, siue Samiorum  
flores. Idem addit Omphalen eius gētis re-  
ginam, per vim virgines dominorum eum  
eorum seruis inclusisse ad stuprum, ne sola  
haberetur impudica. Lydos autem cum lo-  
cū, in quo scēminæ cōstuprabantur, γλυκὺν  
ἀγκῶνα dixisse, sceleris atrocitatem verbo  
mitigantes. Vocem autem dictam putat ab  
eo quod illic gerebatur. Etymologus indi-  
cat ἀγκῶνα dici locum ossibus durum, πρὸς  
τὸ ἐπιγινώσκω τι χεῖρα, id est, ab adducenda  
manu, velut ἀγινώσκω, id est, frangendo: siue  
ab ἀγγεῖν, id est, à præfocando. Hefychius  
adiicit & mutorum flexus ἀγκῶνας vocari.  
Breuiter quidquid in cubiti speciem infle-  
ctitur, ἀγκῶν dicitur, quemadmodum sunt  
& citbaræ Ancones.

*Bos ad præsepe.*

Βὸς ἐπὶ φάτῃ, id est, Bos ad præsepe. In eme-  
ritos dici consuevit, quiq; iam ob ætatem  
otio, vitæque molliori indulgent. Effertur  
& ad hunc modum: Βὸς ἐν ἀνλίῳ, id est, Bos  
in stabulo. Cōgruit & in eos, qui nullis ho-  
nestis negotiis exercentur, sed turpi otio at-  
que abdomini seruiū. Philostratus in Cal-  
laudra, Ἀλλ' ἐν μεραῖοις καὶ γυμναῖοις βὸς ἐπὶ  
φάτῃ. id est, Verum inter adulescentulos  
ac mulieres, eos ad præsepe. De Agamem-  
none loquitur, voluptariam agente vitam.  
Effertur itē ad hunc modum, Βὸς ἐπὶ ἀν-  
λίῳ γέρον. id est, Bos in stabulo senex. Rur-  
sum hoc modo, Βὸς ἐν ἀνλίῳ καθεύδω. id est,  
Bos in stabulo desides. De iis, qui molliter  
& in otio viuunt. Athenæus lib. 8. refert  
quiddam non illepidum, nec alienū ab hoc  
proverbio. Cātor quidam imperitus, cum  
Stratonicum excepisset conuiuio, inter po-  
cula ostētebat illi artem. Cum autem esset  
splendidum ac magnificum conuiuium, ac  
Stratonicus eo frustraretur, non habens al-  
terum, quicum sermocinaretur, confregit  
poculum, ac poposcit maius, πολλοῦσ' ὄψι-  
θου

thos cum accepisset, solisque calicem ostendisset, astatim bibens obdormit, cetera fortunæ committens. cum autem forte comest-  
 fabundi quidam superuenissent cantori. ex-  
 notis, Stratonicus illico factus est sobrius.  
 li cum audissent, quod semper multum vi-  
 ni bibens fuisset inebriatus, compendio re-  
 spondit, Insidiator enim & sceleratus ille  
 cantor, tanquā bouē ad præsepē, data cœna,  
 occidit. Quod in Athenzi verbis legimus  
 φελλήμιον, opinamur legendū σφαλλόμε-  
 νον. Cōgruet & in illos, qui in suum alūtur  
 exitium, quemadmodum ii qui se volupta-  
 tibus mundi explent, orco quid aliud quā  
 victimæ nutriuntur, veluti bos ad præsepē

*Ne genu quidem flexo.*

Οὐδὲ γόνυ κάμψας, id est, Ne genu quidem fle-  
 xo. Philostratus in Antæo: καὶ δὲ γόνυ φατ-  
 κάμψας ἀποδύεται πρὸς τὸν ἀγῶνα, id est, Ac  
 ne genu quidem curuato aduersus Antæū  
 exiuit. Idem in Herode: *Ενναύτα ἔφη γόνυ  
 κάμψωμεν.* id est, Hic, inquit, genu flecta-  
 mus. Dictum est autem ἰππεβολικῶς, pro eo  
 quod est, ne tantulum quidem. Etenim qui  
 iam incipit ad quietem cōponere sese, pri-  
 mum genu flectit. Itaque perinde valet,  
 ἔδω γόνυ κάμψας, quasi dicas, citra respiratio-  
 nem, sine omni intermissione. Sumptum  
 apparet ex Aeschyli Prometheo, vbi Vulca-  
 nus sic loquitur :

Ἀνδ' ἀν' ἄκρη πῆ πινδὶ φερεῖταις πῖτρεσιν  
 ὀρθοσάδων ἄνπιον, ἔκαμψω γόνυ. id est,

Ideo petram seruabis hanc inamabilem,  
 In somnis astant, nec genu vnuquā flexeris.  
 Nisi maui esse mutuatū lex Homericæ Ili-  
 ados e, vbi de Hectore sic loquitur Menelaus.

Φημί μιν ἄσπασίως γόνυ κάμψαν, ἄκε φηγάτι  
 Διὸς ἐκ πολέμοιο, id est,

Ille lubens genua flectet, puto, si modo  
 eristi  
 Egerit è bello.

*Quo properas, num ad Ephēbum?*

PHILOSTRATVS in vita Apollonii: Οὔτε κί-  
 λικὸς λόγος, ποὶ τρέχας, ἢ ἐπὶ τὸν ἔφηβον, ἐπ'  
 ἑλπίη τε ἐλέγχο, καὶ παρομιθεῖν τιμὴν ἔχον. id  
 est, Ac Cilicibus celebratum dictum, quo  
 curris, num ad Ephēbum? de illo quoque  
 ferebatur, adagiū; vim obtinebat. Parum  
 liquet, quid sibi voluerit Cilicum illud ada-  
 giū, nisi forte sumptum est ab Apollinis  
 oraculo, ad quod vndiq̄ue festiuabatur: sin-

gebatur autem imberbis Apollo, quemad-  
 modum & Bacchus.

*Es puero perspicuum est.*

Κω παιδί δ' ἴλον, id est, Et puero perspicuum.  
 De re supra modum perspicua, confessaque  
 Vitur & Plato quodam in loco, quem ante  
 monstrauimus: & Philostratus in vita  
 Apollonii. Est in epistolis Basilii, τὸ καὶ  
 παιδί γινώσκων. id est, Hoc & puero notum.  
 Finitimura illi, quod alibi retulimus, καὶ  
 τῷ τυφλῷ δ' ἴλον, id est, Vel cæco perspicuū.

*Ne in Melampygu incidat.*

Μὴ τῷ μελαμπύγῳ περιτύχῃς. id est, Ne in Me-  
 lampygu incidas, iu lasciuos & iniurio-  
 sos homines quadrat. Est autem comminā-  
 tus, ne quando incidant in eum, qui malefa-  
 ctorum pœnas de eis sumat. Vitur hoc ada-  
 gio Philostratus in Apollonii vita, lib. 2.  
 Καὶ τὰτο ἴσως ἦν τὸ μελαμπύγῳ τυχεῖν. i. Et  
 hoc fortassis erat in Melampygu incidere.  
 Aristophanes in Lysistrata :

Καὶ μυρωνίδης γὰρ ἦν τρεχὺς ἐπιτύθεν,  
 Μελαμπύγῳ τε τοῖς ἐχθροῖς ἄπειν. id est,

Et Myronides enim erat hirsutus illinc,  
 Melampyguisque hostibus omnibus. Me-  
 lampygu dixit quasi vindicem, vltorem-  
 que. Porro Melampygu Græcis significat  
 eum, qui nigro sit podice: quo quidem co-  
 gnomeno uotatus est Hercules, quod eam  
 corporis partem, non Lydorum more vul-  
 sam, neque candidam, quemadmodum ef-  
 feminati solent, sed nigris pilis hirsutam  
 ac sylvosam haberet. Nam Græci quem-  
 admodum molles & imbelles, fractosq̄; de-  
 licitiis πυγᾶργος καὶ λοδοκότηργος appellant, ita  
 dem è diuerso fortes ac strenuos μελαμπύ-  
 γος vocare consueverunt, vt auctor est Lycophronis  
 interpres. Idem ostendit paræmiā  
 ad hunc quoq̄; modum est etri: Οὐπο μελαμ-  
 πύγῳ τετύχνας, i. Nōdum in Melampygu  
 incidisti. Prouerbiū ex huiusmodi qua-  
 dam historia natum existimant, quam par-  
 tim ex Suida. partim ex Gregorii Nazian-  
 zeni enarrationibus adscribemus. Olim  
 duo quidam fratres erant, omni genere ma-  
 lesiorum passim, in omnes debacchantes,  
 vnde & ex morū atrocitate nomina repererunt.  
 Nā alter Passalus dictus est, alter Ache-  
 mon: siue, vt alicubi legitur, Achmon.  
 Hos mater nomine Sennionis, vbi videret  
 atrocia facinora passim patrantēs, iussit ca-  
 uere,



uere, ne quando in Melampygam incidere. Euenit deinde, vt Hercules aliquando sub arbore quadam dormiret, armis in eandem reclinatis. Accesserunt Cercopes siue Perperi fratres, vtrunq; enim scriptum inuenitur, & Herculem dormientem ipsius armis aggredi tentarunt. Ille protinus sensit insidias, & correptos ac victos de claua à tergo suspendit leporum ritu, atque ad eum modum gestabat. Illi pendentes capitibus deorsum demissis, cum Herculis posticum nigris pilis horridum atque hispidum videret, materni moniti memores, super hanc inter sese confabulantur. Quod simul ac audisset Hercules, hoc cognomine delectatus, & in risum effusus, eos vinculis solutos dimisit. Norat hanc historiam Plutarchus in libello De discrimine amici & adulatoris, cum ait Herculem Cercopibus fuisse delectatum. Meminit & Herodotus in 7. de loco, dicto lapide Melampygo, & Cercopum sede. Quo sane loco lapsus est insigni ter Laurentius Valla: quod fabulam haec aut nesciret, aut certe non meminerit. Plutarchus in libello De puerorum educatione refert & hoc inter Pythagorica ænigmata: Μη γινέσθαι τῶν μελανέρων. id est, Non gustanda quæ nigra sunt cauda. Atque hunc in modum interpretatur, abstinendum à conuictu mortalium artorum & improborum: quamquam hoc à prouerbio diuersum.

#### Νοκτινὸν οὖμ.

Γλαυκίον ὄν, id est, Nocturninum ouum. Refertur à Nicolao Perotto in Copiz cornu, prouerbiij loco, nec explicatur tamen. Fortassis antiquitus abstemiū, & à vino abhorrentem hoc adagio significabant. Philostratus enim in vita Apollonii, libro tertio, de quo nocturæ rem oppido quam prodigiosam refert. Itaque fatius est ipsius referre verba: Τὴν γλαυκίον, inquit, χερὶ ἐπιπλατέον ἔκαστον, καὶ τὰ αἶμα σπασαίντα ἔχειν μισθῶσαι τῷ φρέσει, συμμέτρως ἰψώτας. εἰ γὰρ βρώσεται τι τῶν βρῆν ὄν, γώταδαι, μισροί σπασαίνονται. id est. Obseruandum vbi loci niduletur noctua: deinde oua subducere oportebit, eaque mediocriter cocta infanti mādenda dare. Quod si quid ex his ederit, prius quam degustarit vinum, inseretur illi vini odiū, adco vt in omnem vitam quā

maxime sobrius sit futurus. Aelianus libde naturis animantium primo, fabulam refert paullo magis etiam quam hæc est, anilem. Eam quoque præstiterit ipsius auctoris recensere verbis: Οἱ πελαργοὶ λυμηνόμενες ἀντῶν τὰ ὠ ἀνικτερίδας ἀμύονται πῶν σοφῶς. αἰ μὲν προσκαφάμενοι ἀνιμίδια ἐργάζονται καὶ ἀγόνεα ἀντὰ, Οὐκ ἔστι τὸ ἐπὶ τῶν φρέσει κη, ἐκίνο ἐστὶ. πλατῆνθ φυλλὰ ἐπιφύρσι τὰς κηλιάς, αἰ δὲ νικτερίδες ὁ τ' ἀν ἀντοῖς γατιείσασσι, νερῶσι καὶ γίνονται λυπῆν ἀδύνατο. id est, Ciconie nocturna oua sua perdere solitas: arcet mito ingenio. Nam hæc cōtractu reddunt ea subueniantea, steriliatq; Remedium igitur aduersus hæc illud adhibent. Platanum frondes in nidum conuehant, quas nocturæ postea quam cōtigerint torpescunt, ita vt iam nocere nō queant. Hactenus Aelianus. Sunt qui negent nocturninum ouum inueniri. Prouerbiū itaq; quadrabit vel in hominem nihil, nulliusq; frugis, iuxta: fabulamentum Aeliani: vel in rem raram: inuentu, iuxta horum sententiam.

#### Ἀμαζονῶν ἄσμα.

Ἀμαζῶν ἄσμα, id est, Amazonum cantilena, in delicatos ac lasciuos & parum viros. Philostratus in Apollonii vita, libro quarto. Μερεκίον τῶν ἄβρων ἔστις ἀσπλῆς νομίζομενον, ὡς γινέσθαι περὶ καὶ τῶν ἀμαζῶν ἄσμα. id est, Adolefcens de numero mollium vlt que adeo lasciuus habitus, vt aliquando Amazonum quoque fuerit cantio. Quid autem sibi velit Amazonum cantio, nondum satis compertum est apud idoneos auctores. Nisi si cui placet, vt accipiamus, Amazones ludibrii causa in molles viros cantilenas solere celebrare. Quod si fas sit mutare scripturam, nequaquam displiceat, vt pro ἀμαζῶν καζῶν legamus. Sic enim appellat lancis genus prægiandæ, quo cibi inferuntur in conuiuium. Mos autem erat antiquitus, vt epule lautiores uicine præcedente inferrentur: vt accipere. Mazonomo pueri magno discerpta ferentes

Membra gruis;

Verum hoc interim esto somnium, donec ab eruditiss certius aliquid pferetur. Quod sane desperandum nō est, in dies in luce emergentibus nouis auctoribus.

Janiab

*Tantali horti.*

Ταντάλη κήποι, id est, Tantali horti. De bonis, quibus tamen frui non liceat: aut de iis, quæ videantur aliquid esse, cum nihil sint. Philostratus in vita Apollonii, lib. 4. Τῶς ταντάλη ἐφικηπῆς εἰδότε ὡς ὄντες οὐκ εἶναι. id est, Tantali hortos videris, inquit, esse, cum non sint. Nota est fabula de Tantalopud inferos ad aquam stante, deq; potus in caput imminentibus, cum sities interim atque esuriens neutra possit contingere. De his nonnulla retulimus prius in p̄ouerbio Adonidis horti.

*Res sacra consultor.*

Σύμβουλος ἱερῶν κρήμα, id est, Consultor res sacra. Zenodotus ex Epicharmo refert. Senlus est adagionis, plurimum utilitatis adferre bene consulente: aut religiose pureq; dandum consilium iis, quibus est opus. Plato in Theage: Ἀλλ' ἄλλο δὲ ὡ δὴ μοδ' ὅκε καὶ λέγει τῶν γε σύμβουλον ἱερῶν κρήμα εἶναι. i. Quin illud etiam dicitur Demodoce, consultorem rem esse sacram. Idem in epistola ad Perdicam, δίκαιος δὲ εἰμὶ καὶ ἐνικτὸν καὶ ἱερῶν ἔμβουλον λεγομένην ἔμβουλαίην. id est. Ac ἔμβουλον λεγομένην ἔμβουλαίην. id est. Ac quum est autem, ut & hospitale & sacrum ut dicitur consilium imperitiam. Suidas indicat dictum ubi deliberatur de rebus periculosis, ut simile videatur illi, Sacram ancoram iacere. Effertur & ad hunc modum: ἱερῶν ἢ συμβουλίᾳ. id est, Res sacra consilium. Extat inter Græcas sententias hic senarius:

Ἱερῶν ἀλάτῳ ἐστὶν ἢ συμβουλίᾳ. id est, Res est protecto sacra consultatio.

*Ante mysteria discedere.*

Ἀπίνα πρὸ τῶν μυστηρίων, id est, Ante mysteria discedere, est re non dum absoluta subducere sese. Sumpta metaphora à sacris, in quibus prophani iubebantur abire, cum iam essent peragenda mysteria, initiari manebant, nec fas erat nisi peractis ritibus abire. Plato in Menone: Εἰ μὴ ἄσπιρχθεις ἔλαρες, ἀναγκάσιον σοὶ ἀπίνα πρὸ τῶν μυστηρίων, ἀλλ' εἰ περιμένῃς τε καὶ μὴ βίβῃ. id est, Nisi quæ admodum heri dicebas, tibi fuerat ante mysteria discedendum: verum si & permanes, & mysteriorum particeps fias, & cetera quæ sequuntur.

*Ex vno multa facere.*

Ἐξ ἑνὸς πολλὰ ποιεῖν, id est, Ex vno multa facere, p̄ouerbio dicebantur, qui rem quæpiam minutim secabant. Quod ab in eos, qui idem aliis atque aliis modis variant: ut non iam vnum, sed plura videantur. Platō in Menone: Καὶ πανεὶ πολλὰ ποιεῖν ἐκ τῶν ἑνῶν, ὅπερ φασὶ τὸς σωτῆρας τὶ ἐκάστοις οἰσκάπτουσι id est, Ac parce ex vno plura facere, quo dicto taxant eos, qui rem quampiam vnde cunq; comminuant. Narratur apud Titum Lium belli Macedonici libro 5. non illepida fabula de caupone quodam, qui suis viuis carnes tam vario coctas apparatu proponebat, ut dux Romanus admiratus, rogaret, vnde nam media bruma super peteret tanta venatus copia. Tum arridens caupo, confessus est, eas omnes ciborum species ex vno sue domestico confectas fuisse. Neque secus isti faciunt, inquit, qui commemoradis variis & horrendis nominibus vos territant, cum hæc omnia vna gens sit.

*Iouis Corinthus.*

Ὁ Διὸς κόρινθος, i. Iouis fili<sup>9</sup> Corinthus. In eo dici solitum, qui semper eadem aut dicunt aut faciunt. Pindarus, in Nemeis hymno 7. ταῦτα δὲ τῆς τετράκτις τ' ἀμπολῶν ἀπορία τέλει θη τέκνοισιν ἄτε μαψυλάκας, Διὸς κόρινθος. Negat se velle iterum atque iterum eadem iterare: perinde quasi pueris nugas narraret Διὸς κόρινθος. Nam μαψυλάκας cum significat, qui frustra nugas effudit. Interpres hoc loco fabulam adfert, ad p̄ouerbium non multum pertinentem, tamen adscribetur. Aleres, inquit, consuluit Dodonzum oraculum, quod tum Iouis erat, num Corinthiorum imperio potiri posset. Responsum est, tum illum potiturum, cum quispiam illi glebam daret, aut ruder, idq; die multarum coronarum: nam id addit. Itaq; Corinthum p̄fectus panem ab rusti co quoriam perit, is glebam portexit. Sen sit ille iam perfectum oraculum, animumque ad capeendum imperium adiecit. Pa xetabatur eo die manibus, eamque ob causam, cum pleraque ciuitas in monumētis abeset, accedens, reperit Creontis filias iā paciscentes de imperio. Harum natu minimò persuadet, si velit adiutare, se simul atque principatum esset consecutus, illa ducturum vxorem. illa imperii cupiditate

prodit civitatem, ac portis apertis Alerem admittit. Is itaq; victor, Iouis Corinthum eam appellat, quod ex Iouis oraculo contigisset: Deinde subtexit aliam fabulam, cū aliorum interpretamento fere convenientem. Ea est huiusmodi: Olim Megarenſes Corinthiis erant veſtigales. Ceterum cum illorum imperium inſolentius grauatim ferrent ac deſectionem pararent, miſſus eſt legatus Corinthiorum nomine, qui apud plebem Megarenſem cum alia multa ferociter dixit, tum illud indignabundus ac vociferans intonuit. Οὐκ ἀνέξεταὶ ὁ δῖος κέρει-  
 θ. i. Non feret Iouis filius Corinthus: id ubi ſæpius iteraret, concitatus populus, ſucclamare cœpit, feri feri Iouis Corinthum, ſimulq; legatum expulerunt. Erat aut Corinthus hic Corinthiorū rex. Ioue prognatus: tamenſi Pauſanias in Corinthiacis negat ſe apud auctores ſerios reperiſſe, Corinthum Iouis fuiſſe filium: ſed vulgus duntaxat Corinthiorum ita prædicare. Vſurpat adagium Plutarchus in commentario, quē inſcripſit aduerſus Stoicos: Πολυὺς γὰρ ὁ δῖος κέρειθ ἐπὶ τὸν λόγον αὐτῶν ἀφίεται, τῶν γὰρ ὑπὲρ περιττόπων ἵα μὴ σκόπτειν δοκῆς ἐά-  
 σθ. i. Multus igitur Iouis Corinthus ad orationem illorum admittitur. Nam piſtili circumuolutionē, ne mordere videaris, omitte. Ariſtophanes in Ranis:  
 - Τὸ τί τῶν πραγμάτων  
 Ἄλλ' ἢ δῖος κέρειθ ἐν τοῖς φράμασι, id eſt,  
 .Quid aliud hæc erat res,  
 Niſi Iouis Corinthus in ipſis ſtragulis?  
 Verba ſunt miniſtri, Bacchi ταυτολογίαν πο-  
 tantis, qui dixerat:

Ἄφρονες ἀνεῖς ἀνεῖς πάντα φράματα. id eſt,  
 Hæc rufus iterum, tolle miniſter ſtrama-  
 ta.

Idem in Concionatricibus:

Ὅτι δὴ ἀνασκοπόμενοι ἐφάμετο  
 Ὀδῖος κέρειθ. id eſt,  
 Vbi denio conſiderantibus, Iouis  
 Apparuit Corinthus.

Philoſtratus in Antipatro Sophiſta. Ωθεῖν-  
 των δὲ αὐτῶν τῶν ſογγινῶν ἐς τὸν γάμον. καὶ δῖος  
 ἀβρίνον ἠγχινοῦ τὸν ἀντιπατῆρον. id eſt, Im-  
 pellentibus autem illum cognatis ad nu-  
 ptias, & Iouis Corinthum exiſtitantibus  
 Antipatrum. Quamquam hic Iouis Co-  
 rinthum uſurpaſſe videtur pro homine ma-  
 gnopere felici. Vſurpat hoc adagium & So-  
 crates apud Platonem in Euthydemo: Ἄλλ'

ἀτεχνῶς, τὸ λεγόμενον ὁ δῖος κέρειθ γίγνεται.  
 id eſt, Sed prorius id quod dici ſolet, Iouis  
 Corinthus ſit. Conuenit cum illo, quod  
 alibi retulimus, δῖος κέρειθ, id eſt, Bis cram-  
 be. Neque ſolum vti licet, cum eadem ite-  
 rum atque iterum dicuntur: verum etiam  
 cum in eodem negotio nimium adſidue per-  
 ſiſtitur. Veluti ſi quis cibum ſemper eundē  
 adponat: aut ſi quis ſemper ſtudiis littera-  
 riis incumbat, aut adſidue venetur, vt hinc  
 iā oboriatur ex adſiduitate ſatietas, recte di-  
 cemus, ὁ δῖος κέρειθ. Moleſtum eſt enim,  
 quidquid perpetuum, vel Pindaro teſte in  
 Nemeis, Ἀλλὰ γὰρ ἀνάπαυσις ἐν παντὶ γλυκίη  
 ἐργα. κόρον δὲ ἔχει καὶ μέλι καὶ τὰ τετραπῶ ἀδῶ  
 ἀφροδῖσια. i. Verum enim vero intermiſſio  
 in omni negotio iucunda. Accipiunt autē  
 ſatietatē & cantilenæ & amœni ſoſculi Ve-  
 nerei. In nonnullis exemplaribus pro μέλι  
 ſcriptum erit μέλι. Sic in epigrammate:

Γὰρ τὸ περίττον ἀκαζον, ἐπεὶ λόγος ἐστὶ πη-  
 λαυδός  
 Ως καὶ τὸ μέλιθ τὸ πῶλον ἐπιχολῆ. id eſt,  
 Inſuauis eſt, quidquid nimium eſt. Nam  
 dicitur olim,  
 Mel quoque, ſi immodica eſt copia, bilis  
 erit.

Illud admonitu nō inutile eſt, prouerbiū bi-  
 ſariā accipi poſſe. Nam & hoc oſtēdit inter-  
 pres Pindari, vel cum eadē iterantur ſæpius,  
 vel cū ii, qui initio magnifice loquuntur,  
 minaturq; ferociter, poſtea timide fugiūt:  
 id quod euenit legatis Corinthiorum, qui  
 cū ſæpius illud intoniſſent in concione:  
 Δικαίως φρονεῖ ὁ δῖος κέρειθος, εἰ μὴ λάβειτο δι-  
 κας παρ' ὑμῶν. i. Merito ſuſpirabit Iouis Co-  
 rinthus, niſi pœnas ſumpſerit de vobis: po-  
 ſtea cū ad manus eſſet ventū, ignaunter au-  
 fugerunt. Nec illud prætereundum, adagio  
 nē accommodatū poſſe, tum ad rem, tum ad  
 perſonā. Ad tē hoc pacto: Iā milles audiui,  
 non poſſum diutius ferre τὸν δῖος κέρειθον.  
 Ad perſonas: vt ſi quis hominem eadē ſem-  
 per inculcantem τὸν δῖος κέρειθον appellet.  
 Indicat & hoc interpres Pindari.

Teſtula tranſmuſatio.  
 Οσφρακὺς περιεφορῆ, id eſt, Teſtulæ conuerſio.  
 De rebus repente in diuerſum commuta-  
 tis. Lucianus in Apologia, τῶν ἐπιμέ-  
 δῶ σωθόντων: Ἐπειτα πάντων ἐκλαθμῶν ὁ  
 φρακὺς φασι μεταπιπῶνθ, ἐκόν ἐκ τὸν φέρον  
 εἰς δὲ γάμον ἔτι περιφανὴ καὶ περιβληπὸν ἐπι-  
 κει: id eſt, Deinde oblitus omnium, teſtula,  
 vt aiunt.

ut aiunt, transmutata, volens ipse semet in  
 seruitutē vsque adeo manifestariam & infi-  
 gnem coniecit Incertum verum sumpta sit  
 metaphora à ludi genere quodā, quē ostrac-  
 cinda Græci vocant. Hunc innuit Plato in  
 amatoris, nempe in Phædro: *Φυγὰς δ' ἦ, ἐπι-  
 κροῖται γὰρ ἐκ τῶν, ἢ ἀποστραφῆς ἢ π' ἀπέ-  
 κροῖται ὁ πρὸς ἐραστὴν, ὁ δὲ ἀναγκάζεται δ' ἰδὲν ἀνα-  
 κροῖται μεταβλητῶν.* id est, Tandem profu-  
 gus sit ab his: & dum necessario priuatus  
 est is, q̄ prius erat amator, testula in diuer-  
 sum versa, fuga se proripit immutatus. At  
 ille cogitur insequi, indignās, deosq̄ue ob-  
 testans. An ab Ostracismo suffragiorum ge-  
 nere quodam, quod per calculos ac fabas fo-  
 rebatur: in hoc repertum, vt per id ciues,  
 qui vel opibus immodicis, vel nobilitate,  
 vel gloria, vel alia quauis insigni virtute  
 multitudinis inuidiam in se prouocassent,  
 in exilium decenne relegarentur. Hoc pa-  
 tro fuit eiectus & Aristides: non aliam ob  
 causam, nisi quod molestum esset populo,  
 iusti cognomen illi vulgo triburum. Fere-  
 batur autem ostracismus ad hunc modum.  
 Ostraci, id est, testule viritum in comitiis da-  
 bantur. In eis, quem quisque velle vrbe ce-  
 dere, litteris inscriptis indicabat: hos de-  
 inde omnes in fori locum quendam can-  
 cellis circumseptum, deportabant. Porro  
 magistratus, quibus hoc datum erat nego-  
 tii, primum vniuersos recensebant: qui nisi  
 plures sex millibus fuissent, nihil confi-  
 ciebatur. Deinde semotis vniuscuiusq̄ cal-  
 culis, is qui pluribus calculis dānatus erat,  
 ad decennium in exilium ire iubebatur: ita  
 tamen, vt illi liberum interim esset fructus  
 suos accipere. Erat itaque ostracismus non  
 improbitatis castigatio, sed vulgaribus ani-  
 mis insitæ inuidiæ placatio. Antiquatus est  
 autem hic ostracismus, eiectio per hunc Hy-  
 perbolo quopiam homine contempto atq̄  
 humili. Huiusmodi ferme referunt à Pla-  
 tarcho in vita Aristidis. Ab hoc igitur ostrac-  
 cismo, quoniam magna vulgi licentia ac re-  
 meritate peragebatur, ac repente præstan-  
 tissimi cuiusque ciuis fortunam commu-  
 tabat, non absurde videri potest ductum  
 adagium. De lusu ostracorum Iulius Pol-  
 lux in hunc fere modum tradit. Pueri du-  
 cta in medio linea, duas in partes sese distri-  
 buebant: quarum altera intra ostracum,  
 altera extra dicebatur. Deinde mittente

quopiam ad lineam testam, vtrius partis  
 superior extitit aliquis, hunc insecque-  
 bantur, qui illi adhibebant, reliquis in su-  
 gam conuersis. Ceterum è fugientibus qui  
 comprehensus esset, is confidebat, asinus di-  
 ctus, testaq̄ue proiecta dicebat, nox dies.  
 Nā interior teste pars pice sublita erat, quæ  
 nocti respondebat. Hoc autem lusus genus  
 appellabatur *ὄστρακον περιστροφῆ*, id est, Testæ  
 conuersio. Plato lib. de Repu. 7. videtur ad  
 lusus genus referre, cū ita loquitur, *Τὸ  
 δ' ἢ ὡς ἔοικεν ἐκ ὄστρακον ἂν εἴη περιστροφῆ, ἀλλὰ  
 ψυχῆς περιστροφῆ ἐκ νεκροῦ τινος καίρου ἐς  
 ἀληθινὸν τὰ ὄντα ἰσθῆς ἐπένοσθον.* id est, Iste  
 huc sane, vt videtur, non fuerit testæ con-  
 uersio, sed mentis circunductio, ex nocturno  
 quodam die ad eius quod vere est ascen-  
 sum euntis. Agit de philosophia, quæ à fal-  
 sis bonorum simulacris educit animum ad  
 verorum bonorum cognitionem.

*Alterum pedem in cymba Charontis habere.*

EX TREMAB, decrepitæque senectæ ho-  
 mines, etiam hodie vulgo dicuntur alterū  
 pedem in sepulchro habere. Nec hinc ab-  
 horrēt, quæ scribit Lucianus in Apologia:  
*Πρὸς αὐτῶν δὲ ἠδ' ἢ τῶ ἀκκῆ γενόμενος, καὶ μο-  
 νοροχί τὸν ἴτερον πόδα ἐν τῶ πορθμῆϊ ἔχοντα.*  
 id est, Qui iam sit Acaco ipsi vicinus, quiq̄  
 iam tantum non alterum pedem in cymba  
 Charontis habeat. Idem in Sectis, *Καὶ τὸν  
 ἴτερον πόδα φακὸν ἐν τῇ σαρῶ ἔχω.* id est, Et  
 alterum pedem, vt aiunt, in tumulo habes.  
 Pomponius lib. Pandectarum 40. titulo de  
 fideicommiss. libert. cap. Apud Iulianum,  
 dixit his verbis: Ego discendi cupiditate,  
 quam solam viuendi rationem optimam,  
 in octauum & septuagesimum annum eta-  
 tis duxi, memor sum huius sententiæ, quā  
 dixissetur Iulianus: Et si alterum pedem  
 in sepulchro haberē, adhuc addiscere quæ-  
 dam vellē. Haud scimus an huc pertineat  
 quod Lucianus scribit in Votis: *ὅς γε δ' ἦ ἐν  
 τῇ νῆϊ ἴτερον πόδα ἔχει.* id est, Qui quidē iam  
 alterum pedem habeat in nauī. Plutarchus  
 in commentariolo De puerorum institu-  
 tione, notat, senes vulgato conuicio vo-  
 cari solere. *καρολιεύς ἢ σποροδαίμονας.* Quod  
 iam ætate desipenter, & posse confines es-  
 sent, magisq̄ue bustuariz laruz, quam ho-  
 mines. Plautus Acherontium senem dixit.  
 Terentius Silicernium, & capularem dixit  
 nescio

nescio quis, Græci τυμβογέροντες vocant, au-  
storibus Helychio, & Suida, ac πεμπέλης ex  
terezæ ætatis homines, illos quod tumulo  
sint proximi, hoc quod breui mittendi sint  
ad inferos, παρὰ τὸ πέμπειν, quod est mitte-  
re, & ἔλος palus quod qui moriuntur crede-  
rentur per Stygiam paludem transmitti ad  
inferos.

*Cauam Arabiam ferere.*

Τὴν κοίλιν ἀραβίην ἀείρειν, id est, Cauam Ara-  
biā ferere. Pro frustra sudare, aut in re per-  
difficili, nec admodum frugifera operam su-  
mere. Lucianus in Apologia: Ὡς τὴν κοίλιν  
ἀραβίην ἀείρειν ἐπιχειρεῖν, id est, vt cauam Ara-  
biam ferere. aggrediatur. Significat au-  
tem palustrem Arabiæ partem, nevtiquam  
idoneam sementi. Plutarchus τῶν τῆς ἀσθ-  
λεχίας, Τὰν μὲν γὰρ πρὸς τὰς ἀσίας ἐγκαταφθ-  
ρον ἀγονον εἶναι τὸ σπέρμα λέγουσιν. τῶν δὲ ἀσθ-  
λεχῶν δὲ λόγος ἀτιλὴς καὶ ἀκαρπύς ἐστίν. id est,  
Aliunt enim sterilem esse sationem humi-  
lium Asiz regionum, at loquaculorum ip-  
sa oratio inutilis est, atque infrugifera.

*Lynceo perspicacior.*

LYNCEI perspicacitas in proverbis abiit.  
Plinius natural. histor. lib. 2. cap. 17. No-  
uissimam, inquit, lunam, primatq; eadē  
die etel nocte, nullo alio in signo, quam in  
ariete conspicit: id quod paucis mortalium  
contingit. Et inde fabula cernendi Lyn-  
ceo. Sunt qui tradunt, Lynceum primum  
reperisse fodinas metallorum, æris, argenti,  
auri. Et hinc vulgo natam fabulam, quod  
ea quoque videret, quæ sub terra forēt. Te-  
stis Lycophronis interpres. Meminit hu-  
ius, & Plato in epistola quadam Aristopha-  
nes in Pluto.

Βλέπεις τ' ἀποδείξω σ' ὄξυτρον τῆ λυγκίας. i.  
Faxo vt videas vel Lynceo ipso acutius.

Lucianus in Hermitimo. Σὺ δὲ ἐπέε τὸν λυ-  
κία ἴμην δὲ δορκας, καὶ ὄρας τὰ ἐσθ' ὡς ἴσκει δ' ἰα  
τῆς ἀείρειν, id est. Tu vero nobis ipso etiā Lyn-  
ceo perspicacior es: qui, sicuti viderit, per-  
pectus ipsum, quæ sunt incus cernis. Idem  
in Icarome nippo: Πῶς καὶ καθέπερ λυγκίως  
τῆς ἀείρων γινόμενοι ἅπαντα διακρίνωσκεις, id est,  
Qui nunc repente quasi Lynceus quidam  
effectus, cuncta discernis? Horatius in pri-  
ma epistola ad Meccenatem.

Non possis oculo quantum contendere

Lynceus,  
Non tamen idcirco contempnas lippus in-  
ungi.

Mærcus Tullius M. Varroni: Quis est tam  
Lynceus, qui in tantis tenebris nihil offer-  
dat, nusquam incurrat? Appollonius in  
Argonauticis scribit hunc Lynceum usq; in  
adeo fuisse perspicacem, vt etiam terram ip-  
sam oculorum acie penetraret, quæq; apud  
inferos fierent, peruideret:

Λυγκίως δὲ, καὶ ἐξυτάτος ἐκείκασο  
Ὀμμασιν, εἰ ἐτίον γε πέλει κλέος ἀείρειν κα-  
ιοῦ.

Ἦν δ' ἴσως καὶ νέρτε κατὰ χθονὶς ἀγῶζε  
δα. id est.

At miro visus pollebat acumine Lyn-  
ceus,

Si modo vera est fama, virum quæ prædi-  
cat illum,

Persicacem inspicisse sub altis condita ter-  
ris.

Plutarchus in commentario, quem scripsit  
aduersus Stoicos, testatur, famam fuisse de  
Lynceo, quod saxa quoque & arbores ocu-  
lorum acie penetraret. Pausanias in Corin-  
thiacis tradit Lynceum Danao vita desub-  
sto, regni successiorem suscepisse. Pinda-  
rus in Nemeis hymno decimo, meminit  
Lyncei qui ex Taygeio monte viderit Ca-  
storem, & Pollucem sub quercus trunco la-  
titantem, & horum alterum iaculo vulne-  
rasse. Pindari interpres citat historiam re-  
rum Cypriarum, Aristarchum, & Didy-  
mum.

*Quod in animo sobriū, id est in lingua ebrjū.*

Τὸ ἐν τῇ καρδίᾳ ταῦν φρονῶς, ἐπὶ τῆς γλῶττης ἐστὶ  
ταῦν μείντος, id est, Quod in corde sobriū, id  
est in lingua ebrj, Proverbialis sententia,  
quam refert in collectaneis Diogenianus.  
Vsurpat Plutarchus, idque proverbiū nomi-  
ne in libello, cui titulus τῶν ἀδολεχίας.  
Nec prætereundum illud Herodoticum:  
Οἶνος κατιόντος, ἐπιπλάσσειν ἐπινα, id est, Subs-  
dēte vino, supernatant verba. Nam sobrios  
aut metus aut pudor cohibet, quo minus ef-  
futiant ea quæ satius putarint suppressisse.  
At vinum & pudorem discutit, & timorem  
abigit. Vnde fit, vt temulentum si: penumero  
non continent voces per iugulum reditu-  
ras. Pindarus in Nemeis, ἐπεσάλει δὲ κακῆ  
κρητῆρα φωνὰ γήσται, id est, Audax iuxta gra-  
torem vox fit: siue quod vinum adfert confi-  
dentiam,

dentiam, siue quod in conuiuio tutum est magnifice loqui, siue quod qui vicit merito citraque periculum laudatur.

*Virgulea scaphula Aegæum transmittere.*

Ἐπὶ ῥίπῃ τὸν αἰγῶνα διαπλῦσαι, id est, Virgulto Aegæum trāsmittere. In eos dicitur, qui rem supra modum arduam leui opera conficere tentant. Lucianus in Sectis, Ἐπὶ ῥίπῃς ὡς ἢ περιμίαι φασὶν τὸν αἰγῶνα ἢ ἰόντων διαπλῦσαι ἐέλονται, id est, Virgulto, quemadmodum prouerbio dicitur, Aegæum aut Ionium mare trāsmittere cupientes. Citatur hic senarius à Suida. Extat autem apud Aristophanem in Pace:

Κέρας ἔκκετι κὰν ἐπὶ ῥίπῃς πλείοι. id est,

Causa lucelli nauiget & in vimine.

Taxat Simonidem, tāquam lucri cupidior, quod ad quæstum scriptararum carmina. Porro ῥίψι vimen est flexibile, aut ramus salignus παρὰ τὸ ῥέπῳ, videlicet quod iusto citatur ob lentitudinem. Citatur & hic:

Σὺ τῷ βίῳ πλῶν, κὰν ἐπὶ ῥίπῃς πλείοι, id est,

Quisquis secundo nauigarit numine,

Is vel saligno nauigarit vimine.

Extat & hic inter sententias prouerbiales, citatus item ab Aristophanis interprete:

Θεὸς ἐέλονται κὰν ἐπὶ ῥίπῃς πλείοι. id est,

Deo fauente nauiget vel vimine.

*Phœnice vinacior.*

ΛΥΚΙΑΝΟΣ in Sectis, Ἦν μὴ φοίνεσθ' ἔτι. ἔμικ, id est, Ni phœnicis annos vixeris. De phœnicis vinacitate diximus alibi. Cuius etiam raritas prouerbio fecit locum. Phœnice rarior: quale est illud: Cornu quoque rarior albo. Negant enim phœnicem esse nisi vnicam, si qua fides scriptoribus.

*Cum plurimum laborauerimus, eodem in statu sumus.*

ΛΥΚΙΑΝΟΣ in Sectis, καὶ κατὰ τῆς περιουσιότητος πολλὰ μὴ θύσαντες ὁμοίως ἔσμεν. i. Ac iuxta prouerbum cum multum laborauerimus, itidem vt antea sumus. De sinistra laborantibus. Quod euenit iis, qui post diuturnum studium nihilo reperitur eruditiores, post longam negotiationem nihilo ditiores.

*Aquam in mortario tundere.*

Ἐπὶ ὕδατος ὑπέρω πλῆθυν, id est, Aquam pistillo tundere. Lucianus in Sectis: ὡς αἰετὶς ἐς

ὄλμων ὑδωρ ἔγχεας ὑπέρω σιδηρῶ πλῆθιοι. id est, Tāquam si quis aquam in mortarium infusam ferreo pistillo tundat. Quadrat in eos, qui laborant inaniter: siquidem aqua si quis vel ætatem cōtundat, nihil aliud erit quam aqua. Lucianus in eodem opere: Οὐκ ἐπὶ ὕδατος, ὅτι ἀνὰ πλοῦθα φασὶ τῆς ὕδατος πλῆθυν ὑδωρ ὁμοίως τὸ ὑδωρ μένει. id est, Ignarus, quod etiam si humeros, vt aiunt, verberando decurias, tamen aqua manet aqua. Suidas ad hunc effert modum: Ἀναπολείς τῆς ὕδατος ὑδωρ πύσσων, ὁμοίως ὑδωρ μένει, i. Versas scapulas aquam pinsens, aqua tamen eque aqua manet. Quantumuis doceas ὄνον λυγρῶς, quantumlibet admoneas stupidum, sui similis esse pergit.

*Gnomon & regula.*

Quod est in re quæpiam præcipuum, & ad quod vnum reliqua omnia conferuntur, regula & gnomonem prouerbio vocabant. Lucianus in Harmonide: Οὐτὶ τὸ κεφάλαιον ἀρετῆς ἀπίστως, ὀγνώμων φασὶ καὶ ὁ δὸς κανὼν τῶν τοῦτων: id est, Quod est caput omnis virtutis, gnomon, vt aiunt, & recta regula. Idē in Scythia: Οὐτὸς σοὶ ἐλλυτικός κανὼν. id est, Hic tibi Græciana regula. Item in Sectis: Τῶτονι κανὼνα καὶ εὐθύναν ἀκριβῆ τοῦτων, id est, Hanc regulam & amulsum certissimam rerum eiusmodi. Porro ad regulam exquant fabri structuram. Iidem vtuntur & gnomonibus. Constat autē gnomonem ἐδὲ duabus lineis rectis, quas vtrinque dimetiens dissecto quadrangulo constituit.

*Ne in tonstris quidem.*

ΛΥΚΙΑΝΟΣ in libello, cui titulus gnomodo conscribenda sit historia, Οὐτὶ τὸ λεγόμενον δ' ἄγροτο, ἐπὶ κερταίαν τὰ τοῦτα μύθοι λογύτων ἀκρίστως, id est, Qui nec in tonstrinis, quod dici solet, talia fabulantes audierit. Quod in tonstrum officinis fere otiosi desideat, & suam quisque fabulam adferat in medium, vnde Flaccus:

- Gaudent vbi vertice raro

Garrula securi narrare pericula nautæ,

Item alibi: - Opinor

Omnibus & lippis norū & tōloribus esse. Cuius alibi meminimus.

*In foribus vrceum.*

Ἐπὶ θύρασι τῶν ὑδρείων, id est, In foribus aqualem: Nam hoc verbo vsus est Plautus. Aristoteles

Aristoteles lib. Rhetoricorum 1. τὸ δὲ τέλει ἀγαθόν, ὅτε ταῦτα εἴηται. καθ' ἕνα δὲ ἀρχὴν πρῶτον, καὶ ἀρχὴν τοῦ εἴηται μένειν. καὶ ἡ πρῶτη δὲ τὸ ἐπὶ βύρας τῶν ὑδρίων. id est, Finis autem bonus: unde illa dicta sunt, Et laudē Priamo. Præterea, Turpediu mansit. Iam vero prouerbium etiam illud, Verum iuxta fores. Interpres quispiam, nam librum ἀνώνυμον suppeditarat vir eruditissimus Baptista Egnatius, ait significari rem contemptam ac vilem. Negligitur enim quæ passim sunt obuia, quæque facile quibuslibet contingunt. Itaque verum in foribus positum nemo studet tollere, proclue enim. Verum vñones in scriniis reconditos magis expetunt. Plutarchus πρὸ πολυφιλίας, ait, rubum vltro herentem negligi ac preteriti, vincā oleasque expeti, recedens hanc sententiam, Οὐ γὰρ ἀρετέον πάντων τὸ ἐκείως ἀλισκομένοι. id est, Non est tollendum quod admodum facile consequi licet. Item in Epistolis Seneca: Multi aperta transeunt, condita & abstrusa rimantur. Furem signata sollicitat. Vale videtur, quidquid patet, aperta effractarius præterit. Hos mores habet populus, hos imperitissimus quisque, in secreta irrumperere cupit. Porro prouerbium imperfectum ac mutilum videtur. Quandoquidem Aristoteles ad eum modum pleraque refert, tanquam alioqui per se satis nota. Apparet esse hemistichium iambici trimetri à comico quopiam mutuo sumptum.

*Haudquaquam difficile Atheniensem Athenis laudare.*

ARISTOTELES libro Rhetoricorum primo. Οὐτε γὰρ ὁ Σωκράτης ἔλιγεν, ἔχκαλε πρὸ ἀθανάτων ἐν ἀθανάτοις ἑταίριον, id est, Queniammodum enim dixit Soerates, haud difficile est, Athenienses Athenis laudare. Citat idem, eodem in opere de procemiis agens, Haudquaquam esse difficile, Athenienses laudare apud Athenienses, verum apud Laedæmonios id fore difficile. Extat autem in Menexeno Platonis, idque in adagionis locum cessit. Dicitum est autem, & propter encomia, orationesque panegyricas, quæ Athenis ex more exhibebantur iis, qui fortiter oppetiissent in bello, in quibus quoniam plurima dicebantur in laudem populi Atheniensis, pronis auribus audiebantur, propterea quod suis quisque laudibus fauet.

*Exigua res est ipsa iniustitia.*

ARISTOTELES libro Rhetoricis primo: Διὸ καὶ τῶν δικαιοσύνην φασὶ μικρὴν εἶναι, id est, Unde etiam aiunt, ipsam iniustitiam, exiguum quiddam esse. Quo prouerbio significabant, non multum adferre momenti, si probus sis, nisi talis etiam habeatis & opinionem longe plus valere, quam rem ipsam. At quanto melius Aeschylus in tragædia, cui titulus, ἑπτα ἐπὶ θύρας, de Amphiarao:

Οὐ γὰρ δοκῶν ἄριστος ἀλλ' εἶναι βέλαι, Βαθείων ἀντακαθὰ φρενὶς κερπυμῆς. i. Neque enim videri, at esse vir cupit optimus,

Mentis profundæ segete perfruens bona. Rectius Socrates admonens, ut talis quisque sit, qualis haberi velit. Modestius Euripides in Oreste probans opinionem, ubi res ipsa non adest, tanquam optimo proximi:

Κρείσσον δὲ τὸ δοκῶν κἄν ἀληθείας ἀπῆ. i. Res ipsa ut absit, optima est opinio.

Itidem Terentius in Adelphis: Si tibi isthuc re ipsa non dolet, at simulare certe est hominis.

*Occasione duntaxat opus improbitati.*

ARISTOTELES libro Rhetoricorum 2. Καὶ πρὸς οὓς ἔχχει πρόσφατον, ἢ προγόνων, ἢ αὐτῶν, ἢ φίλων, ἢ ποικιλοτάτων καλῶς, ἢ μελλομένων, ἢ αὐτῶς, ἢ προγόνους, ἢ ὧν κίθηται. ὡστε γὰρ προσωμία, προσφάσις διέται μόνον ἢ ποικίλα, id est, Aut aduersus quos occasione habent, siue progenitorum nomine, siue suo ipsorum, siue amicorum, siue eorum, à quibus beneficio fuerunt adfecti, aut curæ habiti ipsi, vel maiores ipsorum, vel eorum pro quibus solliciti sunt. Quemadmodum enim prouerbio dicitur, Occasione duntaxat opus est malitiæ. Quaderbit in nocendi cupidus, qui ne temere læsisse videantur, causas prætexunt. Celebratur hic mimus Publilii, in hanc sententiam:

Malefacere qui vult, nusquam non causam inuenit.

Circumfertur & hodie vulgo apud nostrates adagium non vsquequaque spernendum, Facile sustem inuenit, qui cupit cedere canem. Eodem spectat Terentianum illud: Fingit causas, ne det sedulo. Itē illud Martialis:

Irasci tantum felices nostis amici, Nob

Non quia sic merui, sed iuvat hoc facere. Fortassis huc adlusit & Euripides, cum sit in Iphigenia Aulidensis:

Επι βρεχθείας προφάτις ἔδ' ἐμὸν ὄμα, Ἐφ' ἧς σ' ἐγὼ ἢ πάθεις αἰ ληλημέμηναι Δειξέμεθα δ' εἶναι, ἢν σι δ' ἐξάδωι χεῖράν. id est, Occasione tantum opus fuerit leui, Ut & ipsa quique mihi supersunt liberi, Te rursus accipiamus isthunc ad modū, Quo te accipi par est,

Citant & hunc senarium ex Menandro: Μικρὰ πρόφασις ἐστὶ τῶ πρᾶξι κακῶς. id est, Ad prae agēdum parua satis occasio est.

Vel à mortuo tributum auferre .

Καὶ ἀπὸ νεκρῶ φέρει, id est, Etiam à mortuo tollit. In hominem vnde cum que per fas nefasq; luctum captantem. Aristoteles libro Rhetor. 3. tractans de iis, quae pudenda habentur, πέντων, ἢ τεινῶτων. ὅθεν καὶ ἡ πρόφασις, τὸ καὶ ἀπὸ νεκρῶ φέρειν. ἀπὸ ἀχρεοσύνης γὰρ. id est, Veluti si quis exigat à pauperibus, sine defunctis: vnde etiam illud ortum est adagium: Etiam à defuncto tollere: propterea quod id à turpi lucri cupiditate proficiscitur. Finitimum est illi:

Αἰτεῖ γὰρ καὶ τὸς ἀνδρείωνος ἀλφίτα. id est, Ispis vel à statuis farinas postulat.

Natum à tyrannis, qui & à sepulchris, aut defunctorum statuis, vedaq; colligunt. Legitur in epistola quadam ad Cratetem Dionysii. Καὶ τὸς ἀνδρείωνος τὸς ἐν τῷ ἀγορᾷ προσίων ὡς τὰ ἀλφίτα. id est, Ad i & statuas quae in foro sunt, atq; ab his cibū poscito.

Pudor in oculis.

Ἐν ὀφθαλμοῖς ἢ αἰδώς, id est, In oculis pudor. Horum nos pudet, quae in propatulo sunt. Aspectus enim vel incutit, vel renouat etiā pudorem. Vnde fit, vt pueri cum pudescūt oculos tegant. Et apud Platonem Socrates dicitur de amore, ob pudorem oculos tegit, nimirum huc adludens. Hinc & poetae Cupidinem, quod sit improbius, excomis fingunt. Eodem pertinet illud Ciceronis, Epistolam non erubescere. Videmus etiam eos, qui oculis capti sunt, à verecundia plurimum abesse. Huc spectauit Ouidius ait, nocē vt pote exeam pudore vacare. Nox, inquit, & amor, vinumque nihil moderabile suadent. Illa pudore vacat, Liber amorq; metu. Refertur adagium ab Aristotele, lib. Rhet.

2. Καὶ τὰ ἐν ὀφθαλμοῖς καὶ τὸ ἐν φαντασίᾳ, ὅθεν καὶ ἡ προφασίς, τὸ ἐν ὀφθαλμοῖς εἶναι αἰδώς. Et ea quae sunt oculis exposita, quaeq; in propatulo sunt. Vnde & illud prouerbio dicunt, Pudorem in oculis esse. Citatur & apud Athenarum lib. 13. Idē in Problematibus causam inquirens, quā obire pudescatis rubescat aures, iratis oculi, huius adagii testimonium citat. Ἡ δ' ἴτι, ἰνδρ, ἢ μὲν αἰδώς ἐν ὀφθαλμοῖς καταπίψυξίς τις μετὰ φόβου. ὡς τε ἰκώτος ἀπολείπει τὸς ὀφθαλμούς. χωρίζομενοι δ' εἰς τὸν δεικτικώτατον φέρεται τὸ ποιν. τοῦτος δ' ἐν τοῖς ἀνθρώποις τὸν ἄντων, ὃ γὰρ ἄλλῳ ὡς αἰδώς. ὁ ἐγγιζομένοις δὲ ἐπιπείχεται τὸ ἐρεθὸν, μάστιγα δὲ γίνεται φανερὸν ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς διὰ τὴν χροῖαν ὑσάνδυκν. id est, An propterea, quod pudor in oculis frigus quoddam adducit vna cum metu, atque ob id merito calor destituit oculos. Is vero demigrās inde fertur ad locū sui maxime capace. Est autē huiusmodi summa pars aurium, nam reliqua pars est ossa. Rursum iratis calor suffunditur: idq; potissimum apparet in oculis, propter albicantem illorum colorem. Refertur hic versus ex Euripide:

Αἰδώς ἐν ὀφθαλμοῖς γίνεται τέκνον, id est, Mea gnata in oculis nascitur hominum pudor.

Aristophanensis Versus .

Ἀλλὰ τῶτοις γὰρ ἐκ ἐν Οὐδ' ἐν ὀφθαλμοῖσιν αἰδώς τὸν παλαιῶν ἐμβάδων. id est, Ceterum istis haud inest, Calciamenti vetusti, nec vel in oculis pudor.

Huc referri potest & illud, quod Aristoteles lib. Rhetoricorum primo ex Sapphone citat:

Αἰδώς κεν σι ἐν ἡν ὀμματα. id est, Non esset tibi pudor in oculis.

Hinc & ille figuræ: quo ore, qua fronte audebis abiurgare filium? Et illud apud Ciceronem in epistolis ad Atticum, Nec enim conquisitores, φωνοπροσωπείν αὐδῆ. Quin & hodie vulgo dicunt, Non audebis faciem ostendere. Apud Euripidem in Iphigenia Aulidensi, Menelaus iubet Agammemnoni, vt sese aspiciat, videlicet, quo facti pudeat: Βλέπον εἰς ἡμᾶς. ἢν ἀρχῆς τὸ λόγον ταύτας λάβω. id est,

Aspice in nos recta, vt hoc copiā loquēdi exordium.

Isque



Isque respondet :

Μῶν τρέσας, ἔκ διακαλῶ βλεφάρων ἀτρέσας  
id est,

Nūm verebor lumina in te tollere, Atreo  
fatus ?

Fortassis huic adscribendum erat, quod apud  
Homerum Achilles Agamemnonem κωῶ  
πῶ vocat, ob impudentiam, velut oculis can-  
inis & innerecundis.

Conciliant homines mala .

Σωκρεῖ τὸς ἀνθρώπους κακά, id est, Conciliant  
homines mala. Sententia proverbiale, quæ  
declarat id, quod vulgo fit, ex hostibus nō-  
nunquam amicos fieri propter malum ali-  
quod incidens vtrisque commune. Aristo-  
teles lib. Rhetoric. 1. Οὐδὲν γὰρ καλὸν εἶναι τε  
τὰντὸ συμφέρον τοῖς ἐκείνους. ὅθεν λέγεται,  
ὡς τὰ κακά σωκρεῖ τὸς ἀνθρώπους, ὅτ' ἀπὸ τὰν  
τὸ βλαβερὸν ἀμφοῖν, id est, Nilul enim vetat,  
quo minus idem conducat ambobus aduer-  
sariis. Unde dicitur illud, Conciliari homi-  
nes malis, quotiens idem vtrisque noxium  
fuerit De Syncretismo dixi in alibi. Quin  
huic quoque potest descripte proverbium, vt  
dicamus, inductum fauere inducto, in san-  
tem in infanti, nepotem nepoti. Neque enim  
bonarum modo rerum similitudo conglu-  
tinat necessitudinem, verum etiam ex ma-  
lis communibus se penumero mutua nasci-  
tur benevolentia. Amant fere inter se, qui  
simul facere naufragium, qui militarunt  
vna, qui simul capiti fuerunt ab hoste deni-  
que qui corporis aut animi morbis iisdem  
laborant.

Amas tanquam osurus, odotis tan-  
quam amarus.

Δὲ φίλῃν ὡς αἰετὸς μετρίοντα, μισῶν δὲ ὡς αἰετὸς φι-  
λίοντα, id est, Sic amandum tanquam sis  
osurus sic oportet odisse tanquam sis ama-  
turus. Hanc Biancis sententiam Aristote-  
les in libris Rhetoricorum satis indicat in  
proverbium abisse, eum ita scribit, ὅτι ἔ-  
στι ὡς αἰετὸς φιλῶν, ὡς μισῶντα, ἀλλὰ μὴ λ-  
πὸν μισῶν, ὡς φιλῶντα. id est, Non est aman-  
dū quasi sis osurus, quemadmodum aiunt,  
sed ita exercendum odium, tanquam sis ali-  
quando amaturus. Aopaullo inferius, δὲ  
φίλῃν, ὡς αἰετὸς φασὶν ἰνὲν, ὡς δὲ φιλῶντα,  
id est, Oportet amare non quemadmodum  
aiunt, sed tanquam semper amaturum.  
Commonstrat enim illic philosophus, quo

pacto resellendæ corrigendæq; sint senten-  
tiæ vulgo receptæ, atque inculcatæ. M. Tul-  
lius in sermone De amicitia scribit, Scipio  
ni vsque adeo non placuisse dictum hoc Bi-  
antis nomine celebratum, vt negaret vllam  
vocem inimiciorum amicitia reperiri po-  
tuisse, quâ eius qui dixisset, ita amare oport-  
tere, vt si aliquando esset osurus : nec vero  
se adduci posse, vt hoc, quemadmodum pu-  
taretur, à Biante dictum esse crederet, qui sa-  
piens habitus esset vnus ἐλεπτεμ: sed im-  
puri cuiusdā, aut ambitiosi, aut omnia ad  
suam potentiam reuocantis esse sententiā.  
Quo nam enim modo, inquit, quisquam  
amicus eius esse poterit, cuius se putabit  
inimicum esse posse? quin etiam necesse  
erit cupere & optare, vt quam sæpissime  
peccet amicus, quo plures det sibi tanquam  
anfas ad reprehendendum. Rursum autem  
recte factis, commodisq; amicorum neces-  
se erit augi, dolere, inuidere. Quare hoc  
quidem præceptum, cuiuscunq; est, ad tol-  
lendā amicitiam valet. Illud potius præ-  
cipiendum fuit, vt eam diligentiam adhi-  
beremus in amicitia parandis, vt ne quan-  
do amare inciperemus eum, quem aliquā-  
do odisse possemus. Hactenus Cicero. Re-  
fertur ab eodē Aristotele paullo superius,  
ac repetitur libro Moralium Eudemiouū  
septimo hic senarius :

Οὐδὲς ἔρασθῃς, ἔστις ἔκ ἀπὸ φίλῃ. id est,  
Non est amicus hic, qui amare desinit.  
Qui emolumentum causa amat, potius eo  
quod concupiscebat, amare desit. At homo  
rum amicitia, quoniam virtuti nititur, im-  
mortalis est. Extrat autem hic versus apud  
Euripidem in Troadibus. Diogenes Læ-  
rtius mutilum adagiū refert, ἔρασθῃ φίλῃ  
ὡς μισῶντα, τὸς γὰρ πλείους ἐνικακῆς, id  
est, lubebat amare tanquam osuros, pluri-  
mos enim esse malos. Huc adscribendus  
Mimus ille Publianus, qui est apud Aulū  
Gellium :

Ita amicum habeas, posse vt fieri inimi-  
cum putes.  
Et alius eiusdem, sed Senecæ titulo:  
Ita crede amico, ne sis inimico locus.  
Sophocles item in Aiacē Magistophoro,  
Ἐγὼ δ' ἐπίτημα γὰρ ἀρετίας, ὅτι  
Ὅτ' ἔχραθς ἡμῶν, ἐστὸς οὐδ' ἔχραχτέ  
Ὡς καὶ φίλῃταν αὐθῆς, ἐστὲ τὸν φίλον  
Τοῦθ' ὑπερῆν ὡφελῆντ βραχισμα  
Ὡς ἀγῶν μὲν ἔσται. τοῖς πολλοῖσι γὰρ  
Βροταῖ

Β. οὐτῶν ἀμείβοις ἐστὶ ἐπιπέρας λιμνή. id est,  
 At ipse didici nuper, vt si quando sim  
 inimicus vlli, hūc oderim hactenus, velut  
 Aliquando amicum habiturus: erga ami-  
 cum item  
 Officia sic exerceam, vt qui non fiet  
 Semper futurus amicus: etenim plurimis  
 Sodalitatis portus est turus parum.

*Atticus aduena.*

Ἀττικὸς πῶρον, id est, Atticus aduena. In vio-  
 lentos & feroces vestis dicebatur. Duryis  
 apud Zenodotum ait ex Atticorum mori-  
 bus natum, quod olim finitimos sedibus  
 iuis exigere conuenerint. Craterus inde  
 manasse putat, quod Athenienses, qui Sa-  
 mum nisi fuerant, indigenas expulerint.  
 Notatur adagium ab Aristotele lib. Rhetor-  
 icorum 3. τῆ, inquit, ἐστὶ τῶν παρομιῶν, καὶ  
 ὑπόμνησιν, ὅσον μαρτυρεῖται, ἃ τῆς πῶρον. id  
 est, Ad hæc nonnulla prouerbia sunt & sen-  
 tentiæ, tanquam testimonia, vt Atticus ad-  
 uena. Proinde pprie quadrabit in eos, qui  
 ita nuper in manus aliquod adfecti sunt, vt  
 superiores eiciant.

*Purpura iuxta purpuram diiudicanda.*

Ἡ πορφύρα περὶ τῶν πορφύρων διακρίτεια, id  
 est, Purpura ad purpuram diiudicanda est;  
 Certissimum iudicium ex collatione nasci-  
 tur. Vnde emporetæ mercaturæ purpuram,  
 ne fallantur, alteram adhibent purpuram.  
 Licebit vti, quotiens negabimus infantis,  
 aut inficitiam indoctorum plene deprehen-  
 di, nisi cum eloquentium & eruditorū scri-  
 ptis conferantur. Etenim si vel Sallustium  
 conferas cum Cicerone, iam velut obmure-  
 scit ille alio qui per se disertissimus. Refer-  
 tur adagium à Phæbammonē sophista in  
 commentario De figuris rhetoricis. Memi-  
 nit & Isocrates in oratione Panathenæica,  
 Ἄλλ' ὥστε οὐ τῶν πορφύρων καὶ τὸν χειρὸν θεω-  
 ρῶμεν καὶ δοκιμάζομεν ἐτέρεα περὶ δεινότητος, ἰ.  
 Sed quemadmodum purpuram & aurum  
 consideramus, ac probamus, purpuram  
 cum purpura conferentes. Haud arbitra-  
 mur profusè ἀπροσδιόντων fore, si de confe-  
 renda purpura locum huic adscripserimus  
 ex Aureliano Flauii Vopisci: Meministis,  
 inquit, fuisse in templo Iouis Opt. Maxi.  
 Capitolini pallium breue purpureum, la-  
 nestre: ad quod cum matronæ atque ipse  
 Aurelianus iugeret purpuras suas, cineris

specie æcolorari videbantur ceteræ, diuini  
 cōparatione fulgoris. Hoc muner rex Per-  
 sarum ab Indis interioribus sumptum, Au-  
 reliano dedisse perhibetur, scribens: Sume  
 purpuram qualis apud nos est. Nam postea  
 diligentissime & Aurelianus & Probus &  
 proxime Diocletianus missis diligentissimis  
 confectoribus, requisierunt tale genus pur-  
 puræ, nec tamen inuenire potuerunt. Dici-  
 tur enim in India Indica talem purpuram  
 facere, si curetur. Adlusit huic Quintilia-  
 nus libro 12. c. De generibus dicendi, agens  
 de dictione quæ, quod mediocris est, per  
 se habet admirationē, sed adnotis iis quæ  
 sunt eximia, definit esse admirationi. Ha-  
 bet, inquit, admirationem, neque immerito,  
 nam ne illud quidem facile est, sed euan-  
 DESCENT hæc, atque moriuntur compara-  
 tione meliorum: vt lana tincta fuco, citra  
 purpuras placet: at si contuleris, etiam la-  
 cerne conspectu melioris obruatur, vt  
 Ouidius ait.

*Saturniæ lema.*

Κρονικὸν λέμμα, id est, Saturniæ lemæ. In cæ-  
 cutientes ac stupidos dicitur: præsertim in  
 eos, qui ætatis vitio desipiscunt. Est enim  
 lema humor in oculis concretus, vnde lip-  
 pitude nascitur. Deriuatur autem ἀπὸ τῆς  
 λήψια, id est, video & μὴ negatiua particula  
 quod eiusmodi lacrymæ crasse oculos occu-  
 pates visui officit. Aristophanes in Pluto:  
 Ἄλλ' ὃ κρονικῶς γυῖμας ὄντως λιμῶντες τὰς  
 φρένας ἄμφω: id est,  
 Saturninis animis vere, lippitis sensibus  
 ambo.

Quo mas dixit pro lemas, vnde λιμῶν Græcis  
 lippio, cæcutioque significat. Porro Saturni-  
 næ dicuntur quasi seniles ac veteres: pro-  
 pterea quod κρόνον, id est, Saturnus poda-  
 grosus, ac senex à poetis fingitur, & tem-  
 porum deus: quasi κρόνος, ἀρχαῖα vero, id  
 est, Prisca & antiqua Græci nonnunquam  
 stulta vocant. Plato in Euthydemo, ἔχων  
 φλυαρίαι, καὶ ἀρχαιότερα, ἃ τῶν δεινῶν. id  
 est, Nugariis, ac stultior es quam decet. Et  
 κρονικώτερα, μαρότερα, & κρόνος nugas, ac  
 deliramenta. Timotheus apud Athenæum  
 libro tertio. Νέος ὁ ζῶν βασιλεύειν, τὸ πα-  
 λαιὸν δ' ἢν κρόνος ἀρχαῖον, id est, Iuuenis re-  
 gnat Iupiter. Olim autem principatum  
 tenebat Saturnus: Aristophanes in Ve-  
 spis:

Καὶ τὸς τραγῳδοῦς φασὶ ἀποδείξει κρόνους  
 Τὸν ἴον. id est,  
 Sese tragædos mente Saturnos ait  
 Mox redditurum.

Idem in Nebulis :

Καὶ πῶς ὁ μικρὸ σὺ καὶ κροῖόν ὄζει καὶ βακκί  
 σέλινη. id est,

Et quomodo ὁ stulte, & Saturnalia olens,  
 & lunaris.

Dionysodorus in Euthydemo Platonis, So-  
 cratem Saturnum vocat, bardum ac stupi-  
 dum sentiens, ἄτως, inquit, εἰ κρόνῳ, id est,  
 Adeo Saturnus. Adlusit huc Lucianus in  
 Timone: Λημᾶς καὶ ἀμβλυώτιες πρὸς τὰ γι-  
 νόμια. id est, Cæcutis ac lippis ad ea quæ pa-  
 trantur. Atque inibi paullo inferius, καὶ κα-  
 ὄθ' ὄλιγον κρόνον σὲ ὡς βίαν γινώσκῃσι ἀποφαίρει  
 σι, περὶ ὁσάμεινοι τὰς τιμὰς, id est, Et paulatim  
 Saturnum te o deorum præclarissime red-  
 dunt, depellētes ab honore. Plutarchus eta-  
 te desipientes ostendit vulgo κρωαλίχους ap-  
 pellatos fuisse, id est, Saturni more deliran-  
 tes, videlicet propter aniles fabulas, quæ de  
 hoc deo feruntur. Eas refert idē Plutarchus  
 in commentario de facie apparenti in orbe  
 lunæ: Saturnum in insula quapiam fortu-  
 nata, profundo in antro dormire, saxa com-  
 plexum aurea. Ceterum huic somnum illi  
 si accidere ex vinculis in eum vsum arte cō-  
 sectis à Ioue. Aues autem quæ in scopuli ea  
 cumine versantur, adferre illi ambrosiam,  
 vniuersamq; insulam mira siagrantia cō-  
 pleri, e rupe, velut e fonte scateante: adesse  
 demones, qui Saturnum obseruent & in-  
 seruiant. Hos olim cum illo amicitia cōn-  
 iunctos fuisse, cum diis atque hominibus  
 imperaret: multaq; de futuris rerū euen-  
 tibus ex se prædicere. Sed maxima, maxi-  
 misq; de rebus sic efferunt, vt Saturni som-  
 nia videantur. Nam quidquid cogitarit In-  
 piter in animo, id somnare Saturni. Hu-  
 iusmodi quædam nugamenta de Saturno  
 commemorantur in hoc libello. Iam illud  
 eruditi lectoris iudicio relinquatur, nun-  
 quid ad hoc adagium pertineat, quod Py-  
 thagorici σύμβολικῶς mare, Saturni lacry-  
 mam appellant, vt testatur idem auctor, cō-  
 mentario de Iside & Osiride. Siquidem est  
 aqua marina non salsa solum & amara, sed  
 caustior ἴσκειν & impurior reliquis.

*Cucurbitas lippis.*

Κολοκύνθους λιμᾶν, id est, Lippire cucurbitas.

Ad superiorem adagii formam pertinet.  
 Aristophanes in Nubibus:

Ναὶ γέ τοι ἴδον καθαρῶς αὐτῶς, εἰ μὴ λιμᾶς κο-  
 λοκύνθους. id est,

At nunc ipsas plane cernis nisi fors lippis  
 Colocynthis. κολοκύνθους Græci vocant quas  
 nos cucurbitas. Verba sunt Socratis offen-  
 tis nubes. hoc est, nisi plane nihil vides, &  
 tantas habes in oculis lemas, quantæ sunt  
 cucurbitæ.

*Ollas lippire.*

Χύτρους λιμᾶν, Ollas lippire. Prouerbialis hy-  
 perbole, proximæ simillima. Lucianus ad-  
 uersus ineruditum, & multos coementem  
 libros, χύτρους, inquit, λιμᾶτες. id est, Ollas  
 lippientes. Lacrymas indicans ollis æqua-  
 les. Hoc adagium vtrunq; quoties ad ani-  
 mum refertur, sit elegantius & iucundius:  
 veluti si quis hominem crassi iudicij, ac ve-  
 hementer cæcutientis, & turpiter errantis  
 dicat lippire non lemis, sed ollis.

*Odiūm agreste.*

Μίσθ' ἀγρῶν, id est, Odium agreste, Atrox  
 odium veteres sic appellabant, propterea  
 quod rustici plerunq; μισάνθρωποι sunt,  
 & acerbius atque implacabilius oderunt.  
 Lucianus cōtra indoctum, Μίσθ' δὲ ἀγρῶν  
 φασὶν περὶ πάντων ἔχει ἐπὶ τῇ βδελυρίᾳ, id  
 est, Laboras autē agresti, sicuti dicitur, om-  
 nium odio, propter insolentiam. Vnde &  
 ciuilitatem appellamus morum comitatē,  
 humanitatemq;. Et apud Iureconsultos  
 ciuilis actio discernitur a criminali: Deni-  
 que Græci quidquid barbarum, immane,  
 aut crudele volunt intelligi, id ἀγρῶν vocāt.

*Megarenses neque tertij, neque quarti.*

Μεγαρῶς ἢ τε τρίτοι ἢ τε τέταρτοι, id est, Mega-  
 renses neque tertij, neque quarti. Diceba-  
 tur olim in homines supra modum igna-  
 uos & contemptos, nulloq; honore dig-  
 nos. Natum adagium ex oraculo quodā.  
 Id quidam, inter quos Stephanes Mneas &  
 Ion, Aeginensibus, alij Megarensibus red-  
 ditum existimant. Narrat itaque Mneas,  
 cū Aeginenses in Achaia debellassent Aeo-  
 los, ac decimam pentecontorum cepissent  
 ea est naus remigum quinquaginta hanc  
 Apollini Pythio victoriæ monumentum  
 dedicarunt. Rogabantq; Deum, qui nam  
 essent

essent Græcorum præstantissimi, arbitran-  
tes futurum, vt ob eam victoriam ipsi pri-  
ma laus ab Apolline tribueretur. Oracu-  
lum hunc ad modum respondit:

Ἴπποι εἰσοσκόων, λακεδαιμονίη τε γυῶνακ,  
Ἄνδρες δ' οἱ πίνχσιν ὕδωρ καλῆς ἀρεθῆσος.  
Ἄλλ' ἔτι καὶ τῶνδ' εἰσιν ἀμείνων, οἷ τε μισγυ-  
Τίρω δ' ὅ νείσοι καὶ ἀρκαδίησιν πολυμήλας.

Ἀργεῖοι λιποθήκας κέντρα πολέμοιο,  
Υμῆς δ' αἰγίης, ἅτε τρίτοι ἕτε τέταρτοι,  
Οὐδὲ δύναδ' ἔκατοι, ἕτ' ἐν λόγῳ ἕτ' ἐν ἀριθ-  
μῳ. id est,

Thessala equa præstat reliquis, mulierq;  
Lacæna.

Porro viri potant qui pulchra fluentia Are-  
thuse.

Hos quoque præterea, mediæ gens incola  
vincit.

Tirynthi, Arcadiæq;ue bidentibus inclitæ  
albis,

Arginī stimuli bellorum, armisq;ue po-  
tentēs.

At vos Aegini, neq; tertius accipit ordo,  
Nec quartus, neque bisseus, neque deni-  
que vestri

Vlla vñquam ratio est, nusquam nume-  
rus ve, locus ve.

Qui scripsit commentariolos in Theocrit-  
tum, refert hoc epigramma paullo diuer-  
sius, nimirum ad hunc modum:

Γαῖης μὲν πόσις τὸ πελασγικὸν ἀγέρας ἀμείνων,  
Ἴπποι θρηῖνικαί, λακεδαιμονίη τε γυῶνακ  
Ἄνδρες δ' οἱ πίνχσιν ὕδωρ καλῆς ἀρεθῆσος.  
Ἄλλ' ἔτι καὶ τῶνδ' εἰσιν ἀμείνων, οἷ τε μισγυ-  
Τίρω δ' ὅ νείσοι καὶ ἀρκαδίησιν πολυμήλας,

Ἀργεῖοι λιποθήκας κέντρα πολέμοιο,  
Υμῆς δ' ὡ μεγαρέας ἕτε τρίτοι, ἕτε τέταρτοι,  
Οὐτε δύναδ' ἔκατοι, ἕτ' ἐν λόγῳ, ἕτ' ἐν ἀριθμῳ.

Callimachus itē in epigrammatis ad Me-  
garensest reculit proverbiūm :

Τῆσ δὲ ταλαῖης  
Νύμφης ὡσ μεγαρέων, ἔ λόγῳ, ἔδ' ἀριθμῳσι.  
Sed veluti Megarensisbus accidit olim,  
Nymphæ infelicitis, nō locus, aut ratio.

Item Theocritus in Catellæ amore,

Ἄμμες δ' ἕτε λόγῳ τῆσ ἀγέοι, ἔδ' ἀριθμῳσι,  
Δύσανοι μεγαρέας, ἀτ' ἰμοτῶν ἢ ἐν μοίρα. id est,  
Nostri nec ratio est, numero neque po-  
nitur vilo.

Extremæ sortis veluti quondā Megarēses.

Est & inter amantes ordo, cum hic primus  
est apud amicam; ille secundus, alius ter-  
tius aut quartus. Quemadmodum & in te-

stamentis est primus, secundus & tertius  
hæres. Effertur etiam hac forma prover-  
bium, τῆσ μεγαρέων ἀγέοι μερίσος, id est, Me-  
garensium parte, seu illo digni. Huc spe-  
ctat & Homericum illud Iliados β.

Οὔτε ποτ' ἐν πολέμῳ ἐνερθίθμος, ἕτ' ἐν βυλῆ  
Nusquam in consiliis, nusquam numerat-  
tur in armis.

Refertur ex Euripide:

Θεοὶ καὶ ἄνδρες ἔκ' ἔχουσιν ἐν μάχῃ  
Ἀριθμῳ, ἀλλ' ἀπεισι κἄν παρῶσ ὁ μῶσ. id est,  
Formidolosi nullum habent in prælio  
Numerum, sed absunt, licet tibi adsint ma-  
xime.

Hanc figuram & Latini videntur expri-  
mere. M. Tul. Neminem esse puto, qui mo-  
do in aliquo numero sit, hoc est, qui sit ali-  
cuius momenti, alicuius precii. Idem Phi-  
lip. 3. Bomabatio quidam pater, homo nul-  
lo numero, nihil illo contemptus. Plutar-  
chus in Symposiaciis, Τῶν δὲ ἐμῶν πολιτῶν  
ὡσπερ μεγαρέων ἔδ' εἰσ λόγῳ, ἢ. Atqui meorū  
civium, veluti Megarensium nulla ratio.

Idem alias in eodem opere, Τῶν δὲ διμορε-  
ταῖων ἐφ' εἰσ ὄψλων, ὡσπερ αἰγίαν ἢ μεγαρέων ἀ-  
ριθμῳ; ἔδ' εἰσ ἔδ' εἰσ λόγῳ, ἢ. Atqui Democritica  
rum, inquit, imaginum perinde vt Mega-  
rensium aut Aeginensū, nullus numerus,  
neque respectus. Arbitramur enim & Ari-  
stophanē huc leuiter adluisse cum scribit  
in Acharnensibus:

Ὅσ' χερὶ μεγαρέας μὲτ' ἐν γῆ μῆτ' ἐν ἀγορῇ  
Μῆτ' ἐν βελανηῖ μῆτ' ἐν ἡπειρῳ μέτασ. id est,  
Megarensibus nefas manere esset neque.

In terra alicubi, nec foro, nec in mari,  
Neque continente.

Siquidē excludens Megarensest quattuor  
locis, nimirum ad illud respexit, ὡτε τέταρ-  
τοι. Quamquam in versibus opinamur, nō  
abesse mendum, videlicet in μῆτ' ἐν γῆ, nisi  
forte quarto loco sibi permittit spōdeum,  
quemadmodum permittit anapæstum. No-  
bis subolet huc & M. Tullium adluisse, cū  
in Bruto suo sic loquitur: Duobus igitur  
summis Craſſo & Antonio, L. Philippus  
proxime accedebat, sed longo intervallo, tñ  
proximus. Itaq; cum, etsi nemo intercede-  
bat, qui se illi antefereet, neque secundum  
tamen neque tertium dixerim. Nec enim  
in quadrigis cum secundum numerave-  
rim, aut tertium, qui vix è carceribus ex-  
derit, cum palmam iam primus accepe-  
rit: nec in oratoribus, qui tantum abſit

Y à primo,

a primo, vix vt eodem curriculo esse videatur. Simili forma M. Tull. in Academicis lib. 2. dixit quinte classis Democritū: Quis, inquit, hunc philosophum non anteponat Cleanthi, Chryippo, reliquisq; inferioris ætatis, qui mihi cum illo comparati, quin tæ classis videntur? id est, postremi ordinis. E diuerso primæ classis dicuntur, qui ceteris præferuntur, & nulla classe, qui proflus contempti. Trenslatum a classibus, in quas Seruius Tullius rex diuisit populum Romanum pro census modo. Florus epitome 49. dixit vltimæ sortis hominem vehementer obsecutū. Andricus, inquit vltimæ sortis homo, Persei regis se filium ferens, &c. Item epitome 19. C. Glauciam dixit, vltimæ sortis hominem. Hoc fiet lepidius, si transferatur ad animi res, veluti si dicas, vltimæ sortis ingenium: aut orationem cum aliorum scriptis vix confertendam, extremæ classis orationem. Ad hanc pertinet formā, cum dicunt hominem primæ notæ, postremæ notæ. & M. Tullius, salutem appellat de meliore nota, salutationem adcuratam. Ad personam accommodauit Carullus:

: Et quisquis de meliore nota.

Id translātū videtur a negotiatoribus, qui vino aut panno notam adfigunt indicantē meritis precium.

*Lepus pro carnibus.*

Λαγὺς τῶν κρεῶν, id est, Lepus de carnibus subaudi periclitatur. In eos dicitur, qui ob aliquam sui vtilitatem in discrimen vocantur. Nam leporem non insectamur, quod noceat, sed quod pulpamētum habeat. Est enim animal & esculentum & timidum, atque inerme, vt natura hominum scis leporem genuisse videatur. Rhégienses autem vulgo lepores dicti sunt, vt pote pauidi ac formidolosi. Effertur etiam ad hunc modum adagiū, ὁ λαγὺς τῶν κρεῶν τρέχει, id est, Lepus p carnibus currit. De his, qui magno suo periculo, aut capitis etiam discrimine, atque ob id acriter decertāt. Trāslata metaphora a venatu, in quo lepus quoniam intelligit sese ad necem peti, perniciosissimo cursu fugit, adeo, vt non raro deficiat, medioque in cursu examinetur. Qua de re Plutarchus in commentario De terrestrium, & marinorum animantium prudentia, narrat quiddam haud quaquā

indignum quod hoc inserat loco: Οἱ δὲ τῶν δ' ἀν' ὑποδίας δ' ἰακόντις, ἐὰν μὲν αὐτοὶ κτείνωσι, ἴσονται διασσωάτες ἢ τὸ αἶμα μαλάτῃσι προεύμως, ἐὰν δὲ ἀπομῆδες ἑαυτὸν ὁ λαγὺς, ὁ γίγεται πολλὰς, ὅσους ἔχει πνεύματ' ὅ, ἀναλώσας εἰς τὸν δ' ἄρ' ἄν' ἐκλήπτο, ἑκέρην καταλαβόντας, ἔχ' ἄπτωται τὸ περὶ πᾶν, ἀλλ' ἴσονται, τὰς ἑρῆς κινεῖταις, ὡς δ' κρεῶν, χάρει, ἀλλὰ ἴσους καὶ φιλοτακίας ἀγωνίζονται. id est, Porro canes cum leporem insectantur, si quidem occiderint ipsi, gaudent dilacerare, atque acres sanguine se se contaminant, oblinuntque. Quod si lepus desperans de se se, quem admodum accidit sæpenumero, quidquid habet halitus, id omne quam intentissimō cursu consumpsit, atque ita defecerit, ianes exanimem perierunt omnino non attingunt, verum consistunt mouentes eandem, perinde, quasi non carniū gratia decertant, sed magis de victoria contentiderint. Charon apud Aristophanem in Ranis.

Ἐξ ἄλλοι δ' ἄλλοι

· Ἐἰ μὴ νενουμάχηκε πλὴ τῶν κρεῶν. id est, Seruum haud vcho, nauale ni peregerit. Certamen, ꝑto carnibus pugnaverit. Adscribit hoc loco Aristophanis interpret, apud Arginūsam, seruos non pro pecunia, aut alio quouis premio, sed pro vita dimicare solere. Idem in Vespis:

· Ποῖσω δ' ἀκείν πλὴ κρεῶν

Καὶ τὸν τῶν δ' ἰακόντις δ' ἄρ' ἄν' ἐκλήπτο. id est, Effecero, vt cor mordeas, cursumq; curas pro capite ac vita. Idem in eadem fabula:

· Ἡ λαγὺν ἢ λήμπτ' ἄν' ἔδραμις; id est,

Leporem cucurristi, an ne lampadem magis? Plutarchus in Dialogo, quem scripsit aduersus Epicurum. Παπαίει ποτ' ἔγωγε μάλα σάς, εἰς τ' ἰακόντις τοῖς ἀνδ' ἄν' ἐκλήπτο, ἐκλήπτο, καὶ τὸν τῶν δ' ἰακόντις ἐπύξεν. id est, Papæ, inquam ridens, in ventrem ipsum viris insultum facturus videris, & ad cursum qui pro carnibus dicitur, adacturus. Significat autem eum Epicurum in summum discrimē adducturum, quod aduersus voluptatis assertores proposuisset, nec iuicunde viui posse secundum Epicurū. Adlusum est ad Priscas historias, quæ referunt aliquoties bellum natum inter populos ob direptas ē sacrificiis carnes. Ita Pindarus in Nemeis.

· Ἴνα κρεῶν νιν ὑπὲρ μάχης ἴλκωσι. id est,

Vbi pro carnibus pugnas gessit.

*Carpathius*

*Carpathius leporem.*

*Musca quidem.*

Ὁ κερπύδιος τὸν λαγύριον, id est, Carpathius leporem. Dicebatur in eos, qui sibi rem noxiam accesserēt. Hinc deductum adagium, quod cum in Carpathiorum insula lepores non essent, illi curarunt importandos alicunde. Verum ubi eius animantis magna vis increuisset, ut est mira fecunditas, fruges insulæ populari cœperunt. Refert & interpretatur parœmiam Iulius Pollux, quinto de rerū vocabulis libro. Addit nec in Ichacensium in insula nasci lepores, nec in Sicilia fuisse, priusquam Anaxilas Rheginensis eos importasset, vnde victor in Olympiacis, Rhegionensium munusnati currum inscalpsit & leporem. Refert item & interpretatur Aristoteles libro Rhetoricorum tertio.

Ἡν τὸ affinis est & illa prouerbialis hyperbole: Ne musca quidem, qua maximā hominum solitudinem significauimus. Plautus in Truculento: Quas tu mulieres mihi narras? Vbi musca nulla fœmina est in edibus. Huc adlusit Vibius Crispus orator delectationi natus, ut ait Fabius:

Cuius erant mores, qualis facundia: Quemadmodum scripsit Iuuenalis, cū rogatus equis esset cum Cæsare in conclauis, respondit: Ne muscam quidem intus esse. Ancipiti ioco Domitiani consuetudinem notans, cui mos erat cotidie sibi secretum horarium captare, nunc interim aliud fere agebat, nisi quod muscas captas stylo conficeret.

Γρύζαν.

*Communis Mercurius.*

Γρύζαν, prouerbio dicunt hircere seu mutire. Sunt qui putent γρύζαν esse vocem suillam edere, deductum ἐπὶ τῆ γρύ, de quo meminimus alibi. Vnde & Gryllii nomen effectum apud Plutarchum, & Grunii Cotocottæ porcelli, cuius meminit diuus Hieronymus. Aristophanes in Pluto:

Γρύζαν δὲ καὶ τολμάτων ὠκιστάρακτε: id est, Audetis & mutire sceleratissimi?

Idem in eadem fabula, Ἄλλα φθέρω καὶ μὴ γρύζω. id est, Imo percas, ne ve quid hircas.

Simili figura Terentius dixit in Adelphis: Quid gannis? Et in Phormione: Quod illi ad aurem obganniat.

*Nullum animal, quod animal.*

PROVERBIALIS videtur & illa figura: Nullum animal, & quod animal. Aristophanes in Pluto,

Πείρα γὰρ ἐστὶν ἂν ποῖός, ἢ εὐδαμῶν ἢ οὐδὲν πεφουκεζῶν ἐξαλλέσιον. id est,

Insipia nanque est heu miser, qua scilicet haud aliud vltquam est animal exitiatus

Idem ἐν τριπέλωσι, Τῶτο δ' ἐστὶ τὸ τέκνον τι ἐκείνον; id est,

Vt nota at ipsa quæso, quæ nam bellua est?

M. Tul. ad Atticū, Terentii veltigium nullum agnoui, Metagenes certe periit. Fecit iter per possessionē in qua animal reliquū nullū est. Nec abluat ab hac figura Plinianum illud, Regulus bipedū nequissimus.

Κοινὸς ὁ ἐρμῆς, id est, Communis Mercurius.

Lucianus in Votis, Οὐκ ἔν τὸ προχαρότατον τῶτο, κοινὸς ἐρμῆς φασί, καὶ ἐς μέσοις κενώτῃσι φέρων τὸν πλάστον. id est, Itaque quod passim in ore est omnibus, communis, ut aiunt, Mercurius, opesque in medium alatas deponere, Plutarchus in libello, cui titulus, ὅτι μάστιγα τοῖς ἡγεμόσι δὲ τὸν φιλοσοφοῦν διαλέγεσθαι: ἀλλ' ἀμειστοὶ καὶ ἀπειροκαλίε τὸν κοινὸν ἐρμῆν ἐμπόλων ἐν ἔμμυθον γινώσκει. id est, Sed imperitia & inelegantia communem Mercurium, cauponatorē & quæstuosum factum esse. Quidam hinc natam parentiam arbitrantur quod Mercurius, ut est furtorum auctor ac repertor, primus ostendit, quæ furto parata sint, ea in mediū communiter oportere deponere. Alii malūt huc referre, quod Mercurius sit orationis auctor, per quam inter homines omne commercii genus constat: vnde & medius inter superos atque inferos à poetis fingitur, pariter superis deorum gratus & imis quod sermo animi interpret, summus cū infimis, reges cum plebe conciliat. Extat in per hac re tabella non illepada Aristidis in 2. lib. quem aduersus Platonem cōscripsit, in defensionem Rhetoricorum. Eam hoc magis libuit adscribere, quod is auctor haudquaquam adhuc vulgo notus est. Νέωσι γὰρ ἀνθρώπων γινομένων καὶ τῶν ἄλλων, θίγη βῆθ' πολὺς ἢν κατὰ τὴν γίνεσθαι τεκμήριον. ἔτε γὰρ αὐτοῖς σφιν εἶχον, ὅτι χερσποταί. εἰδὲ γὰρ ἢν εἶδεν τὸ σφιν.

νάγον, ἀλλ' εἰ μέγας τὸς ἐλάττωσ' ἔργον. ὅτε τοῖς  
 ἄλλοις ζῴοις οἶχον ἀνταρξάν. πᾶσι γὰρ πάντων  
 ἐπιλέγοντο, ἄλλοτε ἄλλων. τάχην μὲν τῶν  
 πτωχῶν ἀπάτων, ὅπερ ἐν ὀμίρῳ ἔφη τὸς πυγ-  
 μάσας πᾶχην ὑπὸ τῶν γράτων, πᾶσι τοῖς τό-  
 σε κατὰ πάντων τριβῶναι τὴν ἀκίμων ὄφει-  
 θων, κατ' ἰσχῶν ὀφείρω καὶ τὸν λειότεων, καὶ τὸν  
 κείπρων, καὶ πολλῶν ἄλλων ἴσων, ὡστ' ἀπόλι-  
 λωτο σιγῆ. καὶ μὴν τῆ γκατασκυλῆ τσ ἀμα-  
 σθ, ὁμόναι τὴν κορμῶν ἀλλὰ καὶ τῶν κοχλιῶν  
 ἀπειλοποτο, ὅσδεσ' αὐτῶν ὑπέρχων ἀνταρξάν.  
 φθροερεῖτε δὲ ἕτως τὸς γένους καὶ κατὰ μικρὸν  
 ὑπαρξέουσθ, κατὶ τὸν ὀ προμυθῶδὲ ἀεί πως ὦν  
 φιλανθρωπῶ ἀνέχετα πρὸς βδύτης ὑπὲρ τὸν  
 ἀνθρώπων ἐχί, κατὰ τὸν ἀνθρώπων πιμφοεῖς, ὅδε  
 γὰρ πρὸς βεῖς ἴν' ἀπὸ τοῦ εἰδέου, ἀλλ' αὐτὸς ἀφ'  
 εαυτοῦ. ὁ δὲ ζῴος τῆτε προμυθῶδὲ ἀγαθῶς δι-  
 καλιγόνθ, καὶ ἀμα καὶ αὐτὸν εἰληφῶς λο-  
 γισμὸν τὸς πράγματθ, τὴν αὐτῆ παιδῶν ἐρμῶ  
 κελδύει ἱστορικῆ ἔχοντα ἔλθαι εἰς ἀνθρώπων. ὁ  
 μὲν ἐν προμυθῶδὲ κατὰ τὴν ἐπίσης ἀπασί τῶς  
 τε ἀνδρῶδὲ καὶ τ' ἄλλα μέλη τῆ σώματθ, ἐχ  
 ἕτως ἐκείλθεν, ὡσπερ βερεκῆ δ' ἀδύσων διελεῖν,  
 ἵνα πάντες βιταρξάν ἐφείρσ μετέχον, ὡσπερ  
 ὀφθαλμῶν, χερσῶν καὶ ποδῶν, ἀλλ' ἐπιλεξέμε-  
 νος τὸς ἀείρσ καὶ γενναϊότητς καὶ τῶς φύσεσ  
 ἐξέμυθῶδὲ τῶ τοῖς ἐχ χερσῶν τὸ δ' ὄρον, ἵνα  
 ἕμσ σφᾶς τε αὐτῶς καὶ τῶς ἄλλασ σάξεν ἔχον.  
 Αφκομῆναι δὲ τῶς ἱστορικῆ εἰς ἀνθρώπων, ἕτως  
 ἐκ' ἰσὴν ἡδυνήθησεν μὲν οἱ ἀνθρώποι τὴν μετὰ  
 τὴν βδύων δῖαταιν χαλεπῆ ἵκφυγεν, ἐπᾶν σῶσεν  
 πο δὲ ἐχθεοὶ πάντες οἷτες ἀλλήλοισ ἐν κήλωσ κοι-  
 νωῖας δὲ ὄρον ἀρχῆν κατὰ βδύτης δὲ ἐν τὸν  
 ὄρον, ἄλλοι κατ' ἄλλα μέρη τῶς οἰκσ μῆναι ἐπλη-  
 σίσασεν, τῶν πρῶτων ὑπαίθεροι, με τὰ δὲ τῶ-  
 τοῦ δ' ἡ λόγμ νικίσασενθ, π' ἴν τε κατὶ σὺν ἀ-  
 σαστο καὶ δῖαμῆσασεν, ἐχ ὡσπερ πρῶτερον  
 ὡς ἔτυχεν, ἀλλ' εἰς τε σωμᾶξῶς κοινωῖων, καὶ  
 τῶς πόλεων ἡγεμόνας νόμσς ἔβητο, καὶ ἀρχον-  
 τῶς καὶ πολιεῶν ἐν ἴμῶσ, καὶ βλοῖς χερσῆ-  
 ρικ ἀνίγαγον πρῶτας οἰπαρξᾶς ποισάμεναι τῶς  
 ἀπὸ τὸν λόγμ, ὡς ἔτι καὶ νῦν χάρην κήλωσ  
 τῶς βεῖς λγθ ὄρει, ὅτι καὶ γνωρεῖσασ πρῶτων  
 αὐτοῖς τῶς βεῖς ὑπέρειν ἐν τῶνδ. ἕτως ἀνδρῶ-  
 πῶ ἡβη μέγας ἐξ ἑδύνης καὶ σαβρῶ κῶταρ-  
 χῶς. καὶ πρ' ὄν κατὰ φρονήμῶθ, ὁ δ' ἕδιν  
 πρῶταμ, κῶρῶς ἐπὶν ἐξ ἐκείνσ τοῖς ἴν τῆ τῶτο  
 ὅτι βούλιται χεῖρῶσ, πρὸ βλημῶ ποισάμεν  
 αὐτ' ἄλλσ φυλακτῆρῶ τὸν λόγμ. καὶ ὁ μῦθος  
 ἢ μὴ τάντῶ ἐχέτω τὴν τελευτῶν. Quæ si  
 quis Latine malit, sen sum vteuque redder-  
 mus. In initio cum recens essent homines  
 parati, magnus inter hos ac reliqua animan-

tia tumultus erat, perturbatioque super ter-  
 ram, propterea quod non possent inuicem  
 vi sese. Nec. n. vlla res intercedebat, quæ il-  
 los conciliarent: verû qui potentiores erant,  
 opprimebant inferiores. Neque satis erant  
 idonei, vt reliquis animantibus resisterent.  
 Omnibus enim illis omni ex parte inferu-  
 res erant, aliæque in re ab aliis vincebantur.  
 Veluti ab vniuerso genere volucrum cele-  
 ritate. Vnde factum est, vt quod ait Home-  
 rus Pygmæis accidere à gruibus, id tum tē-  
 poris passim à robustioribus auibz paterēt  
 mortales. Rursum quantum ad vires at  
 tinebat, longe superabantur, & à leonib. &  
 ab apris, & aliis item compluribus. Atque  
 hunc in modum silentio peribant. Iam ve-  
 ro quo ad munitionem ornatumq; corpo-  
 ris, nō coruis modo, verumetiam cochleis  
 cedebant, neque cuiquam ex ipso supere-  
 bat, quod ad tuendam vitam erat opus. Ita-  
 que cum ad eum modum interiret homi-  
 nū genus, ac paulatim dilaberetur, Prome-  
 theus, vt semper est hominum studiosus,  
 orator ascendit in cælum, mortalium no-  
 mine: non ille quidē missus ab eis, neq; n-  
 dū id tēporis legatos villos erat cernere, sed  
 ipse vitæoneus abiit. At Iupiter partim in  
 gratiâ Promethei, maxime qui iusta postu-  
 lare videretur: partim negotio apud se se  
 cōsiderato, filium suum Mercurium iubet  
 ad homines descendere, Rhetoricam secum  
 adducentem. Edixit autem vt eam mosta-  
 bilis impertiret, nō quemadmodum Pro-  
 metheus omnib' ex æquo, sensus, reliqua-  
 que corpõris membra, perinde quasi thea-  
 tralem pecuniam disperciens, vt omnes ex  
 equo Rhetorices essent participes, non ali-  
 ter, quam oculorum, manuum ac pedum:  
 sed vt præstantissimos quosque, ingenio-  
 que generosissimos & indole pollutissimos  
 præditos diligeret, atque iis demum mu-  
 nus hoc impertiret, vt pariter & suâ ipso-  
 rum & aliorum incolunitatem tueri pos-  
 sent. Porro postea quam Rhetorica iam ad  
 mortales peruenisset, cum negotium, quod  
 habebant cum belluis molestissimum, lice-  
 bat effugere, tum vero deficiunt vnde quaq;  
 inter sese similitatem exercere, reperto cō-  
 merciorum initio. Digressiq; de mōribz,  
 alii in aliam orbis partē iungebantur, prin-  
 cipio quidem sub dio iuuentis: post autem  
 vbi verbis inter se communicaissent, & ciui-  
 tatem condiderunt, ac distributi sunt: non  
 quem-

quemadmodum antea, temere, verum in ordinem plebis ac belli duces, sanctisque legibus, tum principes, tum Reipub. statum instituerunt. Diis munera cooperunt offerre, primitias auspicantes ab oratione. Quibus nunc quoque vel maxime gaudere deos consentaneum est, Quandoquidem hac cōtigit, ut primum esse deos cognosceremus. Hinc deinceps ita creuit homo, ut qui initio debilis fuerat atque innalidus, postea in altum tolleretur, quiq; antea pro nihilo habitus, ac despectus erat, deinceps factus est omnium quæ sunt in terra, dominus, cui quibus uti liberet, ius esset, non alio propugnaculo sibi parato quam oratione. Atque hic nobis sit fabulæ finis. Hæcæus Aristides. Extat si satis commeminimus, fabella non dissimilis apud Platonem in Protagora.

*Ale luporum castulos.*

THEOCRITVS in Hædæporis:

Θρέψαι μὲν λύκους, θρέψαι κύνους ὡς τὸ φρονεῖν. id est,

Pasce canes qui te laenient catulosque luporum.

Prouerbiū est, teste interprete, in eos, qui leduntur ab iis, de quibus bene meriti sunt, aut in ingratos. Addit ille dictum Socratis, κακὸς ποῖον δὲ, θρέψαι λύκους. Malis faciens bene, nutri lupos. Nam plerunq; solet id usu venire illis, qui catulos luporum enutriunt. Extat super hac re non inelegans Epigramma, quamquam incerto auctore,

Τὸν λύκον ἐγὶ δ' ἴων μαλ' ὦν τρέφω, καὶ ἐβέλγω.

Ἀλλὰ μὲν ἀκροκάλει ποιμὴν ὁ ἀφροσύνη.

Ἀνέγεις δ' ἄσπονδον ἐμὲ κατ' ἐμὲ πάλιν ἄθριον ἔσμαι.

Hæcæus ἀλλὰ λέγει τὸν ποιμῆνα ὡς δ' ἀφροσύνην. id est, Lacto lupum vberibus propriis non spondo, sed horsum

Me demens adigit pastor, ut id faciam

In me rursus erit fera postquam creuerit ex me.

Natura haud vnquam vertitur officiis.

De canibus autem sumptum est ex Actzonis fabula, à suis ipsius canibus dilacerati.

Nam & hoc indicant enarratores Theocriti. Ex quibus facile liquet, quod nam sit illud prouerbiū antiquum, cuius meminit M. Varro in libris De re rustica, tractās de canibus alendis: Diligenter, inquit, ut

habeant cibaria prouidendum: Fames enim hos ad quærendum cibum ducit, si non dabitur, & à pecore abducet, si non præbebitur. Nisi, ut quidam putant, & illuc peruenierint, ut prouerbiū attollant antiquū, vel etiam ut aperiant de Actzone, atque in dominum adferant dentes. Idem in Phæbo, citante Nouio: Crede mihi, plures dominos comedere serui, quam canes. Quasi id Actzon occupasset, & ipse prius suos comedisset, &c. Huc vsque Varronis relata. Ceterum legitimus & leones & dracones nutritibus suis gratiam officii retulisse. Verum nulla est fera tam ingrata, quæ sit cum hominibus ingratitude conferenda.

*E dolio hauris.*

Ἐκ πίθου ἀτλάειν, id est, E dolio haurire, dicebatur olim qui abūdaret rebus optatis. Est enim dolium vas vinarium iugens, vnde largiter haurire licet: neque facile sentitur detrimentū, videlicet in tanta copia. Theocritus: ἐν δέματι καὶ,

Ἐκ πίθου ἀτλάεις δ' ἄλλοι, ἐγὼ δ' ἔχω εἰς ἄκρον ὄψος, id est,

Dolia plena fluunt tibi, sed mihi vix sat aceti est.

Scholiasstes admonet prouerbiū dici solitum de iis, quibus adesset benigna rerum copia. Diuitium est habere dolia, pauperes vappam bibunt elagenis. Nam vini vis quo copiosior est, hoc suauior esse cōsuevit: vbi paulum est liquoris, celerius vappescit.

Admonet & Hesiodius, dimidiato dolio parcendum esse, quod fera sit in fundo parsimonia. Huic similitimum est, quod subinde occurrit apud Chrysoctomum ἐκ πυγῶν, id est, e fontibus, quotiēs vberem paratamque rerum copiam significat, M. Tullius in Bruto, dicit eos e dolio potare, qui vinū adhuc seruēs bibunt: quod vinum expressum primū doliis excipitur, vbi deserbuerit aliquantulum, conditur in vasa. Ipsius verba præstat adscribere: Vt si quis, inquit, phalerno vino delectetur, sed eo nec ita nouo, ut proximis cōsulibus natum velit, nec rursus ita vetere, ut Opimium aut Anicium cōsulem quærat. Atqui ex notæ sunt optime. Credo, sed nimia vetustas non habet eam quam querimus suauitatem, nec est iam sane tolerabilis. Nū igitur qui hoc sentiat, si is potare velit, de dolio sibi hauriē dū putet? Minime, sed quandam sequatur

Υ 3 ατάτην.



ætatem. Sic ego istis censuerim, & nonam quasi de musto & lacu feruidam orationē fugiendam, nec illam præclaram Thucydidis nimis veterem tanquã Anicianam notam persequendam. Hactenus M. Tull. Nec est alienum ab hac forma, quod Athenæus lib. 11. ex Hipponacte citat, ἐκ πέλλης πίνευ, id est, e mulctro bibere. Seazontes Hippo- mactei sic habent;

Ἐκ πέλλης πίνορες, ἢ γὰρ ἢ ἀντοῖς  
Κύλιξ, ὁ πῶς γὰρ ἐμπιστοι, κατήραξε. id est,  
Mulctrobibentes, nam calix eis decrat,  
Quippe hunc minister forte fregerat la-  
psum.

*Vna cum ipso canistro.*

Ἀντῶ κανά, id est, Vna cū ipso canistro. *Qua-*  
drat in eos, qui rem intemperanter profun-  
dunt, deorantque & obligariunt. Mos. n.  
erat antiquus, vt testatur Didymus, vt cœ-  
næ canistris inferrentur. Citatur apud Ze-  
nodorum Plato.

Ἀνίπτακας ἀπαξέπαυτ' ἀντῶ κανά. id est,  
Ipso canistro cuncta rapuisti simul.

*Prius locusta bouem pariet.*

**P R I V S** locusta bouem pariet, ἄδι τῶ ἀδύ-  
κτοι. M. Varro de lingua Latina libro 3. re-  
fert ex Ennio versum hunc:

Atque prius pariet locusta lucam.

Nam Lucas antiqui boues appellabant ob  
magnitudinem.

*Per tenebras, quæ apud quercum.*

Τὸ ἄδι δ' ῥὶν σκότῳ, id est, Per tenebras,  
quæ apud quercum: de ingenti ac fatali ca-  
lamine citat auctorem, in politia Samiorum,  
Priensium plurimos, in Milesiis occisos  
fuisse iuxta locum, cui nomen quercus.  
Vnde receptum, vt Priensium mulieres,  
eius calamitatis memores, per tenebras,  
quæ circa quercum essent, iurarent. Huius  
historiæ simul & adagii meminit & Plutar-  
chus in Problematis, ad hanc ferme senten-  
tiam: Cum bellum esset inter Priensenses &  
Samios, initio mediocribus damnis inui-  
cem sese afficiebant: deinde iusto prælio cõ-  
misso, mille Samii à Priensibus occisi  
sunt. Septimo post anno congressi cum Mi-  
lesis, primos quosque ciuium, ac nobilissi-  
mos simul vno prælio amiserunt. Quo tem-  
pore Bias ille sapiens Samum à Priensiu-

bus orator missus, egregiam laudem adep-  
tus est. Post eam itaque calamitatem atro-  
cem ac miserandam, Priensium sceminæ  
per tenebras, quæ circa quercum erant, ob-  
testari ac deierare, cœperunt quod liberos,  
parentem, maritos, carissimam quæque pi-  
gnora eo loco perdidissent.

*Cucupiniui assam farinam.*

Ἡεκατόπτοῦ ἀλόβεου, id est, Cucupiniui assam  
farinam. In eum dicebatur, qui domesticã  
tenuitatem pertæsus, apud alios lautiorem  
vitam quæssisset. Dicitum est autem in Plato-  
nem, qui relictiis Athenis, ter in Sicilia ad  
Dionysium nauigauit, quo fortunam suã  
redderet lautiorem, quemadmodum inter-  
pretantur æmuli. Nam hanc profectioem  
probro illi datam fuisse, testatur etiam Ari-  
stides in oratione, qua tuetur oratores  
quattuor, aduersus Platonis calumniam.  
Et Diogenes, auctore Laetio, cum animad-  
uertisset Platonem in oripato quodam cõ-  
uitio, à reliquis temperatè cibis, & oleis  
duntaxat vtenem, taxaui hominis ambi-  
tiosam abstinentiam. Τὸ ἴσορροφὸς εἰς σικελίαν  
πλόστας τὰν τετραπύλων τῶν χερῶν, τῶν πύλων  
καί μὲν ἐκ ἀπολαύσεως. i. Quid homo sapiens,  
cum ob huiusmodi mensas in Sicilia nau-  
igaris, nunc adpositis non frueris? Ad quã  
ita Platonem respondisse narrat: Νῦν τὸς θεῶν  
διδύμους καὶ κεί τὰ πολλὰ πρὸς ἐλαίας καὶ τῶν τε-  
νῶν ἐν ἔργῳ μιν, id est, Per deos Diogenes, illic  
plerumque oleis, atque id genus cibis vte-  
bar. Ad quod rursus Diogenes, τί ἐν ἔργῳ  
πλεῖν εἰς συρρακίσεως: ἢ τό τε ἀπικὴν ἐν ἔργῳ  
ἐλαίας. i. Quorsum igitur attinebat Syracu-  
sas nauigare? Num id temporis Attica nõ  
serebat oleas? Theocritus in Cynicis:

Ἡεκατό μὲν καὶ τῶν ἔμιν δοκῶ, ὅπτα ἀλό-  
βου. id est,

Nam puto & hic assæ correptus amore fa-  
rinæ.

Porro farinam assam nouam & lautiorem  
victus rationem vocat, propterea quod pri-  
scos illos pulte dũtaxat victitasse legimus,  
videlicet clibano coquendi panis vlu non-  
dũ reperto. Vnde & Annus ille Aegyptius,  
qui primus panarium clibanum excogita-  
uit, in prouerbio iocum abiit, tanquam qui  
rem nouam esset commentus, quemad-  
modum alibi retulimus. De deliciis co-  
quendi panis, multa recenset Plinius libro  
18. cap. 1.

*Bassi*

## Batti Silphium.

Βάττις σίλφιον, id est, Batti Silphium, Græci nouum & rarum quempiam honorē pro- uerbio uocant. Aristophanes in Pluto :

- Οὐδ' ἂν εἰ δούης γέμοι

Τὸν πλεῖστον αὐτόν, καὶ τὸ βάττις σίλφιον. i.

- Nec si mihi donaueris,

Ipsūq̄ue Plutum, ipsumq̄ue Batti Sil- phium.

Negat se sycophanta quieturum, etiam si præmium quantumuis magnum detur.

Idem in Equitibus,

- Τὸν κάλυον οἱ σὸ' ἐκείνῳ

Τὴ σιλφίῳ τ' ἄξιον γινώμιον: οἶδα μὲν τοι. i.

- Nosti ne stipitem illum

Qui dignus habitus Silphio est? notus quidem est mihi ille.

Interpres diuersam originem adagionis adseribit. Battus à Thera iuxta Cretam in- sula, profectus, oraculo monitus Apollinis uel, ut alii tradūt, domestica pulsus scditio- ne, Cyrenen condidit. Cui cum Afri benefi- cii memores summum honorē habere stu- derent, donarunt illi Silphium herbā apud illos omnium pulcherrimam: simulq̄; nu- misma ferientes, in cuius altera parte regia facies erat insculpta, altera Silphium, quo fuerat à ciuitate donatus. Cuius rei memi- nit & Aristoteles in Republica Cyreneorū. Sed fufius natat Herodotus in Melpone, addens, apud Libyas regem Battum appel- lari, & hoc nomine compellatum ab oracu- lo, significante fore regem. Sunt qui dieūt imaginem fuisse datam: sunt rursus, qui anulum, in quo ciuitas erat expressa, regi Silphium deferens. Porro Silphium inter herbas primam gloriam obtinet, cuius & folia, & fructus, & caulis, & succus pretiosis- simus sit. Vnde Ampeliotē, ea gens quz dā est Africæ, Delphii Silphii caulē conse- cratum suspenderunt, ut auctor est Alexan- drides. Hæc feruæ adfert in Plutum, nec dissident quæ Suidas memorat. At idem in Equites scribit, Silphium fruticem esse ina- mœni odoris, rursus iuxta altos amœni, & ad medicamenta uilē, cuius usum primus inuenisse creditur Aristus Apollinis & Cy- renæ filius, qui & mellis inuenisse traditur. Illud quid sibi uelie, nescimus: Aristopha- nis interpres ait, in altera nomismatis par- te insculptam βασιλείῳν, id est, regnum seu regiam si transferas tonum: pro eo Zeno-

dorus legit Ammonem. sic. n. habet, καὶ τῶ νομίσματι, ἐπὶ μὲν βατίερα ἄμωνα, ἐπὶ δὲ δε- τήερα σίλφιον ἐν πωσαυ. i. Nomismatis alte- ra parte Ammonē, in altera Silphium ex- presserant. Ammonē, ut arbitramur, sententiæ Iouem regnorum largitorem, si quidem Homero credimus. Huius Batti meminie & Pindarus in Pythiis: Χρῆσιον εἰκαστὴρα βατ- τον κερποφόρος λιβύας, i. Respondit habita- tori Batto frugiferæ Africæ. Eruditi quidā putant Silphium laserpitii genus esse.

## Ne malorum memineris.

Μὴ μνηστικῆς, id est, Ne malorum memo- riam refrices Thraſybulus, ubi ciuitatem Athenicūm triginta tyrannorum sczuita liberafset, plebiscitum interposuit, ne qua præteritarū rerū mentio fieret. Quam malorum obliuionē Athenienses ἀμνησίῳν uocant. auctor Valer. Maxi. lib. 4. Rerū me morabiliū, titulo de animi moderatione. Meminit & M. Tull. in 1. Philippica, his quidē uerbis: In quo templo quantum in me fuit, teci fundamenta pacis, Athenien- siumq̄ue reuocauī uex exemplum, Græ- cum etiam uerbum vsurpauī, quod tum in sedandis discordiis vsurpauerat ciuitas il- la, atq̄; omnem memoriam discordiarum, obliuione sempiterna delendam celsui. Ari- stophanes in Pluto:

Μὴ μνηστικῆς εἰ σὺ φυλῆν κατέλαβες. id est,

Mala ne acta refrices, Phyla si capta est tibi.

Interpres inter alia tale quoddam commē- tum adseribit. Thraſybulus occupato lo- co quoddam cui nomen Phyla, triginta ty- rannos distulit: post ubi arrogantius quid- dam dixisset, audisse μὴ μνηστικῆς, id est, Ne malorum memoriam reuoces, idq̄ue di- ctum in prouerbiū abiisse. Probus Aemi- lius refert, post exactos tyrannos Thraſy- bulum hanc uulsi legem, ne quis de præ- teritis actis acufaretur aut mularetur, ea lex dicta est obliuionis. Idem socios uo- lentes cōtra legem sczuire in eos, cum qui- bus reditum erat in gratiam, publice co- hibuit, & legem latam confirmauit. Huic pro tautis meritis præmii loco data est co- rona ex duabus uirgulis oleaginis, & hoc ci- uili honore uir prudens cōtēntus fuit. Ad- mōnet adagium, non esse refricandā com-  
Y 4 memo-

memoratione præteritorum malorum memoriam. Sunt autem apud Aristophanem verba Mercurii ad Carionem seruum. Platonilib. De legib. 4. *Φράσω γάρ, ἔτι μνησκακτεῖν βολόμεθα ὑμῖν.* id est, Dicam certe, non autem quod velim præteritorum malorum memoriam vobis refricare. Sumptum videtur ex Homero, apud quem aliquoties hic verus, nempe Iliados Z. Θ. T.

*Ἄλλὰ τὰ μὲν προτενύχθαι ἐασομιν ἀχρῆμοι περ.* id est,

Verum hæc acta quidem, moesti licet ire sinamus.

Hinc tanquam proverbialem subinde vsurpat Tullius ad Atticum scribens. Eodē spectat & illud eiusdem Odysseæ Θ.

*- Ἐπὸς δ' ἄπειρι βίβακται Δεινὸν, ἄφαρ τὸ φέροιεν ἀναρπύζασαι ἄελλαι.* id est,

- Si dictum est verbum durius vllum, Id procul abripiant venti perinane procellæ.

Plutarchus *πρὸς τὴν φιλαδέλφειαν: δεῖ ἐν ἀμνησίᾳ τῶν ἡμερῶν ἐκείνῃ τίθεισθαι.* id est, Oportet eum diem oblivioni tradere. Erat hic verus proverbii, si iuxta vulpinum illud consilium, admonebimus aliquem, ne præteritorum malorum memoria semet affligat, quandoquidem quod factum est, insectum fieri non potest: Lucianus in Caucaſo: *Ἐστὶ τὸ ἀνεῖον ταμιδιεύειν τὸ μῖσθον καὶ μνησκακτεῖν καὶ ἐωλέντην κνήμην διαφυλάττειν, ἄπαγε ἔτε τοῖς πρῶτον ἔτε ἄλλας βασιλικὸν.* id est, Ceterum in posterū diē reponere odium, & malorum meminisse, ac pridianam quandam memoriam reseruare, apage, neq; diis dignum, neque aliqui regale.

*Mentam belli tempore neque seruo, neque ediso.*

*Μένειν ἐν πολέμῳ, μὴτ' ἔδειε μίτε φυδῆν.* id est, Mentam nec comedas, nec plantas tempore belli.

Aristoteles problematum sectione vigesima, statim initio refert hoc adagium, causam vestigans vndedictum hoc in ora vulgi peruenerit. Arbitratur autē esse causam, quod mementa corpori frigus adducat: eius rei argumentum esse, quod semen genitale minuatur; frigus autem aduersari fortitudini atq; audaciæ: sicut ostendit sectionis decimæ quartæ vltinio problemate, cum ait

eos, qui natura sint frigida, formidolosiores esse, contra qui calida audaces. Potest & in eum sensum deflecti paræmia, vt admo- neat, ne quid alieno tempore fiat quod officiat, quemadmodum menta bellum inuitus est inutilis.

*Ad coruos.*

*Βάλλ' ἐς κὺρακας,* id est, Abi ad coruos, perinde valet quasi dicas, abi in malam rem, atq; in exitium. Aristophanes ἐν νεφέλαις, *Βάλλ' ἐς κὺρακας, τὸς ἐδ' ὁ κόψας τῶν ἐύρων.* id est, Apage ad coruos, quis est qui pepulit ostium?

Rursum in Pluto:

*Οὐκ ἐς κὺρακας;* id est,

An non ad coruos?

Iterum in eadem fabula:

*Ἐρξ' ἐς κὺρακας βαπτὸν ἀφ' ἡμῶν.* id est,

Ocyus hinc ad coruos abeas.

Reperitur apud hinc poetam & aliis plerisque locis Plutarchus in commentatio, quæ scripsit aduersus Herodotum, taxat eum & Isagoram ad Cares, velut ad coruos relegarit, id est, quod eum Carem fecerit. Eleganter dictum est a Diogene Cynico: *Κρατὸν εἶναι ἐς κὺρακας ἀπελθεῖν ἢ ἐς κὺρακας,* id est, Satius est ad coruos deuenire, quam ad adulatores, quod hi & vinos & bonos etiam viros deuorarent. Zenodotus scribit, in Thessalia locum esse quandam, qui nomen inditū Coruis, in quem nocentes præcipites dabatur: atque huius adagii Menandrum etiam meminisse. Quosdam autem originem adagionis ad huiusmodi quandam historiam referre. Bæotiiis quondam Arnam incolentibus oraculo prædictum est, futurum, vt e sinibus expellerentur, simul atque corui alibi apparuissent. Euenit deinde, vt adolescenter aliquot per lasciuiam ac temulentiam coruos, quos ceperant, gypſo oblitos, rursus emitterent. Quos ubi vidissent volantes Bæotii, recordantes oraculum, arbitrabantur adesse tempus, quo forent suis e sedibus eiciendi, summo opere perturbati sunt. Ceterum adolescenter terribi & ipsi tumultu, profulgerunt, ac locum quandam sibi mercati sunt, qui nomen Coracon, id est, coruorum. Contigit aliquanto post, vt Acoles eicis Bæotiiis Arnam occuparet. Apud quos hic deinde mos receptus, vt maleficos relegerent

garent in eum locum, cui nomen erat Corui. Aristophanis interpres paullo diuersius hæc recenset historiam: nempe Bæotii is aliquando à Thracibus subuersis ac profligatis respondisse deum, vt ibi sedem hgerent, vbi coruos albos conspexissent, conspexisse autem in Thessalia iuxta sinum Pagæaticū circumuolantes coruos quosdā soli sacros, quos pueri per lustrum gypsatos dimiserāt. Bæotii vero rati iā perfectum oraculi solum, inibi sedē constituerūt. Sunt qui parricidiam ad coruorū volatū referant, quod in desertis fere locis volitare consueuerint. Vt prouerbiū conueniat cum illo: In extremas solitudines publicitus deportandum. Euripides in He uba.

- Οχι δσον τείθ

Νίσων έρωτών αυτόν εκ βαλειτέποι. id est,

- Non hunc solitarias.

Quantum potest aliquo auferetis in insulas.

Stratoniceus citharædus apud Athenarum libro 3. detorquet in cantorem quendam. Is cum ei nescio quid molestus esset, λέλλε, inquit, ές κέρκας. deprauata per iocum voce λέλλε pro βέλλε.

*Mitte in aquam.*

Βέλλ' ές ύδωρ, id est, Mitte in aquam, hoc est aufer e medio. Dicitur vel in homine, vel in rem exitio dignam. Tractum a supplicio quorundam, qui in profluentem aut mare præcipitabantur. Quæ pœna peculiaris erat parricidis apud Romanos. Vnde Philosophus in Timone iubet aurum abiici in mare, quod aliquando fecisse legitur Crates ille Thebanus. Horatius.

Vel nox in mare proximum

Gemmas & lapides, aurum & inutile

Summi materiam mali

Mittamus, scelerum si bene pœnitet.

Sed non absurdum videtur, si referatur ad aquam clepsydram dispensandam, vt intelligas in ius trahendum: & ad prouerbiū quod alio diximus loco, ύφ' ύδωρ όποιεις, id est, sub aquam malus. Effertur adagiū etiam hoc pacto, βέλλ' ές όλεθρον, id est, abi in perniciem.

*In beatam.*

Βέλλ' ές μακρίων, id est, Aufer te in beatā. Quibusdam placet dictum, κατ' όψιμομόν,

pro eo quod est, in rem malam. Fingunt enim apud inferos locum esse quendam, cui nomē μακρία. Aristophanes in Equitibus.

Απαγ' ές μακρίων εκ ποδών.

Aufer te hinc procul in Macariam.

Ad cōsimile serme modum Athenæus Dipsosophistarum libro 1. ές μακρίων τó λητρών, id est, In beatam balneum. Deuouer. n. balneum, vnde male fuerat affectus. Plato in Hippiā maiore, Βέλλε ές μακρίων τίν άνθρώπων, id est, Aufer in beatam hominē. Alii fabulam huusmodi allegant. Narrat Macariam Herculis filiam fuisse, de qua prædictum erat oraculo, vt se vltro morti obiceret: sic enim Athenas fore liberatas ab incurfione Eurysthei, si quis Heraclidarum se sponte offerret ad necem. Itaque Hercule defuncto, cum Eurystheus illius liberos insectaretur, atque illi ad Misericordiz aram confugissent; Athenienses recusantes eos in hostium manus tradere, cum Eurystheo bellum susceperunt. Porro edito oraculo, futurum vt Athenienses ab Eurysthei incurfatione liberatētur, si quis e liberis Herculis semet in inferis deuoueret, Macaria sese spontaneæ morti obtulit. Quo facto congressi cum hostibus Athenienses victoriam reportarunt, cum aliis quam plurimis interfectis, tū Eurystheo ipso, ab Hyllo, siue Iolao Herculis filio perempto, cuius caput amputatum ad Aleneman detulit. Illa defuncti oculos effodit. Ceterum Athenienses Macariæ tumulum floribus & coronis decorantes, dicebant: Βέλλ' ές μακρίων, id est, Mitte in Macariam. Hincigitur ortū adagiū. Primum de his ferebatur, qui sese per virtutem in periculum sponte demitterent: deinde de quouis piaculo dici cœptū. Pausanias refert, Macariam esse paludē in Marathone, in qua magna vis Periarum perierit ignoratione viarū in ipsam prolapsa, qua ex re natū videri potest prouerbiū. Huc adlusit Stratoniceus citharædus apud Athenarum lib. 3. qui iratus discipulo Macedoni, quod nihil rectē faceret, ές μακρίων, inquit, ex Macaria faciens Macedoniā simul adludens ad illud prouerbiū: Domini non hic Milesia.

*Alabanda fortunatissima.*

Αλάβανδ' ακριών ύτυχεσάτη, id est, Alabanda Carum fortunatissima. Stephanus in cōmentario de vrbibus, tradit Alabandam Ca

rix ciuitatem esse conditam à Care, à cuius filio nomen sortita sit. Si quidem is postquam in equestri prælio strenue nauasset operam, Alabandus est dictus. Cares enim sua lingua Ala vocant equum, Banda victoriã. Eamq; vocẽ ait Romanis etiam in vsu fuisse, vt bandam victorianam dicerent. E quidẽ opinamur hinc Germanis durare vocẽ eã, qua præpotentem & antiquæ nobilitatis principem, Banderum vocant, vt qui victor olim hoc honoris virtute bellica sibi pepererit. Addit ex Philoxeni in Odyssæam Homeri commentariis, solæcisimũ genus esse, quod Alabandiacum vocetur: veluti si quis *μη* pro *δ* ponat, aut apud nos non pro ne, aut quod pro vt. Quando quidem Homerus quoque Caras *Καὶ Βαρεφάριος* appellat. Iuuenalis in tertia Satyra, Alabandam recenset inter vires barbaricis deliciis ac luxu perditas:

Hic alta Sicyone, aut hic Amidone relicta.

Hic Andro, ille Samo, hic Trallibus aut Alabandis.

Stephanus admonet, olim Alabandam inter Cariz ciuitates opulentissimam ac florantissimam fuisse, vt prouerbiolum quoque locum fecerit, quod modo retulimus. Quadrabit igitur, vbi volumus intelligi fortunam amplam, & vitæ genus voluptarium, quamquam à litteris & virtutis studio alienum. Veluti si dicat aulicus aut negotiator quispiam: Alii se in litteris macerent, alii cum paupertate philosophentur: *ἀλάβανδρα κερῶν ἐν τῷ χειρῶν*. Itaque confine fuerit illi, quod alio dictum est loco: *ἰνδῶμον δ κερῶν*, id est, Felix Corinthus. Poterit & per irrisiõnem vsurpari, veluti si ioceris in quẽpiam parum egregium, qui tamen in gente vehementer barbara crassaq; præcellere videatur: *ἀλάβανδρα κερῶν, &c.*

*Rubo arefacto præfractior.*

*Ἀρμππτῶτατ' ἔστ' ἄν*, id est, Rigidissimus rubus aridus. Aut *ἄρμππτῶτες' ἔστ' ἄν*, id est, Rigidior arido rubo. Prouerbialis est comparatio, in difficilem atq; inexorabilem, ac præfractum, & suorum, vt vulgo vocant, morum hominem. Quod genus homines Græci vocant, *ἀνθρακῶδες*, id est, suo quodam instituto viuentes, expectesq; sensus communis Refertur adagium à Suida simul, & à Zenodoto. Ductum admonet à rubo, qui simulatque exaruit, rum

pi potest, inflecti nequaquam. Vnde & in senes accommodatius dicitur, ætatis vitio difficiliore.

*Tristis scytale.*

*Ἀχιμῆν σκυτάλην*, id est, Tristis scytale. De re tristi seriãq; dicebatur, aut de nũtio, qui dolorem adferret. Meminit huius Aristophanes in *Lystrata*. Refertur à Diogeniano. Quin Aristophanes grammaticus librum cõscriptit: *τῶν τ' σκυτάλης ἀχιμῆως* citaturq; ab Athenzo libro *Dipnosophistarum* tertio. Plutarchus in conuiuiõ septem sapientum: *τῶ τ' ἀθίοντ' ἐπίταξιν, ἔστιν ἕν τῆς ἄλλο, πλὴν ἀχιμῆων σκυτάλην προσεπιπῆ*. id est, Aethiõpis mandatum istud, quid aliud appelles, quã scytalem tristem? M. Tullius ad Atticum: Habes scytalam Lacõnicam. Quod quidem videtur nõ absurde, vel ad epistolam perbreuem, vel ad obscurã & arcanis de rebus conscriptam, vel ad sollicitam ac tristia nuntiantem ac mandantẽ accommodari posse. Quid sit autem Scytale Lacõnica, docet Aulus Gellius Noctium Atticarum lib. 17. cap. 9. Sed ipsius verba præstiterit adscribere: Lacedæmonii autem, inquit, veteres, cum dissimulare & occultare litteras, publice ad imperatores suos missas volebant, ne si ab hostibus exceptæ forent, consilia sua noscerentur, epistolã id genus factas mittebant: Surchi duo erant teretes, oblongi pari crassamento, eiusdemq; longitudinis, dextra atque ornatu consimiliter. Vnus imperatori in bellum proficiscenti dabatur. Alterum domi magistratus cum iure, atque cum signo habebant. Quando vsus venerat litterarum secretiorum, circum eum surculum lorum modicæ tenuitatis, longum autem quantum rei satis erat complicabant, volumine tortido, ac simplici, ita vt oræ adiunctæ vndiq; & coherentes lori quod plicabatur coirent. Litteras deinde in eo loro per transuersas iuncturarum oras, versibus à summo adimum proficiscentibus, inscribebant. Id lorum litteris ita perscriptis reuolutũ ex surculo, imperatori commenti illius conscio mittebant. Reuolutio autem lori litteras truncas, atq; inutilis reddebatur, membraq; earum & apices in partes diuersissimas spargebatur. Propterea si id lorum in manibus hostium incidatur, nihil quidquam coniectari ex eo loro quibat. Sed vbi ille, ad quẽ

erat

erat missum acceperat, surculo cōpari, quē habebat, capto, ad finem perinde vt debere fieri sciebat, circumplicabat, atque litteræ per ambitum eundem surculi coalescētes, rursum coibant, integramq; & incorruptā epistolam & facilem legi præstabant. Hoc genus epistolæ Lacedæmonii σκυτάλιον, id est, loricatorum surculum appellant. Hæc lenus A. Gellius. Meminit huiusce rei Plutarchus in Lyfandro: cui Pharnabazus rex suppositicia scytala imposuit. Suidas eadem ferme refert, quæ Gellius de scytala. Strab. Geographiæ lib. 1. hyperbolam hanc quæ cōmemorat: Ager angustior est, quàm scytala Laconica.

*Hirundinum musca.*

Χελιδόνων μυστῆα, id est, Hirūdinum musca.

Aristophanes in Ranis :

Ἐπιφυλλίδες ταῦτ' ἐστὶ καὶ σωμαλίματα  
Χελιδόνων μυστῆα, λαβητὰ τέχνης. id est,

Sunt ista folia, & stulta blateramina,

Musca hirundinum, artis ac subuersio.

Interpres admonet, prouerbiū esse in impendio loquaces, & obstreperos. Hirundines enim inepto garrituplus cædii auditoribus adferre, quàm voluptatis. Est enim hæc avis minime canora, sed molesto quodam stridore. Vnde apud Pythagoricos loquacitatis symbolum esse meruit, cum ventant ne quis hirūdinem sub eodem habeat cælo. Aptè dicitur in poetis indoctos, oratores loquaces magis, quàm eloquētes, aut in cætum hominum inepteloquacium.

*Lusciniæ nugis insidentes.*

Αἰδόμενες λέξων ἐγκαθήμενοι, id est, Lusciniæ nugis insidentes. Proximum illud ad imperitos & tamen garrulos conuenit, hoc ad eruditos, qui tamen immodice suo studio delectentur. Quod genus sunt poetæ potissimum. Plaut. in Bacchid. ad puellam trāstulit, Metuo, inquit, ne lusciniolæ defuerit cantio. Quamquam in Græco prouerbio iocosa deprauatio videtur inesse, vt pro λόχμους dictum sit λέξων. Sumptum est autem ab incredibili canendi tum studio, tum arte, quæ huic auiculæ tribuitur. Siquidem, vt narrat Plin. lib. 10. cap. 29. diebus ac noctibus quindecim continuis citra intermissionem cavit, densante se frondium germinæ. Multis nominibus admiratione digna

avis. Primum tanta vox in tam paruo corpufculo, tam pertinax spiritus, deinde in vna perfecta musicæ sciētia modularum editur sonus : & nunc continuo spiritu trahitur in longum, nunc variatur inflexo, nūc distinguitur conciso, copulatur intorto, promittitur, reuocatur, infusatur ex inopinato, interdum & secum ipsa murmurat, plenus, grauis, acutus, creber, extensus, vbi visum est, vibrans, summus, medius, imus. Breuiter, omnia tam paruulis in faucibus, quæ tot exquisitis tibiærum tormentis ars hominum excogitauit. Ac nequis dubitet artis esse, plures singulis sunt cantus, & non idem omnibus, sed ilius cuiq;. Certant inter se, palamq; animosa contentio est. Vt illa morte finit læpe vitam, spiritu prius deficiente, quàm cantu. Meditatur alix iuniores, versusq; quos imitentur accipiunt. Audit discipula intentione magna & reddit, vicibus, recitent. Intelligitur emendatæ correctio, & in docente quædam reprehensio. Hæc & alia nonnulla de lusciniarum cantu refert Plinius, quo diximus loco.

*Asinus portans mysteria.*

Ὁρθῶν μυστήρια, id est, Asinus portans mysteria. In eum qui dicebatur, qui præter dignitatem in munere quopiam versabatur. Veluti, si quis ignarus litterarū, bibliothecæ præfectus esset. Aristophanes in Ranis :  
Νῆ τὸν δὲ ἐγὼ γ' ἔνδ' ὄρων μυστήρια.  
Ἄ τὰρ θεκατέξω ταῦτα τὸν πλείω χρόνον. i.  
Ita per Iouē sum asinus vehens mysteria.  
Verum ista non iam sustinebo diutius.

Interpres affirmat inde natum adagium, quod olim quibus ad peragenda sacra Eleusinia opus erat, asino imposita deportabantur. Quadrabit & in eos, quorū opera aliis duntaxat est vsui, cum ad ipsos præter molestiam nihil interim redeat. Veluti si quis cibos aliis gesserit, quibus ipsi non liceat vesci. Huc ad luscille videtur Apuleius, cum se fingit asinum Cererem deam circumferentem. Suidas adscribit Dæmonem ad lapidē mola rem referre quem Græci δῶνον appellāt, propterea quod in sacris, molis frumentariis coronas imponere consueuerit. Itaq; torquebitur elegāter in eos, quibus immerentibus honos habetur. Veluti cum indoctis doctoris titulū, pileum & anulus, aliāq; id genus insignia tribuuntur.

*Iterum tranqullitatem video.*

Αὐτίς ἀγαλνὶ δῶν, id est, rursus denuo tranqullitatē aspicio. Aristophanis interpres prouerbiū esse scribit, quo nos significamus è malis emergere, fortuna in melius commutata. A nauigantibus ducta metaphora, quibus conquiescente procella, grata solet esse tranqullitas. Aristophanes in Ranis:

Ἐγὶσι δ' ὠσπερ ἠγέλοχ' ἡμῖν λέγειν,  
Ἐκ κιννάτων γὰρ αὐτίς ἀν' ἀγαλνὶ δῶν. id est,  
Vt Hegelochus nobis item fas dicere,  
Tranqullum ab uadis, rursus iterū conspico.

Hegelochus erat histrio quispiam tragœdiarum, ne quem vox ignota remoretur. Notat autem obiter Aristophanes Euripidis ταυτὸ λόγιον, apud quem hic uersus est in Oreste:

Αὐτίς ἀγαλνὶ δῶν.

Quam eandem irrisit etiam Stratis. Quam quam uidetur & adlusio subesse in Græcanicis uerbis γαλνὶ δῶν, id est, solum video, & γαλνὶ δῶν, id est, tranqulla uideo. Atqui uicissim Euripides apud eum comicum Aeschylum taxat, qui bis idem dixerit, in hisce uersibus:

Δίς ταυτὸν ἡμῖν εἶπεν ὁ σοφὸς ἀχίλλ' ὄ,  
Ἦκω γὰρ εἰς γῆν φήσι, καὶ κατέρχομαι.  
Ἦν τὸν δὲ, ὠσπερ εἶπες εἰποι γέγονη,  
Χρῆσον σὺ μάκτερον, εἰ δὲ βέλτε κέρδοπον. i.  
Sapiens bis idē est nobis locutus Aeschylus.

Ad terram enim, inquit, uenio & accedo. uelut

Si per Iouem, vicino ita quis dicat suo: Μάκτραν, aut canistrum, si liber, mihi commoda.

Pindarus in Isthmiis:

Ἀλλὰ νῦν μοι γαίκοχ' ἐνδ' ἰεὺν ὄππασσεν εὐχαιμῶν. id est,  
Sed nunc Neptunus mihi tranqullitatem præbuit ex tempestate.

*Septennis cum sis, non dum edidis dentes.*

Ἐπταετής ἀνδρότατος γὰρ ἔφουσεν, id est, Cum sit septem natus annos, nondum tamen dentes produxit. Aristophanis interpres admonet prouerbio dici solere. Quadrare uidetur in eum, qui natu grandis, tamen adhuc quasi puerum agit. Aut qui diu com-

moratus alicubi, nihil adhuc auctoritatis aut honoris sit assecutus. Metaphora mutuo sumpta uidetur ab infantibus, quibus circiter annum etatis septimum, omnes dentes soleant enasci Aristophanes in Ranis:

- Σκόψωμιν ἀρχιδέμον,  
Ὅς ἐπτετής ἀνδρ' ἔφουσι φεάτορας. id est,  
- Taxemus Archidemum,  
Septennis hic nondum tribules edidit.

Vbi poeta captans iocandi occasionem, pro δρόντας, φεάτορας, mutauit. Taxat enim obiter Archidemum quempiam, qui morem Atheniensium neglexerat, apud quos hospes septem annos in ea uersatus ciuitate, in ciuium numerum adscriptus, iam uelut in cognationem ac ius illorum adsciscabatur.

*De pulchro ligno uel strangulare.*

Απὸ καλῆ ξύλων καὶ ἀπύγχαδου, id est, De pulchro ligno etiam strangulari conuenit. Admonet paracania, calamitatem tolerabilitorem esse, si cum honestate fuerit coniuncta, & dedecore uacauerit. Aristophanes in Ranis ad prouerbiū adludens:

- Ἐξ αἰεὶς γὲν τῆ ξύλων  
Ἦν τι καὶ πύχιντε, πύχιν τοῖς σοφοῖς δόκαστε. id est,

- Digno si quid è ligno rei Perferetis, ferre cordatis uidebimini uiris. Quasi minus miserum sit suspendium, si ex arbore pendeat insigni. Circumfertur huic similitimum prouerbiū etiam hodie apud nostrates: Si demergēdus sim, in aqua pura me demergam: hoc est, si pereundum est, honesta morte perire satius: Potest refferri & ad eos, qui vincuntur quidem, sed à victore tam insigni, ut honestius & optabilius uideatur sic uinci, quam alios quosdā uicisse. Vide est Vergilianum illud:

Aeneæ magni dextra cadis.  
Et apud Ouidium, Ajax pudēdum sibi putat cum Ulyssē uel certasse, etiam si victor discesserit.

- Mecum, inquit, certasse feretur. Item apud Homerum Iliados φ. ad hunc modum loquitur Achilles:

Ὄς μ' ὄφελ' ἵκταρ κτάται ὃς ἐνθάδε τίτρεφ' αἰεὶς φ.  
Τὴν κἀγαθὸς μὲν ἔπιφ' ἀγαθὸν δέ κεν ἐξείραξεν.  
Νῦν δὲ με λυγυλίῳ θανάτῳ ἤμαρ το ἀλώνα. id est,

O si me necet, huc qui egit fortissimus  
Hector,

Tum gnauus gnauus victus virtute perire.  
Nunc me fata volunt obscura morte pe-  
rire.

Pindarus in Pythiis hymno tertio, non dis-  
simili sensu dixit. καλὸν πῆμα, i. pulchra no-  
xa: de Ixione loquitur, qui deceptus imagi-  
ne Iunonis sibi parauit exitium.

*Non Chius, sed Cius.*

Didymus proverbium subesse putat in his  
Aristophanis verbis, ὃ χῖος ἀλλὰ κῖος: id  
est, Non Chius, sed Cius, propter vulgato-  
r. scommate notatam gentis inconstantiam  
& volubilitatem, pro temporis ratione co-  
mutantis institutum, ac idem ad fortunæ  
commoditatem accommodantis. Aristopha-  
nis carmina de Ranis sunt hæc, in The-  
ramenem:

Ἐπιπικνὲς ἔξω τῶν κακῶν, ὃ χῖος ἀλλὰ κῖος. i.

Euiolant de malis, haud Chius, sed Cius.

Quamquam hoc loco Aristarchus Cius le-  
git, non Cius. Theramenes enim Cius fuisse  
dicitur. Fortassis adlusum ad id, quod is  
Theramenes fuerit Prodicii Cui discipulus.

Huius mentionem facit & Lucianus in A-  
moribus, ὡς ἐλαγὶ ἀνὲν ἐλάμην, ἐπιπικνὲς ἐν δυ-  
νατῶ, γενέσθαι θυράμιος ἐκείνῳ ὃ κόβοισι. id  
est, Ita que & ipse quoque, si fieri possit, opta-  
rim Theramenes fieri ille cothurnus. Nisi  
forte adlusum est ad vocum affinitatem, cum  
res longe discrepet. Nam Chii male audiebant  
ob mores effeminatos, cum Cii nec ti-  
bicinas, nec meretrices recipere in ciui-  
tatem, ut indicat Athenæus lib. 13. Itaque  
qui paullo ante nugator, mox veluti alius  
sumat vultum terribilem, in hunc recte di-  
citur: ὃ χῖος ἀλλὰ κῖος. Aristarchus qui  
legit Cius, videtur ad taxillorum lusum  
spectasse, in quo iactus qui Cius dicitur,  
habebat sex, Chius vnum duntaxat: Ita-  
que Cius felicitior erat iactus. Quo dicto  
indicat Theramenes numquam infelici-  
ter consuluisse. Eupolis qui legit Cius, pu-  
tat Theramenem adscitum in Ciorum ci-  
uitatem, cum natus esset. Cius Didymus  
tamen effert proverbium ὃ χῖος ἀλλὰ κῖος,  
ut mutatio nominis indicet hominis ver-  
satile ingenium ac temporis seruitus, sem-  
per ad potiorem partem sese accommodas.

Huiusmodi ferme referuntur in Commē-

tariis eius fabulæ. Porro de cothurno di-  
ximus alibi.

*Extra oleas.*

Ἐκτός τῶν ἐλαιῶν φέρεται. id est, Extra oleas fer-  
tur, ubi quis terminos prescriptos transgre-  
ditur, aut aliena, nec ad rem pertinentia fa-  
cit, dicitur. Aristophanes in Ranis:

Μὴ σέ δ' ἐλαιῶν ἀρετίσας

Ἐκτός ἵσται τῶν ἐλαιῶν.

id est,

Ita ne te concitum rapiat extra oliuas.

Interpres adagium hinc natum ait: Stadia  
in quibus scurrendi certamina prægebantur,  
oleis per seriem positis, vtrinq; sepiebatur,  
quas præterire non licebat: proinde  
qui præterisset oleas, extra stadium cur-  
re videbatur.

*Coronam quidem gestans, ceterum  
siti perditus.*

Στέφανον μὲν ἔχων, δῖψῃ δὲ ἀπολωλώς, id est,  
Coronam quidem gestans, ceterum siti per-  
ditus. In temulētum & lutconem apte tor-  
quebitur, quiq; obliquitate re redactus sit  
ad inopiam. Aristophanes in Equitibus:

Ὡπερ κωνίας, στέφανον μὲν ἔχων ὁ ἄνθρωπος,  
δῖ ἀπολωλώς.

id est,

Quemadmodum Connas coronam quidē  
gestans aridam, verum siti perditus. Taxat  
autem Cratinum comicum tanquā ebri-  
sum ac delirantem. Effertur adagium & ad  
hunc modum apud Diogenianum:

Δελφὸς ἀνὴρ στέφανον μ' ἔχων, δῖψῃ δ' ἀπο-  
λωλώς.

id est,

Vir Delphus cum portet ferta, siti exani-  
matur.

Natum est à moribus Connæ cuiusdam. Is  
primum erat tibicen vinosus, atq; in con-  
uiujs assidue coronatus potabat. Nam pri-  
scis mos erat in conpotationibus coronas  
gestare. Deinde de tibicine factus est Olym-  
pionices, atque in Olympiis sæpe victor co-  
ronam tulit, vnde Cratinus eum πολυστέφανον  
vocat. Alioqui pauperimus, neq; tantil-  
lo ditior factus suis victoriis. Nihil enim  
habuisse fertur, præter oleastrum.

*Aphya in ignem.*

Ἀφύα ἰς πῦρ, id est, Aphya ad ignem. Pro-  
uerbium in ea, quæ celeriter intereunt, aut  
absumuntur, siue quæ facile ac statim con-  
ficiuntur. Nam Aphya piscis genus candi-  
dum,



dudum, molle ac tenerum, quod ad mortuum igni protinus decoquitur. Vnde meretricis ali. iuror aphyas dictas indicat Athenens lib. 13. quod essent candidæ, graciles, & oculis prægrandibus. Talis enim apua. Frigitur autem in oleo feruenti: unde fertur, & illud apud Græcos, ἀφύων τιμὴ ἔλαιον, id est, Aphyarum honor oleum: ac protinus ve contigerunt oleum feruens, iam decoctæ sunt, adeo vt ilico cum oleo stridat, statimque percoctæ tollantur e patella. Hunc piscem Suidas scribit etiam ἀμφῶ, id est, spumâ appellari, propter candorē, & ἔργκλιον, complura commemoras eius genera. Athenæus lib. 7. quibusdam & ἀφῶν dici, nimium à spuma, & ob id Veneri sacrum, quod eam poetarum fabulæ gignat è spuma maris. Idem eorum quæ supra diximus Clearchum adducit auctorem, addens & ad hunc modum efferri paræmiā, ἴδι πύρε ἀφῶ, id est, Aphyas vidit ignem. Quasi vidisse modo sufficere ad decoctionem. Itaque si puella iam nubilus statim sponso viso incalescat, conueniet ἴδι πύρε ἀφῶ. Non dissimile ei quod alibi recessimus, τὸν ἴππον εἰς πιδίον, id est, Equum in planiciem.

*Boliti pœnam.*

Βολίτης δῖον, id est, Boliti pœnam: dicunt, ubi quis de re friuola nihilque plectitur. Bolitus aut Græcis significat sterces quoduis, sed proprie bubulum. Porro Solon legem tulit, quæ pœnam minabat etiam iis, qui bubulū sterces furto sustulissent. Huc adlusit Aristophanes in Equitibus: Τῷς βολίτοις ἠτόμιθε. id est, Bubulis stercoreibus victus.

Hesychius putat Græcis idem βόλιτον & βόλιτον, nisi quod prius illud Ionum sit peculiare, idem indicat etymologus. Sic autē appellari bonis excrementa, quod liquidiora sine quam ceterorum animantium: citat autem & Hipponactem, qui βολίτης καστὴν γῆν dixerit scæminam opinamur extreme contemptam. Et βολίτιον velut è bubulo stercore constat. Cynulus apud Athenæum libro 13. ἀλλὰ βολίτιον ἔχων θάττερον σκῆλον. id est, Sed è bubulo stercore constat habens alterum crus. In Phrysiarum agris videre est domos bolitinis parietibus in aliis bubulum sterces ad ignis materiā fieri. Quin & hodie nostrates, quem in soligniter contemnunt, βολίτων ἀpellant.

*Haud vnquam arceosifium.*

Οὐδέ ποτ' ἴχει ἡ ἐύρα. id est, Haud vnquam arceosifium. Interpres Aristophanis paræmiā admonet esse de iis, qui impendio sunt hospites, quorum fores semper patientes neminem excludunt. Sumptum aut ex Eupolidis comœdia, cui titulus φίλοι. Eleganter accommodabitur vel ad credulum, qui quoduis mendacium admittat a patribus, vel in mulierem nulli negantem.

*Semper aliquis in Cydoniâ domo.*

Αἰὲς τις ἐν κῶδῶν, id est, Semper aliquis in Cydoniâ domo. Cydon Corinthius quispian erat, adeo insignis hospitalitate, vt etiam prouerbio locum fecerit. Refertur à Suida pariter, & à Zenodoto, neque non ab Aristophanis interprete. Hæc cum non careant gratia, quoties simpliciter accommodantur ad homines φιλοφίλους, tamen plusculum hebebut Veneris, si ad animus desistantur: veluti si quis ad morem piū hominē, ne sinat animum suum quibullibet cogitationibus patere.

*Summis vnguibz ingredi.*

Ἐπ' ἄκρον ὀρέχων, id est, Summis vngulis. Metaphora prouerbialis in eos, qui audius auscultant. Nam ii solent semet in summos pedes erigere. Καὶ ἐπ' ἄκρον ὀρέχων βωδίζων. id est, Summis ingrediens pedum vnguibz, in fastuosos. Refertur adagium ab Aristophanis interprete ἐν ἀχαριβοῖσι, præcatque huc adlusisse poetam, cum ait:

Ἐν τῷ δὶα τὸς τε φάνες ἐπ' ἄκρον τῶν πρυμδῖων ἰκάθηδε. id est,

Summis natibus mox resideris, animos ad dente corona. Id est, Esterimini, vobisque placetis.

*Haud impune vindemiam facies.*

Οὐκ ἐρίμας τρυγίσεις, id est, Haud impune vindemiam facies. In eos competet, qui nullo seruante, impune decerpunt vnas. Aristophanes in Vespsis; Ἀλλ' οὐκ ἐρίμας αἰὲς ἄτορα δαδίαρ τρυγίσεων. id est, Atne existimetis vos adeo facile atque impune vindemiam facturos. Nam ἐρίμας Græci fieri dicunt, quod sit nullo prohibente, nulloque obistente. Confine est illi, quod alio referemus loco: Γλυκὴ ὀπωρεὶ φύλακος ἑλάει πτόθε. id est, Est dulce pomum, verum ubi custos abest. Solent

Solent enim vitibus & pomaris adhiberi custodes, præsertim autumno, cum iam maturi fœtus furem inuitant. Idem dicunt, ἔριμν καταγορεῖν, καὶ ἔριμν δίκην γροφειν, & ἔριμν πικρῶν, & ἔριμν κρινεῖν ἢ κατακρίειν, quemadmodum indicauimus alibi.

*Mens est in tergoribus.*

Ὅτις ἐστὶν ἐν τοῖς σπῶτεσι, id est. Animus est in tergoribus, de sollicitis dicitari solitum, quique malum aliquod imminens timere videntur. Aristophanes in comœdia, cui titulus Pax:

Ἡ μέτρο μὲν τῶν, ἀλλὰ συγγνώμην ἔχει.

Ὅτις γὰρ ἡμῶν ἂν τὸτ' ἐν τοῖς σπῶτεσι. id est, Peccauimus quidem ista, sed veniam dabis,

Tum nanque noster animus in coriis erat.

Metaphora sumpta est, vel à loris, quibus cœduntur serui. Nam hæc è bubulis tergoribus secantur. Vnde Plautinum ænigma: Vbi viuos homines mortui incurstant boues: vel à clipeis, qui bubula curio solent obduci. Proinde congruet vel in eos, qui flagra meruunt: vel in hos, quos belli impendentis metus habet sollicitos. Non dissimile Terentianum illud ex Eunacho: Iam dum animus est in patinis. Item illud Aristophanicum in Vespis de hominelitium auido:

Ὅτις πεταται νύκτα πρὸς τὴν κλειδίῳρου. i.

At volat animos nocte circa clepsydram.

Breuiter quacunque in re sumus intenti, in ea dicimur esse.

*Σκῶτη βλέπει.*

Σκῶτη βλέπει, id est, Ve verbo verbum red datur. Tergora tuerur. Consue proximo, quo significabant quempiam præ se ferentem vultu, quod mali quippiam in latere suspicaretur, idque coniecturis aliquibus colligeret: veluti si quis conspexisset boum tergoribus, bellum futurum colligeret, quod his integantur clipei. Citatur Adagium ex Eupolidis fabula, cui titulus Chrylogenes:

Ἀτιχῶς μ' ἂν τὸ λιγόμενον σκῶτη βλέπει. i.

Plane quod aiunt obtuerur tergora.

Fortasse nec illud absurdum fuerit, hinc natum prouerbiū dicere, quod in clipeis barbaricæ quæpiam & horrendæ facies depingi, sculpi ve solent barbarorum, aut Cyclo-pum, aut beluarum etiam, vt eam obcaus-

sam qui truculento essent vultu, σκῶτη βλέπει dicentur. Athenæus lib. tredecimus: Οὐ πολλὰ σὺ σοφροῦσιν ὄντι, καὶ διδῆκεν ὄντι σκῶτη βλέπει. Qui nichilo te fecit emēdātiorē, tantumque docuit torum obtueri. Sentit enim, discipulum à philosopho nil aliud didicisse, quàm supercilium & vultus truculentiam. Quamquam hoc adagiū in sua duntaxat lingua gratiam habere potest. Aristophanes in Vespis:

Εγὼ σε τήμερον βλέπει σκῶτη ποίσιω. id est, Ego hoc quidem saxo die, te tergora obtueri.

*Cochleare crescet.*

Δοῖνε αὔξει. id est, Cochleare crescet. Chrysiippus apud Zenodotum, & Aristophani interpretem ait, hanc parœmiam dici sole re in pusillos homunciones per ironiam, Nam cochleare & pusillum est & contortū: Aristophanes in Equitibus:

Σκῶτη δὺο χροσίμω δοῖνε ἰδέ το ῥῆν. id est,

Duo vitia v. sa, cochleare, & toryna.

Est autem toryna, qua mouetur olla.

*Connæ calculis.*

Κῶνæ ψῆψ, id est, Connæ calculus, in hominē, aut rem nihili, nulliusque momenti. Prouerbiū manuit à Conna quopiam citharædo, siue, vt quidam volunt, lyrista ex eorum numero, qui citra vocem organo canebant. Sunt qui dicunt, Connā fuisse quemdam extremæ fortis hominem, qui deuorata patrimoniū pauperim fuerit. Callistratus apud Aristophanis interpretē ad hunc modum effert parœmiam, κῶνæ ἔριον, id est, Connæ sciculum folium, quod eo lusitare sit solitus Aristophanes i Fucis:

Σὶ μὲν ἦν τῶν κῶνæ ψῆψ. id est,

Te quidem Connæ sutragium existimā: hoc est, nihili ducunt.

*Vnicum arbutum hæud alie duas erithacos.*

Μίξ λόχμω δὺο τρέφει δὺο ἐριθάκω, id est, Idem arbutum non alit duos erithacos. Zenodotus auctor est, hoc adagium notatos illos, qui ex rebus minutis festinant ditescere. Sed videtur non intēprestituer dici posse in eos, quibus parum conuenit, nec in eodem munere concorditer versari queunt. Est autem Erithacus, auis quædam solitaria, vt eodem in saltu non temere nisi vnā inuen-

nias,

nias. Hanc Theodorus Gaza nunc Syluiā, nunc tuberculam interpretatur. Thomas magister ait a quibusdam ἐριθία vocari, ab aliis ἐρίουλον, à plebriq; ἐρίδακον. Aristophanes eleganter ad hoc adlusit adagium in Vespis:

Οὐ γὰρ αἰ ποτε  
Τρέφονθ' ἄνωγ' ἄν' ἓ μὴ λόχμικκλίτα δ' ἴω. i.

Non enim fieri potest  
Fures vt vnquam saltus alar vnus duos.  
Non omnino dissimile est huic quod dixisse fertur Alexander Magnus: Mundum non capere duos soles.

*Pedibus ingredior, natare enim non didici.*

Ἐρίζω βᾶδ' ἴω. νῆν γὰρ δὲ ἐπίσταμαι. id est, Ambulo pedes, nandi imperitus scilicet. Proverbialis senarius, in eum qui maiorū rerum imperitus minoribus negotiis sese exercet. Aut qui propter imperitiam priuatus & humilis viuit: aut qui sese necessario confert ad aliud genus, quādoquidē ad illud aut illud nequaquā est idoneus: veluti si quis negotiator fiat, ad litteras indocilis. Refertur huic adsimilis versus:

Ἐρίζω βᾶδ' ἴω. δὲ ἐπίσταμαι σκάπτειν, id est, Fodere imperitus pedibus ambulo meis.

Apud Aristophanē in Auibus sycophanta similiter excusat suam professionem: τὴ γὰρ τῶ βῶ σκάπτειν δὲ ἐπίσταμαι, i. Quid quæso facerem, quādo fodere nescio. σκάπτειν δ' ἴω μα. Fossionem enim pro quauis opera mercenaria posuit. Aristophanes in Vespis:

Σύγγνωθε. κινάειζαν γὰρ δὲ ἐπίσταμαι. id est, Ignosce, neq; enim canere doctus est cheli. Nimirum adlusit ad vulgatum adagium, perinde quasi dicat: Reliquarum imperitorum artium, surto tantum rem parat. Item in Equitibus:

Οὐδὲ μουσικὴν ἐπίσταμαι. id est, Ne musicam quidem scio.

*Κῆνα domus non alit duos canes.*

Εἰς οἴκῳ δ' ἴδναιτω τρεῖς φαν τρεῖς δ' ὄνο κῆνας, i. Eadē domus nō bene canes alit duos. Proverbia iactatus senarius in eos, inter quos parū conuenit pp idem lucrum, quod cōiter expectunt. Sic idē munus, non fert duos ambitiosos, quorum vterq; conetur tenere primas. Refertur ab Aristophanis in interproce.

*Vallus vitem decepsit.*

Ἐχάρκετ' ἴω ἄμπλον ἐξπαύσσειν, i. Vallus vi-

tem decepit. Vbi quispiā ab eo fallitur aut læditur à quo pēdebat, cuiusq; fidei nitēbatur. Traductū à Vallis, quibus alligatę sulciūt vitēs. Fit autem incidūm, vt illi radicibus actis, ramis ac frōdibus suis vitē sustingulent, aut prostrati palmitem secum trahant. Aristophanes in Vespis:

Εἶτα ἴω ἐξπαύσσειν τὴν χάρκετ' ἴω ἄμπλον. i. Ita ne circūuenit ipse vineam palus suā?

*Trepidat in morem galli cuiuspiam.*

Ἐπίσσει ὡς τῆς ἀλέκτωρ, i. Trepidat, tanquam gallus gallinaceus. In male affectum & cōmotum, aut etiā pauertantem: oportunitur dicitur. ἐπίσσειν. n. Græcis fugitare significat, atq; expanescere, peculiariter autem de auibus dicitur. Aristophanes in Vespis:

Ἐπίσσει φρήνῃ ὡς ἀλέκτωρ. id est, Galli in morem Phrynichus horret.

Fuit hic Phrynichus Melanthæ filius, Atheniensis tragediarū scriptor, quē Atheniensēs mille drachmīs multarūt, quod Milesiorū exsidiū tragœdia cōplexus esset. Quod quidē nō adscripturi eramus; inter adagia, nisi cōmentarius Aristophanis hoc nominatim proverbia loco retulisset. Meminit huius & Plutarchus in Alcibiade, qui cū an tea fuisset ferox & insolēs ex Socratis familiaritate, cuius singularem integritatem inspiciebat, cœpit esse māfuctus ac modestus. Citat aut hunc senariū d̄ poeta quopiam:

Ἐπιτῆ ἀλέκτωρ ὡς κλῆνας πτερόν.

Pauidus refugit, more gallinacci,

Cum victus alas ille summittit suas.

Meminit huius & in vita Pelopidæ. Certamen autem gallorum apud veteres solenniter ac publicitus exhibebatur. Ceterum, quamquam animal natura pugnax est, tamen gallus vbi se sentit imparem in conspectu, mire deiectus ac supplex profugit; risum præbens spectatori bus.

*Non magis parcemus, quān lupis.*

Οὐ φεσδμίτω μᾶλλον ἢ λύκαιν, id est, Hand magis parcemus ac lupis. Aristophanis interpres proverbiale figuram esse admonet, inde natam, quod antiquitus lex ad artificiosos lupos etiā premio inuitabat apud Atticos. Etenim qui lupi catulum intermiserat, huic talentum: qui adultū occidisset, duo talenta dabantur. Vnde & Apollinem, λυκαῖον καὶ λυκοκτόνον cognominarunt. Aristoph. in Auibus:

Φεσδμίτω

Φερόμεθα γὰρ τὸν ἢ μάλλον ὑλίκωσι; id est. Quid enim his magis parcemus, atq; ipsi lupis?

*Nisi si qua vidit avis.*

Ἐπὶ εἰς εἶδ' ἐν ὄρεσι, id est, Nisi si qua vidit avis. Hyperbole prouerbialis de re vehementer occulta. Aristophanes in Auibus: Οὐδ' εἰς εἶδ' ἐν τῶν Δρυκερῶν τὸν ἐμὸν, πλὴν εἴ τις ἄνδρῃσι. id est.

Nemo meum vidit thesaurum, nisi forsitan si qua avis visquam.

Suida etiam hunc versiculum citat ex Aristophane,

Οὐδ' εἰς με Δωρεῖ πλὴν ὁ περιπτάμενος ὄρεσι, Nemo me contuetur, nisi præteruolans avis.

*Perdix crura.*

Ἐρδίκος σκέλος, id est. Perdix tibia. Perdix capro quispiam erat claudus, ab Aristophane locis aliquot notatus, vnde & in pro verbium abiit. Cuius mentionem fecit Aristophanes grammaticus in prouerbiis orationis solutæ. Dicebatur in crura gratia distortaque. Refertur à Suida, περδίκος πῆξ, id est. Perdixis pes. In loripedes quadrat. Citatur hoc carmen apud Athænum in 1. libri fragmentis.

Ἐχρηπίον μοι κἢ τὸ περδίκος σκέλος.

Ἀμῖθ' ἀδῶ τις, κἢ πλακοῦντα τις ἀδῶ, i.

Infunde bibere, & crura perdixis mihi.

Matulam det aliquis, aut placentam portigat.

Verum haud videtur hoc ad prouerbium admodum facere.

*Tolle calcar.*

Ἀγρε πλῆκτρον ἄμω τήρειν, id est, Tolle calcar vltorium. Extat adagium in Aristophanis Auibus:

- Ἀγρε πλῆκτρον εἰ μάχεσ.

- Tolle calcar si pugnas.

Ita cum dici solitum, qui iam vltionem parat. Mutuo sumpta metaphora à gallis pugnam inituris, quibus ferrei stimuli quidam alligari solent, quo se tueantur inter certandum; quamquam auctore Aristotele libro De animalibus secundo, cap. 12. natura calcar addidit ex auium genere iis, quæ ob corporis molem sunt ad volatum minus idoneæ. Cuiusmodi sunt galli. Id cõfirmat Plinius libro decimo cap. 11. Exregnum, inquit, in quacunq; sunt domo exerceant: dimicatione paritur hoc quoque inter ip-

fos, velut ideo teia adnata cruribus suis intelligentes: nec finis sæpè commoriētibus.

*Minus habet mentis quam Dithyrambotum poetæ.*

Διθυραμβοποιῶν ὄν' ἔχεις ἐλάττωα, id est, Minus sapiens scriptoribus Dithyrambicis.

In stupidos ac furiosos torquetur. Adagiū annuatur ab Aristophanis interprete in Auibus. Sumptum à poetis Dithyrambicis, qui Baccho afflati furebant, vnde & Horatius.

Aut insanit homo, aut versus facit.

In Odis, Pindari grandiloquentiam attolens, Scu inquit, per audaces noua dithyrambos verba deuoluit, numerisque fertur lege solutus. Philostratus in Sophistis immoderatam in dicendo vehementiam ac granditatem aliquotiens appellat τὸ δίδυραμβώδεις, eosq; dicit ἐκβαλεῖν κἢ ὑπὲρ εἶδ' ἔχον..

*Cercyræa scutica.*

Κερκυραία μάστιξ, id est, Cercyræum flagrum. De re superuacaneo cultu exornata. Quadrabit & in ea, quibus ornatus additur ne tiquam decorus aut congruus. Cercyræis quoniam crebris seditionibus agitabatur, mos erat gestare flagra ingentia, ansis ebur neis exornata. Quidam aiunt, ea duplicia fuisse. Itaque in prouerbium abierunt. Auctor interpres Aristophanis in Aues. Lycurgus rhetor cum ob immodicam lingue libertatem è concione eiiceretur, exclamauit: ὦ κερκυραία μάστιξ ὦ πολλῶν τελευτῶν ἄξια εἶ, id est, o Cercyræa scutica, quæ multa vales talenta. Notās populum inutilem, magno tamen alédum. Refert Plutarchus in vita decem rhetorum.

*Larus.*

Κέπος λέπρος, id est, Cephphus larus. In garrulum ac vecordem dicebatur, præcipue qui cutusuis rei cupiditate deceptus capitur: ab auis ingenio ductum, quam spuma marina gaudere tradunt. Capitur autem ad hūc modum, Obiicitur spuma primū longiore interuallo. Deinde propius propiusque Postremo manibus gestantes exhibēt. Larus itaq; cibi auditate captus cõprehenditur. ἴβ. vitur in Pluto, Interpres admonet cognomē esse prouerbiale. Rursum in Nebulis Cleonem Larum vocat, quod

Z furtis

furtis ac rapinis inhiaret. Lucianus in libello De mercede seruitibus *σαυτὸν δὲ περικλήσιος διαβρέειν, ἐπιχίρει τῷ ἀγρῷ εἰ δέλειαι, κῆθ' ἀπὲρ ὁ λάρος ὄλον περιχωνῶν τὸ δ' ἔλεαρ*, id est, Sumpta vero fiducia, venatum aggredere, si videtur, Lari in morem, totam escam ore deuorans. Athenæus lib. Dipnosophistarum 10. indicat autem hanc Herculi attributam à prisca, quod & ille fuerit *ἀδθηφάγος*, atque itidem, *Βηφάγον* esse vocatam. Olim præcipuus gurgitum luxus erat in piscibus, id quod omnium libri testantur, quicumque vel apud Græcos, vel apud Latinos scripserunt de hoc genere. Proinde cōgruet & in obsonatores, quod Larus auis piscium sit appetens.

*Cerphus parturit.*

*Κίφος ᾠδίνας*, id est, Laurus parturit. Dicebatur in eos, qui pollicerentur ingētia, deinde nihil promissis dignum præstarent. Est enim Larus auis, multa plumarum copia circumtectā, ceterum carnibus exigitis: pariens autem vociferatur. Recensetur adagiū ab Aristophanis interprete, in comœdia, cui titulus: Pax. Confine est illi:

Parturient mōntes, nascetur ridiculus mus.

*Canis festinans cæcos parit catulos.*

*Ηκίων ἀνδύσσα τυφλὰ τρίκτης*, i. Canis festinans cæcos parit catulos. In eos iaciebatur, qui nimio festinandi studio rem parū abolutam edunt, vt si quis operis parū elimati præcipitet editionem. Hinc natum, quod canis quia celerius pariat, catulos cæcos vt lut adhuc im maturos edit. Aristoteles lib. De generatione animalium 4. demōstrat, id potissimum euenire in animātibus, quæ multifidis sunt pedibus, & numerosum alunt foetum, vt vulpes, vrsæ, leæna, canis, lupus. Nam hæc omnia cæcos parit catulos; quædam etiam informes adhuc edunt. In causa putat quod cū corporis humor non sufficiat alendo tam numeroso foetui, natu tra partum imperfectum potius educit. Galenus item libro, quem conscripsit de semine: *ταῖς δὲ κύνεσσιν πᾶσι καὶ ἡ περιόμια φησὶν τυφλὰ τρίκτην ὑπὸ σκωδῆς*, id est, Canes vero etiam proverbio iactatum est, ob festinationem cæca parere: quamquam canum catulos Galenus maualt imperfectos dici quam cæcos, cum talpæ proprie cæcæ dicantur.

Animantia quæ foetus edunt cæcos, *ἀλωτῶκα* vocantur Græcis, quasi Latine dicas cæcipara. Adludit ad parœmiā Aristophanes in Pace.

*Ηκώδων ἀκακωδὶς ἐπαγομένη τυχεῖ τῆσθ.* id est,

Cæca parit properato Acalanthis tinnula nixu.

Et interim Græci grāmatici dubitant quid sit Acalanthis: alii putant nomen insignis canis, deductum *παρὰ τὸ ἀκακὸν ἢ ἄσθν*, id est, quod placide currat. Sunt rursus qui suspicentur auem esse. *κώδων* autem tintinabulum est, quo in ædibus magnatum, & hodie in collegiis conuocantur familiares ad officium. Alii suspicantur dictum *παρὰ τὸ ἀκάλλειν*, id est, à blandiendo, quod notis blandiens canis, allatrat hospites. Sic diuinant Aristophanis interpres, Etymologus, & Suidas.

*In canis podicem inspicere.*

Aristophanes ἐν ἠκκλησιάζεσσις, *Τῶτω μὲν εἶπον ἐς κωδὸς πικρὸν ὄραν*. id est, Canis quidē hunc inspicere iussi podicē. Interpres admonet vulgo dici solere in cæcutientes, adscribens & hunc trochaicum: *Ες κωδὸς πυγὴν ὀρέσθαι ἢ τρεῖς ἀλωπέκων*. i. In canis despiciere podicem, triumfē; vulpium.

Adludit eodem & in Acharnensibus. *Τοῖς ὀσίνους φουστῆ τὸν πρακτὸν κωδὸς*, i. Obsecranus est, quam vt vertere libeat. Has profecto nugas pigeret adscribere, ni propositū esset operi suscepto per omnia satisfacere: *κὼ ἢ ἔμαχον σάεργον κοσμεῖν*.

*Tentantes ad Troiam peremerunt Græci.*

*ΤΗΕΟΚΡΙΤΥΣ* in Syracusis, tentando atq; experiendo quantum liber etiā ardua perficere, figura proverbiali significans:

*Εστὸν, ἰηκὺιτ. περὶ ἀμφοῖν ἡ δὸν ἀχαιοῖ, Καλλίστη παιδῶν πέρασθ' ἂν πάντα τελεῖται*. i. Tentando ad Troiam venere Pelasgi.

Cuncta, puellarum pulcherrima, perficere vsus.

*Deum sequere.*

*ΠΛΥΤΑΡΧΥΣ* in libello De audiendo, refert hoc adagium, quod & inter septē Græcæ sapientum oracula celebratur, *ἐπὶ θεῷ*, id est, Sequere deum. Putat hunc esse sensum: Obtempera rationi. Quasi cuiq; debeat

beat oraculum esse, quidquid in pectore di  
cauerit raro. Vnde & Vergil. dixit:

-An cuiq; deus sua dira cupido.

Cui versus ille Græcis celebratus adstipu-  
latur,

Ο νους γὰρ ἡμῖν ἐστὶν ἐν ἑκάστῳ θεός. id est,

Inest enim suus cuiq;, animus, deus.

Et Menander apud Plutarchum:

Ο νους γὰρ ἡμῶν ὁ θεός. id est,

Nam noster animus numen est.

Et consimilia quædam apud Lucanum di-  
cit Cato Uticensis. Sumptū videtur ex Ho-  
mericæ Iliadis libro 1. ubi Achilles Palladi  
obtemperans hæc dicit:

Ὅσκι θεοὶς ἐπιείδῃται, μάλιστα ἔλλυον αὐ-  
τοῦ. id est,

Qui diis paruerit, proni huius vota rec-  
ptant.

Apud eundem est hoc hemistichiū nō vno  
loco positum, καὶ τις θεός ἡγεμόνδου, i. Quin  
& diuum aliquis ductor fuit. Plato in Cri-  
tone, ἐκ τοῦ αὐτοῦ κρείττον καὶ πρῶττα μιν ταῦτη,  
ἐπειδὴ ταῦτη ὁ θεός ὑφηρεῖται, id est, Sine igi-  
tur ὁ Crito & hoc pacto agamus, quādo-  
quidem hac nos ducit deus. Cicero libro  
De finibus tertio commemorat inter præce-  
pta veterum sapientum, quæ constat pro-  
verbiorum vice celebrata. Quæq; sunt in-  
quit, vetera præcepta sapientum, qui iubet  
tempore parere, & sequi deum, & se nosce-  
re, & nihil nimis.

#### Lingua quo vadis?

Γλώσσα ποῦ πορεύῃ, πῶς ἂν ὀρθοῖσθαι, καὶ πάλιν  
ἐκαστὴ φράσαι, i. Lingua quo vadis? Erectum  
ciuitatem, eandem denovo subuersura. Re-  
fertur à Suida, Zenodoto, Diogeniano. Do-  
cet linguam plurimum utilitatis adferre  
mortalibus, & eandem rursum plurimam  
adferre perniciem, tametsi membrum cor-  
poris sit perquam exiguum. Bias, referente  
Plutarcho in libello, De audiendo, rursum  
in alio, De loquacitate, Amasidi Aegyptio-  
rum tyranno iubenti, vt sibi quod esset in vi-  
ctimæ, quem ad illum miserat, carnibus &  
optimum & pessimum mitteret, linguam re-  
sectam misit, innuens huius usum esse præ-  
cipuum, siue prodesse cupias, siue nocere.

#### Ollas ostentare.

Χύτρας ἐπιείκνυσαι, id est, Ollas ostentare,  
est rem per se ridiculam ac sordidam, perin-  
de vt maximam efferre. Plutarchus in libel-

lo, De auscultando, ταῖς σοφίστας, quibus  
mos erat ἀδόξως, id est, infames materias  
verborum fucus exornare, cum vomitum,  
febrim, Busiridem, atque id genus alia lau-  
dant, καὶ τὴ δίκην, inquit, χύτρας ἐπιείκνυσαι,  
id est, Ac per Iouem ollas ostentantes.  
Non quod prorsus improbandū sit, si quis  
vel exercendi vel laxandi ingenii gratia, lu-  
dat nonnumquam in huiusmodi argumē-  
tis, modo iocus sit eruditus, & cū volupta-  
te misceat nonnihil utilitatis. Quandoquē-  
dem ridentem dicere verum, quid vetat?  
Imo sit, vt citra offensam & gratus irreat  
in animos mortalium veritas huiusmodi  
lenociniis commendata: adeo, vt Aulus Gel-  
lius non dubitet ridiculas Aesopi fabellas  
tetricis illis & ἐκ αἰθέρου delapsis Stoicorū dog-  
matis antepone. Lusit & ipse Plutarchus  
in Gryllo, festiuiter sane, sed ita tamen, vt  
philosophum iocari, non scurrant, possis,  
agnoscere. Ergo prouerbium affine fuerit  
illi, quod alibi dictum est: χύτρας ποικί-  
λας, id est, Ollam variegas.

#### Puer glaciem.

Ὅπως κρύεσθαι, id est, Puer glaciem. Dice-  
batur in eos, qui cum retinere quippiam  
non possint, nolunt tamen amittere. Velu-  
ti si quis magistratū recuset deponere, cui  
gerendo sit impar, aut à munere nolit absol-  
ui, quod tueri tamen non possit. Compe-  
tet & in eos, qui sponte nolint à se amoue-  
re, quod tamen aliquanto post fit elapsurū.  
Vt cum opes virguemus, premimusq; mox  
nihilominus nos relicturas. Aut cum rem  
noxiam virguemus, nec volumus amittere  
quod lædit. Refertur à Zenodoto, Suida,  
Diogeniano. Meminit Plutarchus & expli-  
cat libro De futili loquacitate. Sumprum  
videtur ἐ Sophocle, qui amorem comparat  
pueris, qui glaciem conspectam arripiunt  
manibus ac delectantur, sed ea mox lique-  
scente, nec facile possunt abicere lubricam  
massam, nec retinere noxiam. Itidem amor  
nec excuti potest ob voluptatem adiunctā,  
nec retineri ob molestias admixtas volu-  
ptatibus maiores.

#### Vnum ad vnum.

Ἐν πρὸς ἐν φασσι, inquit Lucianus. i. Vnum ad  
vnum, nimirum figuram prouerbialē esse  
significans, cum exactius singula singulis  
componantur. Theocritus in Pastore:

Z 2 Επι

*Εἰν δ' ἐ το βοκλιδσδδδ*  
*ἐ ποδ' ἐν. i. si liber ad verbum reddi,*  
 Tu vero mihi pascito boues  
 Vnum ad vnum.

Sic enim quidam eruditi legunt, Plato lib. De legibus quinto, *δ' ἐ δὲ πάντα ἄδρα ἐν πρὸς ἐν τῶο ἄδρα ἐν.* Reddetur & hoc ad verbum. Oportet autem omnem, vnum ad vnū; ad hoc festinare, hoc est, pro se quē; . Idem in lib. 6. *ἄν ἐπ' ἐν πρὸς ἐν.* Vtitur & libro primo plane prouerbiali figura, ἐν πρὸς ἐν. Rursum libro quarto, *ἄν ἐν ἰός ἐν.* Translatum videri potest à prælio quotiens acriter res geritur, singulis aduersus singulos dimicantibus. Nisi malumus ad Laconicum illud apophthegma referre. Narrat enim Plutarchus in libello de futili loquacitate, Lacedæmonios aliquando vnum legatum ad Demetrium regem misisse. Cumq; stomacharetur tyrānus, vociferareturq; vnū, inquit, ad me Lacedæmonii legatum nihil attonitum respōdisse, vnum ad vnum. Nec absurde dixeris, à mathematicis multo sumptum, quorum est hæc loquendi figura peculiaris, ἐν πρὸς ἐν. id est, Vnum ad vnum, sic enim proportionem constare dicūt, quā vocant, parilitatis siue æqualitatis.

*In nocte consilium .*

*Ἐν νκτῖ βλα,* id est, In nocte consilium . Admonet adagium non esse præcipitandum consilium, neque statim ad primos animi impetus quidpiam agendum . Nox autem propter solitudinem ac silentium, vel maxime ad considerandum, consultandumq; de rebus grauibus est idonea. Præterea sepe numero fit, vt somnus sedata cupiditate pristinam sententiam vertat. Vnde etiā vulgo dicitur ab idiotis nostratibus, super hæc indormiam, vbi significant se per otium deliberaturos. Porro præceps consilium inauspicatum esse solere, & vulgato sermone dicitur, & eleganter admonuit Sophocles apud Plutarchum libello de garrulitate:

*Οὐ γὰρ τὶ βλαῖς ταυτὸ καὶ δρῖμυ τέλος. i.*  
 Cursus enim haud est finis idem & consilii.

Siquidem in cursu vincit, qui celerissimus sit: in consultando cunctatio tutior est, peius celeritas. Plutarchus in Symposiacis, decade septima, problemate nono, citat Platonem, qui scripserit, apud Lacedæmonios nil fallimur, fuisse *νκτρινὴν σύλλογον,*

id est, Nocturnum conuentum grauissimum, ad quem difficillimæ caullæ reuocentur. Addit, apud veteres nocte *δὲ φεῖν* fuisse vocatā, *παρὰ τὸ ἐν φεῖν,* à bene sapienti do-

*Vbi quis dolet, ibidem & manum habet .*

*Ὅπῃ τὴν ἀλγῆν, καὶ σὶ καὶ τῷ χερσὶ ἔχει.* id est,  
 Vbi dolet quis, ibi & manum sic iucis habet.

Senarius prouerbialis, quem refert Plutarchus libro De futili loquacitate. Natū est dictum à naturali hominum consuetudine, qua fit, vt ei corporis parti quæ dolet, sic quenter manus admoveamus. Tempesit uiter vtetur, cum significabimus quempiam ea tractare, deq; us libenter verba facere, quæ mouent animum. Stobæus idem refert ad hunc modum:

*Ὅπῃ τὴν ἀλγῆν, καὶ σὶ καὶ τὸν νῆχαι.* id est,  
 Vbi quis dolet, illic & mentem habet .

Adiussit videtur ad prouerbium Cicero Epist. ad Attic. lib. 3. Sed non faciam, vt aut tuum animum angam querelis, aut meis vulneribus sæpius manum adseram. Item Plautus in Persa: Quasi lippo oculo me meus herus vtitur, manum abstinerere haud quit tamen. Plutarchus huic torquet, vbi quid siue dolet siue delectat, ibi quisq; linguam habet. Sic laudibus arguitur vini vinosus Homerus, & Pindarus taxatur vt *φιλάγγυρος,* quod multus in laudando autōi. Nam hoc pacto statim auspicatur Olympia, *ἀρετῶν μὲν ὕδωρ, δὲ χερσὶν ὠδύμιοι πῦρ ἄτι, δὲ κτρινὴν νκτρινὴν ἐξοχα πλάττει.* id est, Optima quidem aqua, ceterum aurum, velut ardens ignis eminet noctu, magnificas supra opes. Rursum in Isthmiis hymno tertio, *καὶ μιν ἀνὰ νκτρινὴν χερσὶν ἄνθρωποι περιώσαν ἄλλων,* id est, Et multipotēs indicatur autum homines eximii in ceteris.

*Plus apud Campanos vnguenti, quam apud ceteros olei sit .*

PLINIVS naturalis historix libro 13. cap. 11. In Campania tamen, inquit, laudatissimus cāpus est. Montibus subiaccet nimis bos, totis quidem 40. mil. pass planicie. Gratia terræ eius, vt prorsus soli natura dicatur, puluerea summa, inferior bibula, & pumicis fistulans vice. Montium quoque culpa in bonum cedit. Crebros enim imbres percolat atq; transmittit, Nec diluere aut

aut madere voluit, propter facilitatem culturæ. Eadem acceptum humorē nullis fontibus reddidit, sed temperat, & concoquens, intra se vice succi continet. Seritur toto anno, panico semel, bis farre. Et tamen vere segetes quæ interquievere fundunt rosam, odoratiorem satiuæ. Adco terra non cessat parere. Vnde vulgo dictum Plus apud Capanos vnguenti, quàm apud ceteros olei fiesi. Quantum autem vniuersas terras cæpus circumcæpanus antecedit, tatum ipsium pars eius quæ Laboris vocatur, quæ Phlegæum Græci appellat. Hæcenus Plinius. Si cui placebit adagium ad allegoriam trahere, poterit accommodari, vel in regionē, vel in hominem adeo ceteris antecellentē, vt apud hūc maior sit exquisitarum ierum copia, quam apud alios mediocrium, aut vulgarium.

*Ne via quidem eadem cum illo  
vuls ingredi.*

Μηδὲ πῶς αὐτῶν ὁδὸν βεβήσαν, id est, Ne via quidem eadem ingredi dicuntur, qui extre mo dissident odio, adeo vt non solum men sa, recteque communi non sustineant vti, sed ne via quidem communi velint ambulare. Vnde & vulgata dicunt ironia: vsq; adeo illum amat, vt si forte fortuna fuerit obuius, in aliam deflectat viam. Plutarchus in commentario πρὸς τὴν φιλικὴν εὐχίαν. πῶς δὲ ἀδελφῶ μηδὲ πῶς αὐτῶν ὁδὸν οἱ μίσις εἶν βεβήσαν, id est, Cum fratre vero ne via quidem eadem sibi putans ingrediendum esse. Huic congruit prouerbialis ille versiculus:

Κακία σὺν ἀνδρὶ μὴδ' ὄλας ὁ δ' οἴσιος. id est, Viro scelesto ne viz fueris comes.

*Extra cantionem.*

Ἐκρὰ τὸ μέλος, id est, Extra cantum agi, dicere dicunt, quod ad rem non pertinet. Etiam si prouerbium in alienam transulo linguam perit genuina illa gratia. Siquidē παρὰ μέλῳ περὶνδε sonat, quasi dicas, parum modulante, parum concinne, parum apte, parū decore. Nam quod in musica est, μέλῳ, id in vita decorum. Lucianus in Eunuchō, καὶ ἐφ' ἅν' αὐτῆς ἡδ' ἴδω παρὰ μέλῳ τὶ φερέμεν, id est, Et apud quos verteretur aliquis præter cantum quippiam dicere, id est, quod à re esset alienius. Imitatus est hanc figuram ex Platone, qui libro De legibus tertio scribit ad hunc modum: παρὰ μέλῳ ἐράοιγε ἄν

δουκὺς φέρεται. id est, Præter cantionem mihi dicturus fuisse videris. Et in Critia: Παρὰ μέλῳ δὲ αἰτὶ πρὸς αὐτῶν ἀκορτες ἀπομει, ἴδω πῶς πρὶ πρῶτον ἐπιπίπτει. id est, Quod si quid extra cautionem imprudentes de ipsis sumus locuti, congruam pœnam exiget. Aristoph. in Concionatrici bus, eleganter vnico verbo dixit, παρακορδῆν, pro eo quod est absona, nec ad rem scientia loqui:

-πρὸς οἰοῦσθε

Μηδὲν παρακορδῆς ὦν δ' αὖτ' ἀποδέρξει. i.

-Attente cauetis

Vt ne quid alienum loquere & absonum Ab his tibi quæ sunt probanda.

Aristoreles libro Rhetoricorum 3. notat & poetis quibusdam dictum, ἀχορδῶν καὶ ἀλυσον μέλῳ, cantionem dissonam, nec tidibus respondentem. Apte torquetur in eos, qui secus viuunt quam docent. Finitimū est huic, quod alibi retulimus, ἔδιν πρὸς ἔπῳ, nihil ad verbum seu nihil ad carmē. Quo quidem Aristoph. ἐν ἐκκλησιαζιστοῖς, none vitur pro temere.

Οὐ γὰρ τὸν ἐμὸν ἰδρῶτα καὶ φειδωλίαν

Οὐδὲν πρὸς ἔπῳ κ' αἰοῦτων ἐκβαλῶ. id est, Neq; enim meo sudore quod paruertim Meaq; parsimonia, temere ac nihil

Ad rem profudero.

ἔδιν πρὸς ἔπῳ, Scholia exponunt, ὡς ἔτυχε, ἔτικα μὴδ' ἰδός, id est, temere & absque causa: Posterior versus Græcus nō constat suis pedibus. Restituetur si legamus, ἔδ' ἔτε πρὸς ἔπῳ κανῶντος ἐκβαλῶ. Quod carmen quiddam duximus satius, vel alieniore citare loco, quam eo studiosio fraudare lectorem. Natum vt videtur ab apophthegmate Themistoclis, qui Simonidi poetæ petenti quiddam à se parum æquum, respondit ad hunc modum: Neq; tu bonus esses poeta, si præter cætum caneres; neque ego bonus princeps, si præter leges iudicem. Sumptum est ab antiquis cantoribus, qui vocem ad lyram accōmodabant. Aut certe à concentu vocalium musicorum, vbi si quis dissonat ab harmonia, grauiter offendit aures. Lucianus ἐκ γῶνικα, vocat, quæ ad causam non pertinent. M. Tullius, ὁδὸς πρὶ ἔργα, quæ aliena à re proposita.

*Ignis, mare, mulier, tria mala.*

CIRCUMFER TUR apud Græcos & hic trime ter prouerbialis:



Ἐν πυρὶ καὶ θάλασσᾳ καὶ γυνὴ κακὰ τρία. id est, Ignis, sicutumque & mulier, hæc mala tria.

Nam incendio nihil formidabilius, mare item periculosissimum est. Vnde & Aeschylus in Persis:

Ἀταχονὸν καὶ θαλάσσης. id est, Maris haud vincitur vnda.

His autem similitum quiddam esse mulierem sentit paræmia. Porro mulierem omnem esse malam, perquã venuste significavit Lacon quidam, qui cum vxorem duxisset perpussillam, dicebat d' malis, quod minimum esset, eligendum, Fatetur & apud Euripidem Medea, scæminarum genus esse malum:

Ἄλλ' ἐσμὲν οἷον ἐσμὲν, οὐκ ἐγὼ κακὸν γυναικίς. id est,

Sumus quidẽ quales sumus nos scæminæ, Neq; enim malæ ausim dicere.

Euripides apud Planudem in vita Aesopi, inter omnia mala principatum tribuit mulieri:

Πολλὰ μὲν ἐγὰρ κυμάτων θαλάσσιον, Πολλὰ δὲ ποταμῶν, καὶ πύρρος ἐξ ἑμῶν πρῶτα. Λειπὸν δὲ ποταμῶν, δ' ἐνὰ δ' ἄλλα μύρια, Πλὴν ἔστιν οὗτω δ' ἐνὸν, ὡς γυνὴ κακὴ. id est, Furore multo scuit iratum mare, Proniq; fluuii, & ignis acris impetus, Inopia acerba, acerba alia quam plurima, Sed nil ita acerbum & noxium, vt mulier mala.

Falces postulabam.

Ἄμεις ἀπύτην, id est, Falces postulabã. In eos, qui respondent id, quod ad rem nihil attinet. Plutarchus in commentario, πρὸς κίθολιχίας, admonet, vt qui velit accurate respõdere, mentem rogantis diligenter perdiscat, ne illud fiat, quod prouerbio dici cõsuevit, ἄμεις ἀπύτην. Est autem senarius prouerbia lis apud Suidam & Zenodotum:

Ἄμεις ἀπύτην, οἷδ' ἀπυρῆντο σκάφης. id est, Falces petebam, at hi ligones negant.

Videntur hinc natum, quod agricolæ cuipiã à vicino falcem commodato petenti, negauerit ille sibi ligonem esse domi. Theocriti scholiastes in Pastoribus annorauit, Atticis ἄμην dici quod communi? Græcorum lingua vocat δ' ἑλλανθ siue σκαπέτην, id est, ligonem. quod si σκάφη, idẽ significat quod σκαπέτην, ridiculum erit in responso, perinde ac si quis petenti gladium, neget se habe

re enssem. Sunt qui sentiant σκάφη esse pauli genus, aut vasis caui.

Alba auis.

Ἀλκός ὄρνις, id est, Alba auis, pro re nota atque auspicata dixit M. Tullius in Epist. familiaribus libro septimo. Cum enim salutationi nos dedimus amicorũ, quæ fit hoc etiam frequentius, quã solebat, quod quasi albam auem videntur, bene sentientem ciuem videre, abdo me in bibliothecã. Quadrabit & in rem admodum raram & inusitatam, quod aues perpaucæ sint hoc colore. Ita Iuuenalis:

Corno quoque rarior albo. De albæ gallinæ filio, dictum est alibi.

In alieno choro pedem ponere.

Ἐν ἄλλοτρίῳ χορῷ πόδα τίθεισθαι, id est, In alieno choro pedem ponere, est sese miscere negotiis alienis, & aliorum sibi vindicare partes. Plutarchus in commentario, quem inscripsit: Quo pacto seipsum aliquis citra inuidiam laudare possit, τὸν μὲν γὰρ ἐν ἄλλοτρίῳ χορῷ πόδα τίθεισθαι πείθειρον ὑπερωμῆκα καὶ γελῶν ἀποδύκνυσσι, id est, Eum quidem qui alieno choro pedẽ imponit, curiosum ac ridiculum esse, prouerbio declarat. Idẽ in Symposiacis, ἐγὼ δὲ καίπερ ἐν ἄλλοτρίῳ χορῷ πόδα τίθεις ἔπον, id est, Ego vero tamen pedem in alienum inferens chorum dicebam, hoc est, respondens de re, quæ ad philosophi professionem non pertinebat. Asthenis est huic adagio metra perquã elegans, neq; discrepans à specie prouerbiali, quæ vsus est Aristides in Miltiade, μιλιτιάδην δὲ τὸν ἐν μακρῶν, πῶς χορῷ τάξομεν, i. Porsio Miltiadem, qui est apud Marathonem, quæ chori parte collocabimus? Interpres addit metaphoram sumptam à choris Dionysiacis. Certe constat inuuo sumptũ à choreis ac saltationibus. Quibus si quis ignotus admisceat sese, derideatur, atq; exhibetur illico. Plato in Euthydemo. Τὴν δὲ σοφίαν πᾶς χορῷ ταξομὲν, ἐν τοῖς ἀγαθοῖς, ἢ πῶς λίγεις, id est, Hanc sapientiam in quo choro statuemus, inter bona, aut quid censēs?

Ne magna loquaris.

Μὴ μὲγάλα λίγεις, id est, Ne grandia loquaris referitur à Diogeniano, admonet temperatũ esse à magniloquentia, iactantiaque, qua

qua nihil omnium intolerabilius. Dicitur  
est autem propter Nemesim deam, quæ grã  
diloquentiam huiusmodi non sinit impu-  
nitam. M. Tullius Epistolarum ad Atticũ  
libro quarto, epistola octaua :

Μήπω μὲν ἔμπης πρὶν τέλους ἀντιόσας. id est,  
Ne quando iactes, ni prius perfeceris.

Aristophanes in Ranis.

Ὡ δ' ὄμοι ἀνδρῶν μὴ μεγάλα λόγους λέγει. id est,  
Mirande vit, ne magna nimium dixeris.

His verbis Bacchus reprimat Euripidem p  
arrogantiam semet anteponentem Aeschyl  
lo. Sophocles in Aiace flagellifero.

Μὴδὲν μὲν ἔμπης, οὐχ ὄρας ἴν' εἰ κακόν, id est,  
Ne magna loquere, non vides quo in his  
malò?

Theocritus in Cyclope:

Μὴδὲν μέγα μὲνδὲν, id est,  
Ne quid sublime loquaris. Theognis.  
Μήποτε κύρη ἀγορεύσει ἔμπης μέγα, οἷδ' ἔωρ  
οὐδέης.

Ἀνδρῶπιον ὄτιν' ἔχ' ἡμέρη ἀνδρὶ τέλει. i.  
Verbum Cyrene caueat magnum ne dixeris  
vnuquam.

Nescis quid nam homini noxue dicere  
ferat.

Plato in Phædone, Μὴ μέγα λέγει, μήτις ἡμῶν  
βασκαρία περιτρέψῃ τὸν λόγον τὸν μέλλοντα  
λέγειν, id est, Ne loquere grandia, ne qua  
nobis inuidia futuram orationem inter-  
turberet. Antiquitas enim sinxit deam Neme-  
sim, iactantiz vlttricem. Ita Pindarus in  
Isthmiis hymno quarto: Ἀλλ' ὄμοις κύνχημα  
καταβροχε σιγά. Ἰδὲ τὰδ' εἰ καὶ τὰ νέμει, id  
est, Attameu gloriationem obnubila si-  
lètio. Iupiter hæc & illa partitur. Est enim  
unica placandæ inuidiæ ratio, si quod acci-  
dit boni, ad auctorem deum referatur. Idẽ  
in Nemeis hymno decimo: Ἐσι δ' εἰ καὶ κέρθ  
ἄνδρῶπιον βατρὺς ἀντιόσας, id est, Est autem  
græue in hominum inuidiam incidere. Est  
enim inuidum mortalium ingenium, nec  
villa re citius saturatur, quam audièdis lau-  
dibus alienis. Idem eiusdem operis hym-  
no quinto: αἰδ' ὄμοι μέγα εἰπέν. Huc adlusif  
se videtur Vergilius, libro decimo:

Dixerat ille aliquid magnum.  
Inuenitur sæpius et μέγα φροσίν, pro eo quod  
est, insolentem atque elatum esse. Sopho-  
cles in Oedipo tyranno:

Φροσίν γὰρ ὡς γυνὴ μέγα. id est,  
Sentire enim altum vt femina.

Extat & scæniarius prouerbialis :

Ὅτ' ἔντυχῆς μάλα, μὴ μέγα φροσίν. id est,  
Ne quid tunc, cum res secundæ maxime.  
Et μέγα πρῆαν, id est, Magnum spirare. Eu-  
rip. in Bacchi.

Κὰν πρῶτον ἔλαμ μέγα, id est,  
Quamuis magnum spirans venias.  
Eleganter Horatius huiusmodi grandilo-  
quentiam, ampullas & sesquipedalia verba  
vocat in Arte poetica :

Proicit ampullas, & sesquipedalia verba.  
Terentius in militem gloriosum, & ma-  
gnifica verba Legimus & τραγικῶς λέγειν, id  
est loqui tragice, & ἐκ τραγῳδίας, pro eo  
quod est, magnificis verbis efferre. Hora-  
tius in Epist.

Et spirat tragicum satis, & feliciter audet.  
Tameñ non fugit, poctam hoc loco sum-  
pliciter dixisse, spirat tragicum.

Exercitatio potest omnia.

Μελέτη πάντα δύναιται, id est, Cur omnia po-  
test. Laetius hanc sententiam Periandro  
tribuit, qui Isthmum etiam tentare perso-  
dere: Significat autem, nihil esse tam ar-  
duum, quod diligentia curaque non efficia-  
tur. Verg. in Georg.

Labor omnia vincit.

Improbis, & duris virgēs in rebus egestas.  
Extat apud Græcos prouerbialis sententia:  
διδὸ τὰγαθὰ τοῖς πόνοις παλαιῦνται, id est, Dii  
bona laboribus vendunt. Huc adlusit Ho-  
ratius:

Perrupit Acheronta Hercules labor.

Sophocles in Electra:

Πόνος τοι χωρὶς ὀδῆν ὀνυχῆσιν. id est,  
Citra laborem nil bene est.

Fertur & versus Menandri,

Γάντα τὰ ζήτῃμα  
Δεῖσαι μερίμνης φασίν οἱ σοφώτατοι. id est,  
Quæcunque votis expetuntur, prædicant  
Egere curis, qui valent prudentia.

Simplicius Antiphanes,

Τῷ ἐπι μέλειος πάντα δόξα γίγνεται. id est,  
Domat atque subigit cuncta diligentia,  
Quamquam aut in præsentia non est, neq;  
propositi, neq; operis huius, quidquid ad  
huiusmodi sententias facit, in vni cõuer-  
te, tñ haud grauibimur, quãdoquidem ca-  
sus obtulit adscribere verba Senecæ ex lib.  
de ira 11. Atq; nihil est, inquit, tam diffici-  
& arduum, quod non humana mēs vincat,  
& in familiaritatẽ pducatur assidua medita-  
tio. Nulli que sunt tam feri, sui que inris as

fectus, vt non disciplina perdoimetur. Quæ-  
cunq; imperauit animus obtinuit. Qui-  
dam nunquam ridere conſueti ſunt. Vino  
quidam, alii Venere, quidam omni humo-  
re interdixere corporibus. Alius contentus  
breui ſomno vigiliam indefatigabilem ex-  
tendit. Didicerunt tenuiſſimis & adueſis  
ſunibus currere, & ingentia vix que huma-  
nis toleranda viribus, onera portare, & in  
immenſam altitudinem meigi, ac ſine vlla  
reſpirandi vice perpetua maria. Mille ſunt  
alia, in quibus pertinacia impedimentum  
omne tranſcendit, offendiſq; nihil eſſe di-  
ficile, cuius ſibi ipſa mens patientiam in-  
dixerit.

*Quid primum, aut vltimum?*

**Τὸ πρῶτον ἢ τὸ ὑστάτον;** id eſt, Quid primū aut  
vltimum? Figura prouerbialis, qua vtimur  
quotiens aut rerum copiam tantam ſigni-  
ficamus, vt hæſitemus vnde poſſiſſimum ex-  
ordinamur: aut cum perplexi dubitamus,  
quid primum agere debeamus. Lucianus  
in libello, cui titulus, De mercede ſeruien-  
tibus, καὶ τὶ σοὶ πρῶτον ὦ φίλις, ἢ τὸ ὑστάτον  
φασι καταλέγει τῶν ἂν παρὲν ἢ ποιῶν ἀνάγκη  
τῶν ἐπὶ μὲν ὦ σωῖντας, id eſt, Quid nam ti-  
bi primum amice, aut quid poſtremum, vt  
dici ſolet commemorem, ex his quæ & pa-  
ti, & facere coguntur ii qui mercede ſeru-  
iunt? Porro Lucianus deſumpſit ex Odyſ-  
ſæ libro nono, in quo Ulyſſes adhunc lo-  
quitur modum:

**Τὸ πρῶτον, τὸ δ' ἔπειτα, τὸ δ' ὑστάτον κατα-  
λέξω.** id eſt,

Quid primum, quid mox, & quæ tandem  
vltima dicam?

Iuuenalis.

Quo te circum magis, quæ prima aut vlti-  
ma ponas.

Eiuſdem characteris eſt illud Euripidis in  
Iunone inſaniente:

**Ἔμοι τὴν ὑμῶν πρῶτον, ἢ τὴν ὑστάτον  
ῥῆς τίνα βῶμαι.** id eſt,

Quem veſtrū ohequem pectori admoecā  
meo. Primum, vltimum ve.

*Dente Theonino rodi.*

**THEONINO** dente rodi dicuntur, qui  
conuiciis lacerantur. Sumptum à Theone  
poeta quodam rabioſæ loquacitatis, petulā-  
tiſſimæq; maledicentiæ, vnde & Auſonius  
in carmine Hendeca ſyllabo, ppetam quæ

piam indoctum, & mordacem Theonem  
appellat:

Nec poſt hac metues, vbiq; dictum:

Hic eſt ille Theon poeta ſaluſ,  
Bonorum mala carminum Lauerna,  
Horatius in Epistoſis:

Dante Theonino qui circumroditur.

Neque diſſimili figura eſt vſus in epistoſa  
ad Iulium Florum:

-Hic delectatur iambis,  
Ille Bioncis ſermonibus.

Acron admonet, Bionem philoſophū fuiſ-  
ſe, q; mordaciſſimis dialogis lacerant poe-  
tas, ſic, vt nec Homero parceret. Porphyriū  
autumat Ariſtophanis comici patrem fuiſ-  
ſe. Zoili quoque mordacitas propemodū  
in prouerbio eſt, ſed vt inuidum intelligas  
magis, quàm oblatratorem. Horatius hoc  
vitium, alibi ſuccum loliginis vocat, & ſa-  
lem nigrum, quod cum morſu addat & ſa-  
mæ maculam.

*Hipponaſteum præconiū.*

**HIPPONACTEUM** præconiū, pro in-  
ſami nota dixit M. Tullius, nimirum præ-  
coniali ſchemate, in Epistoſis familiaribus  
de Tigello quodā ita ſcribens: Eumq;  
addictum iam tum puto eſſe Calui Licinii  
Hipponaſteo præconio. Nam Hipponaſ-  
teus poeta fuit Iambographus, amarulentus, ac  
notæ mordacitatis, qui, auctore Dionyſio  
Halicarnaſſeo, trimetrum Archilochium  
de industria in Scæzontem inſregit, cū in-  
imicos lacerare vellet, quo videlicet feriret  
fortius. Hic Bupalum, & Anthermon, qd  
ab his deſormi ſpecie pictus eſſet, verſibus  
iambicis inſectatus legitur. Erat autē Hip-  
ponaſti notabilis in vultu ſæditas, quanti-  
obrem quidam imaginem eius propoſue-  
re in ridentium circulis quorum aliquot  
ſuis carminibus creditur ad laqueum com-  
puliſſe. Negat id eſſe verum Plinius libro  
triceſimoſexto, capite quinto.

*Archilochia ediſta.*

**ADAGIONIS** faciem habet & illud, qd  
Cicero ſcribit ad Atticum, libro ſecundo:  
Itaque Archilochia in illum ediſta Bibu-  
li, populo ita ſunt iucunda, vt eum locum  
in quo proponuntur, præ multitudine eo-  
rum qui legunt, tranſire nequeamus. Ar-  
chilochia ediſta, contumelioſa vocat ac vi-  
xulenta. Archilochi poetæ mordacitas vul-  
go

go celebratissima fuit. Is Lycamben socerū, a quo fuerat repudiatus, huiusque filiam adeo virulentis versibus infestatus est, vt uterque se laqueo præfocauerit.

*Arch lochi patria.*

Ἀρχιλόχου πατρίς, id est, Archilochi patria. Diogenianus testat hoc dici solere de mordacibus ac maledicis. Videas enim populos nonnullos natura dicaces, cuiusmodi fuisse feruntur Siculi.

*Genuino mordere.*

QUI clanculum obtrestant lacerantque quempiam, eum genuino mordere dicuntur. Perlius:

—Et genuinum fregit in illis.

Lucilius sentiens poetam Satyricum. Idē diuus Hieronymus: Possim respondere, si velim, possim genuinum læsus infigere. Dētes autem genuini sunt omnium reconditissimi ac propenodum operi genuina. Secro emergunt homini: nempe circiter annum vigesimum; multis & octogesimo, vt auctor est Plinius libro vndecimo, capite trigesimo septimo. Et ob id haud ab re, siuo ris atque obtreccationis morbo dicati. Pōt non absurde referri & ad viperæ denticulos illos, quibus eam venenum infundere putant. Plinius eodē, quod modo citauimus capite. Nam hi quoque sunt viperæ sub gena fistulosi. Potest & ad canes referri, q. postremis dētibz ossa duriora circumrodūt. Omnis autem obtreccatio morsus dicitur.

Vnde Aristophanes iocatur, in anulo non inesse remedium aduersus sycophatæ morsum. Diogenes apud Laertium rogatus, cuius nam animantis morsus esset perniciosissimus: Ex feris, inquit, obtreccatoris, ex cicuribus adulatoris. Hoc venenum Horatius loliginis succum appellat.

*Aureo piscari hamo.*

AUREO piscari hamo dicuntur, qui medioctris cōmodi cupiditate periculū adēūt, vt maximarum rerum faciant iacturā. Cōmemoratur inter facerē dicta Octauii Cæsaris à Suetonio. Fit enim nonnunquā, vt piscis hamum etiam ipsum secum auferat. Porro metaphoræ plerāq; à piscatione ductæ prouerbii vice sunt vsurpatæ. Sicut ex piscari apud Terentium, pro eo quod est diligenter clicere atque exquirere. Votare

hamum apud Plautum. Semper tibi pendeat hamus, apud Nasonem. Quod si quis pugnet, Augusti dictū nō esse prouerbiū certē pruerbiale est nec indignū qđ in hūc ordinem adlegatur. Pōt fieri, vt quibusdā etiam hoc libuerit, aureo hamo piscari. Si quidem auctore Suetonio, Nero Cæsar reti aurato, funibus purpura coctisq; nexis piscari solitus est. Proinde quoties sic ambimus quippiam, vt si potiamur optatis, mediocre sit emolumentum, sin fallat spes, damnum ingens, apte dicemur aureo piscari hamo. Id quod frequenter vsu venit iis, qui scrutantur abditas terræ venas, sed frequentius qui vulgo dicuntur Alchimistæ, de quibus apud Athenzum libro sexto, ve iuste dixit Phalerus Demetrius. ἵτι πολλὰ κίς κατακαλώμετες τὰ φανεράτων ἀδύλων ἱνικα, & μὴ ἔμελλεν ἄλλα βροῦν, ἃ δὲ ἔχον ἀπὲ βάλω, id est. Quod frequenter certis consumptis incertorum gratia, quæ se capturos sperabant non cōperunt, quæ uero habebant abiecerunt.

*Sapientia vino obumbratur.*

PLINIVS historię mundi libro vigesimo tertio, capite primo: Vinum icuinos bibere nutritio inuento inutilissimum est. Curas, vigoremq; animi impedit, ad prociētū tendentibus, sōno accōmodatum, ac securitatibus: iamq; dudū hoc fuit, qđ Homericā illa Helena ante cibū ministravit. Sic quoq; in pruerbiū cecidit: Sapientiā vino obūbrari. Hactenus Plinius. Porro qđ Plinius citat, est Odyssæ quarto.

*Homines frugiomnia restē faciunt.*

M. TVLIVS lib. Tusculana. q. 4. Frugalitatis nomen tanquam ac caput ferreæ volumus, qđ nisi eo noīe virtutes continerētur, nunquam illud tā peruulgatū esset, vt iam prouerbiū locū obtineret: Hoīes frugī, oīa rectē facere. Hacten° Cicero. Docet adagium, quosdam improbos hoīes certis in rebus nonnunquam esse vsui, ac præclare se gerere: verum vbiq; ac perpetuo præstare virū integrū atq; inculpatū, id eius demū esse videtur, qui natura vereque sit probus, Adludit ad hanc sententiam Euripides in Hecuba, cum ait:

Ἀνθρώποις δ' οὐκ ἔστιν

Ὅ μὴ ποικίλος δὲν ἄλλο πλὴν κενός

Ὅ δ' ἰσθλός, ἃ δὲ συμφέρει ὑπέ

ὅστιν δ' ἐφθέρῃ, ἀλλὰ χερσὶς ἐς' αἶν'. id est,  
Ceterum in mortalibus

Quisquis malus, nil aliud ille quam ma-  
lus,

Frugi vsque frugi est, non enim ingenii  
gravis

Fortuna vitiat, se d probus semp manet,  
Item Iphigenia in Aulide :

Οὐδ' ὄφθός,

Ἐθλοὶ σαφὲς αἶν',

At qui probus,

Is palam est semper probus.

Aristoteles libro Moraliū septimo: Τὸ, τε  
καὶ ἄγαθὸν ἐπλοῶν, τὸ δὲ κακὸν πολὺ μορφῶν.  
καὶ ἀγαθὸς μὲν ὁμοίῳ αἶν', καὶ ἡ μεταβάλλεται  
τὸ κακόν: ὁ δὲ φαυλὸς καὶ ὁ ἄφρων ἴδεν, ἴσκει  
ἴδεν καὶ ἑσπίρει. id est, Si quidem quod  
bonum idem simplex, contra quod ma-  
lum, id variū est. Et qui bonus, is sem-  
per sui similis, neque unquam commutat  
mores. At quisquis improbus & stultus,  
haud quaquam idem esse videtur mane &  
vesperi.

*Fallacia aliam trudit.*

TERENTIUS in Andria: Fallacia aliam  
aliam trudit, Donatus admonet prouer-  
biali figura dictum. Sumptum à consuetu-  
dine conantium fallere, ac dolos dolis con-  
farcinantium ne deprehendantur. Vnde  
confutis dolis dixit Plautus: Et sutelas ap-  
pellat huiusmodi technas. Et δόλος ὑφά-  
σαν. apud Homerum, id est, dolos texere.

*Sera in fundo parsimonia.*

PROVERBIALIS sententia apud Se-  
necā in prima epistola: Sera in fundo par-  
sिमonia, digna profecto, quæ omni scrinio  
omni cado, omni cellæ penuriaz inscriba-  
tur. Admonet in tempore parcendū rebus  
necessariis, neque imitandum profusorum  
vulgus, qui cum denique incipiunt parce-  
re, posteaquam viderint minimum super-  
esse. Eric elegantior sententia, si traducatur  
ad res animi: veluti si quis admoneat iuue-  
nes, ne sinant optimos illos annos inaniter  
effluere, ne illis euenciat quod plerisq; so-  
let euenire, vt iam natu grandes animū ad  
res honestas applicent: & cum perpusillum  
vitæ superfit, tū tempori parcere incipiāt.  
Seram enim in fundo parsimonia esse.  
Proverbium sumptum apparet ex Hesio-  
do, cuius hi sunt versus in opere, cui titu-

lus, Opera & dies.

Ἀρχομένη δὲ πηρὶς καὶ λίγοντ' ἑορτασάμενος  
Μισσοῦσι φέει δ' ἰδαι. δ' αἶν' δ' ἐπὶ πνυμένῃ φαι-  
δ' ὦ. id est,

Plena vbi dolia sunt, aut iam prope ina-  
nia vini.

Tum satiare, sed in medio fac parciōs  
esto.

Absurdum siquidem & graue in imo par-  
cere fundo. Adlusit huc Persius Satyra 11.

- Donec deceptus & expes,

Ne quidquam fundo suspiret nummus  
in imo.

Plutarchus in Symposiacis Decadis septi-  
maz, problemate tertio indicat poetam ad-  
monuisse, cum esse bibendum vinum, cum  
est optimum. Vinum autem in medio fa-  
luberrimum optimumque esse potu: quæ-  
admodum summa pars olei potissimū lau-  
datur, mellis infima. Primū, quod vini vis  
calor est, is autem videtur maxime colligi  
circa mediū, proinde id optimum esse ser-  
uare. Deinde vini pars inferior vicina fecis  
corrumpitur, summa pars ab aere proximo  
læditur: Nam aerem inimicum esse vi-  
no vel illud satis arguit, quod dolio pleno  
vinum minus vappescit, quam semipleno.  
Tum quod terra desossa, vt aer attingere  
non possit, quam diutissime vigorem suū  
conseruant. Theocritus itē in Charitibus:  
Κινῆς ἐπὶ πνυμένῃ χυλῆς. id est,  
Vacuz fundo capse. scrinium inane si  
gnificans.

*Sybaritica mensa.*

Συβαρικὴ τράπεζα, id est, Sybaritica men-  
sa. De conuiuio dicebatur nimium appa-  
to. Natum à gentis vicus moribus. Est enim  
Sybaris oppidum vicinum Crotoni, vt ter-  
tis est Herodotus lib. 5. Stephanus indicat  
postea Thurion appellatum. vnde Sybari-  
tæ dicti, gens in architectura voluptatum  
operosissima: Suida teste, luxu delicis que  
adeo notabilis, vt quidquid effæminatū,  
quidquid molle, quidquid accurata atque  
ambitiosa luxuria paratum esset, id vulgo  
Sybariticum diceretur. Vnde Ouidius in  
libro Tristiū secūdo, scribens ad Augustū:  
Nec qui cōposuit nuper Sybaritida supit.  
Sybaritida vocat opus Hemitheonis cuius-  
dam cinædi Sybaritæ, de generibus volupta-  
tatum, & obsecnarum deliciarum. Item  
Martialis libro duodecimo:

Qui

Qui certant, inquit, Sybariticis libellis. Philo Hebræus in vita Moyſi, Sybariticæ nequitias vocat laſciua poemata. Maximus Tyrius i diſſertatione tertia de voluptatibus Sybariticæ ſaltationes commemorat. Ariſtoteles libro Moralium Eudemiorum primo, Smyndridem quoque Sybaritam com parem Sardanapalo inter voluptarios nominauit. Suidas tabulas aniles, aut parum pudicas, Sybariticæ appellatas ſcribit. Idem refert, Sybaritas inſtituiſſe, vt equi ad tibiæ cantum ſaltare cõdiſcerent. Et luxurioſos Sybaritas appellatos: & Sybariſſare, Sybaritarum ritu deliciis indulgere dictum. Adſtipulatur & Quintilianus libro tertio; Etugalitas, inquit, apud Sybaritas forſan odio foret. Plutarchus in conuiuio ſeptem ſapientium, tradit apud Sybaritas hunc fuiſſe morem, vt mulieres ab viſq; an no priore ad conuiuium vocarentur, quod ſe per otium auro veſtibusq; poſſent exornare. Hæc atque huiuſmodi ferme referuntur ab Angelo Politiano Miſcellaneorum capite 15. Ceterum conuiuium Sybariticum depingit, ac miſſus Sybaritici meminit Aelius Lampridius in Hellogabali vita, Imperatoris luxu perditiffimi, adeo vt nomẽ inuenierit, vulgo dictus Apicius. Lampridii verba hæc ſunt: Semper, inquit, ſane aut inter flores ſedit, aut inter odores preciosos, Amabat ſibi precia maiora dici carum reum, quæ menſæ parabantur, orexin in conuiuio hanc eſſe aſſerens. Sexcentorum ſtruthionum capita vna cena multis exhibuit ad edenda cerebella. Exhibuit aliquando, & tale conuiuium, vt haberet viginti & duo ſercula ingentium epularum, ſed per ſingula lauarentur, & mulieribus vterentur, & ipſe & amici cum iureiurando, quod efficerent voluptatem. Celebrauit item tale conuiuium, vt apud amicos ſingulos ſinguli miſſus apparerentur, & cum alter maneret in Capitolio, alter in Palatio, alter in Cœlio, alter trans Tyberim, & vt quiſque manſiſſet, tamen per ordinem in eorum domibus ſingula ſercula ederentur, iureturq; ad omnium domos. Sic vnum conuiuium vix toto die finitum eſt, cum & lauarent per ſingula ſercula, & mulieribus vterentur. Sybariticum miſſum ſemper habuit ex oleo, & gato, quem quo anno Sybaritæ reppererunt, perierunt. De Sybaritarum tum luxu, tum iuretur, per multa commemorat & Arhe-

næus in Dipnoſophiſtis, cum alibi, tum libro duodecimo, in quibus & illud: Sybaritæ nullam artem recipere in ſua ciuitate que ſine ſtrepitu non poteſt exerceri, veluti fabrorum ærariorum aut lignariorum ac ſimilium, ne quid ſit quod dormientibus obſtrepat. Ob eandem cauſam gallum galinacum ſax non eſt in ciuitate ali. Alia præterea deliciarum argumenta refert illic, ſi cui vacat legere. Ariſtophanes εν ερωτη συμβεβηκεν dixit, pro eo quod eſt, opipare, ac genialiter viuere.

Ηδὴ δ' ἐξέτω τόδ' ὕμιν,  
 Πλείον, μείνεν, κινεῖν, καὶ βδύδεν,  
 Ἐς πανηγύρεος θεωρεῖν,  
 Ἐπιόδου, καὶ παβίζαν,  
 Συβαρίζαν.

id eſt.

Iam vero licebit vobis nauigare, manere, mouere, dormire, in feſtis ſpectare, conuiuio accipi, cottabo ludere, Sybariſſare. Gregorius Theologus ad Baſilium ſimili tro-po menſam luxu redundantem, Alcinoi dixit: ἔχ' ὡς λατοφάγῃ πικρῶν, ἀλλ' ὡς ἀλευρῶν τρεπίζων, id eſt, Nō ad lotophagorum inopiam, ſed Alcinoi menſam.

Sybaritica calamitas.

Συβαριτικὴ συμφορὰ, id eſt, Sybaritica clades. Stephanus cuiquam prouerbium notauit. Porro quemadmodum Sybaritæ perierint, idem narrat ad hunc modum. Oraculum huiuſmodi acceperant:

Εὐδαιμον Συβαριτὰ πανδύδαμον, σὺ μὲν αἰεὶ  
 Ἐν θαλίῃσι θιῶν τιμῶν γένοαι ἐδόοντων,  
 Εὐτ' αὖ δ' ἢ πρὶ τῶν ἐπιτὸν θεῶν αἰβίζῃ  
 Τυνίκατοι πόλεμος τε, καὶ ἐμφύλιος γῆπις  
 ἔξει.

id eſt,

Felix omnino felix Sybarita futurus,  
 Dum rebus lætis venerabere numina diuum.  
 At ſimul atque illis mortalis homo anteferetur,  
 Tum veniet bellumq; tibi atque domeſtica turba.

Euenit deinde, vt Sybarita quiſpiam ſeruſiſloris cæderet in agro, qui cum ad numiniſ aram conſiſſiſſet, nihilominus perſequentem domino cædebat. Quod vbi vidit ſibi nihil proſuiſſe numiniſ reuerentiam, protinus ad monumentum patris herilis conſugit, atque ibidem religione commorus herus, deſtitit à cædendo. Itaque iuxta dei reſponſum, à Crotoniaſiſ euerſi ſunt Sybaritæ.

baritz. Aelius Lampridius in vita Helioagabali, scribit eos eodem anno periisse, quo missum ex oleo & gao reperissent, quem ob id Sybariticum vocabant, ut modo diximus. Ceterum de Sybaritarum luxu, deſue calamitate, permulta retulit Athenęus libro duodecimo, si cui hæc non satisfaciunt. Quadrabit adagium in eos, qui neglecti deorum, aut ob intemperantem luxum subuertuntur.

*Sybaritzæ per plateas.*

Συβαρίτου δια πλατίας, id est, Sybaritzæ per plateas, Contra fastuosius ingredientis per viam, seseque velut ostentantes. Sumpsum adagiũ a fastu luxuriosus; Sybaritarum. Aphricanus in oratione quæ Cestis inscribitur: Sed enim, inquit, Sybaritzæ fastu præturgi di. Venustius erit, si paullo longius detorqueatur: veluti si de homine insolentius se perente, ant arrogantius de seloquente, ant de stilo phaleratiore dicas: συβαρίτης δια πλατίας. Cognatum est illi, quod alio dictum est loco: ἀρησπηγίτης. Refertur adagium à Suida atque Zenodoto.

*Syracusana mensa.*

Συρακυσία τραπέζα, id est, Syracusana mensa, prælauta atque opipara dicebatur. Syracusani enim vel erant olim opibus florentissimi, ita voluptatibus, ac deliciis admississimi. Lucianus in dialogo Simili ac Polystati: καὶ τραπέζαι, inquit, ὑπερταίς ἐν σικελίᾳ, id est, Ac mense Siculis lautiores. Athenęus libro duodecimo: διαβότοι δὲ εἰσι ἐπὶ τῶν φη καὶ αὐτὸν σικελίᾳ τραπέζαι, id est, Cebres sunt ob delicias & Siculorum mense. Addit ex Clearchi auctoritate, Siculos dicere apud se mare quoz dulce esse, quod gaudent edulius, quoz mare porrigit. Meminit Siculæ mensæ Diogenes in epistola quadam ad Aristippum. Item Aristides in Pericle. Denique Strabo lib. 6. & hæc aliæque plura commemorat. Plutarchus in vita Niciz ex Diphilo refert: πικρὸς, ὠδύσμενος, σίκελι καὶ, id est, Pinguis, & abdomine Siculo stercoreatus siue sagiatus: quæ miramur quare Latinus interpres vertendum putarit, delibutus, cum ὠδύσμενος significet sterco bubulum, vtilissimum agrorum letamen. Plato in epistola quadam ad propinquos Dionis, negat sibi felicem illam vitam in Siculis Italicisque mensis ac reli-

quis voluptatibus sitã vnquam placuisse. De Syracusanorum luxu meminit & Aristoteles in Politia eius gentis, addens Dionysium minorem nonnunquam ad novagesimum vsque diem ebrium perseuerasse, atque ob eam rem cæcutientibus ac vitiosis oculis fuisse. Narrat Theophrastus apud Athenęum, amicos illius & compositores in cõuiuiis adsimulare solitos, non videre sese vel cibos vel calices appositos, videlicet ad eum modum adulantes regi cæcutienti: Vnde διονυσιακὸς λακός sunt appellati. Apud eundem Aristophanes: ἐν δαιταλῶσιν,

Ἄλλ' ἔγωγε ἐμάθετε τὰντα ἐμῶ πέμποντο, Ἄλλ' μάλλον πῖον, ἔπειτ' ἄδερκακὸς συρακυσίῳν τραπέζαν συβαρίτιδος τ' δωχίας, id est, Atqui hæc quidem me duce non didicistis, verum bibere potius deinde male canere, Syracusanorum mensam Sybariticamq; conuiuia. Item Plato de Repub. tertio, Συρακυσίαν δὲ ὡ φίλε τραπέζην καὶ σικελικὴν πομπιλίαν ὡψις ὡς ἑσπας εἶναι αἰεὶς, i. Syracusanam amice mensam, & Siculã in obsoniis varietatem non videris approbare. Athenęus lib. 14. citat Cratinum, qui prælauram culinã, ac bene fumantem, ac suauiter olentem describens, ita loquitur:

Οἷκαί τις ὡς ἔοικεν ἐν τῷ κάσματι  
Λιβανώτῃ πωλῆ, ἢ μάγοντο σικελικός. i.  
Habitare mi hoc videtur aliquis in specu  
Qui thura odora vendit, aut Siculo co-  
quus.

Apud eundem mox Antiphanes quoque laudat Siculos coquos, ut arte cõdiendi præstantes. Verum his temporibus Siculi frugalitatem Hispanicam & Italicam sic imitantur, ut propemodum superent, huiusq; proverbi gloriam planè perdiderunt. Quamquam Athenęus in Dipnosophistis, inter opiparas menses etiam Italicas recenset. At his sane temporibus præscam illam frugalitatis laudem sibi vendicarunt: quemadmodum & Græci ad pristinam illam temulentiz gloriam postliminio redierunt. Vnde Faustus Andrelinus Foroliniensis poeta, non solum laureatus, verum etiam regius, atque etiam si diis placet, Regineus, vetus congerromeus, qui plus quam triginta iam annos in celeberrima Parrisiõrum Academia poetice docet, in carmine quod de pauimento Parrisiensis inscripsit.

- Mensa, inquit, Britannia placet.

*Spikama*

*Spirhama vite.*

*Σπῆραμα τῆς βίης* id est, Spirhama vite, hoc est, modus vite perpullillus. P. ouerbialis est figura, mutuo sumpta à rerum mensuris, apud quos Spirhama seu palmus digitos duodecim continet, quantum ferme legisimo digitorum perfecta complecti licet. Quin hodie quoque pusillum homunculum palmum aut pugillum hominis appellant idiotæ nostrates. Transiunt à fabricis, qui quatuor digitis coniunctis metiuntur materiam, eam mensuram appellant palmam, interdum diducta manu à summo pollicis, vel per ad summum digiti medii, quam vocant *αὐτὸν πῆχυν*. Refertur adagium à Diogenetario.

*Nonæ Hymetia, salerna vetera.*

MACROBIUS libro Saturnalium septimo: Cur Disari: mel & vinum diuersis ætatibus habentur optima? Mel quod recentissimum: vinum, quod vetullissimum. Vnde est & illud prouerbum, quo vtuntur gentes: Mulsam quod probet temperes, miscendum est nouo Hymetio, salerno vetulo. Quod adagium non videretur vbi nobis possit vsui esse, sed tamen adscripsimus, ne nihil omnino de popinis mutuati videremur. Nisi forte placeat eorum torqueri, vt dicamus, è diuersis rebus quædam optime consistari.

*Qui multa rapuerit, paucâ suffragatoribus dederit, saluus erit.*

ANILVS Lampridius in vita Alexandri Seueri. Idem inquit, addebat sententiã de furibus notam, & Græce quidem, quæ Latine hoc significat: Qui multa rapuerit, pauca suffragatoribus dederit, saluus erit. Quæ Græcè talis est:

*Ὅπολλὰ κλέψας, ὀλίγα δὲ δός, ἐκρῶσεται. ἰ.*

Qui multa tollit, pauca dat, seruabitur.

Admonet adagium, id quod nostris quoque temporibus vulgo facitiant fures non omnino stupidi, non nisi magnis prædis iniiciendam manum, vt supersit quo iudicè, si forte sit opus, corrumpant atque exoculent. Ceterum qui parua tollunt, deprehensi pendunt, vt pote quibus nihil sit quod impertiant præfectis.

*In simpulo.*

M. TULLIUS libro delegibus tertio a-

gens de lege tabellaria, hoc est, de iure ferendum per tabellam suffragiorum: Et auus quidem noster, inquit singulari virtute in hoc municipio quo ad vixit, restitit M. Gratidio, cuius in matrimonio sororem, auiam nostrã habebat, ferenti legem tabellariam. Excitabat enim fluctus in simpulo, vt dicitur, Gratidius, quos post filius eius Marius in Aegeo excitauit mari. Hactenus Cicero. Quantum igitur coniectura conse qui licet, in simpulo fieri dicebant, quod in re minuta atque humili fieret. Est. n. simpulum, auctore Festo, vas paruum, non dissimile cyatho, vnde mulieres diuinis rebus deditæ, simpularices vocentur. M. Varro scribit, vas esse minutum fundens, in cuius locum successerit Epichyfis, vnde veteres res minutas, nulliusque precii simpularias appellabant. Plinius libro 35. capite 12. In sacris quidem etiã inter has opes non myrthinis crystallinisve, sed fictilibus plibatur simpulis innocentiis. Attestatur & M. Varro cum apud Nonium Marcellum ait, deos ipsos vili simpulo inuitari. Item Apuleius: In hodiernum, inquit, populus Romanus diis immortalibus Simpulo & Catino fictili sacrificat. Sunt qui pro Sympulo legant Sympuuium, cuius meminit Iuuenalis satyra 6.

Aut quis

Sympuuium ridere Numæ, nigrumque Catinum,

Aut Vaticano fragiles de monte patellas Aufus erat.

M. Tullius in Paradoxis: Quid autem Numæ Pæpiltus? minusue gratas diis immortalibus capedines ac fictiles vnulas fuisse, quã silicatas aliorum pateras arbitramur? Polemon apud Athenæum lib. 11. tradit, ad ipsius etiam nam ætatem Græcos quosdam bibere solitos ex fictilibus, velut Argiuos in publicis cœniuiis, ac Lacedæmonios in festis, aut epiniciis, aut nuptiis virginum. Proinde non absurdum videret, si quis existimet sumptam allegoriam à puerorũ lusu, quo solent per fistulã angustam in simpulum iustantes, quasi fluctus quosdam & aquæ strepitum excitare.

*Proteo mutabilior.*

*Πρωτεὸς ποικιλωτέρη*, id est, Proteo mutabilior, i vasti & versipellis cõpetit. Lucianus, à sacrificiis, Iouẽ ποικιλωτέρη εὐρὴ προτέρος appellat,



appellat, quod se subinde in alias atque alias formas transfiguraret. Plato in Ione, *Ἄλλ' ἄτεχνῶς ἄσπερ δ' ἑρῶτης παιδοδαπέδου γιγνέσθαι φέροιμεν* ἄνω κὶ κάτω, id est, Sed proflus Protei in morem, in omnem speciem verteris, sursum ac deorsum te ipsum distorquens. Horatius in eos, qui facile vertunt sententiam:

Quo tentam vultus mutantē Protea nodo?  
Item alibi:

Effugiet tamen hæc sceleratus vincula Prothus.

Protea vocat tergiuersantem, & quem Græci vocant: *δυσφάρατος*, id est, Deprehensu difficilem. Porro fabulam Protei notiozem arbitramur, quam ut hic sit recensenda. Exat apud Homerum *Odyssææ* 4. & apud Maronem quarto item *Georgicon*. Simili figura diceretur & Vertumno incōstantior. Nam hic deus in omnigenam speciem sese variat, vnde & nomē reperit apud Latinos. Horatius:

Vertumnis, quotquot sunt, natus iniquis.

Huius meminit Quidius, describens quæ admodum amans Pomonam deam, alias subinde formas assumpserit. Et *δύμιτα βολώτερος ἐμπύσων*, id est, Empusa mutabilior. Cuius mentionem fecit Lucianus in commentario De saltationibus: *Ἰδοὺς τ' ἂν ὄν αὐτῶς πρὸς τὸν αὐτὸν κερὸν ἀκίως διαλλαττομένης, καὶ αὐτὸν μικρῶτερος τὸν πρωτεία. εἰκάζει δὲ χερὶ τῶν ἐμπύσων τῶν ἐς μυρίας μορφῶς μεταβάλλομένης*, id est, Videbis igitur ipsos eodem in tempore subito in alia transfigurati speciem, atque ipsum referre Proteū. Quin & Empusæ exemplum cōferre oportet, quæ sese innumerabiles vertit formas.

Meminit huius Aristoph. in Ranis:

*Καὶ μὴν ὄρα νῆ τὸν δὲ κερὸν μέγα.  
Φοῖδι τις, δ' ἐνὸν. πάντα δ' ἀπὸν γέν γίγνεται,  
Τότε μὲν βῆς, γυνὶ δ' ὀδύς, τότε δ' ἂν γυνὶ  
Ὀρασατέ τις. πᾶς ἐστὶ, φέρει π' αὐτῶν ἴω.  
Ἄλλ' ἔκ' ἐτ' αὐ γυνὴ σιν, ἄλλ' ἦσ' ἡ κίων.  
Ἐμπύσαστόσω γ' ἐστὶ.* id est,

At maximam profecto video beluam.  
Qualem? Nouam, quæ in cuncta subito vertitur,

Modo bos, modo autem mula, rursus scemina

Pulcherrima. Age ubi est? recta ad illam iam feror.

At rursus haud est mulier, immo iā canis.

Empusa proinde est.

Interpres adscribit, Empusam spectrum quoddam esse quod ab Hecate solcat emitti videndum miseris & calamitosis. Id subinde cōsuevit aliis atque aliis formis exhibere sese. Quidam existimant meridianis horis apparere solitum iis, qui parentant manibus. Sunt qui hæc ipsam Hecatē asserunt esse; narrat autem vno videri pede, vnde & nomen inditum putat *ἐμπύσων οἰονὴ ἐν ἰπὸδα*. Demosthenes ait Aschinis matrem, cui ipse Leucothoæ nomen mutasset, appellatam fuisse Empusam, eo quod quæstus gratia quiduis & faceret & pateret.

*Amicus magis necessarius, quàm ignis & aqua.*

*Διαγκωότερος πυρὸς κὶ ὕδατος ἄφιλος*, id est, Amicus magis necessarius, quàm ignis & aqua. Hyperbole proverbialis, admonens neminem esse tam diuitem, aut potentem, quin opus habeat amicorum officij. Quæ admodum enim citra ignem & aquam nō constat hominum vita, ita nec sine consuetudine atque opera familiarium, quos ob id ipsum Latini necessarios vocant, ut amicitiam necessitudinem. Innuit adagiū duo quædam maxima cominoda colligi ex amicitia, voluptatem, & vsum. Nihil est enim neque iucundius igni, neque vtilius aqua. Quam ob rem scripsit Horatius:

Nil ego cōtulerim iueundo sanus amico.

Item Euripides apud Plutarchum:

*Εἰς ὀμματ' ὄντα φωτὸς ἐμβλέψαι γλυκύν. ἰ. Dulce est tueri hominis amici lumina.*

Recensetur adagium à Plutarcho, commentario quem inscripsit, Quo pacto sit digno scendus assentator ab amico: *Καθ' ὃ δὴ καὶ λέγεται, πύρρον καὶ ὕδατος ὃ φίλος ἀναγκωότερος*, id est, Quapropter dicunt etiam, amicum igni quoque & aqua magis necessarium esse. Exat & apud Aristotelem in *Moralibus*, & apud Ciceronem in *Orelio*, Hodiç vulgus indoctum habet in ore, quod est verissimum: Tolerabilius viui sine pecuniis, quàm sine amicis.

*Lupus circum puteum chorum agit.*

*Λύκος τῶν τοῦ φέρου χορῶν, id est, Lupus circum puteum chorū agit. In eos dicitur, qui sumpta inaniter opera, spe sua frustratur. Aiunt enim lupo morem esse, ut si quando sitiat nec tuto se possit demittere, circum puteum*

puteum oberret, frustra inhians aequæ, quâ non possit contingere. Sunt qui parcemiâ inductam existiment, quod aliquando veniat vsu, vt lupus pecudem aliquam, aut hominem insectetur: qui postea quam se in puteum, quempiam altioremer metu demiserit, obambulat ille, veluti quæ saltantiû in modum in orbem circumagitur, prædæ cupiditate, qua tamen potiri non queat. Plutarchus in commentario, cui titulus: Quomodo possit adulator ab amico digno sci: ἀχεῖται προσαπολλύσσει αὐτὸς, τὴν πόσιν τὸ φρόνη δόξαντι ἀτιχῶς ἀχεῖται. id est, Qua qui vtuntur, seipfos quoque in punitiæ adducit, i.e. vera saltationem illam circum puteum saltantes. Loquitur autem de dicacitate intemperanti & virulenta, qua sit, vt nec illis quidquam utilitatis adferamus, in quos dicimus, & nobis ipsis maximum malum conciliemus. Refertur adagium à Zenodoto, Suida, Diogeniano.

*Lydiû currus.*

Λύδιον ἄρμα, id est, Lydius currus. Hoc scemate notabantur, qui in certamine quo-piam longe ceteris essent inferiores. & παρὰ λυδίον ἄρμα ἕτες. id est. Iuxta Lydiû currum curris. Plutarchus in libello quem inscribit, De dignoscendo assentatore ab amico: Τὸν δὲ κρείττονα τῆμέρι καὶ δ' ἔδοικεν, ἔμαθ' ἀπὸ παρὰ λυδίον ἄρμα περὶ δὲ οἰχιδύων, ἀλλὰ παρὰ χερσὸν ἐφθόν: id est, Ceterum superiorer metuit ac veretur, non hercle ad currû Lydiû pedes ingrediens, sed ad aurû purû. Refertur adagium à Diogeniano. Quidâ ad Pelopem Lydum referunt, qui suo curru vicerit Ocnomaum socerum, in quibus est Gregorius Nazianzenus, sic vsurpans, vt dicat se tanto esse inferiorer eximii Bassili virtutibus, quantum pedes abest à Lydio curru. Effertur & ad hunc, vt diximus, modum parcemiâ: Παρὰ λυδίον ἄρμα ἕταν. id est, Præter Lydium currum currere, aut iuxta Lydium currum, vt pedes intelligatur certare cum Lydio curru velocissimo, quod quidem certamen nimis inique comparatum videatur. Achilles apud Euripidē in Iphigenia Aulidensi, pedestri cursu certat cum quadriga, & vincit. Plutarchus in vita Niciæ è Pidaro allegat: Οὐ γὰρ μάστιγι, inquit, παρὰ λυδίον ἄρμα περὶ δὲ οἰχιδύων, ὡς φησι Πίνδαρος, id est, Non enim per Iouem iuxta Lydium currum pedes incedens, vt

inquit Pindarus. Herodotus libro primo tradit, olim Lydios præ ceteris equitatu valuisse, nec aliter fere nisi ex equis pugare.

*Cinclus.*

Κίγκλοι, id est, Cincli, rusticano prouerbio dicebantur præter modum pauperes, quibus neque domus esset, neque quidquam quod suum possent dicere. Qualem Cinculus describit Furium, cui neque villula fuerit, neque domus, neque arca. Cinclus. n. avis quædam est imbecillis, atque inuvalida, ita vt non possit ipsa sibi proprium nidum parare, proinde oua nidis supponit alienis. Vnde & rustici verterunt in a-saggio nem, vt medicos & erroneos Cinclos vocēt. Auctor Aelianus libro De naturis animalium duodecimo. Quod genus homines Græci ἀνίσκας vocant, hoc est, experter penatium. Suidas tradit Cinculum auem esse maritimam, gracilem, nulloque ferme corpore, cui peculiare sit clunium pennas subinde mouere, vnde & nomen additὺ σασοπυγίδι, nimirum ab agitatione caudæ. Eam prouerbio fecisse locum, quo Menander sit vsus in Thaide:

Γρωχότιρα ἢ λιβηρίδος καὶ κικκῆλυ. id est, Mendicior Leberite, atque Cincalo. Hinc κικκίεντι dici, pro eo quod est, cōmoueri, & ob strepere.

*Quæ sub aliis fiunt.*

Αἰ σὸν μάλιν πρᾶξας, id est, Facta subalaria, Prouerbiali figura dixisse videtur Plutarchus in cōmentario, qd inscribitur: Quo pacto sit dignoscendus adulator ab amico: Πότις, ἢ ἡμεῖς καὶ σαρδύς ἀπόσις ἀπολαπόμινθ, ἢ τῶν κἀπὸ μάλιν πρᾶξεν ἢ προφάσις ἔστιν, id est, Ad laborem & res honestas segnis, in his rebus quæ sub ala fiunt, nihil recusat. De adulatore loquitur, ad honesta officia tum pigro, tum inuuliti: ad voluptariam ministeria prompto: videlicet ad scortum cum fide adducendum, ad comparanda opsonia, ad instruendum conuiuium. Equidem opinamur, ob id adulationi sub aliis sedem datam esse, quod hæ corporis partes titillationem præcipue sentiat siue ob cutis tenuitatem, siue quod insolitus nobis earum contactus partium: siue quod is locus venulas habeat, quibus frictu calefactis, eiusmodi nascatur delectatio.

tio. Aristoteles sectione 35. Problemate 2. indicat, sub alis potissimum, ac sub pedum vestigiis fieri titillationem, coniectans in causa esse, vel quod ibi cutis sit mollior, vel quod contactus sit insolens, quod idem usu venit in auribus. Quid autem aliud est adulatio, quam autem pruritus quidam & gargarizatio? Vnde Lucianus in dialogo quodam Charontis, Menippi, & Mercurii, philosophum quæriam omnibus exiēs vitis: ἐν ἔτι τὸ βαρύτερον ὑπὸ μάλης ἔχει. τί ἄμνηπτε κολακίαν ὠρέσθαι, πολλὰ ἐν τῷ βίῳ χερσὶ μβύσασθαι ἑστώ. id est, Vnum quiddam adhuc sub alis gestat, quod est omnium grauissimum. Quid nam Menippe? Adulationem Mercuri, quæ illi plurimum attulit emolumenti in vita: nisi si quis malit ὑπὸ μάλης, ita dictum, vt alibi Lucianus dixit, ὑπὸ κόλπῃ, sub sinu, significans cum Venere vsu, qui non vacat turpitudine. Nam oscula, quæq; supra sinum fiunt, vt cunq; cum honestate possunt coherere, ceterum infra sinum, ἄδεν ὕμῃς.

*Simul forbere & flare difficile.*

TRAMIŒ seruus apud Plautum in Mostellaria, obiurgatus est ab hero, quod non maturius redisset: cū ille se alibi fuisse diceret, nec simul apud herum esse potuisse, & illud quod iussus fuerat, peragere: Si volēs, inquit, verbum hoc cogitare, simul flare forberēq; haud factu facile est. Commo de vtetur hoc adagio, si quando significabimus, negotia quæpiam id genus esse, vt pariter ab isdem tractari non queant. Veluti si quis conetur simul & litteris & voluptatibus vacare: simul amoribus & parsimoniaz indulgere: simul vxori studiisq; satisficere: Quemadmodum fieri non potest, vt quis eodem in tempore sorbeat, hausto spiritu, & stet, emisso halitu. Affine videtur huic adagio illud Phocionis ad Antipatrum: Οὐ δύνασαι μοι καὶ φίλω χερσίδαι, καὶ κλάκι. id est, Non potes me simul & adulate vtii, & amico. Ad hæc senarius ille, qui falso Senecæ inscribitur:

- Amare & sapere, vix deo conceditur.
- Quodq; ait Terentium imitatus Horatius:
- Nihil plus explicet, ac si
- Insanire paret certa ratione, modoq;.
- M. Tullius Philippica 11. Duas tamē res magnas præfertim, non modo agere vno

tempore, sed ne cogitando quidem explicare quisiquam potest.

*Manum admoventi fortuna est imploranda.*

Τὰν χεῖρα ποτιέροτα δ' ἐν τῷ χεῖρ ἰκαλαῖς id est, Manum admoventi fortuna inuocanda est. Admonet adagium, ita sidendum esse diuino auxilio, vt nihilo segnius, quantum in nobis est, etiam ipsi nostra admittamur industria: alioqui non audituros superos inertium ac desidiosorum vota. Plutarchus in Apophthegmatis Lacedæmonicis, refert apud eam gentem deos deasq; omnes hastatos fingi solere: vt eis ipsam armis indutam, tamquam ne illi quidem otium agant, sed bellicis studiis exerceantur: Addunt, inquit, & prouerbum:

Τὰν χεῖρα ποτιέροτα, τὰν τύχην καλῶν. i. Manum admoventi sunt vocanda numina.

Aeschylus apud Stobæum:

Φιλῶ δὲ τῷ κείμοντι συμβῆδ' ἐν εἰδός. id est, Huic qui laborat, numen adesse assolet. In eandem sententiam Pindarus in nemineis: Πρὸς ἄκρον ἀρετῆς ἦλθον οἶτε πόνοι ἐγδύσαντο, σωθὲς δὲ τύχη, id est, Ad summum virtutis apicem peruenierunt, qui gustarunt labores, non autem sine dei fortuna. Proinde nec ita sidendum industria, vt diuinam opem negligamus: nec ita rursum pendendum ab illa, vt nostrum prætermittamus officium. Adhussit videtur huc Aeschylus in Persis:

Εἰ δ' ἐπ' ἄρα

Διὰ μακρὰ χροῖος τὰ δ' ἠὲ νύχην ἔκτελλω τῆσσι θεῖς,

Ἀλλ' ὅταν συμβῆδ' ἢ τις αὐτῶς, χ' ὠθεὶς σωκίπτειται, id est,

Plurimum iam tempore à deis Optaueram hæc vt dextra conficerent mihi. at

Vbi vigilas ipse, dii quoque admovent manum.

Refertur ex eodem:

Φιλῶ δὲ τῷ κείμοντι συμβῆδ' ἐν εἰδός. id est, Adesse gaudet sed laboranti deus.

Nonnulli, quorum est Suidas, adagionis originem ad apologum referunt, Rusticus quidam cum plaustrum hæceret in lama, otiosus inuocabat Herculem. At ille adstans, Admoue, inquit, manum rotæ, ac simula boues, itaque deum inuoca.

Τὴν χάριν προσφύονται τοῦ θεῖν καλῶν.

Quam quisque norit artem, in hac se exerceat.

M. TULLIUS Tusculanarum quaestio- num libro primo: Sed hic quidem quam- vis eruditus sit, sicut est, hęc magistro concedat Aristoteli, canere ipse doceat: Bene enim illo proverbio Græcorū præcipitur, Quam quisque norit artem, in hac se ex- ceat,

Hactenus Cicero. Est autem senarius iam- bicus, admonens, ut quarum rerum su- mas periti, in his duntaxat disputandis tra- ctandisque versemur: quarum vero sumus rudes, eas doctioribus concedamus, neque professionem alienam nobis vindicemus, neque in messem alienam mittamus falcē, neque sutores ultra crepidam iudicemus. Apud A. Gellium Plato ex Euripide citat, sed in sensum non nihil diuersum à Cice- toniano, nempe suo quemq; vitæ institu- to studioque impense delectari, quod in eo se laudem aliquam assecuturum confidat. Accidit, inquit, illis illud Euripidis: Qua in re clarus quisque est, ad eam properat, & dici partem illi plurimam impertit, in qua ipse se exuperet: contra, in qua stupi- dior ac nihili sit, inde effugit, eamque con- temnit. Porro versus quem Latine refert M. Tull. est apud Aristophanem in fabula, cui titulus: σφάκις: is est eiusmodi:

Ἐρδωί τις ἢ ἕκαστος εἰδέν τεχνῶν. id est,

Quam quisque nouit artem, in hac se ex- ercitet:

Quo quidem loco interpretes admonet in- ter proverbia celebrari. Vsurpauit Strato- nicus citharædus apud Athenzum lib. 8.

Qui musico cuiquam, qui prius fuerat ho- litor, de harmonia cum ipso disputanti re- spondit, Ἐρδωί τις ἢ ἕκαστος εἰδέν τεχνῶν. Quæquam in editione Aldina legitur ἄδω pro ἔρδω. Ad hoc prouerbiū delusit Ho- ratius ita scribens:

Nauem agere, ignarus nauis, timet: abro- ratum ægio.

Non audeat nisi qui didicit dare. Quod medicorum est,

Promittūt medici, tractant fabrilia fabri. Scribimus indocti, doctique poemata passim.

Idem in epistola ad Villicum:

Quam scit uterque lubens censebo exer- ceat artem.

Huc pertinet illud Pindaricum, quod re- fert Plutarchus in commentario quem scri- psit, τὸν πῆρ δὲ θ. μίας, τὸ ἄμακον ἰππῶν, ἐν δ' ἀρῆρω βῆς, παρὰ ναυῶ δ' ἰθὺν τάχιστα δελφίς. κατὰ δὲ βυλλῶντι φορὸν, κῆρα δ' εἰ τλαθῶμον ἐξέβρεῖν. id est, Equus in quadrigis in aratro bos. Nauem occyissime præuerit- tur Delphinus: apro eadem molenti in- ueniendus est canis laborum patiens. Vi- delicet significat vnumquemque adhiben- dum: ad id quo valet. Athenæus lib. 8. Cum Prolemæus cum Stratonico citharædo cō- tentiosius disputaret de citharistica. ἔτερον ἔφη εἶναι ὁ βασιλεὺς σκυπτήρων, ἑτερον δὲ πλῆ- τρον, id est, Aliud est, inquit, rex sceptrum, aliud plectrum. Et apud Plinium lib. trigē- simo quinto, c. 10. Apelles Alexandro Mā- gno in officina multa imperite differenti- de pictura, comiter suasit silētiū, admonen- illum tideria iucriis, qui colores terebant.

Dedi malum & accipi.

DEDI malum & accipi. Beticum adagium est, quo licet uti, quoties eiusmodi pro- mutatio videtur facta, ut malum pro ma- lo sit redditum & par pari relatum, veluti si quis improbum generum dedisset, ac nu- rum item improbam recepisset. Recēsetur & explicatur à Plinio iuniori in Epistolis. Cæcilius, inquit, Classicus, homo scdus, & aperte malus, proconsulatum in ea parte non minus violenter quam sordide gesse- rat, eod' m anno, quo in Africa Marius Pri- scus. Erat autem Priscus ex Betica, ex A frica Classicus: inde dictum Beticorum (ut plerunque dolor etiam venustos facit) non illepidum ferebatur: Dedi malum & acce- pi. Congruet & in eos qui liberos suos cō- mittunt malis præceptoribus, & recipiunt eos peiores quam tradiderant. Rursum in eos qui lacessunt illos, vnde gtauius lædun- tur, quod vsu venire tradunt iis qui in Aegypto venantur onagros. Nam animal lacessitū frequenter calcitrando lapides mis- sosi retorquet in iaculantes tanto impetu, ut pectora insequentium penetrent, aut ca- put fractis ossibus displodant. Vnde & in- strumento bellico nomen inditum, auctor Ammianus lib. 23.

Carpes citius aliquis, quam imitabitur.

Μακρῆς τὸς τις μᾶλλον ἢ μιμῆσται. id est, Reprædet aliquis citius, atq; imitabitur.

A a

Senarius

Senarius hic Apollodori pictoris operibus inscribi consuevit, qui primus umbrarum imitationem inuenit. Refertur ad hunc modum, μιμήσεται. τις εἰς σὸν ἰμῆσεται. Arte dicitur de re quapiam artis absolutæ, atq; inimitabili. Porro res egregias multo procliuus est carpere, quàm æmulari. Ceterum est elegiās προσωπομασίχ in duabus uocibus Grecanicis μιμήσεται, & μιμήσεται, quæ cum sono minime distent, tamen res declarant logediuerfissimas. Huc adlusit Pl. lib. 37. c. 11. Imitati multi, æquauit nemo. Theognis in eandem sententiam :

Μιμῶται δὲ με πολλοὶ ὁμῶς κακοὶ ἢ δὲ καὶ ἰδοί.

Μιμῶσαι δ' εἰς τὰς ἀσσοῖν δ' ἔσονται. i. Carpunt me plures docti indoctique imitari.

Nos indoctorum de grege nemo ualet.

*In foribus adesse.*

Περὶ τὰς θυρεῖς, id est, In foribus adesse, dicitur allegoria prouerbiali, quod instat, ἰαῖψ in proximo est. Mutarch. Ἰνυρεῖς τῶν θυρεῖς οἷσθ, id est, Cum febris in foribus adest.

*Alia Lacon, alia asinus illius portat.*

Ἀλλὰ μὲν λάκων λέγει, ἄλλα δὲ λάκων ὄνθ φέρει, id est, Alia quidem Lacon dicit, alia Laconis asinus portat. Effertur apud quosdā & ad hunc modum paræmia : ἄλλα μὲν λάκων, ἄλλα δὲ λάκων ὄνθ φέρει, id est, Alia Leucon, alia Leuconis asinus portat. In eos dicebatur quorū oratio dissentiret à factis. Natum aiunt ab huiusmodi quodam euenitu. Agricola quispiā nomine Leucō, solitus est vires melle plenos storeis obuoluere. Rogatus autem ab exactoribus vestigaliū, quid nam portaret, ordeum se portare respondebat, videlicet quo minus pecuniæ perfolueret. Sed cum euenisset aliquando, vel lapsus in terram asinus onus effudisset, accurrerunt exactores, in reponendis sarcinis auxilio futuri. Verum ubi interim cognouissent, mel in vtribus esse, non ordeū, Leuconem obtorto collo abduxerunt, tanquæ qui se debito vestigali fraudasser. Atq; illud ridentes addiderunt, alia Leucon, alia portat asinus. Nam in nōnullis codicibus, dicit, non additur, atque ita nostra sententia dictum festiuus redditur. Ea vox postea versa est in adagionem. Refertur à Zenodoro, & à Diogeniano.

*Corpore effugere.*

CORPORE effugere, est periculum iam imminens, ac pæne præmens, arte quadam declinare. Triāslatum à gladiatoribus, ἰσθῦ modico corporis flexu fallentibus. M. Tullius in Catilinam inuectione prima: Quot ego tuas petitiones ita coniecitas, vt vitari posse non viderentur, parua quadam declinatione, & vt aiunt, corpore effugi. Hactenus Cicero. Itaque quoties aliquem discrimine quam minimo à periculo abfuisse significabimus, corpore declinatum malum dicemus. Minus enim periclitantur, qui mœnibus, aut alio quopiam obiectu defenduntur: verum qui nudi telis obiecti, nihil habent quo se tueantur, nisi commodo corporis deflexu, ii demum in extremo periculo versari videntur. Pæne diuersa figura dixit Catullus :

Cōtra nos tela ista tua euitamus amictu. id est, Facile depellimus, non secus, quàm muscarum insultus.

*De alieno ludis corio.*

DE alieno corio ludere, prouerbio dicitur, qui securius agunt, sed alieno periculo. Sumpta allegoria vel à coriariis, vel ab Apologo quopiam, vel à seruis, qui si quid peccatum sit, tergo dant pœnas. Apuleius in Asino aureo lib 7. Quod si quo modo ceteri latrones periclerint, non rursus recurre ad asinum, & rursus exitiū mihi parabis. Reuera ludis de alieno corio. Verba sunt asini, puellam accusantis, quod cum prius illius culpa fuisset in discrimen additus in fuga, nūc denuo comittat, vt sit rursus fugiendum, id quæ suo potissimum periculo. Adlusum est autem ad asini coriū, quod mortuis detrahitur. Est simile quiddam & apud Plautum. De meo tergo degitur corium, id est, res meo sit periculo. Neque dissimile quod refert Festus, pro scapulis, id est, pro periculo plagarum. Non admodum ablutit ab hac forma, quod Seneca iocatur in Declamationibus: Cicero patre de corio Cestii satisfacit. Nā is Cestius erat ex eorum numero, qui contemnebant Ciceronis ingenium, hic cum forte accūberet in eodem cōuiuio cum Cicerone M. Tullii filio, qui tum Asiam obtinebat, & submonete quopiam è famulis, cognitum esset eum esse Cestium, cuius iudicio nihil scire

sciret M. Tullius illico sublatus è conuiuio, iussus est flagris cædi. Circumfertur apud nostratum vulgus non abfimile huic prouerbium, Ex alieno tergere lata secari lora. Quo quidem significant vnum quæque minus esse parum in alieno quam in suo. Tertullianus in libello De pallio, secus aliquanto vsurpauit: Hoc soli Chamæleonti datum, quod vulgo dictum est, de suo torio ludere. Sentit Chamæleontem pro suo arbitrio vertere colorem cutis.

*In herba esse.*

Vat spem immaturam indicamus, a longius adhuc abesse vt consequaris, in herba esse dicimus. Supra metaphora à segetibus, teneris adhuc & herbescensibus, de quibus nihil adhuc certi sibi possit agricola polliceri, propterea quod plurimi casus solent incidere, qui non sinant cultorem optato potiri. Verum vbi iam demessam segetem in horrea conuexit tum demum vtcuturum est bene sperare. Ouidius in epistola Helenæ ad Paridem:

Sed nimium properas, & adhuc tua melis in herba est,

Hæc mora sit voto forsan amica tuo.

*Persius in satyra sexta,*

Æmole, quid metuis? occa, & seges altera in herba est.

Cornelius Tacitus in dialogo De oratoribus, in herba dixit, pro eo quod est, momentaneum, moxque periturum, quia ante tempus decerptum. Agit illic de plausu qui datur poetis recitantibus sua carmina. Omnis, inquit, illa laus in tra vnum aut alterum diem, velut in herba vel flore præcepta ad nullam certam & solidam peruenit frugem, nec aut amicitiam inde refert, aut clientelam, aut mansurum in animo cuiusquam beneficium, sed clamorem vagum & voces inanes & gaudium voluere.

*In alieno foro litigare.*

PROVERBIUM respicit hæc quoque figura: In alieno foro litigare, pro eo quod est, in re noua, cuique nondum assueueris versari. Habent enim diuersas litem formulas, variasque tractandarum causarum rationes, quarum qui rudis sit, is tanquam hospes in peregrina regione multa desideret necesse est. Martialis in præfatione libri duodecimi, Accipe ergo rationem, in

qua hoc maximum & primum est, quod ciuitatis aures quibus assueueram, quaero, & videor mihi in alieno foro litigare.

*In seditione, vel Androclides belli ducem agit.*

Εν δὲ διχοκασίῃ καὶ ἀνδροκλίδος πολέμηται. i. Seditione orta dux est etiã Androclides. Carmè Heroicum prouerbio celebratum, in homines cõtemp̃tos & humiles, qui per occasionem aliquam incidentem, dignitatem sortiuntur. Quemadmodum in rerum eumulto nõnunquam infimi quidam pro tempore regnant. Refertur à Suida, Diogeniano, atque item à Plutarcho in vita Nicæ, & apud eundem in commentario, πρὸ φιλακῆλαίως. Effertur etiam ad hunc modum:

Εν ἡ διχοκασίῃ καὶ πάγκαλῳ ἔμμορι τιμῆς. i.

Rebus turbatis vel pessim<sup>o</sup> est in honore.

Citat idem in comparatione Lyfandri & Syllæ, nisi quod illic Aldina editio mendozè habet: πάγκαλῳ pro πάγκαλῳ. Rursus effertur hoc pacto:

Εν γὰρ ἀμυχῆσιν καὶ κερῶσιν ἔμμορι τιμῆς. i.

Fert rebus desperatis & cancer honorem.

Ad hanc sententiam pertinet & illud Græcis prouerbii vice celebratum:

Καρεῖ τυχῶν γὰρ πτωχὸς ἰχθυεὶ μέγα. id est,

Mendicus etiam plurimum in loco p̃or.

*Inser indoctos etiam Corydus sonat.*

Εν ἀμύσοις καὶ κέρωσιν φέγγεται, id est, Inter amulos etiam Corydus sonat. Quadrabit in quosdam, qui apud idiotas audet sese velut eruditos venditare, inter doctos alioqui prorsus elingues, id quod citra metaphoram eleganter extulit Euripides in Hippolyto coronato:

Οἱ γὰρ ἐν σοφίῃ

Φύλαξι, πρὸς ὄχλῳ μεσηκίταισι λίσσονται. id est,

Apud eruditos, qui nihil valent, apud

plebem imperitam præminent facidia.

Corydus vilissimum auiculæ genus, minimeque canorum, strepit tamen vtcuturque inter aues mutas, apud lusciniam canens ferri nequaquam posset. Huc adscribendum arbitramur, quod, vt refert Athenæus libro sexto, non illepide dixit Philoxenus parasitus, cognomento Pternocopis, in alterum parasitum nomine Corydum, cuius enim incidisset sermo quod turdi magno

emeretur, presente Corydo, de quo rumor erat obsecrari obsequii. At ego, inquit, memini Corydum obolo fuisse aestimatum . Parasitis autem solent indi nomina ceterum prus. Quamquam hic Corydus narratur in dictis fuisse lepidus . Corydum autem minime canorum esse testatur & Græcum epigramma, licet ἄδιδον,

Εἰ κίχνη θύναται κόρυδος περαπλίσιον ἄδιν,  
Τολμᾷεν δ' ἔρῃσι σκάπεις ἀνδρῶν ἴσιν,

Εἰ κόρυξ τέτιγθ' ἔρῃ λιγυρώτερος εἶναι,

Τσα ποίειν καὶ ἐγὼ παλλὰ δ' ἴω θάωμαι. id est,

Si corydus cygnum queat æquiparare canendo,

Noctua concertet si philomela tibi,

Coccyx si iactet se voce anteire cicadam,

Tunc ego Palladio par potero esse meo,

Quævis terra patria.

Πάσῃ γῆ πατρῆς, id est.

Quævis terra patria.

Hemistichium est oraculum, quondam redditi Melco Pelasgo, de victoria consulenti, cuius meminit & Mnaseas, teste Zenodoto, & Dionysius Chalcidensis. Admonet adagium, virum sapientem ac bonum, ubicunque gentium vixerit, felicem esse. Vnde & Socrates interrogatus, cuiatis esset, κοσμίην, id est, mûdanum se esse respondit. Idem innuit Aristophanes in Pluto cum ait:

Πατρῆς γὰρ ἐστὶ παῖς' ἴν' ἀν' πράτῃ τις δὲ. i.

Illic enim patria est, ubi tibi sit bene.

Dicuntur hæc à Mercurio, cupiente vel celo relicto, in Chremyli iâ diuitis adscisci familiam. Usque adeo credebat ibi demum esse patriam homini, ubicunque feliciter ageret: illic exilium, ubi parum commode viueret. Fertur hic quoque versiculus prouerbialis:

Τὸς γὰρ καλῶς πρόσσασσι πᾶσα γῆ πατρῆς. id est,

Solum omne patria prospere quicunque agit.

Cicero Tusculanarum questionum libro quinto, significat esse dictum Teucri ex tragedia quampiam. Itaque ad omnem rationem, Teucri vox accommodari potest: patra est, ubicunque est bene.

Odiū Vatiniānum.

ODIUM vatiniānum, pro capitali, ac vehementer acerbo. Vatinius, in quem acerimè M. Tullius inuectus est, in tantum odium populi Romani peruenerat, iâ dete-

dis illius flagitiis, vt in prouerbio celerit, odium Vatiniānum Catullus:

- Munere isto .

- Odissem te odio Vatiniāno.

Odiū nouercale.

CONSIMILI figura legimus, odiū nouercale, propterea quod nouercis omnibus innatum sit fatale quoddam & irreconciliabile odium in priuignos, id quod eleganter indicat epigramma Græcū, quod huius grauius adscribere. Fertur autem titulo Callimachi, nec illo quidem indignum auctore:

Στίλβην μητρὸς μὲν λιγόν ἔσεφε κῆρ

Ἄς βίον ἠλλάξου, καὶ τῆς ποιοῦσάνθ.

Ἡ δὲ τάφῳ κλιθεῖσα κατεκτανε παῖδα πύσθα.

Φύγιτε μητρὸς καὶ τὰς ἀγοῖ πρόγονοι.

Quorum carminum elegantiā cum haud nesciremus nos nō assecuturos, tamen quā-

possent intelligi, ut conque vertimus,

Exiguū lapidi puer addit ferta nouerca,

Mutasse vt vitam, sic ratus ingenium .

At puerum extinguit tumulo hæc illa plā-

nouerca .

Priuigni exanimem vel tumulū fugite .

Euripides in Alceste:

Ἐχθρὰ γὰρ ἐπέσσα μητρὰ τέκνοις

Τοῖς πρὸς δ' ἐχθρὸς ἔστιν ἡ ποῖ ἔρα.

Hostis nouerca est ante natis liberis,

Nihilogue mitior nocente vepira .

Perdidisti vinum infusa aqua.

Απώλεσας τὸν οἶνον ἐπιχρᾶς ὕδωρ .

Vini liquorem perdidisti infusa aqua .

Verba sunt Polyphemi ex tragedia Aristiis cui titulus: Cyclops, teste Chamæcōnte in

Satyris. Sic enim increpat Vlyssē vinum

aqua temperantem. Antiquitus merum bi-

bebant, nō sine noxa, donec Staphilius Si-

xtheni filius, ostēdidisset vinum aqua diluere.

Nam huius hoc inuentum, teste Plinio li-

bro 7. Diceretur in eos, qui in initio quædā

recte faciunt: deinde quamuis leui de caus-

sa, benefacta malefactis subuertunt. Vlpia-

nus apud Athenzum in eum, qui βελλί-

χρον dixerat pro κομᾶχρον, id est, barbare,

Σὺ δὲ ἡμῖν ἐκ γῆς συμβέβησ ὄνομα περιπέμθ' .

ἀπώλεσας τὸν οἶνον, ἐπιχρᾶς ὕδωρ. id est, Tu

vero nobis ex terra subulca vocabulū mer-

catus, perdidisti vinum infusa aqua .

Cyclops enim vt barbarus ac temulentus (Ca-

lem inducit etiam Homerus) sic existeret

γινῆ aqua corrumpi, cum ē diuerso sapient-

tum iudicio reddatur melius ac salubrius. Unde & Plato admonet, ut Bacchum temulentum deum Nymphis sobriis deabus temperemus. Idem docet epigramma Græcum Meleagri, id est huiusmodi:

Αἰ νύμφαι τὸν Βακχόν, ὃτ' ἐκ πύργου ἄλαβ' ὀκρούς.

Νύμφαι, ὅτι ἔτι φέρει ἀρτυκλιόμενον.

Τῆκεα σὺν νύμφαις βρέμει φίλθ'. ἢ δὲ τινος ἔργου.

Μισοῖσθε, δέξιν πύργε τι καύσμενον. id est, Bacchus ut & Hammis puer exiliisset, in vndis

Tinxerūt Nymphæ sordidū adhuc cinere.

Hinc iunctus Nymphis est Bacchus gratus, at ignem

Ardentem capies, hunc nisi miscueris.

Quantum vinum largius dilutum illud habet noxæ, quod in postero diem grauius dolet caput qui biberit, quam si merū bibisset, Aristoteles id esse putat in causa, quod vinum per se crassius, accessione aque factum subtilius, citius penetrat angustia capitis foramina, meri noxā, cuius adhuc multam vim obtinet, eodem transmittens, præterea concoctū difficilius est.

*Abiecit hastam Rhipsalpis.*

HASTAM abiecit dicitur vtiq; prouerbiali figura, qui causæ suæ dissiluit, abiicit animum, ac desinit contra conari. Cicero pro L. Murena, Vides ne tu illum tristē demissum? Iacet, dissidit, abiecit hastam. Græcis item prouerbiali conuicio dicuntur ἕψαλασσιδες, ignaui ac timidi, quiq; in acie locū deserunt, ac clipeum abiciunt, quo probro notatus est Demosthenes. Lucianus in Ioue Tragedo: Κω δὴ λὸς ἐστὶν ἀπορῆψαω τῶν ἀσπίδα, id est, Ac plane videri scutum abiecturus. Vsq; adeo vero probrosum habebatur antiquitus clipeum abiecit, ut Laedægoniū Archilochum ἐσίνιβις suis iulferunt excedere, quod scripsisset, satius esse clipeum abiecit, quam interire, teste Plutarcho in Arophegmatibus Laonicis. Id Archilochi distichon refertur ab Aristophane in fabula, cui titulus: εἰρηή, estq; huiusmodi:

Ασπίδι μὲν σαίω τις ἀγέλλεται, ἢν παρὰ δάμνω.

Ἐπὸς ἀμώμωτων κάλλιπον δὲ ἐβέλων, id est, Scuto aliquis gaudet Saiozum, ego quod bene pulchrum

Deserui nolens inter opaca rubi.

Interpres admonet, Saio esse Thraciæ populos, aduersus quos bellans Archilochus, fugerit abiecit clipeo. Cuius exemplū postea secutus est Demosthenes, ad dicendum quā pugnandū instructior. Notatur apud Aristophanē & Cleonymus hoc nomine, ut in Vespis: Ἀπίβαλε τῶν ἀσπίδα. i. Abiecit clipeum. Quin & Isocrates in oratione, quā scripsit de Pace, declarat in fames olim habitos, qui vel ordinē deseruissent, vel clipeū abiecessent. Idē indicat Aeschines aduersus Timarchū, quod qui non fuisset in bello, aut qui hastā abiecesset, ei nō licebat in concione quicquā agere. Postremo Aristoteles lib. Moralium 5. inter ea quæ lex vetat, cōmemorat τὸ μὴ λιπῆν τῶν τάξιν, μηδὲ ψεύθεν, μηδὲ ῥίπτειν τὰ ὄπλα. i. noui deserere ordinē, nō fugere, non abicere arma. Et aliquanto post, agens de iniustis, qui tamē πλοῦνκτω dici non possunt, quod nihil capiant inde lucri, exempli loco ponit τὰς ἐψαλαστας ἀσπίδας διαδελίας, id est, qui ob metum & ignauiam clipeos abiecerunt. Tale quiddam, opinamur, subindicat Horatius in Lyricis, cum ait:

Tecum Philippos & celerem fugam

Sens, relicta non bene patmula.

Qu. Curtius lib. 3. Tum ceteri dissipantur metu, & qua cuiq; patebat ad fugā via, erumpunt, arma iacentes quæ paullo ante ad tutelam corporum sumpteraut: adeo pauor ēt auxilia formidabat. Est aliquoties apud Iul. Cæsarem, abiectis armis. Sed quōlongius receditur à simplici sermōne, hoc maior est adagii gratiā: veluti si quis cum qui non reluctatur turpia suggerenti demoni, sed statim obsequitur, appeller Rhipsalpidem. Huius prouerbii facta nobis est antea mentio.

*Mentimur multa cantores.*

Πολλὰ δὲ ψεύδονται ποιοί, id est, Multa mentiuntur cantores. In eos quadrabit, qui ad gratiam loquuntur, & auribus blandiuntur. Iude ductum, quod cātōres hoc modo spectantes, ut delectent ac placeant, plerāq; canunt in laudem auditorum falsā. Nihil. n. veritate grauius, nihil assentatione suauior. Aristoteles libro τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ primo, ἀλλὰ κατὰ τῶν περιμίον, πολλὰ δὲ ψεύδονται ποιοί, id est, Sed iuxta prouerbium, Multa mentiuntur poetæ. Est autē, nisi nos fallit memoria, hemistichium Homericum;



de citharædis solitis in conuiuio canere. At hoc dictum quosdã vsque adeo monet, vt prorsus ab omnibus omnium poetarum scriptis abstineant, non minima portione eruditionis.

*Accissare.*

**Ακκίζων**, id est, Accissare, Græco prouerbio dicebantur, qui cum maximè cuperent accipere quippiam, tamen sicte recubabant: qui mos hodie quoque multis durat. Scribunt Acco mulierem fuisse quãpiam notæ stultitiz, quæ solita sit ad speculum cum imagine sua, perinde atque cum alia muliere confabulari, vt hinc vulgo, quæ stultius aut inepius aliquid agerent, accissare dicerentur, & Accus nomine compellarentur. Apparet illud etiam moribus huius mulieris adfuisse, vt recusaret, quæ tamen cupiebat, vnde & Accissus fista huiusmodi recusatio dicatur. M. Tull. ad Atticum lib. Epistolarum secundo: Hoc opinor, certi sumus perisse omnia: quid enim *ἀκουζόμεθα* τὰ δῖα, id est, quid dissimulamus? Lucianus in libello De mercede seruiuentibus, *Ὁ δὲ ἀκκίζων*, *ἀπαρὲ παρὰ σὲ δ' ἐγὼ*, i. At ille accissans: Aufert, inquit, ego ne abs te? Idem in Amoribus. *Πάντα δὴ περιελάττει ακκίζων*, id est, Omni sublato accissio, id est, tergiversatione, Rursus in eodem sermone, *Πολὺς δὲ ὁ μὲν τῶν ἀνδρῶν ἀκκίζων*, id est, Multus quæ viris adest accissus. Item: Philemon apud Athenæum lib. 13. *Ὁν κίς ἔδει ἄς ἀκκίζων*, *ἔδει λήρῃ*, id est, Nec vllus est Accissans, aut nugatio. Plutarchus indicat, Acco & Alphito mulieres fuisse, per quas sceminae deterrent pueros? peccando. Vsurpat hanc vocem & Plato in Gorgia: *Ἀλλὰ κίς ἢ ὠ καλλικίς*,

*Scytha accissans asinum.*

**Ακκίζων** *σπίθης τὸν ὄνον*, i. Accissans Scytha asinum. Aduersus eos qui verbis auersantur, quod se cupiunt. Id ad huiusmodi fabulam referunt: Quidam conspecto asini eadauer, Scythæ cuidam, qui forte aderat, dixit, En quod cenes. Ille primum aspernatus atque abominatus, postea tamen apparuit, cenauitque. Ita sermo Suidas & Zenodotus. Helychius secus effert, *σπίθης ὄνον δάπνα*, id est, Scythæ asinum conuiuium, vt subaudias, repperit, si tamen hic locus apud Helychium mendo vacat. Nam mu-

tilum esse constat, & sortassis *ἑνὸν* dictum est pro vtili, sic tamen vt adlusum sit ad asinum.

*Aut quinque bibe, aut tres, aut ne quattuor.*

**ΑΘΗΝΑΕΥΣ** libro decimo de bibacitate disputans, scribit adagium huiusmodi vulgo fuisse celebratum, *ἢ πέντε πίνας, ἢ τρεῖς, ἢ μὴ τέσσαρες*, id est, Aut quinque bibe, aut tres, aut ne quattuor. Prescribit modum diluendi vini. Hæc autem temperatura maxime placebat antiquis, vt quinq; vini cyathis duo adderetur aquæ, aut duobus vnus. Huius rei testem citat Ionem poetam, qui *ἔπιπλερι*, vatem quendam Palamedii prædixisse Græcos nauigaturos, qui tres Cyathos ad vnum biberet. Item Nicocharem in Amygdone, *Χαίρει πέντε ἢ δύο*, id est, Salue quinque & duobus. Præterea Amypsiam, *ἔγω δὲ δίδοντο πᾶσιν ὅμιον ἐμὶ πέντε καὶ δύο*, id est, Ego autem Bacchus omnibus vobis quinque & duo. Verum hæc de re copiosius alibi quanto Plutarchus, *τοῦ συμποσιακῶν*, De caude tertia, testans coniuualibus canuiculis celebratum fuisse, *ἢ πέντε πίνας, ἢ τρεῖς, ἢ μὴ τέσσαρες*, ne quis temere Plauti verba commutet, nam apud hunc quoq; referuntur. Atque in hæc rem iocatur Ariston, quem admodum in musica Hemiolii proportio symphoniam reddidit diapente, dupla symphoniam efficit, quæ dicitur Diatessaron, at eam quæ vocatur Diatessaron, symphoniam esse præter ceteras hebotem, & obscuram, & epitritio constare. Itidem & in bibendi harmoniis tres esse symphonias vini ad aquam, Diapente, *δὲ τρεῖς*, & Diatessaron. Nam Diapente symphoniam ex Hemiolio constitui, si tres aquæ Cyathi duobus vini cyathis admiscantur. Quod si duobus admiscas duos, dupli proportionē existere: Diatessaron harmonia fore, si vni vini cyatho tres aquæ cyathos addideris, atq; hic esse epitritum, quæ proportia pertineat ad tres magistratus in Prytanea sapientes ac sobrios, aut ad dialecticos, cū adductis superciliis de suis anxiis argutis disputant. Nam si duos vni admiscas, tonū nasci maxime turbulentum, & vt appellat ipse, *ἀκροβάρακι*, Chordas mouentem non mouendas mentium. Propterea quod per hūc nec omnino sobrios esse licet, nec stultitiam mero immergere. Quod si duo tribus

bus addideris; harmoniam existere omnium maxime musicam, ut quæ somnos inuitet, tranquillitatem ac summam quietem inducat. His ita per iocum dictis, adiecit Plutarchi pater, priscos Ioui duas addidisse nutrice, Iten & Adrastiam, Iunoni vnam, nempe Euboeam: Apollini duas, Alerthiam & Corythalam: Baccho vero plures, quod hunc deum oporteat, pluribus nympharum mensuris mansuesactum ac domitum, moderatorem ac mitiorem reddere. Significat autem, vinum multa aqua diluendum. Meminit huius adagii Plautus in Stichio, seruos compositas inducens: Sed interim Stratege noster, cui hic cessat cantharus? Vide quot cyathos hos bibimus. Tot quot digiti sunt tibi in manu. Cantio est Græca:

Καὶ πίνε πίε, καὶ τρεῖς πίε, μὴ τέτταρα.

Quamquam hic Plauti iocus non caret suspicione mendii. Quod autem prohibet Græca cantio, ne quattuor biberet, ad veterum superstitionem pertinet, qua creditum est, impares numeros ad omnia efficaciores esse, id quod Plinius intelligi putat in febribus dierum obseruatione. Porro de quaternione vitato in poculis, idem libro 28. c. 6. scribe ad hunc modum: Numerum quoque quaternarium Democritus condito volumine, & quare quaterni cyathi, sextarii vel non essent potandi. Huc nimirum adlusit Horat. lib. Odatum 3.

- Da lunę prope re nouę,
- Da noctis medię, da puer auguris
- Murenę. tribus aut nouem,
- Miscentur cyathis pocula commodis.
- Qui Musas amat impares,
- Ternos ter cyathos attonitus petet
- Vates. tres prohibet supra,
- Rixarum metuens tangere gratia,
- Nudis iuncta fororibus.
- Item Aulonium,
- Ter bibe, vel toties ternos, sic mystica lex ę.
- Id est, Aut tres cyathos, ad numerum
- Gratiarum: aut nouem, ad numerum
- Mularum.

*Siciliu mare.*

Σικελος θάλασσαν, id est, Siculus mare subaudi prospectat. De his qui denuo sollicitantur ad subeundum periculum. Natum autem a Siculo quodam, qui cum ficos nauis portans naufragium fecisset, ac deinde sedens in littore, mare placidum ac tranquillum

videret, velut inuitans ad iterandum nauigationem, dixisse fertur: Οἱ δ' ὁ θεός, σὺ καὶ θέλας, id est, Noui quid velis, ficos vis. Recensetur ab omnibus serme prouerbiis Græcorum collectoribus.

*Ficum cupis.*

Σῦνον αἰτῆ, id est, Ficum petit. In eum dicebatur, qui commoditatis alicuius gratia blandiebatur. Inde natum tradunt quod olim Athenienses agricolis blandiri oleam, ut ab illis ficos præcoquos acciperent, bene ominantes ac præcantes, ut in annu sequentem sici felicitate pronerent. Rustici vero posteaquam senserunt ciuium blandiloquentiam eo spectare, ut ficos acciperent, in prouerbiu verterunt, ut commodi spe adulantes, ficos petere dicerent. Aristophanes in Vespis:

Σὺ δὲ νῦν σὺνδ μ' αἰτῆς. id est, Tu vero nunc ficos a me petis.

*Longum valere iussit.*

Μακρὸν χεῖρην φέρσας τὰς ἐν τῶνθα τιμῶς, id est, Honoribus qui hic sunt, longium valere iussit. Ea figura quoties ad rem, non ad hominem refertur, haud dubie prouerbialis est. Rem igitur a qua nos abdicamus, ei renunciare dicimur, ac longum valere iubere. Sumpta metaphora ab iis qui discedunt diuitibus absuturi, seu nunquam redituri. Est sepulcra apud Lucianum, & item apud alios. M. Tull. in epist. ad Atti lib. 8. At ille πολλὰ χεῖρην τῶ καλῶ dicens, contulit se Brundisium. Incertum verum de philosopho quoriam loquatur, qui cum solitum esset multa præclara de honesto loqui, quod in ipso sicum esset, postea veluti renitens philosophię, sibi consuluerit: au de Pompeio, qui Cæsarē fugit in Græciam, incolumitatis rationem habens potius quam dignitatis. Item Hippolytus apud Euripidem:

Τὴν σὴν δὲ κίπρην πολλὰ ἔγα χεῖρην λέγω. i. Veneri tux multum valere renuncio.

Vt suprat Lucianus in Ioue Tragœdo. Idem in Apologia ὑπὲρ τῶ ἐν τῷ προσκορηθῆσαι πτώματι, interpretatur prouerbiu his quidem verbis, τὸ γὰρ μακρὸν χεῖρην, τὸ μὲν τῷ φρονητῆρι δ' αὖτις. id est, Hoc dictum longium valere, declarat nobis non amplius curę futurum. M. Tul. Epistolarum familiarium libro 15. pro μακρὸν χεῖρην dixit, nuntium

remittere: Virtuti, inquit, nuntium remisisti, delinitus illecebris voluptatis. Eadem forma dicimur repudiare, aut renunciare, aut nuntium mittere iis que sperata relinquimus, metaphora sumpta à soleiui more diuortii. Quo qui diuertebat, dicere solet, tua tibi habe. Sic enim Gaius libro vi cesimo quarto, titulo secundo de diuortiiis & repudiis, capite: Diuortium. In repudiis autem, id est, in renunciationibus comprobata sunt hæc verba, Tuas res tibi habeto: Item hæc verba, tuas res tibi agito. His igitur verbis peragebatur diuortium in matrimonio. In sponsalibus autem, inquit, discutendis, placuit renunciationem interuenire oportere, in qua re hæc verba probata sunt: Conditione tua non utar. Ita Alcmena apud Plautum, Valeas, tibi habeo res tuas, reddas meas. Huc adludens Cicero in Antonium, Frugi factus est, inquit, illam suas res sibi habere iussit. Apud inreconsultos frequens est nuntium mittere, quod fit pariter in matrimonii atque in sponsalibus, licet diuersa verborum formula, quemadmodum diximus. De rebus animi fiet iucundius, veluti si quis dicitur ab aulica vita alio ve studio recedere, de eo sic loquamur, Aulam suas sibi res habere iussit, Philologiz suas res sibi habere iussit.

*Ficus ficus, ligonem ligonem vocat.*

Τὰ σῆκα σῆκα, τὴν σκάφη σκάφη λέγουσι. i.  
Ficusque ficus, ac ligonem nominans  
Ligonem.

Senarius è comædiis Aristophanis in adagionem traductus. Quadrat in eum, qui simpliciter & rusticana utens veritate, rem, vt est, narrat, nullis verborum ambagibus ac phaleris obuolucens. Sunt enim apud Rhetores figuræ quædam, quibus fit, vt turpia honestè aspera molliter, supba modestè, mordacia blande dicantur. At qui crassiore sunt Minerua, rudius ac planius eloquantur, suo quidque nomine signantes. Lucianus in Ioue tragerdo: *Εγὼ γὰρ ἄς ὁ κωμικός εἶμι, ἀγροικός εἶμι, τὴν σκάφη σκάφη λέγω*, id est, Nam ego, quemadmodum ait Comicus, rusticanus sum, & ligonem ligonem appello. Rursum in præceptis historiz conscribendæ, vult scriptorem liberum & incorruptum esse, qui rem, vt est gesta, narrans, ficus ficus appeller, ligonem ligonem. Inuenitur ad hunc quoque modum: Τὰ

σῆκα σῆκα λέγω, καὶ τὴν κάρδαπον κάρδαπον.  
i. Ficus ficus voco, panarium, panarium.  
Aristophanes in Nebulis,

Οὐκ εἰ ἀποδοῖν εἶδ' ὀβολὸν ἂν εἶδει,

Ὅς τις κάρδαπον, κάρδαπον τὴν κάρδαπον. i.  
Ego nec obolum cuiquam persolverim.

Qui cardopum, tantum vocarit cardopam.

Cardopus arca panaria. Ceterum poeta facit Socratem nugantem, qui contendat, non esse dicendum κάρδαπον, quemadmodum dicebat Cleonymus, sed κάρδαπον, ὡς ἀρεκλάς, inquit, τὴν ὠστέων.

*Domesticus testis.*

Οἰκοῦν δὲ μάργος. id est, Domesticus testis.

Vbi quis ipse sese laudat, quasi domi testis habeat, non aliunde adductum. Huic autem testium generi quam minima fides haberi solet, ac legibus ceu suspecti reiciuntur. Paulus Pandectarum lib. 2. titulo de testibus, cap. penultimo: Testes quos accusator de domo produxerit, interrogari non placuit. Rursus Codic. lib. 4. eodem titulo. Etiam iure ciuili, domesticus testimonii fides improbatur. Lucianus in Ioue tragerdo, *Εὐγε, οἰκοῦν δὲ μάργος φασί, i.* Euge, domo adductus testis, vt dici solet. Huc adulescens videtur Seneca ad Lucillum, cum scribit in hunc modum, *Exspecta me pusillum, & de domo fiet remuneratio: nisi quis maluit illic dono legere.* Sunt Græci scriptores, qui dicunt hoc adagium conuenire in eos qui prius mentiti, postea verum consentunt: veluti adacti conscientia, quæ pectoris testis est. Sic Plutar. *τὴν οἰκοῦν κείσιν* vocat, animi iudicium, quod non corrumpitur. Nec hunc multum abhorret quod est apud M. Tull. De oratore libro 2. Tertium vero illud, clamare contra quam deceat, & quam possit, hominis est, vt tu Cæcile de quodam clamatore dixisti, stultitiz suæ quam plurimos testes domesticis præconio colligentis. Domesticum præconium appellauit, quod ipsa suam stultitiam traduceret. Idem in eius libri principio: Quos tum vt pueri refutare domesticis testibus, patre & C. Aculeone propinquo nostro & L. Cicerone patruo solebamus. Hic simpliciter domesticos testes appellat, propinqua cognatione iunctos. Nihil autem magis domesticum esse potest quam sua cuique conscientia. Idem M. Tul. Cicero li. Epist. fami. 2. ad Celsum, cuius initium  
Raras

Raras tuas. Mea vero officia ei non defuif. fe tu es tellis, quoniam οὐρανὸς δὲ μαρτυρῶν, vt opinor accidit Phania. Nam ita legendum fufpicamur; ita metfi nonnulli lacunam expleuerant his vocibus κωμικὸς μαρτυρῶν, nifi forte pro κωμικὸς magis placet, οἰκικὸς. Idē in oratione pro L. Flacco, Neq; in toto Aemonefium testimonio, fiue hic confictum est vt apparet, fiue miffum domo est, vt dicitur, commouebor. Terentius: Ego hanc domi coniecturam facio.

*Bæoticum ingenium.*

**Βοεοτιί** apud antiquos malè audiētū vulgo, stoliditatis nomine, quemadmodū fuperius ostenfum est. Vnde quidquid infulfum effer ac stultum, id Bæoticum dicebant. Lucianus in Ioue tragædo, ἄγροικον τὸ τοῦ εἰρηκῆος καὶ δεινῶς βοιωτικόν, id est, Itud quod dixisti profus agreste est, & vehemēt Bæoticum. Inuenitur & βοιωτικὸς γῆρας, id est, Bæoticum ingentiū, pro ftupido ac ftolido. Horatius in Epistolis:

Bæorum in crasso iurares aere natum.  
Plutarchus ipse Bæotus cum aliis aliquot locis, tum in commētario de carnium eſu, ſcribit ab Atticis notatos Bæotos, tāquam brutos & ftupidos, ac pingues: idq; propter edacitatem, quemadmodum alibi meminimus, quod ea gens magis ftuduit exercendis corporibus, quam animis excolehdis. Vnde teſte Stephano, quidam putauerunt nomen regioni iudicatum. Idem citat Ephorum, qui ſcripſerit Athenienſes rei nauticæ fuiſſe ſtudioſos. Theſſalos equeſtris, Bæotos corporum exercitamentis, Cyrenzos curribus valuiſſe, Lacedæmonios circa leges fuiſſe diligentes.

*Bæotica cantilena.*

**Βοιωτικὸν νόμον**, id est, Bæotica cantio dicebatur, ſi quibus rerum initia trāquilla, ac proſpera fuiſſent, poſteriora turbulenta ac triſtia. Vnde Sophocles ſcripſit:

Ὁτ' ἀντίς ἄσκητόν βοιωτικόν νόμον. id est,

Vbi quis cecinerit cantionem Bæoticā.

Natum ex hiſtoria, nam Bæotii primum liberam ac pacatam agebant vitam, deinde mortuo Laio in varias calamitates incidunt, vt illorū cantilena à læto initio in luctū deſiſſe videatur. Citatur à Zenodoto. Ariſtophanes in Acharnēſibus vſurpare videtur pro cantione rudi atq; indocta:

Δειθεῖθ' ἀγαλὸ' ἀτρίμων βιωτικόν. id est, Dexitheus intrat, qui cano Bæoticum.

*Bæotica enigmata.*

**Βοιωτικὰ ἀνίγματα**, id est, Bæotica enigmata, dicebantur oblique atq; obſcure dicta, quæ ſine perdifficile percipi poſſent. Sumptum à fabula Sphingis mōſtri Thebani. Ea propoſuit Oedipo enigma huiuſmodi: Τετραπῆς, δίπους, καὶ πάλιν τρίπους, id est, Quadrupes, bipes, ac curſum tripes. Id Oedipus interpretatus est hominem eſſe, qui puer manibus quoq; pedum vice nititur: deinde cōfirmato gradu duobus pedibus ſe ſuſtinet, donec ætas decrepita baculum, ceu certum pedem addat. Exat epigramma Sphingis enigmata complectens ad hunc modum:

Εἰς δίποδον ἐπιγῆς καὶ τρίπαρον, ἢ μίαν φωνὴν καὶ τρίπαρον. ἀλλάσσει δὲ φωνὴν μίαν, ὅσο' ἐπιγῶν.

Ἐρεπτα κινεῖται, ἀνάτ' ἀδίρα καὶ κατὰ πόρον. Ἄλλ' ὁπόταν πλάσσεισιν ἐπιγόμενον ποδῶν.

**Ἐνατάχος γόισιν ἀφανετότον πέλαι αὐτῶν.** i. e.

Est bipes in terris & quadrupes, haud eadem vox

Et tripes. immutat ſpeciem, hoc ex omnibus vnum

Quæcumque in terris reptant, volat æthera circum,

Perq; mare: aſt vbi iam pedibus complūribus auctum

Accelerat grefſum, victis tum maxima membris

Segnitias actorpor adest, minimumq; vigoris.

Hefſodus itaque in ſecundo Georpicō libro, vetulum ac ſenio iam incuruum, tripē dem hominem appellat.

Τότε δὲ τρίποδὸς βροτῶν ἴσσι. id est,

Tunc iam tripēdi mortali ſimiles.

*Bouem in faucibus portat.*

**Βοῦν ἐπιγῆθοις φέρει.** id est,

In faucibus portat bouem.

In edacem olim dicebatur, vt iudicāt Zenodotus & Suidas. Natum vti conuicium, vt à Theagene athleta Thafio, vel à Milonē Crotoniata, quorum alter bouē ſolidū ſolus comedit, teſte Et Græco epigrammatētum auctore Poſidippo apud Athenæum: alter

alter vt narrat apud eundem Theodorus Hieropolites, in Olympiis taurum quadrimum humeris sustulit, ac stadii spatio gestauit, eumque eodem die solus comedit. Cuius rei meminit & Aulus Gellius, in Noctibus Atticis.

*Bæotis vaticinare.*

Βοιωτῶς μὲν ὄντα, id est, Bæotis vaticinare. Abominantis est sermo, perinde vt dicimus: Hostibus ista vaticinaie.

- Capiti cane talia demens

Dardanio. Et:

Hostium vxores, pueriq; cæcos

Sciant motus orientis austri, &

Aequoris nigri. Et,

Hostibus eueniant cõiuiua talia nostris. Aptius autem dicitur in eum, qui tristia vaticinatur, si quando ptecabimur, vt ea in ipsius caput recidant. Zenodotus ab euentu natum scribit, Heraclidem allegans auctorem. Olim, inquit, cum Thebani de belli euentu consulere oraculum, vates que tum Dodonæ responsitabat, ait eos fore vi flores, si quid impie patrassent. Itaque contultorum quidam arreptam Myrtilam, nã id mulieris fatidicæ nomen, in lebetæ aqua calida feruentem, qui forte inibi aderat, iniicit. Sunt qui narrent, Bombum diuinum quandam Thebanis de belli successu sciscitantibus, respondisse futurum, vt quã plurimos vincerent, si prius quempiam de ducibus immolassent. At illos Bombum ipsum interemptum immolasse, atque hinc ortum prouerbum.

*Arietem emittit.*

Ἀριετὸς προβάλλει, id est, Arietem obiiicit. In iuxta pugnaq; cupidum dicebatur. Antiquitus enim bellum suscepturi sæcralem mittebant, qui arietem adductum in hostium fines immitteret: hoc significans pacto ciuitatem & agros illorum hostibus cõpascuos fore. Auctor Diogenianus.

*Argenti fontes.*

Ἀργύριος κρήνη λαλῶσιν, id est, Argenti fontes loquuntur. Hoc adagio notabantur ii qui stolide quidem atque indocte, sed arroganter tamen & confidenter loquerentur, opibus videlicet suis freti. Vulgus enim diuitum dulci, vt ait Horatius, fortuna ebrui, hoc quoque putat suis diuitiis deberi, vt

quidquid dixerint, id protinus velut eruditum omnes suspiciant & approbent. Quod notans Flaccus:

- Mez, inquit, contendere noli,

Sultitiam patiuntur opes. Item alibi,

Et quidquid volet, hoc veluti virtute paratum,

Sperauit magnæ laudi fore.

Huc pertinet & mimus ille neutiquam inuenitus,

Fortuna quem nimium fouet, stultum facit.

Item illud ex Antiphane apud Stobæum:

Ὁ δὲ πλεῖστ' ἡμᾶς καθάπερ ἰατρὸς κακῶς,

Τυφλὸς βλέπωντας περὶ ἀλκῶν πότιτας.

ποῖσι. id est,

Opes enim nos sicuti medicus malus,

Vbi receperint reddunt videntes illico cæcos.

In eandem sententiam Menander in seipsum lugente:

Τυφλὸς ὁ πλεῖστ' ἔσθ', καὶ τυφλὸς ἐμβλέπωντας

εἰς αὐτὸν δ' εἰκνυσθῆναι. id est,

Cæce diuitiaz, atque eos qui se intuentur, cæcos reddunt.

*Rursum illud eiusdem:*

Υπερφρονῶν πρὸς γίγνεται λίαν τρυφή,

Ὅτι πλεῖστis ἐξώκειλε τὸν κυκλιμένον

Εἰς ἕτερον ἢ δ' ἑαυτὸν πρόδωκεν. id est,

Nimis insolens tum redditur lasciuia,

Quoties opes qui possidet, mores repens.

Mutat in alienos pristinis contrarios.

Diximus alias: Fœnum habet in cornu. Felicitatis ceteris esse solet ferocia. Pindarus in Isthmiis hymno tertio: εἰς αἰδοῦσαν ὄντι χάριτας, ἢ σὺν ὄντι φοῖς αἰθέροις, ἢ ὄνειρον πλεῖστ' ἐκατέχει φασὶν ἰσχυρὸν, ἄξι' ὄντο λογίως ἀγαθὰ μίχθαι, id est, Si quis vir fortunatus fuit, vel in gloriosis certaminibus, vel in opulentia obtinet, vtiunt, magnificam satuitatem, dignus qui laudibus ciuium admisceatur. Quadrabit in eos quoque quorum oratio propter opum fiduciam plus satis libera atq; audax videbitur. Nam quemadmodum paupertas timiditatem adfert, itidem opulentia παρρησίαν, id est, loquendi confidentiam adducere solet.

*Terram pro terra.*

Ἐὼν πρὸ γῆς ἐλκόμεθα. Prouerbialis est figura in hominem exulem, erronem, & incertis vagantem sedibus. Aristophanes in Acharnensibus:

Κάν δίκαιον γυν̄ πρό γῆς. id est, Terram ante terram persequi.

Item alibi :

Εγὼ δὲ φεύγων γυν̄ πρό γῆς φοβέμην. i. Solum at ego fugiens præ solo trepidus metu.

Lucianus in Pseudomante, Αλλ' ἔδει γυν̄ πρό γῆς εἰλαύνειν, id est, Sed oportebat ad terram pro terra vehi. Apud Latinos solū vertere dicuntur, qui exilii causa migrant alio. Alciphron in epistolis: Αναστρεφὲς ὁπίπρωτε γυν̄ πρό γῆς φεύγομαι μάλλον, id est, Demigrans quo liber fugiam potius terram terra commutans. M. Tullius in epistolis ad Atticum, lib. 14. Hæc & alia ferre non possum, itaque γυν̄ πρό γῆς cogito: significat scilicet fugiendo cogitare.

Ne ad aures quid, m scalpendas otium est.

ΠΡΟΝΕΡΒΙΑΛΙΣ est hyperbole, cum ne minimum quid otii superesse significamus, dicimus nec tantillum vacui temporis esse, quod ad scalpendas aures sit satis. Lucianus in bis accusato: Οὐδ' ὁ σὸν κνήσαδαι τὸ εἶς φάσι, ἔσθλην ἄγων, id est, Ac ne tantisper otiosus, ut aures, sicut aiunt, scalpere vacet.

Citius in navi cadens à ligno excideris.

Θάπρον ἄντις ἐν πλοίῳ πισῶν διακοιμένοι ἐύλας, id est, Citius alicui in nauigio cadenti lignum defuerit. Hyperbole pronerbialis, qua tantam ubique copiam significamus, ut quocunq; te veritas occurrat quod que-rit. Etenim cum navis ipsa vndique sit lignea, non potest non in lignum incidere, quisquis in ea cadit, Lucianus in bis accusa- to: Ὡς τε κατὰ τὴν περιποίησιν, θάπρον ἄντις ἐν πλοίῳ πισῶν διακοιμένοι ἐύλας, ἢ ἴδ' ἂν ἐπίδη ὁ φθολαμὸς ἀπορήσῃ φιλοσόφου, id est, Itaque iuxta prouerbiū citius fiet, ut in navi lapsus, non incidat in lignum, quam ut quocunq; aspexerit oculus, philosophum desideret. Taxat Lucianus philosophorū tur- bam tantam, ut omnia ubiq; plena videantur, nec liceat effugere.

Episcythiare.

Ἐπισκυθίζεσθαι. Lacedæmoniorum adagio dicitur, pro eo quod est, vinum merum intemperantius bibere. Et Achæus in Aethone Satyrico σκυθέπαι, siue ut in quibusdā exemplaribus legitur, σκυθέσι πᾶν dixit, pro eo

quod est, ἀκρατοπαῖν, hoc est, meracius bibere. Athenæus libro decimo Diphnosophistarum, ex Herodoto & Chamæleonte auctoris refert Cleomenem regem Spartanum cum Scythiam gentem consuetudine, & illocum ἀκρατοποσίαν, id est, meripotationem imitantem in insaniam versum fuisse, quemadmodum interpretantur Spartani. Locus est apud Herodotum lib. 6. cui titulum fecit Erato, addēs hinc natum apud eosdem Spartanos vulgare διῶν, ut si quando velint ζωέστερον πίνειν, hoc est, intemperantius bibere, dicant, ἐπισκυθίωσαν, hoc est, nictium in fundito aquæ, pro eo quod dendum erat, ἐπίφουσαν, id est, in funde aquam. Apud eundem libro vndecimo, Hieronymus Rhodius docet, σκυθέσαι dictum pro μετέσαι, & Athenæus dubitat num à Scythia Scyphus, id est poculi genus, habeat nomē, ut σκυθήσθαι dictum sit quasi σκυθέσθαι. Nam vocem sic immutatam ostēdit apud auctores extare, Quin & illud addit, Lacedæmonius cū sentirent barbaros Asiaticos omnia doctis agere, vice Thumbronis eo legasse Dercyllidā, quod is nihil haberet sinceritatis Laconicę, sed ingenium subdolum ac ferū, existimantes huic nō posse dari verba, quę ob id σκυθέσθαι appellatur Lacedæmonii, quā si σκυθήσθαι. Scythæ autem & Thracę ἀκρατοπόται vocantur, id est, meribibi: vnde plerūque conuiuia illorum sanguinolenta sunt & tumultuosa. Apud eundem Anacreon, ἀκρατοποσίαν, σκυθικὴν πῶσιν appellat, quod Callimachus verbo composito dixit ζωποποσίαν: quemadmodum eleganter apud Athenzum lib. 10. dixit Sophocles:

Τὸ πρὸς βίβλιν πίνειν Ἰσονακὸν πίεικε τῷ δ' ἴψαν βίαν. id est, Cogi ad bibendum non minus graue est malum.

Quam si quis acrem perpeti cogat sitim. Commode delectas licebit ad cuiusuis rei intemperantem & immodicum vsum.

Vinum caret clauo.

ATHENÆVS eodem libro de potationibus differens, huiusmodi prouerbiū eleganter vulgo dici solere scribit, τὸν οἶνον ἄκλειον πίνειν ἄλιον, id est, Vinum non habere clauū, propterea quod ebrietas nihil cōsulat, neq; moderate, vel dicit, vel facit. Obruīt enim ratio, quæ clauī vice sobrios moderatur & gubernat. Huc pertinet Ouidianū illud:

Nox

Nox & amor, vinumque nihil modetabi-  
le suadent.

Illā pudore vacat, Liber Amorq; metu.  
Non illepidem est quod apud Athenzum  
lib. 11. refert Xenophon, apud Perfas suis-  
se vetitum, ne προχοιδας inferrent in con-  
uiuū: id apparet fuisse vasculi genus, quo  
vini ē cratere ministri effunderent in Cya-  
thum: id factum est, ne supra modum bibē-  
tes, & animi & corporis viribus destituerē-  
tur: & addit eum morem adhuc apud illos  
seruari: nec enim inferri prochoidas, sed  
nihil lecius tantum illos bibere. ὡς ἐν τῇ  
τῷ εὐφραίνονται ἐκ φέρωνται, ἐπειδὴ οὐ μὲν ἐστὶ  
δύναται ὁρξέσθαι ἐξίνωσι, id est, pro eo quod  
non inferuntur prochoides, ipsi effertur,  
postea quam non amplius possunt exire sal-  
tantes. Itaque vinolētia nullis minus igno-  
scenda est, quā qui Reipublicæ clauū mo-  
derantur, hoc est, regibus, & magistratibus.  
Nec vinum nec somnus conuenit assidenti-  
bus clauo: sed interdum nōnulli magis in-  
dulgent vino, somnoque.

*Vinum senem etiam vel nolentem,  
salsare compellit.*

Ac rursus ibidem hoc item carmen prouer-  
bio iactatum scribit:

Οἷον ἄνωγε γέροντα καὶ οὐκ ἐθέλοντα χο-  
ρεῖσθαι, id est,

Vina senem, vt nolit, cogunt ductare cho-  
reas.

Admonet nihil esse tam ineptum, neq; tā  
alienum, ad quod non incitet ebrietas. Su-  
biicit & aliud carmen non dissimilis snix:

Οἷον καὶ φρενέας ἐς ἀφελύην ἀναβαί-  
λαι, id est,

Insanire facit sanos quoq; copia vini.

Idem libro quarto Dipnosophistarum ad-  
ducit prouerbiū ex Eripho quodam com-  
mediarum scriptore:

Λογὸν γὰρ ἐστὶ ἀρχαῖον ὁ κακῶς ἔχων.

Οἷον λέγεται τῶς γέροντας ὡς πᾶτες

Γειθῶν χορεῖσθαι θέλοντας. id est,

Recte vetusto dicitur prouerbio,

Quod vina senibus persuadent, ὁ pater,

Vt velint nolint, choreas ductitent.

Huc pertinet illud Platonis lib. de legibus  
primo: Οὐ μόνον ἀρῶς ἔσται ὁ γέρον δὲς πᾶσις γέ-  
ροντι ἂν, ἀλλὰ καὶ ὁ μέθυσθαι. Itaque vt vide-  
tur, non solum senex fuerit his puer, verū  
etiam temulentus. Item Horatius:

Quod me Lucanæ iuuenē cōmēder amicæ.

*Ranis vinum praministrat.*

Βετράχοις οἰοχοῖς, id est, Ranis vini infundis.  
In eum dicebatur qui id ministraret,  
quo nihil esset opus ei, qui exhiberetur: ve-  
luti si quis apud indoctos multa de philoso-  
phia disserat. Ranis enim nihil opus vino,  
aqua palustri magis gaudentibus. Explicat-  
ur adagium à Zenodoro, Suida, Diogenia-  
no. Pherecrates apud Athenzum in Coriā-  
no, Εἰς ἐπὶ κόρακας, βετράχοις οἰοχοῖς σὲ δ᾽ ὅ,  
id est, Abi in malam rem, ranis pocillari to-  
oportuit. obiurgat enim pincernam, quod  
quattuor vini cyathis duos infuderit aque:  
Vndelicet conuicere, prouerbiū in hos  
quoque conuenire, qui vinum immodica  
diluunt aqua, ita vt aquam, non vinum bi-  
bere videantur ranarum ritu.

*Ouo prognatus eodem.*

FORTASSIS simpliciter dictum est ab Ho-  
ratio:

Ouo prognatus eodem.

Quādoquidem ad fabulam respicit Ledy,  
que grauida ex Ioue in cygnum conuerso,  
ouum peperit, vnde gemini prognati Cas-  
tor & Pollux. Id ouum Pausanias in Laco-  
nicis refert, ostendi apud Lacedæmonios su-  
spensum teniis à testudine templi. Verum  
si quis hoc dictum despectat ad iisdem na-  
tos parentibus, aut ab eodem eruditus præ-  
ceptore: aut ita cōsimilibus ingeniis, vt eo-  
dem ouo nati videri possint, nihil que fue-  
rit prouerbiale: veluti si dicas: Vultus, ingē-  
niū, mores, facta, ac profus omnia sic huic  
cum hoc conueniunt, vt iures eodem pro-  
gnatos ouo. Aristoteles libro De generatio-  
ne animalium quinto, ostendit id iuxta na-  
turam fieri, vt ex eodem ouo duo pulli na-  
scantur: & quidem perfecti, si vitelli mem-  
brana dirimantur. Iidem si cohæreant &  
confundantur, scætum edi monstruosum.

*De curru delapsus.*

Εφεμφομένον, id est, De curru delapsus. In ho-  
dicernum quoque vulgo durat adagium, in  
eum qui oblitus propositi alio se trāsferre:  
aut qui in sententiā labascit, vt de curru de-  
lapsus dicatur, quemadmodum ab asino de-  
lapsus. Aristophanes in Rants:

Εφαμφομένον φρήν. id est,

Animus à curru decidens, hoc est, aber-  
rans ab instituto.

Natum





di capitis pilos deradebant. Plato scribit in Alcibiade, quosdā seruiles pilos in animo gestare, indoctos & stupidos significans. Citantur apud Suidam hæc ex auctore quodam: πολλῶν σωήλων μιν αἰσέων ἔδει ταπείων κατέσθαι, ἀλλ' ἔτι τῶν αἰσέων ποδῶν δὲ καὶ χερσὶν ἐπιθετικῶν, id est, Multis collectis viris, neque compositis affectibus, sed qui seruilem, ut aiunt, capillum adhuc pre se ferrent. Plinius libro undecimo, capite trigesimo septimo, tē prodigiosam tradit, homines quosdam hisfuto corde nasci. Pliniana verba sunt hæc: Hirto corde gigni quosdam homines produnt, nec alios fortiores esse industria, sicut Aristomenē Melseium, qui trecentos occidit Lacedæmonios. Ipse conuulneratus & captus, semel per cauernam latomiarum euasit, angustios vulpium aditus secutus: iterum captus fopitis custodibus somno, ad ignem aduolutus lora cū corpore exussit. Tercio capto, Lacedæmonii corpus dissecurere caussa vidēdi, hisfutum quæ cor reperitum est.

*Amyris insanit.*

*Ἀμυρίς μάστιγι.* id est, Insanit Amyris. Allegoria prouerbialis, qua recte utemur, vbi quis sub insaniz prætextu rebus suis consulit. Aut vbi quis solus periculum prospiciens, in tempore sibi cauet, creditus interim vulgo desipere; deinde rerum euentus docet illum vnum sapuisse. Ut hæc sit vox velut opprobriantis locordiam iis qui sibi non prospexerint mature: neque sapere cœperint, nisi accepto vulnere. Zenodorus ab historia natum ait huiusmodi: cum Sybaritez florent opibus, quendam Delphos emandarunt, qui de rerum suarum successu sciscitaretur oraculum. Respondum est, euertendam Sybaritarum fortunam, vbi plus honoris habere cœpissent hominibus quam diis. Euenit deinde ut seruus à domino vapulans, nequidquam ad deorum aras confugisset, post ad heri monumentum confugiens, liberaretur à plagis, ut alibi dictū est. Quod simul atque confexisset Amyris, collectis rebus suis, in Peloponnesum demigravit, reliquis interim Sybaritez hominem velut insanam ridentibus. Postea idem ob fidā insaniam miraculo fuit, & prouerbio locum fecit. Citatur ab Eustathio in secundo Iliados libro: citatur autem ex Pausaniæ rhetorico dictionario. Addit quosdā Tha-

myrim hūc appellate, quosdam Amyrim, abiecto thira. Solei autem more hominum euenire, ut vatium demum habeatur fides ac laudetur, posteaquam ipsis iam, premimur malis. Proinde Cassandra in tragedia quapiam loquitur ad hunc modum, citante Plutarcho:

*Καὶ πρὸς παύτων, καὶ κακῶσι καμίνων*

*Σοφὴ κέκλιμαι, πρὶν τοῦ εἶναι δὲ μάνθωμαι. i.*

Sapientisq; dicor, his malum qui sentiunt: Porro antequam illud sentiant, in sanis.

*Sophocles, Laudiceni.*

QVI ad ostentationem dicebant aut recitabant, vulgato conuicio Sophocles & Laudiceni dicebantur: adagium natum, ut apparet, ætate Plinii minoris, cuius verba paulo altius repetemus, quo planius prouerbis sententiam intelligere liceat. Nam in epistola quadam adolescentium quorundam ridiculam in agendis causis arrogantiam & ambitionem taxans, sic ait: At hercule ante memoriam meam, ita maiores natu solent dicere, ne nobilissimis quidem adolescentibus locus erat, nisi aliquo consulari producente. Tanta veneratione pulcherrimum munus colebatur. Nunc refractis pudoris & reuerentiz claustris omnia patent omnibus, nec inducuntur, sed irrumpunt. Sequuntur auditores actoribus similes, cōductis & redemptis manicipes. Conuenitur à conductis & redemptis in media basilica, vbi tam palam sportulæ, quam in triclinio dantur. Ex iudicio in iudicium pari mercede transitur. Inde iam non inurbane σοφοκλῆς ἀποτῆ σοφῆς καλέσθαι, vocantur. Isdem Latinum nomen impositū est, Laudiceni. Hactenus Plinius. Vtroque verbo notantur, qui sacundi dici malebant & videri, quàm esse. Sophocles enim Græcè dicitur: ἀπο τῆ σοφῆς καλέσθαι. At illi dedita opera, perperam interpretabantur: ἀπὸ τῆ σοφῆς καλέσθαι, id est, ab eo quod sapientes vocarentur. In hoc igitur est adlusio festiua ad poetæ tragici nomen, in Laudiceni vocabulo ad gentis nomen adluditur.

*Quos seruos habemus, eosdem habemus hostes.*

MACROBIUS in cenis Saturnalibus, vnde putas arrogantissimum illud manasse prouerbium, quod iactatur, Totidē nobis hostes esse, quot seruos? Non habemus illos hostes,

hostes, sed facimus. Meminit & Seneca epistola quadragesimaseptima, cuius verba sublegisse videtur Macrobius, ut est omnium auctorum vere fucus. Admonet adagium, ne quid fidamus illis, ne ve ex animo nobis amicos arbitremur, qui nos metu colunt. Admonet idem Plato libro de Legibus sexto, propterea quod seruatorum animus nequaquam integer sit, sed mentis dimidium is ademerit Iupiter, Homero teste, quos seruituti fecit obnoxios. Verus autem amor, libertatis est alumnus. Odit vero quisquis meruit. Vnde genuinum quoddam odium in situm videtur seruis in dominos. Verba Platonis sunt hæc: Οὐ γὰρ ὑγιὲς ἔστιν ψυχῆς δόξα, ἢ δ' ἂν γὰρ ἐστὶ πῖς ὄνει ἀντοῖς τὸν νοῦν κενωμένον. ὃ δὲ σοφώτατος τῶν πολιτῶν φησὶν, Ἥμισυ γὰρ τὸ εὖ ἀπαμείβεται ἐν νόσῳ πᾶσι ζωῆς. Ἀνδρῶν, ὅς ἐστιν ἂν κατὰ δόξαν ἡμαρτάνοι. Nihil enim integrum, neque sanum habet animus seruilis. Nam nihil oportet credere his, hominem qui sapiat. Siquidem poeta doctissimus ait:

Dimidio mentis depriuat Iupiter illos,  
Seruilis quoscunque viros fors ceperit unquam.

Ad hunc modum referuntur à Platone. Ceterum aliter habetur apud Homerum Odysseæ p. nimirum hunc in modum:

Ἥμισυ γὰρ τ' εἰρήνης ἀποζώνεται ἐν νόσῳ πᾶσι ζωῆς  
Ἀνδρῶν, ὅς ἐστιν ἂν κατὰ δόξαν ἡμαρτάνοι.

Afinius Capito apud Festum Pompeium, nam is quoque prouerbii facit mentionem, existimat hominum errore perperam fuisse pronunciatum, propterea quod verisimilius sit, sic esse dictum initio. Quot hostes, tot serui. Quod capti uicti quæ ad seruitutem adducebantur: vnde et dicta mancipia.

*Vocatus atq; non vocatus Deus aderit.*

ORACVLVM olim Lacedæmonii redditum abiit in prouerbium: Καλέμενος τε καὶ κλητὸς θεὸς παρέστω, id est, Vocatus & inuocatus deus aderit. Vfus erit, ubi quid significabimus etiam non accersitum, neque curatum, tamen euenturum, velimus nolimus, puta senectam, mortem, malefactorum penam. Horatius huc adlusit in Odis:

Nec fatelles Orci  
Callidum Promethea  
Reuexit, auro captus, hic superbum  
Tantalum, atque Tantalum  
Genus coerces, hic leuare functum

Pauperem laboribus,  
Vocatus atq; non vocatus audit.  
Fortassis respexit huc & Terent. in Eunuchō, ut vocato mihi atque inuocato sit locus semper.

*Influit quod exhauritur.*

Ἐπιρρεῖ τὸ ἐξουτλάμενον, id est, Adfluit quod exhauritur. Vbi quis frustra sumit opera in requariam. Lucianus in Sectis: Ἐπιρρεῖ κατὰ τὴν περιουσίαν τὸ πρᾶγμα, ἐξουτλάμενον, ἐς τὸ ἀμπικάνει τὸν δακνιδίω πῖθον, id est, influit, iuxta prouerbum, negotium dum exhauritur, ac diuersum quiddam accidit atque in Danaidum dolio; De philosophiæ studio loquitur, in quo quantumlibet operæ sumptis, nunquam tamen deest quod te laboribus exerceat, & labor labore scribit & iuxta Sophoclem:

Ἰόνος πόνω πόνον φέρει. id est,

Labore laborem fert labor.

Zenodotus carmen prouerbiale recēset Iuuenodi:

Ἄλλαν μὲν ἐξουτλάμεν ἢ δ' ἐπιερρεῖ. id est,

Exhaustimus quidem illam, ac influit altera.

Sumptum à nautis, nauti pertusa frustra sentinam exhaurientibus, tantum humoris accipientibus sifuris, quantum ab illis educitur. Videtur ad hanc paræmiā adlusisse Plato libro de Legibus septimo: Τὸ ἐν πολλῇ ἀνείη ὅτι ἐπιρρεῖ, id est, Quid igitur multum augmentum cum affluat. Quem sane locum adducit Athenæus libro Digno sophiston quinto: Κατὰ γὰρ αὐτὸν δὴ τὸ πλάτωνα ἐπιρρεῖ δὴ ὅλη μοι τοῖσταν γοργώνων, id est, Siquidem iuxta ipsum iam Platonem affluit mihi turba talium Gorgonum. Seneca libro De ira secundo: Nunquid ille, cuius nauigium, multam vndique laxatis compagibus aquam trahit, nautis ipsi, nauigio irascitur? Occurrit potius & aliam excludit vim, deinde aliam egerit, manifesta foramina præcludit, latentibus & ex occulto sentinam ducentibus, labore continuo resistit: nec ideo intermittit, quia quantum exhaustum est subnaicitur. Apud Athenæum libro quarto, cum in conuiuio post lætem rursus aliter cocta lens apponeretur quidam adludens ad prouerbium ait:

Καὶ μὲν ἐξουτλάμεν φακίην, ἢ δ' ἐπιερρεῖ, ἢ.

Exhaureramus lentem, ac influit altera.

Non dissidet ab illo: τὸ πρᾶγμα πρὸς γινεμῆς.

Tibi-

## Tibicinis vitam viuus.

Αὐλῆς βίον ζῆς, id est, Tibicinis vitam viuus. In eum iaciebatur, qui laute quidē, sed alieno viuere sumptu. Tibicines enim quoniam in sacris olim adhibebantur, adesse solent & in cenis illis pontificalibus, idq; immunes. De hoc hominum genere, ni fallimur, sentit Aristoteles, quærens in problematis, quamobrem τεχνίται διοισιακοί, id est, Artifices Bacchanales, vix vnquam bonæ seugis esse consueuerint. Reddit autem triplicem rationem. Siue quod necessariis artibus magnam vitæ partem occupati, nõ dant operam philosophiæ præceptis. Siue quod assidue in deliciis ac voluptatibus vitam agunt. Siue quod egestas etiã ipsa ad vitam propellit. Problema refertur à Gellio, lib. Noctium Atticaru 10. De tibicinibus, qui Romã Tibur fecerant, narrat T. Liuius primæ decadis lib. 9. Posteaquam percelli nequibant, inquit, cõsilio haud abhorrente ab ingentis hominum, eos aggreditur. Die festo alii alios, per speciem celebrã datum cantu epularum inuitant: & vino, cuius auidum ferme genus est, oneratos sopiunt, atq; in plaustra fomino victos coniciunt ac Romam deportant. Nec prius sensere, quã plaustris in foro relictis, plenos crapulæ lux eos reliquit. Refertur à Diogeniano & Suida. Muscè viuere dixit Plautus, pro eo quod est, voluptuariam & otiosam agere vitam. Huc respexit Terentius: Vide otium & cibus quid faciat alienus. Item Alexis apud Athenzum in Commocientibus:

Οὐτὼ τίτ' ἀλλοτρίϊ ἐδῖεν, ἐγὶ γὰρ ἴω. id est, Vsq; adeo dulce est deuorare, non tua. Et illud apud eundem Theopompi:  
 Εὐερίδης τὰ ἕξισον εὐκαῶς ἔχων,  
 Τελλοτρίκῃ δ' ἐπιέν τὸν καλῶς ἐδῶ μινικῃ.  
 Saue eleganter dixit hoc Euripides,  
 Felicem eum esse, aliena qui vsq; cenitet.

## Scytharum oratio.

SCYTHARVM feritas, apud Græcos in prouerbium cessit, vt quidquid agreste, quidquid barbarum ac sæuim intelligi vellent, id Scythicum appellarent. Est apud Lucianum cum aliis aliquot locis, tum in meretricio dialogo Chelidonii & Drosæ: τὴ μὲν ἀλλὰ ἢ ἀπὸ σκυθῶν εἶσις, id est, Reliqua quidem Scytharum oratio. sentit in calce lit-

terarum fuisse quiddam mitius dictum, reliqua nihil præ se ferre humanitatis. Quidam inde natum existimant quod Scythæ Dano regi nihil aliud responderint, quam κλωσεν, id est, vt ploraret: quæ quidem ipsa etiam vox in prouerbium abiit, vt plorare iubramus, quos contemnimus. Aelianus in epistolis: Εγὼ σοὶ τὸν κῆρ, ἢ ἀπὸ σκυθῶν λιγὸ μιν ἀπόκρισις, εὐτε, ἐγὼ μάλιστα καὶ φρονῶ, καὶ μισῶ τὸ τῶν ἀνθρώπων γένη, id est. Itaq; Scytharum, sicuti vocant, responsum hoc tibi sit: Ego insanio & sapio, & odi mortalium genus. Diogenes Laertius in vitis philosophorum putat hoc prouerbium natum esse ab Anacharsidis asperitate. Nã is Scythæ natus inter celebres Philosophos habitus est Athenis. Sed vero proximum est quod refert Athenæus lib. 12. Scythas olim opibus ac deliciis florentes in tantam venisse ferociam, vt quoscũq; populos adisseur summas nates viris amputarent, horum mulieres Thracum yxoribus corpora subulis pingerent, denique cunctis sub illorum dominatu lacrymola fuerit seruitus, vt in posteros deriuatum sit prouerbiũ: ἢ ἀπὸ σκυθῶν ζῆσις, id est, Scythica iussio siue præscriptio, & ἀποσκυθιστικὸν αἰδίατο ferro cesariem amputare, quod præter Athenzum indicat & Stephanus. denique σκόθραψ & σκυθραπὸς pro toruo, tristi, austero ac truculento, ab eius gentis moribus dictum videtur, & σκῆζιδαιτασι, quod ea gens sit supra modum iracunda.

## Accipis &amp; glebam erro.

Δέχεται καὶ βῶλον ἀλίτης, id est,

Accipit & glebam erro. Hemistichium carminis heroici, dici solitum in eos, qui nihil grauantur aut aspernantur: sed quidquid datur, quantumlibet pusillum, id boni consulunt. Neq; interpestiue dicitur etiã in illos, qui reuã inopia laborãtes, quiduis vndecunq; libenter accipiunt, donec ad fortunam commodiorem emergant. Originem adagionis ad huiusmodi casum referunt. Aletes quidã Corintho pulsus, adhortante oraculo tentauit, si posset in patriã redire. Atq; interim rustico cuipiam factus obuius, glebam mendicauit. Ille, ludibrii causa, cibum ex agro sublatam porrexit. Aletes eam tanquam felix omen accipiens, effatus est:

Δέχεται καὶ βῶλον ἀλίτης.

Huius

Huius Aletæ mentionem facit & in Corinthiacis Pausanias. Plutarchus in Problematibus haud omnino dissimilem historiam recenset, vnde prouerbum ortum videri queat. Emanes, inquit, post sedes iā sepius alium de alio transmutatas, tandem in agrum Inacho vicinum descēderunt, quem id temporis Inachienses & Achei obtinebāt. Oraculum autem proditum erat, si in agrum eos recepissent, futurum, vt veteres incolę pellerentur: noui vero, si quid à volētibz accepissent. agrum retinerent. Temo quidā igitur inter Emanes vir solers & cautus, sumpta pera, mēdici habitu ad Inachiē ses accessit. Ibi cum per risum & contumeliam rex mendicanti cibum, cespitem dedisset, in peram coniecit, ac velut eo contētus, statim ē cōspectu se subdixit: nec pręterea quidquam rogauit. Seniores tum rei nouitate, tum oraculi recordatione submoniti, rege adito censent hominem neuitiquā esse negligendum, nec ē manibus omittēdum. Quod vbi sensisset ille, fuga sibi consuluit, vota que protinus Hecatombe, & Apolline inuocato, furtim abiit. Postea congressi pręlio, Emanes pulsus Achæis & Inachiētibz, illorum agros occupauerunt. Hęc sermo Plutarchus. Itaq; competet in illos quoq;, qui magnum quiddam molientes, quiduis & pariuntur & faciunt, vt voti sui compositæ aliquando fiant.

*Stentore clamorior.*

PROVERBIALIS hyperbole. Stentore clamorior. Iuuenalis:

Vt Stentora vincere possit.

Sumptum à fabula Stentoris: cuius meminit Homerus Iliados 1, eiς; ferreā, hoc est, inuictam attribuit vocem:

Στέντορι εἰσαμίει μεγαλύτερη χαλκιοφώνη.

Ὁς τόσον ὠδύσας χ' ἴσον ἄλλῃ πεντήκορτα. i.

Stentoris in specie validi, cui ferrea vox, qui

Quinquaginta alios equans clamore, sonoque.

Gręci μεγαλύτερων appellat.

*Optimum aliena insania frui.*

OPTIMUM aliena insania frui. Plinius Secundus Naturalis historię lib. 18. cap. 5. no minatim prouerbii loco citat: Eodem, inquit, pertinet, quod agricolam vendacē oportere esse dixit, suudum in adolescentia

conserendum sine cunctatione, edificādum non nisi conficō agro, tunc quoque cunctāter. Optimū est, vt vulgo dixere, aliena insania frui: sed ita vt villarum tutela non sit oneri. Hactenus Plinius. Idem totidē verbis refertur à Plinio iuniore in epistolis de Reguli stultitia loquente, hominis ridicule ambitiosi, sed tamen ad excitanda studia non inidonei. Admonet adagiū, vt ex aliorum eratis ipsi cautiorez efficiamur, & alienis periculis reddamur prudentiores: & aliorum desipientia nobis sapiendi prębeat occasionē. Vulgo iactatus versus est in eandem sententiam:

Felix, quem faciunt aliena pericula cautum.

Cicero in epistola quadam, bellum esse sci p̄sit, ex aliorum erratis suam vitam in melius instituere. Plautus item: Feliciter sapit, qui alieno periculo sapit. Exat & huiusmodi quidam mimus Publianus, vti coniectamus:

Ex vitio alterius sapiens emendat suum. Et Demea Terentianus iubet ex aliis exemplum capere. Potest & in hunc accipi sensum, vt is dicatur aliena frui insania, quā alienis fruitur malis, ipse in tuto consistēs. Nulla enim voluptas minoris conlta, neq; vlla solet esse iucundior. Sumptum videti potest prouerbiū ex Sophoclis tragœdia, cui titulus: Ajax flagellifer. Apud quem Aiace per insaniam gloriante, quod hostes sustulisset, cum scruisset in pecudes, Pallas Vlyssē ad hoc spectaculum inuitat his verbis:

Ὀύκην γέλας ἔδεις θ' εἰς ἐχθρὸς γέλαν. id est, Ridere de hoste risus est suauissimus.

*Ingens telum necessitas.*

INGENS telum necessitas. De re ineuitabili. Liiius primę decadis libro quarto: Necessitate que vltimum ac maximum telum est, superiores estis. M. Tullius lib. de amicitia, Nec vero negligenda est fama, nec me diocretelū ad res gerendas existimare oportet benevolentiam ciuium. Vtitur eodem adagio quodam in loco Plinius auunculus. Est aliquid in loco Plinium: Huic rei aliud inuenietur telum. Et eam rem hoc telo maxime parabant, vt pro consilio, ratione que ac via gerendi negotii capi videatur, furtassis sumpta metaphora à venantibus, qui telo appetunt, quod capere volūt.

Bb Vnde

Vnde & certa dicuntur tela, consilia quæ inuicquam fallunt.

*Aduersum necessitatem ne Dii quidem resistunt.*

Ανάγκη ἔδ'ε θεῶν μάχεται, i. Necessitati ne Dii quidem resistunt. Hæc sententia Simonidi tribuitur: sumpta est ex Homero. Refertur duobus locis à Platone, libris de legibus 7. & 5. ἀλλ' ἔοικεν ὁ τὸν θεῶν πρῶτον παρομιμασέμευ εἰς ταύτ' ἀποβλήψας εἰπεῖν, ὡς ἔδ'ε θεὸς ἀνάγκη μὴ ποιεφάνη μαχόμεν, i. Sed apparet eum, qui primum admisit uicium deum pro uerbo, hæc spectasse cū dicit, quod ne deus quidem inquam uisus est cum fato pugna- re. Idem in conuiuio, πολλὰ δ'ε καὶ θεία τοῖς θεοῖς ἰδύργητο, ὡς λέγεται, δ'ία τὴν τ' ἀνάγκης βασιλείαν, i. Multa uero & acceba diis acciderunt, ut dicitur, ob necessitatis regnum. Itē lib. De legibus 5. scribit, τὴν ἀνάγκην ἔδ'ε τῶς θεοῖς βιάζεσθαι, i. Ne deos quidē cogere posse necessitatē. T. Liuius & Pareatur necessitati, quā ne dii quidem superant. Palladius: Necessitas seris caret. Euripides in Helena:

Λόγ' ἔφ'ε ἴσιν ἐκ ἐμὸς, σοφῶν δ' ἔπ'.

Δεινὴς ἀνάγκης ἔδ'εν ἰχάειν πλέον. id est, Namq; illud est sapientium dictum, haud meum.

Nihil necessitate dira fortius.

Exat apud Græcos uerfus prouerbialis:

Υπὸ τ' ἀνάγκης πάντα δ'ύλγεται τάχα. id est,

In seruitutem cuncta agit necessitas,

Euripides in Hecuba:

Στερεὰ γὰρ ἀνάγκη. id est,

Rigida namq; necessitas.

Horatius:

Si figit adamantinos

Sūmis verticibus dira necessitas Clauos.

Poetæ Necessitatem deam faciunt, Parcarū matrem, quæ & ipsæ ineluctabiles atq; inexorabiles uocantur. Hanc necessitatē philosophi fatum appellant, quæ est æterna rerum series, necessario coherrentium: cui ueluti cedens Iupiter apud Maronem:

Fata, inquit, uiam inuenient.

Et Tragicus quidam apud Senecam:

Ducunt uolentem fata, nolentem trahūt.

*Squillas à sepulchro uellas.*

Σκίλλας ἀπὸ σίματ' ἑτίλλεν, id est, Squillas à sepulchro uellere iubebantur, qui parum sanæ mentis esse uiderentur. Hæc enim herba malū hoc exprabatur antiquitus. Theo-

critus in Bucolicis:

Σκίλλας ἰὼν γροίας ἀπὸ σίματ' ἀντίκα τίλλοις, id est,

1, squillas ab anus quam primum uelle sepulchro.

Innuir, illum, quod in certamine canendi superatus sit, adeo iracunde ferre, ut periculum sit, ne uertatur in infaniam. Et alter simile quiddam refert:

Εἰδῶν τὸν κυκλάμιον ὄρουσέειν εἰς τὸν ἀλίετα. id est,

Hinc abiens fluuio infodias Cyclaminon Halenti.

Dioscorides lib. 2. demonstrat, Cyclaminō Romanis dici rapum, efficacem detrahēdo è capite phlegmati. Atque inter cetera eius remedia hoc quoque commemorat, succū illius mellis admixtum inferi naribus, ac lanam hoc imbutam digito imponi, ad purgandam capitis pituitam. Huius radicem dissectam reponi, asseruarique non secus ac squillæ. Denique conuulsam & in pastillum redactam, ualere aduersus ueneficia, quæ Græci philtia uocant.

*Iucundi acti labores.*

ΙΥCΥΝΔΙ acti labores. M. Tullius libro De finibus bonorū & malorum secundo: Quid si etiam iucunda memoria præteritorum malorum, ut prouerbia nonnulla ueriora sint, quam uestra dogmata. Vulgo enim dicitur: Iucundi acti labores. Ex ipsa hominū natura sumptū adagiū: est enim hoc insitum omnibus, ut iucunda cuiq; sit anteriorum malorum aut periculorum secunda recordatio, commemoratioq;, præsertim insignium fatalium, & quæ cum turpitudi ne coniuncta non sint, ueluti bellorū, naufragiorum, atque id genus discriminum: Vnde dictum est ab Horatio:

Gaudent ubi vertice raso

Garrula securi narrare pericula nauæ.

Hoc prouerbiū ortum ab Homero ceu fonte, à diuersis deinde scriptoribus uarie est uisurpatum. Exstat autem apud hunc Odyssæe libro decimoquinto:

Νῶϊ δ' ἐν κλισίῃ πίνοτέ τε δεινόμενω τε

Κύδ' εἰσι ἀλλήλων τερπόμεθα λυγαλέοισιν

Μνωόμενω. μετὰ γὰρ τε καὶ ἄλγισι τέτραται

ἀνῆρ,

Ὅς τίς δ' ἢ μάλα πολλὰ πάθῃ καὶ πολλ' ἔπα-

λῆθῃ. id est,

At nos

At nos in scamnis vescentes atq; bibentes  
Trifibus inter nos recreemus pectora fat-  
tis,

Mememorando. etenim fit, uti post gau-  
deat actis,

Aspera quisquis multa tulit per multa va-  
gatus.

Citatur & locus hic, & prouerbum ab Ari-  
stotele Rhetoricorum libro primo, ubi cō-  
memorat, quæ cuique natura vel iucunda  
sint, vel molesta. Vergilius lib. 1. Aen. Ho-  
merum æmulatus:

Forfan & hæc olim meminisse iuauit.

Item in tragicæ diis Seneca.

Quod fuit durè pati, meminisse dulce est.  
Circumferitur Græcis & huiusmodi trime-  
ter prouerbialis:

Ὡς ἴδ' ὑ τοῖς σοφοῖσι μνησθαι πόνον, id est,  
Memoria dulcis iam peracti olim mali.  
Cicero videtur indicare sumptum ex Euri-  
pide: Nec male, inquit, Euripides. conclu-  
dam si potero Latine. Græcum enim hunc  
versum nostris omnes,

Suauis est laborū præteritorū memoria.  
Cōstat versus, si pro suaui legas suaue, nisi  
malis priscorum more elidere, s, aut quod  
est commodissimum, omittere verbum, est,  
nisi maui subiicere post laborem.

*Aulædus fit, qui citharædus esse  
non possit.*

M. TULLIUS in oratione pro Murena, com-  
parationem faciens iurécōsultorum & ora-  
torum, Itaq; mihi pleriq; videtur, inquit,  
initio hoc multo maluisse, post cum id af-  
sequi non potuissent, isthuc potissimū sunt  
delapsi. Ut aiunt in Græcis artificibus eos  
aulædos esse, qui citharædi fieri nō potue-  
runt: sic nonnullos videmus, qui oratores  
enadere non potuerunt, eos ad iuris studiū  
deuenire. Hæc tenus Cicero. Recte dicitur  
in eos, qui malunt in multo inferiore ordi-  
ne alicuius haberi momenti, quam inter  
excellētes negligi. Quemadmodum Iulius  
Cæsar maluit in frigido oppidulo primus  
esse, quàm Romæ secundus. Nec male qua-  
drabit in eos, qui desperatione meliorum  
ad humiliora sese conferunt.

*Colophonem addidit.*

Τὸν κολοφῶνα ἐπέθηκεν, id est, Colophonem  
addidit. Dici consuevit, cum summa ma-  
nus rei cuiuspiam imponitur: aut cum acce-

dit id, sine quo negotium confici non po-  
test. Originè adagionis indicat Strabo lib.  
Geographiæ suæ 14. scribens Colophonem  
olim cum naualibus copis abundasse, tum  
equestribus vsque adeo præcelluisse, ut ubi-  
cunq; gentium bellum gereretur quod cō-  
fici non posset, Colophoniorum equitum  
auxilio profigeretur. Atq; inde vulgo na-  
tum prouerbum: κολοφῶνα ἐπέθηκεν. id est,  
Colophonē addidit. Refertur à Diogenia-  
no prouerbum. Indicauit & Festus Pompe-  
ius, scribens colophonem dici solete, cum  
aliquid finitum significaretur, tametsi locū  
eum arbitramur non vacare in edo. In eum  
sensum vsus est Plato De legibus secundo.  
Ἐπὶ τείνῃ τ' πένης χρεῖα τὸν κολοφῶνα πρῶτον  
ἐπέθηκεν, id est. Itaq; de vsu temulenticiæ pri-  
mum colophonem imponamus, etiam si a-  
pud Platonē legimus, χορεία, præcessit enim  
de chorea mentio. Ας μοχθῶτος ὄξεινοι ἡμῖν,  
εἰς ὑδ' ὀκεί, κολοφῶν ἐπὶ τῷ παρῆϊ οἶνε λόγῳ ἐκ-  
θέντι εἰρηθῶ. Hic nobis hospites, si vobis  
idem videtur, Colophon sermōni de vino  
habito dictus esto. Idem in epistola à Dio-  
nyssium tertio: τὸν κολοφῶνα ὡς βαυμάστει τῆς  
ὑποχέτεσιν ἀπόστασας, καινικώτατον ἐπιθήκας.  
id est, Colophonem vir præclare, pollicitis  
omnibus maxime iuuenilem imposuisti.  
Rursus in Theæteτο, καὶ ἐπὶ τῆτοις τὸν κολο-  
φῶνα ἀναγκάζω, προσβιάζων τῷ χρυσῷ σει-  
ρῶν. id est, Etad hæc adigo Colophonem, ut  
compellens auream illam catenam. Sentit  
enim Socrates Homerum per auream cate-  
nam significasse solē, cuius motu seruantur  
omnia, protinus interitura, si steterit. Præ-  
cipuū igitur argumentū quo prober quiete  
corrumpi vniuersa, motu seruari, appel-  
lat Colophonem. Item Aristides in Themī  
stocle: κἀνταῦθα κολοφῶν τὸ λόγῳ, id est, Atq;  
hic orationis summa. Plutarchus in libello  
De musica, tametsi stilus prope clamabat  
illius non esse: Τῆς τῆς τῆς ἀγαθῆς δ' ἰδ' ἄ-  
σκαλε κολοφῶνα τὸν παρῆϊ τῆς μουσικῆς λόγῳ  
πεποιμαι, id est, Hos versus bone præceptor  
Colophonem eorum, quæ de musica discipu-  
rata sunt, feci. Idem in libello De prudētia  
animantium dixit: κορυφῆν, ἵνα δὲ κορυφῆν ὁ  
λόγῳ ἐπέθηκεν ἐαυτῷ πανσῆται, id est, Ut autē  
ratio sibi fastigium imponēs sinem faciat.  
Gregorius Theologus in libello de fuga  
sua: εἰμι γὰρ ἐπ' αὐτὸν ἦδη τὸν κολοφῶνα τὸν λό-  
γῳ, id est. Jam enim venio ad ipsum sermo-  
nis Colophonem. Sunt qui admoneant;

Bb 2 prouer-

prouerbiū vsurpari de extremis malis. Hesychius admonet, Colophonem interdum dici graculum, quod, vt opinamur, summis ædium fastigiis aut ea soleat imponi, velut admonens iuxta cornicem Hesiodiā, vt homines sibi componāt nidos, neq; enim semper fore æstatē. Latinis item dictū est, apicem imponere. M. Tullius in Catone maiore: Apex autem senectutis est auctoritas. Reliqua pete à prouerbio, quod alibi retulimus: Colophonium suffragium. Coronidem addere diximus alibi.

*Nullum otium seruis.*

Ὀὐ χρόλῃ δ' ἔλαοις, id est, Non otium seruis. Refertur ab Aristotele lib. Politicorum septimo. Sumptum à seruorum cōditione, quibus heri nullum concedunt otii: imo paulo plus etiam imponunt operæ, quàm illi præstare possint: vt quam sunt in dimenso parci, tam sint in operarum pēsis liberales. Dicitur in eos, quibus propter obnoxia ministeriis fordioribus conditionem, non vacat honestis disciplinis operam dare. Nā artes liberales hinc dicuntur, quod iis ingenii incumbere: vt potest quibus & otii & res suppetebat. Accōmodabitur haud quaquam in scite & in improbos, quorū ingenii ita vitii occupatur, vt nō possint egregias artes perdiscere. Nihil enim occupatus seruiture. Nulla autē seruitus grauior, quam si quis vitii seruiat. Maxime cum is plurimos habeat dominos, eosq; plurimū inter sedissidentes: & ob id neutiquam eadē imperantes. Etenim si quando segnitates iubet in medios dormire dies; auaritia contra iubet, prima luce adesse in portu: cū tenacitas indicit parsimoniam, amor iubet profundere. Solus itaque sapiens & liber est, & in otio uiuit.

*Titanas imploras.*

Τιτανῶς κελῆς, id est, Titanas imploras. Vbi quis suis dissilis viribus, alienum implorat auxilium. Sumptum à gigantum fabula, in qua Iupiter suo timens Olympo, Titanas in auxilium arcessiuit. Id quod prouerbiali quoque metaphora Latini veteres quiritari dicebāt, auctore Nonio Marcello. Tractum à more Romanorum, qui vi oppressi Quirites inuocabant. Sic enim appellant ciues Romanos. Refertur adagium à Diogeniano. Lepidior fieri allegoria, si longius à simplici figura recedat.

*Homo bulla.*

Φομφύλιος ὁ ἀίθρατος, id est, Homo bulla. Prouerbiū hoc admonet, humana vita nihil esse fragilius, nihil fugacius, nihil inanius. Est enim bulla tumor ille inanis, qui uisitur in aquis momento temporis enascens simul & euanesceus. M. Terentius Varro in præfatione, quam scripsit in libros De agricultura: Cogitans, inquit, esse properandum, quod si, vt dicitur, homo est bulla, eo magis & senex. Annus enim octogessimus admonet me, vt sarcinas colligam, antequā proficiscar e vita. Lucianus item in Charōte, vitas hominum bullis huiusmodi similes facit: quarum alię simul atq; natæ sunt, protinus euanescent, alię paulo diutius durant, omnes breuissimis quibusdam interuallis, alię succedunt aliis. Neq; quidquam profecto potuit excogitari, quod melius repræsentaret, quam nihil sit hæc vita nostra. Primum quanto discrimine prodimus in lucem, deinde quam destituta, quātis obnoxia periculis infantia. Quā fugax adolescentia, quā præceps iuuentutis. Aristoteles in libris Politicis, itemque Rhetoric. lib. tertio, vigorem humani corporis tradit iam euanescere anno ferme trigintaquinque, animi vnde quinquagesimo. Hippocrates extremam hominis ætatem terminat quadragesimo nono. Iam si pueritiam & senectam deducas de ratione cui, quæso quantum est hoc, quod relinquitur? Et hoc ipsum tantis circumscriptum angustiis, sexcenta morborum genera quotidie infestant: nec pauciores impetunt easus: ruina, venena, naufragia, bellum, terræmotus, lapsus, fulmen, & quid non? Alius acini granum glutens præfocatus est. Est quem potus cum lacte pilus strangularit. Neque desuit, cui stiria gelu durata delapsa tecto, subitum attulerit exitium. Et hoc est animal illud, quod tantos molitur tumultus, cuiusque cupiditatibus orbis hic angustus est. hoc loco Plinii verba adferbere libet ex libro septimo, vitę fragilem breuitatem scite depingentis. Incertum ac fragile nimirum est hoc munus nature, quidquid datur nobis. Malignum vero & breue, in iis etiam quibus largissime contingit, vniuersum utique æui tēpus inuentibus. Quid quod æstimatione nocturnę quietis dimidio quisq; spacio vitę suę uiuit;

viuit: pars æqua morti similis exigitur, aut  
pœna, nisi contingit quies. nec reputantur  
infantem anni, qui sensu carēt: nec senectæ  
in penam viuacis: tot periculorum genera,  
tot morbi, tot metus, tot curæ, toties inuo-  
cata morte, vt nullum frequentius sit vorū.  
Natura vero nihil hominibus breuitate vi-  
tæ præstitit melius. Hebescunt sensus, mē-  
bra torquentur, præmoritur visus, auditus;  
incessus: dentes etiam ac ciborum instru-  
menta. Et tamen vitæ hoc tempus adnume-  
ratur. Ad ballarum similitudinem accedit  
pobilis illa Homeri comparatio de caducis  
arborum foliis. Sic enim Glaucus apud  
hunc loquitur Iliados sexto:

Οἴηκε φύλλων γινῆ, τοῖσι δὲ καὶ ἀνδρῶν,  
Φύλλα τὰ μὲν τ' ἄνιμ' ἁμακρῆς χεῖρα, ἄλλα  
δ' ἐὶ ὕλην

Τυλιβύσκα φύσα, ἄρα δ' ἐπιγίγνεται ὄρη. i.  
Tale quidem genus est hominum, quale  
est foliorum.

Quorum hæc vêtus humi fundit, rursus  
illa virefcens

Profert sylua, simul veris iam afflauerit  
aura.

Hoc carmine Pyrrhonom Academicum pe-  
culiariter delectatum fuisse, testatur Dioge-  
nes Laertius. Rursus Homerus, Iliados ψ.

Οἱ φύλλοισιν ἰσοκρίεις, ἄλλοτε μέντε  
Ζαφλιγῆς τελέβωσιν, ἀρῆσιν κερπόν ἔδοντες,  
Ἄλλοτε δ' ἄν φωνύθωσιν ἀνήρησι. id est,

Frontibus arborcis similes, nunc vberē  
sætu

Exuperant, lætiq; satis vescuntur agrorū,  
Nunc rursus intereunt, euanescentiq; e  
caduci.

Idem alio rursus loco quoriam:

Οὐδὲν χείρονον τρον γῶκα πρὸ φεῖ ἀνθρώποισι. i.  
Nil hoīe enutrit tellus infirmus alma.

Menander apud Plutarchum in libello cō-  
solarorio ad Apollonium:

Τὸ δὲ κεφάλαιον τῶν λόγων, ἵθι θρωπ' εἶ.  
Ὁ μεταβολὴν ἐκ τῶν πρὸς ὕψ' καὶ πάλιν

Ταπεινότητα ζωῆν ἔδιν λαμβάνει.  
Καὶ μάλα δικαίως, ἐοδίνεσταιον γῶν ὄν

Φύσει μεγίστοις οικονομίται πρᾶγμασιν. id est,  
Caput atque summa orationis hæc, ho-  
mo es,

Quo non aliud est animal vsquam, quod  
modo

Surgat, modo cadat, citius atq; crebrius,  
Actiure sâne, quippe debilissimum

Cum sit, negotia administrat maxima.

Euripides apud eundem:

Ὁ δ' ἄλβ' ἔβ' β' ἀλλ' ἐφίμερ' ἔφ.  
Καὶ ἡμεῖς μίκα τα μὲν κελεύειν ὕψ' ἰοῦν

Ταὶ δ' ἡρ' ἔνω. id est,  
Nec itabilis est felicitas,

Sed in diem durans, & vnicus dies  
Et hæc ab alto traxit, hæc & sustulit

Ab ino in altum.

Quo quidem in loco Demetrius Phalereus  
poc:am aliqui laudatum ob elegantiam  
taxallē legitur, qui non ἡμέραν μίαν, id est,  
vnum diem, sed εἰς ἡμέραν χρόνον, id est, tem-  
poris punctum dicere debuerit. Pindarus vi-  
cit etiam Homericam similitudinem: vt  
qui hominem non frondes, sed vmbres som-  
nium vocarit. Locus est in Pythiis hym-  
no 8. Ἐπάμειοι. τί δὲ τίς τί δὲ ἔστις, οὐκ ἔστις ὄναρ  
ἀνθρώπων. id est, Diurni, Quid autem ali-  
quis? Quid autem nullus? Vmbres somniū  
homo. Nihil in auius vmbra. Videtur enim  
esse, cum nihil sit. At hæc quoque reperit  
quiddam iuanius, nimirum vmbre som-  
niū. Vt nemo possit dicere: Hic est aliquis.  
Neque rursus: Hic est nullus, quod tam su-  
bita sit rerum humanarum immutatio, vt  
qui videtur aliquid esse, mox sit nullus: &  
qui videt perisse, mox sit aliquis. Aeschylus  
apud Stobæum, vmbres fumi similem  
facit hominis vitam:

Τὸ γὰρ βρέτειον ἀπὲρ ἐφίμερα φρονεῖ.

Καὶ πᾶσιν ἔδιν μᾶλλον ἢ κατ' ἄστυα. id est,  
Caduca molitur genus mortalium,

Neque certa res est vlla, nec tuta, haud  
magis

Atque vmbra fumi.

Sophocles item in Aiace:

Ἀνεμπόσι ἐπὶ πνεύμα καὶ σκιά μόνον. id est,  
Nil aliud ac vmbra atq; flatus est, homo.

Pindarus in Nemeis hymno vndecimo:

εἰδ' εἰς ὄλβον ἔχων, μορφα πικραμύσεται ἀλ-  
λῶν, ἐπὶ εὐλοισιν ἀρετῶν ἐπιδ' εἰς βίαν,

ἐπὶ εὐλοισιν ἀρετῶν ἐπιδ' εἰς βίαν, καὶ τελευ-  
τῶν ἀπαντῶν γὰν ἐπισόμην, id est, Si quis  
autem opes possidens, forma præcellat cete-  
ris, & in certaminibus fortiter se gerens ostē-  
dit robur, meminerit quod membra circū-  
fert mortalia, quod sine omnium terrā adi-  
turus est, Hanc sententiā inscribi conuenie-  
bat aulis, poculis, auleis, & insignibus prin-  
cipum, potius quàm illa gloriola: Qui vo-  
let, & Adhuc longius, aliq; huius generis:  
Nil autem venustus illa comparatione, ro-  
sarum repente nascentium, senescentium;



& intereuntium, cum hominum vita. Carmen extat in libro Maronis, quod etiã si Vergilianam venam non admodum respicit, tamen ita scater gratis, leporibusq; vt ab auctore nõ solum eruditissimo, verum etiam felicitissimo, quisquis is fuit, profectum appareat. Huc pertinet, quod poetæ fingunt, mortales omnes à Parcarum filis pendere, quibus insectis protinus decidunt. Atque alios quidem à canidibus, alios à pullis suspēdit filis. Rursum alios in sublime sublato pendere, alios terræ vicinos. Omnium tamen hanc eandem esse sortem, vt simul atque inexorabilis Atropos pollice filum secuerit, illico decidat is, qui pendebat. Nec vllum esse discrimen, nisi quod maiore tumultu decidit is qui pēdebat altius. Rides, & hos lusus esse, iocosq; poeticos existimas? Lusus quidem, sed scuus ille, nimitiq; procax factorum lusus: quem vtiã in gregarios & mutiles homines duntaxat exercent, in quos conuenit Homeri illud:

Εὐώπιον ἄχθος ἀεγείης.

Ac non etiã viros cælesti p̄ditos ingenio, tum autem principes optimos ante diem è medio tollerēt. A quibus non solum nõ abstinent hanc ludendi licentiam: verum etiã his quasi dedita opera vidētur insidiari, nimirum ambitiosa quadã inuidentiã, vt hoc ipsum sibi licere declarent, palamq; faciãt, omnem mortalem, quicumque is fuerit, ex æquo bullam esse. Quanta rei litterariæ iactura nuper mors immatura terris eripuit Paulum Canalem, patricium Venetum, iuuenem quidem illum vix dum annos natum viginti quinque, sed, deum immortalē, quã felici ingenio, quã acri iudicio, quã vberè scundia, quanta linguarum, quanta disciplinarum omnium scientia p̄ditum? Nihil sua referre putauit inexorabile fatum, quod tantum adferret dispendiũ bonis litteris, quibus ille iã succurrere non instrenue cœperat: quod tam graue desiderium exc̄taret litterarum cultoribus, quod tantos fructus, tantã studioforum spes repente incidere.

Tanquam in speculo. Tanquam in tabula.

HYPERBOLAE prouerbiales sunt & hæ: κενόπτερον ἐν καθόπτρῳ, καὶ ὠκύπερον ἐν γαστρῷ, id est, Tanquam in speculo, tanquam in tabula. De re vehementer euidente, perspicuaq; Terentius in Adelphis: Denique inspicere

tanquam in speculum vitas omnium iubeo. Plato lib. De legibus 10. ὡς ἐν καθόπτρῳ, id est, Tanquam in speculis. Propterea quod inter multa, quæ rerum referunt imagines, velut aqua, æs politum, gemmæ quædam, nihil æque perspicue reddit simulachra, vt vitrum plumbo sublitum. Nam vitrum quidem verarum ac pellucidũ maximè capax est imaginum, verum acceptas non pertinēde continet ob pellucētiam: proinde sublitum plumbum, ob nigrorem aliquem naturæq; densitatem, sinit impressam imaginem, neque delabi sinit. Euancscunt enim simulachra, non secus atque candelæ lumē in sole, quoties excipiuntur in corpore nimium tenui perspicuoq; velut in aere, pura aqua, crystallo, vitroq; nõ obscurato corporis alicuius oppositu. Rursum in nimium densis & obscuris nõ hærent, velut in silice, ligno. Proinde natura solertissima rerũ omnium architectrix, oculum animantium ad speculorum imaginem finisse videtur, quippe parti pellucētis nigrorem quædam adiunxit à tergo, quò sublato, protinus tollatur & videndi facultas. Vnde scitè dictum est illud, vt speculũ oculus est artis. ita oculum esse naturæ speculum. Illud miraculo dignum, speculum non modo clarissimè representare simulachra rerum omnium, quæcunque obiecta sunt, verum etiã interualla, colores, motus, breuiter res ipsas p̄ne dixerimus euidentius quam sunt, hoc vno discernimine, quod aduersa refert. Cuius causa hæc est, quod species, quæ à corpore solido per aerem manat ad speculi superficiẽ, simplex puraq; est, vnde fit, vt non alia sit auersa, quam aduersa. Quibus de rebus acutissime multa disseruit Ambrosius Leo Nolanus in quæstionibus suis. Iam ars picturæ à rudibus in itis profecta, eo subtilitatis excreuit, vt non oculis hominum, sed etiam aibus imposuerit, effeceritq; vt veras res esse crederent, quæ coloribus erãt sucata.

Salsitudo non inest illi.

Αλαχθὴ ἐν τῷ αὐτῷ, id est, Salsitas non inest illi. In infacetos & fatuos ac stupidos. Sal. n. primum, maximæque communẽ condimentum videtur. Plinius libro trigessimoprmo indicat, metaphoram esse sumptam ab vsu salis, quod in omnibus cibis sit condimentum vice, & auiditatem inuitet. Ergo hercle, inquit,

inquit, vita humana sine sale nequit de-  
 gere, adeo necessarium elementum est, ut trā-  
 sferat intellectus ad voluptates animi quo-  
 que. Nam ita sales appellantur, omnisque  
 vitæ lepos & summa hilaritas, laborumque  
 requies, non alio magis vocabulo constat.  
 Atque hinc insulsa oratio, quæ nihil habeat  
 leporis, & insulsus homo moribus inelegā-  
 tibus. Contra salsum dicitur, quod acri-  
 monia quadam mordeat. Et sales vocant se-  
 stiuter & argute dicta, non sine illecebra  
 quadam mordacitate. Seneca non vult sales  
 nostros dēatos esse. Quintilianus Institu-  
 tionū lib. 6. capite de risu: Salsum, inquit,  
 in consuetudine pro ridiculo tantum acci-  
 pimus. Natura non utique hoc est, quāquam  
 & ridicula oporteat esse falsa. Nam & Cice-  
 ro, omne, quod salsum, ait esse Atticorum,  
 non quia sint maxime ad risum composi-  
 ti. Et Catullus cum dicit:

Nulla in tā magno est corpore mica salis,  
 non hoc dicit, nihil in corpore eius esse ri-  
 diculum. Salsum igitur erit, quod non erit  
 insulsum, velut quoddā simplex orationis  
 condimentum, quod sentitur latente iudi-  
 cio, & velut palatū excitat, quod & à tēdio  
 defendit orationem. Sane tamen, ut ille in  
 cibis paulo liberalius aspersus, si tamen nō  
 sit immodicus, adfert aliquid propriæ vo-  
 luptatis: ita hi quoque in dicendo habent  
 quiddam quod nobis faciat audiēdi sitim.  
 Hactenus ille. Porro Catulli carmen, quod  
 Fabius citat. sic habet:

Quintia formosa est multis, mihi candi-  
 da, longa,  
 Recta est, hæc & ego singula confiteor,  
 Totum illud formosa nego, nā nulla ve-  
 nustas!

Nulla in tam magno corpore mica salis.  
 Quo quidem in loco stultissime carpit Fa-  
 biū Catullianus interpres, quasi poetæ ver-  
 ba parum perpenderit, cum ipse dormitās  
 Fabii verba parum perpenderit. Negat. n.  
 Fabius salsum vocari, quidquid ridiculum  
 sit, etiam si vulgo sic vsurparet indocti. Ad-  
 ludit ad hoc adagium Terentius in Eun-  
 cho: Qui habet salem, qui in te est, fatuum  
 militem & inspidum intelligi volens. Cui  
 postea simili ironia: Atticam tribuit elo-  
 quētiam. M. Tullius Philippica 2. At etiā  
 quodam loco facetus esse voluisti. Quā id,  
 cui boni, non decebat, in quo est tua culpa  
 nulla: aliquid enim salis ab vxore mima

trahere potuisti. Salem dixit festiuitatem.  
 Refertur à Diogeniano & Zenodoto.

*Acetum habet in pectore.*

H v i c germanum est Plautinum illud in  
 Bacchidibus: Nunc experiar, sit ne acetum,  
 tibi cor acre in pectore. Legitur & alias a-  
 pud hunc ipsum: Ecquid habet acetum in  
 pectore? pro eo quod est: Num sapit? Num  
 quid habet astutiz? Nam ut falsa, itidem &  
 accida, palatum iuuant, acuumtque & irritāt  
 stomachum. Horatius in Sermonibus, lib.  
 1. Sat. 7. acetum pro mordacitate dixit:

At Græcus postquam est Italo perfusus  
 aceto,

Persius exclamat.

Et hoc ipsum, Aceto perfundere, prouerbii  
 speciem habet, sicut & illud ex Sermonibus  
 Horatianis:

- At idem quod sale multo

Vrbem defricuit, charta laudatur eadem.

*Solus sapiens.*

NARRAT Diogenes Laertius, Chryssippum  
 philosophum, vsquadeo sibi placuisse, ut  
 consultus à quodam, cui potissimum filiū  
 suum philosophiz præceptis instituedum  
 traderet, sibi committendum responderit.  
 Nam si quem, inquit, alium me præstā-  
 tiorem arbitrarer, ipse apud hunc philo-  
 phiz darem operam. Vnde & illud Home-  
 ricum de eo vulgo iactatum fuisse, quod so-  
 lus saperet, reliqui vero vmbra ferrentur.  
 Est autem apud Homerum Odysseæ K. de  
 vate Tiresia, cui vni Proserpina dederit, ut  
 etiam vita defunctus saperet, reliquas vm-  
 bras volitare, & eas quidem nihil aliud  
 quam vmbra:

Τῶ καὶ τεινῶτι ἄνθρωπος περιφέρουσα,

Οἷον πιπνῶσαι, τοῖ δὲ σκιάαι τρεσσιν. id est,  
 Huic etiam extincto dederat Proserpina  
 mentem

Solus vti saperet, reliquis volitantibus  
 vmbra.

Vsurpat & à Platone, tāquam prouerbii  
 loco. Vnde licet conicere, carmen hoc Ho-  
 meri vnum fuisse ex iis, quæ plurima Ma-  
 crobius scribit, adagionum instar solere ce-  
 lebrari. Sic & Cato senior de Scipione Iu-  
 niore pronunciauit, ut narrat Plutarchus in  
 Præceptis ciuilibus: ac rursum in Apo-  
 phthegmatis Romanorum:

Οἷον πιπνῶσαι, τοῖ δὲ σκιάαι τρεσσιν. id est,  
 B b 4 Ille

Ille sapit solus, volitant alii velut vmbrae.  
 Aperte dicitur de iis, qui tanto interuallo reliquos omnes post se relinquunt, vt illi nihil nisi vmbrae praeter his esse videantur, pluresque quemadmodum Graeci dicunt: *λίθη καὶ φλῶρις*, id est, Nugae deliriorum.

*Canem excoriatam excoriare.*

*Κύνη δ' ἔρειν δ' ἰδ' αὐρέμην.* i. Canem excoriatam excoriatam. Suidas ait dici solere de iis qui iterum ea patiuntur, quibus, aliquando fuerunt afflicti. Aristophanes in *Lysistrata*, nam hanc quoque nomine huius inscriptionem inuenimus:

*Τὸ τῶ φρεκράτῃ κύνη δ' ἔρειν δ' ἰδ' αὐρέμην.* i. Iuxta Pherecratem detrahere cutem canis, detracta cui iam est.

Diogenianus ait conuenire in eos, qui frustra sumunt operam. Sunt qui putent magis conuenire, cum quis affligit afflictum. Confine est illi, quod alibi diximus: *ἄσκον δ' ἔρειν*, id est, Vtrem excoriat. Quod vsurpat Aristophanes in *Nebulis*.

*Περὶς ἐνσῆς, περὶς ἰγνὸν ὀρπιστὸν ἵτυμπερ.*

*Διὰ καὶ μακρωρῶν, καὶ πυρὸς ἔπτειν δ' ἔρειν.* id est, Perique ignem eundem est, & per enses impetu.

Cum significamus quiduis periculi subeundum. Aristophanes in comœdia, cui titulus *Lysistrata*:

*Καὶν μεχρὶ δ' ἰδ' τῶ πυρὸς ἔπειλω βυδ' ἔρειν.* id est,

Et si per ignem fiet opus  
 Transire cupio.

Et Terentius ait parasitum non grauaturum, vel de flamma cibum petere. Callix adulatorum taxauit comœdia: *ὅτι ἄπυρ, ἢ σίδηρος, ἢ δὲ χαλκὸς ἔρειν μὴ φοπιῶν ἐπὶ δ' ἄπιον*, id est, Quod non ignis, non ferrum, neque ens prohibuerit illos, quo minus ventitaret ad cenam. Hæc citat Plutarchus ex Eupolide. Refert eadem in libello *De discrimine adulatoris & amici*. Horatius item:

Per mare pauperiem fugiens, per saxa,  
 per ignes,  
 Impiger extremos currit mercator ad Indos.

M. Tullii Tusculanarum quaestionum lib. 2. Quæ flamma est, per quam non cucurrerint, qui hæc olim punctis singulis colligebant, id est, Quid non vel fecerunt, vel perpeffi sunt.

*Non incessam lingua.*

*Ὀὐκ ἐπιγλωττίζομαι*, id est, Non incessam lingua. Figuræ nouitas in prouerbium abiisse videtur, auctore Diogeniano. Aristophanes in *Lysistrata*:

*Γεῖτόν τὸν ἀνὴρ ἔδ' ἐπιγλωττίζομαι.* id est, At lingua Athenas neutiquam incessam meca.

Hesychius citat Aeschylum in Heraclidis Graecis, *ἐπιγλωττίζω*, est linguae conuiciis incessere, quasi dicas, in linguare, quemadmodum à vola dicimus inuolare. Proprie vero pertinet ad male ominantes. Rapiuntur enim dicta in omen, velut in augurium venturi mali bonive. Vnde semper à maledictis temperandum. Pindarus in Pythiis hymno quarto, inter ceteras virtutes laudat & linguam à maledictis temperantem: *Ὀρφαίσει μὲν κακῶν γλώσσων φαίνεται ὀπίος*, id est, l'rtuans malam linguam voce dilucida. Interpres citat in haec sententiam carmen Hesiodi:

*Μυθὶ κακῶν ἐτάραω, μὴ δ' ἑλῶν ἠκνύρας.* i. Haud solitum locis certare bonive, malive.

Vti licebit, cum significabimus nos deo quapiam periculosa nolle verba facere, veluti de rebus Principum, aut potentum, *ἐπιγλωττίζομαι*. Verbum inde ductum quod qui temere loquitur, *ὅτι ἀν' ἐπὶ γλώττιον ἔλθοι* loqui dicitur, sicut alibi monstrauimus.

*Arena sine calce.*

Vt auctor est Suetonius, Caligulae Caesari vsque adeo placebat ardor, ac vis in dicendo, vt Senecæ orationem sine calce arenam sit solitus appellare, tanquam dissolutam ac neruis carētem & ordine, quæ quodammodo cōpages est totius sermonis suo quidam loco disponens. Quamquam autem Caligula multa parum integræ mentis dedit argumenta, tamen in hoc iudicio minimum aberrauit à scopo. Seneca fert impetu quoddam, minime seruiens ordini. Hoc inter egregias virtutes habet nazui: Malè cohæret arena, ni calcem admisceas. Confine illi, quod alio dictum est loco: Scopæ dissolutæ.

*Lupus hiæ:*

*Λίθη ἔχων*, id est, Lupus hiæ; dicebatur si quis remulctum sperata, multumque appetita, frustatus discederet. Aiunt enim lupum præda

prædæ inhiantem rictu late diducto accurrere, qua si frustretur, obambulare hiantē.

Aristophanes in *Lysistrata* :

Οἷς πσοῦδ' δὲν, εἰ μὴ πρὸ λύκου κεχνητόι. id est, Quis nihil fidum ac tutum est, inhianti nisi lupo.

Item *Lucianus* in *Gallo*, εἰσὶν ὄν, μέτῳ λύκου χαλῶν παρὰ μικρὸν, id est, Insuper diebar itaque, cum parum abfuisset ut lupus hians discederem. *Dionysius Sophista* in epistola quapiam: ἀρα μὴ λέλυθα ἔμκαυτὸν εἰς παροίμου ἑλῶν, καὶ γέγονα λύκος χαλῶν διὰ κενῆς, id est, Num inciens in proverbum incidi, factusque sum lupus frustra hians? Apud *Athenæum* lib. 14. citantur hæc ex *Eubulo*:

Ἐπειγ' ἔπειγε, μὴ πρὸ ὡς λύκος χαλῶν  
Καὶ τῶν δ' ἀμικρῶν ὕψιστον συχτὸν δραμῆς. i. Properatu propra, more ne lupino hians Frustratus his, in posterum curras diu.

*Porcellus Acarnanius.*

*Χοιρίσκος ἀκαρνάνιος*, id est, *Porcellus Acarnanius*. In mollem & amabilem, atque in deliciis habitum dicebatur. *Lucianus* in *Dialogis meretriciis*: λέγει μοι φασιχωρέας, καὶ χοιρίσκος, ἀκαρνάνιος, id est, *Lenis mihi, ut aiunt Chæreas, & porcellus Acarnanius*. Adlusum, ad porcellum, quem inducit *Aristophanes* ἐν ἀχαρνέσσι, symbolum eorum membrorum, quibus obscenæ voluptates peraguntur.

*Megaricum machinamentum.*

*Μεγαρικὴ μηχανή*, id est, *Arts Megarensis* dicitur, cum dolo & astu res agitur, non synccra fide. Olim enim *Megarenfes* vulgo male adiebant, tanquam fraudulentis ac ficti, quod aliud sentire soleant, aliud loqui, ut indicat *Aristophanes* interpretis. Citatur apud *Suidam* hic senarius:

Ἄλλ' ἐστὶ γὰρ μοι μεγαρικῆς μηχανῆ. id est, Sed enim ars adest mihi quæpiam *Megarensium*.

Est autem apud *Aristoph.* in fabula cui titulus, ἀκαρνῆς. Celebrantur *Megarensium* vascula fictilia: vide num huc spectet proverbum: deinde constat *Euclidem Socraticū* fuisse *Megarensē*, qui suscepit *Scholam Megaricam*. Hic fuit insignis *machinarum* artifex. Fieri potest ut hinc natū sit *adagium*. Ad hæc est civitas eiusdem nominis in *Thessalia pontica*, & de *Thesalico* commento dictum est alias *Sphinges Megaricas* post referemus.

*Seruius seruo præstat, dominus domino.*

Δύλλος πρὸ δ' ἄλλου, δ' ἰσώτης πρὸ δ' ἰσώτου. i.

*Seruoque seruus potior est, herusque hero.*

*Senarius* proverbialis, admonēs in eodem hominum genere non statim omnes æquales esse, verum hominum habendam esse rationē, non tātum conditionis. Veluti generosus antecellit suo pro genere plebeū. Verum est non mediocre discrimen inter generosum & plebeium, adeo ut quosdam plebeios nonnullis ingenuis anteponas. *Aristoteles* libro *Politicorum* 1. τὰ μὲν ἐν τιμότερα ἔργα, τὰ δὲ ἀνεγκυκλιότερα, καὶ κατὰ τὴν περιουσίαν,

Δύλλος πρὸ δ' ἄλλου, δ' ἰσώτης πρὸ δ' ἰσώτου. i.

*Quædam ministeria honoratiora, quædam autem magis necessaria. Et iuxta proverbium:*

*Heroque herus, seruoque seruus est prior.*

*Dædali opera.*

*Δαίδαλικὰ ποιήματα*, id est, *Dædala opera* dicuntur, quæ nouo artificio fabricata sunt & admirando. Hinc uatum, quod cum veteres illis plastæ formas animalium cæcas fingerent & immobiles, *Dædalus* insolito artificio primus & oculos induxit, & neruis quibusdā additis effecit, ut huc atque illic mouerentur, adeo scite, ut spectantibus viuere atque ingredi viderentur. Vnde serūt quædā *Dædali* signa vinciri pedibus, ne an fugiāt. Huius rei meminit *Plato* in *Menone*: his quidem verbis: ἵτι τοὺς δαίδαλικὰ ἀγάλμασιν ἡ προστέθεικας τὸν ὄψιν: ἴσως δὲ, ἂν ἐστὶ πρὸ ὕμιν. πρὸς τὸ δὲ τὸτο λέγεις, ὅτι ἡ τῶν αἰνῶν μὲν μὴ δ' ἰσώμενα ἢ ἀποδιδρασκεῖ καὶ δραπέτῳ βλεῖ, ἐὰν δὲ δ' ἰσώμενα παραμένει. τὶ ὄν δ' ἡ, τῶν ἑκείνους ποικίλων λευγμένων μὲν ἐκτιθῆσαι πολλὰς τινὲς ἄξιον ἐστὶ τιμῆς ὡς αἰετὸν δραπέτην ἀνθρώπων. ἢ τὸν παραμένει. δ' ἰσώμενον δὲ πολλὰ ἄξιον. id est, *Quoniam* nō animaduertisti *Dædali* signa. Fortassis ne sunt quidem apud vos. Quorsum isthuc dicitis? *Quoniā* illa quoque nō reuincta fuerint, discedunt atque aufugiunt. Sin vincita sunt consistūt. Quid tum postea? Si quod ex illius operibus solutum possideas, haud quaquam magno æstimandum, perinde quasi seruū possideas fugitiuum. Neque, nō apud te manet. Sin autē vincitum, id magno æstimādū sit.

*Idem*

Idem in Hippia maiore sic refert, qua si de  
 priscis & obsoletis dici solet, *εἰ ἄρα ἰωὺ ὠ  
 ἱππία ὁ βίας ἀναβία, γ' ἄνωτ' ἂν ὄφλοι προὸς  
 ἡμᾶς ὡσαύτε καὶ τὸν δαίδαλον φασιν οἱ ἀνδρείου  
 τσοποῖ ἰω. εἰ γινόμεθ' τοιαύτ' ἐργάζοιτο, οἷα  
 ἦν ἀφ' ὧν τ' ἔρομα ἔχε, κατὰ γέλασος ἂν εἶται. 1.*  
 Si sane nunc Hippias Bias reuiviscat, ri-  
 sum apud vos tulerit: quemadmodum &  
 horum temporum statuari de Dædalo nar-  
 rant, si nunc viuēs talia proferat opera, qua-  
 lia erant illa, vnde famā ac nomen adeptus  
 est, deridiculum fore. Meminit & Aristote-  
 les lib. Polit. 1. de seruis loquens, quos ait  
 nihil aliud esse quam instrumenta viua:  
*Εἰ γὰρ, ἰσχυρὸν, ἡδ' ἰατὸ ἐκκεῖνον τ' ἐργάζων κελ-  
 δούθειν ἢ προσαδαιόμενον ἀποτελεῖν τὸ αὐτὸς  
 ἐργασάσθε τὰ δαίδαλον φασιν, ἢ τὴς τῶ ἡφαι-  
 στος τριπόδας, ἔς φασιν ὁ ποικίλης αὐτομάτης  
 ἔσθον δύναι ἀγῶνα, ἕως ἀκέραιος ἐκέραιον  
 αὐτῶν, καὶ τὰ πλεῖστερά ἐκιδάσσει, ἔστιν ἂν ἔδει  
 ἔτε τὸς ἀρχιτέκτοσιν ὑπηρετῶν, ἔτε τοι: δαίδα-  
 λον δ' ἔλθων, id est, Etenim si fieri posset, vt  
 vnumquodque instrumentum vel iuuum,  
 vel per se præsentiens, suum opus perage-  
 ret, quemadmodum aiunt Dædali statuas  
 facere, & Vulcani tripodes, quos poeta scri-  
 bit vltro in diuinū certamen prodiiisse, iti-  
 dem & pectines per se texerent, & plectra ci-  
 thara canerent, haud quaquam opus habe-  
 rēt, neq; architecti ministris, neq; domini  
 seruis. Locus quē citat Aristoteles, est apud  
 Homerū Iliados 6. Meminit idem de ani-  
 ma libro primo refellens opinionem De-  
 mocriti, censentis animam ita mouere cor-  
 pus, vt ipsa prius mota, moueret. Ait enim  
 Democritum tale quiddam adferre, qua-  
 le sit apud Philippum conuēdiarum scri-  
 ptorem. Is enim scripsit à Dædalo liguam  
 Venerē fabricatam fuisse, quæ moueretur  
 argenteo viuo insulo: ὡν, inquit, *δημόκρι-  
 τος παρεπιπυσίως λέγων φιλιππίω τῷ κυμωθια-  
 δισκασκάλω. φησὶ γὰρ τὸν δαίδαλον κινημένον  
 ποῦσαι τῷ φυλίω ἀφροδίτην, ἐρχέωντα ἀργυ-  
 ρον χυτῶν. Proinde prouerbiū ad varios  
 vsus poterit accommodari. Vel vbi res inu-  
 sitata arte confectas significabimus. Nam  
 Homeris artificiosa Dædala vocat:**

*Ὅς χερσὶν ἐπίστατο δαίδαλα πάντα  
 Τόχων.* id est,

Qui manibus norat fabricari Dædala  
 cuncta.

Item Pindarus in Olympiōis.

*Καὶ δαίδαλα κίτριον δούρειο ποικίλοι*

*ἐξαπατῶν τι μῦθοι.*

Et arte confectæ mendaciis variis fallunt fa-  
 bulæ. Et Vergil. Dædalum Circem vocat,  
 quod nouis & admirandis artibus homi-  
 nes verteret in feras. Quin & orationis po-  
 liendæ artifices λογοδωδάλως, & obfoni-  
 um peritos ὀψωνοδάλως appellant Græci.  
 Vel cum inconstantiam & instabilitatem  
 cuiuspiam significabimus. Sic enim apud  
 Platonem in Euthyphrone, Socrates argu-  
 menta non consentientia, Dædaleis operibus  
 similia videri dicit. Euthyphron autem re-  
 spōder, Socratem sibi pro Dædalo esse, qui se-  
 pe qui rationes suas non sinat consistere,  
 rursus coarguens & euertens quod paullo  
 ante visus sit approbare.

*Euremque fur cognoscis, & lupum lupum.*

*Εγὼ δὲ φῶρ τε φῶρα καὶ λύκος λύκον.*

Furemque fur cognouit, & lupum lupus.  
 Aristoteles septimo libro Moralium Eude-  
 miorum hunc quoque senarium citat  
 inter adagia similitudinis. Amant enim vul-  
 go se mutuo, qui similibus vitii laborant,  
 præcipue fures. Et lupi latronem instar col-  
 lecti grassantur. Videmus in quibusdam  
 ob arcanam ingeniorum cognitionē pro-  
 tinus amorem nasci. Cōtra aduersus alios  
 odium ob naturæ dissimilitudinē. Ad hanc  
 similitudinem, & dissimilitudinem Demo-  
 critus referrebat omnes omnium rerū caus-  
 sas, adeo vt interrogatus de cane semper ei-  
 dem lateri incubante quamobrem id facer-  
 ret, responderit, *ἔτι ἔχει τι κεραιμῶδ' ὁμοιον ἢ  
 κύων, id est, quoniam habet canis aliquid  
 cum illo latere simile. Id obiter narrat Ari-  
 stoteles libro Magnorum moralium 2. in-  
 ter proueria similitudinis, irridēs Demo-  
 critum. Quid enim simile habet later cum  
 cane? Nec tamē à Democrito multum ab-  
 sunt medici quidam, qui ad omnem per-  
 eundationem obiciunt nobis occultam  
 quandam rerum proprietatem.*

*Terra amat imbrem.*

*Ἐρᾷ μὲν ὄμβρος γαῖα,* id est,

Nam terra gaudet imbre.

Vbi quis desiderat ea quæ sibi nouit esse  
 accommoda conducibilisque. Citat hoc he-  
 mistichium, veluti prouerbiale Aristoteles  
 libro Moralium Eudemiorum septimo,  
 ostendens non solum similitudinem con-  
 ciliatricem esse amicitia, velut inter fures,  
 graculos

graculos, & lupos, verum etiam dissimilitudinem nonnunquam benevolentiae causam existere, contra similitudinem odii. Nam terra cum suapte natura sit sicca, amat imbrem, & figulus odit figulum, indoctus amat litteratum, mulier virum. Ibidem narrat ab Heraculo reprehensum poetam, qui scripsit carmen:

Ὅς εἶς ἐκ τε θεῶν καὶ ἀνθρώπων ἀπόλογο. i. Lis utinam sublata, deos hominesque relinquat.

Athenus libro 13. carmen ex Enripide citat:

Ἐγὼ μὲν ὄμβρες γαῖαν ἀγαπῶ. id est, Teilus quidem imbrem amat, solum cum est aridum.

Aristoteles libro Moralium Nicomach. 8. citat eandem ex Euripide sententiam, sed perturbato metro:

Εὐριπίδης μὲν φάσκει,  
Ἐγὼ μὲν ὄμβρες γαῖαν ἐκασθεῖσθε,  
Ἐάν δὲ σιμῶν ἕρανον πληρεῖμιν  
Ὀμβρῶν, πρὸς αὐτὸς γαῖαν. id est,  
Euripides cum ait,

Requirere imbrem terram, ubi siti aruit, Diu vicissim cælum ubi iam nubibus impletur, optat in solum delabier.

Hoc adfert ad confirmandam quotundum opinionem qui dicebant secus quam haberent pronertia, dissimile ac dissimili, contrarium à contrario appeti. Terra enim frigida & sic appetit imbrem, qui iuxta aeris naturam vnde venit, est calidus & humidus, ac imber vicissim appetit terram.

*Herculana balnea.*

Ἡράκλεια λυτῆρᾶ, i. Herculana balnea. De impendio. feruentibus balneis dicebatur, quales legimus & thermas Neronianas. Aristophanes in Nebulis:

Ἐγὼ ψυχρὰ δ' ἄτα πάποτε ἐνδὲς Ἡράκλεια λυτῆρᾶ. id est,  
Vbi nam frigida unquam vidisti Herculana balnea.

Interpres ascribit, Ibycum auctorem esse, Vulcanum muneris vice submisisse Heruli feruida balnea. Atque inde omnia calida balnea, Herculana dici coepit testatur idem Athenus lib. 12. Porro Aristot. in Problematis Sectionis 24. Proble. vltimo ostendit huiusmodi balnea apud veteres habita sacra, propterea quod ex sulphure ac fulmine, rebus natura sacris prouocant. Pisan-

drus autem tradit, Mineruam Herculi seculo calidum balneum suppeditasse. Vnde sit verisimile, prouerbium recte dici posse, quoties grate aut labore quoriam fatigatis ministerium paullo diligentius ad retocillandas vires adhibetur. Nam Plato lib. De legibus 6. γερωνικὰ λυτῆρᾶ, id est, Senilia balnea calida vocat, easque senibus exhiberi iubet: Siquidem veteres frigida lauant, calida balnea valetudinariis duntaxat exhibebantur. At his temporibus aurigæ quoriam, & nauæ lauant in thermis. Ac Germani maximam vitæ partem in hypocaustis transigunt, pyraustarum instar. Lindarus quoque Olymp. 12. meminit horum balnearum, θερμὰ νυμφῶν λυτῆρᾶ βασιλεῖς, id est, Calida Nympharum balnea frequentas: siue quod in ea ciuitate locus esset, cui nomen calida balnea: siue quod ipse more Herculis post multa certamina exhausta iam refocillaretur calidis balneis, quas Nymphæ Herculi laboribus fatigato submisisse feruntur. Porro corpus hominis magnopere reuocari calidis balneis declarat in Nemeis Oda. 4. ἄδ' ἐραῶν ὑδρῶν τὸ σονιγὲ μάλα θάκα τ' ἄλχη γυὰ, ἄσον ἄλχη γὰ φορμγγί σωζομένη, id est, ne calida quidē aqua zeque molit ac refocillat mēbra, quantum laudatio citharæ aptata.

*Aut ter sex, aut tres tesserae.*

Ἡ τῆς ἕξ, ἢ τῆς αὖς κῦβοι, id est, Aut ter sex, aut tres tesserae. Siquando significabimus nos extrema periclitari velle, & aut plane vincere, aut prorsum vinci, hoc adagio tempesti- uiter vtetur. Sumptum est à vetusto tesserarum lusu, in quo qui nouem icesset, is modis omnibus superabat: qui tres, is longissime aberat à victoria. Nam antiquiores tribus tesseras vti consueuerant, non quē admodum nunc duabus. Tesseras autem etiam iactum ipsum appellant qui nonnunquam plenus est, interdum inanis. Itaque iactus ter trium felicissimus erat. triū inanis. Meminit huius adagionis Iulius Pollux, libro de rerum vocabulis nono: Porro tesseras easdem esse cum iis, quos Greci, κῦβοι, appellant, testis est A. Gell. lib. 1. cap. 20 κῦβοι enim, inquit, est figura ex omni latere quadrata. Quadrantales sunt, inquit M. Varro, tesserae, quibus in aluelo luditur, ex quo ipse appellatæ κῦβοι Zenodotus paræmiam hanc citat ex Pherecratis

eratis fabula, cui titulus Myrmecāthropi. Est enim clausula carminis trochaici. Suidas & Aeschylum adducit ex Agamēnone: *Τὰ δ' εἰπετόν γάρ β' ἰσθόνα θύσσομα*  
*Τρεῖς ἔξ βελύσσα τῆς ἐμῆς φρακτωρίας*, id est, Nam res herorum saxo ut optime cadant Ter sex vbi phrygoriz iaciam mez.

Vsurpatum est à Platone lib. De legibus vltimo: *Τί δ' ἐὶ πικτέον ἐχόντων τρίτων ἔτος ἔξειν, τὸ λεγόμενον ἂ φίλοι ἐὶ κοινῶ καὶ μέτω ἔσκειν ἡμῖν κερδοῦν, ἢ ὑπερικερδοῦν πρὸς τῆς πολιτείας ἐβέλομεν ἐμπόσης, ἢ τρεῖς ἔξ. φασί, ἢ τρεῖς κύβους βάλλονας, πάντα ποντήον.* id est, Itaq; cum hoc in loco res fuerint, quid faciendum censet hospes? Iuxta id quod vulgo dicitur, amici visum est nobis par esse, vti rem in publicum & in commune conferamus, velimusq; de vniuersa Repub. supremum subire discrimen, nihilq; non facere, ita vt vel ter sex, vel tres talos iaciamus.

*Quanta mus apud Pisam.*

*Ὅσα μὺς ἐν πίσσῃ*, id est, Quanta mus apud Pisam, subandi tulit, aut simile quippiam. De iis qui vincunt, & optatis potiūt, sed non sine summo negotio, neque citra magnum incommodum suum. Suidas natū ait ab Athleta quodam, seu pugile Tarentino, qui in Olympiacis certaminib; apud Pisam semel duntaxat victor discessit, idq; plurimis acceptis plagis. Plutarchus Symposiaco commētario quinto, docet apud Pisam *μονομαχίας*, id est, singularia certamina celebrari solere, in quibus etiam ad eadem vsq; affligebant in q; succubissent.

*Mus picem gustans.*

*Μὺς ἄρτι πίσσης γούμιμ*, id est, Mus nūc picem gustans. Quidam aiunt dici solere in eos qui cum antea fuerint audaculi & confidentes, postea periculo degustato, plane timidi videntur. Nondum satis liquet, vtrū à mure in picem deprehensio sit transacta allegoria, sicuti placet Diogeniano: an ab illo, de quo meminit Herodotus primo lib. in picem deprehensio, atque ita poenas dante: an à pugile illo Tarentino, de quo dictum est, vt in *πίσση* sit adlusio ad nomen vrbis, apud quam celebrantur certamina. Theocritus in Idyllio 8.

*Νῦν δὲ πὸς ἄς μὺς φωνῆ δάωνχε γούμετα*  
*πίσσης.* id est,

Nunc tandem sicuti mus, vt aiunt, Theonyche gustauimus picē. Porro siue ad animal teretas, siue ad pugilem nomine murem, eadem ferme manet adagii significatio, videlicet experiētiam male cessisse. Si quidem mus imperitus, si quando in picem incidit, aut perit, aut vix eluctatur, ac deinde periculi memor timet contingere. Et pugil ante ferox & iactabundus, simulatque certamen Olympiacum expertus est, sensitiq; quanti consistit ea victoria, deinceps abstinet. Huc spectat illud Horatianum.

Dulcis in expertis cultura potentis amici,  
 Expertus metuit.

Itidem iuuenes bellorum imperiti, facile bellum suscipiunt. Senes experti quantum malorum agmen secum trahat bellum, reformidant. Quare non intempestiue dicitur in eum, quem poenitet experiri, aut qui rem parum feliciter tentatam, iterū agredi relugit. Finitimū illis alibi dicitis: *Sc rō sapiunt t'hyrges, & Cumani serō sapiūt, & Piscator icūs sapiet.* Est autem hæc vna præcipua pestis vitæ mortalium, quod non perinde discimus caere malum, atque admissio mederi. Quæritur hoc Plato libro De legibus decimo: *ἐκ ἐπιτὸ μὴ δρῶν τὰ ἄδ' ἰκα τρεπόμεθα οἱ πλάσι, δ' ἐκασμῆτις δὲ ἕκαστ' ἴκα παρ' αἰμαία*, id est, Nō huc incumbimus peririq; nec committamus iniusta, sed vt postea quam fecerimus medeamur. Atqui iuxta Plautum, nimio satius est nō admittere malum, quàm admissū mederi.

*Delphicus gladius.*

*Δελφικὸν εἶφθ*, id est, Delphicus gladius. De re dicebatur ad diuersos vsus accommodabili. Quæ admodum iisdem vasculis, & poculorum vice in conuiujs, & clipeorum vice in bellis utebantur. Nam Delphicus gladius ad eum modum erat fabricatus, vt eodem simul & sacras mactarent victimas, & nocentes afficerent supplicio. Meminit huius gladii, cum Euripides in tragædiis, tum Aristoteles Politicorum lib. 1. disseis naturā non gignere singula ad plures vsus, sed vnumquodq; ad suum peculiarem propriumq; finem: *ἔδ' ἐν γὰρ ἢ φύσις πρὸς τὸ αὐτὸν, οἷον χαλκὸν ἵποιμαχίαι, δ' ἐλεφάντων πενηχρῶς, ἀλλ' ἐν πρὸς ἐν.* id est, Neque enim naturale tale quippiam facit, quæ admodum ætariū fabri gladium Delphicum quasi per inopiam,

inopiam, sed vnumquodq; ad singula. Meminit idē huius rei, libro De partibus animalium 4. tractans de linguis insectorum quæ pluribus funguntur officiis, simul & tentantes cibum & attrahētes, & spiculi vice aduersus iniurias defendentes, id quod negat facere naturam, nisi coactam inopia, vt idem instrumentum ad vsus dissimiles accommodet, quandoquidem ad defendendum magis appositum videatur, quod sit acutissimum: ad gustandum, quod sit fungosum. Vbi enim, inquit, licet duobus vti ad duo opera, nec aliud impedit, nihil tale natura facere solet, quale per inopiam ars excusoria obeliscolychnium ex veru lucernaque componit. Attamē si id fieri non potest, eodem ad plura opera abutitur. Vnde videtur ἰβελισκολύχνην iucundius quadraturum prouerbio, quam Delphicum gladium, nisi forte hic ipse Delphicus est gladius. Item Euripides in Oreste:

Θαυνὴ γὰρ αὐτῷ μοῖρα δελφικῶ ἔξισα. id est,

Fatale enim illi est, ense Delphico mori. Quadrabit igitur vel in pauperes, qui ob penuriam eandem vestem, aut aliam rem quampiam ad varios vsus accommodant: aut in vitiosum proemiū, & diuersis causis applicabile. Licebit & in seruum sensum accommodare prouerbium, vt si quis eruditionem Delphicum appellet gladium, quod in omni ætate, omni vitæ conditione sit vsui. Nam litteræ iuuenibus sunt necessariz, senibus iucundæ: pauperibus opes suppeditant, opulentis adiungunt ornamentum: in rebus aduersis solatio sunt, in secundis gloriæ: claro natis genere splendorē augent, obscuro genere natis, claritatis initium conciliant.

*Antequam incipias consulo.*

**ANTE QVAM** incipias, consulo, vbi cōsulueris, mature factū opus est: Hanc sententiam Salustianam Aristoteles vt prouerbiale refert libro Moraliū Eudemii 5. & Nicomachiorum 6. ἢ φασὶν πρῶτον μὲν εἶναι τὰ δέξασθαι, βυλοδιδῶναι δὲ βραδείας, id est, Et aiunt quidem mature faciūda quæ decreta sint, ceterum lente cunctanterque deliberandum. Diogenes Laertius huius dicti auctorem facit Biantem. In hęc sententiam copiosius diximus in prouerbio: αὐδὲ βραδείας. Laudatur hoc nomine Datames apud Amylium Probiū, quod

vbi cogitasset, facere audebat cogitata, solitus cogitare priusquam conari.

*Margites.*

**MARGITEN** pro stupido dixit Lucianus in Hermotimo: Ἀλλ' ἢ αὐ μαραγῆτι τιμὴ δικάζεισαι, id est, Sed exiltimas te cū Margite quopiā loqui. Hunc ita describit Homerus, citante Aristotele libro Moraliū Nicomachion 6.

Τὸν δ' ἔτ' ἀρκαπτῆρα θοιδέσσαν, ἔδ' ἀρτῆρα, id est,

Ὅν τ' ἄλλως τὶ σοφόν. id est,

Hunc neque fossorem voluerunt numina diuum

Esse, nec agricolā, nec in vlla præterea re Scitum aut egregium.

Suidas docet Margiten fuisse quempiam ob insignem stultitiam celebrem, qui non potuerit numerare supra quinque: sponsam ductam non ausus est attingere, veritus ne se apud matrem incusaret. Cum iā esset factus iuuenis, rogauit matrem, an ex eodem patre nata esset. Quamquam hæc alii tribuunt Melitidi, alii Coræbo, de quibus suo dicitur loco. Satis apparet vocem esse fictam à μὴ & ἔργον, quod ad nullā actionem esset vtilis. Erat autem Margites titulus operis, quod à quibusdam tribuebatur Homero. id, vt videtur, intercidit. Indicat hæc interpretes Aristophanis in Auibus. Cōuenit cum illo Hesiodio: Nulla in parte vtilis, qui nec ipse sapit, nec aliis obtemperet: & nullo in numero.

*Quod factum est, insectum fieri non potest.*

**NIHIL** hac sententia vulgatus. Quod factum est, insectum fieri non potest. Extat apud Terentium in Phormione. Aristor. lib. Moraliū Eudemiorum quinto: τὸ δὲ γινώσκειν ἔχειτε μὴ γινώσκειν, id est, Fieri nō potest, vt quod factum est, sit insectum.

Mox citat carmen ex Agathonis tragedia:

Μόγος γὰρ αὐτῶ καὶ θεὸς ζεῖσθαιται,

Ἀγνῆτα ποιῆν, ἔστ' ἂν ἢ πεπραγμένα. id est,

Etenim illud vnum ipsi negatum est & Deo, vt

Insecta reddat, facta quæ fuerint semel.

Vsurpatur in epistolis Ciceronis ad Atticum non semel versus ille Homericus, ex Iliados 8. τ.

Ἀλλὰ τὰ μὲν προτιπύχθαι ἐἴσομεν ἀχρημῆτι πιε. id est,

Ista



Ista molestia licet antea facta valere sinamus.

Nec in fœditate Phocylidis carmen :

Μὴ δὲ παροικησόμενοι κακοῖς τρέψῃς τὸν ἦτορ.

Οὐκ ἔτι γὰρ δ' ἠώταται τὸ τετυγμένον εἶναι ἀνικ-  
τορ. id est,

Neue malis iam præteritis animum ex-  
cru-  
ciaris.

Quod semel est factum fieri in fœditate haud  
queat vnquam.

Eandem sententiam habet Pindarus Olym-  
piorum hymno secundo :

Τῶν δὲ πεπραγμένων

ἔνδ' ἴκα τε καὶ παραδ' ἴκαυ,

ἀπὸ πάντων ἄνδ' ἄν

χρὸς ὃ πάσαν πατήρ

ἰδ' ἠώταται ἔμμεν ἔργον τέλθ'. id est,

Eorum, quæ facta sunt, siue iure, siue præter  
ius, nihil vt sit infectum, nec tempus qui-  
dem efficere possit opere perfecto.

*Mendacem memorem esse oportet.*

QUINTILIANS institucionum ora-  
toriarum libro quarto sententiam hanc  
prouerbii vice citat: Mendacem memorem  
esse oportere. Item Apuleius in Apologia  
Magiz secunda: Sæpe, inquit, audiui, non  
de nihilo dici: mendacem memorem esse  
oportere. D. Hieronymus, Oblitus veteris  
prouerbii: Mendaces memores esse opor-  
tere. Satis liquet adagiū sensus, nempe per-  
difficile esse, vt qui mentitur, semper sibi cō-  
stet, nisi sit summa memoria. Est autem fi-  
ctarum rerum memoria non paullo diffici-  
lior quam verarum. Proinde plerūque de-  
prehenduntur hoc pacto mendaciorum ar-  
chitecti, dum obliti quæ prius dixerint, di-  
uersa à superioribus loquuntur. Sic depre-  
henditur apud Terentium Dauus, sic Ply-  
ches Apuleianæ commentum à sororibus  
sentitur.

*Malus cum malo colliquefcis voluptate.*

Κακὸς κακῷ γὰρ συντέτικεν ἡδονῇ. id est,

Etenim improbo vir est voluptati im-  
probus.

Refertur ab Aristotele inter similitudinis  
adagia, libro Moraliū Eudemiorū septi-  
mo: Malus malo iucundus ob vitiorum  
cōmercium & societatem. Iuuenalis item:  
Magna inter molles concordia.

Ab eodem in Magnis moralibus adduci-  
tur ex Euripide, Aeschines aduersus Ti-

machum citat ex Euripidis Phœnice ean-  
dem sententiam:

Οἷς ἴ' ὀμιλῶν ἤδεται κακοῖς αἰήρ

Οὐ πάποτ' ἠρώτησα, γινώσκον ὅτι

Τοῖσ' τὸς ἔστιν οἷς περ' ἤδεται ἐμῶν. id est,

At cum malis quicunque gaudet viuere,  
Nunquam rogavi, noui cum, quod ta-  
lis est,

Cuiusmodi sunt, quæ amat conuiuere.

*Amicitia stabilium, felicitas temperantium.*

ARISTOTELIS lib. Moralium Eudemiorū  
7. sententiam hanc velut è medio sumptā  
refert, Amicitiam esse stabilium, & felicitatem  
eorum, qui sua sorte contenti sunt:  
Ορθῶς λέγεται ὅτι ἡ φιλικὰ τ' βεβαιῶν, ὡσαύτ' ἡ  
δύσχωμονία τὸν ἀντρέξαν. Amicitia virtute,  
non pecuniis aut forma concilianda est.  
Etenim si rebus caducis concilietur, cadu-  
ca sit & ipsa necesse est. Nihil autem in re-  
bus humanis stabile præter vnā virtutē,  
quæ sola fortunæ ludibriis obnoxia nō est.  
Deinde felicitas hominis non est in facul-  
tibus sita, quæ cupiditatem animi non  
explet, sed irritant, verum in hoc, vt suam  
quisque fortunam boni consulat. Aristot.  
lib. Rhet. 2. pro exemplo sententiæ simpli-  
cis, ac dilucidæ si quis inspiciat, ponit hūc  
versiculum:

Οὐδ' αἶς ἐρασκῆς ὅστις δὲ καὶ φιλεῖ. id est,

Haud quisquam amator est, ni amarit iu-  
giter.

Huic adhipulstur illud Senecæ, Amicitia,  
quæ desinere potuit, nunquam vera fuit.

*Leonis catulum ne alas.*

AESCHYLII sententia prouerbialis refertur  
apud Aristophanem in Ranis:

Οὐ χρεὶ λέοντος σκώμον ἐν πύλαις τρέφαν,

Μαλιστα δὲ λέοντα μὲν πόλει τρέφαν,

Ἡνέκτρα φησὶ τις τοῖς τρωποῖς ὑπερεῖν. i.

Catulum ne alas leonis in republica,

Ac maxime ipsum ne leonem alas ibi,

Quod si quis alitur, obsequendum mo-  
ribus.

Refert hunc locum Valerius Maxim. lib.  
7. c. de sapienter dictis. Admonet ænigma,  
non esse fauendam potentiam, quæ leges  
possit opprimere: quod si forte talis qui-  
spiam exutiter, non esse è Reipubl. decer-  
tare cum illo, quem nequeas nisi magno  
Reip. malo deuincere. Tyrannus aut se-  
rendus est, aut non recipiendus.

Qui

*Qui bene conijcies hunc vatem.*

M. TULL. in opere De diuinatione lib. 2. scribit Græcū versiculum vulgo iactatum extare in hanc sententiam: Qui bene cōi- ciet, vatem hunc perhibeto optimum. Ci- tar autem eum versiculum Plutarchus in libello De responsis Pythiæ: ὁ μὲν εὐκάλων κα- λῶς, ὃν ἄριστον μαντίν ἀνωρόδους ἢ παροιμίαι, id est, bene coniectans, quem optimum vate appellauit prouerbium. Quamquam hic in Plutarcho locus mutilus erat & lacer.

Attamen colligi potest carmen huiusmo- di fuisse:

Μάντις γ' ἄριστος, ὅστις εὐκάλων καλῶς.

Atque ita citat ex Euripide in libro De de- fectis oraculis. Citat & M. Tull. lib ad Atti- cum 7. Arc, inquit, exprocto futura μάντις γ' ἄριστος. Huc adlusit Theocritus in Pisci- atoribus, si modo Theocriti sunt illa:

- ἔτ' ὄριςτος

Ἐστὶν ὀνειρακτίας ὁ διδ' ἄσκαλός ἐστι παρ' ὧ- νος. id est,

. Nemo

Somnia coniectat melius, quàm mente magistra

Qui regitur.

Admonet adagium, futurorum præscien- tiam non è sortibus aut auguriis petendam esse, sed à prudentia. Si quidem qui pru- dentiam sit præditus, is ex præteritorū, præ- sentiumque coniecturis facile prospiciet quid sit euenturum. Proinde non iniuria scripsit Aristoteles lib. Moraliū Eudæmi- otum septimo: Φρονίμων καὶ σοφῶν ταχέως εἶναι τῷ μαντικῇ, καὶ μόνων. id est, pruden- tium atque sapiētium hominum celerem esse diuinationem, & horum tantum.

*Pannum lacer.*

HOMINEM iam fastiditum & reiectum: ῥα- κῶς πολυχιδῆς appellant Græci, id est, pan- num vndique lacerum. Sumpta metaphora à veste longo vsu detr ita, atque ob id re- iecta, cum noua fuerit in precio. Sic autem quidam amicis vtuntur, vt vestibus: dum vsui sunt ac vigent, amplectuntur, cu- rant, ostentant: simul atque vel ætate dese- cti sunt, vel alioquin viles esse desierunt, negligunt ac reiciunt. Lucianus: Ἀχρεῖς ἡδ' ἄσπε τὸ τῶ λόγῳ τῶτο ῥακῶς πολυχιδῆς ἐργα- σαμένους, ἐξέμισ, id est, Donec vbi te iam, iu- sta id, quod dici solet, pannum vndique la-

cerum reddiderit, expulerit. Idem in eodē dialogo nempe de Mercede seruientibus, similitudinem adfert de nouis calcæis, qui tantisper in precio sunt, dum noui nitent, iidem vbi luto sorduerunt, in angulū abi- ciuntur aliquid, atque ibi nullo curante, si- tu cimicibusque opplentur. Solon eos, qui exercebantur ad Olympiaca certamina, pri- mū dicebat esse sumptuosos, & ob id Reip. graues, vbi vicissent ob fastum esse detrimē- to ciuitati, postremo cum senuissent, iam prorsus esse inutiles. Ad id exprimentum Lærtius citat versiculum Euripidis:

Τριβῶντες ἐκλιπόντες οἱ χοντοὶ κρέκας. id est, Filis solutis lacera pereunt pallia.

*Inanem metuisi.*

Αδ' εἰς δ' εἰδίας δ' εἶος, id est, Inanem metuis me- tum. Vbi quis formidat in re tuta. Vergil. Omnia tuta timens.

Inest autem in ipsa Græciani dicti figura prouerbiale quidam propter ἀντίθεσιν. Vel- lut in his quoque: Ἀδ' ὄρακ δ' ὄρακ, διετῶς ἄδ' ὄρακ. παρβένος ἀπάρβενος, νύμφη ἄνυμφος, κῆ- ποσ ἀνκτοσ. atque id genus aliis, de quibus iam non semel admonuimus. Græci dicūt μορμουλύπταν, nam μορμουλύκειον Græcis per- sona est, larux aut malo genio similis, qua pueros territant quidam. Basilius Athana- sio: ἢ κομηδῆ γὰρ παῖς εἶναι τὰ τοιαῦτα μορμου- κῆ δ' εἰδ' ὄρακ, id est, Sane vehementer esse m- puer, si talibus terribilicem experiesce- rem. Refertur adagium in collectaneis Plu- tarchi, si modo titulo est habenda fides.

*Mulius parasangis præcurrere.*

Πολλεῖς παρασάγγως ὑπερδραμεῖν, id est, Mul- tis parasangis præcurrere dicitur qui lon- go interuallo præcedit, multisque parti- bus superior est. Et apud Athenæum libro Dipnosophistarum tertio: Πολλεῖς παρα- σάγγως ὑπερδραμῶντες τὸν σικελιῶν διονύ- σιον, id est, Multis parasangis superantes Si- culum illum Dionysium. Id quo magis ad animi res transferetur, hoc erit venustius. Parasangam autem Persæ triginta stadio- rum spacium vocant, vt locis aliquot indi- cat Herodotus: qua voce vsus est Lucia- nus in Icaromenippo, quæ dialogum nos olim Latinitate donauimus.

*Putee salsamentum amat origanum.*

CLEARCHVS apud Athenæum lib. 3. Σαπρὸς

**Σαπρὸς τάρικος πῦρ δριγανον φίλον.** id est, Putrida falfamenta amant origanum. Origanum autem herba est acri succo, qualis & Thymbra. Quin & hodie frugi patresfamilias carnibus iam obolentibus addunt acetum origani loco ne sentiat puris odor. Apre dicitur de re per se parum honesta, aut iucunda, atque ob id exoticis condimentis & honestamētis egente. Quimos etiam hodie fordidis, vt piscibus supputribus, ne quid offendat edentes putor, acida admisceant. Veritas per se placet, honesta per se decent. Fallā lucis, turpia phaleris indigent, hoc est, putre falfamentum origano.

*Voracior purpura.*

**ΑΤΗΝΑΒΥΣ** libro tertio Dipsosophistarum ex Apollodoro huiusmodi quoddam refert prouerbum: **λιχνότερα τὴν πορφύραν**, id est, Edaciora purpuris, idque ductum existimat, vel à tincta purpura, quæ omnia quibus admota fuerit velut ad sese rapit, suoque colore res vicinas inficit additque lucem: vel ab animante ipso, quod quidquid natum fuerit, retinet ac deuorat. Vtrunque propemodum licet è Plinii verbis colligere. Siquidem libro nono ca. 36. de colore scribit in hunc modum, Sed purpuræ florem illum tingendis expetitū vestibis, in mediis habent faucibus, liquoris hic est minimi in cādida vena. Vnde p̄ciosus bibitur nigrantis rosæ colore subluens, reliquum corpus sterile, Ac paullo post: Hinc, aut, vt alii legunt, huic falcēs securesque Romanæ viam faciunt. Idēque pro maiestate in pueritia est: distinguit ab equite curiam. Diis aduocatur placandis, omnemque vestem illuminat, in triumphali miscetur auro. Quapropter excusata & purpuræ sit infania. De voracitate mox hæc subiicit: Lingua purpuræ longitudine digitali, qua pascitur deuorando reliqua cūchylia. Tanta duritia aculeo est. Conueniet in edaces, aut in eos qui omnia in suū compendium vertunt. Tale quiddam cogitasse videntur poetæ, qui Midam sinxerunt contactu corporis omnia vertentem in aurum.

*Tarichus assus est simul atque, Videris ignem.*

**Τάρικος ὀπτός ἄδύς ἂν ἴδῃ τὸ πῦρ.** id est, Tarichus assus mox vt ignem viderit. Athenæus lib. 3. prouerbii loco citat. Est

autem Tarichus piscis falsus, de quo nonnulla in prouerbio, Si non adsunt carnes. idem est cum illo, **ἀψύκ ἐς τὸ πῦρ.** Quod ante iam exposuimus in prouerbio, Aphya in ignem. Eodem in loco refert & hunc verbum ceu prouerbialem:

**Οὐκ ἐν πύθοι τάρικος, ἂν πύρ ἄξιος.** id est, Tarichus haud latet est, quis dignus est,

*Non sunt amici, amici qui degunt procul.*

**Τὰλλὰ φίλοι νεότεροις ἔκείνῳ φίλοι.** id est,

Haud est amicus, amicus absit si procul.

Hanc paræmiā recenset Athenæus libro Dipsosoph. 4. eumque; omnium **μισανθρωποτάτων**, id est, inhumanissimam vocat, videlicet quod absentium amicorum memoriam obliterare videatur. Est omnino ex amicis, qui adsunt, vberior amicitie fructus, propter officia mutua, consuetudineque quotidianam. Præterea vulgo fit, vt simul atque è conspectu necessariorū seiuncti sumus, obrepat obliuio quædam familiarium, vt id iam omnibus in ore sit, qui semotus sit ab oculis, eundem ab animo quoque semotum esse. Aristot. lib. Moralium Nicomachiorum §. fatetur locorum seiunctionem nō dirimere quidem amicitiam, sed tamen officia interrumpere. Et quoniā vulgus amicitias vtilitate probat, sublaris officii velut alumnis amicitie, emoritur & amicitia. Proinde Hesiodus, vicinos potissimū ad conuiuiū vocandos esse monet:

**Καλέα, in quibus, ὅς τις σέθεν ἐγγυβι ναίει.**

Terentianus item Chremes in propinqua amicitie parte ponit vicinitatem.

Nec abludit hinc Propertius libro tertio:

**Quantum oculis animo tam procul ibit amor.**

Quamquam non apparet, quamobrem Athenæo videatur adagiū hoc vsque adeo ab humanitate alienum. Quandoquidem, vt opinamur, non tam docet quid nobis faciendum sit, quam admonet, quid vulgo factitetur. Quotum autem quenque reperias amicū tam certum, qui si absis, non sui dissimilis esse incipiat? Proinde pronet bio hoc veluti Delphico gladio vtrolibet pacto vtaris licebit: vt intelligas; aut non esse fidendum amicis, qui longo locorum interuallo seiuncti sunt: aut non esse colendos amicos longinque distitos, vnde non queas multum sentire cōmoditatis, sed hos potius quibus præsens præsentibus fruarē.

*Per sepe*

*Persepe sacra haud sacrificata deuorat.*

Αὐτὰ δ' ἱερὰ πολλὰ κίκα κατέδησεν. id est,  
Persepe sacra haud immolata deuorat.  
Senarius est apud Athenarum libro 4. Si-  
monidis in mulierem quandam male mo-  
raturam, & auidam in conuiuio. Concinne  
dicitur in eos qui ventris impulsu statim  
ad deuorandas epulas irrumpunt, non ex-  
pectatis ceremoniis. Neque intempestiui-  
ter dicitur in eos qui non expectata iuris  
ratione hereditatē inuadunt, & aliena per  
vim occupant. Ductum à victimis, quas fas  
non erat cōtingere, nisi mysteriis peractis.  
Et Plato vult etiam in conuiuio prelibari  
diis, & mensam rem sacram existimauit an-  
tiquitas, teste Plutarcho: vnde fit, vt his et  
temporibus nefas putent: ἀνίπτεις χερσίν, i.  
Illotis manibus accedere.

*Chius dominum emittit.*

Χίθ' δὲ πωτὸν ἀνάσκατο, i. Chius dominum  
mercatus est. In eos quadrabit, qui sibi ipsi  
malum accesserunt. Vltus est hoc adagio Eu-  
polidis in amicis, Atheno teste, lib. Dipno-  
sophi. 6. Natum, ait, inde, quod cum Chii  
primi seruis mercenariis instituisent vti,  
postea subacti à Mithridate Cappadoce, p-  
prii seruis vinciti sunt traditi, vt in Col-  
chorum regionem deportarentur, idq; il-  
lis aliquando euenturum oraculum prædi-  
xerat. Huius historię auctores citat Nico-  
laum Peripateticum, & Posidonium Stoi-  
cum. Nec Stephanus tacuit, hanc gentem  
primum vsam famulis διεκπικτι, quemad-  
modum Lacedæmonii vtebantur, quos vo-  
cabant ἄλωτας, id est, captiuos. Sicyonii  
quos dicebant, κορυμφόρους, id est, clauige-  
ros, à claua. Itali Pelasgi. Cretes quos ap-  
pellant δμώιτες. Est autem χίθ' clarissima  
Ionum insula, habens eiusdem nominis  
ciuitatem. Possessuum circumflexe scri-  
bitur χίθ'.

*Anima & vita.*

Ζωὴ καὶ ψυχὴ, id est, Anima & vita, de re su-  
pra modum suauis. Prouerbum natum in  
cubilibus, atque inde deductum in commu-  
nem sermonem. Videtur autem peculiare  
fuisse mulieribus. Iuuen.

Ζωὴ καὶ ψυχὴ, modo sub Iodice relictis

Vteris in turba.

Item Martialis epigrammatum lib. 10. in  
Læliam.

Ζωὴ καὶ ψυχὴ, lasciuum congetis vsque.  
Proh pudor Herilix ciuis & Aegeriaz.  
Huc respexit Iuuenalis cum ait:

Concumbunt Græce.

Hesiodus pecuniam, animam mortalibus  
esse dicit.

Υρῖματ'α γὰρ ψυχὴ πέλειται δειλοῖσι βροτῶ-  
σι. id est,

Pecunia enim anima est miseris morta-  
libus.

Et Aristoteles pecuniam velut alteram ho-  
minis animam esse scripsit. Nihil autem  
est vita, neque iucundius, neque carius. 1

*Qui amant, ipsi sibi somnia fingunt.*

VERGILIUS in Pharmaceutria:

Credimus, an qui amant, ipsi sibi somnia  
fingunt?

Seruius prouerbialiter admonet dictum à  
poeta. Nam quod quisque sperat, facile cre-  
dit. Et tarde, quæ credita lædunt, credimus,  
vt ait, Onidius. Metus autem, & spes, vt ele-  
ganter, & vere scripsit Lucianus in Pseu-  
domante, diuinationem & auguria repe-  
rerunt. Qui impense cupiunt, suis votis  
vndecunq; blandiuntur, & quiduis in omē  
optati euentus trahunt. Rursum qui mise-  
re metuūt, quauis ex re solatium formidi-  
nis aucupantur. Non vsquequaque discre-  
pat ab hoc Terentianum illud, Mihi non  
fit verisimile. At qui ipsis commentum præ-  
cet. Nō videtur alienū ab hac forma Theo-  
criticum illud:

Πᾶσα κύνων ἄρετος μαντεύεται, ἰχθία κύνων. i.

Somnia cuncta canum panes, ego som-  
nio piscem.

Qui suis votis blandiuntur, ii Græcis di-  
cuntur ἑαυτοῖς ὄνειροπλεῖν, id est, sibi ipsis sua  
interpretari somnia: quod omnia rapiunt  
in alimentum spei suæ.

*Polypi.*

POLYPI prouerbio dicebantur olim, vel  
stupidi, stolidique, vel rapaces, & vncis vn-  
guibus homines. Siquidem ob eam causam  
Polypo stultitiam tribuunt, quod ad  
manum capentis vltro mouetur, nec ali-  
ter capitur, nisi quod non cedit, auctore  
Atheno. Adscribitur autem rapacitas ten-  
acitasque, quod quidquid brachiorum fla-  
gellis nactus fuerit, succu trahat ac reti-  
neat. Plautus in Aulularia: Ego istos noui  
polypos, qui vbi quidquid tetigerint, tenent.

Cc Nihil

Nihil autem vetabit quo minus polypos appellemus eos, qui semet in omnem habitum vertunt omnibus assentantes. Quos eleganter notat Phocylides :

Μυδ' ἔτ' ἐρεν κλύεις κερδ' ἢ νόον, ἄλλ' ἀγορῶν.

Μυδ' ὡς περὶ φωνῆς πολὺ πρὸς κατὰ χάριν ἀ-  
μείβει. id est,

Rectore neue aliud celes, aliud ἤ; loquare,  
Proque loco variare, petris vti polyopus  
hærens.

Ion apud Athenzuum libro 7.

Στυγῶ μεταλλακτῆρα πηλύπυρον. id est,  
Odi colore subinde vario polyopus.

Huc continet qd admonet Mautus, vt qui sapit, bonus sit bonis, malus malis. Hoc no-  
trine laudat Pindarus in Nemeis hymno  
quarto quemdam: Μαλθακά μλι φρονέων ἐσ-  
λεις, τρεχὺς πάλγκιστοις ἔφιδ' ῥο. id est, Mol-  
lis erga bonos, asper vero insidiator erga  
moleitos aduersarios. Non abludivit hinc qd  
ibidem habetur hymno tertio: Ἐν παισὶ  
νιοισι πῶς, ἐν δ' ἀνδράσιν ἀήρ, τρίτον ἐν πα-  
λαιστοῖσι μέγος, ἕκαστον δὴον ἔχομεν βρότων ἔθ-  
ος. id est, Inter pueros teneros puer, inter  
viros autem vir. Tertia inter seniores pars,  
quodq; vet habemus mortale genus. Lau-  
dat Pindarus hominem omnium moribus  
& ætatibus sese attemperantem. Eodem ti-  
tulo laudat quempiam in Pythiis hymno  
octauo: Τὸ γὰρ τὸ μακβαλὸν ἐρεῖται καὶ πᾶσιν  
ὄμως ἐπίσασσαι, καιρῶ σὺν ἀτρεκέει. id est, Tu  
enim & humaniter agere nosti, & affectum  
sumere temporis congruentem. Rursum  
eiusdem operis hymno quarto: Κεῖν' ῥο γὰρ  
ἐν παισὶ νέος, ἐν δὲ βυλαῖς πρὶ ἐσβους. id est, Nā  
ille inter pueros iuuenis, in conciliis vero  
senex. Idem eiusdem operis hymno secun-  
do: Φίλον εἶν φίλων, ποτι δὲ ἐχθρὸν ἀτι ἐχθρὸς  
ἔων λυκοῖο δ' ἴκαν ὑποβύσσωμαι, id est, Amicū  
contingat: Ceterum aduersus inimicum  
tanquam inimicus, lupi more incuriam,  
sive insidiabor.

*Nullus malus magnus piscis.*

Οὐδ' εἰς κινδὸς μέγας ἰχθὺς. id est,

Nullus malus magnus piscis.

**A N T I C M A** prouerbiale dici solitum in  
homines prægrandi quidem corpore, cete-  
terum ingenio nullo. Clearchus in com-  
mentario de prouerbiis apud Athenzuum  
libro 8. hinc ortum scripsit. Stratonico ci-  
thareus cum Porpin vidisset Rhodium ci-  
tharcodum ingenti corporis mole, verum

arte non perinde magnū, percunctantibu<sup>6</sup>  
quibusdam quisnam is esset, hunc ad mo-  
dum respondit: ὁδ' εἰς, κινδὸς, μέγας, ἰχθὺς,  
incipiti dicto significans illum, nullum, id  
est, nullius esse precii, malum & improbū,  
magnū corpore, denique piscem, quia mu-  
tus esset & infacundus, ac male canorus:  
Theophrastus De risu, fatetur dictum qui-  
dem esse à Stratonico, sed non in Porpin,  
verum in Simylā histrionem: μέγας, ὁδ' εἰς,  
σαπρός, ἰχθὺς, id est, Nullus, magnus, pu-  
tris, piscis. Sed elegantius quod reculit Cle-  
archus, propter amphibologiam non inue-  
nustā. Aristoteles in eodem mox loco apud  
Athenzuum super hoc adagio fabulam hu-  
iusmodi refert, in Repub. Naxiorū. Apud  
Naxios, locupletes quidem plerique urbem  
habitabant, ceteri vero sparsi per vicos age-  
bant. In quodam itaque vico, cui nomen  
Lestadz, Telegoras habitabat prædiues, ac  
nobilis, multaq; apud plebem auctorita-  
tis, cui cum alii complures honores habe-  
batur, cum præcipue muneribus quotidiana  
nis ciuium honorabatur, adeo vt qui ven-  
debant, si quis minoris liceretur quam vel-  
lēt, dicere soliti sint, se malle dono dare Te-  
legorz, quam tanti vēdere. Quidam igitur  
adolescentes cum piscem ingentem licita-  
rentur, ac piscator ex more diceret, se mal-  
le Telegoræ dono mittere, quam tanti ven-  
dere, moleste ferentes eadem audire toties,  
simulata beneuolentia ad Telegoram addu-  
xerunt emptum piscem. Quem cum ille li-  
benter accepisset, tum ipsum adorti sunt,  
tū filias iam nobiles constuprarunt. Quod  
factum, indigne ferentes Naxii, abreptis  
armis inuadere conati sunt adolescentes:  
tantaq; hinc orta seditio, vt Lydamis hu-  
ius tumulus præfectus, post arrepta tyran-  
nide patriam oppresserit. Hactenus Aristo-  
tel. At hæc non videmus quid ad prouerbiū  
faciant, nisi duo faciamus prouerbia, quo-  
rum hoc posterius sic efferatur, Citius Te-  
legorz donarim, quam tanti vēdam. Nam  
Athenzuum indicat Aristotelē de prouerbio  
differuisse. Videtur esse fenarius, sed inuer-  
so dictionum ordine perturbatus. Consta-  
bit si legas: ὁδ' εἰς μέγας ἰχθὺς κινδὸς.

*E squilla non nascitur rosa.*

**P R O V E R B I A L I** figura dixit Theognis:  
Οὐτι γὰρ ἐκ σκίλλης ῥοδ' αὖ φύεται, ὅδ' ἄκινθος  
Οὐδὲ πῶς ἐκ δ' ἄλης τέκνον ἑλθὺ βίριον. id. est,  
Nō

Non etenim ē Squilla rosa nascitur, aut hyacinthus.

Sed neque ab ancilla filius ingenuus. Admonet adagium, ē probis parentibus na sci liberos probos, ex improbis improbos. Simili forma dixit Horatius in Odis :

Neque imbellem feroces . Progignunt, aquilæ columbam .

Venustus erit, si ad indocti doctoris indo- ctum discipulum referatur, ad improbi nu tricium improbum alumnium. Pertinet ad- agium ad illam classem : κακῆκόρασθ' κακὸν μόν, id est, Mali corui, malum ouum. Et, Οὐκ ἀνγένιτο χερσὸς ἐκ κακῆς πατρὸς. id est, Ptolem probam haud pater progignet im probus .

Est autem Squilla herbe genus non dissimi lis aloc, de qua multa Plin. in diuersis locis.

Non omnia possumus omnes .

Non omnia possumus omnes, apud Ver- gilium in Pharmaceutria. Prouerbialis sen tentia, qua vix tritioiorem aliam reperies. Sumpta videtur ex Homero, apud quem Iliados N. Polydamas sic alloquitur He- ctorem :

Ἄλλ' ἢ πῶς ἄμπακται δωήσια κντὸς ἐλίδαι. Ἄλλω μὲν γὰρ ἔδ' αὐκίεσθ' πολιμῖκα ἔργα, Ἄλλω δ' ὄρχισὺν, ἐτέρω κισαρήν καὶ αἰοδῆν, Ἄλλω δ' ἐν στίβοισι τίθει νόον ἰνέροπαζ δὺς Ἐδλόν, τῷ δέ τε πολλοὶ ἐπικυρίσκοντ' ἀνθρώ- ποι. id est,

Haudquaquam poteris fortitrier omnia solus.

Namque aliis diui bello pollere dederūt, Huic saltandi artem, voce huic citharāq; canendi.

Rursum alii inscuit sagax in pectore ma- gnus

Iupiter ingenium, at multis est vilis ille: Item Odillex 5 .

Οὕτως ἔπῶντεσσι τοῖ χαρίντα δ' ἰδῆσι Λιδεχέτιν, ὅτε φυνῆ, ὅτε ἀρ φρένας, ὅτε ἀγο- ρητιῶ .

Ἄλλω μὲν γὰρ τ' αἰδῶ ἀκιδνότερῶ πέλα κίηρ,

Ἄλλω δὲσ μορφήν ἔπεισιν ζέφα . id est,

Nō ita celestes tribuūt sua dona q̄busuis, Seu formā, siue ingeniu, viresve loquēdi.

Est etenim isformis species cui cōtigit, atq; Lingue dote deus p̄sar dispēdia formæ .

Euripides in Rhelo :

Ἄλλ' ἢ γὰρ αὐτὸς πῶνδ' ἐπίσταδαι βροτῶν Πέφυκη, ἄλλα δ' ἄλλω πρὲς κταται γέρας .

Vt cuncta norit, nemini mortalium Datum est, at alia dos adest alii viro .

Eodem pertinet quod scribit Theognis : Γάρους ἀνθρώπων ἀρετῆ καὶ κάλλ' ὁ πικρῆ, Ολβιῶ δ' ὅς τ' ἔσταν ἀμφοτέρων ἔλαχεν. id est, Sunt pauci, quibus iisdem & virtus sup- petit & res .

Felix cui simul hæc sunt data sorte deum. Titus Liuius lib. 22. Nō omnia eidem dii dederunt.

Vincere scis Hannibal, victoria vti nescis. Videtur Liuius retulisse illud ex Iliados 4 .

Οὐδ' ἄρα πῶς ἔν, Ἐν πόντεσσ' ἔργοισι δ' αἰμοῖα φῶτα γινέσθαι. i .

- Haud illud contigit vniquam, vt Omnibus in sacris callēs appareat idem.

Huc pertinet & Pindaricum illud ex Ne- meis :

Τέχνη δ' ἐτέρων ἔτερα. id est, Artes aliis aliz.

Interpres ostendit, illud Atticis prouerbii loco dictum fuisse :

Ἄλλω δ' ἄλλω ἐπιτεχίσεις. id est, Aliz aliorum inuentiones.

Idem alibi :

Θηὰ δ' ἔκασθ' διαφέρουσι βιοτὰ λαγύοις, ἰ μὲν τὰν,

τὰν δὲ ἄλλοι .

Tυχῆν δ' ἐν ἀδωκῶτον δὲ δ' αὐμονίω ἀπασσά. i .

Natura differimus, vitam sortientes, hic hanc, illam alii . Porro fieri non potest, vt omnis felicitas vni contingat. Idem Olyra

piorum hymno primo, ἐπ' ἄλλοισι δ' ἄλλοι μεγάλοι. id est,

In aliis alii magni sunt.

Idem expressius Encomio octauo :

ἄλλα δ' ἐπ' ἄλλον ἔβαν ἀγατῶν, πολλὰ αὖ δ' ὀδοὶ σωθεῖς δὲ περγίας. id est,

Alia ad alium venerunt bona, sed diis fauē- tibus multæ viz felicitatis. Rursum eiusdē

tituli hymno nono : ἐντὶ γὰρ ἄλλω ὀδῶν ἐδοὶ παρῶτεροι,

μῖα δ' ἔχ' ἅπαντας ἀμμι βρέψα μελίτα.

Sunt enim aliz viz aliis efficaciores, sed nō omnes nos alet vnum studium.

Mulæ manus onus leuius reddens.

Vt ligo circumfertur adagium, multis ma- nibus onus reddi leuius . Quo significant etia difficilia facile confici, si quis non ipse

solus negotium aggrediatur, sed in plures

Cc 2 adiu.

adiutores & auxiliares partiatur. Sumpitū est à tollendis oneribus. Videtur autem ea sententia ab ipsa vsq; antiquitate in nostrā ætate demanasse. Legimus. n. apud Hesiodum in opere cui titulus: *ἔργα καὶ ἡμέραι*, *Πλείων καὶ πλείων μάλιστα.* id est, Plus potest & plurium industria.

Item Homerus Iliados M.

*Ἄλλ' ἐπομαρτέτον. πλείων δ' ἐτι ἔργον ἄμεινον.* id est,

Adstitis comites, multorū industria nanq; Plus poller, quam paucorum.

Ad hoc respexit Euripides in Phœnissis:

*Εἰς δ' ἀνὴρ δ' αὖτις ὄρα.* id est,

Vir vnus autem nemo cuncta dispicit.

Rursum in Heraclidis:

*Μία γὰρ χεὶρὸς ἀδ' αὐτῆς μάχη.* id est,

Inualida pugna est vnica tantum manus.

Eodem pertinet quod alibi retulimus: *ἓς ἀνὴρ ἔδδ' ἓς ἀνὴρ*, id est, Vnus vir, nullus vir.

*Sine Cerere, & Baccho friget Venus.*

TERENTIUS in Eunucho, Verbum hercle hoc verum est, sine Cerere & Libero friget Venus. Dicuntur hæc sub persona Chremetis adolescentis rustici, qui sobrius oderat meretrices, post idem potus non abhorret. Cibus enim & potus iritamenta sunt libidinis. Eleganter autem Cererem pro cibo, Bacchum pro vino, Venerem pro libidine dixit continenter in figura persilens. Nam illud ipsum verbum Friget, metaphoram habet, quam Donatus à picatione vasorum mutuo sumptam autumat, quod frigida pix non adhereat. Frigida profecto nimitūque affectata interpretatio, quod quidem tanti viri pace dictum sit, si modo illius est interpretamentum. At dent amantes, & frii gent que languent. Horatius:

Non enim posthac alia calebo Fœmina. Et frigent in vxores mariti, qui non admodum amant. Diuus Hieronymus Terentianam sententiam crassiore Minerua explicans, Distent ventre distenduntur ea, que ventri adhaerent: significans libidinem esse gastrimargiz comitem. Peculiariter autem vinum irratat libidinē. Euripides:

*Οἷος δ' ἐμὴ πινοῖται ἄκ' ἔστιν κῆρυς.* id est,

Absente vino, nulla tunc adest Venus.

In Gæcorum collectaneis ita legitur:

*Νικτὸν ἀφροδίτη θιονίστα δὶ χὰ καὶ δ' ἄμυτρος.* id est,

Mortua res Venus sine Baccho & Cerere.

Cynicus apud Athenæum libro Dipnosophistarum sexto, refert eandem sententiā his fere verbis:

*Ἐν τῇ κενῇ γὰρ γαστρὶ τῶν καλῶν ἔρας*

*Οὐκ ἔστι. παρῶσιν γὰρ ἢ κῆρυς πικρὰ.* id est,

Nā ventri inani nō inest formaturū amor.

Amara Venus est dira quos pmit fames.

Ac mox subiicit carmen Euripides, quod ille mutuatus sit ab Achæo Satyrico:

*Ἐν πικροιστάτικῷ κῆρυς. ἐν παύσιν τι δ' ἔστι.*

Saturo Venus adest, famelico nequaquā adest.

Athenæus libro Dipnosophist. 1. distichon adducit eandem complectens sententiam:

*Ἐν πικροιστῇ γὰρ κῆρυς, ἐν δὲ τοῖς κακῶς*

*πραΐσι σὴν ἔκ' εἰς ἴν' ἀφροδίτη βροτῶς.* id est,

Saturis Venus adest, ceterum infelicitibus

Miserisq; nulla adest Venus mortalibus.

Apud hunc ipsum lib. 10. Aristophanes vinum, lac Veneris appellat, quod alat libidinem:

*Ἡδὺς τε πίνομεν οἶνον, ἀφροδίτης γάλα.* id est,

Vinum bibenti suauē, lac Cypriæ dez.

Huc pertinet epigramma quod fertur iucetto auctore:

*Ἐρώτα πάντα λιμὸς. εἰ δὲ μὴ, χεῖρ' οἶνον,*

*Ἐὰ δὲ μὴδὲ ταῦτα πῶ φλόγα σβέσει,*

*Θεραπεία σοὶ τζλοποῖν' ἡγεθῆα βροχ' οἶνον.* id est,

Fames amorem sedat, id si sit minus,

Tempus medetur, sin nec ista extinguere

Flammam queant, tu tu restat, vt lunem

pares.

Idem intelligi voluit Apulcius, cum Veneri ebriam cenam affingit, eum interim esturari Psyche. Quamquam Aristoteles indicat, immodicam vini portionem inutiles reddere ad coitum. Nam diluit vim feminalem, atq; ob eam causam Alexandrum Magnum in Venerem parum fuisse strennuum, quod esset vinolus. Idque Theophrastum dixisse narrat Athenæus.

*Nauges in Massiliam.*

Πλούταρχος ἐς τὴν μασσαλίαν. Scribit Athenæus lib. 12. Massilienses vsque adeo deliciis effeminatos olim fuisse, vt proverbio dici consueuerit: *πλούταρχος ἐς τὴν μασσαλίαν*, id est, Nauges in Massilianam. Non explicat quidem ille proverbii sensum, sed facile coniiicitur in molles, & moribus cultūque parū virili torqueri debere. Plautus in Cassina: Vbi tu es, q colere mores Massilienses postulas? Tametsi, quod ait Plautus, nobis

nobis potius referendum videtur ad feueritatem vitæ, quemadmodum Plutarchus in vita Agefilai docet, Spartanam disciplinam appellatam, feuerâ minimeq; deliciis indulgentem. Nam nō alia gens laudatior quam Massiliensium, si Ciceroni credimus, siq; vera memorat Valer. Maxim. lib. 2. cap. De institutis, multa commemorans de disciplina eius ciuitatis, quæ nec mimos vllos in scenam admisit, ne parum pudicis fabularum argumentis ciuium mores inficerentur, nec eos qui religionis prætextu vitam inertem & oriosam sectarentur, intra portas receperit. Aliaq; id genus de Massiliensium feueritate referuntur apud auctores, vt appareat Athenæum non de Gallica Massilia, sed de Libicâ loqui, cuius meminit Vergil. quarto Aeneidos lib.

Hic mihi Massylæ gentis monstrata sacerdos.

Quo quidem ex loco coniecturam facere licet, Massylos maleficiis olim infames fuisse, quemadmodum & Thessalos. Ceterum quoniam apud Athenæum Massalia est, nō Massilia, fieri potest vt nec sit Massilia quæ est Galliz Narbonenses, nec Massilia Maurorum, sed tertia quæpiam. Licet hanc nominum differentiam interdum confundat Græci scriptores. Stephanus indicat hoc nomine fuisse ciuitatem Ligusticæ, Phocensium coloniam, auctore Hecatæo: Τιμαῦν vero illud addere, cum nauclerus adnauigasset, viso piscatori proiecito in terram sine, dixisse, alligâ rudentem. Et hinc loco nomē inditum Massalia: μάσαι enim Αεολibus est, quod alii dicunt: Δίσσαι, ἄλιβος piscator: εκ μάσαι igitur & ἄλιβος dicta Massilia.

#### Nauiges Træzenem.

Φλοῦσαις προζίνα, id est, Nauiges Træzenem. Eustachius enarrans secundum Homerice Iliados librum ait dici solitum in eos qui cum mento imberbi essent, tamen apposititiis pilis barbam virilem mentirentur. Addit inde natum, quod Træzenis portus quispiam vulgo celebratus sit nomine Barba. Est autem alter Træzen in Massilia.

#### Attica bellaria.

Ἰέμματα ἄπικα, id est, Bellaria Attica: De laetitiiis & cupediis. Transferri potest ad rem quamcunq; maiorem in modum suauem

ac iucundam. Plato Politicæ sug lib. 3. Ἰέμματα καὶ ἄπικα περιματῶν τὰς δούδας εἶναι ὑπαρθείας. i. Danna & Attica bellaria, quæ videtur ad lautitias pertinere.

#### Nemo bene merito bouem immolauit, præter Pyrrhiam.

Οὐδὲις ἀνερίτη βὸν ἔβουεν ἀλλ' ἢ πυρρῆιας, id est, Nemo bouem immolauit bene merito, nisi Pyrrhias. Hoc prouerbio quōdam utebantur, si quando quis extitisset homo insigniter gratus, qui beneficium acceptum ampliter repensaret. Plutarchus in Questionibus Græcanicis, vnde sit natum adagium enarrat ad hunc modū: Nauis quædam piratica appulit ad insulam Ithacensem, in qua forte fortuna senex quidā erat vna cū cadis sicilibus plenis pice. Pyrrhias quidam Ithacensis, vt opinamur, negotiator, senem dato precio redemit à piratis, nō ob id quod eo sibi foret opus, sed partim quod miserum esset senilis fortunæ, partim hominis oratione persuasus. Emit autem vna cum senecados illos picarios, idq; auctore senec. Deinde profectus piratis, quō Pyrrhiæ gratiam referret senex, quod non ob lucri cupiditatem, sed ob beneuolentiā sese liberū fecisset, indicauit in cadis multam pecuniæ vim pici admixtam, abditam esse. Qua reperta, cum Pyrrhias de repente diues esset redditus, cum magnifice collaudauit senis erga se gratitudinem, tum eidē bouem immolauit officii præmium. Atq; hinc re iam peruulgata natum prouerbiū, de gratia prolixè relata. Veteres enim regale sacrum & magnificum, opiparumq; conuiuium βενθισίαν appellabant.

#### Fumi vmbra.

Καπνῖσ σκιά, id est, Fumi vmbra. Prouerbiali hyperbole id dixit antiquitas pro re qualibet vili. Sophocles in Antigone.

Τὰ δ' ἄλλα καπνῖσ σκιὰς εἶναι ἢ προζίμην. i.

Reliqua fumi vmbra non emerim.

Cum omnis vmbra res quædam est inanis, tum vero fumi vmbra præne dixeris vmbra vmbra. Extat & hoc apud Aristophanē. De hoc alias non nihil argimus.

#### Viuum cadauer. Viuum sepulchrum.

Ἐμψυχὸς νεκρὸς, id est, Viuum cadauer. Prouerbiali figura dixit Sophocles in Antigone: Ὁὐ πῖθιμ' ἔγωγ



Ζῆν τῶτον, ἀλλ' ἄμψυχον ἠχμαυκῶν . i .  
Hunc ego viuere .

Haud arbitrator, viuum at cadauer iudico .  
Refertur apud Athenzum libro 12. Euripides in Acolo apud Stobzum :

Φῶν φῶν παλαιὸς εἶν' ὡς καλὰς ἔχει ,  
Γέροντες εἶδεν ἐς μὲν ἄλλο πλὴν ὄχλος

Καὶ χημ' ὀνέρον δ' ἔσπομεν μύματα .

Nōs δ' οὐκ ἐνέτω, ὀμοιωδὰ δ' οὐ φρονέω, id est,  
Heus heus, vetustum vt recte habet pro-  
uerbium ,

Nil aliud atque turba nos fenes sumus ,  
Vmbraeque verum serpimus imitamina  
Insomniorum, ceterum mens haud inest .

Quāquā videmur sapere nobis adprobe .

In eos dicitur qui sic viuunt, vt nihil dig-  
num vita agant . Lucianus senem decrepi-  
tum, ἄμψυχον τινα τείφον, id est, Viuū quod-  
dam sepulchrum appellat . Huc pertinet  
etiam illud Mimi cuiusdam Laberii apud  
Gellium :

Similis sepulchris nil nisi nomen retineo .

*Ex fronte perspicere .*

Ex fronte perspicere dicimus, quod statim  
& velut ipso protinus occurſu percipimus .  
Sumptum ab Phύσιονomicis, qui se pro-  
ficientur ex oris lineamentis, reliquaque cor-  
poris specie, ingenium hominis posse de-  
prehendere . M . Tull. ad Antonium : Non  
enim solum ex oratione, sed etiam ex vul-  
tu, & oculis, & fronte, vt aiunt, meum erga  
te amorem perspicere potuisses . Id adagiū  
etiam hodie vulgo tritissimum est . Cicero  
ad Q . fratrem de petitione consulatus, frō-  
tem appellat animi ianuam : Cura inquit,  
vt aditus ad tediurni atque nocturni pa-  
teant, neque foribus solum ædium tuarū,  
sed etiam vultu & fronte, quæ est animi ia-  
nuā . Quæ si significat voluntatem abditam  
esse ac reclusam, parni nōde patere obliū .  
Hæc Cicero . Vnde & vera fronte fieri dicū-  
tur, q̄ hūc ex animo . Interdum enim aliud  
frons loquitur, aliud celat animus . Adlucit  
huc Aristophanes in Equitibus :

Ἐπὶ δ' ἄλδὸν ἡμῖν τοῖς πρῶστοῖσιν ποιῶν .

Ἡν τοῖς ἔπεισι χαιρώσιν καὶ τοῖς πρῶγμασιν . i .

Nobis vt ipsis frontibus faciant palam

An nostra dicta ac facta læti comprobent .

*Spem precio emere .*

Es t lucrum incertum, & in euentu situm,  
certo affectare damno . Teren. in Adelphis,

Ego spem precio non emo . Hanc senten-  
tiam leno refert illi, Pecuniam in loco ne-  
gligere, maximum interdum est lucrum .  
Quadrabit possimum in eos, qui spe rerū  
adducti maximarum, principum fauorem  
muneribus obsequiisque captant . Certe  
ætatē ac temporis impendio, quo nō alius  
sumptus carior . Nam in quid aliud quam  
spem precio emunt? Figura mutuo sum-  
pta videtur à quodam emptionis genere, in  
quo confuevit alea rei, non res emi . Veluti  
si quis retium iactum emat in piscādo, aut  
missiliū prædā in venatu, aut si quid aliud  
eiusmodi . Qua de re multa fit mentio in  
Pandectis lib. 18. tit. de contrahenda em-  
ptione: veluti cum quis emit prouentum  
agri in annum proximum, aut partem ani-  
mantis, siue cū emitur captus piscium aut  
auium, aut etiam missilium, quam illi vo-  
cant aleā: in partu tamen non tenetur em-  
ptor, si nihil natū fuerit, nisi forte hoc per  
ipsum actū est ne quid nasceretur: in alea  
tenetur, quoniā spes empta est: tantum in  
missilibus cuius rei captæ perimit ex em-  
pto actionem .

*Cælum territat .*

PROVERBIALIS hyperbole apud Vergi-  
lium in Aeneidæ:

- Et cælum territat armis .

Conuenit in minaces & feroces, Thraſo-  
nesq; magniloquos . Sumpta videtur à bel-  
lo Gigæto, quæ fabula notior quam vt hic  
sit repetenda . Confine huic illud Synesii in  
epistola contra Andronicum, τῆ κεφαλῆ τῆ  
δρακόν ἐξαερόσαν ἐπιχειρῶ . id est, Capite cæ-  
lum perumpere conatur .

*Subere leuior .*

Ἐλέλλα κερφότιεσθ, id est, Subere leuior . Pro-  
uerbialis hyperbole in homines inconstan-  
tes & lubrica fide . Suberis enim lignum ca-  
uernosum, quod in aqua non sedit, verum  
etiam retibus & natantibus adligatur, ne  
possint siedere . Horatius in Odis :

Quamquam sydere pulchrior .

Ille est: tu leuior cortice, & improbo

Iracundior Adria .

Strabo libro primo, inter hyperbolas pro-  
uerbiales hanc quoq; conimemorat, Sube-  
re leuior vmbra . Quamquā hic locus apud  
Strabonem non caret suspitione mendosita-  
tis . Græca sic habent : Καὶ κερβὶ πρὸ εἰσὶ τῆ

εις ὑπερβολαί ἐπὶ ὑπερβολαῖς, ὡς καὶ τὸ κηφό-  
τερον εἶναι φελλῶ σκιά, δ' ἐλαύτερον ἢ λαγῶς φρυ-  
γός, ἐλαττώ δὲ ἔχειν γὰρ τὸν ἄγρον ἐπὶ πολὺς λα-  
κωνικῆς. Hæc ita vertit Gregorius Typhern-  
as sive Guarinius: Et sicut nonnulli super  
excessibus excessus sunt, ut illud, leuiorem  
subere vmbra: & illud formidolosiozem  
lepote Phrygem: & illud, Ager minore  
tellurem habet quam pistola Laconica:  
primum vmbra esse leuiorem subere nō  
est insignis hyperbole, immo nulla potius  
est, ut iā demus Græce recte dici, κηφότερον  
σκιά. Vnde hic pro, σκιά, legendum arbi-  
tratur σκιάς, ut sic dicta sit suberis vmbra,  
quemadmodum dicimus vmbra somniū.  
Item δ' ἐλαύτερον λαγῶ φρύγα, id est, timidio-  
rem lepote Phrygem, quomodo legisse vi-  
detur interpres. Nec absurdum si intelliga-  
mus Phrygium leporem, veluti ceteris pa-  
uidiorem, quod ea gens imbellis habeba-  
tur & effeminata deliciis. Pindarus in  
Pylthiis hymno secundo metaphoram fle-  
xit ad laudē hominis, qui quamquā pres-  
sus calumniis malorum, non deiecit tamē  
animū, sed se suapte natura recipit in aper-  
tū, vnde & φελλῶν ἀβέπτισον appellat, i.  
suber qd tingi nequeat. Huc respexit Ho-  
ratiū Epistolarum libro 1. de Vlyssē lo-  
quens:

Dum sibi dum sociis reditum parat, aspe-  
ra multa

Pertulit, aduersis rerum immerfabilis  
vndis.

*Cubito emungere.*

Ἀγκῶν ἀπομυστόμην, id est, Cubito emun-  
gens. Prouerbialis ironia in hominem for-  
didi quæstus & conditionis abiectæ. A sal-  
samētariis ducta, quibus mos est nariū mu-  
cū cubito abstergere, nimirū manibus mu-  
ria & salfugine oppletis. Bion philosophus  
apud Suidā ex Laertio: ἐμὸς πατήρ μὲν ἦν ἀπε-  
λθὺντες, τῶ ἀγκῶν ἀπομυστόμην. i. Meus  
pater erat libertinus, cubito emungens. Ce-  
lebratur scōmma M. Tull. tortū in quendā  
salsamentarii filium, cuius tacito auctoris  
nomine meminit qui scripsit rhetorice  
ad Herennium, in schematis specie, quæ  
dicitur significatio per consequentiā, Vt,  
inquit, Si salsamentarii filio dicas: quiesce  
tu, cuius pater se cubito emungere solebat.

*Hibera naniæ.*

HIBERAS naniæ diuus Hieron. nugæ ap-

pellat, in præfatione, quā præposuit Moy-  
si Pentateucho: Quod multi ignorantes,  
inquit, apochyphorum deleryantia sectā-  
tur, & Hiberas naniæ libris authenticis præ-  
ferunt. Idem in duodecim quæstionibus:  
Et Hiberas naniæ Aegyptiæq; portenta se-  
ctari. Hiberas naniæ dicit propter prodigi-  
osas maleficiorū fabulas vulgo iactatas.  
Nam Hiberos maleficiorum infāmia labo-  
rasse, testis est in Odis Horatius. Nisi quis  
mauiat ad flumen auriferum Tagum refer-  
re. Quamquā ipse diuus Hieronymus in  
epistola aduersus Vigilantium, satis indi-  
cat de portentis ac monstris intelligēdum,  
scribens ad hunc modum: Et quia ad radi-  
ces Pyrenxi habitas, vicinusque es Hibe-  
riæ, Basilidis antiquissimi hæretici, & im-  
peritæ scientiæ incredibilia portenta perse-  
queris. Athenæus in secundo tradit Hibe-  
ros, cum essent opulentissimi, tamen ob  
parsimoniam semper ὑδραποτῶν solitos, &  
μονοστῆται, hoc est, aquam bibere, & solos ci-  
bum capere. Ceterū vestitu fuisse sumptuo-  
sissimo. Citat hoc ex Athenæo Stephanus.  
Sed pro μωρολογία deprauatum est μακρο-  
λογία.

*Sicula nugæ, Gerra. Persole nugæ.*

SICVLAV nugæ prouerbio dicuntur res le-  
uiculæ. Antonius in epistola ad Symma-  
chū, Cogitans, inquit, nō illud Catullianū:  
Cui dono lepidum, nouum libellum,  
sed amargoteron & verius,

Cui dono illepidum, & rudem libellum,  
non diū quæsiui. Tu enim occurristi, quæ  
ego, si mihi potestas sit, ex omnibus vnum  
semper eligerem. Misi itaque ad te friuola  
gerræ Siculis vaniora. Porro Siculorū di-  
cacitas nota est veterum litteris. Nam Sicu-  
lus fuit Epicharmus, ad cuius exemplar p-  
perare Plautus dictus est Horatio. Plautus  
autem in nugis ac iociis & immodicus, nec  
raro ineptus. Porro gerras Græci crates vi-  
mineas appellant. Ea vox postea vulgo pro  
nuga mentis rebusque friuolis vsurpata est  
auctore Festo Pompeio, hæc quidem occa-  
sione: Athenienses cum Syraculas obside-  
rent, & crebro Gerras poscerent, irriden-  
tes Siculi gerras clamitabant. Hinc in pro-  
uerbium celsit. Vnde & familiares, quiq;  
inter se nugas omnes communicant, con-  
gerrones vocantur. Suidas neutro genere  
γέρρα refert, ut Persicam vocem, quæ qui-  
dem tum arma declarat, tū quoduis defen-  
Cc 4 saculum.

faculum. Etymologicon Græcum addit, apud Siculos naturam muliebrem gerron appellari, γέρρα namque dici, commutatione litteræ, quasi δὲ γέρα. Δέρας autem apud Græcos pellem significat, & gerra proprie defenacula sunt pellicea. Plautus in Pœnulo: Scitum per tempus hoc iam est verbū, si verbum vetus. Nam tuæ blanditiæ mihi sunt, quod dici solet, gerræ germanæ. Adepollis, Græcæ germanas dixit, non germanicas, abisti, sed meras ac veras nugas. Quod autem Plautus vocat liræ, Græci dicunt λῆρον siue ληρήματα. Vocem dictam putant à λῆω, & ξέω, quod dictum fallens memoriā excidit. Quemadmodū & φλόρον & φλοερίων dictam à φλόω, & ξέω, quod superfluat exundentq; verbis garruli. Apud hunc ipsum Plautum & Persolas nugas legimus, opinamur ob mōtes aureos, qui apud Persas esse perhibentur.

*Qui semel scurra, nunquam paterfamilias.*

**QVI** semel scurra, nunquam paterfamilias. Porphyrio enarrans Horatium, admonet fuisse prouerbium. Sensus est autē, eum quem semel depuduerit, qui que contempta fama scurrā agere cœperit, vix vnquā ad bonam frugem redire. Scurra gaudet alieno cibo, paterfamilias parat vnde domi viuat. M. Tul. in actione pro Publio Quintio: Memini, vetus est, de scurra multo facilius diuitem quam patremfamilias fieri posse. Fortuna crebro largitur opes indignis: at bonam mentem dat nemini.

*Ægroto dum anima est, spes est.*

**ÆGROTO** dum anima est, spes est. Sententia prouerbialis, admonens ne in afflictissimis quidem rebus abiiciendam esse spem. M. Tull. ad Atticum: Vt ægroto dum anima est, spes esse dicitur, sic ego quoque Pompeius in Italia fuit, sperare nō destitit. Sumptum videtur adagiū ex Theocriti Batto: Θαρσέν χερὶ φίλε βῆτι, τὰχ' αὐμοι ἔσσιτ' ἄμενοι:

Ελπίδες ἐν ζωῶσι, ἀνέλπιστοι δὲ θανάτοις.  
Χάρις ἄλλα καὶ μὴ πείρα ἀδραστῆ, ἄλλα καὶ δ' ἔσσι.

**Hos** versus non ineleganter vertit Philelphus.

Fidere Batte decet, melius cras forsā habebis,

Sperandum est viuus, non est spes vlla sepultus.

Nunc pluit, & claro nunc Iupiter æthere fulget.

Item Euripides in Troadibus:

Οὐ τάντων ὡ πῶ τῷ βλέπειν τὸ κατ' ἐλπεῖν.  
Τὸ μὴ γὰρ εἶναι, τῷ δ' εἶναι ἐπιπίδω. id est, Non est idem mi gnate viuere ac mori, Siquidem hoc nihil, spes sunt in illo scilicet.

Eodem pertinet fabula de Pandoræ pyxide, in cuius summo labro sola spes hæserit, reliquis omnibus morbis euolantibus.

*Ad viuum refecare.*

**M. TULL.** lib. De amicitia, ad viuum refecare, dixit pro eo quod est, rem exactius quā sat est, ac morosius excutere. Sed hoc, inquit, primum sentio, nisi in bonis amicitiam esse non posse. Neque id ad viuum refecare, vt illi qui hæc subtilius differunt. Mutuo sumpta metaphora à tonforibus capillos aut vngues refecantibus. Nam ii sapenumero molesti sunt, dum nimium diligentes esse student. Idem in libris De finibus, dixit Picissius agere, pro exactius & accuratius. Plautus in Bacchidibus sub persona Chrysalis: Tondebo auto vsq; ad vniā cutem. Et hoc ipsum tondere pro deludere Græcis in prouerbio est.

*Hostimentum est opera pro pecunia.*

**HOSTIMENTVM** est opera pro pecunia. Hoc adagium admonet, nihil gratuitum esse debere, sed officium beneficio pensandum. Hostimentum autem, auctore Pompeio Festo, beneficii pensatio est, à primo verbo hostire, & redostire, quod est faria referre. Ab eodem hostem dici putat Nonius, quod ex qua causa pugnam suscipiat. Sic lena apud Plautum in Asinaria adolescenti respondet sua exprobranti beneficia: Hostimentum est opera pro pecunia. Hoc est: Neuter habet quod impuret alteri. Tu mulierem amabas, missa est Ego pecuniam, dedisti. T. Linius: Nunquam nec opera sine emolumento, nec emolumentum seruis sine impensa opera est. At in amicorum officis alia ratio est, nec enim liberatur à debenda gratia qui gratiam retulit, nec permutatione officiorum fit, vt neuter alteri quidquam debeat. Confine illis, Manus manum fricat, & scalpentem scalpe.

*Υἱατηνὸ*

*Vtranque paginam facit.*

PLINIUS Historiæ mundi libro secundo, ca-  
pite septimo, de fortuna loquens. Huic, in-  
quit, omnia expensa, huic omnia feruntur  
accepta, & in tota ratione mortalium, sola  
vtranque paginam facit. Prouerbii faciem  
habet illud, vtranque paginam facit, sum-  
pta metaphora à codicillis rationabilibus,  
duas habentibus paginas, alteram quæ indi-  
cat quid sit datum, alteram quæ quid acce-  
ptum sit, ostendit. Itaque in rebus humanis  
fortuna vtranque facit paginam, id est, siue  
quid obtrigit boni, ea laudatur, quasi dederit:  
siue mali quid accidit, eadē incescitur,  
ceu malotum auctor.

*Nec omnia, nec passim, nec ab omnibus.*

Οὐτε πάντα, ἔτε πάντα, ἔτε παρὰ πάντων, id  
est, Nec omnia, nec passim, nec ab omni-  
bus. Admonet adagium, in muneribus acci-  
piendis non solum verecundiam adhiben-  
dam esse, verum etiam delectū. Sunt enim  
quædam quæ neutiquam decorum sit acci-  
pere. Est item locus, est tēpus quo pulchrū  
sit recusare munus oblatum. Sunt quidam  
à quibus inhonestum sit admittere donū.  
Laudat Horatius Telemachum Homeri-  
cum, qui equos ab Menelao oblatos recusa-  
rit. Hoc adagium citatur ab Vlpiano in Pā-  
dectis libro primo, titulo de officio procon-  
sulis, ex epistola diui Seueri & Antonini  
imperatorum. Verba ipsa subscribamus.  
Quantum, inquit, ad xenia pertinet, audi  
quid sentiamus. Græcum prouerbium est,  
ἔτε πάντα, ἔτε πάντα, ἔτε παρὰ πάντων. id  
est, Nec omnia, nec passim, nec ab omni-  
bus. Nam inhumanum à nemiue accipere:  
sed passim, vilissimum est: & omnia, auarifi-  
simum. Hac tenus illi. Græca verba in om-  
nibus exemplaribus desiderabantur. Ea Po-  
litianus ex archetypis restituit, ne quid  
hunc interim debita fraudemus laude. Ad-  
lusit huc Theocritus in Thionyocho:

- Αὐτῶν μὲν ἔτι ἀνεύων

Οἷα χερὶ βασιλῆ. αὐτῶν δὲ δ' ἄν ἐκ ἐπι. πα-  
τι. id est,

- Non solet ille negare rogatus

Princepe digna, nec est de re quacunque  
rogandum.

*Tempus omnia reuelat.*

TERTULLIANUS, quem diuus Cyprianus

præceptorem suum appellare consuevit, in  
apologetico contra Ethnicos, Bene autem,  
inquit, quod omnia tempus reuelat; testi-  
bus etiam vestris prouerbis atque senten-  
tiis. Aulus Gellius Noctiū Atticarum lib.  
12. cap. item 12. citat in hanc sententiam  
hos Sophoclis versus:

Ἐρὸς ταῦτα κἀπτε μισθῶν, ὡς ἀπαντ' ἔργων  
Καὶ πάντ' ἀνθρώπων, πάντ' ἀναπτύσσει χρο-  
νός. id est,

Ob ista, ne quid oculos, si quidem intueēs  
Cuncta, audiensq; cuncta proferet dies.

Idem in Aiace flagellifero:

Ἀπανθ' ὁ μακρὸς κ' ἀνείρημθ' χροῖεθ'  
Φύεται ἄδελκα, καὶ φανίτα κρῦπτεται. id est,  
Cuncta pariter immensus ordo temporū  
Occulta prodit, & idem prodita oculis.

Eodem in loco Gellius admonet, quædam  
veterum poetarum Veritatem temporis fi-  
liam vocasse. quod licet aliquando lateat,  
tamen temporis progressu in lucem emer-  
gat. Fertur in eandem sententiam hic quo-  
que senarius prouerbialis:

Ἀγε δὲ πρὸς φῶς τῶν ἀλύθειαν χρόνος. id est,  
At veritatem tempus in lucem eruit.

Et alter huic adsimilis:

Γίντ' ἀνακαλύπτων ὁ χρόνος πρὸς φῶς φε-  
ρεῖ. id est,

Omnia sub auras tempus apericias refert.  
Idem opinamur sensisse Thaletem, cū ait,  
τὸν χρόνον σοφώτατος ἀπάντων, ἀνδρίζοικεν  
παρὰ τὰ πάντα. Hoc est. Tempus omnium ef-  
se sapientissimum, vt quod cūcta reperiat,  
eruatq;ue. Nec aliud Pindarum in Olympi-  
aciis, cum ait:

Ἀμερὰ δ' ἐπίλοιποι μάρτυρες σοφάτατοι. i.  
Posteri dies sapientissimi testes.

Idem alibi tempus omnium parentem ap-  
pellat, quod nihil non fiat progressu tem-  
poris:

Ἀπόκτονος ἰδθ' ἂν χρόνος ὁ πάντων πατὴρ δι-  
νοπο λέμεν ἔργων τέλθ. id est,

Ne tempus quidem rerum omnium pa-  
ter, possit quod factum est insectum red-  
dere.

Habet eandem sententiam Pindarus cum  
aliquot locis, tum Olymp. 10.

ὄτ' ἐξελέγχαν μόνθ  
ἀλλὰ θεαὸν ἐτίτυμον  
χρόνος, τὸ δὲ σαφηνεῖς ἰὼν πόρρω  
καστέφρασιν. id est,

Et solum tempus quod veritatem certam  
prodit, quod quæ latebat in obscuro progre-  
diens

diens enarrarit. Huc adluisse videtur Vergilius in sexto :

-Subigitq; fateri

Quæ quis apud superos furto lætatus inani

Distulit in seram commissa piacula mortem.

Neque discrepat evangelicum dictū apud Matt. cap. 10. Ἐάν τις κρυφαλμύνηται ἔτι ἀποκαλυφθήσεται. καὶ κρυπτόν ἔσται γινώσκεται. id est, nihil opertum, quod non reuelabitur, & occultum, quod non scietur. Plutarchus in Problematis causam inquirat, cur antiquitus operto capite res diuina Saturno fieri consueuerit. Atque id significatum arbitratur, quod veritas plerumque recta ignorataque sit, sed eadem aperitur tempore. Saturnus enim temporum auctor ac Deus fingitur. Nam *χρησ* Saturnus, *κρησ* tempus. Nec aliud sentit T. Lilius, cum ait lib. 2. 2. A veritate laborare nimis ius sæpe aiunt, extingui nunquam. De ira 2. Dandum semper tempus est, veritatem enim cius aperit.

*Alpha penulatorum.*

MARTIALIS epigrammatum lib. 2.

Quem non lacernis Publius meus vincit,  
Non ipse Codrus, Alpha penulatorum.

Alpha vocauit præcipuum, & quasi primatem, proverbiali nimirum figura. Idæ alias iocatur in quendam offensum, quod cum dixisset Alpha, monerique vt huius iniuriæ talionem faciat, seq; vicissim Beta, si velit, appeller. Translatum a notulis litterarum, quibus Græci numerum iudicant. Eisdem signiferos & antesignanos appellant, metaphora sumpta à milita. Quamobrem autè alpha inter litteras primum obtineat locū, Plutarchus non incite causas reddit τῶν συμποσιακῶν προβλημάτων, Decade nona. Protogenes grammaticus è suo ludo causam adducit, primum vocales iure præferri consonantibus, quod citra illarum administrum sonent: deinde vocales accipites merito præferri longis ac breuibus, qd vtriusque generis vim complectantur. Ceterum inter accipites recte primum locum alpha tribui, quod in conficiendis syllabis, iota & ypsilon sequatur alpha, velut in ἀνθρον αἰας. Alpha numquam sequatur illas duas, vt eadem efficiat syllabam, sed resilit & propriū tuerur principatum. At Ammonius mor

diuersam allegat causam, Cadmum ob id alpha principem inter litteras locum tribuisse, quod Phœnicium lingua bos alpha vocetur, cui primum locum attribuendum putarit, non secundum aut tertium, quem admodum fecit Hesiodus:

Οἶκον μὲν πρώσις α, γυνῆκ' α τε βού τ' ἀροτῆρα. id est,

Primum ædes, deinde uxorem, inde bouem agricolantem.

Nam his præfidiis putat opus esse, si quis cupiat famem ac paupertatē fugere. Rursum Plutarchus addit hanc causam se à Læpria suo didicisse auo. Primam vocem naturalem & articulatam reddi per alpha, propterea quod spiritus qui est in ore, potissimum formatur ac fingitur motu labiorū, quibus diductis, primum hic egreditur sonus inre simplex, & nullius indigens negotii, vt neque linguæ requirat auxilium, sed ea subiaccete per spatium efferatur. Vnde & pueri nascentes, primum hanc edunt vocem. Disputatur & apud Platonem de alpha inter litteras principatu. Quin & illa proverbum sapiūt, Primas tenere, Primas deserere siue tribuere: & Non posteriores ferā: quæ metaphoræ sunt à partibus histriionum in fabula: & apud Græcos: *πρωτινιδαι: τὰ πρώτα δοῦναι: καὶ τὰ πρώτα φέρειν*. Quod à fabularum actoribus sumptum apparet, inter quos primas agunt, qui maximam fabulæ partem sustinent, secundas ac tertias qui illis sunt inferiores. Quamquā & in causarum actionibus sunt, *πρωτωλογία, δυντερολογία & τριτολογία*, quemadmodum sunt *πρωταγωνισαί, δυντεαγωνισαί & τριταγωνισαί*, quæ si commode transferuntur speciem habent proverbiū.

*Saliuam imbibere.*

DIVVS Hieronymus in Evangelia præloquens, Quis enim inquit, doctus pariter, vel indoctus, cum in manus volumen assumpserit, & à saliuā quam semel imbibit, viderit discrepare quod lætitat, non statim erumpat in vocem? Elegāter profecto, proverbialique figura dixit, & à saliuā, quam semel imbibit, id est, ab illo gustu, quo puer imbutus est. Sumpta metaphora ab infantibus, quibus præmansum eibum nutrices in os inserunt, non sine saliuā. Cui cum assueverint, nihil iam illis sapit, quod ab illius primæ saliuæ gustu diuersum sit. Proinde

inde modis omnibus curandum, vt optimis affuscamus. Idem solet accidere ple-  
risq; nostrum, vt quidquid dissideat ab iis  
quæ primis illis annis imbibimus, pro-  
tinus displiceat. Aiunt & canes eos amare,  
quorum salutarum gustarint. Verum ma-  
lim ad superiorem metaphorã referri. Huc  
spectare videtur & Perisianum illud:

Itaque luto fixum possis transcendere nũ-  
mum,

Nec gluto forbere saluam Mercurialem.  
Quamquam magis referendum esset ad si-  
cos Mercuriales, de quibus alias diximus,  
quos ioci causã quidam salua oblinebãt,  
vt ludibrio essent qui tollerent, cum consi-  
milem lusum præmiserit de nummo infi-  
xo luto. Illud certe pertinet ad hoc prouer-  
bium, quod est apud eundem in 6. Satyra.

Nec tenuem solers turdorũ nosse saluã.  
Saluam pro gustu dixit.

*Quo semel est imbuta.*

HVIC non dissimile est Horatianum illud:  
Quo semel est imbuta recens, seruabit  
odorem.

Testa diu.

Proinde recte monet Fabius, vt statim opti-  
ma discantur, propterea quod nihil hæret  
tenacius, quam id quod rudibus annis per-  
ceperimus. Et Aristoteles libro Moraliũ  
Nicomachiorum secundo: ἡ μὲν ὄν ἐν δια-  
φείρει τὸ ἄριστ' ἢ ἄριστ' ἐν ἑνὶ ἐπιβίῳ, ἀλ-  
λὰ παμπολὺ μᾶλλον δὲ τὸ πᾶν. id est, Itaque  
nō parui refert, hoc an illo pacto protinus  
à pueris consueciamus, imo plurimum in-  
terest, vel potius omne in eo momentum  
est situm. Et Vergilianum illud ἐπιφώνημα,  
in Georgicis:

-Adco in teneris consuescere multum est.

*Augie stabulum repurgare.*

Ἀυγίς βυσσία, id est, Augie bubile. Allego-  
ria prouerbialis in hominem, aut in rē ma-  
iorem in modum inquinatam. Lucianus  
in Pseudomante: καὶ τῶν ἀυγίς βυσσίαν,  
ὅτι καὶ μὴ πᾶσαν, ἀλλ' εἰς δύνανται γὰρ τῶν ἑμυ-  
νῶ ἀνεκδιραδαί περιέσομαι. id est, Et Au-  
gie bubile, si non omne, at certe pro mea vi-  
sili conabor submouere. Ostendit autem  
huius stabula tantum habuisse congesti si-  
mi, quantum ter mille boues pluribus an-  
nis reddere potuerint. Huius mentionem  
facit & Pausanias in Eliacis, Deque bubus

& simo nonnihil meminit. in Græcis epi-  
grammatis recensetur inter Herculis labo-  
res Augie stabulum repurgatum. Quin &  
Seneca ludicrò libello de morte Claudii Ce-  
saris vsurpat hoc prouerbium: In quos in-  
quit, si incidisses, valde fortis licet tibi vi-  
dearis, maluisses cloacas Augie purgare,  
multo plus ego stercoreis exhausti. Etiam si  
prouerbium omissum erat in exemplari,  
quod primũ secutus est Frobenius: id nos  
restituimus ex exemplari, cuius nobis co-  
piam fecit ex sua bibliotheca collegium li-  
berales artes profitentium, in florentissima  
Louaniensium Academia. Neq; enim æquũ  
arbitramur imputari vniuersitati, quod  
paucorum seniculorum cõspiratione, tam  
odiose repugnatum sit hic bonis litteris ac  
linguis. Gregorius Theologus ad Basilium  
Magnum: πῶς, inquit, περιλῶ τῆς ἀώπυς  
κίπυς ἐκείνης καὶ ἀλαχάρυς, καὶ τῶν ἀυγίς κό-  
προν ἐκ τ' οἰκίας ἐκκαθαυρόμεν, id est, Quomodo  
præteream hortos illos incultos & hole-  
ribus vacuos, atq; Augie sterces ex ædibus  
repurgatum? Sentit vitam luxu perditam  
in melius correctam.

*Periculosum est canem intestina gustasse.*

Χαλεπὸν χορίων κῶνα γένουαι. id est,  
Intestina canem semel adgustasse peri-  
culum est.

Prouerbiali allegoria dictum est à Theocri-  
to in Idyllio decimo. Admonet adagium,  
haud facile temperare à peccando, qui se-  
mel illecebram illam, velut auctoramentum  
vitiõrum degustarit. Quemadmodum qui  
semel scortum attigerit, qui semel periuri-  
o siue furto rem auxerit, qui semel aulicã  
vitam sit expertus. Effertur & ad hunc mo-  
dum apud Lucianum: ἡ δὲ κῶνα πᾶν σῶσαι' ἂν  
ἂν πᾶς σατο τρεκῶν μαθῶν, id est, Neque canis  
desiturius est, qui semel corion edere didice-  
rit. Theocriti Scholiastes indicat, hoc prou-  
erbium & hunc in modum effert: χαλε-  
πὸν μαθῶσα κῶνα σῶσαι τρεκῶν, id est, Pricu-  
losa res est canis, quæ didicit arrodere co-  
ria. Horatius in Sermonibus simili figura  
dixit:

-Quæ si semel vno

De sene gustarint, tecum partita lucellũ,

Vt canis à corio nunquam abstergebitur  
vincto.

*Canis circum inossina.*

Κῶν πᾶρ ἐπὶ τῆς, id est, Canis iuxta intesti-  
na.

na. Dicebatur, vbi quis res eas quarum esset cupientissimus, propositas conspiceret; quibus frui tamen non liceret. Canes enim oberrant circum intestina deoraturus, nisi fustem timerent. Suidas arbitratur accommodari posse in res inutiles & insuaves: intestina enim non facile deglutuntur à canibus, ac deorata reuomi plerumque.

*Aureæ compedes.*

*Χερσῶν πῖδες*, id est, Aureæ compedes. Prouerbiali metaphora dicitur seruitus splendida & amabilis, quæalis esset aulicorum vita. Diogenes in epistola quadam scripturæ reliquit, Aristippum in aula regia aureis tencri compedibus, ne posset auolare. Seneca in dialogo quodam affectus & rationis, Stultus est, inquit, compedes suas, quamuis aureas, amare. Loquitur de vxore formosa. Horatius item de amica formosa:

Tenetq; grata  
Compede vinculum.

*Herculana scabies.*

*Ἡράκλειος ψώρα*, id est, Herculana scabies: de scabie iucunda, facileq; sanabili, interprete Suida, aut quæ desideret Herculana, id est, calida balnea. Narrant enim Herculi laboribus illis ingentibus fatigato Palladem ac nymphas crebro balnea feruentia suppeditasse. Vsum huius adagii non indicat neq; Zenodotus, neque Suidas. opinamur autem dici posse vel in eos qui multo studio aliove labore valetudinem ostenderunt, vt quibus aliquo laxamento sit opus: vel in eos, qui blandis, adulationibus deliniti, veluti iucunda quadam scabie pruriunt.

*Herculanus morbus.*

*Ἡράκλειος νόσος*, id est, Herculanus morbus. Hunc Dicæarchus apud Zenodotum eum existimat esse, quem alii sacrum, alii comitiale appellat. Est autem ex eorum numero, quibus nulla medicorum ope succurri potest, propterea quod diuinitus immiti creditur, eorq; cognomen additum est sacro. Apuleius in prima defensione, diuinum appellatum putat, quod diuinam, id est, rationalem animi partem violet. Nasci, quoties caro in humorem crassum & spumidum, inimico igni conliquefcit. Signa esse, graue caput, ceruicem torpentem, tempora pulsata, auris præcipue dextræ tinni-

tum. Deprehendi potissimum incenso lapide gagate, & rotæ figuratis circumactis. In huc aiunt Herculem incidisse, vel propter immodicos labores, vel immittente Iunone. Heraclitus arrogantiam sacrum morbum vocauit, vel quod id mali summos plerumque viros consequi soleat, vel quod sola mors remediū adferat. Herodotus in Thalia refert Cambysem huic obnoxium morbo, quosdã sibi maxime familiares per insaniam occidisse. Herculem itẽ liberos suos interimentem inducenti tragici poetæ Herculanus appellatus videtur, quod vt ille inuictus, ita hic nulla medicorum ope superabilis. Quamquam Aristoteles in Problematis sectione trigesima, problemate iuxta Theodorum primo, putat Herculem vere huic morbo obnoxium fuisse, atq; omnes adeo, qui vel ingenio, vel studio philosophiz, vel in administranda reipub. vel in aliis artibus excelluerunt, ita quæ bili obnoxios fuisse. Sane non videmus quomobrem hoc debeat inter adagia referri, nisi sacrum, aut Herculanum morbum appellentus, tumorem animi, aut aliud aliquod vitium insanabile, quod genus est in senibus auaritia, in mulieribus loquacitas. Nam in omnibus fere Græcorum collectaneis prouerbii titulo recensetur.

*Io Pzan.*

*Io Pzan*, acclamatio prouerbialis, qua consueuimus vt regnauerit & feliciter peracta, cui non dissimile videtur illud Homericiam, *Βαλλ' ἔτος*, & apud Latinos, *Macte virtute*. Athenæus ex Clearchi primo de prouerbii libro citat, *ἰν πωῶν ἰν πωῶν*, id est, *Io pzan ic pzan*. Nam vtroque modo scriptum reperitur. Natũ hinc existimant: eum Latona ex Chalcide Eubœæ ciuitate Dianam & Apollinem in Delphos transportaret, euenit forte fortuna, vt iuxta specũ, in quo Pytho latitare dictus esset, præteriret. Vbi vero iam proficiens Pytho impetu ferretur in illos, Latona mulierum more terri ta, filii auxiliũ inelamauit his verbis, *ἰ πῶ*, id est, iaculare fili. Ibi Apollo, qui tum festabat arcum, misso telo Pythonem interemit. Inde vox deflexa est, vt diceretur *ἰν πωῶν*. Idq; cum ter iterari consueuerit in sacris Apollini factis, quidam arbitrantur primum ortum esse carmen Hexametrum Heroicum, & Iambicum trimetrum, Erenum,





gesimoquinto, Iuxta quorundā distinctio- nem quarto, In eodem, inquit, tractu por- tus Amyci est Bebrice rege interfecto cla- rus. Eius tumulus à supremo die lauro teg- ritur, quam insanam vocant, quoniam si quid ex ea decerptum inferatur nauibus, iurgia fiant, donec abiiciatur. Hactenus Pli- nius. Nobis non visum est absurdum hoc adagiis adnumerare, quādoquidem res vs- que adeo vulgata fuit, vt hinc arbor cogno- men inuenierit. Itaque quadrabit in homi- nem rixarum auctorem, vt sunt nonnulli, qui quocunq; se vertunt, iurgia suscitant.

*Apologus Alcinoi.*

**Ἀπόλογος Ἀλκινόου**, id est, Apologus Alcinoi, de longis & anilibus fabulamentis. Refer- tur à Diogeniano, & Iulio Polluce libro 6. Sumptum ex Homeri, Odyssæa, vbi Ulysses in conuiuio Alcinoi Phzacum Regis, pro- digiosas, ac deridiculas fabulas, & porten- tuosa mendaciâ commemorat de Lotopha- gis, Læstrygonibus, Circe, Cyclopiibus, atq; id genus aliis plurimis miraculis, fretus videlicet Phzacum inscitia, barbaricq; Plato de Republica libro decimo: **Ἄλλ' ἂν μέντοι σοὶ ἂν δ' ἐγὼ Ἀλκινόου γι' ἀπόλογον ἔρω, ἀλλὰ Ἀλκί- μω μὲν ἀνδρὸς κέρει τῷ ἀρμυῖνι τὸ γένος Πάμφυ- λον.** i. Haud tibi sum narraturus Alcinoi apologū, sed excellentissimi viri Eris Arme- nii genere Pamphyli. Narrat autem eo in loco fabulam, quæ cum Læstrygonum Cy- clopumque figmento facile certare possit. Scribit enim cum hic inter multos cecidisset in prælio, decimoque post die caduera exsorum tollerentur, reliquis putribus, hu- ius vnus cadauer integrum, atq; incorrup- tum adhuc apparuisse: domumq; deporta- tū, vt iustis ceremoniis sepeliretur, die duo- decimo, cum esset impondens rogo, reui- sisse, ac prodigiosa quædam narraſſe, quæ diebus illis decem apud inferos tum iens, tum rediens conspicatus esset.

*Canina facundia.*

**SALLVSTIVS** apud Nonium Marcellum, in dictione Rabula, Canina, vt ait Appius, facundia exercebatur. Quod quidem Appii dictum apud eruditos scriptores in adagio- nem cessit in quosdam, qui tantum ad ma- ledicendum eloquentiæ studium exercebūt: à rixa canum, & oblatratu sumpto epithe- to: Si quidem, e, littera quæ in rixando pri-

ma est, canina vocatur. Diuus Hierony- mus in epistola ad Rusticum, monachum, Pomparum ferculis procedunt in publicū, vt caninam exerceant facundiam. Idem ob- trectatores suos subinde canes appellat. Sū- ptum à genere philosphorum, quos κωνί- κους appellant, siue ob fordidiā vitam, siue quod obuios quosq; mordent, cum mendi- catō viuant, more canum.

*Iliensis tragædos conduxit.*

**Οἰλίης τραγωδὸς ἐμίδωσται**, id est, Iliensis tra- gædos conduxit. Vbi quis vltro pronocat quempiam, vnde sua audiat probra, veluti si Troiani accerſant histrionem, qui ipsis ca- lamitates, quas semel pertulere, denuo qua- si renouet. Lucianus ī Pseudologista: **Ἐπὶ γὰρ κατὰ τὴν παροιμίαν ἰλιεύων τραγωδὸς ἐμὶ δάσω.** id est, Posteaquam enim iuxta pro- uerbium: Iliensis cum sis, tragædos conduxisti. Idem alibi: **τὰ γοῶν τῶν ἰλιέων ἀτεχνῶν πιπὸνθαμεν, τραγωδῶν τίνων τῶτον, ἐφ' ἡμᾶς κενίκαμιν, ἀσόμενον τὰς φωνῶν συμφορὰς.** id est, Itaque plane idem nobis accidit quod Iliē- bus, vt qui istum ceu tragædum quempiā aduersus nos excitauimus, qui Phrygum cantet calamitates.

*Tribus minis insumptis, duodecim impuitas.*

**IRONIA** prouertbialis apud Aristophanem in Pluto:

**Καὶ μὴν φίλον γ' ἄτ μοι θεοῦν νῆ τὸς θεῶς Τρεῖς μᾶς ἀναλώσας γε λογισάδωαι δ' ἄδω- κα.** id est,

At certe amicus vt videtur per Deos,

Vt pro minis tribus impuitas duodecim. Quadrabit in eos, qui non nisi compendii sui gratia colunt amicos, & pro quamuis exiguo officio, multum beneficiorum exspe- ctant. Vulgo item aiunt: Pileum donat, vt pallium recipiat.

*Oculus dexter mihi salis.*

**Ἀλλεταὺς ὀφθαλμός μετ' ὁ δεξιός.** id est,

Salit mihi oculus dexter.

Vbi spes est visuros nos lætum quippiam & vehementer exoptandum. Ductum à mu- liercularum superstitione, quæ ex membrī pruritu diuinare solent, quid sit euenturū. Vnde illa apud Plautum non semel obuia, Prurit mihi tergum, pruriunt dentes, pru- riunt pugni: & Vtrum dētes tibi pruriūt, au malz! Theocritus in Amaryllicæ

**Ἀλλετα**

Αλλεταυ δ' εβλαμδς μιν δ' διεϊδς . ακαγ' ιδισω  
Αυταν . id est,

En oculus dexter salit mi . illā ne videbo ?  
Est etiam apud Plautū : Supercilium salit .  
Hodieque per iocū aiunt sibi dextram tin-  
nisse aurem , significātes alicubi sermonem  
de se absentibus factum cum laude . Idque  
Plinius testatur, vulgo quandoq; creditum  
fuisse , vt qui laudaretur absens , ei dextra  
rinniret auris: qui vituperaretur , sinistra .  
Lucianus in Dialogis meretriciis : ηπχ δ'  
παρμειων εβόμβη τα' ωτα υμιν , αει γαρ εμειμν-  
το η κικτυμεν μετα δακρυων . id est , Num vobis  
tinniebant aures Armeno ? Nam hera  
assidue cum lacrymis vestri meminerat .

*Nebula in pariete.*

AVSONIVS in epistola quadam ad Grego-  
rium filium nebulas in pariete dixit, pro re  
nihili, somniq; similima . An nunquam,  
inquit, vidisti nebulam pictam in pariete ?  
Carminis , quod ei subscribitur epistolæ,  
lemma significat friuolum ac vanum . Nā  
nebula res est inanior , quā vt coloribus  
exprimi queat .

*Ne sis patruus mihi. Sapere patruos .*

PATRORVM in nepotes , ceu peculiaris ge-  
ninaq; seueritas, prouerbio locum dedit .  
Horatius in Odis :

Metuentis patruz verbera linguæ .

Patruam linguam vocat seueram & obiur-  
gatricem . M. Tullius aduersus Herēnium:  
Fuit in hac caussa quidam patruus, censor,  
magister . Obiurgauit M. Cœlium sic, vt ne  
minem vnquam parens . Horatius :

- Sine ego prauē,

Seu recte hoc volui, ne sis patruus mihi .

Id est, ne me castiges . Ad hanc formam per-  
tinet illud Persianum :

Cum sapius patruos .

Id est , Postquam abiectis puerilibus nuga-  
mentis , seueros mores induimus . Idem  
Horatium æmulatus, vt solet, dixit : Ne sis  
mihi tutor : id est, ne mihi præscribas, atq;  
imperes .

*Saxum voluere.*

Αισον κωλινδ' ειν , id est, Saxum voluere dicun-  
tur, qui in exhausto quopiam atque inutili  
labore fatigantur . Terentius in Eunucho :  
Satis diu iam hoc saxum voluo . Donatus  
edmonet prouerbium fuisse in eos, qui in-

extricabili sudore, sed inutili affigeretur ,  
tractumq; putat à notissima Sisyphi fabu-  
la, saxum apud inferos sursum ac deorsum  
voluentis . Aptè vero stolidum militem sa-  
xum vocat . Cui ipse fuerit Sisyphus, vaser  
& callidus .

*Capere prouinciam . Tradere prouinciam.*

TRADERE prouinciam , figura prouerbiali  
dicuntur qui negotium aliquod curandū  
committunt . Capiunt, suscipiuntve pro-  
uinciā, qui rei curandæ onus in se recipiūt .  
Metaphora sumpta est à consuetudine Ro-  
manorum, apud quos qui magistratum ge-  
rebant , prouincias alias alii fortiebantur .  
Exempla passim apud auctores obuia sunt .  
Terentius in seipsum exeruciente: Videli-  
cet ille Clinix feruus, tardiusculus est . Iccir-  
co huic nostro tradita est prouincia . Idem  
in Phormione : O Geta prouinciam cœpi-  
sti durā . Plautus in Cistellaria : Abi rus, abi  
directus in tuam prouinciam . Officium il-  
li delegatum prouinciam vocat .

*Corinthus & collibus surgis, & vallibus  
deprimitur .*

STRABO libro Geographiæ octauo scri-  
bit, Corinthios opibus, & artibus egregiis  
præcelluisse, ceterum regionem illorū non  
admodum fuisse feracem, quod inæqualis  
esset & aspera, ac petricosa . Eamque ob  
causam senarium hunc prouerbio iacta-  
tum fuisse .

Χερσινδ' εφριεται τι κωι κολαειται . id est,

Alibi tumet Corinthus, aliubi cana est .  
Meminit & Eustathius in Bœotiam Home-  
ri . Huiusmodi autem terræ genus nō perin-  
de sementi idoneum est, atq; campestris . Id  
adagium vbi nam possit esse vsui non satis  
videmus, nisi si quis detorqueat ad hominē  
intractabile, aspero ingenio , & sibi ipsi in-  
æqualem parumq; secum constantem . Cœ-  
lius Rhodiginus etiam atque etiam contē-  
dit adhibēdum esse prouerbium, vbi signi-  
ficabimus felicitatem aliquo incommodo  
vitiatam, vt esse rerum humanarū con-  
ditio . Quem libentius sequeremur aucto-  
rem, si quod cōtendit & assererat, vel vnus  
auctoritate probasset .

*Crotone salubrius .*

Κροτων ε υγιεινερ , id est, Crotone salubrius .  
De re nequaquam noxia, sed vndequaque  
salutifera .

salutifera. Zenoóotus ab animante sumptá paræmiã existimat. Est enim Croto múscæ genus: Theodoros Rediũ vertit. Hermolaus mauult Ricinum dici Latine, placidum & innoxium, neque suctu, neque alia quapiam re molestum. Strabo lib. Geographiæ 6. tradit hinc ortum, quod Crotoniatarum locus longe saluberrimus olim fuit iudicatus, vel hoc argumento, quod breui temporis spatio quam plurimos produxerit, tum athletas, tum philosophos, hoc est, corporibus pariter atq; animo præstantes viros: inter athletas præcipuum Milonem, inter philosophos Pythagoram. Idem eodẽ libro tradit, Myscellum & Architã pariter Delphos aduise, vt de vrbe condenda consulerent oraculum: & alterutrum pollicente deo, Architam opes delegisse, Myscellum Joci salubritatem: illum itaq; Syracusas cõdidisse, hunc Crotonem: quarum urbium altera cecidit in prouerbium opulentia, altera salubritatis. Adlusit ad hoc prouerbium Pallada in epigrammate:

Οὐκ ἀλόγως ἐν δίζυθιοις δὲ τὰ μὴ τὶ γὰρ θέων

Εἴ τῶ ἐξ ἡν, χεῖς γὰρ δίζυθιοι ἐν χοροῖω

Ἡπάλω κάμνοσι τὶ τεταρτῶ περὶ φῶ,

Καὶ γύθιοι ταχέως διακρίτῶν ὕγις. id est, Diuinum quiddam, vimq; admirabilem inesse

Dizythiis certe diximus haud temere.

Namq; here, quem febris longa & quartana tenebat,

Iam delassatum conficiens misere.

Dizythion admoui, neq; erat mora longa,

Crotone

Hoc vbi fecissem, sanior ille fuit.

Suida mauult ad animalis similitudinẽ referri, quod vndiq; sui simile sit, nec vllã habeat incisionem. Nam ὕγις, interdum integrum dicitur, vt integer vitæ, integer mentis, pro quo Græci ὕγις. Est autẽ insecti genus, canibus ac bubus infestum. Suspiciamur esse cuius sine nomine meminit Plin. lib. 11. cap. 34. Sæper habet caput infixum sanguini, cumq; cibi exitum non habeat, nimia satietate dehiscit: Nunquam in iumentis gignitur, in bubus frequens, in canibus aliquando, in quibus omnia, in ouibus & capris hoc solum. Verum pro insecto Stephanus indicat vltimam oportere acui, καροῶν Helychius addit Crotonem dici genus gummi Aegyptii, cuius varias medecinas indicat Plinius lib. 24. ca. 11. Qui-

dam aiunt, & Sefamidem dici Crotonem, fortassis eandem quam Plinius lib. 25. capite quinto, appellat Sefamoides, quod ait helleboro admisceri solum, quo tutius sumeretur; id est, ni fallimur, hellebori genus, quod Italia veratrum appellat. Quoniam hæc herba non solum corpus morbis alias immedicabilibus liberat, verũ, & animum purgat ab infania, non admodũ distimile veri videtur, hinc ductum prouerbiũ, Crotone salubrior. Sefami meminit & Dioscorides, Sefamæ Plin. lib. 15. cap. 7. meminit Sefami, quod sit arboris genus, vnde cõfici solet oleum, quam alii vocant Cyci, voce, vt videtur, Aegyptia, alii Crotonem; alii Rhibi, alii Silamũ syluestre. Ibidem inditcat & ex castaneis & ex oriza fieri simile genus olei. Rũrum lib. 22. cap. 25. meminit sefamæ, cuius in remediis varios vsus indicat. Ceterum quid sit dizytrum in epigrammate, nondum compertum est, nisi quod Plinius libro eodem circa finem, ostendit zythum esse potionem apud Aegyptios reperitam, ex frugibus: hinc δίζυθιοι dictum videtur quasi dicas duplicem ceruisiam. Hac sibi medentur & hodie bibuli quidam.

*Crotoniatarum postremus, reliquorum primus est.*

Κροτονιатарῶν ὁ ἕχατος, πρῶτος τῶν ἄλλων ἐλλάνων, id est, Crotoniatarum post. mus, primus reliquorum Græcorum. Strabo libro Geographiæ sup sexto, prouerbium hoc ait ortum ob insignem Crotoniatarum præstantiam in certaminibus Græcanicis. Plurimos enim egregios athletas protulit ea ciuitas, adeo, vt in vno certamine Olymptico, septem viri, qui reliquos virtute præcellerant, omnes pariter fuerint Crotoniatarum. Huius gentis præcipuum decus Milo, litteris omnium celebratus, qui septies cõtinenter vicit Olympia. Hunc si constitisset, nullus e vestigio poterat educere. Ma num tenenti nemo digitem porrigebat. De admirando nec indigno vita interitu meminit Gellius. Adagiõni locus erit, vbi genus aliquod tanto intervallo præcedere dicemus, vt qui in hoc sit vel infimus, in illo possit primus videri: veluti si quis dicat, in re militari vel ignauissimum Græcorũ præstantiorẽ esse fortissimo Troianorum. Aut qui sit apud Italos infantissimus, apud Gallos

Gallos eloquentissimum videri posse. Aut qui citharædus sit deterrimus, cum aulædorum principem haberi posse.

*Ne decima quidem Syracusanorum pars.*

Οὐδὲ τὴν δέκατὴν τῶν συρακυσίων γῆα, id est, Ne decimam quidem partem opum Syracusanorum possidet. Strabo libro Geographiæ sexto: Συρακῦσας δὲ ἐπὶ τοσούτων ἐκπέσειν πλάτων, ὡς τε καὶ αὐτὸς ἐν παροιμίᾳ διαδοθέναι, λεγόντων πρὸς τὸς ἄλλοις πολλυτελαῖς, ὡς γὰρ ἂν ἐγγίνοιτο αὐτοῖς συρακυσίων δέκατη, i. Syracusas eo diuitiarum peruenisse, vt in prouerbium abierint. Siquidem de diuitibus, ac splendidis ita dicere solent, Ne decimam quidem Syracusanorum opum partem adsequi possent. significabant autem aliorum opes, quantumuis amplas, nihil esse ad Syracusanas diuitias. Nonnihil veneris accesserit prouerbio, si paullo longius detorqueatur, vt si quis prælocutus, Ciceronem longo interuallo reliquos omnes post se relinquere, dicat, opulentiam quidem & vberem esse Quintilianii dictionem, verum hanc vix esse, τὴν συρακυσίων δέκατὴν.

*Malcam legens, quæ sunt domi obliuiscere.*

STRABO libro Geographiæ octauo tradit Corinthiorum urbē in Isthmo sitam, duos habuisse portus, alterum Asiam versus, alterum Italiam. Verum quod ficti insular esset, non sine discrimine eo nauigari, velut olim in mari Siculo, maxime præter Malcam, propter resistentes inde ventos. Vnde & prouerbium celebratum fuisse,

*Μαλέα δὲ κάμψας ἐπιλάθῃ τῶν ὀκέαδ' . i.*

Malcæ legens, quæ sunt domi obliuiscere. Est autem Malca promontorium Laconiz, à Maleo Argiuorum rege dictum, quod per quinque passuum milia in mari protenditur, auctore Seruio in 5. Aeneidos, in quo libro Vergilius videtur ad paræmiam adluisse, cum ait:

... Malezq; sequacibus vndis.

Item Statius septimo Thebaidos libro:

-Et rauca circumsonat vnda Malez.

Item in Tiburtino Manlii Vopisci:

-Si Malez credenda ratis.

Significat & Homerus libro Odyssæe nono, periculofam circa Malcam nauigationem fuisse, sic Vlysem loquentem inducens:

*Καὶ ὄκειν ἄσκητις ἰκθῦν ἐς παρῆϊδά γαίαν.*

Ἀλλὰ μὲ κῆμα βῆος τε περιγιάμπτουται μάλα.

Καὶ βορέης ἀπέωσε, περίπλαξεν δὲ κηβῶν. id est,

Forlitan & patrias rediisῆ solpes in oras, Sed me dum Malcam præteruehor, vndaq; fluctusq;

Et Boreas illinc pulsum admouere Cytheris.

Adlusit huc Ouidius in Heroinis:

Aufus es o nimium, nimiumque oblite tuorum.

Thracia nocturno tangere castra dolo.

Nam suorum oblitus videntur, qui sese temere periculis obitiiciunt. Quando quidem vna hæc præcipua causa vulgus a subeundis vitæ periculis deterret, quod meminerint esse, quibus se saluo sit opus, vt ait Flaccus, & quibus incolumes profectum debeant, tum possint, extincti grauem allaturum luctum. Videbimur non inuestiuitur vti hac paræmia, si quando discrimen negotii suscipiendi volumus ostendere, aut non esse suscipiendum, aut negligendā vitam.

*Omnia sub vnam Myconum.*

Γὰρ ὅ' ἔσθ' ὑπὸ μίαν μυκῶν, id est, Omnia sub vnam Myconum. Strabo Geographiæ suæ libro decimo: Μυκῶνος δ' ἐστὶν ἐφ' ἡ μυθῶσι καὶ ἰδοῦ τῶν γιγάντων τὸς ὑστέρους, ἢ ἡρακλῆος κατακλιθέντας, ἄφ' ἂν ἡ παροιμία, πᾶν ὅ τι μίαν μυκῶν, ἐπὶ τῶν ὑπὸ μίαν γραφῆν ἄγόντων τὰ δὴ μὲν μίαν τῷ φῶσει. id est, Est autem Myconus, in qua fabulis proditū est, positos esse Gigantes postremo ab Hercule confectos, vnde ductum est illud prouerbium: Omnia sub vnam Myconum, in eos, qui res natura diuersas eodem titulo complectuntur. Quibus ex verbis magis colligitur vsus ad. gri, quam ratio, tamesi coniceret, quoniā summa Gigantum & reliquæ sub Mycono conderentur, sub ea Gigantes omnes iacere vulgo dictum, cum sub aliis item mōtibus ficti fuerint. itaq; qui eodem in libro grammatica pariter & theologica, item dialectica, & iurisperitorum litteras tradat, in eū non inconcinne dicitur: Omnia sub eandem Myconum. Aut vbi diuersa gesta, ab eo quod postremo loco factum sit, est inuenitur. Est autem Myconus ex Cycladibus vna, teste Stephano, qui prouerbii quoque facit mentionem in dictione Myconus. At Zenodotus longe diuersam adfert fabulam,

Dd quæ

quæ prouerbio dederit occasione. Heleus, inquit, filiis suis Hegetori & Hippocli mādarat, vt infulas illas in mari spartas subigant. Deinde vbi Hegetor multas esset aggreffus, Hippocles vnā modo Myconum, velletq; nihilominus reliquarum etiā omnium ex quo particeps esse, consuluerunt super hac re oraculum, quæ nā infulæ Hippocli cederent: Respondit Deus: *μία μύκη* id est, vna Myconus. Vnus est eleganter Plutarchus primo *συμποσιακῶν* libro: *μία μύκη οὐκ ἐποφύεται τὸ συμπόσιον*. id est, vnam Myconum faciens conuiuium, significans indistinctos adhuc cōuiuas. Vnde & de indiseretis dictum apparet.

*Lerij mali.*

*Λέριοι κακοί*, id est, Lerij mali. In eos recte dicitur, qui pariter omnes gentis vitio sunt improbi. Leriorum enim populus ob insignē morum improbitatem in prouerbio abiit, auctore Strabone libro Geographiæ 10. *Κιχατῆ; Phocylidis*, nescio curus verba hæc: *Λέριοι κακοί, ἔχ' ὃ μὲν ὁ δ' ἔ, πάντες, πλὴν προκλέης, καὶ προκλέης λέει*. id est, Lerij mali, non vt hic malus sit, ille nequaquam, verum omnes, excepto Patroclo. Et Patroclus est Lerius. Leria insula est vna ex Sporadibus cōtra littora Cariz, quam Plinius Lerion appellat, cum aliis aliquot locis, tū lib. 5. cap. 31. Quod hic dictum est in Lerios, Græca epigrammata detorquent in Chios. Epigramma sic habet:

*Καὶ τὸ δ' ἐ δημοθ' ἔχ, χιῖοι κακοί, ἔχ' ὃ μὲν, ὅς δ' ἔ.*

*Πάντες πλὴν προκλέης, καὶ προκλέης δὲ χιῖοι.* id est,

Hoc quoque Demodoci, Chius malus, haud quidem hic, hic non.

Omnes absque Procle, Chius at ipse Procles.

Apud Strabonem Græcum scriptura mendosa est, cum *προκλέης* legendum sit, non *προκλέης*. Interpret vsus est codice castigatore, quin ipsa carminis ratio reicit, *προκλέης*. Si addas, *καὶ τὸ δ' ἐ δημοθ' ἔχ*, plenum erit distichon. Id redderit venustius, si ab homine ad rem deflexeris: vt si dicas, omnes prognostæ vani, vno excepto Venatio, & tamen prognostes est Venantius. Impii sunt milites omnes, vno excepto Lægio, & tamen miles est Langius. Græcorum prouerbiū imitatus est Ausonius in Siliuum

quendam cognomento bonū, natione Brittonem, quæ natio & hodie apud Gallos vulgō malè audit.

*Ad Phasim vsque nauigauit.*

**A** V C T O R I. Strabone libro Geographiæ vndecimo: Phasis est Euxini sinus, & extremæ nauigationis meta, vel teste prouerbio:

*Εἰς φᾶσιν, ἔνα κανθὸν ἔχου δ' ἔρου*. id est, Ad Phasim vbi superius cursus nauibus. Per Phasim Chulchidem significauit, non flumen Phasim, neque urbem eiu'dem nominis ad flumen sitam. Theocritus in Idylho N.

*Εἰδὸς δ' ἔς κολχῶς τε γ' ἄξειοι κίτο φᾶσιν. ἰ.*  
Et Colchos pedes, & te accessit inospite Phasis.

Pindarus consimili figura in Isthmiis hymno B. *ἀλλ' ἐπ' ἔρα ποτὶ μιν φᾶσιν βιρέας, ἐν δὲ χιμαῖνι πλῆθ' ἔειλα πρὸς ἀντάς*. id est, Sed trā sibat ad Phasim quidem mensibus æstiuis, hyeme vero nauigans ad Nili ripas, id est: à Colchide in Aegyptum. Strabo enim putat Phasianos ab Aegyptiis oriundos, argumentum sumēs ex vsu lineorum, quorum tanta sit vis apud Phasianos, vt hinc exportentur etiam in alias regiones. Dicitur de iis qui longinquas orbis regiones peragrarent. Est enim ipsa figura quasi prouerbialis hyperbole, quo modo dixit & Iuuenalis:

Omnibus in terris q̄ sunt à Gadibus vsq; Auroram & Gangem.

Et Horatius in Odis:

Extremum Tanaim s̄ biberes Lyce.

Et Vergilius in Bucolicis:

At nos hinc alii sitientes ibimus Afros:

Pars Scythiam & rapidum Cretæ veniemus Oaxem.

Sumptum videtur ab Iasonis fabula. Neq; dissimile fuerit schema, si quis ad Herculis vsq; columnas dicatur nauigasse, aut vsque ad Britannnos, quos auctores extra mūdum terminos ponunt. quod Oceano separentur. Horatius in Odis, libro tertio:

Visam pharetratos Gelonos,

Et Scythicum inuiolatos amnem.

Idem eadem oda:

Visam Britannnos hospitibus feros,

Idem rursus:

Et vltimos orbis Britannnos.

*Myſorum ac Phrygum termini  
diſcreti ſunt.*

STRABO libro Geographiæ duodecimo, re-  
giones quaſdam commemorat inter ſe fini-  
timas, puta Phrygum, Bithynorum, Myſo-  
rum, Dolonum . Item qui iuxta Cyzicum  
accolunt, Mygdonum ac Troianorum. Ne  
minem autem incicias ire, quin vnaquæq;  
ſuis finibus ſit circumſcripta. Verum eos ſi-  
nes ad amuſſim diiudicare, id neutiquam  
facile . Porro de Phrygiis ac Myſis prouer-  
bium quoque vulgo iactatum fuiſſe] verſi-  
bus trimetris:

Χωρίς τὰ μυστῶν καὶ φρυγῶν ὀρίσματα,  
Τὸ δὲ διορίζει χαλιπὸν . id eſt,

Sunt ſeparati Myſorum termini,  
Phrygumq; ſed finire perquam eſt arduū.

Huius rei cauſam adducit, quod hi populi  
non ſatis ſtabiliter tutati ſint ſuas ſedes, ſed  
ſubinde aliunde alio depulſi, terminos in-  
certos reddiderint. Plinius lib. quinto, My-  
ſiam in Phrygia collocat Plutarchus: ἐν τοῖς  
ὑγιανοῖς παραγγέλλασσι, Χωρίς γὰρ ἔφη τὰ φιλο-  
σόφων, καὶ ἰατρῶν ἁπικριτῶν μυστῶν ἢ φρυγῶν  
ἄρισματα. id eſt, Separatam enim aiebat eſ-  
ſe philoſophorum ac medicorum profeſ-  
ſionem, non aliter ac Myſorum ac Phrygū  
ſines. Manent in hodiernum diem paſſim  
ad genus de finibus gentium rixæ, longa ſe-  
cie temporum omnia confundente. Ada-  
rgio licet uti de rebus toto genere inter ſe  
ſe diſſidentibus, veluti ſi quis ſentiens lon-  
ge aliud ſpectare philoſophum, aliud ora-  
torem, dicat, Χωρίς τὰ μυστῶν καὶ φρυγῶν. Aut  
de hominibus inter quos nihil conuenit,  
nihilq; commune intercedit, ut apud Euripi-  
dem Achilles:

Χωρίς τ' αἰμὰ νάγκυμείμων⊙ : id eſt,  
Separatæ ſunt meæ res à bonis Agamem-  
nonis :

*Quod index auro, id aurum homini .*

INTER multas Chilonis ſententias, hæc præ-  
cipue placuit eruditis, auctore Laertio : ἐν  
πληθύνει ἀκόνας ὁ χρῆς⊙ ἔξεται ζεται, δι' ὅλης  
βίτου φανεράν, ἐν δὲ χερσὶ ἀνδρῶν ἀγκυβῶν  
τε κικῶν τε νῶς ἔδοκεν ἔλκερον. i. In læcis coti-  
culis aurum exploratur, euident præbens ſpe-  
ciem . In auro vero proborū pariter & im-  
proborum ingenium deprehenditur . Sto-  
bezus carmen hoc citat ex Antiphane:

Ἐλῶτ⊙ δὲ βίτου⊙ ἐν ἀνδρῶν τρέπον. i.

Opes ut index, hominis ingenii arguūt .  
Adluſit hæc Ariſtides in Themistocle : Ερ-  
τὸν αὐτὸν τὸν ἀνδρα, ἀπογοημῶν ἀρεμῶν⊙,  
καὶ μὴ μοι λόγῳ τὸν χερσῶν, ἀλλὰ τῶ βίτου  
προτάγων σκῆπτει. i. Hinc virum ſpecta. à li-  
nea facto initio. Neq; mihi, quod dicitur,  
aurū, ſed ipſum admouens iudicē cōſidera.

*Ciuitæ Thoracem.*

Ὁλαπτε τὸν θώρακα, i. Caue Thoracem . Stra-  
bo lib. Geographiæ 14. ſcribit, Auuium eſſe  
nomine Lethcum, vicinū Lybibus Helſpe-  
riis : huic immingere montem cui nomen  
Thorax, in quo fama eſt Daphitam gram-  
maticum cruci ſuffixum fuiſſe, quod male-  
dico carmine reges inceſſuiſſet: vnde dictū  
illud manarit in vulgus, ut dicerent, φύκτε  
τὸν θώρακα, id eſt; Caue à Thorace . Hoc  
velut ænigmate prouerbiali ſeſtiuter ad-  
monebimus, frændam eſſe linguam, ne  
voces petulantem emiſſæ, per iugulum ali-  
quando redeant . Stephaniſ tantum indi-  
cat Thoracem eſſe ciuitatem Aetoliæ, & itā  
Magneſiæ: de prouerbio ſilet.

*Magna ciuitas, magna ſolitudo.*

STRABO Geographiæ lib. 16. Seleuciam ad  
Tigrim ait Babylone maiore fuiſſe, ſed ple-  
raq; ſui parte deſertam, ac iure optimo de il-  
la dici poſſe, quod de Megalopoli Arcadiæ  
ciuitate dixit comicus quiſpiam :

Ἐρημία μεγαλ' ἦσιν ἢ μεγαλ' πόλις. id eſt,  
Eſt magna ſolitudo, magna ciuitas:

Adluſum eſt ad nomen vrbis, cuius memi-  
nit & Plinius in quarto . Quadrabit in vr-  
bes, aut domos, agros, aut hortos, aut aliud  
id genus quiſpiam, amplū quidem & ſpa-  
cioſum, ſed parum excultum . Aut in librū  
ingentem quidem illum, verum impolitū  
& illimitatum.

*Ad Scolon nec proſciſceris ipſe, nec alte-  
rum comitaberis.*

STRABO libro Geographiæ nono ſcribit:  
Scolon vicum eſſe quempiam Aſopiæ ſub  
mūte Citherone, ſedem inamœnam, incul-  
tam, inſrugiferam, aſperam. Atq; hinc vul-  
go prouerbium manare:

Εἰς ſκολων μὴτ' αὐτὸς ἴμεν, μὴτ' ἄλλω ἐπε-  
ῶμα. id eſt,

Nec per te Scolon ipſe, nec vlli alii comes  
ito.

Reſtate eadem totidem verbis Eufthathius in

Bœotiam Homericam. Nam Scolon & Srephanus ponit in Bœotia. Nomen ex re videtur inditum, *σκῶλον* enim Græcis spinæ genus est. Quo proverbio conveniet vti, si quâdo significabimus modis omnibus abstinentium à conuictu cuiuspiam, aut à loco vbi nihil sit sperandum, quod vel ad voluptatem faciat, vel ad emolumentum.

*Oenoe charadram.*

*Οἶνός τῳ χαράδρου*, id est, Oenoe torrentis alueum. Nam charadra Græcis significat eam terræ fissuram, quam aqua pluuiæ, aut torrens, nonnunquam terræ motus efficit. Zenodotus in collectaneis adagiorum ait, dici solitum in eos qui sibi malum accerserent. Hinc esse natam parœmiam quod Oenoe vicus quidam sit Atticæ, quem qui incolebant, alueum quandam torrentis vicinum, suis finibus incluserunt. Deinde ingruente immodica vi aquarû, & ob id corruptis agris, agricolationē perdidisse. Strabo Geographiæ lib. 8. duas Oenoas commorat, alteram Eleutheris finitimam, alteram apud Marathonem, de qua vulgo iactata parœmia, *οἶνός τῳ χαράδρου*, id est, Oenoe charadram: Effertur adagiû ad hunc quoq; modum, *οἶνός τῳ χαράδρου*, id est, Oenei charadram, vbi qui ppiam accersitur ad cōmoditatem, vnde pernicites adfertur. Helychius hoc proverbium refert & explicat ex Demone proverbiorum auctore. Stephanus indicat Oenoen esse vnam duarum ciuitatum quas habet Icaria. Vnde dicuntur Oenazi.

*Nihil ad Bacchum.*

*Οὐδὲν πρὸς δῖον Βαχχόν*, id est, Nihil ad Bacchû. Vbi quis ea negatur quæ ad rem præsentē nihil attinent. Adagionis origo varia traditur. Zenodotus ait, antiquitus in choris Dithyrambos in Bacchû cani solitos. Dein de poetas mutata consuetudine, A iaces, Cætauros, atque id genus fabulas cœpisse describere. Proinde spectatores per risum acclamasse, Nihil ad Bacchum. Quo conuicio moniti, deinceps satyros inducere cœperunt, ne dei profuis oblitii viderentur. Strabo Geographiæ suæ lib. octauo, scribit euerfa funditus à Romanis, propter violatos legatos, Corinthiorum vrbe, milites in opera quoq; nobilia, quibus ea ciuitas præter ceteras abundabat, ludibriis insultasse. Ci-

tatq; testē Polybium, qui prædicet præsentem vidisse sese, tabulas quasdam abiectas in solum, in quibus milites talis luserint. Quarum vna fuit ab Aristide depicta. Argumentum erat Bacchus. Hinc inquit, quid dā aiunt manasse, quod proverbio dicitur: *οὐδὲν πρὸς τὸν δῖον Βαχχόν*, i. Nihil ad Bacchum. Suidas refert Epigenem quendam Sicyoniû tragœdiam de Baccho conscripsisse, quæ cū indigna Deo videretur, quosdam è spectatōribus acclamasse: Nihil ad Bacchum: eâque vocem in proverbium abiisse. Verum magis approbat eorum sententiam, qui dicunt quōdam poetas de Baccho fabularum argumenta consueſse tractare, eaq; demum actitari solita. Deinde paulatim ad tragœdias scribendas conuersos, alias fabulas & historias scriptitasse, prætermiſſa Bacchi mentione: spectatores igitur adclamasse: Nihil ad Bacchum. Eiusq; ferme sententiæ suffragatorem citat Chamæleonem. Huic opinioni astruit Plutarchus in 1. lib. Symposiaco, ostendens ab Aeschylō & Phrynico natam parœmiam, qui fabularum argumenta ad historias & calamitates deſtere sint. At Theæretus apud eundem Suidam, in opere de proverbio, scribit Parrhasium pictorem Bacchû summa arte finxisse. Itaque cum apud Corinthios pictorum inter ipsos de arte certamen ageretur, & complures Bacchum pictum proferrent, quorum nullus ad Parrhasii Bacchum accederet, sic clamasse populum: Nihil ad Bacchû. Apud eundem, quidam cum Corœbum, Vlyſsem illum vastum & versipellē vocasset, audiit: Canem adductis ad præsepe, & nihil adfers ad Bacchum. Vtroq; proverbio significatū est, nimis inæqualem esse comparisonem Corœbi cum Vlyſſe. Lucianus in Baccho: *ἀλλὰ τί πρὸς τὸν δῖον Βαχχόν, ἔτ' ὁ δῖος Βαχχός, εἴποι τις ἂν*. id est, Sed dixerit quispiā, quid ad Bacchum hic Bacchus? id est, quid ad rē propositam pertinet hæc de Baccho fabula? Itaq; videtur adagiū quadratū, vel de re ab instituto aliena, vel multo inferiore, vel contemnenda. Plutarchus in Symposiacarum quæſtionum prima, de iis agens, qui anxios syllogisimos, velut eū quē κρυένοντα vocāt, in poculis proponere solēt: *τί ταῦτα, inquit, πρὸς τὸν δῖον Βαχχόν;* Idem inibi, *ἢ μὴ δὲ καὶ τὰ λοιπὰ ταχέως, ἀνταῦτα θύμῃ παντελῶς ἄμυσκα μὲθ' ἀπὸ δῖου Βαχχού εἶπα*. id est, Mittam autem propediem & reliqua, si quidem

dem hæc videntur non vñnequa que in-  
scita, neque nihil ad Bacchum pertinentia.  
Noue quidem, sed tamen oppido quam ele-  
ganter dixit, *ἔπροσδίωνσα*, tacite adludens  
ad prouerbium. Significat autē, *ἔκ' ἔπροσ-  
δίωνσα*, non aspernanda, & ad rem pertinē-  
tia. Idem in eiusdem operis lib. 4. *Θι' μοι δὲ  
νῆ τῶν σαββάτων ἔρετ' μὴ πατὰ πασιν ἔπροσ-  
δίωνσον εἶναι.* id est, Arbitror autem nec sab-  
batorum festum, nihil prorsus ad Bacchum  
pertinere. Athenæus lib. 2. *ἔπροσδίουσης  
λύσεως πραγματ' δύνει.* id est, Solutiones  
nihil ad rem pertinentes molens. tertio,  
*πάραυτ' ἀμείλι* dixit, modos non responden-  
tes ad tibiā. Ac mox *ἀκρότητα κύμβαλα*, hoc  
est, cymbala non congruentia ad numeros  
Saltationis. Sic enim vocat sermones intē-  
pestinos, aut nihil ad rem pertinētes, quos  
idem *ἄμυσολογίας* vocat. De huius formæ  
prouerbiis dictum est nobis alias, Nihil ad  
versum. Pindarus in Nemeis, *παρὰ μέλιθ'  
ἔρχομαι* dixit pro eo quod erat secus quam  
conuenit loqui, *ματῶν δὲ τῆς ἀν' ἔρετ', εἰ παρ' μέ-  
λιθ' ἔρχομαι.* M. Tullius lib. ad Atticum 16.  
Sed nihil tam *ἔπροσδίωνσον* mihi primo  
videbatur, quam ad has litteras, quibus ego  
ad te consilium perieram, te mihi illa rescri-  
bere. Tameñ quidam hoc loco pro *ἔπροσ-  
δίωνσον* legunt *ἔπροσδύκτων* hoc est, inopi-  
natum, inexpectatum. Prouerbiū speciem  
habet quod est apud eundem Ciceronem  
in Bruto, Sed domum redeamus. Id velut  
interpretās subiicit, id est, ad nostros reuer-  
tamur. Vtimur & hodie sermonis huius co-  
lore, quoties significamus nos ad digressionē  
ad id reuerti quod institueramus.

*Farcire centones.*

PERIPHANES in Epidico Plautina, militi-  
am pugnas suas militari more parāti nar-  
rare: *Quin tu, inquit, alium quætas, cui cē-  
tones farcias:* id est, quem tu gloriosis men-  
daciis & cōfarcinatis fabulamētis expleas.  
Solent enim homines gloriosi mendacium  
aliud ex alio connectere, nullum facientes  
neque finem, neque modum. Centones au-  
tem dicuntur vestes è variis panniculis, ac  
diuersis etiam interdum coloribus confar-  
cinatæ. Iuuenalis:

Intrauit calidum veteri centone lupanar.  
Ad harum similitudinē centonem vocat  
carminis genus, ex diuersis carminibus, &  
carminum fragmentis, hinc atq; illinc ac-

cessitis, contextum, quasq; confutum. Græ-  
ci *κέντρωνες* appellant, addita littera, quam  
abiciunt Latini. Exrant adhuc *δμυρκεντρων-  
ες*, quoruū meminit & diuus Hieronymus,  
& Vergiliocentones Probæ mulietis, & Cē-  
ton nuptialis Ausonii, qui legem etiā eius  
carminis tradit.

*Quod dedi, datum nollem.*

LENA Milenis in Cistellaria Plautina. Inter  
nouam rem, inquit, verbum vsurpabo ve-  
tus. Quod dedi, non datum vellem, quod re-  
liquum est, non dabo. Significat se poenite-  
re, quod puellæ fecerit copiam, de cetero nō  
faciuram. Vtus adagii fiet venustior, si pau-  
lo longius à simplici figura detorqueatur,  
veluti si quis indicans se superioris operæ  
quam in poetices studium insumpsit, pe-  
nitere, nec esse consilii diutius in ea tēpus  
terere, dicat, Quod dedi, datum nollem, quod  
reliquum est, non dabo.

*Crocodili lacrymæ.*

*Κροκοδείλων δάκρυα*, id est, Crocodili lacrimæ.  
De iis, qui sese simulant grauius angī iu-  
commodo cuiuspiam, cui perniciem attu-  
lerint ipsi, cuius magnum aliquod malum  
moliantur. Sunt qui scribant Crocodilum  
conspicō procul homine, lacrymas emitte-  
re, atque eundem mox deuorare. Cuiusmo-  
di propemodum erant lacrymæ Bassiani im-  
peratoris, apud Aelium Spartianum. Lacry-  
mabatur quoties aut mētio fieret, aut ima-  
gines videret Getæ fratris, quem occiderat.  
Alii narrant hanc esse Crocodili naturam,  
vt cum fame stimuletur, & insidias machi-  
natur, os hausta impleat aqua, quam effun-  
dit in semita qua nouit aut alia quæpiam  
animantia, aut homines aqutum ventu-  
ros, quo lapsos ob lubricum descensum, ne-  
que valentes au fugere, corripiat, correptos-  
que deuoret. Deinde reliquo deuorato cor-  
pore, caput lacrymis effusis macerat, itaque  
deuorat hoc quoque.

*Bona etiam ossa post panem.*

*Αγαθὸ καὶ μετὰ μετ' ἄρτου.* id est,

Et post panes bona maza est.

Hemistichio carminis heroici. Zenodotus  
ait de iis solere dici, qui penuria meliorū  
amplectuntur deteriora. Nam maza quid-  
dam est panis cocto deterius, constat ex



lacte & farina, quo rustici vice panis vti con-  
sueverunt. Si quidem ὄπτον ἀλδρῶν, in deli-  
ciosis olim fuisse alias demonstrauimus ex  
Theocrito. Prouerbii speciem habet quod  
est apud Athenzum libro sexto licet huic  
dissimile, παινῶν τι γὰρ ἀνδρὶ μᾶζα τιματιρεκ  
χρῆσθαι καλῆφαντος, id est, Maza, siue ossa  
esurienti homini carior & auro & ebore.  
Quo licet vti cum indicabimus rem vsu,  
non opinione zstimandam. Ex his quæ  
prodidit Athenzus de apparatu conuiuio-  
rum, liquet mazam prius apponi solere,  
deinde panem. Verum consumpto pane  
probatur & maza. Vt possumus, quando  
vt volumus non licet. Xenophon lib. sexto  
παιδίας, facit quendam consolantem mili-  
tes, qui defecit pane maza vesci cogeban-  
tur. Hoc cibo qui victuant dicuntur ἀ-  
φιτοσιτεῖν, quemadmodum qui pane, ἐ-  
τοσιτεῖν.

*Si non adsunt carnes, taricho contentos  
esse oportet.*

Ἀν μὴ παρῆ κρέα ζηκτίον τῷ ταρίχῳ. id est,  
Probanda salamenta egent carniū.  
Sunt qui dicant, τάρικον accipi pro pisce,  
sed vili putriq̄ue, qui idem sit Aphyra. For-  
tassis hic pro iure accipiendum tarichus.  
Nam quibus deest obsonium, solent pane  
in ius immerso vesci. In Aphyra & Tari-  
chos creber iocus est in comædiis. Sensus  
hic est, vbi non est copia meliorum, boni  
consulere oportet quæcunque contingunt.  
Refertur a Diogeniano.

*Agathonia cantio.*

Ἀγαθῆνιος ἀγλισίς, id est, Agathonia cantio.  
Recte dicitur de oratione blanda magis,  
quàm frugi fera. Agathò tibicen quispiam  
erat, carilenarum suauitate maiorem in  
modum aures deliniens. Nec huius mores  
dissimiles musicæ fuisse perhibentur. Labo-  
rauit enim infamia molliciei. Auctor &  
Suidas & Zenodotus. Haud scimus an hic  
sit idem ille Agathon in tragicorum cert-  
amine victor, in cuius epiniciis Plato cele-  
brat illud nobile conuiuium. Huius mul-  
tis modis Aristophanes in Thestrophoris,  
carminum molliciem deridet.

*Edax currus.*

Ἀδελφάγον ἄρμα, id est, Edax currus, in gluto-  
nes & voraces dicebatur, propterea q̄ cur-

rus multum absumit vnguinis siue ceroma-  
tis, siue quod sumptuosa res sit, equos &  
currus alere, vnde & comicus Aristophanes  
in Nebulis iocatur in Strepsiadem, quem  
filius ἰπποθερῶν, ad inopiã redegerat, mul-  
to cre alieno contracto. Planius Vopiscus  
indicat Aureliano in deliciis fuisse Phago-  
nem quendam, qui vno die ad inensam im-  
peratoris ederit aprum integrum, centum  
panes, veruecem & porcellum, biberit autē  
in su nidibulo apposito plus orca. Sed de hoc  
hominum genere plura Athenzus in Dip-  
nosophistis, apud quem lib. 5. Socrates cum  
quendam vidisset in conuiuio sese intem-  
perantius ingurgitantem opsonio, O vos  
qui adeltis, inquit, quidam ex vobis pane  
vitur vt opsonio, opsonio vt pane. Venu-  
stius reddetur, si deflexeris ad animi vitium,  
veluti si dicas, huius aut illius principis a-  
micitiã immodica pecunia parari, ac reti-  
neri aliq̄. Aut cupiditates inexplebiles es-  
se, cum naturæ vsus per pauca postuler.

*Sanguine flere.*

Λιμνη κλάειν, id est, Sanguine flere, prouer-  
bialis hyperbole significans nihil non fieri,  
quo fleatur aliquis, sic enim antiquitus  
loquebantur: Haud flectes illum, ne si fan-  
guine quidem fleueris. Itidem ὤματι ζῆταιν,  
id est, Sanguine genere. Durat hoc adagiū  
in hodiernum etiam diem, Translatum videtur à  
prodigiis, quibus interdum statuz  
sanguineis guttis lacrymare videntur.

*Pardis mortem adsimulat.*

Ὀνάτωρ παρδάλως ὑποκρίεται. id est, Pardis  
tem simulat. Dicebatur vbi quis astu perni-  
ciami alicui moliretur, veluti cum Brutus  
stupidum ac dementem aueretur, vt in poste-  
rum imperio potiretur. Id adagiū ad quen-  
dam apologum referunt. In Mauritania si-  
miarum ingens copia. Pardalis autem ani-  
mal est natura simiis infestissimum, quas  
tamen viribus allequi non potest, nimirum  
illis in summas arbores subuolantibus. His  
itaque dolis in eas vitur. Sternit se supi-  
nam sub ramis, ac porrectis cruribus emori  
singt sese. Gaudet eo spectaculo simiz cō-  
sidentes in arbore. Deinde vbi iam mortuã  
arbitrantur, vnam aliquam emittunt ex-  
ploraturam, num vere mortuus sit hostis.  
Illa cautim ac pedetentim accedens, vbi nul-  
lum vitæ videt argumentum, Pardale nimirum

rum modis omnibus cadauer imitante, de-  
mum audet etiã conscendere. Quod simul  
atque reliquæ simiæ conspexerint, iam de-  
posito omni metu descendunt, & Pardalim  
omnia ferentem circumsultant: postremo  
conculcant, insultantes ludibrii causã, do-  
nec Pardalis sentiens illas iam saltando de-  
fatigatas, derepente reuiuiscens, aliam den-  
tibus, aliam vnguibus corripit, dilaniatque  
ac deuorat. Hanc fabulam, ne quid fuci hat  
lectorì, non reperimus apud idoneum au-  
ctorem, sed in Græcis collectaneis cuiusdam  
Apostolii Byzantii, cuius testimoniũ quo-  
dam in loco Politianus etiam refert, alio-  
quin auctoris non admodum grauis.

*Mandare laqueum.*

**MANDARE** laqueum dicimur iis, quos vs-  
que adeo negligi à nobis significamus, vt si  
vel suspendant sese, nihil ad nos attineat.  
Iuuenalis de Democrito:

- Cum fortunæ ipse miuaci

Mandaret laqueum, mediumque ostende-  
ret vnguem.

Confinet illi cum iubemus, οἰμώζεν, id est,  
plorare quempiam, & μακρὰ οἰμώζει, id est,  
clare plorare: καὶ κλαίειν καὶ μακρὰ χλαίρειν, id  
est, flere & longum valere.

*Medium ostendere digitum.*

**MEDIO** item digito porrecto, supremum  
contemptum significabant. Martialis libro  
secundo:

- Et digitum portigito medium.

Nam hunc digitum Martialis impudicum  
vocat:

Ostendit digitum, sed impudicum.

Persius infamem:

Infami digito & lustralibus ante saluiis.

Huc pertinet, quod apud Laertium Dioge-  
nes, vt alibi diximus hospitibus, quibusdã  
Demosthenem videre cupientibus, non in-  
dice digito, sed medio porrecto demonstra-  
uit, parum virum innuens & effeminatum.  
Ac paullo post eodem in loco, satis indicat  
porrectione digiti medi quippiam obscæ-  
num significari, cum ait, insanos haberi,  
qui medium porrigant digitum, qui indi-  
cem, non item. Itaque eodem in carmine  
duobus adagiis extremum cõtemptum in-  
dicauit Satyricus:

Mandaret laqueum, mediumque ostende-  
ret vnguem.

Elegantius fiet vtrumque, si longius detor-  
queatur. Vt philosophicis præceptis la-  
queũ mandes, tu tuo viuito more. Et theo-  
logorũ decretis negotiatores mediũ vnguẽ  
ostendunt, i. plane contempnunt ridentque.

*Barbam vellere.*

**Τὸν πάγωνα τρίλλειν.** i. Barbam vellere. Est il-  
lud quoque sumptum a gestu, barbam vel-  
lere, quo summum contemptũ ac ludibriũ  
significamus. Horatius Sermonum lib. 1.

- Barbam tibi vellunt

Lasciui pueri.

Persius:

Idcirco stolidã præbet tibi vellere barbã  
Iupiter.

Idem alias:

Si Cynico barbã petulans Nonaria vellit.

Et Dionysius Siculus, non dubitauit Aescu-  
lapiõ barbã aureã detrahere. Lucianus  
in Timone de Ioue Olympio, ἐκάνισο τῆς  
πικρίας περιερόκιστος, id est, Desidebas dũ  
tibi circumtonderetur cæsaries. Et barbã  
vellit mortuo leoni, qui ferox est in prostra-  
tum, quod alias attrigimus.

*Malis ferire.*

**Μάλῃς βάλλειν,** id est, Malis petere dicuntur,  
qui muneribus assequi student quod optãt,  
aut qui donis prouocant ad amorem mu-  
tuum. Dicta est allegoria à fabula Atalanta, &  
quam Hippomenes cursu superauit, sed  
arte protectis inter currẽdum malis aureis  
in quibus sublegendis dum puella subinde  
remoratur, præcessit ac vicit iuuenis. Refer-  
tur adagium à Diogeniano. Plutarchus in  
Symposiacis indicat olim fuisse morem, vt  
in eos qui semper vincerẽt, mala, rosas, non  
nulli etiam mala punica iacerent. Vt hinc  
quoque videri possit ortum adagium, ac di-  
scutatum de iis qui magnopere mirantur,  
ac probant quempiam, aut etiam blandiuntur.  
Idem decade nona narrat, Anaxarchum  
cum ab Alexandro post cenã malis pete-  
retur surrexisse, dixissetque hunc senarium  
ex Oreste Euripidis:

Βεβλήσεται τις θεῶν βροτοῖα χειρὶ. id est,

Ferietur aliquis mox deũ humana manu.

Potest & simpliciũ accipi malis petere, cũ  
quis ad amãdum lacessitur ac prouocatur:  
sic enim interpretatur Suidas. Vnde & il-  
lud apud Maronem:

Malo me Galatea petit lasciuia puella. Et:  
Aurea mala decem misi, cras altera mit-  
tam. Et:

Ipse ego cana legā tenera lanugine mala.  
Et Acontius apud Ouidium Cydippe ma-  
lum inferiptum in quemiū mittit. Aristophanes in Nebulis: *Μάλας βλατέεις ἰσὺν πορσιδίς*. id est, A scorto malo percussus. Interpres adscribit, malum amoris esse symbolum, propterea quod Veneri sit sacrum. Vnde in certamine formarum, præmium malum erat aureum, idque Veneri contigit. Theocritus in Cyclope:

*Ἥρα τὸ δ' οὐτὶ ῥ' ὀδ' οἷς, ἔ' μάλλοις, ἔδ' κικένοις,  
Ἄλλ' ὄλοαίς κείας.* id est,

Non malis, non ille rosis, non ille Cicinis,  
Sed furiis mage pestiferis adamabat.

Idem in Hodæporis:

*Βάλλει καὶ μάλοισι τὸν ἀπόλον ἄ κλαρίσῃ.*

Olim munuscula malis constabant, vnde Horatius in Epistolis:

Frustris & pomis viduas venentur auaras,  
Excipiantiq; senes, quos in viuaria mittat.

*Mare prius vitem iulerit.*

*Τὸ πύλαρος πρὸ τερρον ἵσει ἄμπειλον*, id est, Mare prius vitem feret. De iis quæ nullo pacto fieri possunt. Nam falsitudo vitibus inimicissima. Hinc Homerus & Hesiodus identidem pontum vocant *ἀπρῆγον*, quod illic nulla colligatur vindemia. Salsa terra fere sterilis est frugibus, sed vitibus inimicissima. Refertur apud Diogenianum.

*Betizare, lachanizare.*

**LACHANIZARE** vulgo dicebant pro lague-re, teste Suetonio in vita Octauii Cæsaris, pro quo Augustus nonauit betizare. Quadrabit & in insulos & inspidos. Catullus: Languidior tenera cui pedēs Sicala beta.

Item Martialis:

Ut sapiant fatuz laborum prandia betæ,

O quam sæpe petet vina piperiq; coquus.  
Eodem pertinet illud Diogenis. Cynici dictum apud Laertium: Cum adolefcentes quidam eum canem vocarent, seq. cautos dicerent ne ab illo morderentur, bono animo esse iussit: canem enim haudquaquam vesci betis, molliciem illorum notans. Bliteos appellant stupidos. Est *βλίτον* herbæ genus cui nomen etiam a stupore saporis inditum putant, quasi *βλάξ*, quæ vox bardum & stupidū significat. Aristophanes in Aui-bus, *ὄς βλακικὸς θιακίσις*, Ut stupide ministras. Plautus in Truculento: Blitea & lutea est meretrix, nisi quæ sapit in vino, ad rem

suam. Laberius Mimographus apud Nonium Marcellum, bipedem & bliteam bellum appellat infulsum & vecordem. Apud Menandrum quoq; mariti vxoribus ex blito conuicium faciunt, bliteas eas nominantes. Aristophanes in Nebulis: *καὶ σὶ καλῶσι βλιτόμαν*. i. Teq; vocant bardum, ac stultū. Fieri potest vt Gallica quoque vox hinc manarit, quia nunc vulgo contemptissimos, extremiq; notæ homines compellant Bliteos, addita litterula.

*Promus magis, quàm condus.*

**SANE** quàm elegās & prouerbialis Ausonii dimeter iambicus, Promusq; quàm condus magis: in quendam profusorem, qui parta prodigere nosset, quætere aut quæstia seruare non nosset. Sumpta metaphora a rei familiaris dispensatoribus, maximeq; penuriaz, quos Græci *ταμίαις* vocant, quorum partes sunt ad vsum familiæ promere, id est, proferre quædam, alia condere, hoc est, seponere. Iam qui tantum promit, is ad inopiā velis equisq; properat. Plautus in Truculento, parce promos appellat, sordidos ac te naces, & qui sumptum libenter effugiunt.

*Nodum in scyropo quæris.*

**NOVVM** in scyropo quæris, in anxium dicebatur, nimisq; diligentem, aut meticulosum, qui illic scrupulum moueret, vbi nihil esset addubitandum. Hoc adagiū refertur apud Plautum in Menæchmis, & verbis totidem apud Terentium in Andria. Festus ex Ennio citat:

Quæris & in scyropo, soliti quod dicere, nodum:

nominatim prouerbii titulo referens Donato iunci species est scyrpus, leuis atque enodis. Quæquam apud Gellium scyrpi dicuntur captiunculæ, argutiaq;. Nisi forte quis malit legere in scyropo, quod hi lapilli leues sint ac rotundi.

*Delphinum syluis appingit, fluctibus aprum.*

**HORATIUS** in Arte poetica, prouerbiali schemate dixit:

Delphinū syluis appingit, fluctibus aprū.  
Indocti poetæ stultitiam taxans, qui multa non suo loco, neque tēpestiuiter describit, perinde quasi piscet Delphinum piscem, iuxta Callimachi dictū in nemoziibus pin-gret,

geret, rursus aprum in vndis. Confine illi :  
ἔφακ' ἢ τὸ μύρον, i. In lenticula vnguentum.

*Cancer leporem capit.*

Καρκίνος λαγωὸν αἰρεῖ, id est, Cancer leporem  
capit. De re nequaquam verisimili, dictū;  
absurda. Velut si quis dicat, ab indoctissimo  
superari doctum.

*Ne caprea contra leonem.*

Μὴ πρὸς λέοντα δορεάς, id est, Ne caprea ad-  
uersus leonem, hoc est, ne longe inferior cū  
potētiore decertes. Doreas enim syluestris  
est capreolus. Refertur à Diogeniano. Sui-  
das integrum refert senarium:

Μὴ πρὸς λέοντα δορεάς ἀψάμομαι μάχης. i.  
Ne cum leone caprea pugnam sumptero.  
Homerus Odyssæ 9.

Αδρεάσι δὲ προτίροισιν ἐρίζειν ἐκ ἐβλή-  
σαι. id est,

Cum potiore viro nolim certamen inire.

*Pellem caninam rodere.*

PELLEM caninam rodere, prouerbiali me-  
taphora dixisse videtur Martialis, pro eo,  
quod est hominem maledicum & impro-  
bum conuiciis insectari. Sic enim scribit  
in oblectatorem quendam & oblatratore:  
Non deerunt tamen hac in vrbe forsan,  
Vnus vel duo, tres ve, quattuor ve,  
Pellem rodere qui velint caninam.

*Echino asperior.*

Ἐχίνος ἄσπερος, id est, Echino asperior. In  
hominem intractabilem & insuauibus mo-  
ribus dictum. Metaphora sumpta ab ani-  
mante cuius duplex est genus: terrestre, spi-  
nis oblitum: & maritimum, pinната vndi-  
que testudine, ac spinis obductum, quibus  
se pedum vice voluit, auctore Plinio Mar-  
tialis:

.. Cortice deposito mollis echinus erit.

Aristoteles lib. De generatione animantiū  
quinto, tradit Echinum ipsum quidē pusil-  
lum esse, ceterum spinas habere, & longas  
& acutas. Athenæus Dipnosophiston lib.  
3. fabellam haud infestiuani refert è Deme-  
trio Scepsio: Laconem quempiā vocatum  
ad cenam, appositis Echinis, cum ignora-  
ret quo pacto soleant edi, nec obseruaret  
quomodo ceteri conuiuij his vescerentur,  
corripuisse quendam, & in os coniecisse vna-  
cum ipsa testa: porro cum inter dentes stri-

deret Echinus, & hominis os cibo misere  
cruciareretur, o sceleratum, inquit, edulium,  
neque nunc te omitram tibi mitis, nec te  
posthac inquam sumptero.

*Echinus partum differt.*

Ἐχίνος τὸν τέκον ἀναβάλλει. i. Echinus partū  
differt. De iis dici suetum, qui prorogant  
qui ppriam suo malo: veluti qui credita pe-  
cuniam cōperendinant, tamen aliquando  
reddendam vel maiore cum scēnore. Aiunt  
Echinum terrestrem stimulum aluo remori-  
rari partum, deinde iam asperiore ac durio-  
re factō scētū mora temporis, maiore cru-  
ciatu parere. Auctor Suidas Plinius libro  
nono cap. 25. tradit, piscē qui dicitur echi-  
neis, fluxum grauidarum sistere. & vsque  
ad puerperium in vtero continere scētum.  
Quamquam hoc ἀπρὸς δίδυσσον.

*Prius duo Echini amicitiam ineant.*

Ἐρεῖν δὲ δύο ἐχίνοιες φίλιον ἔλθουεν, ὃ μὲν ἐκ πε-  
λάγους, ὃ δ' ἐκ χέρσεως, id est, Prius echini duo  
inierint amicitiam, alter è mari, alter è ter-  
ra. De iis, qui moribus ac studijs sint inter  
se discrepantiores, quam vt spes sit aliquan-  
do inter eos necessitudinem coitutam. Ven-  
ustius erit ad rem deslexum. Nam est echi-  
nus marinus, de quo multa Plinius & Ari-  
stoteles. Est & terrestris, quem alio nomine  
vocant Erinaceum: illud commune, quod  
vterque spinosus est, vnde & vocabulum in-  
ditum. Refertur à Suida.

*Nan missura cutem, nisi plena cruoris hirudo.*

PROVERBII speciem habet illud etiam  
Horatianum in Arte poet.

Non missura cutem, nisi plena cruoris hi-  
rudo.

Quadrabit in homines nimium sedulos,  
& quibusuis in rebus immodicos. Cuius-  
modi nonnullos videas, qui cum semel con-  
perint, nullum faciunt finem, donec defati-  
gati desistant, nec rationem ullam habent  
alieni fastidij, sed suo tantum animo nego-  
tium modum metiuntur, haudquaquam me-  
mores vetustissimi sermonis, admonētis vt  
tum à iusu desistamus, cum adhuc est iucū-  
dus, ne voluptatem odij molestia consecuta  
contaminet. Nemo nescit, hirudinem,  
vbi semel hæserit corpori, nulla ratione  
posse reuelli, donec suctu sanguinis exple-  
ta decidat. Quidā appellant sanguisugam.

Γράφα

Græci *βδέλλα* siue *βδέλλιον*, linguā habet bisulcā ac fistulatam, quam penitus infigit cuti. Meminit Plinius libro 11. cap. 34. atque inibi de altero quodam animali, cui nomine non sit, quod semper infixo sanguini capite viuat, donec nimia satietate dehiscat, & ipsi immoriens alimento, cum cibi non sit exitus.

*Mea est pila.*

**M E A** est pila, id est, vici, & voti sum compos: aut res mihi in manu est, apud Plautum in *Truculentum* Sumptum à norissimo pilæ ludo, cum multis insequentibus, vnus aliquis præstantior occupat. Consimili figura dixit in *Cassina*: Sed si nunc vult hera facere officium suum, nostra omnis lis est: id est, vicimus. Traducta metaphora à iudiciis.

*Ab ouo vsque ad mala.*

**A B** ouo vsque ad mala, prouerbiali figura dixit Horatius in *Sermonibus*, *Satyra* tertia, pro eo quod est, ab initio conuiuii vsque ad finem:

- Si collibuisse, inquit, ab ouo

Vsque ad mala, citaret, io Bacche modo summa

Vece, modo hac resonat quæ chordis quatuor ima. Antiquitus enim cenam ab ouis aspicabantur, malis finiebant. Erit venustius, si longius trahatur, *Ab ouo vsque ad mala*, id est, toto colloquio, tota navigatione, aut toto opere. Qui rem altius repetunt quam oportet, notatur illo versu Horatiano:

Nec gemino bellum Troianum orditur ab ouo.

Qui à primis initiis repetunt, ἐκ τῶν ἐξέλων, id est, à radicibus, & à stirpibus imis exordiendi dicuntur: qui nihil prætermittunt, ordine narrant, & à capite vsque ad calcem, quod alibi retulimus, Græcis ἀνωθεν dicuntur & ἀρχῶθεν.

*Virtutem & sapientiam vincunt testudines.*

**I V L I V S** Pollux lib. nono de rerum vocabulis, scribit hoc carmen olim prouerbio celebratum fuisse:

Τῶν ἀρετῶν, ἢ τῶν σοφίῶν ἰκανῆτι χελῶνας. i.

Et virtus testudinibus, & sapientia cedit.

Est autem velut ænigma, innuens pecuniā longe plus posse, quam aut virtutem aut

sapientiam. Antiquitus enim Peloponnesiorum nomisma χελῶνας, id est, testudo dicebatur, propter insulcā in eo testudinis figuram. Testem huius rei citat Eupolidēs, qui in fabula, cui titulus, *Captiui*, ὁ βολὸν dixerit καλλιχέλωνος, id est, obolum pulchre testudinis. Consimili figura dictum & illud: Multas noctuas sub tegulis latitare: & Bos in lingua: quæ suis retulimus locis.

*Sacra hæc non aliter constant.*

**S A C R A** hæc non aliter constant. Hoc adagio licebit vti, si quando faciemur culpā, sed quæ rei loco veconueniat: veluti si quis in balneis agat impudētius: aut rusticus in nauī: aut in comotationibus cbriorū intemperantius: aut inter mulierculas ineptius: aut inter aulicos dissimulantius: aut inter sophistas loquacius: aut apud populum adulantius. Aulionis nuptialis Cætonis excusans licetiam, Etenim fabula est, inquit, de nuptiis, & velit nolite, sacra hæc aliter non constant. Sumptum à sacris, quæ certis quibusdam ceremoniis peraguntur: de quibus si quid de mutes, piaculum admistum putetur. Plutarchus in comment. De audiendis poetis: Θυσίας μὲν γὰρ ἀχόρησ καὶ ἀνάγκης ἴσμεν γὰρ ἴσμεν δὲ ἀμύθους εἶδὲ ἀψυθῶν ποίησιν. id est, Sacre enim absq; choris actibus nouimus. Non nouimus autē absq; fabula ac mendacio poemā.

*Sequitur ver hyemem.*

**S E Q V I T V R** ver hyemem. Hoc adagio rerum vices significamus, necessario sibi succedentibus: vt si quis suadēs in rebus affectis animū fulciendū spe meliorū dicat: Sequitur ver hyemem, id est, tristibus succedent lætiora. Ita Pindarus Isthmiorū hymno quarto: καὶ δ' ἂν μετὰ χαμῆριον ποικίλων μινῶν ζόφου χθῶν ἄτε φοινίκις ἀνέθ' ἔ' ἄροις. id est, Nunc vero rursus post hybernā multiplicium mensium caliginem, terra veluti purpureis floret rosis. Aulonius in præfatione monosyllaborum, & vnonihil abusus est prouerbio: Vt in veterē verbo est: Sequitur ver hyemem. Iam similitum nugarum subtexto nequitiam.

*Venerum iusurandum.*

**A φροδῖσι** ὄρεθ' & ἐμπόνημ, id est, Venerum iusurandum non punitur. Sensus est, amantium iusurandum irritum esse, neque ad deos quidquā pertinere, tanquā ioco.

iocosum. Et auctore Nasone :

Iupiter ex alto peruria ridet amantum ,  
Etiubet Aeolios in freta ferre notos .

Et Horatius :

Ridet hoc inquam Venus ipsa , rident  
Simplices nymphæ . Tibullus .

- Peruria ridet amantum

Iupiter , & ventos irrita ferre iubet .

Citatur hoc adagiū à Platone in Cbuiuiu :

ὁ δὲ δευότατος, ὡς γιλέγασιν οἱ πολλοὶ ὅτι καὶ  
ὁ μόνον μόνον συγγνώμη παρὰ θεῶν, ἐκβάλλει τῶν  
θεῶν . Αφροδίστην γὰρ ἔκρινε ἔφασιν εἶναι, ἕτα  
καὶ οἱ θεοὶ καὶ οἱ ἄνθρωποι πάντων ἕξασιν πε-

πιπικασιν τῷ ἔρωτι . id est, Quodq; omnium

maximum est, ut sane dicitur vulgo, vni

etiam iuranti à diis parata est venia, si quæ

iuuant nō presterit. Veneream enim ius-

iurandum negant esse, Adeo tum dii, tum

homines nihil non permittunt amanti. In

verbis Platonis v̄ deesse vocula, ἐμποίησον. ἔ-

φασιν εἶναι ἐμποίησον. Meminit & Procopius

in epistola ad Epiphaniū vltima : καλῶς

ἄρα ἡδεῖ τὸ τῶν ἐρώτων πάθος ἢ παρομοίαν, καὶ

ἐποικείν ἐθέλωσι, συγγνώμην αὐτοῖς ἐκ θεῶν ἐπιγ-

γέλλεται . id est, Pulchre nouit amantium

affectum prouerbium etiam si peierare vo-

luerint, veniam illis à diis pollicetur. Pla-

to in Philebo apud Athenzū libro dua-

decimo. ὡς δὲ λογῶν, καὶ ἐν ταῖς ἡδοναῖς ταῖς

ποδῶν ἀφροδίστη, ἢ δὲ μέγιστα δοκῶσιν εἶναι, καὶ

τὸ ἐποικεῖν συγγνώμην ἔλκερ παρὰ θεῶν, ὡς πρὶ

καθάρτη πάθων τῶν ἡδονῶν ἕξει τὸν λογισμὸν

κεκτμείον, id est. Ceterum quemadmodum

dicitur, etiam in voluptatibus circa res ve-

neretas, quæ sane videntur esse præcipuæ,

periurium quoque venia donatur à diis,

perinde quasi voluptates puerorum instar

sint, qui nondum rationis sunt compotes.

Refertur & illud ex Callimacho :

Ἄμωσεν, ἀλλὰ λέγεται εἰκτὰς ἐν ἔρωτι

Ὁρκὸς μὴ θάωειν ἕκτ' ἐς ἀθανάτων, id est,

Iurauit verum vulgo dicunt, in amore

Quod iuras, aures non penetrare deum.

Prior versus non caret mendo. Desecti po-

test ad quod vis promissum, cuius fides præ-

standa non videatur.

Tamquam meum nomen, Tamquam digitos.

PROVERBIALIS hyperbolæ sunt. Tā-  
quam meum nomen, & tamquam meos di-  
gitos teneo, si quando promptam, certam-  
que memoriam significare volumus. Mar-  
tialis:

Totis diebus Afer hæc mihi narras .

Etteneo melius ista, quam meum nomē.

Iuuenalis :

Tamquam vnques digitosque suos .

Nihil magis meminimus, quam proprii no-

minis vnde & vita defunctos olim suo

nomine inclamabant. Et proprii nominis ob-

litum, dicimus prodigiosæ obliuiscentiæ

hominem. Antiquitus in digitis compu-

tus peragebatur. Extat ea de re libellus Be-

dæ. Quin hodieque numerandi imperitū

& obliuiofum per iocū rogare solent, quot

in manibus habeat digitos. Plutarchus in

commentario, cui titulum fecit, Quo pa-

cto quis intelligere possit se profecisse, scri-

bit olim morem fuisse nomina digitorum

edifcere, hisque in metu tamquam reme-

dio futuris vti. ipsius verba subscribemus:

Οἱ μὲν γὰρ ἐκ μνημόσυνου τὰ τῶν ἰδίων ὄνμα-

τα δεκτύλων, χεῖνται πρὸς τὸς φόβος αὐτοῖς

ὡς ἀλικιῶν, ἀτέμα καταλέγουσι ἐκαστον. i.

Quidam enim edificunt suorum nomina

digitorum, eisque cōtra pauores vtuntur,

tamquam ad depellenda mala remedium

habeant, paulatim singulos recensentes.

Quæ vero sint digitorum apud Græcos vo-

cabula, Gellius in Noctibus Atticis indica-

uit: Cælius Calcagninus, ut indicat Ale-

ander, mauult intelligi de nominibus Da-

ctylorum Idzorum, de quibus non nihil at-

ttingemus in prouerbio: Celmis in ferro

licet, in Plutarcho, ἰδίον legatur, non

ἰδίον.

#### Bonorum glomi.

Ἀγαθῶν ἀγαθίδης, id est, Bonorum glomi: de

opibus extractis & affatim accumulatis.

Sūpra metaphorā à glomere textorio, cui

fila sunt obuoluta, aut certeligno illo tex-

torio, cui florum maxima vis est obuolu-

ta, quod idem πῶνον vocant. Prouerbii me-

minit Iulius Pollux lib. 7. cap. 10. indicans

apud comicos esse frequentissimum. Vide-

tur autem adlusum ad vocem in Agathide,

& Agathis: perinde vt Thucydides in Eu-

ripidis epigrammate Athenas τῆς ἑλλὰς ἰδῶν

ἑλλὰς δὲ, vocat. id est, Græcæ Græciam.

Etiamsi libro quinto. tribuit hanc senten-

tentiam Pindaro. Et quemadmodum ἔχα-

τα ἔχαται, id est, postrema postremorum:

item κακὰ κακῶν, id est, mala malorum, di-

cunt Græci: quam quidem figuram Latini

non agnoscunt.

*Rem acusetigisti.*

**ES T** apud Plautum in Rudente: Rem acusetigisti. pro eo quod est, rem ipsam diuina sibi, nihil aberrās. Metaphora sumpta videri potest à lusu quoipiā, in quo diuinator, id quod alius notasset, summa acu tangebatur, aut lineā, aut calculū, aut aliud quiddam simile. Igitur acu tangere, perinde est quasi dicas, ipsissimum punctum attingere. Nam minutissima puncta denotantur acu.

*Purgatis auribus.*

**PURGATIS** auribus, pro attentis & vacuis prouerbiū respicit. Plautus in Milite: Per purgatis ambo damus tibi operam auribus.

Horatius in Epistolis:

Est mihi purgatam crebro qui personet aurem.

Persius quinta Satyra:

Stoicus hic aurem mordaci lotus aceto. Nam sordes in auribus collectæ auditum hebetant, exemptæ reddunt acriorem.

*Purior clauo.*

**Αἰγιότερον πικρῶς**, id est, Purior gubernaculo. Comparatio prouerbialis de re vehementer inculcata, aut moribus vndequāq; integris & incontaminatis. Clauo enim nauticus assiduus fluctibus abluatur, vt nihil foetidum possit hærere. Adagium refertur à Suida.

*De calcaria in carbonariam.*

**ΚΥΟΤΙΕΣ** fit vt à re proposita ad aliud quippiam longe diuersum digrediamur, de calcaria in carbonariam decurrere dicimur: siue cum ex vno malum in aliud diuersum incidimus. Tertullianus lib. de carne Christi. Igitur, inquit, de calcaria, quod dici solet, in carbonariam, à Marcione ad Apellem. Huic non dissimile est illud Ciceronis in actione pro Murena: Respondeo igitur Posthumio primum, qui nescio quo pacto, mihi videtur prætorius candidatus in consularem, quasi defultorius in quadrigarum curriculum incurere.

*Datyli dies.*

**Δατύλις ἡμέρα**, id est, Datyli dies. Vbi res feliciter successerunt. Sumptū à Datylo quodam, qui apud Athenienses summus est honoris consecutus,

*Monstrum alere.*

**ΜΟΝΣΤΡΟΝ** alitur, vbi quid occultum vitii latere significamus: haud scimus an inde sumpta metaphora, quod monstra ob pudorem clanculum aluntur & occultantur. Siquidem Pamphilus in Andria Terentiana, quod prius repudiatus geber, rursum ad adiuuitatem repeteretur, suspicans aliquid esse vitii in puella quod celaretur: Repudiatus, inquit, repeto. Quamobrem? nisi id est quod suspicor, aliquid monstri alunt. Ea quoniam nemini obtudi potest, itur ad me.

*Non curas numerum lupus.*

**ΠΡΟΥΕΡΒΙΟΝ** sapit Vergilianum illud in Bucolicis;

Hic tantum Boreæ curamus frigora, quantum.

Aut numerum lupus, aut torrentia fluminaripas.

Recte dicitur in hominem impudenter furacem. Extat hodieque vulgo iactatum adagium: Lupus non veretur etiam numeratas oues deuorare. Porro fures paullo timidiore consueuerunt à rebus numeratis abstinerere manum metu, videlicet ne hoc indicio deprehendantur. Huic ad finis iocus ille factus in feruum furacem, cui nihil erat domi, neque clausum, neque obsignatum.

*Spartam nactus es, hanc orna.*

**Ἡν ἔλαχες ἀσπίτων κόσμη**, id est, Spartam, quam nactus es, orna, siue administra. Admonet adagium, vt quancunque prouinciam erimus forte nacti, ei nos accomodemus, proq; huius dignitate nos geramus. M. Tull. ad Atticum lib. 4. epistola 6. Reliquum est: ἀσπίτων ἔλαχες ταύτων κόσμη. Non mehercle possum. Et Philoxeno ignosco, qui reduci in carcerem maluit. Idē ad eundem lib. 1. Eam causam quam mihi dicis obtigisse ἀσπίτων, non modo nunquam deseram, sed etiam si ab illa deseram, in mea pristina sententia permanebo. Quod à Cicerone refertur carmen est anapæsticum, è tragœdia quapiam: Spartam nactus es, hæc orna. Theocriti Scholiastes indicat adlucum ad hoc prouerbiū in Hódæporis:

Ἀντόθι ποτὲ εἰσδύει, καὶ ἀντόθι βυκολιάδης.

Τὰν σωτῆρ πᾶτιόν ἔχει τὰς δρύας. id est, Mecum isthic cæta, simul isthic pascito tauros.

Et

Et terram calcans propriam, ne desere querens.

Prouerbiū igitur ad varios vsus licebit ac commodare: vel cum admonebimus, vt suā quisque personam quam suscepit, cum decoro tueatur. Maritus es, cura quæ mariti sunt officia. Aulicus es, aulicum age. Iudex es, ne iam amicū aut inimicū, sed iudicem agas. Principatus tibi contigit, principis officio fungere. Priuatus es, vt priuatū te gere. Sic propemodum vsus est Aristophanes: Nam huic inscribitur comœdia, cui titulus *επιπορευόσσαι*:

*Χεῖρ γὰρ ποιῶν ἄνδρα πρὸς τὰ δράματα*  
*Ἀδελφὸν ποιεῖν, πρὸς τὰντα τὴν τῆς πρὸς ἔχειν, ἰ.*

Decet poetam accommodari moribus, Vt cunq; ad argumenta, quæ tractauerit.

Vel cum iubebimus vnumquenque sua sorte contentum esse oportere, quæ cunq; contigit. Quemadmodum enim peritus gubernator in omni tempestate bonum præstat nauclerum: ita vir sapiens in omni fortuna sapienter se gerit. Est ampla res familiaris, sapienter administra. Non est, vt ere pauertatis commodis. Contigit eruditio, vt re ad bene viuendum. Plutarchus in commentario *πρὸς τὸ δὲ νόμιμα*, admonens vt suā quisque sortem boni consulat, *σπέρτων* inquit, *ἐλαχίς, τὰντων κόσμη*. id est, Sparta tibi obtigit, hanc exorna. In eodem libello monet hoc dictum a Solone proditum. Citatur autem ex Euripide:

*Σπέρτων ἐλαχίς, κίμιν κόσμη,*  
*Τὰς δὲ μυήνας ἡμῖς ἰδία.* id est,

Spartam nactus es, hanc gubernata,  
Sors est proprie nostra Mycenæ.

Videntur verba esse Agamemnonis ad Menelaum. Quod confine est illi Platonico: *τὸ παρὸν ἐν τῆς δα.* id est, Quod præsens est, bene dispone, siue boni consule. Nunc vulgus hominum magis incumbit augēde rei, quam bene administrandæ. Contra quam recte monet Socrates in Theæteto Platonis: *κρείττων γὰρ πρὸς σμικρὸν ἢ, εἰ πολὺ μὴ ἰκανῶς πύσαναι.* id est, Nam satius est, pusillum bene, quam multū non vt oportet peragere. Hæc igitur sententiam passim in principium aulis iſculpi oportuit: *σπέρτων ἐλαχίς, τὰντων κόσμη*. Principis munus est, modis omnibus reipublicæ commodis prouidere, publicam tueri libertatem, alere pacem, excludere quam minimo suorum exitio maleficia, dare operam vt sanctos & integros habeat

magistratus. Nihil principi pulchrius, quā vt hoc quicquid est regni, quod fortuna dedit sua sapientia, virtute, diligentia reddat ornatus. Contigit oppidulū, imitare Epaminondam: fac vt frigidum illud oppidulū tua opera multo reddas celebrius ac locupletius, Contigit fera & intractabilis natio: da operam, vt eam paullatim cireure & legibus obtemperantem reddas. Quasdam nationes ingenii ac linguæ sonus discreuit, vt Germanos & Hispanos: quosdam ipsa natura adduxit, vt insulares mari, Italos mari simul & Alprum molibus. Nonnullis casus suos terminos dedit. Si quisque quod nactus sit, nitatur ornare, nimirum vbique florebunt omnia.

#### Contigit & malis venatio.

*Δίδεται καὶ κακοῖς τιν ἄγχι.* Contigit & igneuis è venatu præda, vbi quid feliciter obtigit immerenti, quodq; fortunæ magis, quā illius industriæ sit acceptum ferendum. Allegoria sumpta à venatu, in quo vel præcipue dominatur fortuna. Virtus minimum adfert momenti. At eruditio nemini contingit ni labore parata. Regni obuenit dormientibus, opes affluunt cessantibus non nunquam: honores accidunt etiam fugitantibus: cæterum quæ vere bona sunt, nostra industria præterire oportet, inde natum, quod olim mos fuerit, quod venatu captum esset, omnibus impartiri, etiam immerentibus. Ita Theocritus in Piscatoribus:

*Ὡς καὶ τὰν ἄγρου τῶν ἰσάρα πάντα μίσειν,* id est,

Sic vti venatum partiri in somnia cuncta. Quemadmodum arcana non cōmittimus nisi selectis amicis, ita omnia non narramus quibuslibet. Prouerbiū refertur a Suida, & Zenodoro. Si pro *δίδεται* legas *δίδωτο*, siue *δίδωτο*, erit initium carminis trochæici. Non probabile est è poeta quopiam decerptum.

#### Ire per extensum funem.

PROVERBIALI figura dixit Horatius; Ire per extensum funem: pro eo quod est, rem factū per quam difficilem præstare, neque vel tantillum aberrare. Sumptum à funam bulis, vt Acroni placet, qui non sine summa arte, summoque vsu, per funem protensum ingrediuntur. Quæ res sicuti conuicere licet, priscis ingenti miraculo fuit. Hodi-



diē nihil vulgatus. Horatii carmē hoc est.  
Ille per extentum funem mihi posse videtur  
decur  
Ire potest, meum qui pectus inauiter au-  
git.

*Lucernam adhibes in meridie.*

Λύχνον ἐν μισσηβείᾳ ἄπτεις, id est, Lucernam accendis in meridie, id est, facis non suo tempore. Aut explicas quæ per se sunt clarissima. Quorsum enim lucernis opus clarissima luce? Natum videri potest a ridiculo Diogenes factus, qui adhibita in erdiu lucerna, rogatusque; quid nam sibi vellet, respondit, ἀνθρώπου ζῆτῶ, id est, Hominem quæro, quemadmodum testatur Diogenes Laertius. Seneca libro De beata vita, indicat hoc fieri solere per superstitionem, si quando denunciabatur ira numinis: Cum, inquit, sistrum aliquis concutiens ex imperio mentitur, cum aliquis secandi lacertos suos arti fex, brachia atque humeros suspensa manu eruentat, cum aliqua genibus per viam repens ululat, laurumque; linteatus senex & medio lucernam die præferens, conclamant iratum aliquem deorum, concurritis & auditis.

*Soli lumen inferre.*

QVINTILIANVS Institut. orat. lib. 5. titulo, de vsu argumentorum, simillima huic figuræ dixit, eum Soli lumē inferre, qui rem per se euentissimam conaretur argumentationibus probare. Videtur idem cum illo, quod alio retulimus loco: ἰλίω τὸ φῶς εἰσενίξεν, id est, Soli mutare lumen.

*Zoili.*

ZOILI audax quidem, sed parum felix, mordacis proverbio locum fecit, ut vulgo Zoili vocentur, alienarum laudum obtrectatores, & alienorum laborum reprehensor. Martialis.

Pendentem volo Zoilum videre.

Hic Zoilus sophista quispian fuit, hoc facinore potissimum nobilitatus, quod Homerum poetarum omnium principem ausus est libris aliquot in eum scriptis incellere: vnde ὄμπερ ἰσχυρὸς cognomen meruit, quod ipsum etiam abiit in proverbium: sic enim appellari cepti nobilium auctorum castigatores, vel Plinio teste in præfatione Historiæ naturalis. Et Vergiliomastiges, quorum

de numero fuit Pero. Zoilus igitur commentarios in Homerum compositos Ptolemæo tyranno Aegyptiorum obtulit, ingens videlicet præmium a rege sperans. Verum cū nihil mitteretur, penuria coactus, misit qui peterent. Ibi Ptolemæus ait se mirari, cū Homerus tot annos defunctus tot hominum millia pasceret, Zoilum egere; Homero doctiorem. Denique per occasionem supplicio affectus est. Quamquam de mortis genere diuersa tradunt auctores.

*Bona Cillicon.*

Ἀγαθὰ κιλικῶν, id est, Bona Cillicon, subaudiendum facit, aut habet. Conuenit vbi quis malefactis ac scædis artibus sibi parauit opes. Huic adagio locum fecit Cilicon quidam, natione Milesius: qui prodiata Priencisibus Milero patria, ampliter quidem, sed scæde ditatus est. Is cum proditionem molliens rogaretur quid nam esset facturus, respondit, πῶς τ' ἀγαθὰ, id est, Omnia bona. Vnde proverbium effertur etiam ad hunc modum, πῶς τ' ἀγαθὰ ἔχει κιλικῶν, id est, Omnia bona, velut inquit Cillicon Auctores Suidas & Zenodorus. Adludit huc & Aristophanes ἐν τέρτιῳ.

Οὐδὲν ποιῶν, ἀλλ' ὀπρὸς κιλικῶν, id est, Mali nihil, verum quod inquit Cillicon. Interpres adicit Cilliconis exitum. Prodiata a Cilliconte insula Theagenes quidam Syrius commigrat Sanium, atque illic vendebat carnes. Ab hoc eum Cillicon carnes emere vellet, tradidit illi, ut quod superesset amputaret. At ille porrecta machæra manū hominis abscedit: Ista, inquitens, manu non prodes alteram ciuitatem.

*Plumbeo iugulare gladio.*

PLUMBEO iugulare gladio, est futili leniq; argumento conuincere quempiam. M. Tullius ad Atticum: Cum illum plumbeo gladio iugulatum tamen iri diceret. Idem in libris De finibus bonorum, frigidum argumentum, plumbeum appellat pugionem, quemadmodum Aurelius Augustinus libro aduersus Iulianum 3. Et tamē, inquit, dialecticorum quasi iaculis oneratus acutis in certamē procedis, & iactas plumbeos pugiones. Demosthenes in oratione contra Aristogitonē prima: ἄτε γὰρ μαγίεω μαχάρεσσι ἀνδρῶν ὀφέλοσιν τὴν τε μίσην. i. Neque enim quo machæra vllus est vsus, quæ non scab-

Leo

*Leonem radere.*

Λείοντα εὐραίν, id est, Leonem radere dicuntur, qui feroces & præpotentes arte tractant & illudunt magno suo periculo. Vsurpauit hoc adagium Socrates apud Platonem lib. de Republica primo, negans se vsque adeo dementem esse, vt leonem ausit toudere, & Thrasymacho, homini præferoci illudere: οἷα γὰρ ἂν με ἔτω μανίαι, ὡς εὐραίν ἐπιχειρῶν λείοντα ἢ σκοφαντῆιν θρασυμάχον. Nam agni citra periculum tudentur, vellunturque, leo nullo modo tractari vult. Ad hoc adagium adluisse videtur Martialis Epigrammatum libro decimo, cum ait:

Quare si pudor est Ligella, noli  
Barbam vellere mortuo leoni.

Vertit enim puera in iocum, quasi tutum esset & ignauum, leonem iam non sentientem vellere. Per leonem autem innuit pudenda muliebria, iā emortua senio. Id Aristides in Panathenæicis, ad Periclem à Platone taxatum refert: Ὅς δ' ἔρε μὴ λείοντα εὐραίν ἐπιχειρῶμεν; ἢ θρασυμάχον σκοφαντῆιν ἐπιχειρῶντες, ἀλλὰ κωμῶδες εἰν περικλῆα, ἢ τῶντα δ' εὐλαίας. id est, itaq; vide, ne leonem radere conemur, non Thrasymachum calumniari volentes, sed Periclem taxare, præsertim de timiditate.

*Ne mihi Suffenus essem.*

Ne mihi Suffenus essem, ne mihi ipsi blandirer, ac stulte meipsum admirarer. Suffenus erat poeta longe ineptissimus, in aliorum vitia dicax, ad sua cæcus. Itaque pro verbum receptum, vt qui sibi inaniter placerent, Suffeni dicerentur. Catullus in epigrammate,

Idem infaceto est infacetior rure,  
Simul poemata attigit, neq; idem vnquā  
Aequè est beatus, ac poema cum scribit,  
Tām gaudet in se, tamq̄ue se ipse miratur.

Idem, Ibidem,  
Quem non in aliqua re videre Suffenum  
Possis.

Suffeni simillimum Meuium facit Horatius, suis ignoscentem vitiis, aliena mordacissime insectantem.

Egomet mi ignosco, Meuius inquit.

*Siculus omphacitas.*

Σικελὸς ὀμφακίτης, id est, Siculus omphacifaci. Omphaca Græci dicunt vnam acerbā &

immaturā ἀπὸ τῆς ὀμύης φαγῶν, id est, quod crudi comedatur. Vnde dicebatur in eos, q. libidine surandi quantumlibet vilia tollerent furto. Ductum à furacitate Siculorū. Non perperā dicitur & in illos, qui ob immodicam & prærioperā auaritatem, quo pusillum lucelli faciant sibi, damnū ingens aliis inferunt. Sunt qui credant quadrare posse in eos qui bellissima quæque sibi decerpunt: vt Syrus ille Terentianus. Zenodorus ait ex Epicharmo sumptum. Refertur & à Suida.

*Anus simia sero quidem.*

Γέρον πῖθος ἀλίσκεται μὴν μετὰ χρόνον δ' ἀλίσκεται. id est, Anus simia sero quidem capitur, sed tamen aliquando capitur. Vbi versutus aliquis, qui diu eluserit, tandem dat pœnas. Valebit ad exhortandum, vt quisq; veris rationibus agat, si velit esse tutus, ne hī dat callidis quidem, sed inhonestis cōsiliis. Nullum enim tam instructū dolis, vt perpetuo fallat, sed tandē casus aliquis in apertum profert dissimulatam malitiam.

*Parni scaphula.*

Τὸ πάργον σκοφίδιον, id est, Parni scaphula. Cōuenit in eos, qui ob res minutulas multum litium & querelarum mouent. Sumptum à Parno quopiā, qui ob nauiculā creptam, populo molestissimum fuisse legitur. Auctor Diogenianus. Cum enim huius causa frequenter ad populum deferretur, tandem in popularem iocum abiit, vt lut illud, ὁ δ' ἰδὲς κόρινθον.

*Ne puero gladium.*

Μὴ παιδί τὸ μάχαιρον, id est, Ne puero gladium, subaudiendum, commiseris. Allegoria prouerbialis, admonens non esse mandandam potestatem vel adolescentibus, vel imperitis ac stultis: qua tum in suam, tū aliorum perniciem sunt abusuri. Ne iuueni commiseris administrationē pecuniæ. Ne puero gladium. Ne regnum impuberi. Ne puero gladium. Ne magistratum mandaris stultus. Ne puero gladium. Μὴ παιδί τὸ μάχαιρον. Plutarchus in libello cui titulus, Ὅτι καὶ γυναικῆς κακῆς παιδί ἄντερον, citate Stobæo: nam is liber nondum emerit in lucem: Μὴ παιδί μάχαιρον ἢ παρρημία φρονί. Ἐγὼ δὲ φρονί ἂν, μὴ παιδί πλῆθυν, μὴ δὲ ἀνδρὶ ἀπαιδί ἄντιον. id est, Ne puero

puero gladium, ait prouerbiū. Significat pecuniam pestiferam adolescentibus, viro inſcitiam. Idem in Problematibus Symposiacis, *Εἰ δὲ μὴ δούρειον ἄσπερ παῖσιν ἀτρεμῶν μὴ δῶμαμένοις, ἔδρου κὺ ξίφος, ἀλλὰ πλατῆνιν καὶ σφῆραρον.* id est, Sin minus, dare oportet, veluti pueris non valentibus conquireſcere: non hastam aut ensem, sed crepi taculum aut spheram. Vſurpauit & Athenæus libro Dipnosophistarum s. in philosophum, cui commissum esset Imperium.

*Lindij sacrum.*

*Λινδίοι πῶ θυσίαν,* id est, Lindii sacrum, subaudi, faciunt. Dicebatur in eos, qui inauspicato rem diuinam faciebant. Sumptum ab historia cuius meminit etiam Lactantius in Institutionibus Christianæ religionis, lib. 1. Hercules olim agricolæ cuidam Lindio duos boues per vim eripuit, & mactatus illis conuiuium sibi parauit. Senex autem Herculi comedenti, cum multa in eū male dicta congereret, voluptati pariter, & risui fit: ita vt Herculem dixisse ferant, nullum vnquam conuiuiū sibi incundius accidisse. Sed haud ab re fuerit Lactantii verba subscribere. Apud Lindū, inquit, quod est oppidū Rhodi, Hercules sacra sunt: quorum à ceteris longe diuersus est ritus: siquidem non *δευμία*, vt Græci vocāt, sed maledictis, & execratione celebrantur. Ea; pro violentis habet, si quādo inter solemnnes ritus vel imprudenti alicui exciderit bonum verbū. Cuius rei hæc ratio redditur, si tamen vlla esse in rebus vanissimis potest. Hercules cū eo delatus esset, famemq; pateretur, aratorem quendam aspexit operantem, ab eoque petere cœpit, vt sibi vnum bouem venderet: Enimvero ille negauit fieri posse, quæ spes sua omnis colendæ terræ duobus illis iuuentis niteretur. Hercules solita violentia vsus, quia vnum accipere non potuit, utrumque sustulit. At ille infelix, cum boues suos mactari videret, iniuriam suā maledictis vultus est, quod homini eleganti, & vrbano gratissimum fuit. Nam dum comitibus suis epulas apparat, dumque alienos boues deuorat, illum sibi amarissime cōuitiātē cum risu & chachinnis audiebat. Sed postquam Herculi diuinis honores, ob admirationem virtutis deferri placuit à ciuibus, ei ara posita est, quam de sacro *βέζυγον*, id est, bouis iugum nomina-

runt: ad quam duo iuncti boues immolantur, sicut illi quos abstulerat aratori, eumque ipsum sibi constituit sacerdotem, ac præcepit isdem maledictis semper in celebrandis sacrificiis vteretur. quod negaret se vnquam epulatum iucundius. Hucusque Lactantiana reddidimus verba. Zenodorus addit, hunc apud Lindios inoleuisse morem, iubente etiam oraculo, vt inter peragenda, sacra conuiuia quædam iactaretur. Meminit huius & Gregorius Nazianzenus in orationibus stelicuiticis. Adagiæ ad multos vsus accommodari potest, vel ad rixosum cōuiuium, seu disputationem, vel ad rem quampiam, malis omnibus institutam.

*Megarensum lacrymæ.*

*Μεγαρέων δάκρυα,* id est, Megarensum lacrymæ, dicebantur vel fictæ, nec ex vero dolore profectæ, vel vi adactæ. Diogenianus ad huiusmodi refert historiā. Bacchus quidam Corinthius, Clyti Megarensum Regis filiam vxorem duxerat. Ea defuncta Clytius complures virgines & adolescentes Corinthum misit, qui in funeralibus pompis puellam deploraret, lacrymis vtique fictis: Vt qui conducti plorant in funere dicunt Et faciunt prope plura dolentibus ex animo.

*Contra Iuueualis.*

Ploratur lacrymis amissa pecunia veris. Suidas aliam adfert causam. Apud Megarenſes enim permultam alii copiam esse, huius acrimonia multis exprimi lacrymas vel inuitas. Proinde apud Aristophanem, qui lacrymatur, allium olfacere per iocum dicitur. Igitur si adſimulatum dolorem accommodes, prouerbiū adſine fuerit illi, Flere ad nouercæ tumulum.

*Ventus neque manere finis, neque nauigare.*

*Αἶμα ἔτε μέναν ἐᾷ, ἔτε πλᾶν,* id est, Ventus neque manere finit, neque nauigare. Philoſtetes apud Aeschylum,

*Εἴθ' ἔτε μίμναν ἀνιμῶ, ἔτε πλᾶν ἐᾷ.* id est, Vbi nec manere, nec ire ventus annuit.

Simillimū est illi, Lupum auribus teneo. Vſus erit, vbi quis in eas rerum angustias incidit, vt nec relinquere negotium sit integrum, nec absoluendi sit facultas. Mutuo sumpta metaphora à æuissima ventorum tempestate, cum nautis & periculosis

ssima est nauigatio, neque tutum tamen ancoram iacere. *Q. Curtius* libro. 8. citra figuram extulit hoc pacto: Attonitisque auribus stupens agmen, nec considerare audebat. Refertur à *Diogeniano*.

*Vulpes non iterum capitur laqueo.*

Ἄλλ' ἔτι ἀνθὶς ἀλώπιγος πόγυς, id est, At non iterum vulpes laqueis, subaudiendum, capitur. Qui sapit, ἔθ' ἰς πρὸς τὸν αὐτὸν προπέσει λίθον. id est, non iterum ad eundem offendit lapidem. Stupidi est hominis, in malum gustatum iterum incidere. In *Plutarcho* collectaneis effertur hunc ad modum, ἀλώπιγος διαφυγῶσα πόγυς αὐτὴν ἔχ' ἀλίσκεται. id est, Vulpes, quæ semel effugerit laqueos, non capitur iterum. Huic animanti natura inest astutia, quemadmodum leonibus audacia. Sic *Pindarus* in *Isthmiis* hymno quarto, Τοῦ μὰ γὰρ ἑκὼν ἐμὸν ἐξέβριμέταν ἐν-εὐρὴν ἀσίτην ἐν ποίῳ, μὴτιν δ' ἀλώπιγος. i. virum fortem ob robur leoni, ob prudentiam vulpi comparat. Confine est illi quod alibi retulimus, Iterum ad eundem lapidem impingere, quod vsurpauit *Gregorius Theologus* in epistola quadā ad *Bosphorium*, θ' ἰς γὰρ πρὸς τὸν αὐτὸν λίθον προπέσειεν τῆς ἀνοήτου μονῆς ἢ περιουσίας δ' ἰδῶσιν. id est, Bis enim ad eundem lapidem impingere, solis stultis concedit proverbium.

*Abydena illatio.*

Ἀβυδνῶν ἐπιφώρημα, id est, Abydena illatio, siue irruptio. Dicitur solitum, ubi quis obstreperat, aut cōiuantibus, aut aliud qui ppiam agentibus, & tumultu molestiam adfert. *Zenodotus* ait extare proverbium apud *Eudoxum* in fabula, cui titulus supposititius. Atque hinc esse natum, quod olim *Abydenis* mos fuerit, si quem ciuem, aut hospitem acciperent conuiuio, præterea in sacris ac solennibus epulis, vt post vnguentum & cotonas, infantes à nutricibus indicerentur, aut conferrenturque suauitandi. Vagientibus autem & clamantibus pueris, garricibus item & obstreperantibus nutriculis, conuiuium tumultuosum & iniucundum reddebat. Ergo cum amicis aliquot suauiter colloquentibus interuenit rabula quiespiam & immodice loquax, qui cōsabulationem sua loquacitate sit inamœnam redditurus, recte dicemus, ἀβυδνῶν ἐπιφώρημα. Tamen in quibusdam codicibus, ἐπι-

φώρημα legimus, id est, acclamatio: verum, vt opinamur, mendole: quando quidem *Athenæus* libro. *Dipnosophistarum* 14. mentionem facit huius adagii, demonstrans complurium auctorum testimoniiis, ἐπιφώρημα dici bellaria, siue secundas mensas: ab inferendo, non ab acclamando. *Quin* & *Stephanus* ἐπιφώρημα. Itidem *Zenodotus* & *Suidas*. Solus *Hesychius* legit ἐπιφώρημα, indicās & hoc dici in eos qui hospites calumniabantur. Ceterum quod in nonnullis codicibus scriptum visitur, ἀβυδνῶν pro ἀβυδνῶν, minimum interest, ad sensum.

*Mendici pera non impletur.*

Ἐρωχὲ πέρα ἐπίμπλαται, id est, Mendici pera non impletur. *Zenodotus* ait ex *Callimacho* sumptum. Sensus per se liquet, nēpe inexplebilem esse mendicitatem. Nam quo plura dederis iis qui animo sunt mendico, hoc plura petunt. Defecti potest vel ad improbos, qui semper aliquid flagitant ab amicis: vel in diuites, quibus nihil est satis: A pristinæ congruet in illos, qui libidini, cupiditati, ambitioni, reliquisque id genus affectibus addicti sunt. Nam iis illud euenit, vt quo intemperantius explent se, hoc magis magisque sitiant, esuriantque.

*Laconice lunæ.*

Λακωνικὰς σελήνας, id est, Laconicas lunas, subaudiendum, caussilaris, aut eiusmodi qui ppiam. De promissis aut pactis inceptis atque infirmis dicebatur. Nam, vt aiunt, *Lacones*, si quando pactum auxilium poscerentur, lunas caussabantur, atque hoc preterito sustugiebant, quod, vt testatur *Lucianus*, legem tulisset *Lycurgus*, ne prælium inirent, nisi plenilunio. In ceteris item negotiis auspiciis, lunæ rationes superstitiosius obseruabant: atque hinc occasio proverbii. Ad hoc adlusit *M. Tul.* in epist. quadā ad *Atticum*, cuius initium est, *Dionysius* vir optimus, li. 7. Ego quoniā 4. Non. Ian. compitalitius dies, nolo eo die in *Albanum* venire, molestus familiaræ. Veniam 3. Non. Ian. Igitur inde ad urbem prid. Non. Tu a σελήνης quem in diem incurrat, nescio: sed prorsus cōmouerit te in cōmodo valetudinis tuæ nolo. Quamquā haud clā est, hoc loco in vulgatis codicibus ληῆς scriptū esse, non

Et σελήνης.

σελις. Nōnulli λήψις mutauerant: verū sen-  
sus huc vocat, vt σελις, id est, lunula lega-  
mus. Cum enim significasset, quos dies ob-  
seruasset, aut delegisset ipse, veluti supersti-  
tiosior, adiecit de Attico, tua lunula in quē  
incidar diem, nescio, ludens & in illius su-  
perstitionem: sed ita tamen, vt valetudinis  
rationem haberi velit ab Attico. Conue-  
nit cum eo quod alias recessimus, Acces-  
sei luna.

*Lucerna pinguior, & lecytho pinguior.*

Απικρότερο λυχνος, απικρότερο λυχνίς, id  
est, Pinguior lucerna, pinguior lecytho. Vi-  
detur ironia prouerbialis in eos qui cum  
sint edaces, nihilo tamē inde fiunt habitio-  
res, quāmodum lucerna plurimum absu-  
mit olei, neque tamen sit inquam sagina-  
tior. Fortassis nō absurde deflectetur in ho-  
mines crasso iudicio, aut luxui deditos, aut  
voluptarios. Refertur à Diogeniano.

*Ad mensuram aequam bibunt, eua men-  
suram offam comedentes.*

Μέτρον μὴ ὕδωρ πίνοντες, ἀμείτρη δὲ μάλων  
ἐδόντες, id est, Ad mensuram bibentes aquā,  
citra mensuram offam edentes. Zenodorus  
scribit hunc versiculum oraculo proditum  
in Sybaritas, in vulgi sermone abuisse, qui  
ob immoderatū luxum à Crotoniatis sub-  
uersi sunt: quemadmodum alibi retuli-  
mus. Vnde poterit accommodari, vel in  
eos qui ex summis deliciis, opibusque redi-  
guntur ad extremam inopiam: vel in eos  
qui praeostere sunt sordidi, parcissimi in  
rebus minutissimis, in magnis negligētes,  
cuiusmodi plerosque videas mortales. Est  
autem versus heroicis, qui tamē in omni-  
bus, quos adhuc viderimus codicibus depra-  
uate legitur. Restituetur autem hoc pacto,  
Μέτρον ὕδωρ πίνοντες, ἀμείτρη μάλων ἐδόν-  
τες.

Consimilis formae est illud Theocriti in  
Bucoliastis,

Καὶ φύγει φιλιοντα, καὶ ἔ φιλέοντα δῖω-  
κει. id est,

Auersum insequitur, rursus auerfatur  
amantem.

*In toga saltantis personam inducere.*

SALTANTIS personam in toga inducere,

est quippiam facere neutquam decorum &  
veluti si senex ineptiat. Aut si quis feriis mi-  
scescat ludicra. Martialis in praefatione secu-  
di libri, Noli ergo, si tibi videtur, rem face-  
re ridiculam, & in toga saltantis inducere  
personam. Toga cuius erat Romanorū,  
& honoris gratia sumebatur ab iis qui iam  
excessissent e pueritia, deposita praetexta, ip-  
so cultu virilem animum ac mores profite-  
tibus, vnde & virilis toga dicebatur. Hinc  
illud Ciceronis in Philip. Sumpstisti virile  
togam, quam statim muliebrē stolam red-  
didisti. Quin & pacis tempore gestabatur,  
quemadmodum sagum in bello. Vnde M.  
Tullius in Phillippicis subinde iubet, de-  
positis togis saga sumere. Et idem, Cedant  
arma togae. Item Lucanus de Pompeio,  
Praetulit arma togae, sed pacem armatus  
amauit.

*Abronis vita.*

Αβρονος βίος, id est, Abronis vita. De molli-  
ter ac deliciose viuentibus. Sumptum à mo-  
ribus Abronis cuiuspiam notae luxuriae:  
quemadmodum apud nos Apicius & Aesop-  
us luxu nobilitari sunt. Graeci quidquid  
delicatum ac molle, ἀβρονος & πόνταβρονος ap-  
pellant: vnde ἀβρονος κωμικός, lauti victus &  
opipare victitans. Refertur à Zenodoro.

*Inest & formicae & serpho bilis.*

Ἐνιστὶ καὶ μύρμηκος καὶ σέρφου χολή. id est,  
Formicae inest sua bilis, & Serpho sua.  
Admonet adagium, non esse contemne-  
ndum inimicum quempiam, nec vllum tem-  
erere laceffendum: quandoquidem nullū  
animal tam minutum aut imbecillū, quod  
irritatum non excandescat ira. Quadrabit  
& in homunculos nullis praeditos viribus:  
tamē vindictam molientes, ira, vt solet, ani-  
mos suppeditante. Serphus minutulū ani-  
mal non dissimile formicae. Brasidas, au-  
ctore Plutarcho, cum manum in caricas te-  
mere misisset, & à mure inibi forte fortuna  
latente morderetur, Παρὰ, inquit, vt nullū  
est animal tam pusillum, neque tam inuali-  
dum, quod laceffitū, nō cupiat vicisci fesse.

*Loctense pactum.*

Λοκρῶν σάωθημα, id est, Loctensium pactum.  
De foedi fragis dictum, cuiusmodi quondā  
habiti Loctenses, quā foedere prodito, quod  
cum

eum Peloponnesis inierant, ad Heraclidam partes defecerint. Vel, ut quibusdam placet, quod Siculus eluserint, non præstita fide. Hæc prope modum Zenodorus. Refertur eisdem sermo verbis ab Eustathio in Bæotiam Homeri.

*Cassioticus nodus.*

**Κασσιώτικον ἄμμα**, id est, Cassioticus nodus. De moribus vasis ac versutis dici consuevit. Cassius mons est, & eiusdem nominis ciuitas in Aegypto vicina Pelusio. Ei genti quasi genituum ac gentilitium est, viros quosdam nodos necere. Huic affine, quod alio diximus loco, **ἡράκλειον ἄμμα**, id est, Herculeus nodus, quo arctissimam atq; indисло lubilem amicitiam significamus. In caduceo Mercuriali duo sunt serpentes, masculus & femina, qui medio corporum complexu nodum efficiunt Herculanum. Ab eo supernæ partes sic ad osculum coeunt, ut flexu circumlum efficiat: infernæ simili flexu ad caducei capulum reuocantur, qua parte item caudæ coeunt vtriusque. Hanc imaginem caducei, adhuc videre est in nominibus antiquis. E quibus opinatur symbolum suum mutuatum est Ioannes Frobenius, typographorum huius ætatis diligentissimus: nisi quod extra circumlum, quæ serpentes faciunt capitibus inter se coeuntes, addita est columna septro insidens. Hunc nodum Mercurio consecrarunt. Aegyptii, inuuentes fœdera non oportere vnquam dissolui, verum plurimum valere debere: vnde & Herculo cognomen additum. Quamquam Galli, & haud scimus an etiam Aegyptii, non alium putant Herculem, quam Mercurium. Refertur apud Diogenianum ac Suidam, adagium de Cassiotico nodo. Stephanus aliter effert, nimirum hoc pacto, **κασσιώτικα ἱμάτια**, id est, Cassiotica pallia, nisi forte pro ἱμάτια, scriptum erat ἱμάτια, id est, lora.

*Bonus cantor, bonus cupediarius.*

**Ἀγαθὸς ψάλτης, ἀγαθὸς ζωμepοῖός**, id est, Bonus cantor, bonus cupediarius. In vituperium musicæ artis dictum, quasi eiusdem sit hominis aures delectare cantu, & palatum cupediis. Archidamus Zenippi filius, cum quidam sibi commendaretur hoc nomine, quod bonus esset cantor: At hic, inquit, apud nos bonus cupediarius.

*Ad amissam applica lapidum, non ad lapidem amissam.*

Plutarchus in commentariolo, cui titulus, Quo pacto quis intelligere possit se profecisse, throacicum hunc prouerbialem refert: **Ἐρὸς τὰ ἄμω πέτρων τὶ δίδωμι, μὲντι πρὸς πέτρῳ τὰ ἄμω.** id est, Lapis amissus est applicandus, non amissus ad petram. Admonet, vitam ad leges esse corrigendam, non contra leges ad mores nostros trahendas esse: ut id faciamus quod honestum sit: non id rectum existimemus, quod facimus. De Lesbia regula retulimus alibi.

*Extra querere sese.*

PROVERBIALI schemate dictum à Persio, Satyra prima:

Examenq; improbum in illa Castiges trutinæ, nec te quæsiueris extra. Id est, tuis te facultatibus metiaris, non populari opinione. Respondet illi quod idem alibi dixit, Tecum habita. Nam domi habemus quæ proprie nostra sunt, nec aliunde petenda. Qui non est contentus recti conscientia, sed sumam spectat, **ἔγω βλέπω**, id est, foras, prospicere dicitur. Plutarchus in commentario, qui inscribitur. Quemadmodum quis intelligere possit se profecisse, **Διὰ τὸ εἶναι ἔγω βλέπω ἐτι, καὶ πρὸς εἰς ἐμὲ ἐλκόμεν.** id est, Palam est illum adhuc foras prospicere, & opinione fama que duci. Huc pertinet illud quoque quod alibi retulimus.

**Ἄλλοτε ἔγω βδὲς πολλὰ κίς ἔγω βλέπω.** id est,

Extraneus bos sæpe prospectat foras.

Nimirum domi multa desiderans. Porro sapiens omnia sua bona secum portat in seipso, totius instar mundi teres atque rotundus.

*Aliorum medicus, ipse vlceribus scates.*

PLUTARCHVS in commentario, cui titulus, Quo pacto quis ab inimico iuvari possit, hunc senariū ex tragœdia quapiā allegat.

**Ἄλλων ἰατρὸς, αὐτὸς ἐλκισι βρωσ.** id est,

Aliis medens, at ipse vlceribus scatens.

In eos torquendus est, qui errata castigant incessantq; aliena, intercutibus vitis ipsi madêres. Illud vulgo tritissimum: Medice, tibi ipsi medicus esto. Gregorius in Apologia de fuga sua, ἢ τὸ περιμίας πρὸς ἑω δέωμεν,

Ec 2 ἄλλοις

ἄλλοις ἰατρῶν ἐπιχειρῶντες, αὐτ' τοὶ βρών-  
τες ἔλκετι . id est, Aut prouerbiū procul  
effugiamus, aliis mederi parantes, ipsi sca-  
tentis uiceribus. Non dissimilem sententiā  
refert M. Tul. Phil. 12. Etenim qui multo-  
rum custodem se proficitur, eum sapientes  
sui primum capitis aiunt custodē esse opor-  
tere. Xenophon in conuiuio simile quid-  
dam indicat vulgo iactatū in diuinatores,  
οὐκ ἔστιν ἀλέγεται δὲ πρὸς ἄλλοις μὲν προσγορεῖ-  
ναι τὸ μέλλον, ἑαυτοῖς δὲ μὴ προσεῖναι τὸ ἔπιον.  
id est, Aiunt sane diuinos aliis quidem  
prædicere futura, sibi ipsis uero non pro-  
spicere quod instat.

### Tragice loqui.

Τραγικώτερον λαλῆν, i. Tragice loqui. Est ver-  
bis uti magnificentioribus. Est enim tragi-  
corum character sublimis, ἀματῆς tragœ-  
dia ampullas & sesquipedalia uerba. Menæ-  
ander apud Plutarchum in consolatorio cō-  
mentatio ad Apollonium, Εἰ δ' ἐπὶ τοῖς ἀν-  
θρώποις νόμοις, ἐφ' οἷς περιήμεις ἔσπατας τὸν ἀέρα  
τὸν κοῖνον. ἵνα σοὶ τραγικώτερον λαλῶ. id est,  
Quod si iisdem legibus, quibus & nos hau-  
sisti communem aerem, ut tibi Tragicelo-  
quar. Vtitur & Plato lib. De reipub. 3. Gre-  
gorius Theologus in epist. quadam, Ἀλλ' ἡ  
καὶ ἡμῶν πρῶτον τὰ τραγικῶς, πανγορηζέμεν κῶ-  
μικῶς i. Non licebat, cum ageres tragice, festi-  
sum agere comici. Idem in epistola ad Ba-  
silium, ὡ γὰρ καὶ ἡλιε, ἀἷρ καὶ ἀρετὴ, τραγωδῆ-  
σαι γὰρ τι μικρόν, i. O terra & sol, aer & vir-  
tus: quamquam suspicamur pro ἀρετῇ scri-  
ptum fuisse αἰθήρ, quem admodum ex ἀἷρ  
fecerat ἀἷρ. Nam qui primus has epistolas  
edidit, adeo vñ callere Græce, ut vix legat. Est  
subinde apud Lucianum ἰκτραγωδῆζεν, pro  
eo quod est magnificentior elouit, & rem  
verbis ampliore reddere, & φορτικῶς λα-  
λῆν, pro grandius & fastosius dicere.

### Tragicum tueri.

Τραγωδικῶν βλέπειν, id est, Tragicum tueri.  
Non dissimili figura dixit Aristophanes  
in Pluτο πίνων, id est, paupertatem de-  
scribens,

Βλέπει γένοι μοι κινῶν τι καὶ τραγωδικῶν. i.

Tragicum tueretur, ac furiale quippiam.  
Quadrabit vel infastuosus, vel in tristes ac  
luctuosos.

### Lingua iuratis.

Ἰετὺν δὲ τραγοedia cessit in prouerbiū, ἢ  
γλώσσῳ μουσῶν, id est, Lingua iurauit. Vbi  
quis non præstat fidem promissi: aut ubi  
non ex animo pollicetur. Est apud Euripi-  
dem in Hippolyto coronato:

Ἡ γλῶσσο δ' ὀμόμοχ' ἢ δὲ φρήν ἀνωμοτῶ. i.

Iurata lingua est, animus iniuratus est.

Hunc versiculum incessuerunt Comico-

rum conuicia. Aristophanes in Bacchis,

Ἡ φρήν μὲν ἐκ ἐθέλῃ σου ὀμόσου κατ' ἱερῶν.

Γλῶσσον δ' ἐπαροίσα σου ἰδία τ' φρήνός. i.

Aut mentem quæ nolit per sacra iurare,

Linguam autem iuratam, seorsum ab a-

nimo.

Item in Ranis taxans Euripidem,

Ἡ γλῶσσ' ὀμόμοχ' ἀχίλοι δ' αἰρήσομαι. id est,

Iurata lingua est, Aeschylum autem præ-

feram.

Sic & Pindarus in Isthmiis, encomio se-

laudans quendam cordate veracis quæ lin-

guz dicit,

Γλῶσσα δ' ἐκ' ἔξω φρήνῶν. id est;

Lingua uero non extra mentem.

Euripidis didū citatur à Platone in Theæ-

teto, ἐάν α' ποκρήν ὀτι ἐστίν, ἐυρηπίδ' εἶναι τὴν ἡμῶν

βίησιν, ἢ μὲν γλῶσσικῶν ἀνελεγκτῶ ἡμῶν ἔστι

ἢ δὲ φρήν ἐκ' ἀνελεγκτῶ, id est, si responderis

esse, eueniet nobis quiddam Euripideum,

lingua uobis erit irredarguta, ceterum mēs

non erit irredarguta.

### Heri & nudistertius.

Χεῖς καὶ πρῶν, id est, Heri & nudistertius.

Prouerbialis hyperbole, tempus admodum

nuper actum significans. Plutarchus in cō-

mentario De contentione ignis & aquæ, ἢ

δὲ πρὸς χεῖρας, ἐχθεὶς φασὶ καὶ πρῶν, ἔσθον

προμνέει, βίῃ πρὸς, ἐκ' ἀνδρῶν ἴδ' ατῶ ἢ ἰ

id est, Atqui ignis vltus heri, ac modo,

quod aiunt, sub Prometheo, ignis vita,

non citra aquam erat. Est subinde apud

Lucianum, nominatim in libello De merce-

cede seruientibus. Item Plato De legibus

lib. 3. τα δ' ἄλλα ἄλλοις πάμπολλα, ὡς ἔπος

εἶπεν, χθεὶς καὶ πρῶν γεγονότα. id est, Quin

& alia, quæ & aliis plurima, heri, ut ita lo-

quar, ac nudistertius acciderant. Alibi

legimus, nec tamen occurrit locus, ὃ χθεὶς

καὶ πρῶν ἐαυτῶν ἔσασσεν θεῶς. id est, qui heri,

& nudistertius sibi deos instituit. Plato in

Alcibiade secundo, Οἱ μὲν δὲ σε καὶ ἀνίκησεν

εἶπαι

Ἐναι ἐπάγε χιλιάρτε καὶ προαἰδὲ γεννημέναι, id est, Arbitror autem tibi non inauditū esse, quædam & heri, & nudistertius esse facta.

*Non pluit possē nossem, qua sus  
agressis pepererit.*

**PLUTARCHVS** in commentario De caussis naturalibus, versus huncceu proverbio iactatum citat,

Μικετι νυκτὸς ὕεν, ἢ κιν τέκη ἀγροτέρη σὺς. i.

Non iam nocte pluet, sus qua eniteretur agrestis.

Sues cicures sæpius pariunt ac diuersis tēporibus, særæ non nisi semel, Idque iisdem ferme diebus, nimirum incunite ætate. Vnde negant fore pluuiam, posteaquam sus agrestis pepererit, nimirum exactis iā mensibus pluuiis. Per iocum vsurpari poterit, si dicamus, res fore tranquilliores, posteaquam morosus ac rixosus quispiam animo suo morem gessit.

*Cum dijs pugnare.*

Θιομαχῆν. id est cum diis pugnare dicitur, qui vel naturæ repugnant, vel aduersus necessitatem reluctantur. Sumptum à gigantum fabula. M. Tullius in dialogo De senectute. Quid enim aliud gigantum more bellare cum diis, nisi naturæ repugnare? Euripides in Bacchis.

Κεῖ θιομαχίωσα, σὺν λόγων παροσῆς Ἰσσοῦ. i.

Cedam deis, parens tuis sermonibus.

Fertur & huiusmodi senarius inter sententias proverbiales,

Θω μάχεϊσαι θεῶν ἐσὶ καὶ τύχη. id est, Pugnare cum diis, cumque fortuna graue est,

Celebratur & illud Homericum,

Οὐκ ἔστιν πρὸς δῶμονα φωτὶ μάχεϊσαι. id est, Haud pugnare potest hominum cum numine quisquam.

Id imitatus Pindarus,

Χρὴ δὲ πρὸς θεῶν οὐ ἐρίζαν. id est, Non conuenit cum deo contendere.

*Dorica musa.*

Δωρικὴ μῦσα, id est, Dorica musa. De munerum auidis. Aristophanes in Equitibus iocatur in Cleonem, quod nullam aliam musicam discere potuerit quam Doricam, videlicet adludens ad notissimas harmoniarum species, Doricam, Lydiam, Phrygiam & Bæoticam. Ludit autē verbo perperam

deprauato, δῶροδοκισί pro δῶροσι, δῖο, in-quiens, & δῶμαται μάχων, ἢν μὴ δῶροδοκισί. i. Ille discere haut potest, præterquam δῶροδοκισί. Est autem Græcis δῶροδοκῆδω, inueneribus corrumpi, vt in gratiam alicuius dicas sententiam, id quod Pythagoras appellat κῶμος ἐδίειν, id est, Fabas edere. Nam antiquitus fabis suffragia ferebantur. Itaque συμβολικῶς, fabas edebant, qui quæstū ex ea se facerent. Sic enim interpretatur is, quisquis fuit, qui collegit historias quas Gregorius Nazianzenus attigit. Quamquam exortus est nuper qui Pythagoræ fabas vertit in oua, quod instanimantis initium: κῶμοι autem dictum, quasi κῶπι, quem audiendum putaremus, si vel vnum auctorculum veterem, vel argumentum ali quod grauius adlegasset. Heliodus itē principes corrupte iudicantes, δῶροβόρεσι appellat, id est, doniuoros.

*Ne supra pedem calcens.*

Μὴ ὑπὲρ τὸν πόδα τὸ ὑπόδημα, id est, Ne ultra pedem calcens, id est, ne maiora viribus suscipias. Aut ne magnificentius te geras, quam pro tua cōditione. Lucianus in Imaginibus, μὴδὲ ὑπὲρ τὸν πόδα ἔσω τὸ ὑπόδημα. id est, Neq; maior pede sit calcens. Rursum in proxime sequenti dialogo, ταυτὰ σοι ἰκετῆρα ἔδοξε, καὶ ὑπὲρ τὸν πόδα. i. Hæc tibi visa sunt immodica, & quam pro mensura pedis maiora. Rursum in Gallo, καὶ ἔχι κατὰ λόγον τῶν ποδῶν. id est, Et haudquam iuxta pedis rationem.

*Ne de quouis ligno Mercurius fiat.*

Οὐ ἐκ παντὸς ἕλας ἱερῆς ἂν γένοιο, id est, Non è quouis ligno mercurius fingi potest, i. Non omniū ingenia sunt accommodata disciplinis. Quidā enim, vt ait Fabius, sus ablegādi sunt. Sūpra est allegoria à fabris, qui materiam deligunt. Quandoquidē ad alias res alias materias conuenire copiose demōstrat Theophrastus. lib. De plantis 5. Item Plii. lib. 16. Quidā superstitiosius exquirūt materiam vnde numen exsculpant. Et quamquā Priapus ille deus facilis & crassus, haud grauat ur ficulnus esse, nō tamen idē liceat in Mercurio deo tam ingenioso, totoque prædio artibus. Tamestī magis adridet, vt ad magicum Mercurii simulachrum referatur, quem non ex quauis materia, sed certo ligno scalpebant, alioqui non futurum idoneum ad magicæ artis vsum. Vnde id

Ec 3 quoque



quosq; inter reliqua magici criminis argu-  
n. cta obiectum fuerat Apuleio, quod Mer-  
curii sigillum scalpendū crasserat ligno bu-  
xi, quemadmodum ostendit ipse apologia  
Magiz prima Fortassis buxus ad id potissi-  
mum deligebatur, vel quod hominis pallo-  
rem prae se ferat, vel quod materies sit om-  
nium maxime æterna. Nā & aduersus ignē  
quosq; ferri rigore obrinet auctore Plinio.  
Apuleius in apologia Magiz prima pro-  
uerbium refert ad auctorem Pythagoram:  
Non enim, inquit, ex omni ligno, vt Pytha-  
goras dicebat, debet Mercurius exscalpi. Fi-  
nitimum est huic quod est apud Athenzū  
lib. 5. Incertum autem vtrum Democharis  
an Crateris dictum, *Εκ θύμβρας ἕδ' εἰς ἀνδύ-  
ταιο κατοσκινάσαι λόγχην, ἕδ' ἐκ σιαφάτης  
στρατιῶτων ὀμιμπτον.* id est, Ex thymbra ne-  
mo queat conficere lanceam, neque de Soera  
te probum militem. Est autē thymbra ole-  
ris genus aut fruticis non dissimile thymo  
aut saturizæ. Cuius meminit Plinius lib.  
19. cap. 8. condimentis aptum, vnde & *θυμ-  
βροφάγοι* dicuntur Græci, qui acerbis dele-  
stantur, quod dicitur & in eos quibus res  
sunt asperæ. Rursus Athenæus in eodem li-  
bro, *ἀλλ' ἔτε ἐκ θύμβρας, ἔφη δημοχάρης, λόγ-  
χη, ἔτε ἐκ τοῦτων λόγων ἀπὲρ ἀγὰθ' ἔγινεαι.*  
id est, Sed neq; de thymbra, quemadmodum  
inquit Demochares, lancea, neq; ex huius-  
modi sermonibus vir bonus sit.

*Non sum ex istis heroibus.*

*Οὐκ εἰμι τῶτων ἡρώων.* i. Non sum de nu-  
mero istorū heroum, id est, non sum ex eo-  
rum numero, qui propensiores sunt ad læ-  
dendum quam benemerendum. A geniis  
sumptum, qui laceffitit sæpe perniciem ad-  
ferunt, perraro iuuat. Vnde qui se commo-  
dum, non noxam allaturus esse polliceban-  
tur, hoc utebantur adagio. Zenodotus Me-  
nandrum citat ex Ephebis.

*Noui Simonem, & Simon me.*

*Οἱ δ' αὖ σίμωνα καὶ σίμων ἐμὲ.* i. Noui Simonē,  
& me Simon. De iis dicebatur qui pares es-  
sent. Zenodotus & Suidas scribit duos fuis-  
se ductores, notæ vtrumq; improbitatis, Si-  
monem & Niconem. Simonem autē. quod  
vitiis antecelleret, alterius samā obscuraf-  
se. Vnde prouerbio, Simonem vnum nomi-  
nant. Tradunt hos duos Telchines fuisse,  
qui inducā in terram aqua Stygia, Arnon

ædificarint. Vocantur autem apud Græcos  
Telchines, mali genii, siue homines fasci-  
natores, & malefici. Strabo lib. 10. memi-  
nit Telchinū, aitq; nouē fuisse, qui de Rho-  
do Rheam sint comitati in Cretam, *τελχί-  
νας* autē dictos volunt *παρὰ τὸ θέλω*, quod  
est obscurare siue demulcere, quod homi-  
nes illececos circumueniant. Hinc & *τελχί-  
νειον* siue *τελχινῶδες*, dicunt, quidquid insti-  
gniter est improbum: & *τελχινῶειν*, pro cō-  
tētiose ac peruicaciter agere. Addit etymo-  
logus, omnes Cretenses *τελχίνας* dici: & ip-  
sam Cretam dictam *τελχίνας*. Adagiū vltur  
pat Chrysofostomus in Babyla, *ὡς δ' εἰς τὴν τελ-  
χίνῳ.* id est, O dextrā Telchinis. Sic enim  
appellat nocentem dextram.

*Ne nimium callidum hoc sit modo.*

**T**RENTIUS in Eunuchō, Vide ne nimium  
callidum hoc sit modo. Donatus prouer-  
bium esse demonstrat, quamquam anceps est  
lectio. Potest enim vtrumq; legi, & calidum  
& callidum, vt prius illud ad festinatū con-  
siliū, alterum ad nimis astutū referatur.  
Si quidem vtraque parum feliciter euenire  
solent, vel quæ nimium calent, id est, quæ  
præcipitantius instituuntur, vel quæ nimium  
audacibus aguntur dolis. Et sicut auctore,  
apud Titum Liuium, Fabio Maximo, tem-  
meritas non solum facinorosa, verum etiam in-  
felix plerunq; est, ita verfuitia nonnunquā  
ad summum discrimen adducit. Qui calli-  
dum legunt, respicere videntur ad id quod  
paullo superius dixerat Chærea. Qui cali-  
dum legunt per vnicum l, & nostra quidem  
sententia rectius, Græcam figuram agno-  
scunt. Quoniam *θερμὸν*, illi tum scelestum,  
tum præceps & audax facinus vocant. Sic  
enim Penia in Plutō Aristophanica de seni-  
bus, qui rem nouam moluntur, vt Plutō  
cæco restituant oculos:

*Ὡ θερμὸν ἔργον κἀνόστιον καὶ παράνομον.* id est,  
Calidū d' facinus & impiū & nefarium.  
Interpres exponit, *θερμὸν παράδοξον, τολμη-  
ρὸν, δυνήντων*, id est, inauditum, audax &  
præceps, ac temerarium. Item Sophocles  
in Antigone:

*Θερμὸν ἐπὶ ψυχρῶσι καθεύδαν ἔχεις.* id est,  
In frigidis tibi mens calet negotiis.

Obiurgatur Antigone, quod nimium au-  
de cuperet sepelire fratrem. Et Plutarchus  
Symposiacoſon Decade quinta, significat *ζε-  
φότερον* quibuldam significare τὸ θερμὸν, vt  
Achilles

Achilles apud Homerum, iubens Patroclū miscere *ζωφότερον*, exegerit celeritate ministerii. Quemadmodum nos quoque, inquit, sepe numero iubemus ministris *Στεμότερον ἄπτεδαι τ' διακονίας*, id est, Calidius ac celerius adire ministerium.

*Ne gladium tollas mulier.*

*Μὴ μάχαιραν αἶρε θύλην.* id est,

Ne machæram tolle mulier.

Hemistichium est carminis trochaici. Ne suscipias negotii molem, cum nequeas auxiliari. Virorum enim est, *Ἀμύνειν καὶ πρὸς πάτρης*, vt inquit Homerus. Potest & in hunc trahi sensum, ne spem ostendas, quā præstare non possis. Ne mineris, aut ne lassas inimicum, cum lassatum nō queas profigare. Brutus notat Ciceronem, quod Antonium concionibus suis irritaret, quē irritatum non potuerit comprimere, hoc est, gladium tolleret mulier.

*Nec sibi, nec alijs utilis.*

**QVI** profusus inuitiles sunt, & fruges consu mere nati, schemate prouerbiali, nec sibi, nec alijs vtilis dicuntur. M. Tullius in libris Officiorum, Quamobrem, vt ante dixi, cōtemnuntur ii qui nec sibi, nec alijs profusunt, vt dicitur. In quibus nullus labor, nulla cura, nulla industria est. Sumptum est ex nobili illo carmine Hesiodi, ex opere quod inscribitur *ἔργα καὶ ἡμέραι*, quod subinde citat Aristoteles:

*Οὐτ' ἔτι μὴ παύσεισιν, ὅς αὐτῶ πάντα νοήσιν  
Φρασσαμένῳ, τὰτ' ἔπητα καὶ ἐς τέλος ἦσιν  
ἀμείνω.*

*Ἐδλός δ' αὖ κακῆσιν, ὅς εὖ εἰπόντι πίθεται,  
Ὅς δὲ κενὴ αὐτῶ νοῆν, μὴτ' ἄλλος ἀκῶν*

*Ἐν ὧμω βάλλεται, δ' αὐτ' ἀχρεῖος ἀνήρ. i.*

Omnia qui per se sapiat, longe optimus ille est,

Multo ante expendens quæ nam sunt optima factu,

Is tamen & frugi est, qui parat recta mouenti.

At qui nec per se sapiat, neque mente reponat

Ex alijs audita, vir vndiq; inutilis hic est. Horum carminum sententiam T. Liuius sane quam eleganter & commode reddidit. Sæpe ergo, inquit, audiui milites, cum primum esse virum, qui ipse consulat quid in re sit, Secundum eum qui bene mouenti

obediat. Qui nec ipse consulere, nec alteri parere scit, eū extremi ingenij esse. Huius generis haud paucos vides mortales, qui cum ipsi ob mentis inopiam nequeat discipi cere, quid facto sit opus, dictu tamen mirū, quam sint præfracti, quamq; non admittat alienum consilium, videlicet asinum illum Horatianum referentes, qui cum nec viam nosset, nec duci pareret, in rupem præceps datus est. Hesiodi carmen Zenon, teste Dio gene, sic inuertit.

*Κεῖνος μὴ παύσεισιν, ὅς εὖ εἰπόντι πίθεται.*

*Ἐδλός δ' αὖ κακῆσιν ὅς αὐτῶ πάντα νοήσιν. i.*

Optimus ille quidem, qui parat recta mouenti.

Rursus at ille bonus, qui per se omnia nouit.

Videlicet anteponeus eum qui bene pareret, ei qui bene saperet. Huic enim intelligentiam dicitur adesse, illi vero etiam vsum & exercitationem.

*Neq; compluitur, neq; sole aduritur.*

**Οὐδ' ἕταιρ, ἔτι ἡλιθῆται, i.** Neq; compluitur, neq; sole adurit. De eo dici solitum, qui procul ab omni incommoditate semotus, vitā ageret. Cui cōtrarium illud Horatianū: - Sudauit & alfit.

Et pulueris & solis, & cælestis aquæ patiens latus. Negotiatores, milites, athletæ, nautæ, atq; id genus homines soli ferendo, & imbribus tolerandis adsuescant oportet. Qui domi molliter viuit, ab his malis abest. Quamobrem in hominem delicatum, & ad labores ferendos inhabilem quadrabit, Aristophanes in Ranis Bacchi molliciem notans.

*Καὶ μὴτ' θερμὴν, μὴτ' ἄγαν ψυχρὰν φράσας. i.*  
Nec æstuosam, nec nimis cedo frigidam. Refertur à Zenodoto proverbium.

*Simiarum pulcherrima deformis est.*

**Τῶν πρῶτων ἑυμορφῆτατ' ἄνισμορῶδες ἐστ, id est,** Simiarum pulcherrima deformis. Recte dicitur de his quæ ipso genere sunt vitiosa, neq; profus conferenda cum vel extremis eorum quæ sunt in honestorū ordine: veluti si quis dicat, lenonem integerrimum esse periurium, aut honestissimū histrionem infamem, aut optimū Meuii carmen malum esse. Citatur a Platone, & ad Heraclitum auctorem refertur.

Ec 4 *Quædam*

*Quærens obsonium, vestem perdidit.*

*Asinus in paleas.*

Ζητών γὰρ ὄψον εὐμαίτιον ἀπάλασσα, id est, Obsonium dum quæro, vestem perdidit. Vbi res pessime cadit, aut cum pusilla quæsdã captâtes, maiora perdimus. Refertur à Suida, & ab aliis, nec indicat unde sit natum. Quamquam obscurum non est, ab euentu profectum esse, quo fur quispiam, dum studet cibum tollere, comprehensus vix pallio quoque reiecto, effugit. Adlusit ad hoc prouerbum Aristophanes:

Διὰ ταῦτα δὴ καὶ εὐμαίτιον ἀπάλασας. i.  
Ob hæc tibi vestis quoque periit insuper.

*Citius elephantum sub ala celes.*

ΛΥΚΙΑΝΟΣ in indoctum, ἑάτην ἄν πείτε ἐλέφαντας ὑπὸ μάλης κείψεις ἢ ἕνα κίνυδον. id est, Citius quinque elephantos sub ala regas, quam vnum cinedum. De iis qui dissimulari nullo pacto possunt, quin notis aliquibus prodant animi morbum. Est autem figura prouerbialis in hyperbole, cui cognatum illud apud M. Tullium ex Ennio, libro de Oratore. Flammam à sapiente facilius in ore ardente opprimi, quam ut bona dicta teneat.

*Felix Corinthus, at ego sim Teneates.*

Εὐδαίμων γέρινός, ἔγώ δ' εἶν τεναίτης. id est, Fortunata Corinthus, at ipse siem Teneates.

Tena vicus quidam haud procul à Corintho, nemorosus & amœnus. Porro Corinthiorum opulentia insignis fuit. Strabo libro 8. scribit, hunc versum oraculo proditum fuisse cuidam Asiano, consulenti num præstaret Corinthum demigrare. Vnde videtur, sicut alia pleraque, in vulgi sermonem abiisse, atque adeo refertur in catalogo Græcanicorum adagiorum. Tempestium fuerit hoc uti, quoties in contentione duorum, non inficiabimur alterum per se præstantius, verum alterum magis aridere placeatque animo nostro. Veluti si quis dicat, equidem fateor iuris scientiam, & ad rem & ad famam comparandam magis idoneam quam sit poetica, verum:

Εὐδαίμων γέρινός, ἔγώ δ' εἶν τεναίτης.

Sit illud melius aut vtilius, hoc animo meo gratius. Strabo admonet, à quibusdam pro τεναίτης perperam legi τεργάτης. Nam Tenea ciuitas est Arcadiæ.

Οἱ εἰς ἄχνας, id est, Asinus in paleas, subaudiendum incidit. Dici solitum, vbi cui piã fortuna lautior præter spem obtigerit, aut nactus forte fuerit aliquis, quo vel præcipue gaudeat, veluti si quem ostreorum aut dum videas affatim vellentem illis, non importune dixeris, οἱ εἰς ἄχνας, id est, Asinus in paleas. In fragmentis secundi libri Dipnosophistarum citatur hic senarius ex Philomenis Comœdiis:

Οἱ εἰς βεδίσεις εἰς ἄχνας τραγμάτων. id est, Iam vadis asinus in paleas tragematum.

Iucundius erit si longius transferas, putas, si quis cupienter legat poetam, quo peculariter delesterur. Conueniet & in huc usum, vbi quis inscitia rem contaminat, veluti si barbarus & illiteratus bonum auctore malis commentariis inquinet. Gaudet enim asinus volutatione, & omnia cõfundit hac lasciuia. Quod indicat Apuleius quoque, cum horti areolas omnes volutationibus corporis à se turbatas scribit. Adagium ab euentu natum esse nemo non videt.

*Alia voce psitacus, alia coturnix loquitur.*

PROVERBIALI schemate dixit Martialis in clancularium quandam poetam, qui corniculam Aescopicam referens, suos inepros versiculos nomine Martialis in vulgus spargebat, ratus futurum, ut titulo decepti lectores, Martialis esse crederent.

- Credis hoc Prisce,

Voce ut loquatur psitacus coturnicis.

Conueniet in mulicos aut poetas lege dispari stylo, longeq; dissimili facultate. Psitacus inter aues proxime voces humanas exprimit. Coturnices pugnaces magis quã loquaces. Vnde Ouidius in Epitaphio psitaci:

Ecce coturnices inter sua prælia viuunt.

*Caluus comatus.*

CALVUS comatus apud eundem Martialẽ, haud dubie figura prouerbiali.

Caluo turpius est nihil comato.

Rursus idem,

Caluus cum fueris, eris comatus.

Apte dicitur in eũ qui veris bonis nudus, adscititiis se vendicat. Veluti si quis indoctus aliena pro suis ederet: aut si quis dissimulet esse se quod est, veluti si senex assuetogalericulo,

galericulo, aut tinctis capillis affectet videri iuuenis: si deformis, adhibito fucō velit haberi formosa.

*Primum Aegina pueros optimos alit.*

Τὰ πρῶτ' αἰγίνας παῖδας ἄνιν ἐκτρέφει. id est, Aegina primitus optimos pueros alit. De re quapiam quæ melioribus inuitis cæpta, paulatim ad deterius delabitur, vt ple-ræq; mortalium faciūt. Exortum adagium ob Achillem, Patroclum, Aiace, Neoptolemum, quod hi virtute præcellerunt, cum essent Aeginetæ. Cōcinit his Strabo lib. 8. ostēdens ex hac insula profectum Aecacum cum sua posteritate. Nam Stephanus insule nomen inditum putat ab Aegina Acaci matre. Eādem aliquando matris imperium tenuisse, quæ necum Atheniensibus quidē in Naualiad Salaminem prælio de principatu certare dubitauerit, cum Perse Græciā inuaderent. Huius meniniteriam Homerus. Est autem Cycladum nobilissima, quæ diu dicta fuit Oenone, vt indicat idem Strabo & Stephanus. Ob laborum autem tolerantiam & industriam frugalitatemq; dicti sunt Aeginetæ Myrmidones: cum enim haberent terram superne lapidosam, in serne frumentis idoneā, fodientes in cauernis habitare visi sunt formicarum more, & ad sportandis lapidibus quodāmodo eius animantis industriam representare. Deinde la-bente morum integritate, male cœperunt audire Aeginetæ, id quod prouerbis aliquot testatum est, quorum est illud, Aeginetæ neq; tertii neq; quarti, vt dictum est in prouerbio de Megaren-sibus. Non dissimile illi, Quondam fuerunt strenui Milesii.

*Irrisibilis lapis.*

Αγίαλας & πέτρα, id est, Irrisibile saxum. De re vehementer acerba tristicique. Ostendebatur olim saxum quoddam in Attica, in quo ferebatur confedisse Ceres, cum relicto celo, succensis facibus, Proserpinam à Plutone raptam quæreret. Porro cum Eleusinem peruenisset, ibi tristis in saxo quodam insedit, quod ob eam ipsam causam ἀγέλασον appellabāt. Auctor Zenodorus. Quadrabit in seueros ac terricos, quosque vocant ἀγέλασος, quorum in numero Socratem ponit Plinius, Periclem Aristides. Neque perperam accommodabitur ad rem magno opere molestam.

*Agamemnonis hostia.*

Αγαμέμνονος ἑστία, id est, Agamemnonis vltima. Quondam in duros & persuasū difficles dicebatur. Inde natum, quod Agamemnone rem diuinam in Troia facturo, bos effugerit, vixq; multo negotio comprehensus, reductus est. tantum Zenodorus. Quadrabit etiam in eos, qui nolentes & adacti quippiam agunt. Olim in sacris spectabatur, vt hostia lenis ac volens adstaret. Quod si refracto fune profugisset, infaustum omen habebatur Nobis videtur & huc posse referri, quod Agamemnon in Aulide filia Iphigeniam sacrificauit, sed admodū inuitus. Recensetur à Zenodoto.

*Maçtata hostia lenior.*

ΜΑÇΤΑΤΑ hostia lenior, prouerbiali figura dixit Horatius in Odis:

Maçtata veniet lenior hostia.

De spontaneis ac mansuetis. Sumptum est à sacrificiis, in quibus explorabatur hostia ducto per frontem cultro, idq; maçtare vocabant. Vnde qui spectata sunt virtute, eos maçtos virtute vocant.

*Exiguum malum, ingens bonum.*

Μικρὸν κακὸν μίγ' ἀγαθόν, id est, Pusillum malum ingens bonum. Admonet adagium, ex paulullo incommodi, laborisq; exiguo, summa maximaque commoda colligi. Refertur à Diogeniano. Non discrepat hinc Aufonii sententia, quam commemorat Agellius lib. 16. cap. 1. ἀντιπράξις καλὸν μετὰ πόνου, ὁ μὲν πόνος οἴχεται, τὸ δὲ καλὸν μένει ἀντιπαισις ἀχρόν μετ' ἡδονῆς, τὸ μὲν ἡδονῆς ται, τὸ δὲ ἀχρόν μένει. id est, Si quid feceris honestum cum labore, laborabit, honestū manet. Si quid feceris turpe cum voluptate, voluptas abit, turpitudine manet. Eādem sententiam Cato, minus quidem modulate, minusq; rotunde, sed tamen fideliter extulit ad hunc modum: Cogitate cum animis vestris, si quid per laborem recte feceritis, labor ille à vobis cito recedet, benefactū à vobis, dum viuetis, nō abscedet. Sed si qua per voluptatem nequiter feceritis, voluptas cito abibit, nequiter factum illud apud vos semper manebit.

*Attici Eleusinia.*

Ἀττικὰ Ἐλευσίνια, id est, Attici Eleusinia, subaudiendum

audiendum καὶ ἱαντὸς, id est, inter sese. Duris apud Zenodotum, ait parœciam vsurpanti solitam, si quando conuenissent inter sese aliqui secreto de re quapiã arcana tractantes. Ducta metaphora a mysteriis sacrorum Eleusiniotum, quæ in honorem Cereris agebãtur apud Eleusim, summa religionis, mysticisq; ceremoniis, a quibus arceban tur prophani. Capitale autem erat ex his mysteriis quidquam in vulgus efferre: cuiusmodi videntur fuisse apud Romanos sacra Bonæ deæ, quam eandẽ C. Bassus apud Lactantium Fatuam appellatam tradidit. Nam hæc & noctu & in aperto fiebant, & exclusis maribus.

*Hermionis vice.*

Αὐτὸ ἑρμιότος, id est, Hermionis vice, addendũ ex vsu sententiæ verbum, quod eam expleat, puta fuero tibi, aut mea domus, aut hæc vrbs erit vobis, aut aliud simile quippiam. Valet autem perinde quasi dicas, loco asyli tibi fuero, vel instar aræ, quæ te tutum reddat. Est Hermione templum in Peloponneso sacrum Cereri ac Proserpinæ, ad quod qui confugerint, tuti sunt propter loci religionem. Zenodotus Aristophanem citat in Babylonis, qui huius adagii fecerit mentionem. Effertur bisariam eã vox, ἑρμιον, καὶ ἑρμιότια, vt ἀπὸ τῆς κάλλικος κάλλιου. auctor Stephanus.

*Antronius asinus.*

Αὐτρεῖος ὄνος, id est, Antronius asinus olim dicebatur, qui de formi prægrandiq; mole corporis esset, ceterum ingenio stupido bardoq;que. Antron autẽ ciuitas erat Thessalix, nomen inde sortita, quod cauernis & specubus abundaret. Illic aiunt asinos insigni magnitudine quondam fuisse, vnde prouerbum increbuit. Auctores Stephanus & Suidas. Attingit prouerbum & Homeri Scholiastes in Iliados β. Extat & hodie iocus vulgaris in homines magno corpore, quasi ii parum sapiant. Quasiq; natura si paria facere gaudeat, vt quod corporis addiderit molis, detrahat ingenio. Traditur a nonnullis, apud Antronios ingenites reperiri molares lapides, quorum qui substernuntur, ob segnitiam & quietem ὄνος vocant Græci. Lapidem autem vocamus stupidum & amentem.

*Ventorum Stationes.*

Ανέμων στάσεις, id est, Ventorum stationes. De rebus multo vsu obseruatis, perspectisq;que. Apparet parœciam integre sic esse pronunciamdam. ανέμων στάσεις γινώσκουσιν οἱ ἐγχώριοι, id est, Ventorum stationes norunt indigenæ. Sũt enim plerisq;que regionibus sui quidam venti, quorum naturam optime norunt incolæ regionis illis obnoxia: qualis est Atheniensibus Scyron, paullum ab Argeste deflexus, reliq;ue Græciæ ignotus: Narbonensi Gallix Circius, a turbine & vertigine sic appellatus: siue Certius, vt vocat Carus, ventus apud illos clarissimus, nec vlli violentia inferior. Idem non modo in reliquis cæli partibus ignotus, sed ne Viënam quidem eiusdem prouinciæ vrbe attingens. At Auster in Aegyptum non penetrat, vt auctor est apud Plinium Fabianus. Ἰαπυξ Apulis est familiaris, & Atabulus Apuliæ certis montibus notus ac pestilens, vnde & vocabulum inditum. Sunt & alii per multi cuiusque regionis indigenæ, vt apud Gellium testatur Faourinus. Ad hæc est nonnullis alia aliis regionibus vis ac natura. Nam vt testatur in Problematis Aristotelis, Hellepontias, qui idem Scyron vocatur, Atticæ terræ, in Iulisq;, vicinis imbrem adfert; Aquilo Hellepõto ac Cyrenæ, Auster Lesbõ. Atque hic cum apud alios sit tepidus & pluuius, Africæ frigidus est ac serenus, vbi rursus Aquilo pluuius, auctore Plinio. Et sic, quæ & statis anni temporibus oriũtur, & certis horis diei spirant & conquelescunt, in Hispania & Asia flant ab oriente, in Ponto ab aquilone, in reliquis mundi partibus a meridie. Suidas hæc verba refert, incertũ vnde sumpta, ἐγχώριοι γὰρ ἔμνονται τὰς τῶν ανέμων στάσεις κατὰ τὴν περιουσίαν, ἀλλὰ καὶ τὰς τῶν ἐγχωρίων ἀνθρώπων ἢ ἐν κάλλις γινώσκουσιν. hoc est, Indigenæ enim, non solum ventorum stationes, iuxta prouerbum, verum etiam indigenarum hominum mores pulcherrime norunt. Licebit in hunc vsum trahere, vt dicas, suæ cuiq; gentis ingenium esse cognitum suos cuique familiares esse notissimos, suam cuique vxorem maxime esse cognitam, suam cuique notam artem, in qua sit quam diutissime versatus.

*Venti campus.*

Ανίμυ πιδίον, id est, Venti campus, In hominem

nemi instabilem. leuem, & inconstantem dici-  
cebatur. Refertur a Diogeniano. Nam in  
planicie venti liberius huc atque illuc diua-  
gantur, nullo coerciti obstaculo. Et Home-  
rus subinde vana vocat ἀνεμολίαν. Et ὑπνίμα  
dicuntur, quæ solida non sunt, sed subuen-  
tanea. Denique instabiles ventosus dici-  
mus. Horatius,

Romæ Tibur amo ventosus Tibure Ro-  
mam.

Idem.

Non ego ventosæ venor suffragia plebis.  
Postremo domum vndique perstabilem, nõ  
Ille pide dixeris ἀνέμων περίου. Pindarus O-  
lympiorum hymno 2. varias rerum huma-  
narum vices eleganter expræssit,

Ποσι δ' ἄλλοτ' ἄλλα  
Ἐν ἔνυμιῶν τε μετα' καὶ  
Ἰῆνας εἰς ἀνδράσ' ἔβου.

Nunc alii, nunc alii fluxus, & cum trāquil-  
litate & cum laboribus in homines venire.  
Hoc translatum videri potest & ab æstua-  
riis mari reciprocationibus. Ceterum in  
Encomio septimo sententiam eandem ex-  
tulit metaphora sumpta a ventis, qui non  
semper spirant iidem.

Ἐν δὲ μιᾷ μοίρᾳ χρόνῳ  
Ἄλλοτ' ἄλλαι διαθύσσοισιν ἄνεμοι.

In vna parte temporis nunc hæc, nunc aliæ  
discurrunt auræ. Rursus hymno 12. idem  
effert metaphora sumpta a tessleris:

Πολλὰ δ' ἀνθρώποις παρὰ γνώμων ἔπεισαν,  
Ἐμπάλιν μὲν τέρψιος, οἱ δ' ἀνισαυῖς  
Ἀπικύρτωτες ξάλλεις,  
Ἐσλιν βαλὺ πῆματος χροῖων.

Vbi cerui abiiciunt cornua.

Ὅπῃ αἰ ἔλαφοι τὰ κέρατα ἀποβέλλουσιν. i. Vbi  
cerui cornua abiiciunt. Hoc adagio signifi-  
cabant velut ἀνιμακτικῶς, quempiam in ne-  
gorio difficili versari. Siquidem cerui cor-  
nua deposituri secedunt in loca aspera atq;  
inaccessa. Conueniet & in eos qui a cõmu-  
ni hominum conuictu subducunt sese, Ti-  
monem illum Atheniensem ob id ipsum  
μισάνθρωπον appellatum, imitâtes. Quadra-  
bit item vbi locum vehementer abditū ab-  
stusum quæ significabimus. Postremo quæ  
inuenimus nusquam inueniri, illic esse dice-  
mus, vbi cerui cornua abiiciunt, vt quemad-  
modum ad Græcas calêdas de tempore. Itri-  
dem hoc deloco dicatur. Veluti si quis di-  
cat ad hunc modum, Vbi gestum est illud

præclarum facinus, quod iactas? Illic opi-  
nor, ὅπῃ αἰ ἔλαφοι τὰ κέρατα ἀποβέλλουσιν.  
Plinius libro 8. capite 32. de cerui cornua  
mutantibus scribit in hunc modū: Cornua  
mares, habent, soliq; animalium omnibus  
annis, stato veris tẽpore amittunt. Ideo sub  
ipsam diẽ quam maxime inuiat petunt. La-  
tent amissis, velut inermes, sed & ipsi bono  
suo inuidentes. Dextrũ cornu negant inue-  
niri, cœu medicamento aliquo præditũ. Idq;  
mirabilis fatendum est, cum & in viuariis  
mutet omnibus annis: defodi ab iis putat.  
Hæctenus ille. Meminit huiusce prouerbiũ  
& Aristoteles libro De natura animantium  
nono, cuius verba non pigebit adscribẽ. e.  
ἔτι δὲ ὁ ἄρῆν ὅταν γένται παχὺς, γίνετ' ὁ  
σφοδρῆσαι ὅπως οὐκ οὐδ' αὐτὸ ποιεῖται τὸν  
φαιερον, ἀλλ' ἐκτοπίζει ὡς διὰ τῶν παχὺν τῶν  
ἐνάλωτος ἄν. ἀποβέλλουσιν καὶ τὰ κέρατα ἐν  
τόποις χαλεπῶν καὶ δυστέλει τοῖς ὄθεν ἢ ἢ πα-  
ροίμα γέγονε, ἃ αἰ ἔλαφοι τὰ κέρατα ἀποβέλλ-  
ουσιν. ὡσαύτῃ γὰρ ὅπλα ἀποβέβληκίαι, ἀνλάτ-  
τονται οὐράσιν. λέγεται δὲ ὡς τὸ ἀριστέρον κερῆς  
ἢ δ' εἰς πᾶσι ἔρακεν, ἀποκρίπτεν γὰρ αὐτὸ, ὡς ἔχου-  
σιν αἰ φαρμακείων. id est, Præterea mas postea-  
quam pinguerit, pinguescit autem admo-  
dum, idque autumno, nequaquam sese con-  
spiciẽdum præbet. Verum secedit e medio,  
quippe qui propter corpulentiam, tum fa-  
cile capi possit. Ad hæc abiiciunt & cornua  
locis asperis inuentuq; difficillimis. Vnde  
prouerbius etiam natum est, Vbi cerui abi-  
iciunt cornua. Nam vt iam armis suis exu-  
ti, cauent ne conspiciantur. Aiunt sinistrũ  
cornu a nemine adhuc visum esse. Abdere  
enim illud ceruos, tanquam remedium ali-  
quod in se habeat. Quamquam Plutarchus  
in commentario De Pythiis oraculis ora-  
tione prosa redditis, ostẽdit hoc oraculum  
editum fuisse de Procle tyranno, vt illi fuge-  
re ac migrare liceret eo vbi cerui cornu abi-  
iciunt, significante deo vt defoderetur, & e  
medio prorsus tolleretur. Idem meminit  
adagii Symposiæcon decade 7. problema-  
te 2.

Verberare lapidem.

PLANESIVM meretrix apud Plautum ama-  
torem admonet ne seruum, qui iam ad pla-  
gas obdurerat occallueratq; pulset, ma-  
nu potius quam illi nociturus. Noli, in-  
quit, amabo verberare lapidem, ne lædas  
mauum. Apte dicetur, vbi quis obiurga-  
inca-

incastigabilem, aut docet indocile, aut inane operam sumit in re quacunq̄ue.

*Vorare hamum.*

**ΝΕΟΥ** minus elegans illud in Curcūlio-  
ne, Meus est, hamum vorat. Delenone, cui  
fraus intēdebat, epistolam qua decipiend-  
us erat, leſturiente. Lucianus, κατὰ πικρὸς  
ἀγκυρεῖν. Item apud Horatiū in Epistolis.  
Occultum visus decurrere piscis ad ha-  
mum.

Idem Plautus in Bacchidibus eandem sen-  
tentiam simili exultit metaphora, Nūc ab  
transenna hic turdus lumbricum petit. Al-  
terum a piscantibus, alterū ab aucupio du-  
ctum est. Nos item in epigrammate quodā  
ad hanc partem iam sic adfusimus,

Non stulti vsque adeo sumus futuri, vt  
Gustatum toties voremus hamum,  
Vnco plus semel ære faucitati.  
Vel sero sapiemus, & nocentem  
Tandem carpere desinemus escam.

*Vulcanus tibi varicinatus est.*

Ἀφ' ἑσῶ σοι λελάκιον, id est, Vulcanus tibi vari-  
cinatus est. Refertur a Suida, dictum est vbi  
quis crederet se rem habere certam, velut  
ex oraculo auditam. φῶς apud Memphiti-  
cos Vulcanus dicitur, vnde litterulæ acces-  
sione ἀφ' ἑσῶς, velut εἰς ἄχους ἀφ' ἄχους.

*Cantilenam eandem canis.*

Τὸ αὐτὸ ἄθεις ἰσκα, id est, Cantilenam ean-  
dem canis. De eo qui molestus est sæpius ea-  
dem inculcans. Nihil enim odiosius, quam  
quod semper idem est. Dorio leno in Phor-  
mione Terentiana, Cantilenam eādem can-  
nis. et, Mirabar si quid adferres noui. Fami-  
liare poetis est, nuntium, cantilenam appel-  
lare. Euripides in Ione.

Τῆς ἡδὲ μῦθοις ἡ φῶβος τίμων πρῶτος; id est,  
Quæ catio hæc, quibus ve de rebus metus?

Idem in Hecuba,

Ἥξει τὶ μέλος γοερὸν γοερῶς. id est,

Aliqua accedet cantio tristis tristibus.  
Sumpsum est a cantoribus, qui si quando  
diutius eandem occinant cantionem, tæ-  
dium adferunt auribus. Proinde periti sub-  
inde variant carminis genus, quo fatiata-  
rem deuitent.

*Caligare in sole.*

**ΑΡΥΔ** Quintilianum legitur, vt elegāter

ita & prouerbialiter dictum, Caligare in so-  
le, pro eo quod est, in re clarissima cæcuti-  
re: idē; solet accidere vitiosis oculis, qui ni-  
hil vidēt in luce quam maxime perspicua,  
videlicet sensum debilem obruente vi splen-  
doris. Idem euenit noctuis & lusciosis. Nā  
iis lumen pro tenebris est. Non inuenuste  
torquebitur in istos, qui velut obscūū cau-  
santur, quicquid eruditum fuerit. Quibus  
tenebricosa est vel Ciceronis oratio. Noctē  
enim in oculis circumferunt. Quemadmo-  
dum apud Senecam Fortius dicebat, queni-  
dam spinas in pedibus habere, cum se per  
spinas ingredi quæreretur, videlicet inge-  
nii vitium in argumentum conferens. At  
pedes, inquit, tui spinas habent, non locus.  
Itidem isti noctem qua se prædicatum offendi  
in bonis auctoribus, in oculis secum ad-  
ferunt, non in libris reperiunt.

*Bos aduersus seipsum puluerem mouet.*

Βῆς ἐφ' ἑαυτῆ κοιῆται, id est, Bos aduersus se-  
ipsum puluerem mouet, siue festinat. Vbi  
quis ad suum ipsius malū volens lubensq̄ue  
ducitur. Nam boues vt sunt mansueti, faciū  
se se præbent vinciendo, neque grauatim  
obtemperāt iugo. κοιῆν enim Græcis signi-  
ficat festinandi studio ciete puluerem. Qui-  
dam accommodant in eos qui prudētes ac  
scientes semet in præuisum periculum ini-  
ci vincula, quibus ad cædem ducatur. Refert  
tur a Zenodoto.

*Tragicus rex.*

Τραγικός βασιλεύς, id est, Tragicus rex, dici po-  
test, vel fastuosus turgidus, vel qui nomine  
duntaxat rex sit, ceterum viribus parum pol-  
leat, quemadmodū Gallico prouerbio char-  
taceum regem appellāt τὸν ἀντοκρατορα, seu  
titulo regem verius quā opibus aut ditio-  
ne. Dionysius Pheræum, quod decem men-  
ses potius imperio mox vita decelerit,  
τραγικὸν βασιλεῖα dixit. Nam in tragœdiis  
tantisper durat imperium, dum fabula per-  
agatur. Tum deposita persona, qui paullo  
ante fuerat Agamemnō, aut etiam Iupiter,  
tressis homuncio discedit domum.

*Contra reiarum serula.*

**MARTIALIS** in epistolari quadam præfatio-  
ne, Denique videas, an te delectet contra re-  
tiarium serula: id est, an id faciendum tibi  
putes,

putes, quod nemo non damnet atque exhiberet. Domitius Calderinus interpres admonet subesse prouerbium, dici solitum in eos, qui infirmo presidio contra maxime instructum pugnant. Quamquam idem paullo post alio dilabitur, nempe hic, gladiatores olim si minus placuissent, ferula castos eici solere. Huic finitimum est illud Gellianum libro Noctium primo, capite 2. An non contra istum baculum moueas? heus homo, quid mecum tibi? Itaque ferulam aut baculum mouere contra quempiam, est refragari & insolentius repellere sententiam. Est autem ferula ligni genus, quo quondam pueri castebantur atque item milites, si quid contra disciplinam facere videretur. Opinamur idem factitare solere in ludis gladiatoris huiusmodi certaminibus praefectos.

*Mulier imperator, & mulier miles.*

Γυνὴ στρατηγὴ, καὶ γυνὴ στρατῶνται. id est, Et scæmina dux est, scæmina æque miles est,

Senarius est prouerbialis, quoties totum negotium ignauis commissa est, cumque & ii qui prælunt, & ii qui parent, pariter sunt formidolosi. Apud Athenium lib. 3. citatur Alexis in fabula, cui titulus γυναικαστρατία. Natura scæminam in hoc finxit, nõ vt imperet, sed vt pareat, vel Græco versiculo teste,

Γυναὶ δ' ἄρχεν ἢ δίδωσιν ἢ φύσιν. id est,

Natura non dedit imperare scæminis,

Etenim quod in homine ratio & affectus, id in vita vir & mulier, ac iuxta Moysen, demiurgus ille scæminam viro subiecit. Tametsi Plato non omnino arceat mulierum genus ab administranda Repub. si qua modo reperiatur idonea. Tacite vñ huc adlulsit scælines contra Timarchum, κατ' ἄν γὰρ οὐσίαν πλοσίαν καὶ ἔκ δυνου μίλιον, ἥς ἡγεμῶν μὴ ἡγεμῶν μίγα φροῦσα καὶ νῆν ἔκ ἔχουσα. id est, Cum vidisset domum opulentam, maleque gubernatam, cuius dux erat mulier superba & excors. Incundior erit sententia, quoties longius deflectetur, veluti si quis auctorem ac præcipuum peripareticæ philosophiæ ducem appellet Tartaretum.

Ita Vergilius,

- Tanti dux scæmina facti.

Sic Galenus alicubi Aristotelem appellat τῆ δόξα πατέρα, quod ab ipso profecta esset sententia.

*Trutina iustius.*

Δικαιοτέρων σταλάτης. id est, Iustius trutina. Doricum prouerbium de iis qui insigni incorruptaque sunt æquitate. Dores. n. τὴν τρυτάνη, id est, Trutinam σταλάτης vocant. Est autem id libræ genus, quo vel minutissimum ponderis momentum sentitur dignosciturque. Latini quoque exactam æqualitatem æquilibrium appellant. Vnde & æqua lance fieri dicitur, quod pari iure sit citra personarum respectum. Ita Modestinus Pandect. lib. 42. titulo de re iudicata. Quod & in persona mulieris æqua lance seruari, æquitatis suggerit ratio. Item Iustinianus Cod. 5. titulo de naturalibus liberis. Quapropter sancimus in huiusmodi casibus omnes liberos siue ante dotalia instrumenta edita sunt, siue postea vna eademque lance trutinari. Admili figura dixit Nicharchus in Epigrammate:

Τέρονε δ' ἀβρότερον κωνίδιον. id est, Rectior est factus regula quam vlla fiet.

*Sterilior Agrippa.*

Ἀκροπότερον ἀγρίππης, id est, Sterilior Agrippa. Laconicum adagium est, de iis qui extremæ sunt paupertatis neque quidquam facultatum possident. Quadrat & in ignauos, nulliusque industræ homines: Lacones oleam syluestrem agrippum vocant. Tantum Zenodorus & Suidas.

*Iouis suffragium.*

Διὸς ψῆφον, id est, Iouis suffragium dicebatur sacrum & inuolatum. Vnde sententiam eius cuius sit velut refragabilis auctoritas, Iouis suffragium recte dixeris. Aut per ironiam, vbi quis arrogantius de re quapiam pronunciat, suamque opinionem pro lege atque oraculo postulat accipi, subiicitur διὸς ψῆφον. Aiunt enim locum, in quo Neptunus & Minerua iudicium peiegerunt, vtrius nomine auspiciis que ciuitas Atheniensium institueretur, Iouis suffragium appellatum fuisse. Suidas Cratinum citat ex Archilochiis,

Ἐνθα διὸς μεγάλης βῆκον πεισοί τε καλλῆται. id est,

Magni vbi dicitur tali, sedesque Tonantis. Nam & talis olim ferebantur suffragia, nimirum à fortientibus.

Ita



## In neruum ire.

IN neruū ire, Donatus, aut quisquis is fuit interpres Phormionis Terentianæ, demonstrat esse prouerbium, pro eo quod est decipere. Sumpria a sagittariis metaphora, quibus illud euenit interdum, vt dum nimium tendunt arcum, rumpant, aut sibi neruum aliquem fatigunt, vt confine sit illi, de quo dictum est alias, ἀπορρῖ φορμὶ τὸ καλῶδ' ἰον πρὸς ἰν τεινόμενον. Dictum est autem, in neruum ibit, pro eo quod est, in vincula ibit. Antiquitus enim qui solutorio non essent, vincula tradebantur creditoribus, donec opera compensarent creditam summam. Veretur enim adolescens amans, vbi cum in locū traheretur Phormio, vt aut puellam domū ducere cogretur ex pacto, aut certe pecuniam acceptam remunerare, ni faciat vincendus, & iuxta leges corpore luiturus, quod ære non posset, sibi magis consulturum illum, vt vel prodat omne commentum, vel vere mulierem abducat. Porro conicere in neruum, & eximere e neruo, pro eo quod ob æs alienum vinculos abducere. Sed verba Terentii subscribemus: At enim non ducet, noui. Ceterum argumētum repetent, nostro causa scilicet in neruum potius ibit.

## Ipse semet canis.

Αὐτὸς αὐτὸν κύνῃ, id est, Ipse suimet tibi cæ est, hoc est, ipse cuiusmodi sit, factis ipsis declarat. Tibicines enim olim laudes fortium virorum decantabāt. Proinde qui recte gestis sibi satis magnam gloriam comparat, quorsum huic necessum est conducere buccinatorum laudum suarum? Adapiū in vtramlibet partem poterit applicari, bonam vel malam. Nihil huic opus tibicine, qui suis egregie gestis sat illustrius est. Aut, Nihil opus huius vitam in sectari, satis per se scdā atq; infamem. Conueniet & in illos qui semet ipsos laudāt, qui mos est gallis gallinaceis, etiam cum è pugna se proripuerint, Plato in Theæteto, Φαυόμεθα μοι αλευκρῶν ὄνος ἀγευδὲς δ' ἰκνυ, πρὸς ἰνικκῆσαι, ἀποπιπδ' ἰσάυτις ἀπὸ τῆς λόγον ἄδ' εν, id est, Videmus mihi ignaui galli in morem, cum ante victoriā a sermone resillierimus canere.

## Ipse dixit.

Αὐτὸς ἔφα, id est, Ipse dixit. Quoties tantum esse cuiuspiam auctoritatem significamus,

vt ea vel citra rationem ad quiduis credendum sufficiat. Adagium autem a Pythagora natum. qui quo plus venerationis & auctoritatis sibi suisq; conciliaret, in dissertationibus dicere solitus est, αὐτὸς ἔφα, id est, Ipse dixit: perinde quasi nō sua referret, sed ab oraculo quopiam accepta. Ea vox deinde in vulgare abiit sermonem. Huiusmodi ferme Suidas. Diogenes Laertius indicat hoc dictū a Pythagora Zacynthio mansisse. Quamquam M. Tullius libro De natura deorum primo, secus rem narrat. Nō enim, inquit, tam auctores in disputando quā rationis momenta querenda sunt, Quin etiā obest plerunque iis qui discere volunt, auctoritas eorum qui se docere profitentur. Desunt enim suum iudicium adhibere, id habent ratū, quod ab eo quem probant, iudicatum vident. Nec vero probatur id qd de Pythagoricis accepimus, quos serunt, si quid adfirmarent in disputando, cum ex his quæreretur, quare ita esset, respondere solitos, Ipse dixit. Ipse aut erat Pythagoras. Tā tum opinio præiudicata poterat, vt etiam sine ratione valeret auctoritas. Quintilianus in Institutionibus, Nam & iudices, inquit, audiunt præsumētē partes suas, nec hoc oratori contingere inter aduersarios, quod Pythagoræ inter discipulos contigit, potest, Ipse dixit. Sed istud magis, minusve vitiosum est, pro personis dicentiū. Adlusit horum & Aristophanes, ἐν ἐφέλαις, Φέρε τίς γὰρ ἄτος, ὃ ὕπ' ἰ κρεμάθρας ἀντρε; Αὐτὸς. τίς αὐτὸς, σακρεῖς. τίς σακρεῖς; Ἰὸ αὐτὸς αἰα βίκοισι αὐτὸν μοι μέγα. Αὐτὸς μὲν ἔν σὺ κάλεισον, ἔγ' γὰρ μοι χολκ. id est, Dic age quis est iste cremathæz insidens homo? Ipse est. quis ipse? Socrates. quis Socrates? Abi ipsius ipsum voce magna mihi voca. Quin ipse magis accersere, non mi est otii. Quod autem dixit, ὃ ἐπὶ κρεμάθρας, vt hoc obiter indicem rufus causæ nouatum est, cū Socratem intelligi vellet, animo suspensio nubes suspicientem. Nam cremathra vasculum est pensile, in quo obsoniorum, reliquæ consueuerunt reponi. Dicitur autem bisariam, simpliciter aliquoties, sed frequentius per ironiam, veluti si quis Aristotelem ceu oraculum citati dicar, αὐτὸς ἔφα. rationem dicit flagitans, neque contentus simplici scriptoris auctoritate. Conueniet etiam,

etiam, quoties sententiæ vel inuidiani, vel defensionem a nobis ad ipsum auctorem reuocamus. Iuuenalis.

Sic volo, sicut iubeo, sit pro ratione voluntas.

Melius Horatius,

Nullius addictus iurare in verba magistri. Illud admonendū videtur, *αὐτὸς ἔφη*, in hac paræmia perinde valere, quasi dicas, dominus dixit, vt Pythāgoras ab Aegyptiorum vatibus videatur didicisse figuram hanc propheris familiarem. Aristophanes in Ranis, *Φράσει τῶν δρχηστῆσιν, ὅτι αὐτὸς εἰσέρχομαι.* id est,

Dic saltatricibus meipsum aduenire.

Hoc est, herum, quod is quodammodo & famulus missis aduenire videatur. Huc pertinent quæ nobis antea dicta sunt prouerbio, *Ἰνῆξο, αὐλεο.* Sic Augustinus alicubi recensens opinionem Manichæi, Hæc, inquit, Manichæus dixit, atq; abiit: notans illum, quod fat haberet dixisse, cum docendū esset quod dixerat Galenus item libro *πῶν φουσι κῶν διαμέων* primo: *τὰντα καὶ τὰ τοιαῦτα εἰπὼν, ἐξείρις ἀπτάσσω καὶ σκαφεῖ σῆματι τελευτῶν ἀποπιδάσας ἀπὴν καταλίπει ἡμᾶς, ὡς μηδὲ πικρῆς τινὸς ἀτιλογίας ὑπορίσσεια διαμκλῆς.* id est, Hæc & his similia locutus, repente ore nihil cunctante quasi labi non posset, verbis apertis absoluit sermonem, moxque proripiens sese abiit, nobis ita relictiis, quasi nihil omnino reperire possent, quod, vel probabiliter contradicere mus.

*Τεινῶν non alens, canes alis.*

*Αὐτὸν ἄνθρωπον φανκίνας τηρεῖς,* id est, Cum temetipsum non alas, canes alis. In eum dicebatur, qui cum per inopiam sibi quæ sunt ad vitam necessaria, suppeditare non posset, conaretur, aut equos, aut famulos habere domi. Apposite dicitur aduersus istos, quibus cū ob rei familiaris angustiam, vix suppetat quo vitam sustineant, tamen per ambitionem conantur fastu vestium, reliquoque strepitu potentes, & opulentos imitari. Breuiter conueniet in omnes, qui quæ ad voluntatem aut splendorem pertinent, curant, neglectis his quæ magis sunt necessaria. Porro necessariiis prima debetur cura, dignitati posterior: veluti si quis in eruditione comparanda laboret, vitæ securus de qua periclitetur.

*Τεττῆ ἰντεστῖνα.*

*Γῆς ἐντέρεα.* id est, Terræ intestina. Dicebatur vilita, nulliusq; precii. Saxa vero terræ viscera dicuntur. Refertur a Diogeniano. Terræ enim intestina sunt saxa: & lapides appellamus homines inutiles. Simile illi,

*-Ετᾶσιν ἄχθος ἀερίης.* id est,

*-Telluris inutile pondus.*

*Tenedius tibicen.*

*Τειδῖος ἀνλητῆς, i.* Tenedius tibicen, dicebatur testis falsus & calumniator, hinc natum, quod Philonome tibicinem suum subornauit, qui testaretur apud Cygnum, ipsam a Tenue de stupro fuisse interpellatam, ac vi etiam tentatam. Hæc sermo Stephanus in catalogo urbium, De Tenedo scæpe iam dictum est alibi.

*Cyrbes malorum.*

*Κύρβης κακῶν,* id est, Cyrbes malorum. De vehementer improbis, & omni facinorū genere contaminatis. Apud Athenienses tabulæ quædam erant quadatæ, in quibus leges descriptæ proponerantur, præterea variaz delinquentium reuz. Has illi *κῶρβης* appellat, apud Lucianum *ἄφρωνες* dicuntur. Non dissimile est illi quod alibi retulimus, *ἰλιχῆς κακῶν,* id est, Ilias malorum. Simili figura apud Athenæzum lib. 9. dixit Antiphaeus opinamur.

*Καὶ τὰυτα μὲν μοι τῶν κακῶν παροψίδεις. i.*

Et hic malorum mihi catinus extitit.

Solent enim in eodē disco varia eduliorum genera apponi, sed quæ voluptatē adferant. Quo gratior est tropus, deflectens in contrarium, quasi dicas, Ilias bonorum.

*Aries nutritionis mercedem persuluis.*

*Κριὸς τροφῆς ἀπέτιται,* id est, Aries alituram rependit. Citatur ex Menandro. Quadatæ vbi quis pro benefactis maleficiū reponit. Allegoria sumpta est ab eo, quod aries cornibus impetat, aut vas in quo pabulum apponitur, ipsosque quorum opera nutritus est, aut etiam nutritur, cornibus incessit. Effertur & ad hūc modum prouerbiū, *κριὸν διακονία,* id est, Arietis ministerium, pro officio collato in ingratum, qui beneficium iniuria penset. Huc ad fine quod est apud Aristophanem in Vespis, *ἡ χρεῖ τῶν ἀμπελων,* id est, Vallus vitæ.

*A. Davis*

*A Dorio ad Phrygium.*

Aπό δωρεῆς ἐπι φρήγιον, id est, à Dorio ad Phrygium venire dicebatur, qui à vita temperatior ad luxum sese conuertisset, aut qui à fortuna mediocri se contulisset ad maiorem viræ strepitum. Sumpta metaphora à notissimis illis veterum harmoniarum generibus, in quibus Dorium moderatius, quæ admodum indicat Suidas, referens hæc verba ex incerto auctore: τῶν δὲ τρῶσιν ἑλληρωσάτο μετρίων, καὶ ἄρρητων, ἕτε κληρονομήσαν διὰ πινύαι, ἕτε διὰ πλοῦτον βλακιδύσαν, πλάτῃ μῆσιν καὶ μεσοκίην, τὸν δ' αἰετον φρόπον τ' ἄλκων ἀλκῶς ἡρροσμίην, i. Virtutum autem fortitudo erat moderatum, deliciarum expertum, neque sordidum ac molestum ob inopiam, neque ob diuitias dissolutum, sed medium quandam ac modulatum, vere ad Doriū fortunæ modum attenuatum. Refert & aliū locū suppresso auctoris nomine, nisi fallimur: ἡ γὰρ ἄρρητων τρωσῶν λογάρια ἀνταρῶς δὲ τὰς εἰσεις τ' ἰουμάτων εἰς μέσον τίθεται ὁ μῦθος. ἡ τ' ἑλκῶς τὸν τοῖον ἄρρητων τῶν δωρεῆς εἰς ἐπιφρήγιον μετρίων ἔσται, ἀπὸ δωρεῆς φασὶν ἐπι φρήγιον. Quæ tametsi difficile est arte vertere, si neccitas quid præcedat aut sequatur, tamen apponamus diuinationem nostram, donec locus occurrerit. Non videbor hominum rotunde loquentium verba, sed ipsos sensus in medium adferens, tantum non ipsius linguæ tonum à disputatione ad attentinam adaptauero. Quamquam apud Suidā legitur μόνον ἢ. Ex his verbis apparret Dorium modum fuisse delicia tiorem, Phrygium seueriorem. Apuleius Floridorum lib. i. palam indicat, Doricam musicam à Phrygia longe diuersissimam fuisse, quandoquidem hæc ad religionem inflammabat animos, illa ad bellum infāmabat. Apulei verba sic habent. Tibicen quidam fuit Antigenidas, omnis uolucrum melleus modulator, & idem omnimodis peritus modificator, seu tu velles Aeolion simplex, seu Asium varium, seu Lydium querulum, seu Phrygium religiosum, seu Dorium bellicosum. Hæctenus Apuleius, cui si credimus, non potest esse temperatus modus Dorius, qui ad bellum accendit, nisi forte iturus in prælium moderatius canebant tibiæ, quod illic plus valeat sibi præfens animus, quam furore percitus. Verum an in Apuleii verbis, pro Aeolion legendum sit Actolicum siue Actholium, & pro Asium,

Asium siue Asium ab Iade siue ἰαδί, vt Ionicum intelligas modum, doctis expendendum relinquatur. Quamquam his non satis congrunt quæ refert Lucianus in Harmonide, καὶ ἑκάστος ἀρμονίας διαφυλάττει τὸ ἴδιον, τῆς φρηγίης τὸ ἕνεον. τῆς λυδίας τὸ βακχικόν, τῆς δωρεῆς τὸ σέμνον, τῆς ἰωνικῆς τὸ γλαφυρόν, id est, Vnius cuiusque harmoniz seruare proprietatem, Phrygiz diuinum impetum, Quod Apuleius vertit religiosum, Lidiz bacchanalem furorem, siue licitiam, Doricæ seueritatem, Ionicæ iucunditatem, Quod Apuleius videtur transfuisse variū. Contra Dion commentariis de regno refert, Alexandrum magnum ad bellum accēdi solere Timotheo musico Dorium incinente. Athenæus lib. 14. Doricæ harmoniz tribuit, τὸ ἀδιδραδύς, καὶ τὸ μεγαλοπηνές, καὶ τὸ σφοδρόν. i. seueritatem maiestatem, ac vehementiam, vt quæ neque dissoluta sit, neque hylaris, sed tristis, minimeque varia. Iam his recentior Boethius in præfatione libri De musica, ostendit hanc artem ad mouendos affectus præcipuam habere vim, proque ratione modorum, aitos atque alios animi motus vel excitare vel sedare. Addit Pythagoram incentione modi Phygii incitatum adolescentem patria barbarum, quippe Tauromitanum, vino temulentum, ita furentem, cum iam ædibus amicæ, quæ ritualè admiserat, igne ad mouere tentaret, tibicina iussa spondeos succinere, ad sobriam mentem reuocasse. Boethius refert iuuenem Phrygio modo fuisse incitatum, ac mutato modo ad se redisse, nec exprimit in quem modum sit mutatus Phrygius. M. Tullius quem illic citat Boethius, neutrius meminit modi, tantum ait spondeorum incentione fuisse fedatum adolescentem. Si Timotheus Dorio modo concitabat Alexandrum ad bellum, & hic adolescens ad expugnandam domum Phrygio fuit ac cenus, apparet modos hos non multum inter se discrepare. Lucianus Phrygio tribuit τὸ ἐθέτον, id est, furorem, sed sacrum duntaxat. Huius autem furoris Plato tria facit genera. vnū quod poetis immittant Musæ, alterum quod variis immittit Apollo, tertium quod amantibus Cupido. Habet autem & Bacchus & Mars furorem suum. Itaque iuuenis ille triplici furore correptus insaniebat, Bacchi, Cupidinis & Martis. Pyrrhichios

chios aut ad præliū acuire alias docuimus, unde illud *πυρρίχων βλίπαν*, de trubicus & commotis. Pyrrhichio autē cōtrarius est spō deus. Quod ni Boethius dixisset mutatum modum, probabile esse poterat eundē modum Phrygiū, & incitare Pyrrhichii & sedare spondeis. Et haud scimus an Boethius cum ait immutatum modū, sentiat nō mutatas harmonias, sed vocū celeritatem. Vide tur locus prouerbio, cum ad diuersa transitur, veluti si quis de rhetorū præceptis sermonem exorsus ad Theologicā materiam digrediatur. Veteres, vt arbitramur, de generibus harmoniarum diuersa tradiderūt, quod ipsa mutatis gentiū moribus pariter sint immutata. Priscorum enim Asianorū laudata est severitas, priusquam luxu effeminarentur. Idem vsū venit Laconibus, in quibus sunt Dores. Hinc illa mixturarum nomina *ὑποδωριον, μιζολυδιον, ὑπερμεζολυδιον*. Athenzū hypodorium modum putat eundem esse cum Aeolio, cui tribuit tumorem & fastiū, & submolle quiddam. Quidam musices studiosi affirmant difficillimū esse transitum a Dorio ad Phrygium. Ostendimus & alias, Phrygium melos, *σκολιόν* appellatū, & in funebribus nēniis adhiberi solitum. Quod si Dorius cantus Phrygio diuersus est, vt pote qui ad belli cupiditatē inflāmet, consentaneum est illum Pyrrhichis consistisse, quandoquidem Spondeo contrarius est Pyrrhichius. Verum de his harmoniarū generibus permulta Plato in libris de rep. Rursus in Lachete docet hanc esse vere Doricam cantionem, & Græcam harmoniam non Phrygiam, neque Ionicam, neque Lydiam, si vita concordet cum oratione bona. Nonnulla Plutarchus, in libro de musica. Nos quantum ad percipiendum adagii sensum sat est, attigimus.

*A carcere.*

*Ἀπὸ βαλβιδος*, id est, A carcere, siue repagulo, i. ab ipso rei principio. Sumptum a certaminibus equestribus, vbi cursus initium est a carceribus, i. repagulis, finis meta. Itaque cum exorsum negotii significamus, ab ipsis carceribus dicimus: cum finem, ad me tam vsque. Veluti si quis dicat fœdum esse, si quis artifex ab ipso statim carcere peccet: aut neminem tam ignauum, qui non *ἐπὶ βαλβιδος* strenuus esse videatur. Estat apud Aristophanem. Consue quod alibi positū

est, *ἐπὶ γραμμῆς*, id est, A linea.

*A celo ad terram.*

*Ἀπὸ θεαλῶν μὲχρι γῆς*, i. A celo ad terram. Prouerbialis figura, perinde valens quasi dicas, quacunque de re, ab extremo initio usque ad supremum finem. Sic apud Plautū in Persa licitatori roganti, num ex puella quædam scitari liceret, venditor quātum vellet percontari permittens, A celo, inquit, ad terram, quod lubet.

*Mores amici noueris, non oderis.*

**PORPHYRION** in Horatium, hunc versum prouerbialē admonet fuisse.

*Mores amici noueris, non oderis.*

Eum nos inter Græcas sententias repertum restituius. Et enim huiusmodi,

*Φίλος τῶσπερ γίνωσκε,μισήσεις δὲ μή.*

Admonet in amicorum moribus quædam vitia dissimulanda, sic vt intelligantur quidem, sed tamen tolerentur, ne seuerior & oculatior in obseruandis amici malis subuertat amicitiam. Atque id præcepti locum habebit in leuioribus morbis, non in his quæ ad famam, aut ingens periculum pertinent amicorum. Non nosse amici vitia, est hominis parum diligētis quos diligit: odisse, parum ciuilis. Noscenda sunt vt aut corrigas, aut certe minuas: at non sic, vt ob ea videaris amicum odisse. Si quidem nulli futurus est amicus, qui nihil vitiorum in amico ferre possit.

*Bithus contra Bacchium.*

**BITHVS** & Bacchius nobilo pargladiatorum fuit, quorum mentionem Suetonius quoque fecit, pares arte, pares audacia. Proinde quoties duo æqualiter improbi contendunt inter sese, ita vt neuter alteri velit cedere, non intēpesti uiter dicemus, Bacchiū cū Bitho commissum Hora. in Sermonibus.

*Vti non*

Compositus melius cum Bitho Bacchius. Rupili Persiū, parē inter ipsos improbitatē & maledicentiā significans. Quidquid insigniter improbum est, & ad oēm contentionem paratū, gladiatorium appellamus. Gladiatoria corporis firmitas, gladiatoria audacia, gladiatorii animis ad me adfētāt viā. M. Tullius in Philippicis Antonii fratrem aliquoties Mirmillonem appellat. vt in Philippica sexta: Eriam ne ab hoc Mirmillone Asiatico, senatus mandata, legatorum verba audientur?

*Efernius cum Pacidiano.*

**ΣΙΜΙΛΕ** fuerit illud ex Lucilio, Efernius cum Pacidiano compositus. Erant & hi gladiatores per omnia pares, longeq̄, omnium nobilissimi. M. Tullius in lib. De optimo oratorū genere: Ame aut̄, quo maximis minima conferā, gladiatorū par nobilissimum inducitur. Aeschines tamquam Efernius, ut ait Lucilius, non spurcus hō, sed doctus & acer, cum Pacidiano hoc cōponitur, optimus longe post homines natos.

*Bi septem plagis Polyplus consensus.*

**Δις ἐπτά πλῆγας πάλυπρος πιλῆμενος.** id est, Plagis adactus Polyplus quattuor decem. Dicitur solitum, ubi quis multo tandem malo sit emendatior. Quemadmodum accidit indomitis adolescentibus, qui plurimorū experientia malorum tandem cicurātur. Conuenit & in eos qui duriore ingenio præditi, non nisi grauius suppliciiis corriguntur. Aiunt Polypum piscem captum diu multumq̄ tundi cædiq̄ solere, quo mitior fiat, & ad esum accommodatior. Auctor Zenodotus.

*Mopso Nisa datur.*

**ΣΕΝΕΜΑ** prouerbiale videtur & illud apud Vergilium in Pharmaceutria,

*Mopso Nisa datur:*

cum præter omnium spem res præclara contigit cuius iam prorsus indigno, ut nihil iam non posse sperari vel a quouis apparere.

*Mopso Nisa datur.* quid non speremus amantes?

Est autem emphasis in nominibus. Nā Mopsum dicens, intelligit infimum, abiectissimumq̄; pastorem. Nisam puellam insigni forma. Non abludivit hinc illud Sophoclis in Aiace flagellifero,

*Οὐκ ἐστ' ἀίλιπτον ἔδιν.* id est,

Nihil est, quod haud sperare liceat.

In eandem sententiam Linus apud Stobæum:

*Ἐλπίσθαι χρεὶ παντ' ἐπεὶ ἕκ ἐς ἔδιν ἀίλιπτον*

*Ἐδὲν πάντα βίω τελέσσει, καὶ ἀνύπνου ἔδιν.* id est,

Speres cuncta, nihil quod non contingere possit.

Omnia sūt magnis factu procliuia diuis.

*Quid nisi victis dolor.*

*Τὴν ἄλλοῦτος κικαμμίους ὄδυνι.* id est, **Quid**

aliud quam victis dolor? Vsurpandum ubi palam fit in contumeliam qui ppiam. Sumptum a dicto Brenni palam illudentis Romanos in appendendo auro, quod stipulatus fuerat ab illis, desperantibus auxilium, ut e Romanis sinibus abduceret Gallorum exercitum, Sed ipsius Plutarchi verba libitū est subscribere: *Εἰ τα δόξαι τοῖς κρατίστοις, συναλθαι εἰς πογγὺς βρείνω καὶ σελανικίω τῷ χιλιάρχῳ ἑωμάων, ἀμολογῆναι, τὸς μὲν χιλίας λίτρων χρυσίον καταβάλλειν, τὸς δὲ λαβύτας ἐκ τῷ πολλοῦ καὶ τῆς χάρας αὐτίκα ἀπὸ λῆθαι, ἐπὶ τῶν τοῦ γενναίου ὄδυναι καὶ τῶν χρυσίον κομῶντων, τῶν δὲ κέλτων τῶν τὸν φακμὸν ἀγνοῦσαν, τῶν, κρούφα τὶ πρῶτον, εἶτα φανερώσ' ἀφελκόν τῶν καὶ διαστρεφόντων τῶν ἑσπῶν, ἡγανκτοῦ ἑωμάου πρὸς αὐτὸς, ὃ δὲ βρείνος ἰὸν ἐφ' ἐβρίζων, καὶ καταγελῶν ἀποδοσάμενος: τὴν μάχαιραν ἅμα καὶ τὸν ζῶσιν προσηύκει τοῖς σαθροῖς. Ἦωθεν μὲν ἔχθρ' ἔχ' τῶν σελανικῶν τὶ τῶν; τὶ γὰρ ἄλλο ἔπει, ἢ τοῖς κικαμμίους ὄδυνι: τῶν μὲν ἔδιν παρῶν, μὴ ὡς λόγος γένοιτο, id est, Itaq; cum placuisset, ut principes in colloquium venirent Brēnus, & Sulpitius Romanorum ductor, conuenit ut Romani mille libras auri dependerent: hi simul atque accepissent aurum, ex urbe et agris discederent. Super his cum iusturandū intercessisset, iamq; aurum esset adductum, Galli que pactæ fidei immemores in initio furim, mox palam deprimerent, detorquerentq̄ lanceam, Romanorum aduersus illos coorta est indignatio. At vero Brennus tanquam per ludibrium & irridendi causa ensē una cum baltheo exutum lancibus adposuit. Porro Sulpitio roganti, quid hoc esset rei, Quid enim aliud, inquit, nisi victis dolor? Atq; id dictum iam in prouerbium abiit. Cuius meminit Festus Pompeius, illud addens: Cum Camillus Brennum insidiis circumuentum conderet, & ille quaeretur contra sedus fieri, retrorsit in eum suam vocem, *Vx victis*. Sic etenim Festus effert prouerbium. Vnde palam est, dolorem, non opprobrium in Plutarcho vertendum fuisse. Lapsus interpres aut lapsus est, aut vsus est exempli, in quo scriptū erat. pro ὄδυνι ὄνειδος. Huc adlusisse videtur Plautinus Ballio: *Vx victis*, cum victus vel iniquis cōditionibus parere cogitur. Et, ni fallimur, Vergilius in *Mæride*,  
Nunc victi tristes, quoniam fors omnia  
verlat,*

Hos

Hos illi, quod nec bene vertat, mittimus hædos.  
Nonius Marcellus in dictione cestus, citat titulum Satyræ Varronianæ, Væ victis.

*Aquam bibens nihil boni parias.*

Ἰδὼρ δὲ πίνων χερσὸν ἔδδεν ἄν τέκῃς. id est, Aquam bibens probum & vile parias nihil.

Huius auctorem ferunt Demetrium Halicarnasæum: cuius sensus est, a poetis nihil præclarum, aut posteritate dignum, aut venustum proficisci, si biberint aquam, hoc est, si pauperes fuerint, & tenui victu. Horatius,

Nulla placere diu, neque viuere carmina possunt.

Quæ scribuntur aquæ potoribus.

Item Iuuenalis,

Quod si Vergilio puer, & tolerabile desit Hospitium, caderent omnes a crinibus hydri,

Surda nihil gemeret graue buccina. Idè, Satur est cum dicit Horatius. Ohe.

Demetrii Halicarnasæi distichon huiusmodi citatur a Zenodoto, etiam si in epigrammatis refertur Nicerati titulo,

Οἶνός περ χαρίεν, τι φέρουταχὺς ἵππος ἀοιδῶν.

Ἰδὼρ δὲ πίνων χερσὸν ἔδδεν ἄν τέκῃς.

Quamquam apud Athenæum secus refertur versus prior,

Οἶνός τι χερίντι πέλει μέγας ἵππος ἀοιδῶν. id est,

Sane magnus equus lepido sunt vina poetæ.

Idem versus refertur ab Athenæo, secundo Dipnosophistarum libro, ex epigramate quodam, quod quidam scripserat in Cratinum, qui frequenter in comœdiis taxatur vt vinosus. Quin & Horatius eloquentiam vino tribuit,

Fœcundi calices quæ mō fecere disertum? Martialis,

Possum nil ego sobrius, bibenti Succurrunt mihi quindecim poetæ.

Aristoteles libro De naturis animantium octauo, Psittacum loquacitatem fieri putat, si vinum biberit.

*Digna canis pabulo.*

Ἀξία ἢ ὧν τῆ βρώματος, id est, Digna canis pabulo. Ecumè perinde valet, ac si dicas, Di-

gnus operarius mercede sua. Et vix quisquam est tam inutilis minister, quin si non amplo salario, certe victu dignus esse videatur. Refertur a Suida. Quadrabit in hominem non vsquequaq; reiciendum, atq; inuicem: aut in hominem assentatorem.

*Canis digna sede.*

Ἀξία ἢ ὧν ἐξόν, i. Canis digna sede. Cū nouus honos obtigit cui piā immerenti. Sumptū videtur a Meliteis canibus, quibus non nullæ mulierculæ maiorē habent honorem quam ipsis maritis. Nisi mauis referre ad Anubim Aegyptiorū deum. Porro constat, canibus a dominis tantum honoris habitum, vt defunctis etiam monumenta statuerint, Refertur a Diogeniano.

*Si vinum possules, pugnos illi dabo.*

Ἀνδρονείτη, κορυδαλὸς αὐτῷ δίδω. id est, Si vina possat ille, pugnos porrige.

Vbi pro bonis rebus expectatis, diuersa accipiuntur. Sumptus est hic senarius & tragicædiæ quapiam, de Cyclope, & Vlyssæ. Est autem notissima fabula, quemadmodum apud Homerum Vlysses Polyphemo Cyclopi vinum petenti subinde porrigit, quo simul atq; iam temulentus sopitusq; iaceret, palo præusto oculum illi perterebrauit. Pa tant metaphoram a pueris ductam, qui petentes non petenda, nonnunquā colaphos recipiunt. Ter. in Phormione: Pugnos in ventremingere. Pugnos plagas ipsas vocat, itidem vt Græci κορυδαλὸς. Adagium refertur a Suida.

*Pro perca scorpionum.*

Ἀντὶ πέτρης σκορπίον, i. Pro perca scorpionum. Vbi quis optima captans, pessima capit. Nā perca piscis est vel maxime laudatus, cuius identidè meminit Athenæus, gulonum delicias recensens. Scorpionus igitur est, quamquam est & piscis huius nominis, contempti saporis, de quo magis sentire videtur adagium. Simili figura dixit Lycophron,

Ὅδ' αὐτὶ πιπέρος σκορπίον λαμὰ σκόρπας. i.

At scorpionum ille gluticus pipus vice. Est enim pipo auis genus.

*Pro beneficentia Agamemnonem vni sunt Achivi.*

Ἀπ' ἰνεργασίας ἀγαμέμνονα τίσσω ἀχαιῶν. i. Pro meritis male tractarunt Agamemnonem Graii.

Quidam ad hunc efferunt modum:

Αὐτ' Ἀγαμέμνωνος ἀγαμέμνονα δῖον ἀχαιοί. i.  
Pro benefactis vinxerunt Agamemnona  
Graui.

Dicebatur in ingratos, qui pro summo beneficio summum remittuntur maleficium. Agamemnon enim tot exhaustis laboribus in expugnanda Troia, pro dignitate Græciæ, domū reuersus, veste inexplicabili inuolutus, interfectus est a Clytemnestra, auxiliante Aegistho adultero, Annotatum est, hoc se fecit accidere vitis de repub. bene meritis, ut pro benefactis pessimam gratiam tulerint a populo. Pindarus in Pythiis hymno quarto, φαῖτι δὲ ἐμμι τὸ ἀνιερῶτατον, καλὰ γινώσκωντ' ἀνάγκη ἐκτὸς ἔχειν πόδα. id est, Αἰσθύνονται hoc esse molestissimum, qui norit honesta necessitate foris habere pedes: hoc est, non frui bonis, cum ipse beneficentis sit de aliis, sed pro bene factis male audire.

*Cane Tellenis cantilenas.*

Ἀεθεῖ τὰ τέλλωνος, id est, Cane cantiones Tellenis. Quidā dici putant de dicacibus, mordacibusque: quidam de ineptis loquaculis. Nam Tellenem hunc, tibicinem quandam fuisse, poetam item carminum ineptissimum. Alii tradunt, hunc iocos quosdā versibus lepidissimis descripsisse, non sine multo sale commatū. Meminit huius Tellenis Diarchus Messenius apud Zenodotū. Item Plutarchus in Apophthegmatis.

*Azanza mala.*

Ἀζανῶν κακὰ. id est, Azanza mala. Dicitur folium, ubi quis in re perdifficili & infrugifera plurimum sumeret laboris. Aut ubi res esset inuipiam cum homine diffidili, moroso, intractabili, tenaci. Tradunt Azanza regionem quampiam esse Arcadiæ, sterilem & culturæ inhabilem: in qua coloni multo sudore parum fructus referunt. Hæc ferme traduntur a Græcarum paræmiarum collectoribus. Ceterum Stephanus de nominibus, urbium, veluti fontem aperit nobis huius adagii. Siquidem is complures refert Azanias: vnam quæ sit Arcadiæ pars: in hac fontem quempiam esse, cuius aquâ qui gustarit, hunc vsque adeo a vino abhorrete, ut nec odorem ferat. Alteram Massiliæ, tertiam Phrygiæ, cuius mentionem fecerit etiam Strabo libro Geographiæ 12. De hac Hermodogenes, citante Stephano, huiusmodi quandam narrat fabulam. Cum illic ste-

quentes essent villæ rusticorum, orta ob sterilitatem agrorum fame, collecti pastores diuinam fecerunt, fertilitatem a diis petentes. Ceterum cum dii non audirent illorum vota, perduraretque agrorum sterilitas, Euphorbus e pastoribus quidam nouum sacrificii genus excogitauit. Immolauit enim ξανωῶν καὶ ἔξην, quod Phrygium lingua sonat, vulpem & Echinum. Hac hostia placatis diis, agros feraces esse cepisse, quod ubi finitimis pastoribus esset cognitum, Euphorbo sacerdotium & imperium detulerunt: post loci nomen commutatum est. proq; Azania ξανωῶν vocatum, quod perinde sonat Phrygio sermone, quasi Græce dicas, ἐχινὰ λώπηκα, Latine, Echinoulphem. Huiusmodi sermo Stephanus, ex quibus coniectari licet, ex ea fabula natam paræmiam.

*Capra nondum peperit, hædus autem ludis in seffis.*

Ἀἴξ ἔγω πάτοιον, ἐρίφως δ' ἐπὶ δώματα πάλαι. id est,

Noudum enixa capra, at iam in ædibus hædus.

Qui postrema perfecta que iam aggrediuntur præteritis iis quæ præcessisse oportuit. Aut qui gloriantur iam adsecutos sese, cuius ne fundamenta quidem sunt iacta. Aut qui rem agunt præpostere. Prius est enim peperisse, quam ut hædus ludat in testis. Refertur a Zenodoto.

*Reperit deus nocentem.*

Ἐρεῖ εἰς τὸν ἀλιτῆρον, id est, Reperit deus nocentem. Cum tandem vltio contingit improbis, quasi diuinitus immissa. Theocritus in Idyllio decimo,

Ἐρεῖ εἰς τὸν ἀλιτῆρον, ἔχεις πάλαι ἂν ἐπιθύμεις. id est,

Inuenit deus impium, habes que olim cupiebas.

Theocriti Scholiastes indicat, prouerbum & alia forma solitiū efferri, Ἐρεῖ θεὸς αἰτίον. Simile est Homericum illud Iliados Δ.

Ἐπιτὸρ μὲν τὴν αὐτὴν δόλυμιος ἔειπέλισσεν, Ἐκ τῆς δ' ἔπειτα, σὺν τε μὲν ἀπείτιος. id est,

Quamquam etenim nō punit Iupiter illicito fontem,

At faciet tandem, & lucent sua crimina  
μαγνο.

Huc pertinet illud Sophocleum,

-Οὐτ' ἀνδρείος τίς εἶναι

Βλάπτῃ, δ' ἵνα τ' ἀνδρῶν ἰχθυῶν φυγῶν. id est,

-Vbi quis deorum læserit,

Nemo queat suffugere quamlibet potēs.

Ad stipulatur autem senarius ille prouer-

bialis,  
Θεὸς δὲ πλῆνι ἔχ' ὑπερπῶδ' ἄβοτος. id est,  
Plagam deorum nullus hominum suffu-

git.

Pindarus item in Pythiis,

Θεὸς ὁ καὶ πτεροῖντ' αἰτόν κίχῃ, καὶ βαλασ-

σῶν παρεμβέβηκε

Δελφίῃ, καὶ ὑψιφρέσιαν τίν' ἐκμυθε βροτῶν. i.

Deus & alatum aequilam adsequitur, & ma-

tinum praeuertitur delphinum, & elatorū

quenipiam depressit mortalium.

Ad stipulatur huic sententiæ & in Olympiis,

Εἰ δὲ θεοὶ ἀνδρείος ἐλπειάτι λαβίμην ἔρδων,  
ἀμαρτίῃ id est,

Quod si deum homo quisquam sperat fal-

surum se, cum agit aliquid, errat.

*Ignavis semper ferix sunt.*

**QVI** vacant otio, feriari dicuntur, & otiosi  
feriari, & otium ferix, quæ metaphore tam  
quam in prouerbiū receptæ sunt. Theo-  
critus in Bucolicis,

Ἄεργος ἀν' ἑορτά.

id est,

Semper ferix inertibus.

Nam feris etiam ethnici a prophanis ne-  
gotiis abstinebant. Qui fugitant laborem,  
optāt dies festos, quo liceat otari, ventriq;  
& voluptatibus indulgere. Siquidem anti-  
quitus in hoc dabatur agricolis feriari dies  
aliquot, ut lusu reficerent lassitudinem. Ad-  
miserunt autem religionē, quo modera-  
tiores essent lusus. Sed vt ad prouerbiū re-  
uertamur, apte accommodabitur in eos qui  
nunquam nō causantur aliquid, quo sint in  
otio, veluti quibus insuauēs sunt litteræ,  
nunc excusant valetudinem, nunc occupa-  
tiones rei domesticæ: non nunquam obstat  
rigor hyemis, alias estatis seruor, interdum  
autumni periculosum celum. Demum auo-  
cat a libris, veris amœnitas, mox fugitiua.  
Præsi negant esse rem habendam citi libris,  
antequam concoxerit stomachus. Impræsi  
obstrepit fames, quo minus libeat. Luci di-  
cūt ignauium esse, domi desiderare. Ceterum  
ad lucernam vigilare, oculis inimicum. Si

suppetit res domestica, quorsum opus, in-  
quiunt, litteris? Si deest, negant pauperem  
posse philosophari. Iuuenis negat, xui Ho-  
merus curis senilibus absumendum. Proue-  
ctior ait, valetudini parcendum.

*Castule dominas imitantes.*

Τὰς δεσπόνας αἰ κύνες μιμνῆται, i. Dominas  
imitantes catellæ. Vbi serui dñorum sero-  
ciam representant, aut discipuli præcepto-  
ris reliquunt arrogātiā, aut ministri prin-  
cipum fastum. Breuiter quoties ii qui sub-  
sunt, eorum exprimit mores, sub quorū  
imperio degunt. Vnde & illud Iuuenalis,  
Maxima quæq; domus seruis est plena lu-  
perbis.

Videas autem & Melitæas, opulentarū mu-  
lierum delicias, fastum, lascīuiam, totamq;  
ferme morum imaginem reddere. Vsurpat  
hoc adagiū a Platone, libro de republ.  
ὄσταυο, Ἀτιχῶς γὰρ αἰ τε κύνες κατὰ τὴν κεραι-  
μίαν οἱ αἰ περὶ αἰ δεσπόνας. γίγνονται τε δ' ἢ καὶ  
ἐπιποιῆ ὄνει πᾶν ἐλευθέρως καὶ στυγῶς εἰσι-  
μλοῖ πορβείδω κατὰ τὰς ὁδὸς ἐμβάλλουσι  
τῶ αἰ ἀπαιτῶν τι, ἐὰν μὴ ἐξίσταται. i. Palam  
enim tuas catellæ, iuxta prouerbiū, tales  
quales sunt dominæ. Tum & equi & asini  
tales redduntur, qui aduēfacti fuerint ad-  
modum libere, fastuoseq; per vias ingredi:  
semper incurstantes in obuium ni cedat.

*Tantali pæna.*

Τῶν ἀλειψιμῶν, i. Tantali supplicia. De  
iis dicendum, quibus adfunt quidem bona,  
verum his frui negatum est. A fabula Tan-  
tali sumptum, quem poete fingūt, apud in-  
feros adfistere flumini sitiētem, quod si  
quando admouerit se potaturus, repente a-  
quam labris contactam refugere. Tum capi-  
ti imminere arborem pomis onustam, sed  
eam subito porrigenti manū alio subdu-  
cere sese, atque ita miserum præsentē copia,  
inopia disferuari. Id olim in diuites par-  
cos & sordidos dici vulgo solere, testis est  
Horatius in Sermonibus,

Tantalus a labris sitiens fugientia captat  
Pocula. quid rides? mutato nomine de te  
Fabula narratur. congestis vndique saccis  
Indormis iuhians, & tamquam parcere  
facris

Cogeris, aut pictis tamquam gaudere ta-  
bellis.

Idem in Odis,

Ff 3

Magnas



Magnas inter opes inops .

Gregorius Nazianzenus in epistola ad Basilium eleganter detorquet ad huius mundi delicias, quæ nunquam explēt animum, *κατάλαστοι*, inquit, *τινὲς καὶ κατάκριτοι θινῶν τινὲς ἐν δόξῃ, τινὲς ἐλευθῆρ ἐκείνῃ καὶ ἀτρεφοῦν Παιδωσίαν*. i. Tantalii & execrabiles sitientes in aquis, miserandam illam & nihil alimonix conferentem Pädæliam. *παιδωσίαν* autem Græci vocant conuiuium ex omni genere deliciarum apparatus.

*Viro seni maxilla baculus.*

*Αἰδέος γερός ἀγυάτοι βακτηρία*, id est,

Maxilla senibus Scipionis est vice.

Dici solitum de iis qui ob defectas ætate vires, lautiore pariter & copiosiore victu coguntur uti, quo qđ senectā dederit, vitæq; sarciant cibo. Manet & in hodiernum senile verbum. Ego me dentibus meis sustentō, Est autem velut ænigmaticum, reliquos ingreditur pedibus, senes dentibus. Etenim quod decēssit nativo corporis succo, id cibi ac porus adminiculo sarcicidum. Videmus illud euenire vulgo, posteaquam destituit senes edacitas illa, vitæ suem imminere.

*Ne verba pro farina.*

*Μὴ λόγος ἀντ' ἀλάτινα*. id est,

Ne verba pro fatinis.

Aduersus eos iacebatur, qui beneficium verbis, non re dabāt. Qui fere magnatum mos est, uti suos splendidis promissis alant. Bene autem admonet in Pandectis Pomponius iureconsultus, peculium re, non verbis augendum esse. Quadrabit item in eos, qui beneficium pollicitis rependunt, Aut qui consolantur oratione, cum auxilio sit opus. Vt ceteris quidquid ad victum pertineret, *ἀλάτινα* vocabant. Apparet e comœdia quapiam sumptum, est enim hemistichium carminis Iambici trimetri. De prouerbio Aristophanico, *ἔστι πρὸς τὰ ἀλάτινα*, dictum est alias.

*Ancoras tollere.*

N'ONNVLAM prouerbii faciem habet, quod est apud M. Varronem in opere De re iusticia, capite extremo, Ancoras tollere, pro eo quod est, moliri discessum, quod genus æi illud, Talaria nescere. Hęc sunt huius verba: Interea redit ad nos Pauo. Et si vultis, inquit ancoras tollere, latīs tabulis sortitio

fit tribuum, hoc est, si vultis omiſſa disputatione hinc abire. Quamquam hic adludetur ad ambiguum tabularum significatio- nem, quæ tum nauicæ sunt, tum forenses, quibus quæ suffragia ferebantur. Huic simile Quintilianicum illud: Oram soluere. Nam ita plerique legunt.

*Vino vendibili suspensa hedera nihil opus.*

VINO vendibili suspensa hedera nihil opus, id est, Vera virtus non eget alienis præconiis. Aut tres præclarę per te placent, neq; desiderant exoticam commendationem. Sumptum apparet a couponum more, qui vinariis tabernis signum hederaceum solēt prætere. Ita Plantus idem in Pænulo: Inuendibili merci oportet vltro emptorem adducere, proba merx facile emptorem reperit. Horatius,

Vbi largius æquo

Laudat venales qui vult extrudere merces,

*Canere ad myrtum.*

Ad eum πρὸς μύρτινον, id est. Ad myrtum canere, prouerbio iubebatur imperitus litterarum & infacundus, quiq; non posset apud eruditos loqui. Hinc sumpta metaphora, quod apud veteres mos esset, ut in conuiuiis singuli suam cantionem canerent: quod si quis citharā accipere reculasset, utpote musices ignarus, is per iocum accepto ramo laureo seu myrteo, cogebatur ad eum canere. Porro præsci hunc canendi fuisse more testatur & Fabius, lib. Institut. 1. Vnde, in- quiens, et ille mos, ut in conuiuiis post cenā circumferretur lyra: cuius cum se imperitum Themistocles confessus esset, ut verbis Ciceronis utar, habitus est indoctor. Sed veterum quoq; Romanorum epulis fides actibus adhibere moris fuit. Plutarchus 1. Symposiaco libro scribit, olim fuisse morem, ut in conuiuiu primum voce cōmuni deū canerent *παισιζοῦντες*, ut ait: deinde myrteū ramum vnicuique tradi solere, quē *ἀσκακον* vocatum existimat, quod is qui eum accepisset, caneret. Post lyra circumlata, qui peritus artis fuisset, eā accipiebat, canebatque sonum chordarū ad vocem adtemperans. Recusantibus autem musices imperitis, *σκολιός* carmen dicebatur, quod non esset vulgare, neque eniuſ facile. Alii dicunt myrtum non solere ordinę circumduci, sed a fonda

a sponda ad spondam transferri, vt. postea quam cecinisset is qui in prima sponda primus sedebat, ei traderet, qui in secundo lecto primus accumberet, hic rursus tertii lecti primo. Deinde rursus primi lecti secundus, secundo loco in secunda accumbenti sponda traderet, eumq; ad modum per omnes iret. Hæc sermo Plutarchus.

*Admeti nenia.*

*Αδμήτης μέλος*, id est, Admeti nenia. De tristis lugubriq; cancione. Accommodari poterit ad orationem querulam ac miserabilē, Accipitur enim cantilenæ genus, quod *σκολίων* vocant, de quo multa Iulius Pollux. Dicitur est autem obliquum, vel a tiliarum figuris, vel quod in conuiujs, quemadmodum modo diximus, obliquo ordine a lecto in lectum flecterentur canendi vices. Quidam huiusmodi cantiones faciles & illaboratas intelligunt: nimirum quales oportet esse, quæ inter pocula canuntur & ex tempore. Verū de iis, deq; superiore prouerbio, qui volet copiosius edoceri, legat Aristophanis Interpretem, in eo quem mox indicabimus loco. Adagium ad huiusmodi fabulam referunt: Admetus rex fuit Phægorum, cuius armenta pauisse fingitur Apollo, mercede eonductus, cū ex Olympo depulsus, humana specie exfularet apud mortales. Exillii causam hanc adserunt: Aesculapius Apollinis filius Chirone præceptore medicæ artem perdiderat: deinde sanguine qui ex Gorgonis fluxerat venis, a Pallade accepto, per hunc plurimos restituit sanitati. Porro sanguine qui e sinistis defluerat venis, ad perniciem hominū utebatur, qui e dextris, ad salutem. Quin fabulis vulgatum est, illum etiam vitæ defunctos quosdam in vitâ reuocasse. Quare ne pro deo haberetur apud mortales, cum id videretur præstare qd̄ deorum eæ proprium; Iupiter illum fulmine percussit. Ob id indignatus Apollo, Cyclopes qui Ioui fulmen illud fuerant fabricati, peremit. Quam rem indigne ferens Iupiter, Apollinem destinarat e cælo ad inferos præcipitem dare, sed Latonæ interuentus, precesq; mitiorem penam impetrarūt. Itaque cælo interdictum est, inlustræ solū vertere, damnatus vt annum apud hominē mortalem mercede seruiret. Igitur ad Admetum profectus Apollo regis armenta sic ut dictum est, pascebat & vt erat artifex, effe-

cit vt oēs vaccæ gemellos paterent. Cumq; apud Admetum perquam humaniter esset habitus, vt patrono gratiam officii referret a parcis impetrauit, vt cum in illarum iussis Admeti fatalis dies volueretur, liceret hac lege mortem effugere, si quem aliū reperisset, qui volens illius vice mortē oppetere veller, suiq; capitis dispendio illius vt tam redimere. Ergo cum adesset dies ille fatalis, neq; quisquam inueniretur, qui mortis vicarius esse veller, patre etiam ac matre recusantibus, vna Alcestis vxor mariti vitâ sua cariorem habuit. Qua defuncta stridulæ quædam & lugubres neniæ decantabant ad sidue apud Admetum, donec mota Proserpina, remisit Alcestidem. Aut, vt quidam dicunt, donec Hercules expugnato Orco, hanc ad superos reduxit. Meminit *τῶν τῆς μέλως*; etiam Euripides in Alceste.

*Δισσῶ δ' ἴν μέλω κλέαν.* id est,

At cantiones duplices audire erat.

Notat etiam Aristophanes in Vespijs,

*Αδελκλέως λαβόμενος τ' δεξιάς*

*Αδμήτης λυγον, ὡ τῶρε μὲθ' ἄν τ' ἄγαθός φιλῶ*

*Τούτῳ τὶ λέεις σκολιδί;* id est,

Canit Cleonis apprehensa dextra

Verbum Admeti doctus, amice diligito probos,

Huic quid obliquum loqueris?

Miscet Iambicis anapestica. Interpres citat hos versiculos ex fabula Ciconiis.

*Ὁ μὲν ἴδεν ἀδμήτης λόγον πρὸς μνηστῆρα,*

*Ὁ δ' αὐτοῦ ἴν ἄγαθὸν ἀρεμοδίσ; μέλος.* id est,

Atq; is quidem canebat Admeti modos Admyrtum, vt alter adigit Harmoniæ melos

Vt caneret.

Congerit & alia quædam non indigna cognitu, quæ licet inde petere.

*Bellum haudquaquam lacrymosum.*

*Αδρακκος πόλεμος*, id est, Bellum lacrymis carens, vbi victoria contigit citra cædē & sanguinem. Aut vbi quis e periculoso quopiā negotio sic extricauit sese, vt nullo suo malo discesserit: siue cum rixosis verbis inter se digladiantur, nec esse quidquam periculi, ne veniatur ad manus, Aut vbi certam agitur eiusmodi, vt neutri parti quidq; accidat incommodi, velut in conficiatione litteraria, in qua victus discedit eruditior,

tor, victor amicior. Natum aiunt è vetusto quondam oraculo Dodonzo, quo responsum Lacedæmonis aduerfus Atcadæ pugnaturis: ἄδ' ἀκρὴν πόλεμον ἔσειδάω, id est, Bellum sine lacrymis futurum. Deinde contigisse illis victoriam nemine profusus interfecto. Nos item inuentam victoriam vocamus, cum nulla cæde contingit victoria: & apud Græcos, ἀνωματίικαν, id est, Citra sanguinem vincere. Plutarchus in commentario de fortuna Romanorum, ἄδ' ἀκρὴν νίκην appellat eā quam Paullus Aemilius de Persa reportauit. Effertur prouerbum etiā ad hunc modum, αἰάματ' ἔζησε τρέπον, id est, Inuentum statuit trophæum. Celebratur inter Pittaci oracula illud quoque: δ' ἀντ' ἑσ νίκας αἰθ' ἄματ' ἔποιιδ' αὖ, Oportet victorias citra sanguinem fieri Auctor Laertius. Nec abhorret hinc illud quod in Græcorum commentariis reperitur: πόλεμος τις ἀσίδ' ἤρ' αἰά πλὴν ἑλλάδ' ἀκλίηται. id est, Bellum quoddam absque ferro motum est in Græcia. Significat autem bellū, quod oratione non armis peragitur. Atque hæc tum magis erunt prouerbialia, si longius transferantur: veruta, ad litem forentem, contentione, aut aliud id genus certamen.

*Flet victus, victor interijt.*

Κλάει δ' ἡνικαίς, ὃ δ' ἡνικ' ἄσας ἀπόλων. id est, Qui vicit, perijt, plorant qui succubuere. Quoties vtraque pars magno suo malo discedit: ita vt plerunque in bellis solet accidere. Item in litibus forensibus, in contentionibus. Nam Hesiodus duas facit Eridas, quarum altera pestifera sit mortalibus, altera frugifera. In priore certaminis aggere qui vicerit, discedit improbius, victus sit infelicius. In posteriori qui superior euaserit, discedit clarior: qui superatus fuerit, discedit seipso melior. Tradunt hoc natum à Sybillæ Erythræ vaticinio, quod edidit de pugna apud Cheronem commissa. Nā illic Athenienses cum Thebanis victi perierunt: Philippus victor protinus à Pausania sublatu est. Meminit huius Georgius Gemistus in Hellanicis. Quamquam idem olim vsu venit Troianis & Græcis, post infanissimum bellum, pro mala mulierculæ tot annos gestum. Nā Troia funditus euersa est, Græci victores aut in reditu perierūt, aut domi reperere perniciem.

*Timidi nunquam statuerunt trophæum.*

Ἄλλ' οἱ γὰρ ἀθυμοῦντες ἄνδρες, ἔποτε  
Τρέπον κ' ἔζησαντο, id est,  
At enim trophæum nobile haud vniquam  
viti

Statuere pauidi.

Suidas ex Eupolide citat. Vsurpatur à Platone in Critia: Ἄλλ' οἱ γὰρ ἀθυμοῦντες ἄνδρες ἔπωτρῶσιν ἔζησαν. Apte dicitur in eos, qui per animi foecidiā inertiamq; nihil egregium, nihil arduū audent aggredi: aut qui periculi metu à magnis abstinent negotiis, cum insignis gloria non nisi magnis periculis contingat. Neque triumphum egis quisquam qui non sit ausus Matris euentū experiri. Profertur & illud in timidis è Sophocle: πάντα γὰρ τοῖ τῷ φορῶμένῳ ἴσφει. id est, Formidoloso strepunt omnia.

*Vna cum ipsis manipulis.*

Ἀντ' αὖ δ' ἀμάλως, id est, Cum ipsis manipulis. Cum omnia funditus pereunt, hoc est, cum ne glumia quidem sit reliquum. Prouerbiū à rusticis natū videtur. Refertur à Suida.

*Ne Aesopum quidem triuisti.*

Οὐ δὲ τὸν ἄσωπον πεπότηκας, id est, Ne Aesopum quidem triuisti. De vehementer stupidis & imperitis. Refertur à Suida. Extat autem apud Aristophanem in Auiibus:

Ἀμὰ ἡς γὰρ ἔφες, καὶ πολὺ πρᾶγμα.

Οὐδ' ἄσωπον πεπότηκας. id est,

Indoctus enim es, neq; sat solers,

Neq; triuisti saltem Aesopum.

Nam antiquitus Aesopi fabellas etiam vulgus idiotarum tenebat. Has igitur qui nō legitset, nihil scire videbatur. Erat autem natione Phryx, seruus Xanthi, liber factus: est ab Idmone cæco. Plato comædiarum scriptor, linguit illum reuixisse. Ab hoc omnes fabellæ in quibus inducuntur animalia bruta, αἰσαποποιεῖται dicuntur, quemadmodum in quibus homines, Sybariticæ, seu Sybaritides diminutiue.

*Vulpes bouem agit.*

Ἀλώπηξ τὸν βοῦν ἐλάτνει, id est, Vulpes bouem ducit. Cū res absurde geritur. Nihil enim vulpi cum agricolatione: veluti si quis poeta de rebus sacris concionetur: aut leno traçter rempublicam. Licebit & ad eum torqueret, qui non ex animo, sed alio spectans, fingit

singit sese quippiam velle facere. Extat & hoc apud Suidam.

*Non inest remedium aduersus sycophantæ morsum.*

Ἄλλ' ἐκ τίνος σικοφάντης δίνυματ', id est, Aduersus icium sycophantæ non inest. Subaudiendum φάρμακον, id est, remedium, dictum est in calumniam, cuius morsus nō sōū perniciosissimus est, verum etiā incuitabilis, quod clancularius plerumque. Olim remedia quædam anulis inesse creditum est: veluti aduersus serpentium morsus, aut morbum aliquem, aut fascinationem. Est apud Aristophanem in Pluto, apud quem iactanti anulum magicum, in quo remedium esset aduersus omne malorū genus, respondetur:

Ἄλλ' ἐκ τίνος σικοφάντης δίνυματ'  
Quod imitatus videtur apud Athenæum lib. 3. Aristophanes.

- Εὐνδ' ἔρεκ  
Στρέψμε πρὸς τὴν γαστήρ, ἢ τὸν ὄμφαλον,  
Γαρὰ φρεσάτης δ' ακτύλι' ἐστὶ μοι δ'ραχμῆς. i.  
Quod si mihi alium torserit,  
Aut vmbilicū, est anulus drachma mihi  
A Phertaro emptus.

*Indoctior Philonide.*

Ἀπαιδ' ἄντες φιλωνιδῆς, id est, Indoctior Philonide. Hic Melitenis erat prægrandi corpore, ceterum insullus & indoctus. Notatur aliquoties apud Aristophanem, vt mulierosus, & in parasitos profusus.

*Apage hospitem in tempestate.*

Ἀπαγε ξένον ἐν χειμῶνι, id est, Apage hospitem in tempestate. Dicit solitum vbi quis importunius adueniret. Nam molestiam adferunt hospites, si quando in rebus aduersis & afflictis superueniunt. Quando familiares magis adesse conuenit ægrimoniz leniores. Si peregrini supernent, ad calamitatis molestiam accedit pudor, interdum maxima malorum pars. Recte accommodabitur, si quando petitur quippiam à principe negotiis parum lætis occupato. Admonet idem adagium, ne quis externus domesticis aliorum malis admisceat sese. Simile quiddam dixit Euripides in Alceste:

Ἀρατὸν ξένον  
Ἐν γὰρ δ' ἰκαίως, ἐν κακῶς ἀφ' ἡμῶν, id est,  
An non mihi iure optimo

Inuisus hospes, qui in malis aduenit? Verba serui ad Herculem aduenientem, dō mo Admeti iam occupata luctu. Rursus in eadem fabula:

Λυπηρένους ὀχλυρὸς εἰ μὲν οἱ ξέν'. id est, Molestus hospes tristibus si aduenit.

*Dentem dente rodere.*

DENTEM dente rodere dicitur, qui carpit cum qui neq; lædi queat, neq; sentiat. Aut qui mordet pari mordacitate præditū quæpiam. Martialis libro decimotertio, in obtrectatorem quemdam:

Quid dentem dente iuuabit.

Rodere? carne opus est, si satur esse velis, Simile illi, noli verberare lapidem.

*Iouem lapidem iurare.*

IOVEM lapidem iurare, dicuntur qui sancte, & religiose deierant. M. Tullius Epistolarum familiarium septimo, ad Trebatium: Quomodo autem tibi placebit, Iouem lapidem iurare, cum scias itatum esse Iouem nemini posse? Sumptum à prisco ferendi fœderis ritu, quod à patre patrato manu tenente lapidem conceptis verbis peragebatur. Quemadmodum describit T. Livius, & Macrobius. Vtebatur & Arabes lapide in ferendis fœderibus, quem admodum fert Herodotus in tertio. Adagium varie poterit vsurpari. Ego tibi super hac re non dubitem, vel Iouem lapidem iurare, id est, quantumuis sancte. Huic iniuriato fidem habere malim, quam tibi Iouem lapidem, vt aiunt iuranti. Iouem lapidem iurabat, nihil istiusmodi cogitatum fuisse, id est, magnopere asseuerabat. A. Gellius in Notis vsurpauit ad hunc modum: Iouem lapidem, inquit, quod sanctissimum iusiurandum est habitum, paratus sum ego iurare, Vergilium hoc nūquam scripsisse. Apuleius in sermone De Deo Socratis; Quid igitur iurabo per Iouem lapidem Romano vetustissimo ritu? Veteres per caput illius quem carissimum habebant iurabant, Romani per genium principis, Socrates per eanem & anserem, Zeno Citienis per capparim, plerique per brassicam, καὶ μὲν τὴν κρομμύον, quod multis exemplis è veterum poematibus repetitis docet Athenæus libro nono, eo quod huic diuinatoria quædam vis insit, eoque & sacram habitam tradit.

*Cimmerie*

*Cimmeriæ tenebræ.*

**M**ULTAM obscuritatem, aut animi caliginem Cimmerias tenebras appellant. Lactantius Institutionum diuinarum lib. 4. O cæcum pectus, ò mentem Cimmeriis, ut aiunt, tenebris artiorè. Et hunc velut æmulus diuus Hieron. ut Lactantianæ admirator eloquentiæ, Rogo, inquit, quæ tanta est cæcitas, & Cimmeriis, sicut aiunt, tenebris inuoluta? Natum adagium à Cimmeriæ regionis prodigiola obscuritate. De qua Strabo libro Geographiæ primo, scribit in hunc modum. Καὶ μὴν καὶ τὸν κίμμερικὸν βοσποροῖ οὐδέ τις κίμμερις εἰδῶς, ἔδ' ἔπειτ' ὁ μὲν ὄνομα τῶν κίμμεριῶν εἰδῶς, αὐτὸς δὲ ἀγνοῶν εἰ κατ' αὐτὸν ἢ μικρὸν πρὸ αὐτῶν μέχρης ἰωνίας ἐπέθικμον τῶν γῆν ἐκ βοσπόρου πάσαι, αἰνίπτειται γούμ καὶ τὸ κλίμα τῆς χώρας αὐτῶν φοβῶδ' εἶς, καὶ φησίν,

Ἥξει καὶ τὴν ἐλέη κικαλυμμένοι, ἔδ' ἔπειτ' αὐτὸς Ἥλιθ φαέων ἐπλάμπεται.

Ἄλλ' ἐπὶ τῷ ἔδλον τέταται. id est,

Quin Bosphorum quoq; Cimmeriorum cognouit, ut qui Cimmerios non ignorarit. Neque enim videlicet cum Cimmeriorum nomē cognitum habuerit, ipsos ignorauit qui temporibus illius vel paullo ante illius ætatem a Bosphoro ad Ioniam usq; terram omnem percursarint. Itaque quo nam in climata sita sit illorum regio, velut inuuit, cum eam caliginosam facit, & ut ipsius utamur verbis, vimbris ac nebulis tectam, siquidem.

- Igneus illos

Haud vnquam irradiat Phœbus, nox atra sed illis

Ingruit assidue.

Porro locus quem Strabo citauit, quamquam verbis aliquot diuinaris à poeta, est apud Homerum Odyssæe 11.

Ἦδ' ἐς πέρας ἴκατε βαρυέροσ' ὠκυκύνου.

Ἐθα δὲ κίμμεριῶν ἀνδρῶν σμῆος τε πόλις τε

Ἥρα καὶ τὴν ἐλέη κικαλυμμένοι, ἔδ' ἔπειτ' αὐτὸς

Ἥλιθ φαέων ἐπέθικται ἀκτινεῖται,

Οὐδ' ὅποι' ἀνσεχέησι πρὸς θραῦν ἀσεβέονται,

Οὐδ' ὅτ' ἀν' ἄψ' ἐπιγῶν ἀπ' ἕραυδ' ἔειπται,

Ἄλλ' ἐπὶ τῷ ἔδλον τέταται θεαλοῖσι βροτοῖσι. 1.

Ast ille Oceani peruecit summa profundi.

Illic sunt populiq; & mœnia Cimmeriorum,

Nubibus & cæca assidue caligine tecta.

Illos haud vnquã radiis sol aspicit ardēs, Nec quãdo astriferum cœtu petit arduus ætem, Nec rursus ad terras magno deuectus olympo,

Sed nox incēbit miseris mortalibus atra. Cimmeriorum mētionem facit etiam M. Tullius, libro Academicarum quæstionum quarto. Et Cimmeris quidē, quibus aspectu solis, siue Deus aliquis, siue natura ademerat, sine eius loci quem incolēbāt situs, ignes tamen aderant, quorum illis ut lumine licebat. Isti autem, quos tu probas, & cetera. Et in hac regione Naso poeta Somno Deo regiam ædificauit, libro Transformationum vndecimo.

Est prope Cimmerios longo spelunca recessu,

Mons cauius, ignaui domus & penetralia Somni,

Quo nuiquam radiis Oriens, mediūve, cadensve,

Phœbus adire pot; nebulæ caligine mixtæ Exhalantur humo, dubiæque crepuscula lucis.

Apud Græcos constanter per duplex m scriptum inuenitur, tamen refragatur etymologia, quam adfert Eustathius, autumans κίμμερις dictos, quasi ἐν τῷ ἀέρι κειμένους. Sed vero propius est κίμμερις vocatos, quasi χαμπεῖρας, quamquam hic quoq; m simplex.

*Frustra Herculi.*

**E**IKI τῷ ἥρακλῆ. Frustra Herculi, subaudi calumniam struxeris. De his dici consuevit, qui sic omnia sua negotia gerunt, ut nemo queat aut audeat calumniari. Nam Herculi mos erat res alienas vi abducere, non dolo. Conueniet aut in vehementer laudatum, probatumq; aut in præpotentem, quem in simulare tutum non sit. M. Cato censorius plus quadragies in ius vocatus fuisse memoratur, semper iudicium absolutus sententius. Hunc Cæsar in Anticatonibus in simulauit avaritiæ. Id Plutarchus perinde scribit esse, quasi si quis Herculem in simularet ignauiæ. Nihil enim minus in Herculem quadrat, quam hoc criminis. Sunt qui putent congruere, cum cū aliquis omnia facit impune, nec à quoquam accusatur. Quemadmodū Hercules impune res alienas consuevit abigere.

*Nε in neruum erumpat.*

TERENTIUS in Phormione. Verum hoc sepe Phorinio vereo, ne ista fortitudo in neruum erumpat denique. Quadrat in temerariam inconsideratamq; audaciã, quæ plerunq; infelix esse solet, & in maximum malum aliquãdo adducere. Donatus interpretis à sagittariis sumptam metaphorã existimat: qui dum neruum arcualem adducunt immodice, rumpunt nonnunquam, idq; non sine suo periculo.

*Adrastia Nemesis Rhamnusia Nemesis.*

*Αδράστια νέμεσις.* id est, Adrastia nemesis, subaudiendum, ad est, aut aderit, aut eiusmodi quippiam. Licebit vti vel in eos quibus ob insolentiam arrogantiamq; fortunæ commutationem minamur, vel quia rebus florentibus ad calamitosam fortunã redacti sunt. Hæc quidam Nemesis Deam esse putant, insolentiz, & arrogantiz vindicem, quæq; spes immoderatas, & vetet, & puniat, *αδράστια* dicta *από τῆς ἀστρετικῆς μορῆς καὶ δρασμῆς*, quod nemo nocens meritam prænam vsquam effugerit: etiam si quando sepius assequitur. Lucianus in meretriciis dialogis, *Ἐστὶ τῆς Διὸς ἡ ἀδράστια, καὶ τῆ τοιαῦτα ὄψα*, id est, Est dea quæpiam Adrastia, videtq; ista. Euripides in *Rheso*.

*Αδράστια μὲν ἂν Διὸς πάρις, Ἐργοῖς σομάτων φθόρον.* id est,

Adrastia Iouis filia, arceas dictorum inuidiam. Idem in eadem fabula:

*Σὺν δ' ἀδράστια λέγων.* id est, Volente vero dixerim hoc Adrastia.

Idem testantur etiam Epigrammata.

*Ἡ νέμεσις προλέγει τῷ πύχον τῷ τε χαλίω, Μὴ κμπεθόντι ποίειν, πῆρ' ἀχάλινα λέγειν.* i.

Innuat hoc Nemesis cubito strænoq; gerendis

Sic modus in rebus, dictaq; frænũ habeat.

Item aliud:

*Ἡ νέμεσις πύχον κατέχευε, τίθη δ' ἔπειτα, λίξας. Πᾶσι δ' ἀπ' ἄλλω, μὲν δὲν ὑπέρο μέρων.* i.

Contineo Nemesis cubitum. Quæ causa requires

Nam cunctis iubeo rebus adesse modum.

Strabo libro Geographiæ decimotertio Adrastiam dictam tradit nõ ab aufugiendo, sed ab Adrasto rege, qui primus huic templum constituerit, idq; Antimachi poetæ versibus confirmat:

*Ἐστὶ δὲ τῆς νέμεσις μεγάλη Διὸς, ἡ τὰ δὲ πάντα θεῶν μακάρων ἔλαχεν. θρωμὴν δὲ οἱ εἶσατο πρώτῳ*

*Αδρήσις ὅ ποταμοῖο παρὰ χέρον αἰσίου.*

*Ἐὶ δὲ τε τίμνται τε καὶ ἀδρήσια κληθῶν.* i.

Est quædam Nemesis dea magna, cui omnia quadam hæc

Sunt data sorte Deum. At huic primus condidit aram

Adrastia iuxta Aefopi sacra fluenta.

Atque inibi coliturque tenetq; Adrastia nomen.

Huius oppidi meminit Plinius libro quinto, capite trigesimo secundo his verbis, *Parium colonia, quam Homerus Adrastiam appellavit. Adrastiz deæ mentionem facit & Plato in Phædro. Ammianus libro decimo quarto. Hæc & huiusmodi innumerabilia vltrix facinorum impiorum, bonorũq; præmiatrix aliquando operatur Adrastia, atq; vti nam semper, quam vocabulo duplici etiam Nemesis appellamus, Hæc aiunt ex opinione veterum lunæ superpositam, generali potentia præsidere satis, omnia terrena despectantem, vt reginam & arbitram rerum omnium, quæ præcipue fastui insensu, nunc erectas mentium ceruices opprimit, & enervat, nunc bonos ab imo suscitans ad bene viuendum extollit. Huic antiquitas addidit pegasus, celeritatis symbolum; dedit gubernaculam & rotam, significans illam per omnia discurretem singula moderari. Idem lib. 22 Ideo intollerabilem, humanorum spectatrix Adrastia, aurem quod dicitur vellēs, monēs vt castigatior viueret, &c. Zenodotus originem adagionis ad huiusmodi fabulam refert, quam quidē non admodum sane lubentes, adseribemus tamē, ne lectorem auidũ hac fraudasse videamur. Eteocles & Polynices post interitum Oedipi patris, de regno Thebanorum hac lege pacti suat, vt imperiũ alternis annis administrarent. At Eteocles, nam huic sorte primus obtigerat annus, exacto tempore recusauit fratri vices regni tradere. Itaque Polynices repulsus, in Adrastritione Argos profugit, noctũque appulit. Hic cum forte Tydeum esset nactus, qui ob cædem perpetratam de Calydone profugerat, cum eodem prælium conferuit, inter quos clamore tumultuq; coorto, interuenit Adrastus, & pugnantes diremit. Atq; ibi simul recordatus oraculi cuiusdam, quo moni-*

tus fuerat, ut apro & leoni filias suas in matrimonium collocaret, utrumque sibi generum adsciuit. Habebat enim in clipeis, alter apri, alter leonis figuram: Pollicitusq; est se utrumq; restitutum in patriam. Cumq; primum Polynicis nomine Thebas fuisset adortus cæsis Argiuorum optimatibus, Adrastus solus effugit. Interfectorum cadaver cum Thebani insepulta abiicerent, neque sepultura dignarentur, liberi cælorum ad aram Misericordiz confuientes parentum cadauera redderent. Atheniensibus exercitum admoventibus Thebani cadauera reddiderunt. Quo tempore & Eudæne Capanei vxor, semet in rogam abiiciens, vna cum viri cadauere combusta est. Post id temporis filii Argiuorum, qui perierant ad Thebas, nullam vnquam reportarunt victoriam, suis partem auspicis: sed stipendiarii pro externis militabant. Diogenianus paræmiam effert ad hunc modum, *ἡ νύμφη πρὸς πόδας βαίνει*, id est, Nemesis ad pedes adit. Galenus denique libro De vsu partium humani corporis sexto *μυμοὶ δὲ πρὸς τοὺς ἀδρᾶστιας ὡς δὲ εἰς ἰκφυγῆται βισμὸν*. id est, Meminisse ac declarare quod Adrastiz legem nullus effugiet. Ac paullo inferius, *ἐκ τῆν ὀύσας ὁ μῦθόν τῆ ἀδρᾶστιας ὀύμον*. id est, Haud cogitans opinor Adrastiz legem. Miniratut medicis, qui falsa pro veris docent. Eadem appellatur Rhamnusia, à Rhamnunte Atticæ loco cognominata, vbi quemadmodum ostendit Zenodotus, huic deæ statua est, solido lapide, decem cubitorum magnitudine, Phidiz opus. Fingebatur autem olim Veneris specie, quamobrem & malum arborem dextra tenebat, ut auctor est Eudemus. Hoc adagium quamquam se parauit Zenodotus, tamen visum est cum superiore coniungeret, cum nihil intersit præter commutatam cognominis vocem. Plin. lib. 28. cap. 2. Cur & fascinationibus adoratione peculiari occurrimus? Alii Græcam Nemese inuocantes, cuius ob id Romanum simulacrum in Capitolio est, quamuis Latinum nomen non sit.

#### Risus syncretus.

*Γέλως συγκρῆσις*. Risum effusio rem, Græci *συγκρῆσιον* vocant, quod hominem quatiat, quem eundem quidam existimant Sardinium esse. Putant autem, & recte putant,

hunc risum graui viro vehementer indecorum esse, propterea quod videatur ab animo impotente proficisci. Siquidem ut turpe est viro graui muliebri more iulare, si quid dolcat: ita gaudio immoderato in cathinnum effundi parum decorum est. Simili figura Philostratus in Sophistis aliquoties dixit, *πλάτη γέλωι*, id est, late diductoq; ore ridere.

#### Rosam, quæ præterieris, ne quatias iterum.

*Ῥόδον πᾶρ ἐλὼν μὴ κίττι ζῆται πύλιον*. id est, Ne quære rursum præteritâ semel rosam. Ne te maceres desiderio rerum, quæ reuocari restitutiq; non queunt, velut exactæ iuuētæ, formæ, virium, fortunæ. Nam ut nihil est gratius, ita nihil minus diuturnum. In eundem sensum dixit in Odis Horatius.

Mitte sectari rosa quo locorum

Sera moretur.

Habent enim rosæ suum tempus, sed perbreue. At exquisitius delicati, etiam alieno tempore rosam quærent. Vnde quadrabit & in eos, qui iam *ἐξῆροι* voluptates sectantur: velut si nucibus ludat vir, aut amer, potitctve fenex.

#### Rosam cum anemona confers.

*Ῥόδον ἀνιμῶνι τυγκρῖνεις*, id est. Rosam cum anemona confers, vbi quis vehementer imparia inter se cõponit. Rosa præcis in precio fuit. Anemona papaueris genus, cuius flos specie quidem rosam imitatur, ceterû nulla odoris gratia. Passim nascit in agris, cum olim rosæ summus sit habitus honos.

#### Rhodijs sacrificium.

*Ῥόδιοι τῶ ἐυσίῳ*, id est, Rhodientes sacrificium, vbi res iurgis & verbis male ominatis paragitur. Refertur à Diogeniano. Idem est cũ eo quod paullo superius tetulimus, *λίνδιοι τῆ ἐυσίῳ*, i. Lindi sacrum. Nã Lindus ciuitas in Rhodo est, teste Stephano, à qua deductus videri possit Londinium apud Britannos, quam urbem Stephanus Lindoniũ vocat, citatq; Martianum auctorem. Siquidem vtraque insula est, Rhodus & Britannia, ac vetus eius gentis lingua, quæ nũc Vualica dicitur, satis indicat, eam aut profectam à Græcis, aut certe mixtam fuisse. Ne mores quidem admodum dissident à Græcænicis.

#### Rhodiorum

*Rhodiorum oraculum.*

*Ροδίων χρῆσιμος*, id est, Rhodiensium oraculū.

Vbi quis de re minuta nimium crebro, nimiumq; diligēter sciscitatur. Etenim Rhodienſes Lindiæ Mineræ sacrificantes, dies aliquot apud aram dex conuiuia prorogabant, atque inibi perpetuo manebant. Cūq; illis mos non eſſet matulam in sacrificium inferre, ac ſuper hac re deum conſuluiſſent, atque vt inferrent, reſpondiſſet, illi-rursus ambigere cœperunt; verum zεεῶ, an teſtaceam inferre deberent: ac denuo ſuper hoc aduentibus oraculum, indignatus Deus, neutram reſpondit. Reſertur à Diogeniano.

*Ruſticanum oratorem ne conſempſeris.*

*Αγροῖς μὴ καταφρονεῖς ῥήτορα*, id eſt, Ruſticanum ne conſempſeris rhetorem. Admonet adagium ne quem ob imperitiam, infantiamve ſtuidiamus. Neque ſpectemus a quo, quove pacto dicatur, ſed quid. Qui valent eloquentia, non perinde curādum eſt, quid mimentur, aut polliceantur. At penes quos ruſtica veritas eſt, ſi quid vel inculce dixerit aut quaquam oportebit negligere. Siquidem huiuſmodi plus ſolent emicere quam loqui. Auctor Diogenianus.

*Rus ciuitas.*

*Αγρός ἢ πόλις*, id eſt, Rus ciuitas. Vbi quis in urbe neglectis legibus, vi proq; ſua libidine rem gerit. In ciuitatibus enim legibus ex quo viuunt, in agris licentius agit. Epitharmus apud Diogenianum, *Αγρὸν πλὴν πόλιν πρῶς*. id eſt, E ciuitate rus facis. Quadrabit etiam in ciuitatem in qua legum nō magnus haberet reſpectus. Huc adluſit Seneca in ludicro libello, quem luſit in Claudio Imperatore. Vos mera mapalia ſciſtis, volo ſeruetis diſciplinam curæ.

*Cicernus Bacchus.*

*Επειδήθεο δῖόνυσος*, id eſt, Cicernus Bacchus. De re vehementer contempta. Sumptum adagium à potu ex leguminibus conſecto, qui vinum imitatur. Veteres autem diuerſi rationibus vinum effingebant, quarum nonnullas commemorat Plinius libro 14. cap. 16. Idem lib. 2: cap. 25. meminit de Zyto Aegyptiorum, Celia Hispanorum, Ceruiſia Gallorum. Erat id potus genus ex

leguminibus coctum, quod inopia vini perceptum eſt in his regionibus, quæ vitē non ferunt. Hinc natum videri poteſt, & illud quod alibi reſtilimus adagium, *ἔδιν πρὸς δῖόνυσον*, id eſt, Nihil ad Bacchum, vt id dixerit quiſpiam guſtata ceruiſia. Porro contemptam ſaſtuditamq; fuiſſe ceruiſiam iis, qui catenus aſſucuerant vino, vel Epigramma teſtatur, quod Iuliano Imperatori tribuunt. Id eſt, huiuſmodi:

*Τίς; πῶδιν εἰς δῖόνυσος; μὲ μὲρ τὸν ἀλδιεῖα βῆκχον*

*Οὐτ' ἐπιγινώσκια, τὸν δ' ἐσοῖδαμόιον.*

*Καὶθεὶ νικτρε ᾧδ' ᾠδ' εἰς; οὐδὲ τρεῖς γ. ἢ φάσις κελπόι*

*Τῆ πινῆ βοτρῦων τ' ἀνίεμ' ἀπ' ἀεσχῶων.*

*Τῶ σὲ χεῖ καλέειν, δ' κ' αὐτῆριον, δ' δῖόνυσον,*

*Γυρογινῆ μάλλον, καὶ βοτρῶν, δ' βεβῆμιον.* id eſt; Bacche quis? unde venis? verum tibi dēiero Bacchum

Te haud noui, tantum eſt cognitus ille Iouis.

Is neſtar redolet, hircum tu. dic age nū te Eſpicis finxit Gallia vitis inops?

Non igitur Bacchū te dixerō, ſed Cerealē, Et frumentigenam, nec Bromium, imo Bromum.

Eſt autem Bromos hordei genus quoddā: ſed à Theophrasto lib. De plantis octauo, inter ea ponitur quæ pæne ſylueſtria ſunt & immitia. Plinius poſtiſſimum vſum eius generis putat, quod illius ſpuma cutem feminarum in facie nutrit. Nam quod ad potum ipſum attinet, inquit, præſtat ad vini tranſire mentionem.

*Ne quære mollia, ne tibi contingant dura.*

*Μὴ τὰ μαλακὰ μῶιο, μὴ τὰ σκληρὰ ἔχης*, id eſt, Ne quære mollia, ne dura ſeras. Reſertur à Phurnuto in opere de natura deorum, capite de Muſis, & ita reſertur, tanquam vulgo iactatum. Congruit in eos qui dum nimis improbec moroſe petunt, quæ volūt, offenſis iis à quibus petunt, accipiunt ea quæ nolunt. Aut in eos qui dum præter modum captant voluptatem, incidunt in moleſtiam.

*Ne Exceſſides quidem viam inuenerit.*

*Οὐδ' ἐξεκείδης ἂν εὐροπὴν ἐνδ' αἴω δῶδιν*, id eſt, Ne exceſſides quidem rectam viam inuenerit. De negotio perplexo atq; inexplicabili. Exceſſides quidā vulgo male audiit, quod



quod immodicus esset in peregrinationibus, ut omnes vias quam maxime cognitatas haberet, Idem taxatur ab Aristophane in Auibus.

*Εἰ δὲ δῖος ἐστὶ καὶ κάρ, ὡς πρὸ ἐξέκτισίδης. i.*  
Quod si seruus est & Car quemadmodum Excectides.

Rursum in eiusdem fabulæ initio.

*Οὐδ' ἂν μὰ δ' ἰαγ' ἴτιν εἶν ἐξέκτισίδης. id est,*  
Non per Iouem hinc vel ipse viam Excectides.

Subaudiendum, inuenerit. Vnde dicit ceptum de his qui tota aberrassent via, aut qui difficili inexplicabiliq̄ue negotio distingerentur.

#### *Hermonium officium.*

*Ἑρμόνιος χάρις, id est,* Hermonium beneficiū. Quoties aliquis studet officii causa videri facere, quod alioqui coactus facit, non quo commodet cuiquam, sed quod non liceat se eius agere. Hanc paræmiam ad huiusmodi referunt fabulam: Gens quædam Pelasgica, quæ Lemnū incolebat, nauibus transmissit in Bæbronē, vel, ut Herodotus, Brauronem Atticæ regionem, atque ex ea mulieres raptas abduxerunt. Post ubi pestilentia laborarent, oraculo iussi sunt Atheniensibus satisfacere, atque ita futurum, ut pestilentia liberarentur. Athenienses rogati quo pacto placari vellent, denuntiarunt ut Lemno decederent. Hanc conditionem cum audissent Pelasgi, periocum responderunt id facturos sese, si quis Borea vento vnus diei nauigatione domo profectus Lemnum transmitteret. Euenit deinde ut cum Darius in Thracia agens, omnia vndiq̄ue subigeret, Miltiades dux Atheniensium è Cherroneso soluens, Lemnum aggrediretur, Pelasgis denuntians se Borea vnusque diei cursu adesse domo profectum, nam Cherronesum tenebat, atque illic habitabat. Itaque Hermon Pelasgorum princeps Lemno cessit. Idq̄ue cum Darii metu compulsus faceret, ad simulabat tamen se volentem cedere, quo gratum faceret Atheniensibus. Huiusmodi ferme comperimus in Græcarum collectaneis. Aemilius Probus in Miltiade aliquāto diuersus rem narrat. Cum Athenienses decreuissent coloniam mittere in Cherronesum, quæ tum à Thracibus tenebatur, consultus Apollo quem sibi ducem sumerent ad expellendos Thra-

ces, iussit ut Miltiadem adficeret. Is Lemnum aggressus, postulauit, ut se sponte decederent Atheniensibus. Lemnii periocum responderunt, se id tum facturos, cum ille domo nauibus proficiscens vento Aquilone uenisset Lemnum. Nam hic ventus aduersus est Athenis proficiscentibus Lemnū Miltiades ne illic tempus terreret, Cherronesum profectus est. Ea capta, rebusq̄; illic ex animi sententia ordinatis, rediit Lemnum & ex pacto postulauit insulam. Nam se vento Borea domo profectum venisse; quod in Cherroneso domum habebat, decreuerat enim illic manere. Itaq̄; qui Lemnū tenebant, cessere metu. Simplicius quidem Pamphilus ille Terentianus, negans liberi hominis officium esse, cum nihil mereatur, postulare id sibi gratiæ apponi.

#### *Ex arena funiculum necis.*

*Ἐξ ἄμμου χονίον πλέκας, id est,* Ex arena fund necis. In stulte frustra q̄ue conantem quipiam dicebatur: aut ubi quis ea connectere laboret, quæ nequaquam cohæreant Apposite dicitur in orationem, aut syllogismum male cohærentem. Ut ad sine sit illis, Arena sine calce, & Dissolutæ scopæ. In hanc fere sententiā vsurpauit Irenæus libro primo, Veluti faciunt qui colligunt Homero centones. In summa quaderabit in quiduis *ἀδύατον καὶ ἀτοπον*, ut pertineat, & ad illam formam, Latet em lauas & Aethiopera dealbas.

#### *Halcedonia sunt apud forum.*

Quod dixit in Cassina Plautus, Halcedonia sunt circa forum, prouerbii speciem gerit. Significatur hac voce tranquillitas & silentium. Idem in Pœnulo, Nisi mihi illam tam trāquillam facis, quam mare est olim, cum ibi halcedo pullos educat suos. Extat etiam in Græcorum commentariis huiusmodi prouerbium, *ἀλκωνίδας ἡμέρας ἄγως*, id est. Halcyonios agis dies, de tranquillam & otiosam agentibus vitam. Aristophanes in Auibus:

*Ἀλκωνίδας τ' ἡγὼ ἡμέρας δει. id est,*

Atq̄; halcyonios duxit adiectum dies.

Ab aue quadam marina ductum adagium, quæ Græcis Halcyon dicitur, Latinis Halcedo, ut auctor est M. Varro libro Delingua Latina tertio, ne quis Plautinum verbum deprauatum esse putet. Fabula de Ceyce, & Halcyone

Halcyone est apud Ouidium. De aue sic refert Plinius lib. 10. cap. 32. Halcyon paulo amplior est passere, colore cyaneo ex parte maiore, tantum purpureis & candidis admixtis pennis, collo gracili & procero. Ea fortificat bruma, qui dies Halcyonides vocantur. Neq; apparēt nisi mari tranquillo maxime Siculo. Faciunt autem septem ante brumam diebus nidos, & totidē sequētib; pariunt. Hi dies & nautis sunt notii. Nam in his tempestatem non metuunt. Nidificānt autem medio in mari. Nidi pilz figura, paulum eminenti, ore per quā angustio, grandium spongiarum similis rudine, ex spiniis aculeatis compacti, tanta duricie, vt ferro incidi nequeant. Franguntur ictu valido, vt summa arida maris. Hactenus Plinius. Lucianus de tranquillitate Halceoni dum dierū testatur in dialogo, cui titulus ἀλκυών. Vergilius inter prognostica futuræ tempestatatis hoc quoque refert:

Non repidum ad solem pennas in litore pandunt.

Dilectę Thetidi Halcyones.

Meminit harum & Theocritus Idyllio 7.

Χ' ἀλκυόνες φορεύσι τὰ κνύματα, τήντι θάλασσαν,

Τόντε νότον, τόντ' ὄθρον, ὃς ἔχεται φύκισ κίεϊ,

Ἀλκυόνες γλαυκῶς κηρύσσεται τε μάλισα

Ορηίδων ἐφίλαδιν, ὅσας τε περ ἐξ ἄλλ' ἄγρον.

Halcyonesq; vndas sternunt, pelagusq; ne notumq;

Atque eorum extremam motantem flatus algam,

Halcyones quas inter aues Nereides oēs Vnice amant glaucę, quęcunq; ex equore partum Venantur.

*Empedoclis similtas.*

Ἐμπεδοκλέης ἔχθρα, id est, Empedoclis similtas, dicebatur pertinax & irconciliabilis. Empedoclem enim aiunt iis fuisse moribus, vt ad huc similtatem cum aliquibus susciperet, eamq; pertinacissime exerceat. Quadrabit etiam, vbi quis leni de causa ex amico sit inimicus. Refertur à Diogeniano. Suidas ex Lysia citat hęc verba, ὡμην δ' ἔργου τοιούτη φιλία σωτηριώδεια, ὡςτι μὴδ' ἐν τ' ἰμπεδοκλέης ἔχθραν ἐμπεδῶν ἡμῖν γινέσθαι. i. Ego sane putabam nos eiusmodi necessitudine copulatos esse, vt ne Empedoclis quidē

similtas nobis possit obstarē. Referendum ad illud quod alio dictum est loco, Oidium Vaticanum, & Oidium nouercale.

*Pluris est oculus testis vnus, quam auris decem.*

PLAVTVS in Truculento, Pluris est oculus testis vnus, quam auris decem, hoc est, Longe maior est habenda fides referētibus ea quę viderint oculis, quam iis qui narrāt ab aliis audita. Idem innuunt poetę, duas apud inferos insomniorum fingentes portas, alteram eburnam, per quā falsa insomnia veniant ad superos, alteram corneam, per quam vera. Vergilius Aeneidos sexto Homerum imitatus ex Odiseę τ.

Sunt geminę somni portę, quai vna altera fertur

Cornea, qua veris facilis datur exitus vmbri,

Altera candenti perfecta nitens elephāto, Sed falsa ad cęlum hac mittunt insomnia manes,

His vbi tum natum Anchises, vnaq; que Sybillam

Prosequitur dictis, portęq; emittit eburna.

Seruius interpretatur per corneam portā, oculos intelligendos, quod colore sint corneo; per eburneam dentes, nimirum osseos & candidos. Per corneam egredi veras vmbas, quod ea demum certa sint quę conspiciuntur oculis. Per eburnam falsas, quod vana plerumque soleant esse quę fama percipiuntur. Itaque Aeneas per eburnam portam demissus, significat pro falsis habenda, quęcunq; de inferis narrarit poeta. Adagii meminit, & Apuleius libro primo, Floridorum, narrans quemadmodum Socrates prouerbiū inuenterit: Pluris est auritus testis, quam oculati decem. Nam cum conspexisset adolescētē decorum, sed diutine tacentem: Vt te videā, inquit, aliquid eloquere. Sensit itaque Socrates aurium iudicium certius esse quam oculorum, quod oculis non nisi corporis formam contueamur, ex oratione mentis habitum deprehendam.

Iustinianus Institutionum libro tertio, de gradibus cognationum, oculatā fidem appellat, eū res subicitur oculis. Vnde cęcam diem appellant, cum non protinus exhibetur partum, oculatam, cum presente pecunia res agitur.

*Ynfi*

*Vulpi esurienti somnus obrepit.*

Ἐπιούσαν ἀλώπεικα ὑπὸ ἐπιέρχεται, id est, Esurienti vulpi somnus obrepit. Vbi quis inopia cibi dormit. Nā nōnullis pauperibus somnus loco pastus, testante versiculo illo proverbii instar celebrato:

Υπὸ δὲ πείναν τὴν κακίχρατον δαμά. i. Somnus domat famē malorum pessimū. Pauperem autem vulpē appellat, quod callida sit inopia, & multarum reperitrix artium, iuxta illud quod alibi retulimus, πνίκα τὴν σοφίαν ἔλαχε, id est, Paupertas sapientiā sortita est. Neque perperam dicitur, & in illos qui dissimulant, conniuentq; ad quaedam, vt per occasionem aliquid commodi ferāt. Si quidem vulpes vrgente fame somnū adsimulat, vt adlectas aues capiat, deuoretq;. Fit autem hoc physica quadam ratione, vt famem ac sitim extinguat somnus. Adagiū recensuit Diogenianus.

*Ad deorum aures peruenit.*

Εἰς θεῶν ὠτα ἦλθεν, id est, Ad Deorum aures peruenit. Vbi factum aliquod clanculum patratum, resciscitur ab iis qui possunt vel remunerari recte factū, vel punire secus admissum. Sic. n. imaginantur poetæ, quæ re Æt, secusve gerantur in terris, ea per Mercurium explorata referri Ioui. Is deinde concilio deorum cōuocato, de pena statuit. Est illud etiam nunc soleme in principum, & pontificū litteris, Ad nostras aures puenit. Paulo diuersus pastor ille Vergilianus.

Et quoties, & ἡ nobis Galatea locuta est, Partem aliquam venti diuum referatis ad aures.

De rebus egregiis, quasq; deorum auribus dignas iudices. Iridem Horatius:

Et Ionis auribus ista Seruas.

*Admirabiles in nectendis machinis Aegyptij.*

Ἐπιούσαν πλείων τὰς μηχανὰς αἰγύπτου, id est, Nectunt stupendas machinas Aegyptii. De versutis, & vt ait Plaut. consutis dolis dicitur. Torqueri potest, & in perplexas sophistarum argutias, ac syllogismorum inexplicabiles labyrinthos. Aut in sycophantias ac delatores qui vera falsis permiscendo nectunt calumnias. Ammianus 14. refert, Paulq; cuidam qui plurimos admirandis technis deserebat apud Constantium, vul-

go cognomen inditum cæthenæ, quod in complicandis delationibus nodos necteret insolubiles. Celebrabantur olim Aegyptiorum opera ex variis lignorum frustulis miro quodam artificio connexa, quorum est & Herculanus nodus. Adagium hoc cognatum est illi, quod alibi retulimus, κασσιωτικὸν ἄμμα, id est, Cassioticus nodus. Cassium enim in Aegypto est, quemadmodum paulo superius ostendimus.

*Acesei & Heliconis opera.*

Ἀκείσιος, κίε ἑλικῶν ἔργα, id est, Acesei & Heliconis opera. Quæ singulari artificio confecta viderentur, sic antiquitus appellabantur. Locum proverbio fecerunt duo quidā celebratae artis artifices, Aceseus natione Patrensis, & Helicon Carystius. Hi primi cōtexuisse dicitur pepulum Palladis Poliadis: id enim cognomen Minervæ, quæ in arce Atheniensium colebatur.

*Acesias medicatus est.*

Ἀκείσιος ἰάσατο, id est, Acesias medicatus est & dici solitum de re quæ semper vergeret in deterius, quoque magis accuraretur, hoc peius haberet. Occasionem adagio dedit Acesias quidam medicus imperitus & stupidus, qui dum cuidam pedum dolore laboranti mederi studet, auxit dolorem. Vnde Aristophanes:

Ἀκείσιος, inquit, τὸν πρῶτον ἰάσατο.

Quod ea pars, quantumvis cures, tū per se semper inquinetur. Auctor Diogenianus.

*Agamemnonij putei.*

Ἀγαμμενῶνα φερέτα. i. Agamemnonii putei. De nouis & admirandis operibus dicebatur. Aiunt enim Agamemnonem & circa Aulidem, & passim in omni Græcia, puteos effodisse, ne per æstum aquarum inopia laborari posset. Auctor Zenodotus.

*De fera comedisti.*

Ἀγρίν βίβρακας, id est, De fera comedisti. Dicebatur olim oscitanti. Nam vulgo creditū carnem serinā comestam crebras oscitationes excitare. Venustius erit, si commode transferatur ad supinos, oscitabundos & negligentes.

*Ruris fons.*

Ἀγρὸς πηγή, id est, Ruris fons, De nimiū laboriosis,

riosis, & per se tuo operi assidentibus Cuiusmodi fingit Menedemum Terentius. Conuenientem & de negotio laborioso, cuiusque nunquam exhausti satis est. Nam hoc ipsum verbum πῆνυ hyperbolem habet copiz, non tantum apud Græcos, verum etiam apud Latinos.

*Aesopicus sanguis.*

Αἷος ἀπὸν αἷμα, id est, Aesopicus sanguis. Delphi Aesopum quendam nihil commeritū interemerunt, eamq; ob causam iratū nomen dira illis vaticinabatur. Sunt qui putent hunc Aesopum esse, cuius noīe serunt apologi. Traduntq; huiusmodi quædā super illius interitu, tamen si fabulis quam vero propiora. Cum Delphos profectus genit illius iram in se cōiuitis & contumeliosis apologis cōcitasset, Delphi sacra phiala in huius perā clanculum imposita, Phocidem consecuti, comprehensum sacrilegii damnarunt, obtestantemq; ac dira imprecantem præcipitarunt. Mox oborta pestilentia, cōsultum oraculum, admonuit ut Aesopi manes placarentur, itaq; Delphi monumentum Aesopo constituerunt. Ceterū Græciz principes, & eruditi, simulatq; cognouissent indignam Aesopi mortē, Aesopici sanguinē vlti sunt, sublatis iis qui fuerāt mortis auctores. Vnde dici solitum, aut vbi quis præter meritum acerba patetur, aut vbi propter læsam innocētiam irati superi, pœnam immittere viderētur. Meminit huius historiz Plutarchus in commentario, cui titulus τῶν ἀπὸ θεῶν βραδύως τιμαρμύμων. Nenipe Aesopum multā auri vim accepisse à Cræso, uti Delphis splēdide sacrificaret, & Delphorū singulis quatuor minas distribueret. Verum cum incidisset illi nefcio quid dissidii cum Delphis sacrum quidem fecit, ceterum pecuniam quā acceperat distribuendam, Sardis misit, Delphos indignos iudicans eo beneficio. Quamobrem irati, sacrilegii condemnatū præcipitarunt è rupe, quā Hyampetiam vocant. Eo factō deus indicauit terræ sterilitatē, & morborū prodigiōsorū vim instare. Proinde terribi Delphi, in publicis Græciz conuentibus assidue per præconem clamabant, si quis esset qui pœnas Aesopi nomine de se vellet sumere. Tandem tertia generatione Samius Idmon aduenit, nihil affinis Aesopo, sed nepos eorum, qui Aesopū

Samii emerant. huic cum pœnas quasdam dedissent, malis leuati sunt. Indicat eodem in loco Plutarchus dici solere, quoties sero pœna datur.

*Manum ferulæ subduximus.*

Et nos manum ferulæ subduximus, id est, nos quoq; literas didicimus, & præceptorum opera sumus vsi, Nā antiquitus litteratores discipulorum manus ferula cedebant. Est autē ferula fruticis genus, quo non aliud leuius, ut indicat Plinius lib. 13. cap. 21. Græcis γάρβυς dicitur, vtilis ad fucidiōs vacillantes etate senes. Vnde & Baccho Silenoq; sacer, ut vino titubantes fulciat, nec oneret tñ. Est enim ligno durissimo foris, licet intus lignum non habeat. Hac exceptum ignē celestem poetæ fingunt Prometheum deportasse in terras. Postremo hinc sunt sceptrā pædagogorū, ut Martialis appellat, quo terreat magis, quā sedant. Notauit id elegāter Columella i carmine: Nec manibus miteis ferulas. Et ibidem; Ferulæq; minaces Plantantur. Vnde manum ferulæ subduxisse dicuntur, qui delerunt in ludo litterario versari, neque iam pueri docendi, sed vtiūm; docti sunt. Iuuenalis in prima satyra:

Et nos ergo manum ferulæ subduximus, & nos

Consilium dedimus Sylle.

Hieronymus, subduximus accipere videtur, pro eo quod est subiecimus, supposuimus. Sic enim scribit ad Domnionem. Et nos didicimus litteras, & nos sepe manum ferulæ subducere pueri dicuntur, cum metu plagæ subtrahunt manum. Est similis apud Græcos sermonis color. Citatur apud Athenæum libro decimotertio Timocles:

- Δὲν δ' ἔτι

Ἀγνιάσου, καὶ ῥαπιδῆναυ γε, καὶ

Πληγῆς λαβὸν ἀπὸ κλασίου χερσὶν καθύπευθε. id est.

Opus esse ad huc

Trepidare, & alapis cædi, & in teneras manus

Recipere plagas, res profecto suaues est.

*Actæus cantharus.*

Αἰτνωθὶς κάναρος, id est, Actæus scarabeus. De magnis, & scædis. Aristoph. in Pace: Οὐκ οἶδ' ὅποι εἰρήνην αἰτνωθῶν μέγιστον κάναρον.

Aetnæum autem dixit, quasi prægrandem, quod in Aetna varii maximique scarabei sint: vel Aetnæus dixit, tamquam instar Aetnæ montis maximus. Porro scarabeus insecti genus, quod è stercore vt nascitur, ita nascitur. Fabulis quoque ante proditum est, Aetnam vnum è Gigantibus præcipuè complexam fuisse, ac seruasse, ne cum reliquis periret fulmine. Vnde & illud: Οὐτὰ πῦρ ἔρακιον ἐπ' αὐτὸν ἤλθεν, ἕτε ἄτιν πίζει αὐτὸν, id est, nec ignis cælestis illū attingit, nec Aetna illū premit. Auctor Diogenianus.

*Extra chorum saltare.*

Ἐκτὸς χορῶν ἡρεῖσθαι, id est, Extra chorum saltare dicitur, qui dicit aut facit à re, quā proposuit alienum aliquid. Etenim qui choros agunt, certis limitibus, certisque numeris adstricti mouentur, vt liberum non sit, quo liber euagari. Quod si quis discrepet à lege chori, ridiculus habeatur.

*Exordiri telam.*

PLERAEQUE metaphore quæ dicuntur à textina, prouerbii faciem præ se ferunt. Plautus in Bacchidibus: Exorsa hæc tela est non male omnino mihi. Idem in Pseudolo: Neque nunc quid faciam scio, Neque exordiri vnde occipias, habebas, Neque ad detexendam telam certos terminos. M. Tull. libro De oratore dixit, prætexere, pro perficere. Pertexe modo, inquit, Antoni quod exorsus es. Rem enim, quam arte consilioque instituimus, exordiri dicimur. Et reteximus quæ denuo refingimus. Item illud ad Herennium; Ego te iam dexterā ab exordio, id est, ab initio vitæ explicabo qualis sis. Cognatum illi, quod alio commemorauimus loco: Ea tela textitur. ἡμοιωκ ἡπῶσα, Pollux citat ex Græcis auctoribus.

*In caducum parietem inclinare.*

PROVERBIALI figura, in caducum parietem inclinare dicimur, cum nitimur, confidimusque rei parum firmæ, ducta metaphora ab ædificiis. Hadrianus Imperator de comodo adoptato, & Imperii successioni destinato, discitare consuevit, in caducum parietem inclinamus, & perdidimus quater millies sestertium, quod populo & militibus pro adoptione Comodi dedimus. Caducum autem parietem vocabat, quod esset valerudinarius, & rebus geren-

dis inhabilis esse videretur. Item qui senis præsidio nititur, qui forma superbit, qui, in caducis fortunæ bonis vitæ præsidia collocat, recte dicitur, in caducum inclinare parietem. Huic proximum est illud Maronis:

In te omnis domus inclinata recumbit.

*Scipioni arundines innisi.*

AD eandem formam pertinet quod apud Hebræos in prouerbio fuisse videtur: Arundineo inniti baculo, de eo, qui spes suas figit in his, qui non solum non possunt esse præsidio, verum etiam noceant destituto. Si quidem arundineus scipio, non modo non sustinet innitentem, verum etiam manum penetrat, ac vulnerat.

*Homo Bombylius.*

Βομβύλιος ἀθροῦπιος, id est, Bombylius homo, dicitur verbosus, multiq; strepitus, ceterum inutilis. Bombilius Græcis, apis aut vespe genus, à sonitu, sicuti videtur, appellatum, ingens, sed ad mellificium inutile, fauos sibi necit è luto. Est & ingens apis, ac musca, quam à strepitu sic dixerunt. Helychius addit βομβυλίδας, Græcis dici bullas, quas nasci videmus ex aqua, quæ mox eua nescunt. Itè bombylion dici poculi genus, quod paullatim extillante potu sonitū reddit in modum animantis, de quo dictum est, quamquam & huic à bombo vocabulum. Apud Suidam quidam tibiae, pro bombylio, βομβάλιον dixit, addita littera κ, πικρὰ τὸ ἄλωις βομβάλιον. Quin & M. Tul. Philippica tertia meminit cuiusdam Bambalionis, hominis nihili & impeditæ lingue. Bambalio, inquit, quid, pater, homo nullo numero. Nihil illo contemptius, qui propter hæsitantiam lingue, stuporemque cordis, cognomen ex contumelia traxerit. Helychius ait Græcis βομβάλιον esse labii tremere. Nam illi accidere solet hoc vitio lingue laborantibus, quemadmodum & frigore horrentibus. Quamquam autem hæc vox variis modis describitur, tamen eadem est origo, nimirum à sono titubanter loquentium, aut vehementer argentiū. Adagium Refertur apud Zenodorum.

*Enthus obambulas.*

Βῦθος περιφορῆ, id est, Buthus oberrat. De leuiibus

uibus ac stolidis dicebatur. A moribus Buthi cuiusdā athletæ, qui vicerat in Pythiis ludis. Huius meminit Cratinus, ἐν χέροισι, teste Zenodoro. Meminit & Hefichius, indicans & Aristo. alicubi de huius victoria meminisse. Fieri potest, vt huic id nominis inditum fuerit ab edacitate, quod solidos boues vorare soleat. Nā cognominatus est, & Hercules Βυθόλης, quod aliquando esuriens quendā è bubus Theodamantis, quibus ille terram profcindebat abductum occidit, ac vorauit. Vnde videtur dici posse in edaces, hoc est, Βυφάλης.

*Bunas index est.*

Βύνας, δ' ἰκάλει, id est, Bunas indicat, In nonnullis codicibus scriptum est βυλάς, non βύνας, sed deprauata. Vbi lis in longū profertur, nec vnquam explicatur. Parcemia nata à Buna quodam Atheniensi. Cū esset controuersia inter Calidonios & Eleos, vtri que rem ad arbitrium Bunæ detulerūt. Cōuenerat autem, vt à manibus temperarent, donec ille de negotio pronuntiafset. Quod vbi sensisset Bunas, de industria audiebat quidem vtranque partem, ceterū perhēctas occasiones rem in longum distulit, nec vnquam delitem voluit pronuntiare. Auctor Mnaſcas apud Zenodotum.

*Bos sub iugum.*

Βῆς ἐπι ζυγόν, id est, Bos sub iugum, vbi quis assidue laborat, aut vbi se quis laborioso inuoluit negotio. Duētum à bubus agricolis. Quin & hic erit locus vtendi, cum nega bimus aliquem ad id trahendum negotii, ad quod administrandum parum sit idoneus, sed eum qui sit aptus, quod bos in go ducendo natus videatur non item canis, aut ceruus. Proinde cōsine fuerit illi, quod alio positum est loco, bos clitellas. Recentet Zenodotus.

*Tenui filo.*

TENUI filo, pro stilo subtiliori, minusq; grandiloqua oratione. Nam Rhetores tres faciunt orationis χαρακτήρας, grandem, tenuem, & mediocrem, sumpta metaphora à nentibus, aut certe à textoribus. Horatius:

- Tenui deducta poemata filo.

Aufonius in oratione, qua Gratiano Imperatori de consulatu gratias agit. Tenuiori, inquit, filo, vt dicitur, deducta libauerim. Cui diuersum erit, Crasso filo, Crassiore si-

lo. Veluti si dicas, Barbaros crasso filo tractare rem theologicam. M. Tull. libro De oratore 1. dixit, vberiore filo, pro copiosius: & in Senectute, aliud filum orationis, pro alio dicendi genere.

*Tenui vena, diuise vena, tenui canale.*

REM eandem alia reddunt metaphora, cū aiunt: Paupere vena, benigna vena, diuite vena. Venam autem appellant indolem, & vim geniuam ingenii, trāstatioe ducta, vel à fontibus, quorum alii angustiore vena manant, alii tanta, vt flumen ingens efficiant: vel à metallis, quorum etiam venæ non genere tantum, sed & copia differunt. Simillimū his est, quod ait Quintilianus lib. 11. Plenior tamen hæc canali fluunt. Vos Albani tumuli atque luci.

*Υπεμαζών.*

Μάζα Græcis genus est cibi è simila tritici, quod, vt apparet, in deliciis erat, vnde vulgari ioco dicebant, ὑπεμαζών, pro opipare, splendideque viuere, siue ob egregias mazas, siue quod aliquid his etiam lautius sumerent. Eam vocem Iul. Pollux lib. 7. indicat fuisse veterum, pro qua recentiores dixerint κρεῖταιν, à iumentis ductum quibus hordeum placete sunt. Illud mirum cum hoc, verbum proferat ex Aeschylō & Sophocle cur recentiorum esse dicat, nisi forte apud recentiores cœpit vsitatus esse quam ὑπεμαζών. Enplous ad Thalasseroem: ὑπεμαζώας ἡμέμινες, Ακρίω γὰρ σε ληδ' εἶς γαιωκίδς ἐρᾶν, id est, aut luxu distituis, aut insanis. Nā audio te captum amore mulieris maledicę. Consimili forma dicebant μαπνάζεν, à Matya cibi genere, quod Athenæus lib. 14. recentet inter secundæ mensæ delicias.

*Ne propius ferire.*

Οὐδ' ἴκταρ βέλλαν, id est, Ne propius quidē ferire dicuntur, qui procul absunt à scopo, multo que interuallo aberrant à re proposita. Sumptus est ab imperitis sagittariis, cuiusmodi, cum Diogenes ille Cynicus conspexisset, proxime scopum consedit: rogatus quid sibi vellent, ne me feriat, inquit, inueniens quiduis illum tæcturum potius, q̄ scopum. Ergo qui nimium aberrant à signo, ὅσ' ἴκταρ βελλᾶν dicebantur, perinde valet quasi dicas, ὅθεν ὄμοιον, id est, Nihil simile ἀπὸ σκοπῆ dixit Homerus, Vsur-

Gg 2 pauit

*Circulum absoluerē.*

*Thracēs fœderā nesciunt.*

Τὸν κύκλον ἀποτελεῖν, id est, Circulum absoluerē, est rem omnibus numeris, omnibusque partibus perfectā reddere. Vnde & κωλοπαίδεια dicta, quæ disciplinarum omnium velut orbem absoluerit, & ἐγκυκλιῶ παυθεῖα. Metaphora sumpta videtur à mathematicis, apud quos circularis figura perfectissima absolutissimaque iudicatur. Vnde illud non sine causa laudatum carmen de sapienter:

Mundi instar habens teres atque rotundus, Externæ ne quid labis per leuia sidat.

Confinē illud, πᾶν τι ζυβῶ, id est, Omni numero. Ita Fabius in præfatione libri 8. Quæ ut per omnes numeros, & penitus cognoscere, ad summam scientiæ necessarium est, ita incipientibus simplicius, ac breuius tracti magis conuenit, quod à musicis ductum videtur.

*Calidam veruti partem.*

Τὸ θερμὸν τῆ ὀβελῆ, id est, Calidā veruti partem. Subaudiendum adripuit, aut simile quippiam: vbi quis per imperitiam negotii ea parte rem aggreditur, qua minime tutum fuerat aggredi. Aut vbi quis ob inscitiam pro melioribus eligit peiora. Zenodotus ait huius adagii meminisse Sophoclem. Sumpta metaphora ab iis qui per imperitiam, eam veruti partem manuprehendunt quæ caler, deinde offensus ieiiciunt, & alteram partem apprehendunt. Non vsque quaque; dissimile huic κλιβὲς πλωγῆς ῥοδῶ οἶσεν id est, Piscator ieiū sapiet, quod alio loco retulimus.

*Titanicus aspectus.*

Τιτανικός βλέπων, id est, Titanicum tueri, hoc est, vultu Titanico obtueri. Titanicū autem toruum vocant ætæticum: ac cuiusmodi fuisse ferunt veteres illi Titanes. Lucianus in Timone: Εκπετάσκει γὰρ πῶ πώγων, καὶ τὰς ὀφθαλμοὺς ἀκαταίνας, καὶ βρεινυμένους τι πρὸς αὐτὸν ἔρχεται τιτανικός βλέπων id est, Itaque promissa barba, reductisque supercilii, secum murmurans nescio quid accedit Titanico vultu aspiciens. Idem in Xaromenippo, ὁ δὲ δὲ μάλα φοβερός δ' ἔρμυτε καὶ τιτανικός εἰς ἐμὲ ἰπιδῶν, id est, At Iupiter admodum terribiliter, acriterque & Titanico me intuens vultu.

Θρακοὶ ἀρεῖς ἐκ ἐπισυνταῖ, id est, Thracēs fœdera non norunt. Apud Thracēs euenit, ut natu maximus quidam iaculo perpectus adactō interierit. Vnde Ionibus & Aeolibus veluti per ænigma dici cœptum: Θρακίς ἄρεκα ἐκ ἐπισυνταῖ, quod natu grandibus honos magis debeatur apud hos qui legibus viuunt. Porro Thracum barbariem, & immanitatem perfidiamque; satis arguit interemptus à Polymnestore Polydorus, hospitiū iure violato. Et Euripides i Hecuba:

Τὰχ ἂν πρὸ ἡμῖν ἔκδοιον εἰκοτονεῖν,

Ἡμῖν δὲ γ' αἰχρὸν τοῖσιν ἑλλασιν τόδ'· id est, Iugulare forsità hospitem vobis leue est, Nobis Achiuis istud oppido est graue.

*Thynnissare.*

Θαυνίσαν, Græci transferunt pro stimulare pungereque, vel quod hic piscis, quo sit palato gratior, pundi solet vel quod ipse piscis adurat, pungatque contactu. Plin. lib. 9. cap. 15. rem auditu nouam memorat de Thynnio. Ait in mari animalculū esse per quā exiguū, aranci magnitudine, (scorpionis effigie: id se Delphiuo, & ei qui gladius vocatur, crebro Delphini magnitudinem excedenti, sub pinna adfigit aculeo, tantoque; infestat dolore, ut in naues sæpenuero exsiliant. Athenæus libro Dipnosophistarum septimo, prodidit Thynnorum generi, quos Athenienses Thynnidas appellant, subter ventrem pinnam affixā esse, quæ vocetur athera. Addit pisci nomen inditum πεφὰ τὸ ὕεν, quod impetu feratur, præsertim cum citro concitus agitur, id quod illi accidit circa solstitium æstiuum. Id est animalculum in capite specie scorpii, magnitudine drachmæ. Quo malo sic exagitantur, ut ex aquis subiliant, non minus alte quam Delphini. Atque huius rei testē adducit Aristotelem. Lucianus in Ioue Tragædo: Ἀπόγει, θωνικός ἐ τὸ ἐνθύμιμα ὡ πῶσας ὀσ, καὶ κομίδ' ἐ πᾶχ, id est, apage Thynni cum entymema Neptunc, & supra modū pingue. Rursum in eodem Dialogo ad id verbum adludens: Εἰ τ' αἰμὲ ἕτως ὕμιν ἀποτελώιστε, id est, Si mea vobis ita expuncta sunt. Adagium recensetur à Diogeniano.

*Citius vsura euenit, quam Heraclius.*

Θαῖτην ὁ τόκος ἤρακλήτῃ περιεὶο τρέχει, id est, Citius

Citius vsura quam Heraclitus celerrimus currit. Admonet adagium abstinendum à mutua pecunia, quæ credatur ad vsuram. Nam opinione celerius recurrere diem vsurarium. Sumptum prouerbum ab Heraclito quodam celeritate currendi præter ceteros eximio atque excellenti. Iuxta Doricam dialecton dictum est, ἡρακλείτω & περιώ pro ἡρακλείτω περιώ. Videtur carmen fuisse trochaicum tetrametrum catalecton paucis syllabis deprauatis.

*Celerius, quàm Butes.*

Ἐπιὸν βύτης, id est, Celerius, quàm Butes. Hoc adagio significabant aliquid quàm primum absolutum, compendioque explicari. Quemadmodum solent ii qui paucis verbis, & iis trunco pronuntiat, longam sententiam significant. Aiunt hinc fuisse natum. Athenis inter picturas Stoe porticus depictus erat Butes quidam, atque ita pictus, vt summa capitis pars cum oculis ducatur videretur, videlicet vt spectator imaginaretur reliquum corpus tegi montis obiectum, in quo ingrediebatur. In eius igitur pictura quoniam non multum operæ sum pferat pictor, prouerbio iactari consuevit de his quæ facile perficiuntur. Auctor Ze modotus.

*Lydus ostium clausit.*

Λυδὸς τὴν θύραν ἔκλεισε, id est, Lydus ostium clausit. De furacibus dicebatur, quod Lydi non discederent, nisi re quapiam sublata. Quod si permittitur nobis diuinare (cur autem non permittatur in re tam vetusta, cum nec auctor extet, nec interpres) malum accipere de iis, qui rem quampiam ob scenam aggressuri, fugiant arbitros, abdundantque seise, propter Lydos molliciei notatos. Vnde & Plaut. Lydium volsum appellat. Adhuc ad prouerbum, atque vti nã aperuisset etiam Plutarchus in commentario quem scripsit aduersus Colotam: Ἐμοὶ δὲ δοκεῖ, καθὼς περὶ ὀλυδὸς ἐφ' αὐτῶν ἀνοίγειν ἔδειξαι μίσην, ἀλλὰ τὴν πλείω τῶν ἀπορίων καὶ μύθων περιβάλλει τὸν ἐπιχειροῦν, id est, At mihi videtur, quemadmodum Lydus aduersus seipsum, nõ vnam aperire ianuam, sed plurimis ac maximis difficultatibus Epicurum inuolucere. Nisi si cui magis placeat, vt hic Plutarchi locus referatur ad il-

lud, quod alias diceretur, viro Lydo negotiũ non erat. Helychius meminit prouerbii, sed nihil addens præter hæc verba: Ἐπι τῶν μορακλιπτῶν, de stulte furacibus. Verum hic prodidit nobis deprauatam in aliis libris scripturam, legendumq; non ἔκλεισε, sed ἐκίχλησε, id est, mouit siue tentauit. Fures enim imperiti dum nõ siue strepitu mouent ostium, sese produnt sæpius. κίχλησε enim Græcis, auctore Suida, polysemò est. Sonat enim. σκλῶθεν, μοχλῶθεν, ἦχον ποιεῖν, κίχλην, id est, mouere, obdere pessulum, strepitum facere, attingere. Hæc est autem precipua furum ars, vt siue ingrediantur, siue egrediantur, absq; sonitu moueant ostiũ. Ex his iam arbitramur esse perspicuum, quid sentiat Plutarchus.

*Lydus in meridie.*

Λυδὸς ἐν μεσημβρίᾳ, id est, Lydus in meridie. In hominem insatiatæ, aut etiam intempestiue libidinis dicitur. Narrant Lydos adeo libidine perditos fuisse, vt non tantum noctu vacarent voluptati Venereæ, verum etiam ipso meridie lasciuirent, manibus scædum opus peragentes, vnde λυδὶ τὴν δεικνύουσι Græci, pro Lydorum more vitam agere. De gentis huius lusu deliciisq; multa commemorat Athenæus libro 12. Memini mus alibi, nimirũ in prouerbio, Sybaritica mensa, de cõuiuio Sybaritico, in quo & Venus admiscebatur. Porro nullum est tempus magis alienum à coitu, quam vel meridiei ob æstuantem solem, vel coniuuii, propter spiritus circa stomachum, & concoctionem occupatos.

*Caprarius in æstiu.*

Αἱ πόλῳ ἐκκλύματι, id est, Caprarius in æstiu. Consimilem habet sensum, videlicet intempestiue libidinis. Nam his horis caprarij, dum seductis gregibus in umbra latitant, lasciuire soliti scribuntur. Zenodotus utrũque refert adagium, & item Suidas. Poterit ad quamvis voluptatem accommodari non in tempore adhibitam.

*Lydus cauponatur.*

Λυδὸς κατὰ λυδῶν, id est, Lydus cauponatur. In effeminatos, & voluptatibus addictos iaciebatur. Ex huiusmodi natum historia tradunt. Cyrus Rex deuictis Lydis imperauit ex consilio Cræsi, vt cauponiam ex-



cicerent neque traherent arma, sed veste ad terram usque demissa vterentur, quæ olim mollicium indicabat, vt ad eum modum veluti in feminas transformati, ad rebellionem fieret inuites. Herodorus lib. 1. tradit, Lydos primos omnium cupones & institores extitisse. Helychius tradit ab his inuenta spectacula, & hinc Romanos dixisse ludos. καπλιβίαι Græcis proprie dici, qui vendunt esculentia. Prouerbum sapientum & illa, quæ refert Suidas: λυδίαλω seu λυδίλω, pro eo quod est, Lydorum more viuo. Refertur à Suida.

*Lydorum caryca.*

Λυδῶν κερύκας, id est, Lydorum carycas antiquitus appellabant quidquid esset opiparum, & variis conditum cupidis. Nam caryca cibi genus Lydii, ex multi iugis lautitiis, & sanguine confectum. Athenæus Diposophitarum lib. 12. tradit, carycarum apparatus primum repertum à Lydis. Effertur adagium integre ad hunc modum: Μι.τε.λυδῶν κερύκας, μητ.μασίαν ψόφως, id est, Nec Lydorum carycas, nec flagrorum strepitus, subaudiendum volo, aut simile quidpiam, id est, nec blandimenta volo, nec conuitia, nec nimium blanda, nec rursus aspera nimium, de quo plura dicentur alias.

*Lupinum potum.*

Λυκείον ποτόν, id est, Lupinum potum dicebant, ubi quis voluptatem suo periculo capitis emeret. Narrat duos erupisse fontes sacros Apollini, quorum alter vino scateret, alter melle, ad quos cum aues aduolarent, arcu feriebantur. Porro Apollo super cetera cognomina dictus est, & Lucius, siue à luce, quam aperit, siue à lupis intersectis. Auctores Zenodotus & Suidas, admonentes penultimam esse circumstendam. Nā λυκείον prima acuta, gymnasium est Athenis, quod quidam à Philitrato, quidam à Periclie constructum putant. Atque hinc ortum prouerbum, confine illi, vt: Canis è Nilo.

*Lupi decas.*

Δέκα δικάς, id est, Lupi decas. Dictum apparatus in eos, ad quos inhonesti lucri pars aliqua tamen pusilla rediret. Aut in eos, qui largitionibus essent corrupti, aliosue corrumperent. Nam Athenis in foro, ubi causæ

agebantur, Lycus quidam genus scaberrimum stabat, lupina specie. Apud hanc statuam Sycophantæ pecunia corrupti versari consueuerunt, velut apud deum quempiam sui quæstus præfidere, eique in dies singulos triobolus scabatur. Auctore Zenodoto, quamquam attigit, & Helychius. Suidas addit Sycophantas fuisse decem numero, veluti decem viros referentes. Meminit huius Aristophanes in Vespiis.

Θ' ἡρώων ἑ. πωρ. ἐκκαμίσσας τὸ τὸ δὲ λυκός, id est,

Si qua simulacrum efferre possit Lyci.

Erat hoc quæstus genus apud veteres inuisissimum, eorum qui in ius vocabant, vt ex damnato dicta multa portionem aliquam præmii loco ferrent. Vnde & sectores dicti sunt & quadruplatores.

*Verba importas Hermodorus.*

Λόγως γὰρ ἐρμίδωρεθ' ἐμπορεύεται. id est, Sunt Hermodori verba mercimonium. In eum dicebatur, qui præter verba nihil adferret. Quæ, eademmodum Laches in Hecyra Terentiana Pamphilum filium rogat, num vnâ dumtaxat sententiam secum è Lemno reportasset. Aut in eos, qui verba vendunt pecunia, quod in poetas aduocatos, sumi venditores, atque in id genus homines recte dici poterit. Natum autem à Hermodoro quodam Platonis auditore, qui commentariis ab illo conscriptis, in Siciliam deportare consueuerit, atque inibi venditare. Vnde Siculi, vt sunt dicaces, rem in prouerbium verterunt, dicentes, Hermodorum pro mercibus importare verba. Ceterum sophistæ & philosophi lucubrationes suas, λόγως appellant: Adlusit haud dubie huc M. Tull. lib. Episto. ad Atticum 13. Dic mihi, placet ne tibi primum edere iniussu meo? Hoc ne Hermodorus, quidē faciebat is, qui Platonis libros solitus est diuulgare, ex quo λόγωσιν ἐρμίδωρεθ'. Porro licet Cicero mutilum adduxerit prouerbiū, tamen si addas ἐμπορεύεται constabit Græcus senarius. Hinc & λογιμωρεθ' dictus, qui præter verba nihil adfert.

*Pomarius Hercules.*

Μάλιθ' ἠρακλῆς, id est, Pomarius Hercules. Per contemptum dicebatur in eum, qui non tamen quidem magnificum gereret, ceterum opibus nullis, nullaque potentia pollens. Ab euentu natum. Narrat Suidas, cum rustici

stici quidam Herculi bouem essent immolaturi, iisque rupto fune profugisset, nec esset quod sacrificaretur, malum abreptum suppositis quattuor ramis crurum vice, deinde additis alteris duobus ceu cornuū loco, bouem utrunque sunt imitati, idque ridiculum simulacrum pro victima sacrificauerunt Herculi. Julius Pollux lib. de vocabulis rerum primo, fabulam aliquanto secus narrat, nempe ad hunc modum. Solemne est inquit, apud Bceotas, Herculi malis rem diuinam facere. Cumque iam adesset dei festum, & immolandæ victimæ tempus vrgeret, porro hostia erat aries, cū ea serius adduceretur, propterea quod Asopus fluius ita subito creuisset, vt transiri nō posset, pueri qui iuxta aram ludebant, sacrificii ritum nihilominus peregerūt. Pulchro cuiusdam malo quattuor stipulas vice pedū addiderunt, rursum alias duas cornuum loco, imaginantes sese ad eum modum arietem immolare, Creditū est Herculem hac victima magnopere delectatum, proinde mansisse apud Thebanos hunc morem, vt malis sacrificaretur Herculi. Cognomen hinc additum deo, vt Ἡρακλῆς μάλων, id est, Hercules malorum vocaretur.

*Verecundia inuiliis viro egenis.*

Αἰδώς δ' ἀκ' ἀγχι κερμαίεω ἀνδρὶ παρῆται.

Ita legitur apud Homerum Odissæ P. Citatur à Platone in Lachete. Ac mox,

Αἰδώς δ' ἐκ' ἀγχι κερμαίεω ἀνδρὶ παρῆται.

Apud Hesiodum item :

Αἰδώς δ' ἐκ' ἀγχι κερμαίεω ἀνδρὶ κομίζεω. i.

Verum homini pudor haud quaquam cōducit egeno.

Is versus in prouerbium abiit. Admonet autem abiiciendum pudorem, quoties vrget necessitas. Est enim verecundia cum ad multa vehementer inutilis, tum maxime cum res postulat, vt omnia nobis sint faciēda : velut inutilis pudore est qui deterret à discendo quod turpe est nescire. Et, vt ait Flaccus, incurata malus pudor vlcera celat. Idem alibi: Pudor, inquit, te malus vrget. Eodem adlusit Euripides in Ephigenia in Aulide:

Ομῶς δ' ὄσον γι δ' ὠπατὸν, ἀδ' εἴδω χρέων. i.

Veruntamen pudere oportet eatenus,

Quo ad licet.

Homerus Iliados Ω. scribit verecundiam seu reuerentiam plurimum prodesse, &

candem officere plurimum :

- Οὐ δὲ οἰαδ' ὄσιν

Γίγνεται κτ' ἀνδρας μέγα σίνεται κτ' οἴνωσι. id est,

Nec pudor est illi, qui vel lædit vehementer,

Vel multum prodest homini.

Et videre est nonnullos hoc inutili pudore præditos, qui corporis incommoda cęla re malunt, quam amicorum ope tolli, quo ingenio fuisse legitur Apelles, cui & morbum & inopiam dissimulāti candidus amicus furtim sub ceruicale pondus auri submisit. Sed eorum multo maxima turba est, qui animi morbos & egestatem inutili pudore dissimulant. At qui his fere accidit, vt post malo in apertum erumpente, tum miserius, tum frustra erubescant.

*Ventrem mihi obijcis.*

COMMEMORANTVR & hi versus in Græcorum adagiorum collectaneis :

Γαστέρα μοι προφέρεω κάλλισον ὄνειδος ἀπάντων,

Ἡ πλῆρης μὲν ἐλαφροτέρα, κενὴ δὲ βαρῆα. i.

Ventrem mi obiectas quo probum haud pulchrius vllum

Plenus is est leuior, grauis idem vbi pendet inanis.

Sane vbi prouerbium sic non videmus, nisi in hoc, κάλλισον ὄνειδος, quod apud Græcos prouerbii vice videtur vsurpatum. Euripides in Iphigenia Aulidensi :

Καλόν μοι τ' ὄνειδος ἐβρασεύσας. id est,

Mihi opprobra sti probum honestum scilicet.

Aut in ea parte velut ænigmatica, leuis cum plenus est, grauis cum inanis. Nam reliqua vascula quo pleniora sunt, hoc sunt grauiora, quo magis inania, hoc leuiora. Contra venter, quo distentior cibo, hoc leuior est, propter auctos excitatosque pastu spiritus.

*Turpe silere.*

Αἰχρὸν σιωπῆν, id est, Turpe silere. Hoc licet vti, quoties quis alterius exemplo extimulatur ad studium, aut negotiū aliquod suscipiendum. Aut natum, aut certe vsurpatum ab Aristotele, qui cum Isocrates rhetoricen doceret, æmulatione commotus, cepit & ipse promeridianis illis suis πε

επιτάσας

ῥηπταις dicendi artem docere, dicens illud: *Αἰσχρὸν σιωπᾶν λαλῆναι ἢ ἰσοκράτους*, id est, Turpe silere loquente Isocrate. M. Tullius in opere De oratore offendit è tragicædiâ quâpiam mutuasle Aristotelem, paucis immutatis; scribit enim hunc in modum: Aristoteles cum florere Isocratem nobilitate discipulorum videret, quod ipse suas disputationes à caussis forensibus & ciuilibus ad inanem sermonis elegantiâ transulisset, mutatim repente totam prope formam discipulinx suæ versumque quendam de Philosophetâ paullo secus dixit. Ille enim turpe sibi ait esse tacere cum barbaris, hic autem cum Isocratem pateretur dicere. Ad Atticû lib. 6. Ego, nisi Bibulus, qui dum vnus hospes in Syria fuit, pedem porta nō plus exulit quam domo sua, admiraretur de triûpho, equo animo essem. Nunc vero *αἰσχρὸν σιωπᾶν*. Hoc nunc quidam abutuntur, nihil existimantes turpius quam silere, ne apud homines illitteratos parum eruditi, parumque disertî videantur. Vnde apud Lucianum præceptum illud: *ἀπαυδύτον ἢ τὸ ῥῆμα, μὴ δὲ ποτε σιωπᾶν*, id est, Ne vnquam sile, propterea quod apud imperitos is demum infans & imperitus habeatur, qui nō perpetuo garriat.

*Munerum animus optimus.*

*Ἐπιπὼν δὲ τὴν ἐνδοξὴν ἀρετὴν* id est, Verum in muneribus res præstantissima mens est, Græcis hemistichium Heroicum prouerbiale, quo significatur, in amicorû muneribus non esse spectandum rei missæ precium, sed mittentis potius animum, vti Xerxes ille aquam manibus hauslam, à rustico libenter accipit. Et quidam monet exiguum munus à tenui missum amico, perinde vt maximum boni consulere. Plinius in præfatione diuersa exulit metaphora. Verum & diis lacte rustici, multæque gentes supplicanc: & mola tantum falsa litant, qui non habent thura. Quin tritissimum hodie est, vt qui munus aliquod offerant, animum iubeant spectari, non rem. Refertur adagium à Phurnuto in opere de natura deorum.

*Nescis capitis & inguinis discrimen.*

**QVI** co impudentiæ vel cæcitatîs potius deuenerunt, vt nullum profus faciant discrimen inter honestum ac turpe, hi nesci-

redicuntur, quid intersit inter caput & inguen. Inter honesta corporis membra caput primum obrinet locum, ac proinde recte nudatur: quæ vero sub ventre sunt, vt inhonesta teguntur. Iuuenalis de muliere temulenta:

- Quid enim Venus ebria curat?

Inguinis & capitis quæ sint discrimina nescit.

Prouerbiali figura dictum videtur.

*Multitudo Imperatorum Cariam perdidit.*

*Πολλοὶ στρατηγοὶ καρίαν ἀπέλασαν.* id est, Multi duces deperdidere Cariam.

Admonet senarius, nihil esse perniciosius licentia multitudinis, dū nulli paretur, sed pro sua quisque libidine rem gerit. Hanc Græci vocant *ἀναρχίαν*, malum pæne tyrannide peius, qua nihil potest esse peius. Par autem malum est *πολυαρχία* cum eo quod dicitur *ἀναρχία*. Idem docet Homericum illud Iliados libro secundo, quod ipsum in prouerbium abiit:

*Οὐκ ἀγαθὸν πολυχροικνίη, εἰς, κοίρανος ἔσθι. ἰ.*  
Multos imperitare malum est, rex vnicus esto.

Nam his verbis Vlysses milites tumultuantes, in quibus erat & Thersites, compefcit. Eum Homeri versiculum vsurpauit Dion, cum videret Heraclidem moliri factionem. Auctor Aemilius Probus. Natum adagium à Caribus quondam florentissimis, postea per ciuiles seditiones co redactis, vt etiam in vilitatis prouerbium abiit, quemadmodum alio docuimus loco.

*Mus albus:*

*Μὺς λευκός*, id est, Mus albus, apud Suidam *μὺς κακός*, id est, mus malus, apud Diogenianum. In hominem lasciuum & libidinis immodicæ dicebatur. Nam mures domestici salacissimi sunt, præsertim albi. Aelianus miram esse murium salacitatem auctorum testimoniis docet, lib. 12. c. 10. Atque inter multa illud addit. Epicratem in fabula quâpiam cum mulierem significare velle prodigiosè libidinis, *μυρίαν* appellasse, citatque prouerbium, *μὺς λευκός*, ex Philemonis comædiâ. Vnde receptum videtur, vt inter amatoria blandimenta, quemadmodum passeruli, columbulæ, & id genus aliorum, itidem & muris cognomentum vsurpetur, Martialis:

Nam

Nam cum me murem, cum me tua lumina dicas.

*Facies tua computat annos.*

PROVERBIALI nimirū schemate dictum à Iuvenale in vetulam, iam *ξέρον* quidem, & ad Veneris lusus prorsum in utempestiuā, sed quæ verborum nequitias puellam etiā dum ageret.

*Facies tua computat annos.*

Hoc est, frontis rugæ, numerum annorum tuorum præferunt, quamquam libido nõdum in te consenuit. Congruit huic apologus de Crocodilo, cui iactanti maiorum suorum claritatem, & primas in certaminibus partes, vulpes ad hunc modum respondit: *ἀλλὰ κἄν μὴ σιλήεις ἢ ἀλλ' ἐπὶ δέματός γε φάσῃ, ὡς ἐκ πελαγῶν ἔτων εἰ γυμνασμεῖος*, id est, *Quin & si tu non dixeris, tamē ipsa pelle præ te fers, quod multos iam annos in certaminibus sis versatus. Habet enim hoc animal cutem, ceu laminis quibusdam durissimis aduersus omnes ictus armatā. Martialis in quendam, qui affectabat etiā num videri puer:*

In te, inquit, reclamat, sed tua barba, vires.

*Phœnice rarior.*

*ὄμιον ὁ σπανιότερον*, id est, Phœnice rarior. De rebus aut etiā hominibus inuentum per quàm raris. Natum adagium à fabula Phœnicis auis, de qua scribit. Plin. lib. 10. ca. 2. Et ante omnes nobilem Arabiæ Phœnicē, nescitur an fabulose, vniui in toto orbe, nec visum magnopere. Aquilæ narratur magnitudine, auri fulgore circa colla cetera purpureus, cæruleam roseis caudam pennis distinguentibus, cristis faciem, caputque plumco apice honestante. Comme morantur hoc loco & alia quædam de Phœnice prodigiosa, quæ quoniam ad proverbii sententiam nihil attinent, cui libebit inibi legenda relinquuntur. Ouidius in Transformationum libro 15. sub persona Pythagoræ:

Vna est, quæ reparat seque ipsa refecinit ales.

Assyrii Phœnice vocant, nec fruge, nec herbis,

Sed thuris lacrymis & succo viuunt anomii.

Hæc ubiqueque suæ compleuit sæcula vitæ,

Uicis in ramis tremulæque; cacumine palmæ,

Vnguibus & duro nidum sibi construit ore,

Quo simul ac castas & nardi lenis aristas, Quasque cum fulua substravit cynamama myrrha,

Se super imponit, finitque in odoribus zeum.

Inde ferūt totidē qui viuere debeat annos Corpore de patrio paruum Phœnica renalci.

Cum dedit huic ætas vires onerique ferendo est,

Pöderibus nidi, ramos leuat arboris altæ, Fertque pius, cunasque suas, patriumque sepulchrum.

Perque leues auras Hyperionis æde potitus,

Ante fores sacras Hyperionis æde reponit. Extat de Phœnice carmen & Firmiani Lactantii non inconcinnum, per Musas, neque fastidiendum.

*Non est laudandus, ne in cena quidem.*

*Ὀὐκ ἐπαινεῖται, ἢ ἐν πρὸς ἐπιτύχῳ*, id est, Non queas laudari, ne in parentalibus quidem. In hominem dicebatur vehementer illudatum. Antiquis mos erat, præsertim Atticis, in cenis funeralibus, quas Græci *πρὸς πένθη* vocant, encomiis, epicediis & epitaphiis laudare vita defunctum, etiam si parum meruisset in vita. Si quidem, ut inquit Ouidius:

Pascitur in viuus liuor, post fata quiescit, Vnde fit, ut viuos nõnunquam merita laude fraudemus, mortuis etiam immeritam tribuamus. Festus Pompeius docet, antiquitus solere conduci mulieres quæ in funere non sine laudibus lamentarentur vita defunctum, aliisque lamentandi modum præterent, vnde & præfixæ dictæ sunt, quasi præfixæ: citatque Neuii testimoniū. Hæc quidē me hercle opinamur præfica est, quæ sic mortuum collaudat. Fortassis hinc ductum est, quod antiquitus mos fuisse videtur, ut in compositationibus aliquorum, etiam viuientium laudes dicerentur. Quæ admodum apud Platonem Alcibiades Socratus encomium refert, & apud Plutarchū, Alexādrum Magnum laudat Calisthenes. Eiusmodi vero laudes non admodum speciosæ videbantur, ut inter pocula decantatæ, Nec absurdum arbitramur, si quis ad prætorum consuetudinem referat paræmiā, qua

qua fieri solet, ut in conuiuio eitharædus, aut deorum, aut insignium virorum facta cantaret. Velut apud Homerum in omnibus ferme conuiuio. Apud Vergilium itē:

- Cithara crinitus Ioyas

Personat aurata.

Tametsi hæ quoque laudes plerumque ad auditorum gratiam fingebantur. Adagiū refertur à Diogeniano.

*Pedibus in sententiam discedere.*

**Q**UID sit Pedibus in sententiam discedere, & quid Pedaria sententiis satis explicuit Aulus Gellius lib. 13. cap. 18. Id si trāseratur; ad quamlibet alienæ sententiæ cōprobationem, prouerbii formam accipiet. Veluti si quis dicat: Nō est viri prudentis, quidquid vxori libuerit, protinus in illius sententiam pedibus discedere. Aut par est, ut affectus in rationis sententiam pedibus discedat, non contra. Ego vero in tuam sententiam manibus pedibusque, ac toto corpore discedo. Translatum est à veteri consuetudine, quæ seruari consuevit, quoties ingens erat turba suffragia sententium. Lilius decadis primæ, lib. 7. Vbi sententiam meam vobis peregero, tum quibus eadem placebunt, in dextram partem taciti transibitis. Quæ pars maior erit, eo stabitur cōsilio. Et aliquanto post: Quibus hæ salutaria videntur, agite dum in dextram partem pedibus transite. Omnes transierunt, vadētemque per intermissa custodiis loca Decium secuti sunt. M. Tullius Philippica. 11. Dixit tamen si quis eorum, qui post se rogati essent, grauiorem sententiam dixisset, in eam se iturum. Idem in epistola ad Lentulum: Perspiciebant. n. in Hortensii sententiam multis partibus plures ituros, quam aperte Volcatio adsentirentur. Ibidem: Frequentes ierunt in alia omnia. Idē Planco: Frequens eum senatus reliquit, & in alia omnia discessit. Hæc ratio ferendorum suffragiorum discessio dicebatur. Pli-nius nepos episto. lib. 2. Adriano, Sed cum fieret discessio, qui sellis curulibus adstiterant, in Cornuti sententiam ire cœperunt. Tum illi qui se collegæ adnumerari pariebantur, in diuersum transierunt. Qui sententias interrum pebat, intercedere dicebatur. T. Lilius lib. ab vrbe condita 9. cum omnes laudibus modo prosequentes virū in sententiam eius pedibus irent, tentata

paullisper intercessio est. Idem ab vrbe condita 5. In quam sententiam cum pedibus iretur, ceteri tribuni militum nihil contradicere. Plinius maior lib. 2. cap. 7. non nihil nouauit sermonis formam, Sedere, inquit, cœpit sententia hæc, pariterque & eruditum vulgus & rude in eam cursu vadit. Vehementer ac præcipitanter adsentiri dixit cursu vadere in sententiam, & sedere dixit pro placere Nā Flauius Vopiscus in vita Aureliani Imperatoris, indicat & manuum porrectione sententiam alienā comprobari solere. Sic enim scribit: Deinde alius manus porrigentibus, aliis pedibus in sententiam euntibus, plerisque verbo consentientibus, conditum est senatusconsultum. Tale quiddam sensit & Sallustius in bello Cathilinario, eū ait: Sillanū postea permotū C. Cæsaris oratione, pedibus in sententiam Tiberii Neronis iturum se dixisse, ceteros verbo, alios varie Cæsari adsensisse, Quintilianus dixit: Manibus, pedibusque in sententiam discedere, Porro qui vultu quoque ac gestu significant se adsentiri, toto corpore in sententiam discedere dicuntur. Suffragiorum genus quod porrectis manibus peragitur, Græci vocant *χρηστον* & *χρηστονία*, quam vocem vsurpant & sacre litteræ. Ut 2. Corin. 8. *χρηστονίας*. Quinetiam subscribere sententiæ, subscribere iudicio, subscribere voluntati, suffragari, refragari, atque id gen<sup>o</sup> alię metaphora, quoties longule trahuntur ab oratione simplici, in prouerbii speciem paullatim abeunt.

*Sustine, & abstine.*

**E**RICTETVS Cynicę sectę philosophus vniuersa philosophorū dogmata, quæ ad humanę vitæ pertineant felicitatem, quæque totis luminibus vix explicant ceteri, duobus verbis absolute complexus est, quæ iam olim prouerbii vice celebrantur à doctis, digna profecto, quæ omnibus parietibus, omnibus columnis inferbantur, omnibus anulis insculpantur. Ea sunt huiusmodi *ἀνέχεσθαι καὶ ἀπέχεσθαι*, id est, Sustine aut abstine. Quorum altero monemur, ut aduersa fortiter toleremus: altero, ut ab illicitis temperemus voluptatibus. Referuntur in Noctibus Gellianis lib. 17. cap. 19. Apud Archemum refertur hoc carmen, tacito auctoris nomine.

*Ἀγκυρὸς ἀντὶ λέγατ' ἀντὶ φέρων τὰ γὰρ*

*Ἀγκυρὸς ἀντὶ ἐπινοῦ ὁ φέρων καλῶς κἀκα. id est,*

**BOAS**

Bona quisquis adfert, vir bonus vocabitur,  
Bonus erit & ille, qui mala protulerit bene.

*Naturam expellas furca, tamen usque recurrit.*

Cum videamus à Græcis quædam velut ob-  
torto, quod aiunt, collo in prouerbiorum  
aceruum trahi, cur verebimur eiusmodi re-  
censere. quæ præter adagii figuram, ita ve-  
nuste dicta sunt, vt venustius dici non pos-  
sint? Quod genus est illud Horatii in  
Epistolis:

Naturam expellas furca, tamen usque recur-  
ret.

Sæus est, haud facile dedisci, quæ nobis na-  
tura penitus indidit atq; insēuit. Qd si qñ  
vi sit, vt vel metu, vel pudore, vel alia qua-  
uis causa personam alienam sumamus, fa-  
cile per occasionem redimus ad mores na-  
turales. Velut qui meruunt peccare, nō vir-  
tutis amore, sed formidine sustis, ii simu-  
latq; tollitur sustis, recurrit ad mores pri-  
stinos. Et Terentius: Si sperat fore clā, rur-  
sus ad ingenium redit. Ducta est metapho-  
ra à ranis, qui adposita furca torquentur  
alio, quā natura posuerat: qua sublata rur-  
sum vergunt eodem quo prius. Pindarus  
in Olympiis hymno 11. eandem sententiā  
aliter extulit. τὸ γὰρ ἐμφύεις, ἔτ' αὖθων ἀλώ-  
πηξ, ἔτ' ἐρίβρομοι λέοντες διαλλάξαιτο ἡθῶ,  
id est, Nam ingenium naturamq; insolē,  
nec astuta vulpes, neque præualidi leones  
mutare quiverint. Quantumuis enim ci-  
cures leonem, semper redit ad genuinam  
feritatem, neque vulpes vnquam obliuisci-  
tur fraudolentæ natiuæ, quantum uis mā-  
suefacta. Idem in eodem opere hymno 13.  
ἄμαχοι δὲ χενύσαι τὸ συγγενὲς ἡθῶ, id est, Diffi-  
cile est occultare natiuos mores. Item Ho-  
ratius alibi.

-Tolle periculum,

Lama vaga prosiliet frænis natura remotis.

*Nauis annoxa haud quaquam nauigabit  
per mare.*

Νῆος παλαιὰ πόνητορ ἄχι πλώσασ, id est. Nauis  
antiqua non nauigabit per mare. Cōgruit  
in eos qui iam ob ætatis imbecillitatem ad  
res arduas obetandas sustinendaque peri-  
cula parum sunt idonei, ac primum ipsi  
pereunt oppressi negotiorum magnitudi-  
ne, & in discrimen adducuntur quorum  
res agitur. Nota est allegoria. Refertur ada-  
gium à Diogeniano.

*Ni pater esses.*

Εἰ μὴ πατὴρ ἦσθα, Ni pater esses, Hoc vulgo di-  
ci consuevit, quoties honoris, aut metus  
caussa conuitium reticebant, & conuicien-  
dum relinquebant. Plene sic effertur:

Εἰ μὴ πατὴρ ἦσθα εἴπω ἄν' ὄθρα ἴφρονεῖν. i.

Ni esses pater, te sapere dicerem haud  
bene

Est autem versus hic in Antigone Sopho-  
clis. Sunt. n. Hæmonis verba Creontem pa-  
trem obiurgantis, quod sponsam filii para-  
ret occidere. Itaq; quoties senis, aut poten-  
tis, aut alioqui venerandi sententiā nobis  
haud quaquā probari significabimus, cui  
tamen honoris causa nolimus refragari,  
veluti si quis opinionem Aristotelicā apud  
Peripateticos recte damnare vellet, loque-  
tur ad hunc modum, Hæc habet sententia  
grauissimum auctorem. Fortassis enim fas  
non est ab Aristotele dissentire. Alioqui,  
Εἰ μὴ πατὴρ ἦν, hoc est, nisi auctoritati de-  
ferrem, habeo quo resellam. Quod si muti-  
lum efferas, plusculum etiam habebit gra-  
tiæ. Refertur à Diogeniano.

*Magnum os anni.*

Μεγα γόμα τῶ ἐνιαυτοῦ, id est, Magnum os ani-  
ni. Dicebatur quoties vberior rerum pro-  
uentus, aut vilior annoua animos & loquē-  
di libertatem adderet, alioqui timidiori-  
bus. Solent enim rustici magnificentius lo-  
qui, largiusq; polliceri, spe prouentus vbe-  
rioris. Refertur à Suida. Non admodum  
dissidet ab illo: Fœnum habet in cornu. Itē  
illo: Argenti fontes loquuntur.

*Megaricæ sphinges.*

Μεγαρικῶν σφίγγες, id est, Megaricæ sphinges,  
ita scorta quædam vulgus olim appellabat  
sive quod vulgo molles sphinctes πικρὰ τὸ  
σφίγγω dicuntur apud Græcos, sive quod  
apud Megarenenses nutritrix sphinx appelleret  
sive quod Megarenensium mores improbi-  
ficique & populari conuitio quondam no-  
tati fuerint. Vnde Aristophanes in Vespis,  
rursum Megaricum, de quo dictum est ali-  
bi, taxat:

Μὴ δ' ἀνγέλωτα μεγαρὸν βεν κικλας μλιον. i.

Sed ne Megaricos rursus infractos io-  
cos.

Suidas refert & hunc versiculum, sed taci-  
to, vt solet, auctoris nomine.

ΑΑΑ

Ἄλλ' ἔστιν ἡμῖν μεγαρικὴ τις μηχανή. id est, Nobis adest Megarica quædam machina. Rîsum, seu iocum Megaricum, intelligit mollicium Megarensum. Refertur in collectaneis Diogeniani.

*Mellis medulla.*

Μέλιτι & μιλῶς, id est, Mellis medulla. De re maiorem in modum suavi dicebatur. Vide & Ennius apud M. Tullium, M. Corneliū Cethegum, Suadæ medullam appellat, ob singularem suam loquentiam. Nam quod optimum est, id natura videtur intimercondidisse, Vnde & illa passim obuia, In medullis, & medullitus amare; non dissident à simulacro prouerbiali. Huius est formæ: Ἦ ἔλλασθ' ἔλλας.

*Meliores nascisci aues.*

Ἀμεινῶν οἰωνῶν τοχῆν, id est, Meliores nascisci aues dicuntur, quibus post res aduersas succedunt prosperiora. Nam ut apud Latinos auis & ales interdum non animal, sed omen ipsum & augurium significat, itidem apud Græcos οἰωνός & ὄρνις, cum σφεθός non eodem accipiaturo modo, quemadmodum indicat Eustachius in primū Odyssæz librum. Horatius Odis:

Mala ducis aui domum Idem alibi:  
Μῶνι καμίνις αἰτέ, Home. Iliados Ὡ.

Μὴ μοι ἀντι

ὄρνις ἐνι μεγάροισι κακός πέλει. id est, Hiscæ mihi ne tu fueris mala in ædibus ales.

Rursum eiusdem operis M.

Εἰς οἰωνός ἄριστος ἀμύνασθαι πτότερος. i. Optimum id augurium est, patriam virtute tueri.

Laborauit autem hæc superstitione antiquitas, ut in magnis rebus aggrediendis auium occurus obseruaret neque desuerunt qui eam velut artem profiterentur. Atque hinc apud Romanos augurum collegium. Iam pæne explosa est apud Christianos huius professionis superstitio, sed ita ut in eius locum successerit malum prope pestilentius, atque adeo conduplicatum, nempe horum, qui ex astris futura pronuntiant.

*Aliud genus remi.*

Ἄλλο γένος κώπης, i. Aliud genus remi. Dicebatur olim, vbi quispiam res nouas & an-

tea non visas induceret. Aut vbi quis versis modibus pristinis, nouum & inusitatum vitæ genus institueret. Hinc ortum aiunt, quod Hercules cum ad boues Erichras nauigaret, leonis exuuii carbasi vice, claua mali loco, pro rudentibus pharetræ loris, pro remo arcu, denique pro nauigio lebetes sit vsus: Quod inusitatum profecto nauigandi genus cum vidissent accolæ, acclamabant: Ἄλλο γένος κώπης. Refertur in Plutarchi collectaneis.

*Clamoris lauro ardente.*

Μεῖζων βαβῶς δάφνης χλωρῆς κωομλίας, id est, Magis vociferatur, quam laurus viridis incensa, propterea quod Laurus adhuc virens in ignem coniecta, maximos crepitus edit. Vnde & in maleficis amatoris iucendi cōsuecit, tanquam amantium querimonias representans.

Daphnis me malus vrit, ego hæc in Daphnide laurum.

Refertur à Diogeniano.

*Nunc leguminum messis.*

Νῦν ὁ σπείρων ἄμυτος, id est, Nunc leguminum messis, id est, nunc tempus iustum, hoc aut aliud agere veluti si quis admoneat iuuenē nunc adesse tempus, parandæ gloriæ, parandæ eruditioni, parandis opibus idoneum, dicat, νῦν ὁ σπείρων ἄμυτος. Sumptum à rusticis, qui tum maxime vigilant, nec sinunt illud tempus per otium perire. Recensetur à Diogeniano, & Suida.

*Nunc dii beati.*

Νῦν θεοὶ μάκαρες, id est, Nunc dii beati. Vox erat velut adgaudētis & adgratulantis quoties nocentibus supplicium meritis dignū cōtigisset, perinde quasi diis & iucundum & honestum sit, ut scelerati dent pœnas. Contra probrosum si viris improbis res secundæ sint, videlicet iuxta sententiam illā prouerbialem:

Θεὸς δ' ὄνειδος τῆς κακῆς δ' ὀδύμονεν. id est, Probrū est deo, si res malis sint prosperæ.

*Ouium nullus vsus.*

Προβάτων ἔδην ὄφελος ἐάν δ' ποιμὴν ἀπῆ, id est, Ouium nulla utilitas, si pastor absit. Admonet adagium ἀναρχίαν rem esse omnium perniciosissimam. Nihil recte faciunt ministri, nisi adsit herus. Inutiles discipuli, quoc-

ties abest præceptor. Inutilis populus, nisi principis auctoritate gubernetur. Apparet senarium fuisse. Nam paucis syllabis commutatis restituetur hoc pacto:

Ἐροβᾶτων γὰρ ἰδὲν ὄφελος ἂν ποιῆν ἀπὴ, i.

Namque usus ouium nullus, vbi pastor deest,

De huius animantis stultitia, quamque sibi sit inutile, ni pastoris cura succurrat, lege quæ alias ex Aristotele citauimus in pro uerbio: Ouium mores.

*Periculum proræ selis.*

Κρίσωσθ' ἢ ἐν πρῶξε σελίς. id est, Periculum sella proræ. Quoties in te quapiam precipuum periculum, caputque negotii esse significamus. Nam hostes expugnaturi nauim, in proram primum assaultura faciunt. Selis autem sella est, quæ in proris esse consuevit. si Zenodoto credimus.

*Impete peritum artis.*

Βάλλ' εἰς ἔχοντα τῶ ἐπὶ σῆμν, id est, Iaculare in eum, qui nouit artem, vbi quis conuitium facit homini, qui norit & ipse retorquere conuitium, aut qui carpit velut imperitum, qui non inferior sit in artis scientia. Sumpta metaphora videtur ab iis, qui iaculo, aut saxo petunt eum, qui calleat ictum vel declinare, vel in iaculantem retorquere.

*Philippi gallus.*

Φίλιππος ἀλικτερόν, id est, Philippi gallus. Hoc dictitari consuevit, vbi quis deleui quoriam facinore, perinde vt maximo sese iactaret. Nam Alcètryon dux quidam erat Philippi Regis, quem Chares Atheniensis confecerit. Apparet autem Charetem hunc huius facti, nimium crebro, nimisque insolenter apud populum Atheniensem verba facere solere, vt hinc vulgo sit vsurpatum. Recensetur apud Zenodotum.

*Parit puella, etiam si male adfit viro.*

Τίκτη κόρη ὁ τῶν κακῶς ἀνδρῶν παρῆν, id est, Parit puella, cum male etiam adfuerit viro. Dicit conueniet, quoties res facile conficitur ex sententia, et si negligenter & igna uiter gesta fuerit. Veluti puella propter etatis felicitatem facile gerit vterum, etiam si cum viro non admodum viro rem habuerit. Non item: anus, imò bis virum requirit ætas affecta mulieris. Egregium inge-

nium etiam sub malo & indiligente præceptore bonas litteras assequitur. Cõtra si discipulus si, ὄσθ' λυγρῶς, præceptor etiam optimus, oleum perdit & operam.

*Paferis semibolus.*

Τὸ πῶστον ἡμιβόλιον, id est, Paferis semibolus. De re noua stupendaque, & præstigiis simillima. Veluti cum orator efficit, vt eadem causa primum optima, mox pessima videatur, res eadem maxima, statimque minima appareat. Et cum Sophistæ demõstratẽ eundem & asinum esse & hominem. Aut vbi quis asseuerat id factum, quod citra magiam aliquam fieri nõ potuerit, licebit ἐπιφωῆν, πῶσθ' ἡμιβόλιον, Nec intempèstiuiter dixeris, cum quidam ita dant munus aliquod, vt idem mox arte quadam ad se retrahant. Tradunt Paferem quendam præstigiarium & magiæ peritiam primum nomen meruisse. Is incantamentis quibusdam efficiebat, vt repente conuiuium omnibus instructum partibus adesse videretur: rursum vbi libuisset, omnia prorinus euanescebant. Emebat autem frequenter, preciumque rei numerabat, verum mox nummus non apud venditorem, sed apud Paferem reperiebatur. Huiusmodi serme tradit Suidas.

*Paruus semper tuus pullus.*

Μικρὸς ἀεὶ ὁ σὸς πῶλος, id est, Paruus semper tuus pullus: vbi quis ob staturæ breuitatẽ diu puer videri cupit. Cõueniet & in hos, qui tamen nati grandiores, tamen verborum deliciis affectant videri iuuentuli. Aut cum ob amorem casus casam puppam vocat, & ipse vicissim puppus audit, quod alias indicauimus. Aristophanis interpret admonet apud Græcos, quod cuique vehementer carum esset, id pullum illius appellari solere. Blandimur autem verbis diminutiuus, eoque in Equitibus quidam populo blandiens appellabat illum δ' ἡμῶν, id est, popellum, eoque mox audit: ὡς ἀπὸ μικρῶν, ὄντος ἀντὶ θῶπ δ' ἡμῶν γεγενησθαι, id est, vt de pusillis blanditiolis beneuolus illi factus es; parua vocat blada, atque is vicissim audit: καὶ σὺ γὰρ αὐτὸν πολὺ μικροτέρου, τῶν δ' ἐλεῖσθαι σὺν ἑλῶ, quod ipse multo abiecius adu-  
latu esset populo.

*Phaselitarum sacrificium.*

Φασελιτῶν θυμῶν, i. Phaselitarum sacrificium, tanquam



tanquam vile, citraque sanguinem. Sordidum ac tenuem sumptum hoc adagio significabat. Tradunt enim apud Phaselitans Pamphyliz gentem moris esse, vt pisciculi falsidiis sacrificentur. Auctor Zenodorus. Eudemus item scribit, eos Capro deo salsamentis rem diuinam facere, cuiusq; rei testem citat Callimachum. Finitimum est illi: Sine fumo sacrum.

*Peius Babys tibia canit.*

**Κάκιον βᾶβυς ἀυλᾷ**, id est, Peius Babys cantat. Hoc adagium iaci cōsuevit in eos, quorum exercitatio semper vergit in peius. Quod genus sunt oratores quidā, qui quō diutius dicunt, hoc dicunt indoctius. Refertur autem ad huiusmodi fabulam. Fecit Babym fratrem fuisse Marsyam, qui uō veritus est ipsum Apollinem ad canendi certamen euocare. A quo cum esset victus, ab eodem supinus de pinu suspensus, excoriatus est. Deinde cum Apollo pararet Babym quoq; perdere, intercessit Pallas, admonens hunc vsq; adeo infeliciter & indocte tibiis canere, vt omnino negligendus esse videretur, **κάκιον**, inquit, **βᾶβυς ἀυλᾷ**, id est, Deterius Babys tibiis canit. Quibus verbis commotus Apollo Babym adeo contempsit, vt cum ne supplicio quidē dignū existimaret, sed lux potius inscitiz iudicaret relinquendum. Vsurpabitur adagium & per comparationem, vt mentione facta de præceptore indocto, si quis de discipulo percunctanti, hoc pacto respondeat, **πρόκιον βᾶβυς ἀυλᾷ**, Neq; vero repugnamus, si quis hoc loco **κάκιον**, accipiat pro miserius, vt sit sententia, Babym infeliciorē esse, dum indocte canens omnibus est ridiculus, quam si tolleretur ē medio. Meminit huius adagionis Athenus lib. 14. ostendens dici solitum de iis qui in dies denterius canere. Quamquam hic locus apud hunc auctore deprauatus est in vulgaris exemplaribus, ni fallimur. Sic. n. legimus, **καὶ κίων βᾶβυς ἀυλᾷ**, id est, Et Cion aut Babys canit. Erroris ansam præbuit, quod paulo ante cōmemorans ineptos tibicines, quos Hipponax iambographus lacerasset, nominauit Cionem, Cōdulum & Babym. In collectaneis, quæ excudit Aldus reperitur, **τὸν βᾶβυς χορῶν**, i. Babys chororum, pro indocta partiq; modulata catione, & fabulam adscriptam huiusmodi. Mæandro fluuio duo fuerunt

lii, quorum Babys solitus est vnica tibia canere, Marsyas duabus Phrygum more. Cum autem suum vterque chorum haberet, & Babys inscite tractaret tibiam, frater eo insolentiz sublatus est, vt Apollinem quoque præse contineretur, a quo cum esset excoriatus, iamq; Babyi similis pœna pararetur, Palladis interuētū scripturam est supplicio. Verum inspicamur exempluram esse deprauatam, ac legendum esse: **τῶ βᾶβυς χορῶν**, vt idem sit cum eo quod modo retulimus.

*Cercopum cętus.*

**Ἀγορὰ κερκῶπων**, i. Cętus Cercopum, de conciliabulo, conuentusq; versutorum & improborum hominum dicebatur, Narrant enim, Cercopes quōsdā in Epheso fuisse, notæ fraudolentiz viros, qui suis dolis conati sint ipsi Ioui imponere. Hos admonuerat mater, ne in Melampygm incidere id quode uenit. Nam post ab Hercule victi sunt iussu Omphales. Quidā aiunt, quōsdam ob imposturas & malas artes, **κερκῶπες**, quasi caudatos appellatos fuisse apud Ephesios atq; Athenienses, vt idē sit sensus huius adagionis, & illius cuius alibi meminimus, **λύκx σκαῖς**. Torquet hoc conuictium Aeschines in Demosthenem: **ὅτι μὲν γὰρ πρὸς ὀρεκῶψ, ἢ τὸ καλῶμενοι παπύλμακ, ἢ τὸ παλίμβολοι, ἢ τὰ τοιαῦτα ἔρματα, ἔκαστος πρότερον. καὶ δὲ ἐμνηστὶ τῶν λαβῶν τὸ πύσιος κακοεχίας μεμάνικα**, i. Aliquādo fuisse cercopem, aut quod dicitur **παπαλεμα**, aut **palimbolum** antehac nesciebam. Nunc vero nactus hunc omnīs malitiz expostorem, didici. Videntur & illa duo verba **παπαλεμα**, & **palimbolum** fuisse iactata vulgo. Hefychius indicat **παπύλμακ** dictū hominē **πρόκιον ἐν κικία**, id est, varium in malitia: dictum apparere à **πάλλω**, quod est, moueo, & **πα** syllaba per conduplicationē adiecta est, cuius futurū **παλώ**. & **παπαλώ** est circumspicere ac scrutari, nihilq; nō tētare. Rursus **παπύλμα**, subtilissima pars frumenti cribro excussi. Concussione sit vtūque, sortitio, & frumenti purgatio. Vnde **πάλλω**, fors, & **πάλλω** farina. Proinde qui se vertunt in omnia, **παπαλεμα** scommate notari videntur, simul adlusum inspicamur ad voces. Nam **πῶς** puerum sonat, & **παλῶ** venor, siue in retia duco. Idē exponit multis verbis quid sit **παλίμβολοι**, aimirum

nimirum hominem qui sibi minime constat, sed facile in diuersum reuoluitur. Suspiciamur conuitium sumptum ab instrumentis sic arte confectis, vt facile recurrant in diuersum, atque hinc detortum in hominem lubricæ fidei.

*Ceruinus vir.*

Ελάφου ἄνευ, id est, Ceruinus vir, olim dicebatur formidolosus & fugæ fidens magis quam viribus. Ceruus enim animal cursu perniciosissimū, & in venatu pedibus sibi querit salutem. Vnde apud Homerum Iliados primo, Achilles, vt vir fortis, Agamemnoni, velut imbelli & ignaui conuitium facit ad hunc modum:

Οἶνοβαρεῖς, κωμὸς ὄμματ' ἔχων, κραδίη δ' ἑλάφοιο.

Obicit illi temulentiam, impudentiam in occupandis aliorum præmiis, & cor ceruinum, quod ad cōgressum timidus esset. Aristoteles libro De natura animantium nono tradit, ceruo natiuam quandam inesse prudentiam, vt quod viribus tueri non potest, id efficiat ingenio: parere enim iuxta semitas, quo videlicet tutior sit à beluis propter hominum frequentiam. Deinde postea quā reperit inuolucrum statim exedit, ne deprehendatur: præterea hinulum ducens in stabula monstrat, ac cōsuefacit quo debeat refugere, si quod imminet periculum, id ait laxum esse abruptum.

*Cercopissare.*

Κιρκωπίσαν, id est, Cercopissare dicuntur, vel qui lasciuunt, aut qui adulātur. Metaphorā ducta ab animantibus, quæ mota cauda adblādiuntur, vt Crysippo placet, Suida teste: vel qui molesti sunt, obturbantq; & obstrepunt, vt vox deflexa sit à Cercopibus illis Lydiis, quos Hercules, quod sibi cū Omphale cubant, petulantius obturbaret, amicæ iussu victos de claua suspendit, quemadmodum retulimus in adagio: Ne in Melāpygum incidas.

*Vale carum lumen.*

Χαῖρε φίλον φῶς, id est, Vale gratum lumen. Hoc apparet vulgo dici solitū, quoties extingueretur lucerna. Referunt autem ad fabulam, non admodum castam, sed docendi causa referendā tamen. Narrant enim anū quampiam, cum nuda libidinari pararet,

extinxisse lucernam, ne rugæ siturq; corporis offenderet, & extinguentem dixisse, χαῖρε φίλον φῶς, id est, Vale amicum lumen, quæ quidē verba suspiciamur hoc magis in vulgi locum abiisse, quod iisdē vianur in tragædiis, exituri è vita, velut Polyxena in Hecuba Euripidis, Iphigenia in sui nominis fabula, Alceſtis & Electra, aliæq; complures. Tametsi Plutarchus Coniunialium quæſticularum, Decade 7. problemate 5. indicat dictum à quodam, qui amicæ prodeunti in conspectum, cum ipse vino, opinatur, cæcutiret, χαῖρε, inquit, φίλον φῶς. Poterit ad varios vsus accommodari paræmia. Siue cū nos significamus licentius agere velle. Nox autem tegit omne dedecus, & quoniā iuxta Nafonem, pudore vacat, accomoda videtur inhonestis ac flagitiosis actionibus, quas eo Lucianus νικτηρίας appellat. Huc adlusit Aristophanes in Concionatricibus, cum mulierem volentem deicere alium, ita loquentem facit:

ἦ πικρὸν ἀχρηστοὶ νικτὸς ἐστὶν ἐν κελῷ. id est,

An vero vbiq; est hoc honestū noctibus.

Siue cum relinquimus amicum, aut rem interius adamatam. Siue cum innuimus mulierem iam marcida forma, quæq; non possit nisi per tenebras adamari, χαῖρε φίλον φῶς. Aut cum significabimus nobis perisse rem longe carissimam. Siquidē diuus Ambrosius in homiliis, quas cōscripsit in Euāgelium Lucæ, refert ad huiusmodi fabulā: Theotimo cuiquam, cum graui morbo oculorum laboraret, medici interminati fuerant, ne cum vxore rem haberet: si faceret, prorsus cæcitatem imminere. Verum is libidinis impatiens, non potuit sibi temperare, quin vxorem amplecteretur. Itaq; cum iam medio Veneris calore ferueret, & in mentem venisset medicorum interdictum, χαῖρε, inquit, φίλον φῶς, id est, Vale amicum lumen. Nimirum intelligens se voluptatem eam pebreuem oculorum dispendio emisse. Similis est apud Martialem fabula de Phryge quodam lusco bibone, cui cum interdictum esset à medicis, ne biberet vinum, alioqui nihil visurum, protinus admotis poculis:

Valebis, oculo, inquit. exitum requiris?

Vinum Phryx, oculus bibit venenum.

Veniat hospes quisquis profusurus est.

Ξένος ἐνδοῖς σις ὀνήσα.

id est,

H h

Veniat

Veniat qui proderit hospes.

Theopōpus, citante Zenodoto, scribit hoc adagiū ex Philippi regis apophthegmate profectum esse. Nam is vbi Thessalorum ciuitatem subuertisset, & hospites quos inibi reperit diuendidisset, per iocum dicebat:

Ξεῖθε ἔλθοις ὀνίσις.

Videtur ex oraculo, aut poeta quopiā sumptū. Est enim hemistichium carminis heroicī. Admonet adagium, eorum demum aduētum esse gratum, qui commodi quippiam adferunt. Ouidius:

Ipse licet venias Musis comitatus Home-  
re,

Si nihil attuleris, ibis Homere foras.

*Obolum reperit Parnætes.*

Ὁβολὸν δὲρει παρναίτις, id est, Reperit obolum Parnætes. Accommodari poterit ad illos qui nouum aliquod excogitarunt premiū, quo illescent. Natum aiunt à Callistrato Atheniensium Reipublicæ principe, cui cognomen additum Parnætes. Is enim instituit, vt in iudiciis & cōcionibus nummuli quidam distribuerentur. Quam rem Comicozum insectatio vertit in prouerbiū.

*Apertæ musarum ianuae.*

Ἀπώγωνται μῦσαι ὄνραι, id est, Apertæ Musarū ianuae. Hoc adagio conueniet vti, quoties aliquem facili, promptoq; ingenio significamus, & in percipiendis optimis disciplinis celerem, quasi Musis fauētibus, & haud grauatim suppeditantibus. E diuerso, qui tardiores sunt, clausis Musarum ianuis discere dici poterunt. Aut si quādo dicemus, non oportere celare doctrinam Musarum munus, sed candide, citraq; inuidiā impertire, tanquam lumen de lumine suppeditātes. Refertur à Zenodoto.

*Martis campus.*

Ἀρεῖ πεδίον, id est, Martis campus. Suidas ex Alexandridis Pisandro citat. In eos torquebatur, qui militari confidentia præditi viderentur, quiq; rem vi, non iudicio gererent. Non doctis dictis, sed pugnis. Non ex iure manu confertum, sed improbis clamoribus. Et quibus ius est in armis, quos Hesiodus eleganter composita voce χερσὶνικας vocat. Ceterum in quo quis valet, id Græci campum illius vocant.

*Argenteis hastis pugnare.*

Ἀργυρείας λόγχας μάχεσθαι, id est, Argenteis hastis pugnare dicuntur, qui, cum negotiū alio pacto confici nequit, muneribus & largitione perficiūt. Nihil autem tam arduū, quod pecunia nō explicetur. Quemadmodum eleganter dictū est à M. Tullio actione in Verem secundo, Nihil esse tam sanctum, quod non violari, nihil tam munitū quod nō expugnari pecunia possit. Ortum aiunt parētiām ab oraculo quodam Apollinis Pythii, qui Philippo regi consulenti, quo pacto posset victoria potiri, responderit ad hunc modum:

Ἀργυρείας λόγχασι μάχης, καὶ πάντα νικήσεις, id est,

Argenteis pugna telis, atque omnia vinces.

Videlicet iuuenes, vt quosdam largitionibus ad proditionem sollicitaret, atque ita confecturum quæ veller.

*Archytæ crepitaculum.*

Ἀρχύτης πλαταγή, id est, Archytæ crepitaculum. In hominem vehemētē garrulum, & obstreperum iaciebatur. Archytas, crepitaculi genus æreum excogitauit, quod pueris lusitātibus daretur, ne quid interim ex vasis domesticis cōtingerent. Quemadmodum docet Arist. 8. lib. Politicorum Suidas indicat Archytam fuisse Pythagoricū Empedoclis præceptorem. Quamquam huius nominis referuntur aliquot, tamen cōsentaneum est hunc Tarentinum philosophū eius organum fuisse opificem, vt pote qui fertur in mechanicis mire præcelluisse. Cuius & colūba lignea celebratur, ita ratione mathematica librata vti volaret. Quamquam Diogenes Laertius in huius vita restatur, huius nominis & architectum fuisse quendam, qui librum quoq; cōscripserit de machina. Colūbæ meminit & A. Gellius lib. 10. cap. 12. ex auctoritate Phaurini tribuens inuentum hoc Archytæ philosopho. Sed vtriuscunq; fuit inuentum, consentaneum est huiusmodi quoddam organum fuisse, quod suaapte sponte sonaret. Vnde non absurde torquebitur in eos, qui naturæ vitio, quouis loco, quouis de re, & apud quosuis, quiduis garrunt, quos Græci λαλῶντες, ἀμετροπέεις, κεραιμύθεες & πολυμύθεες appellant, Latini garrulos, locutuleios, tabulas,

bulas, blaterones & linguaces : In quos Eupolis fecit :

Αλλ' ἄρισθ' κἀδυνατῆσσι λέγειν . i .  
Ad garrendum præcipuus & optimus,  
Verū ad loquendū nemo minus idoneus.

Nec infcite Epicharmus,

Οὐ λέγειν δ' εὐδὸς, ἀλλὰ σιγῆν κἀδύνατος . i .

Nihil valebat eloquendi viribus,  
Verum silenti habebat impotentiam .  
Habebatur simile quiddam & apud Roma-  
nos, Citeriam appellabant . Erat ea effigies  
quædam arguta & loquax quæ ridiculi gra-  
tia in pompa vehi solita sit . Vnde M. Cato  
in M. Ceciliū: Quid ergo dicere amplius  
quem ego deniq; credo in pompa vestitū  
iri, ludis pro Citeria, ac spectatoribus ser-  
mocinaturum? Ergo prouerbii speciem ha-  
bebūt orationes huiusmodi, Citeria loqua-  
cior. & præ hoc mutam dicas Citeriam, &  
vnus cum multis Citeriis certare possit .

#### Αρατροῦ ἰακουλῆς .

Ἀρατροῦ ἀκουσίτην, id est, Aratro iaculari dicū-  
tur, qui quippiam incircumspecte faciunt,  
haud prospicientes quid sit in posterū eue-  
nturum, aut qui suo magno incommodo co-  
nantur alterum lædere . Quisquis enim ia-  
culet aratro petit alium, is quo morem gerat  
ipse, semet re necessaria priuat, cuius vsum  
paullo post sit desideraturus . Recensetur à  
Diogeniano . Translatū videri potest à bel-  
li temporibus, quibus vomeres, marra, &  
sarcula, reliquæque agricolationis arma, in  
Martia diffinguntur arma . Plutarchus in  
commentario: ὡς τὸ τ' ἄνθυμίας vsurpat, ve-  
luti de re vehementer absurda : ἔσθ' γὰρ ὁ το-  
ξόεν ἀρίτερος βελόμηνθ', καὶ τῶ βοῖ τὸν λαγὼ  
καμνίτην δυσυχὴς ἐστίν, id est, Neque enim  
is, qui vult aratro iaculari, & boue leporem  
venari, est infortunatus .

#### Ἀσικὸς μοριεὺς πορριγίτης ἰακουλῆς .

Ἀσικὸς ὑπὲρ χεῖρα καὶ πορριγίτην, id est, As-  
ticus porrigit manum, etiā cum moritur .  
Huic adagio locum fecit Atheniēn . in mu-  
neribus captandis, & aucupandis lucris in-  
satiata cupiditas . Vnde & apud Aristoph.  
frequens iocus in τῆς δ' ἀροδοκουῦτας . Au-  
ctor Diogenianus .

#### Ἀργὶ κολλίς .

Ἀργὶ κολλίς, id est, Argi collis . Vbi quis inge-  
tibus malis esset implicatus . Potest accom-

modari, vel ad locum, vel ad negotium va-  
riis obnoxium calamitatibus . Natum autē  
à colle quodā, cui cognomen Argi, frequen-  
tibus homicidiis, ac latrocinis infamū .

#### Ἀσίνος ἐστὺν ἐπιεικής ἰακουλῆς .

Ὀνθ' πενὴν ἔσπασεν ἀμείλιχον, id est, Asinus esu-  
riens sustem negligit . In eos conuertit, qui  
ventris, compendiiue gratia quantum con-  
tumeliam perferunt . Refert Aristot. in lib.  
Moralium tertio, ἐπεὶ ἔστι γὰρ καὶ οἱ ὄνοι ἀνδρείου  
καὶ εἰν πενὴν ὄνοι, τυπόμενοι γὰρ ἐκ πείρας τοῦ  
νομῆς, id est, Nam illo pacto & asini cum esu-  
riunt essent fortes, quod licet verberentur,  
non discedunt tamen à pabulo . Negans for-  
tem esse censendum, qui quousque pacto tolle-  
ret incommoda . Alioquin asinos longe for-  
tissimos futuros, qui dum esuriunt, nullis  
verberibus à pabulo dimoueri queunt . Ap-  
paret ex Homero sumptum, qui sane quàm  
elegantem describit asinum patientiam  
Iliados λ .

Ὡς δὲ ὄτ' ὄνθ' παρ' ἄρρεσιν ἰὼν ἐκίωσκατο παῖ-  
δας

Νωθῆς, ὡς δὴ πολλὰ τῶν ἔσπασεν ἀμείλιχον  
Κέραι' εἰσελάων βυθὺ λίου, οἱ δὲ τε παῶδες  
τύπασιν ἔσπασασι, βίη δὲ τε κηπὴν αὐτῶν,  
Σπασθῆν τ' ἐξήλασσαν ἐπεὶ τ' ἐκορέσκατο  
φορβίς . id est,

Vt cum per segetes ignauus trástafellus  
Inuitis pueris, cui mulcus tergora circum-  
lam crepuit fultis, neque segnius ille pro-  
fundam

Ingreditur segetem, pueri sed sustibus il-  
lum

Cædentes studio, tandem ac puerilibus  
aruo

Viribus ciciunt, vbi pastu expleuerit  
aluum .

#### Ἄσος ἐπιεικής ἰακουλῆς, ἢ ἐπιεικής ἰακουλῆς .

Ἄσος ἐπιεικής ἰακουλῆς, id est, As florem, aut  
cucurbitam . Id perinde valet quasi dicas :  
Aut mortem, aut vitam, aut lucrum, aut dæ-  
num, aut victoriam, aut contra . Græci cu-  
curbitæ florem κείνον appellant . Incertū au-  
tem vitrum mox euanescat, an cucurbitam  
sit pariturus . Proinde per florem, mortem,  
aut frustratam spem significabant, per cu-  
curbitam vitalem . Diphilus apud Zenodo-  
tum ἐν ἡμέραις αὐτὸς ἐπιεικής ἰακουλῆς παρὰ  
ἑστὶν ἐπιεικής ἰακουλῆς ἢ κείνον, id est, Ipse tibi senex  
intra septem dies exhibere volo cucurbitā,

H h 2 aut

aut erinum, id est, possum efficere, ut aut recte valeas, aut moriaris. Huic non dissimile est illud, quod apud Homerum Odysseus dicit spectrum apparens Penelope dormienti:

Ζῶες δ' ἢ τὲ θῆκε, κακὸν δ' ἀνιμάλλει βόλ-  
 ζεν id est,

Is superest, aut interiit. Nam vera loquendum est,

Et quod ad huius imitationem Horatianus dixit Tiresias:

O Laertiade, quidquid dicam, aut erit, aut non.

### Nuda gratia.

Ἀ χάριτις γυμναῖ, id est, Gratia nuda. Admonet adagium, ut candide ac benigniter impertiamus amicis. Aut ne quid inter amicos fictum, aut fucatum, verum nuda simpliciaq; omnia. Nam poete tres fingunt charites, id est, gratias, humanitatis & benevolentiae praesides. Horat. in Odis:

Gratia cum nymphis, geminisq; sororibus aude

Ducere nuda choros.

Idem alibi:

Et solutis gratiae zonis.

Sunt qui parocemiam ad ingratos referant, quod ab his gratiae veluti dispoñetur, dum semper auferunt beneficii qui piam, nihil rependunt. Itaq; conuenit in illos, qui sua beniguitate rediguntur ad inopiam, largientes amicis quidquid nañi fuerint.

### Crobylingum.

Κροβύλας ζῆγος, id est, Crobyli iugum. Desocietate duorum pari improbitate dici consuevit, ut de quibus est in Epigramatis Martialis libro octauo.

Vxor pessima pessimus maritus,  
 Miror non bene conueniet vobis.

Ductum prouerbiū à Crobylo lenone quodam omnium scelestissimo. Is duo scorta domi alebat, quorum lenociniis quam plurimos adolescentes in perniciem alliciebat, nec his contentus, eosdem illectos furto copulabat. Unde Crobyli iugum dictum, vel quod digni videre neut, qui tanquam pares improbitate eñ hoc copulari deberent, vel quod iugū, id est, par scortorū aletet domi.

Myllus omnia audiens.

Μύλλος πάντων ἀκούων, id est, Myllus omnia au-

scultans. Dici solitum, vbi qui se dissimularet audire, fingereq; surditatem, cum omnia tamen auribus curiosus captaret, auscultaretq;. Tractū videtur à mola, vnde exploratores obseruare soleant quae fierent, nam μάλον molam sonat Graecis, aut Myli curiosi cuiuspiam moribus. Zenodorus testis est, Cratinū hoc vsum adagio in Cleobuhnis. Hefychius indicat Mylon fuisse poetam quempiam Comicum, praeterea piscis esse nomen, nullū opinamur sentiens. Ad hanc μάλλον Graecis significare, curuum, obliquū ac distortum. Scribit enim duplici λα. De carcini Strobilis dictum est alias. Habent autem principes quidam & hoc sycophantarum genus, qui se fingunt surdos ac mutos, quo magis audita referant.

### Nos decem Rhodienfes, decem naues.

Ἡμεῖς δέκα ῥήδοι δέκα νῆες, i. Nos decem Rhodienfes, decem naues. In eos torquendum, qui nimium suis tribuunt viribus. Natum videtur à dicto Thrasonis cuiuspiā, qui decem homines, decem nauibus opposuerit. Nisi malum ad Homericum illud referre:

Τληπόλεμος δ' ἠρακλείδους ἴσ' τε μέγας τε  
 Ἐκ ῥήδης ἐνεία νῆας ἀγέει ῥήδων ἀγέρας ἠων. i.  
 Tlepolemusq; Heraclides, magnusq; bonusq;

Ter ternas naues Rhodiis praestantibus aptas

E Rhodo egie.

### Obliquus cursus.

Κάμπη δ' εἰς, id est, Obliquus cursus. Quoties res arte ac dissimulante agitur. Aut quoties aliud pra nobis ferentes alio tendimus, & cuniculis atq; ambagibus quibusdā pergitur ad id quod assequi conamur. Sumptum adagium à genere quodam cursus, qui κάμπη dictus est, propterea quod anfractibus certis ac flexibus perageretur. Vt in aliis impetus & celeritas plurimum valuerit, in hoc ars & ratio plus habuerit momenti. Huiusmodi cursus genus describit Vergilius lib. 5.

Olli discurrete pares, atq; agmina terni  
 Diductis soluere choris, rursusq; vocati  
 Conuertere vias, infestaq; tela tulere.

Inde alios ineit cursus, aliosq; recursus.

Ac paullo post:

Vt quondam Creta fertur labyrinthus in  
 alta

Parietibus

Parietibus textum cæcis iter, ancipitæq;  
Mille viis habuisse dolum, qua signa se-  
quendi

Falleret indeprehensus & irremeabilis er-  
ror.

Poteſt à nauigantibus traductum videri, cū  
reſtantibus ventis, tranſuerſim nauigant.

*Ne Iuppiter quidem omnibus placet.*

**THIOGNIS** in ſententiis :

· Οὐ δὲ γὰρ ὁ Ζεὺς

· Οὐδ' ὕψιν πόττας ἀνδάνει δὲ ἀπίχων. id eſt,  
· Neq; Iuppiter ipſe,

· Siue pluat, ſeu non, vnicuiq; placet.

Hodieq; vulgo dicunt, neminem inueniri,  
qui ſatiſfaciat omnibus. Nam aliis alia  
probantur. Er:

· Tres mihi conuiuæ, prope diſſentire vi-  
dentur:

· Poſcentes vario multum diuerſa palato.  
Pindarus in Olympiorum 8.

· Τεττιον δ' ἐν ἀνθρώποις ἴσον ἔσοισι δόξει. i.

Inter homines nihil erit æque iucundum,  
videlicet quòd alios alia delectant, & ſuum  
cuiq; pulchrum eſt.

*Non perſuad. bis, ne ſi perſuaſeris quidem.*

· Οὐ γὰρ πείσεις, δ' ἂν πείρης.

· Haud etenim perſuaſeris vnquam,

· Nec ſi etiam perſuaſeris iſtud, prouerbiali  
ſchemate dictum ab Ariſtophane. Eſt autè  
hyperbolæ genus, qua ſignificamus tanquā  
ἀδυνατώτα τότῃ. Perinde quaſi dicas: Non  
credam, etiam ſi videro.

*Novus hæc Pylæa & Tytygyias.*

· Οἱ δ' εἶτε πολὺν αὐτὰ καὶ τυτυγίας. id eſt,

· Hæc & Pylæa nouit & Tytygyias.

Hoc velut ænigmate veteres innuebant,  
opes malis artibus quaſitas. Tytygyias pla-  
giarius quiſpiam fuit, qui ſeruos & res alie-  
nas, quas furto ſuſtulerat, in Pylæa, iſt eſt Ar-  
cadiz locus, venditare conſuevit, atq; hoc  
quaſtu diues euafit. Auctor Zenodorus.

*Polycrates matrem paſcit.*

· Πολυκράτης μῆτέρα νέμει, id eſt, Polycrates ma-  
trem paſcit, Hoc adagiū ex hiſtoria petunt,  
narrātes Polycratem Samiorum tyrannū,  
matres militum, qui in bello interiffent, re-  
cenſuiſſe, eaſq; locupletioribus ciuibus nu-  
triendas tradidiſſe, vnamquamq; hiſ com-  
mendantē verbis, σοὶ ταύτην μῆτέρα δίδωμαι,  
id eſt, Hanc tibi do matrem. Vſum prouer-  
bii non adſcribit Zenodorus, proinde libe-

rum eſt vnicuiq; coniiicere, cui ſententia  
rectiſſime poſſit accommodari. Putamus  
non inſimode poſſe vſurpari, quoties ali-  
quis in cōmendandis amicis eſt benignior,  
officioſiorq;. Aut vbi quis alieno ſumptu  
de quopiam bene mereri ſtudet, ita vt aliis  
nummos impendentibus, ipſe præter offi-  
cioſa quædam verba nihil inſumat.

*Te ipſam laudas.*

· Σαυτὴν ἑπαινᾶς, id eſt, Laudas te ipſam. He-  
miſtichium iambicum, quod accinitur, vbi  
quis ſeſe laudat, ſuiq; tibicinem agit. Ple-  
ne ſic eſſertur:

· Σαυτὴν ἑπαινᾶς ὁ ἄνω ἀφ' οὐρανοῦ γίνω. i.

· Laudas te ipſam mulier Aſtydamæ in mo-  
dum.

Aſtydamas hiſtrio quiſpiam fuit Moſſimi  
filius. Huic ſtatua in theatro ponēda decre-  
ta fuerat, quod in agēdo Parthenzum ſeſe  
gnauiter ac ſcite geſiſſet. Itaq; titulum ip-  
ſe conſcripſit, in quo ſuas laudes complectē-  
batur, eumq; in concionem attulit, vt ad-  
probatus adderetur ſtatua. Verum ſuffra-  
giis populi decretum, ne moleſtus ille titu-  
lus inſcriberetur. Ea res primum comædiæ  
iocis agitata, poſt in prouerbium abiit. Ita  
nunc quoq; non inſacere vulgus diſticit,  
malignos eſſe vicinos illi, qui ipſe laudator  
ſui fuerit. Recenſetur à Zenodoto. Titulum  
quem Aſtydamas ſtatua ſua inſcripſit, ex-  
tat etiam num apud Suidam:

· Εἰδ' ἐγὼ ἐν κείνοις γινόμεν, ἢ κείνοι αὐτὸ ἡμῖν,

· Οἱ γλώσσῃς τρεπῆς πρῶτα δοκῶσι φέρειν.

· Ως ἐπ' ἀλθεύς ἐκρίθη ἀφελείς περὶ κίλλῃ

· Νῦν δὲ χερσὶν παρέρχῃ ὅς φέβῃ δὲ ἔχ' ἔπι-  
δε.

Eos verſus elegāter Latinos reddidit Con-  
radus Goclenius, linguæ Latinæ publicus  
olim profeſſor in Academia Louaniēſi, iu-  
uenis vtriuſq; linguæ ad vnguem doctus,  
& in vtroq; ſcribendi genere mirificus arti-  
ſex, ſiue proſam orationem malis, ſiue car-  
men, ſubſcribere viſum eſt:

· Vixiſſent vti nam mecū illi, aut inter ego  
illos,

· Quos penes eſt linguæ ſuauiloquentis ho-  
nos.

· Præmia prima equidem citra certamē ha-  
berem.

Nunc adimūt in quos nil habet inuidia.  
Vſurpauit & Iulianus in epiſtola quadā ab  
Baſiliū: ἑπαινᾶσιν γὰρ ἑμαυτῶν ἄνω ἀφ' οὐρα-  
νοῦ, i. Laudaui me ipſum vt Aſtydamas.

Hh 3 *Sybenia*

*Syrbene chorus.*

*Συρβένιος χορός*, id est, Syrbenz chorus. De cho-  
reis incompositis ac tumultuosis olim di-  
citur. Nam *σύρβη* quidam vocem existi-  
stimant, qua subulci erga suos utantur, vnde  
& *σύρβη* pro tumultu abutuntur. Ceterū  
Hesychius interpretatur, *πίρβη*, μετὰ ἐ-  
ρῶβη. Idem mox addit *σύρβη* Γίγαις sonare  
thecam fistularem, vnde *συρβηνός* dicitur  
tubicen, aut tumultuosus. Vsurpat Athenæus  
lib. 15. *Ἐπεί ἐρῶβη κατὰ τὸ συμπό-  
σιον, ἔφη, τίς ἐστὶ δὲ συρβηνάων χορός*, id est, Cū  
convivium esset plenum tumultus. Quis,  
inquit, iste Syrbenzorū chorus? Sic enim  
constanter refert hanc vocem Athenæus.  
Vsurpat idem pagina eiusdem libri proxi-  
ma: & aliquanto post ex Clearcho docet,  
quis sit *συρβηνάων χορός*, videlicet in quo  
quisq; quod sibi visum fuerit canat, nec au-  
sentet: quid præscribat, isq; illi choro præsi-  
det, quiq; docet quemadmodū oportet can-  
nere. Ducta videtur metaphora à dissono il-  
lo porcorum grunnitu. Non intempestive  
dicit in homines inter se discordes & que-  
rulos, aut vbi offendit aures imperitorum  
cantorum symphonia discors.

*Hesiodi senectā.*

*Ἡσιόδειον γῆρας*, id est, Hesiodia senectā. Lon-  
gævia, vixaq; se appellabatur. Fertur  
enim de Hesiodi senectate Pindari epi-  
gramma quoddam huiusmodi:

*Χαίρει δὲ τὸ βίσιος, καὶ δὲ τὰ φεῖ ἀντιβολήσας  
Ἡσιόδ' ἀνθρώποις μέτρεον ἔχων σοφίης.*

Quod autem ait, eum bis pubuisse, signifi-  
cāt, extremam senectam, quasi pueritiam re-  
ferentem, iuxta proverbium quod alibi re-  
rulimus, *δὲ τὸ πάσις οἱ γέροντις*. Porro quod  
bis sepulchrum, adludit ad historiā, cuius me-  
minit Plutarchus in Coniuvio septem sa-  
piētum. Cum ob suspicionem interfectus  
esset in Locris, & cadaver eius abiectum in  
mare, Delphinorum agmen illud exceptū,  
in Rhium exposuit. Illic cum Locrenses sa-  
drum ex more peragerent, & recēs Hesiodi  
cadaver agnoscerent, rebus omnibus omif-  
sis; cædis auctores vestigarunt: eos compre-  
hensos, viuos in mare præcipitarunt, ac do-  
mos incendunt. Hesiodum in Nemeo se-  
pelierunt. Sed occultant sepulchrum propter  
Orchomenios, qui moniti oraculo, cona-  
bantur viri reliquias apud se servare, vnde

consentaneum est quemadmodum Home-  
ri natiuitatem permulta vrbes sibi vendi-  
cant, ita Nemeos simul & Orchomenios  
Hesiodi sepulchrum sibi asserere. Nisi sepul-  
chrum semel accipere malimus, cum in mare  
proiectus esset. Proinde videto lector, ne  
pro *ἀντιβολήσας* legendum sit *ἀντιώσας*,  
quod paternum admittit casum, cum signi-  
ficat consequi, aut nancisci.

*Lotum gustavit.*

*Λωτὸν ἔφαγες*, id est, Lotum gustasti, de iis di-  
cebatur, qui diutius in peregrinis regioni-  
bus hererent, velut oblitus reditus. Neq; in-  
cōinne dixeris in eos, qui simulatq; semel  
voluptatem inhonestam degustarint, ad pri-  
stina studia reuocari non queunt. Sumptū  
à fabula Lotophagorum, de quibus memi-  
nit Homerus *Odyssææ* lib. 9. narrās quem-  
admodum Vlyssis socii gustata apud Loto-  
phagos populus herbaloto, redire qd nau-  
im noluerint, nisi verberibus adacti:

*Ἀλλὰ σφι δόσαν λωτοῖο πτόσα δαί.*

*Τῶν δ' ὅσις λωτοῖο φαγοὶ μελιόδ' ἄκκαρπῶν,*

*Οὐκ' εἴ' ἀπαγγέλλαι πάλιν ἠθέλειν, ἔδ' ἔϊε δαί.*

*Ἀλλ' αὐτὰρ ἐβλάτο μετ' ἀνδράσι λωτεφαγοῖσι*

*Λωτὸν ἔρεπτόμοιοι, μνήμην, ἰόσῃ τε λαδῆ-  
σαι.* id est,

Verum illis lotū degustādā exhibuere.  
Est horum quisquis loti gustat amicum  
Et suanē fructū, neq; nuntia protinus illi  
Vlla remittere cura, nec ipse redire stude-  
bat.

Verum inibi cum Lotophagis remanere  
volebant

Obliti reditus, carpturi germina loti.

Est autem Lotus, quam eandem celtim dici  
docet Dioscorides lib. 1. arbor, de qua Plin.  
lib. 13. Tam dulcis ibi cibus, vt nomen etiā  
genti terræq; dederit, nimis hospitali, adue-  
narum obliuione patriz. Est & herba eius-  
dem nominis gratissima & ipsa palato, de  
qua permulta Theophrastus libro De Plan-  
tis quarto, capite nono. Reperimus & hoc  
proverbium in collectaneis cuiusdam recē-  
tioris: quod quoniam videbatur haud ille-  
pidum adscripsimus.

*Ex ore lupi.*

*Ἐκ λύκῃ ἑόματ'*, id est, Elupi ricinū, vbi res  
quæpiam præter spem recipitur, quæ iam  
plane periisse videbatur; veluti cum pecu-  
nia crepta à prædonibus, aut rapaci tyran-  
no

no, aliquo inopinato casu recuperatur. Solent enim sic recepta esse gratiora. Sic Flacus in Odis: Vel hœdus creptus lupo. Nota metaphora. Adagium refertur à Diogeniano. Natum videtur ab Aesopica fabella, quæ narrat gruem, cum stipulata mercedē os, quod lupi gutturi in hæserat, immisso capite eduxisset, præmium exigentem irrisam à lupo fuisse, cū is diceret, abunde magnum esse præmium perfolutum, quod ex ore lupi caput incolome retulisset.

*Boni viri lacrymabiles.*

Αγαθὸς δὲ ἀπὸ δάκρυος ἀνδρῆς. id est,  
At quisquis probus, is multum lacrymabilis est vir.

De iis dicebatur, qui facile commouerentur ad misericordiam, ac precibus flecterentur. Nam illacrymare dicuntur, qui misere scunt. Ouidius:

Quibus possint illacrymassē feræ.  
Proinde Horatius Plutonem, quod nullis flectatur precibus, illacrymabile appellat:

Non si trecentis, quotquot eunt dies,  
Amice places illacrymabilem  
Plutona tauris.

Et Dido Vergiliana Aeneæ duriciem incusans,

Num fletu ingemuit nostro? num lumina flexit?

Num lacrymas victus dedit, aut miseratus amantem est?

Potest & ad Heraclitum referri, res humanas perpetuo fletu prosequi solitū. Contra duros & inexorabiles, adamâtinios ferreos, & corneis fibris dicimus. Licebit & huc detorquere, quod boni fere cum paupertate rem habent, multaq; cogūtur perpeti. Adagium recenseatur à Zenodoto.

*Bocchyris.*

Βόκχυρις seu Βόκχυρις, nam utrūq; reperitur. Plutar. in vita Demetrii, Bocchorem vocat, indicans exactum iudicium, Βόκχυριος κείνου appellari solere. Rex quidam fuit Aegyptiorum, adeo notæ & incorruptæ in iudicandis litibus iustitiæ; ut vulgo si quem magno opere iustum & integrū significare vellet, Bocchyrim appellaret: perinde quasi Rhadamantum dicas, aut Minoem. Plutar. chus in commentario De vitiosa taciturnitate testatur, fabulam de hoc tactatam fuisse, quod cū esset natura grauis & austerus,

Isis illi aspitem immittere solita sit, quæ capiti circumuoluta, superneq; hominem inuibraret, ut osteuro territis recte iudicaret. Adagium refertur à Suida. Dici potest & de iis, qui non temere de re quapiā pronunciant. Negant enim hunc regem solere sententiā ferre, nisi de causâ iam comperita, & certis argumentis deprehensâ; & tamē huius Bocchyris iudicium quoddam rephensum fuit à meretrice Lamia. Adolescens quidā in Aegypto deperibat amore Theonidis meretriculæ. At illa pro nocte mercedem ingentem postulabat. Interim euenit, ut adolescens noctu somniaret se rem habere cum Theonide. Eo viso liberatus est ab amore, desistitq; scorto molestus esse. Illa ubi factum rescituit, appellat adolescentem, petit pactam mercedem. Cum non conueniret, itum est ad iudicem Bocchorē. Is causâ cognita pronunciat, ut adolescens tantū pecuniæ adferret in vasculo, quantum illa postulasset, eamq; præsentē ac inspectantē Theonide, huc illucq; manu tenens volueret, & illa interim hæreret umbræ, quasi restæ somnium umbra penfaretur. At hoc iudicium ut iniquum reprehēdit Lamia meretricis. Per somniū, inquit, adolescens amore coitus liberatus est, at umbra Theonidē non liberauit amore pecuniæ. Hæc Plutarchus in vita Demetrii.

*Camelus saltat.*

Vbi quis indecore quippiā facere conatur, & inuita, sicut aūt, Minerua, camelum saltare dicebant Veluri si quis natura seuerus ac terribis, afflister elegans ac festiuus videri, naturæ genioq; suo vim faciens. D. Hieronymus prouerbii nomine citat, torquetque in Heluidium. Risimus, inquit, in te prouerbium, Camelum vidimus saltantem. Taxat Hieronymus hominis ineptiā, qui cum à Musis esset alienissimus, tamen disertus haberi vellet.

*Canis in vincula.*

Κύων ἐν δὲ σφαῖρα, id est, Canis in vincula. Dicebatur, ubi quis seipsum in seruitutem, aut in malū aliquod iniiceret. A canibus sumptum vltro se præbentibus vincendos cibi lenocinio. Auctor Zenodotus. Hefychius indicat in eandem sententiā dici: Βόσ ἐν δὲ σφαῖρα, id est, Bos in vincula.



*Chius ad Coum.*

ΧΙΟΣ πρὸς κῶον, id est, Chius ad Coum. De cōparatione vehementer inæquali dicebatur. Nam in ludo talorum iactus, qui Chius dicebatur, vnioni respōdebat, Coum senioni. Quem Græci Chium dicunt, nos canē vocamus, & quem illi Coum siue ἔξιταν, nos senionem. Porro quemadmodum Coum inter felices iactus habebatur, ita Chius fuit inter infelices. Vnde Persius:

- Quid dexter senio ferret

Scire erat in votis, damnosa canicula quātum

Raderet.

Viderit autem senio per se felix, infelix haberi soleat, si accederet canis. Sic enim Martialis:

Senio nec nostrum cū cane quassat ebur.

Quod si verum est, adagium conueniet nō solum in collationem rerum inæqualium, verum etiam pugnantium. Velut si quis cōferat plebeium cū rege, Chius est ad Coum: si quis adolescentem cum senē, cōtrarietas est, non solum inæqualitas. Adagii meminerunt Zenodorus, Hefychius & Suidas, nisi quod Suidas pro ἰν habet ἐνδον, pro ἔξ ἔξω. Id verum scribæ culpa commissum sit, an interior talis pars & exterior intelligenda sit, doctis executidum relinquimus. Fit autem internum adluso ad gentes, quarum vtriusq; mores non caruerunt nota, sed præcipue Chiorum. Ita simile fuerit illi: κρηὶς πρὸς τὸν κρηῖτα.

*Optimum condimentum fames.*

ΟΡΤΙΜΥΝ condimentum fames. Inter apophthegmata Socratica celebratur. Iridebat hoc dicto luxum Atheniensium, qui variis cupiditiis & operosis conditiuris conarentur efficere, vt cibus saperet palato, cum id optime præstet fames, cōdimentum vt optimū, ita & vtilissimum. Nihil enim suauius cedi, quam quod editur ab esuriente. Manet hoc dieq; vulgo tritum prouerbium, famē efficere, vt crudæ etiam sabz faccarum sapiāt. Antiphanes apud Stobæum:

Ἀπὸνδ' ὁ λιμὸς γλυκίκα πλὴν αὐτῆ ποιῆ. id est, Præter seipsam cetera edulcat fames.

Quod fames facit in cibo, idē sitis facit in potu. Darius enim in fuga cum aquam turbidam bibisset & cadaueribus inquinatam, negauit, se vnquam bibisse iueundius, ni-

mirum nunquam sitiens biberat. Eandem sententiam sic apud Athenæum lib. 4. effert Xenophon: ἡδὺ μὲν μάζαν καὶ καθάρματα φαγεῖν περιώσῃ, ἡδὺ δὲ ὕδωρ ἀευσθὰ μείον ἐκ ποταμῶν διψῶντα πίνειν, id est, Dulce est mazam & nasturtium edere esurienti, dulce est sitiēti aquam ἐ fluuij haustam bibere. Ibidem refert quiddam nō infestium de Socrate, qui frequenter ad multam vesperā ambulare consuevit ante edes suas: percontantibus quid illic ageret, Obsonium, inquit, comparo in cenam. De Dionysio, cui fastidienti nigrum ius quod in phiditiis adponebatur, coquus respondit, nō esse mirum: cum deessent cōdimenta, de palestra, cursusq; ante cenam sentiens, alias nobis dictū est. Aut natum à Socrate prouerbio, aut ab illo vsurpatū quod vulgo ferebatur. M. Tullius in lib. De finibus bonorum 2. Diceret id, quod Socratem, qui voluptatē nullo loco numerat, audio dicentem, cibi condimentum esse famem, potiois sitim. Licebit non nihil gratiæ addere proverbio, si lōgius descedatur: velut ad litterarum studium, quod eo dulcius est, quo vehemētius sitiuntur litteræ. Et voluptates commendat rarior vsus.

*Phani ostium.*

ΦΑΝΙΣ ὄψεα, id est, Phani ostium. Id accinebatur, vbi quis frustra seruasset aliquid, veluti si cuius vxorem adulterio vitiari cōtingeret, quam tamen ille multa zelotypia seruasset. Narum aiunt à Phano quodā vsurario: vel vt alii dicunt, cæco, qui cum cellæ penariæ ostium ita obstruxisset, vt citra strepitum non quiret aperiri, tamē à ministro apertum est, sublatumq; penu. Alii narrāt, huic hano vxorem fuisse parum spectatæ fidei, quam quodam die haberet adulterii suspēctam, atrii fores sic oclusit, vt non nisi cum stridore sonitūq; possent aperiri. Verum illa cum per regulas reciperet adulterum, vicini per iocum dicebant, ἡ φανίς ὄψεα. Eaq; vox postea cessit in vulgi sermionem. Hand scimus an sit idem cum eo, quod refert Eustachius in Odyssæli vit. φανίς ὄψεα, A Phania quodā, qui sinxerit sibi multam opum vim domi reconditam esse.

*Viro Lydo negotium non erat.*

Ἀνδρὶ λυδῷ πρᾶγμα καὶ κηνη, ἀλλ' αὐτῷ ἐξελθὼν ἐπράτα, id est, Viro Lydo negotium non erat,

erat, at ipse foras profectus parauit, Dicitur solum, ubi quis impatiens otii, ipse sibi negotium ac turbam accessit. Adluisse videtur huc Plutarchus, aduersus Colotem: Εμοὶ δὲ δοκεῖ κατὰ πρὸς ἄλυσθός ἐφ' αὐτὸν ἀπορῆναι βύρην μίαν, ἀλλὰ τὰς πλείους τῶν ἀπορῶν καὶ μύσους περιβάλλειν τὸν ἐπικρῶν, i. Mihi vero videtur quemadmodum Lydus ille, in seipsum aperire non vnam ianuam sed maximis ac plurimis difficultatibus circumualare Epicurum. Sumptum à Cræso Lydorum rege, qui antea felix, rebusq; florentissimis vitens, Cypri in se prouocauit: a quo victus, in maximas calamitates deuenit. Auctor Zenodorus.

*Ne vniquam viri senis.*

Ἀνδρὸς γέροντος μὴ ποτ' εἰς πυγὴν ἕρῃν, id est, Tu ne viri vniquam inspicio prodicem senis.

Id est, ne requiras illud à quoquam, quod ab eo præsari non possit. Veluti si quis à philosopho requirat eloquentiam, ab oratore exactam colligendi rationem, a sene facilitatem & festiuitatem iuuenilem. Metaphora fœdior est, quam vt libeat interpretari: simul autem apertior quam vt opus sit. Refertur à Zenodoto.

*Amæa Azesiam reperit.*

Ἀμῶναι πλὴν ἀζητίων μετῴθεν, id est, Amæa ad Azesiam accessit. Dicit consuevit de re diu multumque quaesita, desiderataque Didymus auctor est, apud Træzenios Cererem appellari Amzæam: Proserpinam, Azesiam. Nota fabula de Proserpina à Plutone abducta ad campos Elysijs, & Cetera toto orbe quaerente filiam. Refertur à Plutarcho in Alexandrinensium prouerborum collectaneis.

*Tamquam heros in clipeo excipere.*

Ἀλλ' ὡσπερ ἦρως ἐν ἀσπίδι ζεύγεται σὲ βόλομαι, i. Immo tamquam heros in clipeo te volo hospicio accipere. Dicit solitum, ubi quis suis ipsius artibus aut benefactis fructus, de amicis bene mereri conaretur. Inde ductum, quod antiquitus heroes assidue in armis agentes, velut in clipeo diuersabatur: & si quid opus fuisset amicis, quod armis præsari poterat, id prompte præsabant, vt pote sola virtute diuites. Et apud Homerum, heroes tergoribus bubulis accipiuntur, & apud Maronem,

Euider Acneam villosi pelle leonis accipiunt. Ex tergoribus autem integebantur clipei.

*Iouis sandalium.*

Τῆς θείας σάνδαλον, i. Iouis crepida. Per ironiam dicebatur in eum, qui magni quippiam videtur vellet, propter principis alicuius familiaritatem: veluti si quis insolens sit ac ferrox, quod regius sit coquus, aut imperatoris factellex, aut pontificius tonsor, adposite dicitur, τῆς θείας σάνδαλον. Nihil autem vetat, quominus & ad rem accommodetur: vt si quis equum regium, aut vestem miretur, quemadmodum vulgus facere consuevit non ob aliud, nisi quod regis sit. Suidas ex Eupolide citat.

*Lux adfulsit.*

Vbi meliorum spes ostendi cœperit, lucē adfulsisse dicunt. Euripides in Oreste:

Ἡκὶ φῶς ἔμοις καὶ σοῖς κλοκίς. id est, Meisq; venit lumen, ac tuis malis.

De Menelao dictum, e cuius adventu remedium aliquod malorum suorum sperabatur. M. Tullius in Antonianarum prima, Lux quædam videbatur oblata, non modo regno quod pertuleramus, sed etiam regni timore sublato. Porro lumen fausti ominis apud veteres fuisse, testis est & M. Varro lib. De lingua Latina 2. Putat enim mane dici inde dictum, quod antiquitus manum bonum vocabant. Ad cuiusmodi religionē Græci quoque cum lumen inferunt, solent dicere, φῶς ἀρῶν. Nos item illata lucerna fausta inuicem precamur. Lumen enim vitæ interpretantur. Vnde inuisam abrumperelucem. Et tædet celi conuexa tueri.

Euripides in Iphigenia in Aulide: Τὸ φῶς τὸ δ' ἀπὸ τοῦ ποιοῦν ἡδίστον βλέπεν. i. Lucem tueri est hominibus dulcissimum. Et apud Græcos βλέπεν, simpliciter dicitur, qui viuunt. Aegyptii vitam lucernæ simbolo representabant, quod nihil aliud existimarent esse vitam, quam ignem humore velut olei liquore nutritum.

*Lupus aquilam fugit.*

Λυκὸς αἰτὸν φλύγει, i. Lupus aquilam fugit, ubi periculum imminens euitari non potest. Aquilam enim, alata cum sit, fustralupus fugit. Refertur à Diogeniano, meminit autem & Zenodorus. Nec indicant originem prouerbi. Numquam enim audimus aquilas molestas esse lupis.

*Lupus*

*Lupus ante clamorem festinat.*

Λύκος πρὸ τῆ βῆς ἀβύσσει, id est, Lupus ante clamorem festinat, vbi quis admissi cōscius, vltro timet prius quam accusetur. Siquidem lupus simul atq; prædam rapuit, mox properat aufugere, ne coorto rusticorum clamore veniat in periculum. Auctor Dio. genianus.

*Lupo agnum eripere postulant.*

LENO quispiam in Pœnulo Plautina: Lupo agnum eripere postulant, nugas agunt. Vbi quis frustra conatur prædam recipere, cui semel manus iniecit rapax aliquis. Improbum enim videtur sperare futurum, vt Inpus agnum semel abreptū amittat. Confine illi, quod alibi diximus, ἐκ λυκῆς σωματος, id est, Elupi ore.

*Viam qui nescis ad mare. &c.*

PLAVTVS in Pœnulo: Viam qui nescit, qua deueniat ad mare, cum oportet amnē quæ- rere comitem sibi, id est, qui rem commo- de conficere nequit, is quavis ratione confi- ciar necesse est. Potest & in hunc accommo- dari sensum, qui per se non sapit, aliis ob- temperet qui plus sapere videantur. Potest item in hunc, Qui recte viuendi rationem ignorat, eos sibi proponat, quorum vita lau data est. Fluius etiam si lōgis ambagibus, tamen aliquando tamen ad mare deducit, quandoquidem illuc infunditur. Huic con- sultat, qui viz ignarus est, virgiferum ad- hibet. Gato Cenlorins in eos, qui subinde ambirent magistratum, non incite dicere solet: εὐς καὶ πρὸ τῆς ἀγορῆς τῆς ὁδοῦ αἰεὶ μετὰ τῆς βῆς ἀγορῆς ζήτην πορεύεσθαι μὴ πλανῆσθαι, id est, Non aliter quam viz ignaros sem- per velle cum virgiferis incedere ne errarēt. Magistratus enim ex more licitor aut ali- quis virgam gestans præcedebat.

*Volens nolente animo.*

Ἐκὼν ἀέκοντὶ γε θυμῷ, id est, Volens inuito sa- neanimo. Hemistichium Homericum Ili- dos libro quarto. Dicendum, vbi quis fingit se nolle quod cupit: aut contra. Teren- tius non dissimili figurā dixit in Andria: Tu voluntate coactus es tua. Non nunquā de ambigente, animiq; incerto dicitur, vt apud Euripidem in Hecuba:

Ὀδ' ἔβλεπον τε καὶ βέλων. id est,

At is volensq; & non volens.

Est etiam in arcanis prouerbiiis Hebræorū: Pigrum velle, & non velle.

*Vulturis vmbra.*

Γύπος σῶν, id est, Vulturis vmbra. De nullius precii homine dicebatur. Refertur a Dioge- niano. Sed magis quadrare videtur in here dipetas, aut alioqui rapaces, inhiantesq; prædæ. Respondet illi: Si vultur es, cadauer expecta.

*Præfens abest.*

Παρὼν ἀποδημῶν, i. Præfens peregrinatur. In eum dicendum, qui non animaduertit ea, quæ dicuntur, cogitatione aliis in rebus oc- cupata. Vnde quos iubemus attentos esse, iis sic loqui solemus: Hic estote, & hoc agite, & adeste animis. Hodieq; vulgo dicit, cogitatione peregrinantiem, domi non esse, sed foris. Terentius in Eunuch: Cū isto milite præfens, absens vt fies, id est, corpore quidem præfens, cæterum animo semota. Contra qui amat, absentes, præfentes sunt: veluti de Didone Vergilius in quarto:

- Absens absentem, auditq; videtq;.

Theodoritus Cyrenēses Therapeutices li- bro 1. ex Heraclito Ephesio adducit: Ἀγνέ- τοι ἀκῆσαντες κῆφοις ἰοικασί. φάτις αὐτοῖσι μαρ- τυρεῖ, παρῶντας ἀπέεικα. id est, Stolidi cum au- dierint, surdis sunt adsimiles. Testatur pro- uerbium illos præfentes abesse. Item Aristo- phanes in Equitibus:

Πρὸς τε τὸν λέγοντ' αἰεὶ

Κέχνας, ὄνδ' δὲ σὺ παρὼν ἀποδημῶν. id est,

Tu semper inhias ad loquentes, ceterum Animus peregre est, mensq; tua præ- fens abest.

*Vna lauabor.*

Ἐραλαζμῶν, i. Vna lauabor. Dicit cōsuevit, vbi quis insinuat se in societatem alterius, aut vbi quis admittit aliquem in societate: vt qui pauperior est, sumptum effugiat. Sui- das ait olim fuisse morem vt diuites vna cū pauperibus lauarent: vt quibus propria sup- pellex strigilum, pongiarum, guttorum, atque id genus rerum non esset, diuiti vt- tentur suppellectile. Citat idem Aristopha- nem ex Anagyro: ἄλλα πάντα χρεὶ παραλῶ- θαι, καὶ τῆς ἀπόγγυς εἶναι. id est, Verum oportet omnes vna lauare, ac spongiarum omittere. Tamquam hoc commoditatis latari sint tenues,

tenues, si cum diuitibus balneum ingrediantur, ut spongiis suis parca r. Vnde nobis videtur, non inconcinne dici posse, ubi quis leuiculam aliquam commoditatem, quam citra suum incommodum præstat, perinde ut ingens beneficium imputat. Quidam codex habet: *πέρας νόμου*, velut vna mægor.

*Pinus in morem.*

*Πείραξ ῥόπου*, i. Piceæ ritu. Vbi quis funditus radicitusq; perit, ita ut nullo pacto restitui possit, piceæ ritu perditus dicitur. Nā piceam succisam negant suppullascere. Meminit huius proterbii Staphylus, citante Diogeniano, meminit & Suidas.

*Procridis telum.*

*Πρόκριδος ἀκούριξ*, i. Procridis iacula. De iis, qui veluti certis telis, quidquid animo destinant, assequitur. Sumprum à notissima fabula, vel Ouidio narratore, libro Transformationum septimo, de Cephalo, qui certo iaculo emissio, Procridem uxorem interemit, ratus feram esse. Huic diuersum est illud Horatianum.

Non semper feriet, quodcumq; minabitur arcus.

Id est, non semper assequeris quod cupis.

*Promeri canes.*

*Προμέρης κύνες*, i. Promeri canes. Dicitur solitum, ubi quis nouo casu pœnas daret iis, quos aliquando læsisset. Promerus regius quidā minister fuit. Is Euripidem tragicum poetam, supra modum exosum habebat, delatus ab eodem aliquando, nescio quo nomine apud regem. Quare postea canes quosdā feros in poetam soluit, a quibus ille deuoratus interit. Proinde quoties potēs quispiā offensus, aliquos subornat, submittiq; qui tibi negotium facessant, tempestiue dixeris, *προμέρης κύνες*. Conuenit cum illo, quod alio dictum est loco, *κυνὸς δίκην*, id est, Canis vindictam. Recensetur a Diogeniano.

*Magistratum gerens, audi & iuste & iniuste.*

*Ἀρχὸν ἄδικε καὶ δίκαιως καὶ δίκως*. id est, Princeps iniqua & æqua pariter audias. Sumptum aiunt hoc adagium ex Solonis elegiis, etiam si hic trimeter est iambicus. Admonet, ut qui in tractandis Reip. munitibus versatur, patientissimis sit auribus, æquoque animo & bene & male audire consuecat; neque facile populi vel laudibus vel

conuitiis à recto dimoueatur: Congruit huic illud Sophocleum in Antigone.

*Ἄλλ' ὄν πόλις γίσει, τὸν δ' εὐχέ κλέειν,*

*Καὶ σμικρὰ καὶ δίκαια καὶ τάναντία.* id est,

Sed quem instituerit ciuitas, & parua eum

Audire oportet, & æqua, & his contraria.

Potest & ad hoc accommodari, quod quidā Romanus imperator dixisse legitur, in ciuitate libera linguas item liberas esse oportere. Neque vero mirum aut magnum, si principes permittant populo quæ velint dicere: cum ipsi liberum sit quæ velint facere. Præterea de principum factis vulgus varie pronuntiare cōsuevit, quod alius probat alius damnat. Maiore autem animo oportet esse principem, quam ut huiusmodi voces captandas aut obseruandas existimet: tantum id spectet, quod ex vsu sit reipublicæ. Huc Alexandri dictum pertinet, cui cum quidam renunciasset, esse qui de ipso uale loqueretur: Regium est, inquit, male audire cum bene feceris.

*Fulgur ex pelui.*

*Ἀστραὶ ἐκ πέλου*. id est, Fulgur ex pelui. De minimis inanibus eorum, qui lædere non queant. Fulgor enim qui fulguris imitatione ne quadam e vasculorum nitentium vibratione, aut ex aquis redditur, nocendi vim nullā habet, pueros modo terreat. Habentur & hodie specula quædam, quæ vibrata ad solem fulgur imitantur: verum id fulmen non est, quod montes ac maria percutiat, ut inquit Plinius. Parœmiam recenset Diogenianus. Ad quam adlusit Augustinus, in libro De quinque hæresibus, Non nos hostium turba, non bellantium reuocet forma, non quasi vitrea fulgentia terreat arma.

*Ex inanibus paleis.*

*Ἀτὰρ ἐκ κλαβῶν ἀχύρωντε τρυφικὰς στίβας*, i. Atqui e puris paleis trituram frumenti facis, id est, Operant sterilem & infrugiferam, sumpsisti. Narum a rusticis adagium, cum male enatis segetibus, præter culmos, & paleas nihil adferunt in horrea. Recensetur a Diogeniano.

*Atrei oculi.*

*Ἀτρείως ὄμματα*, id est, Atrei oculi. De toro triculitoque aspectu dicebatur. His enim oculis in tragœdiis inducebatur Atreus, qui

qui Thyestæ fratri filios ipsius epulandos apposuit, propter vxorē adulterio vitiatā.

*Mutus Hipparchion.*

**Αἰὼνος ἰππαρχίων**, i. Mutus Hipparchion. Vbi quis repente obmutescit, cum maxime vox illius expectatur: id quod non raro conuenit quibusdam in cœtu dicturis euenire, vt subito velut attonitis vox faucibus hæreat. Quod aiunt accidisse Theophrasto, homini in circulis alioquin eloquētissimo. In huiusmodi casu igitur fuerit huic adagio locus. Narrant olim apud Græcos, duos præcipuos fuisse citharædos, Hipparchionem, & Rufinum. Cum autem in solemnibus ludis, qui decimo quoque anno apud Iulio politas agebantur, essent inter se decreturi: contigit, vt Hipparchion theatri strepitu turbatus, obticerit, eaq; res in vulgi iocum abiit, Auctor Zenodorus.

*Pecuniarum cupiditas Spartam capies, prætereā nihil.*

**Αφιλοχρηματία σπάρταν ἔλοι, ἄλλο δὲ ἔδδεν**. i. Vna lames aut Spartam capiet, subigetq; Prætereā nihil.

Deiis qui sola pecunia possunt expugnari, alioquin inuicti. Natum adagium ab oraculo, quo resposum est Alchemi & Theopompo Spartæ regibus, tum demū vincendos esse Lacedæmonios, cum aurum & argentum in precio cœperint habere. Respondet apophthegmati Philippi Macedonum regis, qui putauit nullam arcem tam munitam esse, quin capi posset, modo asino pateret accessus onusto auro. Respondet & Danaes fabulæ, à qua nulla custodia, auri in summitum arcere potuit. Meminit M. Tullius in secundo libro Officiorum, & Plutarchus in Laconicis.

*Non deces principem solidam dormire noctem.*

**IN TER** pleraque Homeri carmina, quæ quondam prouerbiorū vice celebrata fuisse testatur Macrobius, illud vel præcipue adnumerauimus, quod est in Iliados libro secundo:

**Οὐ χεὶρ παυνύχιον δὴ δειν**. βυλκφρον ἀνδρα. id est,

Haud dignum duce, id est, noctem dormire per omnem.

Admonet parcemia, vigilantiam ac sollicitudinem maxime conuenire principibus: vt qui tantam negotiorum sarcinam sustineant humeris. Vnde & Vergilius Aeneam suam aliis dormientibus aut voluptati indulgentibus, aut vigilantem facit, aut certe excitat, fingitq; cogitabūm, sobriū, & de futuris agitantem animo:

At pius Aeneas per noctem plurima voluens.

Et rursum:

Aenea pores hoc sub casu ducere somnos?

Atq; iterum:

Vigilansne Deum gens

Aenea? vigila.

Huius rei præclarum exemplum præbuit Epaminondas ille dux Thebanus. Siquidē cum Thebani ciues festis quibusdam diebus solutius computationibus indulgerēt, licentiusq; voluptatibus fruenter, ille solus vigil, ac sobrius arma lustrabat, & verbis obambulabat mœnia. Rogatus cur id faceret, respondit *σεύφηνεῖ ἀγρυπνεῖν*, ὅπως ἐξήτοις ἄλλοις μεθ' ἑνὲν καὶ καθ' ἑνὲν. id est, sobriū esse se, ac vigilare, quo reliquis liceret tumulento esse ac dormire, quem admodum refert Plutarchus in libello Aduersus duces imperitum. Porro quæ modo retulimus ex Homero, dicitur ad Agamemnonem sub persona somni, Nestoris speciem imitantis Integrum carmen sic habet:

**Εὐδεις ἀτρεῖος ἢ ἐδ' αἰφροῖος ἰπποδ' αἰμοιο;**

**Οὐ χεὶρ παυνύχιον δὴ δειν βυλκφρον ἀνδρα,**

**ὠλοκίτ' ἐπιτετραφάτα καὶ τόσσα μέμλε.** i.

Belligeri Atridæ proles dormis ne Agamemnon?

Perpetuam noctem dormire haud principedignum est,

Cui populi cōmissi, & tanta negotia curæ. Eundem ceteris dormientibus solum vigilantem facit Iliados.

**Ἄλλοι μὲν παρ' ἡμῶν κρισις παυναχίων**

**Εὐδον παυνύχοι μαλακῶ δ' ἰδ' μμῆνοι ὑπνῶ,**

**Ἄλλ' ἔκ' ἀτρεῖδων ἀγαμέμνονα ποιμένα λαῶν**

**Τπνος ἔχει γλυκερῆς, πολλὰ φρεσὶν ὀρμαινόντα.** id est,

At reliqui Danaum proceres noctem vsq; per omnem.

Dormiant, placido correpti membra sonore,

At non Atridæ pastore Agamēnona plebis Somnus habet dulcis, versantem pectore multa.

CONF.

Consimilem ad modum Iouem vigilantem fecit Iliados 2.

Αλλοι μὲν ῥ' αἰδοῖται, καὶ ἀνέρες ἰπποκορυσσάδ  
Εὐδίου πανύχιον, διαδ' ἔκλειχε νείδυμος ὕπτιος,  
Αλλ' ὄγε μερμῆριζε καταφρένας. id est,

Tum reliquos omnes, diinosque, virosque tenebat  
Pernox somnus. ac infomnis Seturuius vnus,

Pectore sollicito voluebat.

Narrat Plutarchus in eodem commentario, quem modo citauimus, quiddam nec alienum ab hac parœmia, nec indignum memoratu, nimirum regi Persarū hunc fuisse morem, vt semper vnum quempiam haberet cubiculariū, cui hoc muneris erat mandatum, vt mane regium thalamum ingressus, his verbis illum expergeret: *Ἀνάστα ὁ βασιλεὺς καὶ φροντίζει πραγμάτων, ὡς σέ φροντίζειν μεσορομάσσης ἠέλεισε.* i. Surge rex, ac negotia cura, quæ te Mesoromades curare iussit, Quod si quis princeps eruditus sit ac prudens, huic nihil opus fuerit huiusmodi cubiculario monitore: sed ipsa ratio semper in pectore tale quiddam insonabit: *φροντίζει, & ἔχει πανύχιον.* Plato septimo De legibus libro, multis modis vigilantiam commendat, maxime in principe. Eius verba sunt: *Ἐργουρίτες δὲ ἀρχοῦτες ἐν πόλει κήτωρ, φρεσὶ μὲν κηκίς, πολίμοις τε ἀμα καὶ πολιταῖς.* id est, Principes qui noctu vigilant in ciuitatibus, malis sunt formidabiles ciuibus, pateriter & hostibus. Ac paullo superius eodem in loco: *Καθύδ' ἂν γὰρ ἄδεις, ἄδειος ἄδειος.* id est, Nullus enim dormiens alienus est rei. Dormiunt autem qui oisiantur agunt, quibus interdum succedit, sed raro. Proin recite Pindarus Olymp. 10. *Ἀπονοι δ' ἔλαβον χέμα παύροτινές:* Gaudium citra laborem pauci quidam assecuti sunt.

*Capram portare non possunt, & imponitur bouem.*

PLUTARCHVS in commentario, cui titulus:

*Ἐπὶ τῆς μὴ δ' εἶν δ' αὐτὸν ἰεῖσαι.*

*Ἐπεὶ τὸ ἴ' παρομίας ἴσαι γελῶν,*

*Ὁ δ' ὄναμμι τῶν ἀίγα φέρειν, ἐπιτίβι τέ μοι βῶν.* id est,

Tauro oneratis, cum nequeam portare capellam.

Vbi quis quod lenius est recusat, & quod multo sit intolerabilius, imponi sibi postulat. Veluti si quis impatientia paupertatis nam ad id accommodat Plutarchus, vsuris

inuoluat sese, quod onus vix diuitibus sit tolerabile.

*Numquam enim meos boues abegerunt, nec equos.*

*Ὁ γὰρ πάποτε' ἐμάς βῶς ἠλασσεν, ἔδ' ἔ μὲν ἴππος.* id est,

Non enim equos vntquam mihi subduxere bouesve.

Prouerbiali figura videtur olim vsurpatū, pro eo quod est: Numquā me læserunt, aut adfecerunt iniuria: Cum negamus nobis esse causam, cur illum aut illum odisse debeamus. Plutarchus in commentario de vitanda vsura: *Καὶ ταῦτα μὲν οὐδ' ἂν λέγειν πόλειμον ἐμνοχότα πρὸς τῆς δ' κησῶς. ἔ γὰρ πάποτε' ἐμάς βῶς ἠλασσεν. ἔδ' ἔ μὲν ἴππος.* id est, Neque vero me existimetis hæc dicere, quod bellum mihi sit cum vsurariis.

Numquam etenim vel equos mihi subduxere bouesve.

id est, numquam quidquam mei abstulerunt. Id quo longius traducetur à simplici sermone, hoc magis erit prouerbiale. Sumptum est autem ex Iliados Homericæ libro primo: vbi Achilles contendens cum Agamemnone, negat sibi causam esse, quam obrem cum Troianis bellum suscipiat, nisi vt illi morem gerat.

*Ὁ γὰρ ἐγὼ τρωῶν ἔνικ' ἠλυθοὶ ἀχμητάων ἔδ' ἔ μὲν ἴππος.*

*Δὲν ἐρομαχισμόμοι, ἐπεὶ ἔδ' ἔ τι μοι αἰτιὸν ἔστιν.*

*Ὁ γὰρ πάποτε' ἐμάς βῶς ἠλασσεν, ἔ τε μὲν ἴππος*

*Ὁ δ' ἔ ποτε' ἐν φθίῃ ἐριβώλακι βωτικυνέρεκ*

*Καρπὸν ἐδ' ἠλασσεντο.* id est,

Haud ego Troiugenum huc accessi nomine, quo cum

His bellum gererem, neque enim sum læsus ab istis.

Numquam etenim vel equos mihi subduxere bouesve.

Nec Phthies vntquam segetumq; virumq; feracis

Sunt populati agros.

Dictum est autem ex antiqui sæculi ritu, quo cum vita mortalitū adhuc esset pastorialis, prima belli causa erant abacta pecora: quemadmodū eleganter indicat Homerus Iliad. sexto depingens Achilles clipeum:

*Τοῖσι δ' ἔπειτ' ἀπάνυθε δῶ σκοποὶ ἔατο καῶν.*

*Δέγμιοι ὁππότε μᾶλλ' ἰδοῖατο καὶ ἔλακε: βῶς.*

Οἱ δὲ τάχα προγέινοντο, δύο δ' ἄμ' ἔπειτο  
νομήεις :

Τρεῖς πρόμοιο σύριγι, δόλον δ' ἔτι προνόσων  
Οἱ μὲν τὰ προιδόντες ἐπέδραμον, οὐκὰ δ'  
ἔπειτα

Τάμοιο δ' ἄμφι βωῶν ἀγέλας καὶ πῶτε καλὰ  
Λεγεῶν οἶων, κτάνον δ' ἐπὶ μύλοβοτῆρας.

Et reliqua quæ sequuntur : Quos versus ne  
quis omnino contemptos, quæzatur, ita  
vertimus :

De hinc procul bis speculatores populi v.  
nus & alter

Observant, si fors videant oviumve  
bouvve

Agmina, at hæc confestim adfunt, quæ po  
ne sequuntur

Pastores duo, demulcentes pectora cannis,  
Ignari fraudis : contra illi ex composito,  
μοχ

Adcurrunt, armenta boum, niueosque bi  
dentum

Concidere greges, cæsis pastoribus ipsi.

*Felix qui nihil debet.*

Εὐδαιμόνιος ὁ μὴδὲ ὀφείλων. id est, Felix qui ni  
hil debet. Sententia Græcis celebrata: quam  
facile is veram dicet, qui periculum fecerit,  
quid sit ære alieno obstructum esse. Qui nō  
sit expertus, is Plutarchi commētariū enol  
uat. De vitandis vsuris, quamq; sit miserum  
debere facile cognoscer. Quid enim calami  
tosius quam toties erubescere, toties perfric  
care faciem, fugitare, latitare, mentiri, dissi  
mulare: nunc supplicem agere, nunc flagita  
re. palam appellari, vitari digito: breuiter  
numquam tui iuris esse? Nam hæc, cumq; ue  
his multa alia incommoda secum adfert es  
alienum. Extat in hanc sententiam epigrā  
ma Græcum huiusmodi, titulo Autome  
dantis:

Εὐδαιμόνιος πρῶτον μὲν, ὁ μὴδὲ μὴδὲν ὀφείλων,

Ἔπειτα δ' ὁ μὴ γήμας. τὸ τρίτον, ὃς τις ἄποιος.

Ἐν δὲ μανείσ γήμας τις ἔχει χάριν, ὑν κεν ὀρέξῃ

Εὐθὺς τὴν γαμπτὴν, προοικα λαβῶν μεγάλην.

Τάντ' εἰδὼς, σοφὸς ἴδοι. μάτην δ' ἐπίχρον  
ἔκασον

Ἐξ τὸ κενὸν ζητῶν, καὶ τίνος ὀμονόεις, id est,

Qui nulli debet, fortunatissimus ille est.

Proximus huic cælebs. tertius omnibus erit.

Quod si quis demens vxorem duxerit, illi

Hæc ita res demum commoda grata feret:

Eueniat si fors, vt grandi dote recepta,

Protinus vxorem deferat in tumultum.

Hæc doctus sapiens, Epicurum quæzere  
frustra,

Qua sit inane sinas, quæq; sicut monades.

Plutarchus in libello, cui titulus: πῶδ' τῆ  
μὴ δ' ἄν διατείλειται scribit Peris duo fuisse

peccata: primum debere, proximum men  
tiri. Nam ea iudicabant coherere, quod

qui sunt obæzati, sapius cogantur mentiri.  
Quod autem refert Plutarchus, est apud He  
rodotum libro primo.

*Ad digituli crepitum.*

Qui arrogantiù fastuosiusq; iubent qui p  
riam, digituli crepitu significare dicuntur.

Diuus Hieron. in epist. ad Rusticum mo  
nachum vsurpauit, in superciliosum quen  
dam & fastidientem, qui dicturus, digituli

crepitu silentium imperabat: deinde simili  
fastu singulas voces, per interualla prome  
bat: vt singultire crederes, non proloqui.

Videat autem hic gestus fuisse dominorū,  
seruis humiliter aliquod ministerium in  
nuentium. Martialis libro tertio in Zoilū:

Digiti crepantis signa nouit Eunuchus.  
Item in Distichis:

Cum poscor crepitu digitorum & verna  
moratur.

O quoties pellex culcitra facta mea est.

M. Tullius libro Officiorum tertio: Itaque  
si vir bonus habeat hæc vim, vt si digitis con  
creperit, possit in locupletum testamenta  
nomen eius irrepere, hac vi non vitatur, ne  
si exploratum quidem habeat id omnino  
neminem vnquam suspicaturum. Simile  
est illud de nutu & renutu Iouis, quod ex  
Homero citat Plinius in Epistolis: Et nutu  
dicuntur efficere, qui minimo negotio rem  
conficiunt. Item ad omnes nutus obsequi,  
qui prompte morigerantur.

O quoties pellex culcitra facta mea est.

M. Tullius libro Officiorum tertio: Itaque  
si vir bonus habeat hæc vim, vt si digitis con  
creperit, possit in locupletum testamenta  
nomen eius irrepere, hac vi non vitatur, ne  
si exploratum quidem habeat id omnino  
neminem vnquam suspicaturum. Simile  
est illud de nutu & renutu Iouis, quod ex  
Homero citat Plinius in Epistolis: Et nutu  
dicuntur efficere, qui minimo negotio rem  
conficiunt. Item ad omnes nutus obsequi,  
qui prompte morigerantur.

M. Tullius libro Officiorum tertio: Itaque  
si vir bonus habeat hæc vim, vt si digitis con  
creperit, possit in locupletum testamenta  
nomen eius irrepere, hac vi non vitatur, ne  
si exploratum quidem habeat id omnino  
neminem vnquam suspicaturum. Simile  
est illud de nutu & renutu Iouis, quod ex  
Homero citat Plinius in Epistolis: Et nutu  
dicuntur efficere, qui minimo negotio rem  
conficiunt. Item ad omnes nutus obsequi,  
qui prompte morigerantur.

M. Tullius libro Officiorum tertio: Itaque  
si vir bonus habeat hæc vim, vt si digitis con  
creperit, possit in locupletum testamenta  
nomen eius irrepere, hac vi non vitatur, ne  
si exploratum quidem habeat id omnino  
neminem vnquam suspicaturum. Simile  
est illud de nutu & renutu Iouis, quod ex  
Homero citat Plinius in Epistolis: Et nutu  
dicuntur efficere, qui minimo negotio rem  
conficiunt. Item ad omnes nutus obsequi,  
qui prompte morigerantur.

M. Tullius libro Officiorum tertio: Itaque  
si vir bonus habeat hæc vim, vt si digitis con  
creperit, possit in locupletum testamenta  
nomen eius irrepere, hac vi non vitatur, ne  
si exploratum quidem habeat id omnino  
neminem vnquam suspicaturum. Simile  
est illud de nutu & renutu Iouis, quod ex  
Homero citat Plinius in Epistolis: Et nutu  
dicuntur efficere, qui minimo negotio rem  
conficiunt. Item ad omnes nutus obsequi,  
qui prompte morigerantur.

M. Tullius libro Officiorum tertio: Itaque  
si vir bonus habeat hæc vim, vt si digitis con  
creperit, possit in locupletum testamenta  
nomen eius irrepere, hac vi non vitatur, ne  
si exploratum quidem habeat id omnino  
neminem vnquam suspicaturum. Simile  
est illud de nutu & renutu Iouis, quod ex  
Homero citat Plinius in Epistolis: Et nutu  
dicuntur efficere, qui minimo negotio rem  
conficiunt. Item ad omnes nutus obsequi,  
qui prompte morigerantur.

M. Tullius libro Officiorum tertio: Itaque  
si vir bonus habeat hæc vim, vt si digitis con  
creperit, possit in locupletum testamenta  
nomen eius irrepere, hac vi non vitatur, ne  
si exploratum quidem habeat id omnino  
neminem vnquam suspicaturum. Simile  
est illud de nutu & renutu Iouis, quod ex  
Homero citat Plinius in Epistolis: Et nutu  
dicuntur efficere, qui minimo negotio rem  
conficiunt. Item ad omnes nutus obsequi,  
qui prompte morigerantur.

M. Tullius libro Officiorum tertio: Itaque  
si vir bonus habeat hæc vim, vt si digitis con  
creperit, possit in locupletum testamenta  
nomen eius irrepere, hac vi non vitatur, ne  
si exploratum quidem habeat id omnino  
neminem vnquam suspicaturum. Simile  
est illud de nutu & renutu Iouis, quod ex  
Homero citat Plinius in Epistolis: Et nutu  
dicuntur efficere, qui minimo negotio rem  
conficiunt. Item ad omnes nutus obsequi,  
qui prompte morigerantur.

M. Tullius libro Officiorum tertio: Itaque  
si vir bonus habeat hæc vim, vt si digitis con  
creperit, possit in locupletum testamenta  
nomen eius irrepere, hac vi non vitatur, ne  
si exploratum quidem habeat id omnino  
neminem vnquam suspicaturum. Simile  
est illud de nutu & renutu Iouis, quod ex  
Homero citat Plinius in Epistolis: Et nutu  
dicuntur efficere, qui minimo negotio rem  
conficiunt. Item ad omnes nutus obsequi,  
qui prompte morigerantur.

M. Tullius libro Officiorum tertio: Itaque  
si vir bonus habeat hæc vim, vt si digitis con  
creperit, possit in locupletum testamenta  
nomen eius irrepere, hac vi non vitatur, ne  
si exploratum quidem habeat id omnino  
neminem vnquam suspicaturum. Simile  
est illud de nutu & renutu Iouis, quod ex  
Homero citat Plinius in Epistolis: Et nutu  
dicuntur efficere, qui minimo negotio rem  
conficiunt. Item ad omnes nutus obsequi,  
qui prompte morigerantur.

M. Tullius libro Officiorum tertio: Itaque  
si vir bonus habeat hæc vim, vt si digitis con  
creperit, possit in locupletum testamenta  
nomen eius irrepere, hac vi non vitatur, ne  
si exploratum quidem habeat id omnino  
neminem vnquam suspicaturum. Simile  
est illud de nutu & renutu Iouis, quod ex  
Homero citat Plinius in Epistolis: Et nutu  
dicuntur efficere, qui minimo negotio rem  
conficiunt. Item ad omnes nutus obsequi,  
qui prompte morigerantur.

M. Tullius libro Officiorum tertio: Itaque  
si vir bonus habeat hæc vim, vt si digitis con  
creperit, possit in locupletum testamenta  
nomen eius irrepere, hac vi non vitatur, ne  
si exploratum quidem habeat id omnino  
neminem vnquam suspicaturum. Simile  
est illud de nutu & renutu Iouis, quod ex  
Homero citat Plinius in Epistolis: Et nutu  
dicuntur efficere, qui minimo negotio rem  
conficiunt. Item ad omnes nutus obsequi,  
qui prompte morigerantur.

M. Tullius libro Officiorum tertio: Itaque  
si vir bonus habeat hæc vim, vt si digitis con  
creperit, possit in locupletum testamenta  
nomen eius irrepere, hac vi non vitatur, ne  
si exploratum quidem habeat id omnino  
neminem vnquam suspicaturum. Simile  
est illud de nutu & renutu Iouis, quod ex  
Homero citat Plinius in Epistolis: Et nutu  
dicuntur efficere, qui minimo negotio rem  
conficiunt. Item ad omnes nutus obsequi,  
qui prompte morigerantur.

*Sernatori tertius*

Τὸν τρίτον τῶ σπητι. id est, Tertium serua  
tozi.

tori. Proculus Diadochus in commentario de tribus animi partibus, iuxta Platonis divisionem, de quatuor virtutum generibus, usurpavit adagium hoc, his quidem verbis: *Αλλά τῶν διακλυθέντων, καὶ τὸν τ' ψυχῆς μέρωι κατ' ἕσταν διακρίθέντων, τὸ τρίτον τῶ σωτηρι φασι*, id est, His dissolutis, animique partibus iuxta suam rationem distinctis, tertium servatori, quod aiunt. Sentit autem Proculus, absolutis duobus restare tertium, videlicet, quo pacto quatuor virtutes ad tres illas animi partes possint referri. Proculus videtur Platonem imitatus in Charmide: *πάλιν τοίνυν ἢ δ' ἐγὼ τὸ τρίτον τῶ σωτηρι ἄσπερ ἐξ ἀρχῆ: ἐπισκεψάμεθα*. id est, Rursum igitur, inquit, tertium sospitatori velut ab initio consideremus. Eodem adulescentem videtur, licet tectius, libro De legibus 3. *ὁ δὲ τρίτος σωπῆ ὑμῖν κτι ἀσπεργῶσαν καὶ ἐνμαίμεν πλὴ ἀρχὴν ὄραν, ἵον φαλλιον ἐν βαλεῖ αὐτῆ, πλὴ τῶν ἐφόρων δύνανται*. id est, Porro tertius vobis servator videns principatum adhuc frementem & animosum ceu psallium iniecit illi, Ephorum potentiam. Sentit Lacedæmoniorum temp. tribus modis fuisse temperatam, ne erumperet in tyranidē. Primum addita altera familia, ex qua reges creati liceret. Nam initio ex una tantū phas erat. Deinde nobiliū ac principum potentia opposita viginti octo seniorum auctoritas, quæ in gravissimis negotiis regis pat habebatur. Postremo quinque Ephorum magistratus, cui rex parere cogebatur, hæc autem omnia putat numinis providentia fuisse procurata ad civitatis inculminatē, eoque dicit, tertius servator. Sumptum est adagium ex Isthmiorum hymno sexto Pindari, apud quem de tertio Iouis sospitatoris calice legimus ad hunc modum: *Εἰν δὲ τρίτον*.

*Σωτῆρε ποροάνοτος Ὀλυμπῶ, ὄνηται κατασπίνδ' ἢν μεμψ' ὀγγοῖς αἰδῶς. Subaudi Κρατῆρα.*

Quorum carminum hæc ferme mens est. Uprat Pindarus ut aliquando vincat Olympia Aegenesis, quo contingat tertium miscere calicem sospitatori Ioui, non sine laudibus, tum ipsius victoris, tum Iouis Olympii. Craterem autem intelligit, aut sumptum eum qui sumitur in conviviis victoribus, aut *κρατῆρα τὸν αἰδῶν*, id est, Calicem cantionum, quem admodum alibi:

*Γλυκῆς κρατῆρα γαφ' ἐθίκτων αἰδῶν*, id est,

Dulcis calix vocalium cantionum.

Quo quidē loco Pindaricus interpres ostendit antiquitus fuisse motem, ut in conviviis primus calix misceretur Ioui Olympio secundus heroibus, tertius Ioui servatori. Testem huius rei citat Sophoclem ἐν ναυπλίῳ.

*Ζῶν παυσίλυπε τε καὶ διδῶ σωτῆρις*

*Σπονδῆ τρίτη κρατῆρος.* id est,

Curarum ademptor Iuppiterq; & tertius

Libatio scyphi sospitatoris Iouis.

Citat & Aeschylum in Epigonis:

*Λιβὲς διδῶς μὲν πρῶτον ἄραυς γάυς*

*Ἡρασι τέμω, εἶτα, πλὴ δ' οὐτέων γε κρασι*

*Ἡρωσι τέμω, εἶτα, τρίτον διδῶς τῶ σωτῆρος ὑπὸ κτῶν λιβῆ.* id est,

Libationes primum quidem Iouis tempe-

stuarum nuptiarum, Iunonisque. Deinde

secundum poculum heroibus tribuo. Dein

de tertio loco Iouis sospitatoris optabilem

stillam. Addit autem, hunc calicem σωτῆρος

appellatum: quod hucusque potatio citra

ebrietatem, animiq; noxam consisteret. Vi-

tra quem si quis progressus esset, iam ad li-

bidinem, intemperantiamque res vergere vi-

deretur: iuxta illud apud Apscium A scle-

piadis dictum, existimantis primum crate-

rem pertinere ad sitim, secundum ad volu-

ptatem, tertium ad ebrietatem, quartū ad

insaniam. Hunc autem eundem, διδῶς σωτῆ-

ρος calicem appellat τέλειον, siue quod in

hunc defineret bibendi modus: siue quod

hic numerus inter omnes ob solutissimus

esse putatur, ut cui addit & initium, & me-

dium, & finis: eoque rebus diuinis potissi-

imum accommodatur, & à Platone refertur

ad animum, utpote divinum, & ob id ter-

nione constantem. Ne id quidem theologi-

ca ratione vacat, quod primam & ultimam

pateram Ioui dicant, mediam fidei.

Primum enim heroibus medius locus com-

petebat: vel quod iuxta Platonis sententi-

am medix conditionis essent inter summos il-

los deos, αἰ Ὀλυμπὸν ἔχουσι, ut inquit Home-

rus, quos Plato mentes autumat esse nullis

obnoxias corporibus, & inter nos corpori-

buseratos, & ob id affectibus mortique

obnoxios, Dæmoniibus enim Platonicis tri-

buunt corpora, tamen non eiusmodi, qua-

lia sunt nostra, verum aerea: cuius opinio-

nis se fuisse testatur & diuus Aurelius Au-

gustinus, in libello De natura dæmonum,

& alias aliquoties. Vel quod iuxta poetarū

fabulas



fabulas semidei compositæ mediæque sunt originis, ex altero parente deo, altero homine: velut Hercules ex Alcmena & Ioue, Castor & Pollux ex Leda & Ioue. Porro Iouem intelligunt mætem illam summam omnia simul complectentem, vt idem & initium & finis sit omnium: eamque ob causam ab hoc auspicabantur potationem, & in eundem finiebant. Meminit Iouis suspicatoris non semel Aristophanes in Pluto, velut hoc loco:

Τὸν ἔν δ' ἵκα τὸν σωτῆρα καὶ τοῦ μοι δοκῶ  
Χαίρεινάσας ἕβασ' αὐτῷ καταμίγειν. id est,  
Mihî itaque visum sospitatorum Iouē vt  
Valere sinam, atque hoc permaneam post-  
hac loco.

Tradit interpres templum Athenis fuisse τῆς διὸς σωτῆρος, quem eundem quidam ἐλευ-  
έριον appellant. διὸς σωτῆρος mentionem facit & Athenæus in Dipnosophistis, libro secundo, addens olim fuisse morem, vt cibis appositis mox vinum indilutum infunderetur, quo nimium declararent, quanta vis esset boni dei. Deinde cum suo quisque arbitrio diluisset, nomen Iouis Seruatoris præfabantur, innuentes ita temperatum, vni tuto citraque noxam bibi. At idem libro vndecimo propemodum docet & post cenā a Iotis manibus inferri solere calicem Iouis Seruatoris, qui idem fuerit cū eo qui dictus est ἀγαθὸς δάμοιος, Diphilum adducens auctorem qui scripserit in Saphone:

Ἀρχιλοχὴ δ' ἴξαι τίθετε πλῆ μεταπίτρι-  
δα Μισὴν διὸς σωτῆρος ἀγαθὸς δάμοιος. id est,  
Archiloche sumito hauc tibi metaniptri-  
dem

Plenam Iouis Soteris optimi dei. Adagio licebit vt, cum significabimus nos ad id quod in negotio postremum ac præcipuum est accedere. Prins quam finem faciamus illud admonere libet, ex Pindari verbis, eundem videri Iouem Olympium ac sospitatorum. Plutarchus conuiuialiū questionū, decade quinta de tribus his calicibus loquitur, ni fallimur: Οὐδὲ γὰρ θεῶ ἐόντες, πᾶσι τοῖς ἄλλοις θεῶε, μάλιστα καὶ συννοῖς καὶ βωμοῖς καταδύσμεθα, ἀλλὰ τριῶν κρατῆρων κίρνα μείων, τοῖς μὲν ἀπὸ τῆς πρώτης σσιέδομεν, τοῖς δὲ ἀπὸ τῆς δευτέρας, τοῖς δὲ ἀπὸ τῆς τελευταίας. φέβοις γὰρ ἔγω θεῶς χορῆ ἴσασται. id est, Neque enim cum deo rem diuinam facimus, reliquis omnibus diis, maxime cum templis & aris vota facimus. Sed tribus crateribus

mixtis, aliis de primo libamus, aliis de secundo, aliis ex vltimo. Nam inuidia stat extra chorum diuinum. Meminit huius rei & decade septima, demonstrans, cum vni sacrificabatur deo, omnibus simul vota fieri, sed non nominatim.

### Hyperî vertigo.

Τίρες περιτρεπῆ, i. Pistilli circumuolutio. Vbi quis semper idem agit, neque quidquam tacite explicat. Plato Cumicus, opinamur, in Adonide, apud Zenodotum.

Εἶτα ἄχ' ὑπέρ τοι περιτρεπῆ γνήσιται. i.

Dehinc mihi vertigo pistilli haud erit.

Plutarchus aduersus Stoicos significans illorum rationes eo sem reuolui: πολλὸν ἔν δ' διὸς κόρυθος ἐπὶ τὸν λόγον αὐτῶν ἀφίπται. πλῆ γὰρ ὑπέρ περιτρεπῆ ἵνα μὴ σπῶπται δοκῆ ἕασον id est, Multus igitur Iouis Corinthus ad rationem illorum admittitur. Nam pistilli circumuolutio, ne ridere videaris, omitte. Vnde videtur solere dici, cum eadē sæpius iterantur non sine tædio. Dialectici peti principium aiunt, quoties eodē reuoluitur argumentatio. Hefychius interpretatur de his qui semper eadē aiunt, neque quidquam interim proficiunt. Huic ita finitum est, vt idem videri possit, quod Plato recēset in Thegeto: ἢ μὲν σκυτάλης, ἢ ὑπέρ ἢ δ', τῆς δὲ λέγεται περιτρεπῆ. i. Scytalæ quidē, aut pistilli, aut si cuius alterius dicitur circumuolutio: cum sermo in idem reuoluitur, quemadmodum illic Thegetus iubet assentiri recte opiniononi, cum qui rectam habet opinionem. Scytalam interpres vertit, scuticam, cum Plato loquatur de loro, quod surenlo circumuoluitur.

### Sus subsistem.

Τὸν ὑπὸ ῥόπαλον, id est, Sus sub fustē. Vbi quis sese in præsens discrimen ac perniciem præcipitat, Nam sues apud quosdam fuste mactari mos est. Refertur à Suida. Zenodotus indicat extare apud Dinolochum.

Si bouem non possis, asinum agas.

Εἰ μὴ δύναιο βῆν, ἔλαμω ἕνοι, id est, Si nequeas bouem, asinum agito, id est, si non potes vt vis, vt cunque potes facito. Si fortuna splendidior non contingit, eam sortem quæ contingit boni consulas: si quod optas non licet, id quod est fortunam, amplectere. Auctore Suida.

*Siren amicum nuncias, apis hospitem.*

Σαρήν μὲν φίλων ἀγγέλλει, ξείνονε μέλι-  
σκ.

Hospitem apis, verum Siren prædicit a-  
micum.

Quoties complures eadem de re bene omi-  
nantur: aut vbi suæ quisque spei blandiens  
ex quamlibet leuibus argumentis diuinat  
futurum quod optat. Nam Siren hoc loco  
non vnam ex illis virginibus Homericis si-  
gnificat verum insecti genus, api non dissi-  
mile. Auctore Suida. Quamquam apud He-  
sychium σάρα legitur non σαρήν.

*Etiā si lupi meminisses.*

Ἐὶ καὶ λύκον ἐμνήσθης. id est, Etiā si lupi men-  
tionem fecisses, subaudiendum interueni-  
set. Quoties præter expectationem inter-  
uenit is, de quo fuerat mentio: cognatum  
ei, quod alibi recensuimus: Lupus in fabu-  
la. Id frequenter accidit in Comædiis ac  
Tragædiis arte curaq; scriptoris, vt de quo  
sunt verba mox interueniat, Accommoda-  
ti poterit ad rem, veluti si apud auctorem  
protinus vel casu occurrat, id de quo verte-  
batur sermo, adagiū refert Zenodotus.  
Plato in Phædro, λέγεται γοῦν ὡς φάσκει δίκαιον  
εἶναι, καὶ τὸ τῶς λύκος εἶπεν. id est, Aiunt igitur  
o Phædre iustum esse etiā quod de lu-  
po dicitur narrare.

*Similior ficu.*

Ομοίτερος σίκω, id est, Similior ficu. Per io-  
cum dicebatur, de vehementer inter se simi-  
libus. Ducta metaphora a ficorum inter i-  
fas similitudine. Plutar. aduersus Stoicos;  
Θαυμαστὸν καὶ παράδοξον εἶ μᾶτε, φέρεται φερέτη-  
μή τι μελίτη μελίτη, μᾶτε πνεύ πνεύς, ἢ σίκω.  
τὸ τῶς λάβω, σίκω, ἐν τῷ παντὶ χρόνῳ γέγονεν ἄ-  
περᾶλλεκτον, id est, Mirum & inopinabile,  
si neque palumbus palumbo, nec api apis,  
nec tritico triticū, aut fico, quod est in pro-  
nerbio, ficus, semper ad similes suis. Consi-  
ne est iis que retulimus alibi: Non tā ouum  
ouo simile, & Non lac lacti magis est simile.

*Simul & da & accipio.*

Ἀμα δὶ δὲ καὶ λαμβάνει, id est, Simul & da &  
accipio. Vbi res est, cum homine parum cer-  
ta fide, cui non sit tutum quidquam crede-  
re, nisi statim receperis quod fueris stipula-  
tus. Torquebitur ad eū qui non collocat of-

ficiū aut munus suū, nisi iam certus de mu-  
tuo: nec spem emit precio, quem admodum  
ait Iem Terentianus. Aristoteles hanc pa-  
roemiam venustius extulit libro Moralium  
Nicomachiorū octauo, taxans amicos, quos  
mutua conciliat utilitas: & perinde, vt in so-  
rensibus commerciis non dant beneficium,  
sed vendunt. ἢ μὲν πόμπαν ἀγοράει ἐκ χειρὸς  
εἰς χεῖρα, ἢ δὲ ἐλθὺν βρωτὸν ἐκ εἰς χεῖρον. id est,  
Altera quidem omnino sordida & caupona-  
ria compensatio de manu in manum: alte-  
ra magis ingenua ad tempus. Adlusit philo-  
sophus ad Comicum illud, quod citatur ab  
interprete Pindari.

Φοιῖξ γὰρ ἐνδὸς γίγνομαι,

τῆ μὲν δὶ δὲ ἴωμι χεῖρι, τῆ δὲ λαμβάνω. id est,  
Phoenix enim fio ilico.

Quippe altera manu do, & accipio altera.  
Phœnices notantur nimio cauponandi stu-  
dio. Vnde & Pindaro: dictum in Pythiis,  
hymno 2.

Τὸ δὲ μὲν κατὰ φύσιν ταν ἔμπολὸν μέλις.

Phœnicum commutationem appellat cum  
datur aliquid, & vicissim accipitur.

*Semper me tales hostes insequantur.*

Ἀεὶ τοῖστί με πόλλοιμοὶ δῖόωνται, id est,

Me bella semper insequantur talia.

Vbi quospiam libenter odimus, ac simulta-  
tem illorum contemnimus. Est enim homi-  
nū genus, quos periculosissimè sit demeruisse,  
vt ait Seneca, quā offendisse: & quos magis  
expediat inimicos habere quā amicos.  
Et quibusdam displicuisse, laudabile est. Et  
sunt cum quibus amicitia copulatum esse  
dedecori sit, simulate dissidere pulchrum.  
Potest accommodari & in eos qui desciscunt  
ab amicitia, sed vt inimici nihil queant no-  
cere. Legitur & ad hunc modum:

Ἀεὶ τοῖστί με πολλοίμοι δῖόωνται. id est,

Me semper hostes insequantur hoc genus.

*Anus Eriphus.*

Ἐρίφωσ ἔριφος. id est, Anus hæcudus. Apollodorus  
apud Zenodotum ait, anum quandam fuisse,  
que dicta sit Eripha, quod in virginitate  
consenuisset: perinde quasi eadem & anus  
esset per ætatem, & puella, quod adhuc innu-  
pta. Sunt qui tradant locustam agrestem, a  
non nullis Martin appellatam, in Sicilia  
γερῶν ἔριφωσ appellari. Aiunt autem quod-  
cunq; animal aspexisset, illi mali qui piam  
accidere. Proinde in mulierem venenam

& fascinatricem quadrare videtur. Quod genus apud Horatium Canidia.

*Annus saltat.*

Γρᾶς χορβῆαι. id est, Anus saltat. In eum conuenit, qui indecore quippiam facit: velut, si senex ludat nucibus: aut princeps exemplo Neronis musicetur. Confine est illi, quod supra retulimus: Camelus saltat. Horatius in animum intempestiuæ libidinis.

Te lanæ prope nobilem

Tonsæ Luceriam, non citharæ decent,

Nec flos purpureus rose,

Nec poti vetulam fece tenus eadi.

Apud Plutarchum in vita Periclis legimus, Elpinicem quandam, cum eum indecoris conuiciis palam incesset, nihil aliud responsi tulisse quam versiculum illum ex Archilocho:

Οὐκ ἀν' μύροισι γρᾶς ἔσσα ἠλείφιο. id est,

Ynguento anus cum sis caueto inungier, Quid autem secutus Lapus vertit: Haud ynguenti, vetula cum sis oblita es, non satis coniectamus, nisi fortè pro ἀλείφιο legit, ἠλείφιο aut ἑλλάθιο.

*Anus subsultans multum excitat pulueris.*

Γνᾶς ἀικαρωτῆσσα πολλὴν κοινορτὸν ἐγείρει. i.

Anus subsultans, multum puluerē excitat.

In eos dici solitum, qui ob rerum experientiam, multum negotiorum adgrederentur. Videtur carmen heroicum syllaba duntaxat deprauatum.

*Anus velut equus profundam habebis fossam.*

Γρᾶς ὡς τις ἵππος τὸν χαρὰ δ' ἔσων τάφον ἔχεις. id est, Anus velut equus, alte hiantem habebis ac nigrum specum sepultra. De iis, qui penitus abiiciuntur, tamquam profusus inutilis. Equi postea, quam consenuerint, in altos terrarum specus aliquo præcipitantur. Ita mulier olim amata, simul atque defloruit forma fastiditur ab omnibus. Quales est apud Horatium Lyce simile illi: Equi senectus.

*Aphyarum honos.*

Αφυᾶν τιμῆ. id est, Aphyarū honos. Quoties humilibus exiguus qui spiam honos cūtingit. Nam Aphyra pisciculus est vilis: cui coguendo nihil adhibetur præter oleum quo

frigitur. Vnde iactatum illud: ἀφύρας τιμᾶτ' ἔλαιον, id est, Aphyæ honos oleum.

*Cur non suspendis te?*

Τί σοι ἀπύρω, ἵνα θήβησιν ἥρας γέρας; id est, Quin te suspendis, ut apud Thebanos heros fias? Apud alios summus honos habebatur iis, qui sibi mortem consciuissent, præsertim pro salute patriæ: ut apud Atticos Codro pro patria non timido mori: apud Romanos Decus, & Quinto Curtio, M. Catoni Uticensi, Bruto, & aliis plerisque; apud Thebanos autem nullus honos habebatur iis, qui sibi vim attulissent. Vnde per ironiam dictum putant, ut Thebis semideus fias. Dici posse videtur in eos, qui famæ ducti cupiditate, semet periculis grauibus obiiiciunt. Refertur à Zenodoto.

*Quid tibi Apollo cecinit?*

Τί σοι ἀπὸ λαῶν κικιᾶσκειν; i. Quid tibi Apollo cecinit cithara? hoc est, quid tibi respondit Adulsum est autem ad Apollinis citharam, quam illi tribuunt poetæ. Vfus est hoc adagio Aeschylus in Aiace Loerensi. Refertur à Zenodoto. Conuenient, vbi quis a principe redeuntem percunctabitur, quid responsa tulerit, Τί σοι ἀπὸ λαῶν κικιᾶσκειν.

*Quid non fies, profectus Arbela?*

Τί σοι γνήσιον ἀρβέλας, id est, Quid non fies, Arbela profectus? De eo dici solitum, qui peregre proficiscens ingentia sibi pullicetur, fretus gentis ad quam demigrat inscitia barbarieque. Si quidem Arbela Siciliae ciuitas, auctore Stephano, cuius ciues male audiebant olim, ut stupidi, & quibus facile imponeretur. Apud hos igitur etiam contemptus alibi, magnum aliquid esse possit. Quamquam est huius nominis ciuitas in Perside, cuius meminit Strabo libro 16. Et Quinto Curtio est oppidum Mesopotamig Darii copiarum internicione nobile.

*Bonus pharetra dies.*

Αγαθὴ ἡ φ' φαρέτρας ἡμέρα. i. Bonus è pharetra dies. De die fortunato dicebatur. Translatum a Scytharum consuetudine: quibus, ut narrat Philarcus, mos erat, ut vesperiprius quam dormirent, calculum in pharetram inmitterent candidum, si forte is dies citra molestiam abiisset: atrum, si secus. Denum vbi quis vita decederet, eius pharetram

retta proferebant: in qua si plures candidos calculos repetissent, felicitè pronuntiabant: contra, si plures nigros. Atque hinc vitæ summam æstimabant: vnde prouerbio receptum est, vt dicerent bonum diem e pharetra esse, si quid ex animi sententia accidisset.

*Rex Cannacæ.*

*Τὸ καννάκις*, id est, Res aut mala Cannacæ. Historiam hac utebantur paræmia, vel de rebus ob vtilitatem admirandis, vel de lamentis & complorationibus miseris ac lacrymofis Cannacæ quispiam Phrygum rex, quem admodum narrat Hermogenes in Phrygiis, qui cum præsidiisset euenturum diluuium, tonuocatis omnibus ad templa deorum, multis lacrymis supplicabat diis, vt id malum auerteret. Vnde Herodes iambographus inquit, *ἵνα τὰ καννάκις κλάσω* id est, Vt Cannacæ more plorem. Hæc referuntur a Zenodoto. Plinius libro tricelimo sexto, Cannacum inter statuarios nobiles recenset. Stephanus in dictione Iconium, meminit adagii, nisi quod Annacum appellat non Cannacum, aut Cannacam: & de fabula non nihil euariat. Ait enim Annacum quendam vixisse super annos trecentos. Itaque vndique consultata oracula, quo vsque victurus esset. Responsum autem, mortuo Annaco peritura vniuersa: quo defuncto, successisse diluuium Deucalionis. Ceterum audito responso magnopere luxisse Phryges, atque hinc de grauiluctu ortum prouerbum *ἐπιτυκκὸς κλάσσειν*.

*Qui modus equitum.*

*Τίς τρέπος ἵππων*, i. Qui modus equorum? Vbi quis nouam ac peregrinam induceret consuetudinem: veluti si quis Italus Gallicis vestibus vteretur. Dicitur videtur de hoc spiritibus nouo quadrigarum genere inuentis. Metagenes in Thurioperthis apud Suidam: *Τίς τρέπος ἵππωνιός δ' ὀρχήνται τὸν βαρβαρικὸν τρέπον ἔτοι*, id est, *Quis equorum modus? Vt autem saltant hi more barbarico. Confinitatem habet cum illo, quod paullo superius recensuimus: ἄλλο γένος κώπης*. id est, Aliud genus remi.

*Chironium vulnus.*

*Χαράντης ἔλκος*. id est, Chironium vulnus, immedicabile malum appellabant: Chironia bello aduersus Centaures ictus ab Her-

cule, vulnus immedicabile accepit in pede: vnde & periit. Hinc natam paræmiam auctor Zenodotus. Vergilius autem noster, nam huic carmen inscribitur, Chironiam manum medicam vocat:

Vixit pectore sub dolente vulnus,

Quod Chironia nec manus leuaret.

Ab hoc Chiron centaurico fertur educatus Achilles. Vnde Plato Comicus Damonem, qui sub obtentu tradendæ musices putabatur Periclem instituisse ad tyrannidem, iatxat his versibus:

*Ἐρῶτον μὲν ἂν μιλήσειν ἀντιβῶλῶ, σὺ γὰρ*

*Ὡς φασιν ὁ χείρων ἐξέθρεϊτας περικλυτά.* id est,

Primum quidem illud obsecro dicas mihi

Tu quippe Chiron educasse diceris Periclem.

Quem locum ita reddidit Lupus: Tu enim vt aiunt, pessime Periclem educasti. Quin & in editioe Aldina geminum vitium est. Primum enim versus perperam distinctus est, deinde vt pro ὁ χείρων, legamus ὁ χείρων, id est, tu ille Chiron metri cogit ratio. Per eropum siquidem appellat Damonem Chironem, quod id fuerit Pericli, quod Chirō fuit Achilles, quem docuit quidem fidibus canere, sed ad Centauricam, ferociam eduxit. Hoc licet alieniore loco, visum est studiosis indicare, ne quis imprudens ad eum impingat lapidem.

*Charontis ianua.*

*Χαράντης ὄρα*, id est, Charontica ianua. De imminente capitis periculo, siue de re magnopere tristi. Sic enim antiquitus appellabatur vna e carceris ianuis, per quam damnati iudicum sententiis ad supplicium educabantur. Referunt Zenodotus, Hefychius & Suidas: Charontis enim cymba fingunt animas ad inferos deduci. Hinc Aristophanes in Pluto, ὁ δὲ χείρων τὸ εὐμβολον δ' ἴδωσι, id est, Dat symbolum Charon: significans illi imminere mortem.

*Maschalam tollere.*

*Μαχάλλων ἄρα*, id est, Maschalam tollere dicebatur, qui auidius biberet Sumptum a gestu bibonum, inter ebibendum cyathos, gulam ac mentis incidentiis, & altius erigentium cubitos, ne quid residat in cyatho liquoris. Idem appellant *κωωνίαν*, ἀπὸ τῆς κώωνος, quod est poculi genus, Hefychius indicat *μαχάλλον* esse partem proræ, quæ con-

tineat *τέρερον*, siue Antemonem. Antemonē autem volunt esse veli genus. Sunt qui dicant *μαχάλιον* esse canistrum & palma contextum, quod virga palmae maschale dicitur, non nunquam & pro fune poni. Alii contendunt maschalam esse machinā, qua sarcinae deponuntur in naues, aut exituntur e nauibus. Hinc iocus in eos qui poculum tollunt in altum. Hesychius adfert & hunc trochaicum tetrametrum citra nomenclaturam auctoris.

*Ὡς ἀνω τῶν μαχάλων αἰρέμεν ἐμπειρωκότες.* id est,

Sursum in altum ut irruentes erigamus maschalam.

Fortassis huc adlusit Straticonicus citharædus apud Athenzum libro octauo qui notans singulas Græciæ ciuitates: *Βυζάντιον, ἑπὶ πιν μαχάλων τῆς ἑλλάδος*, id est, Byzantium dixit Græciæ maschalam, quod illic opinatur strenue potare, siue quod esset emporium Græciæ. Est enim Thraciæ ciuitas, eadem dicta Constantinopolis. Adiungit prouerbio gratiam adlusio, quod sunt pocula nauigij specie, veluti cymbia, *σκάρια*, *τρεῖρες*, & alia non nulla. Refertur à Zenodoto. Meminit & Iulius Pollux lib. septimo cap. 3. his quidem verbis, *ἐπὶ δὲ τῶν μεθὼν τῶν ἑλλήνων τὸ μαχάλιον αἰρεῖν, ὡς τὸ τοῦ θῶος ἂν τοῖς ἐν μέθῃ*, id est De ebriis vero dicebāt maschalam tollere, tamquam is mos sit temulentis. Adducit & Homericæ carminis testimonium:

*Χεῖρας ἀνιχόντες γέλω ἔκβαλον,*  
Sublatis manibus risu emori.

Ex his videtur non à tollendo poculo, sed à gestu gaudentium fuisse dictum. Certe manet & hodie apud Germanos milites, ut dextra sublata lætitiā indicent animi.

#### *Magis ipse Phryx.*

*Μᾶλλον ὄφρῆξ*, id est, Magis ipse Phryx. Equidem coniciamus dictitatum, quoties ea magis probarentur, non quæ veriora sunt, sed quæ adulantius dicta. Narrat Cræsum Lydorum regem aliquando percunctatum seprem illos sapientes, cui nam primum felicitatis titulum tribuerent. At cum varie responderetur, aliis dicentibus feras indomitas sibi videri felicissimas quod pro tuenda libertate mortem oppeterēt: aliis ciconias: quod citra legem, suapte natura ius piūmq; seruaret: Solone vero negante, quemquā

appellandum felicem, prius quam ex vita decesserit, assistens Phrygius ille fabulator Aesopus: Tanto, inquit rex ceteros antecellis, quanto mare præstat fluuiis. Id vbi rex audisset, respondisse fertur, *μᾶλλον ὄφρῆξ*. Ea vox in prouerbum cessit: equidem haud scimus an ita legendum sit: *μᾶλλον ὄφρῆξ*, ut sit liberet agnoscentis eam laudē, & cū esset maxima, tamen aliquid etiam adiungi desiderantis: vnde eū quis aperte nobis aduatur, succinere licebit, *μᾶλλον ὄφρῆξ*. Refertur Suidas & Zenodotus.

#### *Magis sibi placet, quàm Peleus in Machæta.*

*Μέγα φρονεῖ μᾶλλον ἢ Πηλεὺς ἐπὶ τῷ μαχάεικῃ*, id est, Magis sibi placet, quàm Peleus sua machæta. In cum competit, qui præter modum quæpiam insolens est, ac tumet. Aiunt autem hunc gladium à Vulcano fabricatum, à diis dono datum fuisse Peleo, virtutis illius ac prudentiæ symbolum. Quo quidem ille utens & in præliis & venatibus, cōsequēbatur quidquid optabat. Zenodotus ait huius mentionem factam & apud Anacreontem, & apud Pindarum.

#### *Generosus es ex crumena.*

*Γενναῖος εἶ ἐκ βαλαντίδος*, id est, Generosus es ex crumena. In eum iaciebatur, qui propter opulentiam generosus haberi voluisset, alioquin obscurus & humilis. Pariunt enim nobilitatem & opes, non antiquæ solum, iuxta Aristotelem, verum etiam vnde cunq; & quandocunq; patet. Solet autem hoc genus ferocius insolere, quam qui maiorū imaginibus clari sunt.

#### *Liberiorum amantior, quàm Gello.*

*Γελλῶ πῦθοφιλοτέρα*, id est, Puerorum amantior Gello. Dici solitū vel in eos, qui morte præmatura perissent, vel in eos, qui mira quidem caritate filios prosequerentur, sed eosdem indulgentia, deliciisq; corrumperent. Aiunt Gello virginem quampiā fuisse, quæ puella adhuc vita decesserit. Huius spectrum oberrare Lesbii creditum est, ac pueros impetere. Vnde puerorum mortem, qui præmature fato perirent, hinc Gello imputabant. Citatur Sappho, quæ huius fabulæ meminerit.

*Gleba*

*Gleba aruum.*

*Βῶλος ἀρρακῶν*, i. Gleba aruum, vbi quis exigua maximis apponit, credens sese nō nihil iuare. Proinde legendum suspicamur: *βῶλος ἀρρακῶν*, aut *ἀρρακῶν*, vt subaudias, *προσθετω* aut *ἀνεκνεῖ*, aut eiusmodi quippiam. Nil enim adfert momenti, si gleba aruo adiungatur, quod perinde sit, ac si quis aquam & lacu haustam in fundat mari.

*Glauci ars.*

*Γλαυκὴ τέχνη*, id est, Glauci ars. Huius partem duplex est vsus. Conuenit enim vel in opus celeriter absolutum, vel in id, quod est arte summa, summaque cura elaboratum. Quidam ortum existimant à Glaucō quodam Samio, qui primus aris ferruminatiōnem inuenit. Alii à Libyco quodam, qui quattuor cymbala quædam fabricatus dicitur, certis proportionibus ita inter se respondentia, vt primi spissitudo Epitriti rationē haberet ad secundum, ad tertium Hemioli, ad quartum dupli. Ea pulsata musicam quandam harmoniam reddebant. Auctor Zenodotus.

*Noctua Lauriōtica.*

*Γλαυκὴ λαυριωτικὴ*, id est, Noctua laurioticæ, hoc velut ænigmatē pecuniarum vno significabat. Laurios enim Atticæ regio est auri venis frequens. Porro nomismatis aureis noctuarum figura insculpebatur, quemadmodum alio diximus loco. Interpretes addit & tetradrachmis noctuam solere insculpi.

Aristophanes in *Auibus*:

*Γλαυκὴς ὕμης ἔσποτ' ἐπιλείψου λαυριωτικὴν,  
ἀλλ' ἐνοκίωσεν ἐνδὸν, ἔντε τοῖς βελκωτοῖς  
ἐπιόπτ' ὄσσοι.* id est,

Noctua vos non relinquēt Lauriōticæ,

sed hæc

Aedibus aderunt in ipsis, inque loculis nidulos

Sibi parabunt.

*Glaucus poto melle resurrexit.*

*Γλαυκὸς πινῶν μέλι ἀνέστη*, i. Glaucus poto melle reuixit. Dicitur solitū, quoties aliquis vult gari tumore dictus mortuus, denuo prōdit in publicum, & quasi rediuiuus apparere iis quibus persuasum fuerat eum vita defunctum esse. Satis constat ab euentu natum. Nempe Glaucum quempiam præter om-

nium expectatiōne, gustato mellito pharmaco reualuisse. Eamque rem in iocum popularem versam fuisse. Quidam enarrant in hunc modum: Glaucus quidā poto melle, ob bilem pæne exanimatus est. Ad hunc multis adcurrētibz medicis, polyidos herba, quam Draconem vocant, eum restituit.

*Generosior Codrus.*

*Εὐγενέστερος κόδρου*, i. Generosior Codrus. Per Ironiam recte dicitur in istos, qui maiorū sumosis imaginibus, & nataliū antiquitate gloriantur. Codrus Melæthi filius fuit. Melæthus à Neleo sextus. A quo Neleo prognatus & Nestor. Hic igitur Melantus, Messene patria pullus venit Athenas: atq; ibi cum Xantho Bæoto, qui tum Athenis imperabat, singulari certamine congressus, victor discessit, & Atheniensium imperium occupauit. Cui successit filius Codrus, singulari in patriam pietate præcipue nobilis. Nam cum Atticis bellum esset aduersus Dores, proditumque esset oraculo, victoriam penes Atheniensem populū futuram, si rex illorum ab hostibus fuisset occisus, Codrus patriæ gloriam sua incolumitate cariorem habens, ignota specie hostem prouocauit, & interemptus est. Reliquit autem filios duos, Mentorem, qui patri defuncto successit in imperium, & Neleum, cuius auspiciis colonia in Asiam demigravit, hæc sermo Zenodotus.

*Cadmea victoria.*

*Καδμείος νίκη*, i. Cadmea victoria. Huius adagii varium adducunt & sensum & originē. Sunt qui putent inutilē victoriā, Cadmeam vocatam, propterea, quod Eteocles & Polyneces Thebani, cum de regni vicibus disceptarēt, singulari certamine congressi, utriq; perierint. Cuiusmodi victoriæ meminit Herodorus lib. i. de Phocensibus agēs. Vel quod Cadmei deuicerint quidem Argiuos cum Adrasto militantes, sed suo malo. Posteris enim illorum pœnas abunde magnas dederunt. Vel quod Oedipus soluto Sphingis ænigmatē, victoriā quidem à nostro magnificam reportauit, verum post imprudētiam ipsius matrem duxit uxorem Idq; simulatq; rescituit, oculos sibi met eruit. Itaq; illius quoque victoriæ parum felix exitus fuit. Sunt qui hucreferant. Cum Cadmus

litteras à Phœnicibus acceptas, Græcis tradere vellet, Linum, quod is quoque litteras suas proferret, interemit. Deinde ciues Cadmum exegerunt, vt nec huic bono fuerit Linum superasse. Plutarchus subscribit primæ sententiæ. Nam ad hunc modum scribit in commentario: *ᾧ τὴ φιλαδέλφειας. Οὐ γὰρ ἐτίθει οἱ παλαῶοι καθ' ἑαυτοῦ νίκην, ἀλλὰ τὴν ᾧ τὴν βίβας τῶν ἀδελφῶν, ὡς ἀρχίζην καὶ κακίην προσκρόβουσαν*, id est, Non enim aliam præsci Cadmeam victoriam, quàm eam, quæ fuit fratrum apud Thebas, vt turpissimam atq; miserissimam appellarunt. Idem *ᾧ τὴν πῶδων ἀγωγῆς*, ostendit Cadmeam appellari victoriam, quoties præstat vinci, quàm vincere. Vsurpauit hoc adagium Plato libro De legibus primo: *πῶδ' εἷς μὲν ἐν φέρεσι καὶ νίκην, νίκην δὲ ἐπί τε ἀπῶδ' ὀυτίαν. πολλοὶ γὰρ ὁ βερῆσθεροι δία πολέμων νίκας γινόμενον μείων ἄλλων κακῶν δὲ ὁ βερῆν ἐκπλοῦνται, καὶ πῶδ' εἷς μὲν εἰδ' ἐπῶσποτε γίγεται καθ' ἑαυτοῦ, νίκαι δὲ ἀνθρώποις πολλὰ δὴ τοιαῦτα γέγονασι τε καὶ ἴσονται*, i. Proinde eruditio etiam victoriam adfert: contra victoria non numquam imperitiâ: eo quod complures ob victorias bello paratas insolentiores facti, innumeris aliis malis propter violentiam repleti sunt. At eruditio numquam fuit Cadmea, victoriæ vero multæ profecto hominibus tales & fuerunt, & futuræ sunt. Aristides in Pericle: *ὡς τε τὴν καθ' ἑαυτοῦ νίκην ἠγάθη νικῶσιν*, i. Itaque Cadmeam victoriam reportatum sefe exstimabat. Quo quidem loco scholium adscriptum præter alia illud admonet ab iis, quæ retulimus, non nihil diuersum. Thebanos cæsis Argiuis, qui cum Polynice pugnant, negasse sepulturam. Qua inhumanitate exasperati Athenienses, Thebanos oppugnatos deuicerunt, & consumilem ad modum vetuerunt, nec cadauera cæzorum darentur sepulture. Nec prorsus dissonat ab his, nec prorsus congrunt quæ scribit Pausanias in Bœoticis. Scribit autem in hanc ferme sententiam: Commisit apud Ismenū prælio in congressu victi sunt Thebani, & compulsi in fugam intra mœnia sefe receperunt, tamquam Peloponesii oppugnationis essent ignari. Porro cum illi magis ira, quàm arte irruerent, non pauci à Thebanis è muro iaculis sunt interempti. Postremo vicerunt & alios, idest palantes, turbatosque facta impressione, ita vt totus exercitus, excepto Adrasto, interiret. Neque paruo ea vi-

storia constitit Thebanis, καὶ ἀπὸ ἐκείνης, inquit, *τὴν συνδράθη κακῆτι ἀντων, καθ' ἑαυτοῦ ὄνομα ἔστι νίκην*, id est, Ex eo victoriam coniuicam cum exitio eorum, qui vicerunt, Cadmeam appellant. Sed vndecunq; natū est adagium, Cadmeam victoriam appellabant infelicem, etiam ipsis victoribus. Cuiusmodi fuit & Græcorum, quorum nulli hō magno constitit capra Troia. Et medici Cadmeam victoriam vocant, cum ita depellitur morbus, vt ægrotus interim in remedio pereat, succumbente natura.

Pecuniæ vir.

*Χρήματα ἀνὴρ*, id est, Pecuniz vir. Hoc est, tanti quisque fit, quantum possidet. Horatius:

Nil satis est, inquit, quia tanti quantum habes, sis.

Zenodotus ex Pindaro citat. Extat autem in Isthmiis hymno secundo, his quidem verbis:

*Νῦν δ' ἐφικτι τ' ἀργεία φυλάξαι  
Ρῆμα τῆς ἀληθείας ἄχρηστα βῶνον  
Χρήματα, χρήματ' ἀνὴρ.*

*Ὁς φέκτεων ὁ ἅμα λαφθεῖς καὶ φίλων.*

Nunc subit illud, Argiui seruare dictum, ad veritatem proxime accedens, Pecuniz, pecuniz vir. Sic ait possessionibus simul deficturus & amicis. Interpretes Pindari testatur Chrysippum auctorem in prouerbis, qui scripserit esse Aristodemum Spartani. Idem interpretes versus, quem paullo ante recensuimus ex Alcæo, refert hunc in modum: *χρήματ' ἀνὴρ, πεινχρὸς δ' εἰδ' ἑθῆς πέλειτ' ἰδῶδος, εἰδ' ἑθῆμιος*. Meminit apophthegmatis & Laertius in vita Thaletis, addens apud Lacedæmonios esse percelebre. Alcæi idem testantis hæc verba citantur apud Suidam: *ὡς γὰρ δὴ ποτ' ἀρισθ' ἀμὸν φέσσι ἐν ἀσπρετῶν ἀπάλλκμοις λόγον εἶπεν, χρήματ' ἀνὴρ, πεινχρὸς δ' εἰδ' ἑθῆ ποτ' ἰδῶδος*, id est, Sic enim olim auit Aristodemum apud Spartanos verbū non incitum dixisse, pecuniz vir, pauper autem numquam probus. Quidam ad septem illos sophos ferre malunt. Ad hanc sententiam pertinent illi versus à comœdia quariam:

*Τ' ἀρχυρίσι ἐστὶν ἅμα καὶ λυχίᾳ βροτῆς.*

*Ὁς ἰδ' ἑθῆ μὴ ἔχη τῆτο μὲθ' κτήσκατο,*

*Ὁύτορ μὴ ἀζώντων τεθνηκῶς περιπατῆσθαι.*

Argentum & anima & sanguis, est mortuus talibus.

Hoc qui caret, nec sibi parauit sedulo,  
 Viuus hic inter mortuus circūambulat.  
 Secundus versus Græcos constabit, si tollas:  
 δὲ, aut si legas: μίχα pro μήχα. Tertius con-  
 stabit, si pro τειδικώς legas: τειδικώς. Cele-  
 bratur & hic senarius, non alienus ab hac  
 sententia:

Βίος βίχ δέομνος ἔν τῃν βίος. id est,  
 Vita haud vocāda est vita victus indiga.  
 Proinde quemadmodū apud Græcos βίος,  
 itidem apud Latinos vita significat, & vitā  
 morti contrariam, & facultates quibus vi-  
 tam sustinemus.

*Dines factus iam deijs gaudere lente.*

Ἐπατα πλῆτων καὶ τὸ ἔδειμα φακῶν, id est,  
 Lenticula diuiti placere desit.

Lens legumen pauperum ac tenuium cibus  
 est. Quæ fastiditur, simulatq; lautior fortu-  
 na contigit. Vnde prouerbiū in eos, qui-  
 bus ad vberiozem conditionē euectis, fasti-  
 dio sunt, ea quæ prius inopes, boni consule-  
 bant. Sumptum est adagiū ex Aristophan-  
 nis Pluto. Dicitur enim illic in adolescen-  
 tiam, qui cum pauper haberet consuetudinē  
 cum anu, nactus diuitias, cœpit illam fasti-  
 dire. Non dissimile illi, quod alibi recensui-  
 mus, ἄλλος βίος, ἄλλῃ δὲ ἵατα.

*Caluum vellit.*

Φελακρὸν τῆλλας, id est, Caluum vellit. Vbi  
 inanem operam sumit, aut vbi quis auferre  
 conatur, quo vacat is, à quo petitur. Veluti  
 si quis à paupere conetur extundere pecu-  
 niam, ab indocto litteraturam. Simillimū  
 est illi Plautino: Aquam è pumice postulas.  
 Rursum illi: Nudo vestimenta detrahere.  
 Quin hodie quoq; vulgus vbi significat ni-  
 hil esse, quod adimatur, volam manus osten-  
 dens, iubet inde velli quippiam, quod ea  
 corporis pars nemini non sit calua.

*Somnus absit ab oculis.*

Υπνος δ' ἀπέσωγκνέθημος ὁ μμάτων. id est,  
 Oculis abesto leniens animum sopor.  
 Vbi quis rem aggreditur, quæ summam di-  
 ligentiā curamq; desideret. Quod genus, si  
 quis philosophiæ capessat studiū. Sumptus  
 est autem hic senarius ex Aristophanis Ne-  
 bulis, apud quem dicitur sub persona So-  
 cratis adhortantis Strepsiadem, vt philoso-

phiæ daturus operam, omnia tum faciat,  
 tum patiatur.

*Phoci conuiuium.*

Φῶκος ἔρανος, id est, Phoci præmium, siue con-  
 uiuium. Dicitur sicutum, vbi quis suo ma-  
 lo conuiuias acciperet. Tamen nihil vetat  
 quod minus longius etiam traducatur: nempe  
 ad quosuis, qui læduntur ab iis, de qui-  
 bus benemeriti fuerint. Aiunt Phoco cui-  
 piam filiam fuisse iam nuptiis maturam. Is  
 Procos, nam erant complures, conuocare so-  
 litus præmia statuebat, & conditionibus  
 subinde nouis propositis nuptias protoga-  
 bar. Quamobrē indignati iuuenes Phocum  
 in conuiuiū trucidarunt. Auctor Zenodo-  
 tus. Etiam si Plutarchus in Amatoriis nar-  
 rationis fabulam hanc diuerse narrat. Eu-  
 stathius in primum Odysseæ, tres conuiui-  
 orum species facit, ἑλαπίων, quod ad splen-  
 dorem ac magnificentiā sit apparatus.  
 γάμων. quod ipsum etiam sumptuosius esse  
 consuevit. ἔρανον, id quod plurimi conue-  
 niunt, sed suo quisque cibo sumptuosius.  
 Ea conuiuandi ratio præcipue probatur Hesio-  
 do, propterea quod cum plurimum habeat  
 iucunditatis, minimum habeat sumptus.  
 Nam temperantius & editur & bibitur, vbi  
 quisque de suo edit ac bibit. Hesiodi carnē  
 est huiusmodi:

Αγκῶς πλείστη χαρὴς ἀπαύτη δολίγη.

Porro qui splendidiore affectare videri,  
 ii etiam ἔρανον tum de suo, tum lautius ex-  
 hibebant. Homerus has tres conuiuiorum  
 formas simul complectitur:

Τίπτε δέ σε χρεῖα,

Εἰλαπὶν ἢ γάμων, ἐπὶ ἢ ἔρανος τὰ δὲ ἔστιν.

*Antiquior, quam chaos, & Saturnia tempora.*

Χάος ἀρχαιότερος, i. Antiquior, quàm chaos.  
 De re nimium prisca & obsoleta. Ibycus,  
 ποτᾶται δ' ἐν ἀλλοτρίῳ χάει, i. Volat in alic-  
 no chaos. Accursum: ὁ δὲ φλακρεῖ, καὶ μάτην  
 ἡμῶν λήρον καταχέ τυχῶς ἀρχαιότερον καὶ κρο-  
 νίων ἀπόλοιτα, i. Hic autem nugatur, ac  
 temere nugas in nos infundit antiquiores,  
 quàm chaos, ac Saturni tempora redolen-  
 tes, Adludit adagiū ad chaos, ad quod  
 poetæ decorum, ac rerum omnium origi-  
 nem referunt. Ouidius opificium mundi  
 hinc aufpicatur.

Ii 4 Tamquam



*Tamquam Argium clipeum abstuleris,  
ita gloriaris.*

Ως ἢ ἰσχυρὰ ἀσπίδα καθελὼν σφύνεται, i.  
Superbit tamquam Argium clipeum de-  
traxerit. In fastuosos, & magnificenti-  
us sese gerentes dicebatur. Aiunt apud  
Argiuos sacrum quendam esse clipeum,  
clavis adfixū, ut facile detrahi non  
possit. Alii dicūt, apud eos ordinem,  
ac delectum iuuenum viribus antecel-  
lentium, ἀσπίδα, id est, clipeum ap-  
pellari. Auctor Zenodotus.

*Tamquam conchylimum discerpere.*

Ὡσπερ κογχύλων διολεῖν. id est, Tamquam  
concham dilacerare. De imbecillis & viribus  
longe inferioribus dicebatur. Nam illis  
solo rumpuntur conchæ, quo cibus exima-  
tur, aut inciso neruo, quo se contrahunt,  
ac diducunt, aperiuntur. Refertur apud  
Suidam.

*Mitius magis, quam scapha.*

Συνομώτερος σκάφης, id est, Magis elinguis,  
quam scapha. De iis dici cōsuevit, qui pro-  
pter humilitatem cōditionis apud præstan-  
tiores non audent hiscere. Natū hinc aiunt  
ἡδ' olim inquilini, & hospites alienæ Rei-  
pub. ludis popularibus, in pompa incede-  
bant, nauim gestantes: unde quoties hos-  
pitem, non ciuem significabant, σκάφην  
ἢ σκαφηφόρον, appellare consueverunt.  
Proinde vulgo sic iniuriabantur: ποίσω σέ  
συνομώτερον σκάφης, id est, Reddam tibi os  
occlusius scapha. Etenim iis, qui in Repub.  
viviunt non sua, multa sunt mussitanda. Nā  
uti non conuenit in aliena ciuitate curio-  
sum esse, ita nec tutum est liberioris esse lin-  
guz. Huius interpretamenti Suidas aucto-  
rem citat Theophrastum in opere De legis-  
bus. Equidem in plerisque codicibus, σωτο-  
μώτερος scriptum reperimus, non συνομώ-  
τερος. Quæ lectio si cui magis adridebit, non  
reluctabimur, nempe ut metu contractum  
& humilem accipias.

*Nudus tamquam ex matre.*

Γυμνός ὡς ἐκ μητρὸς, id est, Nudus ut ex matre.  
Prouerbialis hyperbole de vehementer pau-  
pere. Nudissimi enim nascimur, ac ne pilis  
quidem recti, nedum vestibus, quod non itē  
in ceteris animantibus accidit. Hoc dictum  
& hodie vulgo nostrati est in ore, tam nu-

dis quam natus erat. Huic simile, quod ali-  
bi referetur: Tamquam è naufragio.

*Est Pyllus ante Pylum.*

ΠΥΛΤΑΡΧΗΣ in libello, cui titulus: ποῦ  
τῆ μὲν δ' αὖν δ' ἀκρί ζῆσαι, testatur hunc versum  
apud Messenios prouerbio fuisse celebra-  
tum:

Ἐστὶ πύλλῳ προπύλοιο, πύλλῳ γὰρ μὲν ἐστὶ καὶ  
ἄλλῳ. id est,

Est Pyllus ante Pylum, siquidem est Pyllus  
altera sane.

Dictum apparet, vbi quid alteri præsertus  
velut antiquius & præstantius. Aut vbi ali-  
quis iactat sese, quasi vel solus sit, vel sum-  
mus, cum repertiantur & alii, qui possint  
cum eo decertare. Pylus enim Messeniorū  
ciuitas, Nestore nobilis, ut affirmat quidā.  
Hoc autem carmen Plutarchus hoc pacto  
commutauit:

Ἐστὶ τόκος πρότοκοιο, τόκος γὰρ μὲν ἐστὶ καὶ ἄλ-  
λος. id est,

Vsura vsura prior, vsura altera sane est.

In eos accommodari potest, quibus alia vsura ex  
alta nascitur. Vnde natū sit adagium Eusta-  
thius interpretans Homeri Βωϊοτίαν indi-  
cauit. Scribit enim iuxta eos, qui de popu-  
lis conscripserunt, tres fuisse Pylos. Vnam  
Messeniæ, alterā Triphyliz, tertiam Arcadiæ.  
Triphyliacam obtinuisse Nestorē. Idē geo-  
graphum testem adducit, Strabonē opinamur,  
qui tres itē Pylos constituerit in Pelo-  
ponneso. Tractat autem hac de re Strabo li-  
bro Geographiæ octauo, demonstrans, fuis-  
se multas huius nominis vrbes, quarū vna  
quæque sibi vindicauerit Nestorem, ob viri  
celebritatem. Quamquam idem post aucto-  
ritatem Nestoris patriam fuisse, ex utraque pat-  
te Alphei. Adlusit ad adagium Aristophani  
in Equitibus:

Ἀλλὰ τὸ δὲ φερέζεν, πρὸ πύλλῳ πύλοιο, ἢ σοὶ  
ἔφαζεν

Ἐστὶ πύλλος πρὸ πύλοιο. τί τῆτο λέγει πρὸ πύ-  
λοιο; id est,

Hoc age dic Pyllus ante Pylum est, quam  
tu mihi narras,

Est Pyllus ante Pylum, sibi quid vult ante  
Pylum istuc?

Interpres adscribit versiculum, quem paulo  
ante citauimus è Plutarcho, proditum  
oraculo fuisse.

Ἰεεῖς Ἀχιλλῆος duas esse τας & quatuor.

Βίβλωι ἀλλὰ δύο κωβωβὴν ἰέσσερα. id est,  
Duas

Duas Achilles, quattuorq; tesseras Iecit. Hunc versum Suidas ex Euripide citat. Quid autem sibi velit adagium, nullus explicat. Nisi quod coniectare licet dictū fuisse, de iis, qui omni re vincerent, propterea quod is tesserarum iactus felix esset. Interpres Aristophanis in Ranis Aristarcum citat, qui scripserit hūc senarium Euripidis nomine circumferri solitum, sed falso, cū sit ἀδύνατος. Apud Aristophanem vsurpat Bacchus in Aeschylum, victorē Euripidis, vnde apparet in faustis acclamationibus huius esse vsum proverbi.

*E tardigradis asinis equus prodii.*

Ἐκ βραδυσκέλων ὄνων ἰπποῦ ἄρσεν, id est, E tardigradis asinis equus emerit. Cum clarus euadit quispiam obscuro genere natus, aut quoribus ab indocto præceptore proficitur discipulus eruditus. Potest & per Ironiam profecti, & per negationem, vt nunquam ex asinis nascitur equus. Et, en tibi ex asinis equum, id est, ex infimis parentibus arrogātem & ferocem. Huic contrariū est, quod alibi retulimus, heroum filii notæ, cum ex egregiis viris prognati, non respondent maiorum virtutibus, quemadmodum Socrates apud Platonem in Alcibiade priore, docet ambos Periclis filios Paralum & Xantippum fuisse stupidos, Cliniam euasisse furiosum. Deniq; nullum illius operæ factum sapientem, cum Zenonis cōsuetudine multi sapientes euaserint. Idē tractat in Menone, commemorans & Aristidem, qui filium habuit Lysimachū nullius rei, præterea Thucydidem, cui duo fuerint filii, Melesias & Stephanus. Neuter respondit virtuti paternæ. His addi poterat Marcus Tullius, qui filium reliquit illaudatum & à patriis virtutibus plurimū degenerantem.

*Epeo timidior.*

Ἐπεὶ δ' αὐδότερος, id est, Epeo timidior. De magno opere pauido dicebatur. Ab Epeo quoque dicitur, notæ timiditatis homine. Datum est hoc cognominis Cratino comico, per adlusionem fortassis, quod cum Oenoidis tribus princeps esset, in eo mune re timidius se gereret.

*Ephesæ litteræ.*

Ἐφέσια γράμματα, id est, Ephesæ litteræ. Di-

ctum videtur de iis, qui mira felicitate, tanquam diuina virgula, quidquid optarent, assequerentur. Aiunt enim Ephesii notulas quasdam, & voces magicas fuisse quibus vtentes in omni negotio victores euaderēt. Auctor Diogenianus. Eustathius in Odyssææ φ. tradit his litteris vsum Cræsum in rogo. Fuisse autem verba quædam, obscura, ænigmatibus simillima, nevtiquam coherentia, descripta in pedibus, zona, & corona Dianæ Suidas addidit huiusmodi fabulam, in Olympiis Milesiū quempiam cū Ephesio palæstra cōmissum nihil potuisset cōstitū, quod is Ephesius in talo Ephesias haberet litteras. Quod simulac animaduersum esset, ademptis litteris, Ephesium quiam triginta defatigarat, succubuisse. Helychius indicat fuisse prisca quasdam voces pro sacris habitas, quibus impostores deinde multas addiderint. Priscas putat has fuisse, ἄσκι, quod interpretatur tenebras, κητέσκι, lumen, αἴξ, ipse, δ' αμνεμινδύς sol, αἴσιον, verum. Meminit harum & Anaxilas apud Athenæum lib. 12. Commemoratis enim philosophi cuiusdam deliciis ait, καὶ πρὸς τῶντοις ἐν σκνταρίοις θραπτοῖσι φωνῶν ἐφεσίων γράμματα καλά, id est, Ad hæc, in consutillibus pelliculis gestans Ephesias litteras pulchras. Nec desunt hodie, qui huiusmodi cōfictis vocibus imponant stultis. Illud satis apparet librariorum incuria commissum, quod cum Helychius inter magicas voces recenscat τέτραξ, non meminit tamen interpretans singulas.

*Eodem in ludo docti.*

EODEM in ludo docti dicebantur, similibus vitis laborātes, & improbitate pares. Hoc dictū adeo vulgo manet, vt nihil sit tritius. Terentius in Hecyra, In eodem omnines mēhi videntur ludo doctæ, ad malitiam. Solēt enim serme, qui communibus vsi sunt præceptoribus, ingenio, moribusq; cōuenire. Quod autem Terentius dixit in mulieres, omnes inter ipsas similibus esse moribus, idem Græcus attestatur senarius:

Γυνὴ γυναικὸς πάπισ' ἔδεν διαφέρειν, id est, A femina nil femina vnquam discrepat. Innuat autem proverbiū nullam inueniri bonam mulierem.

*Tanquam in phiditijs.*

Ὅπως ἐν φιδιτίοις, id est, Velut in phiditijs.

vbi quid parcus, nimumq; frugaliter actū significabimus. Lacedæmonii publica loca habebant, in quibus cibum caperēt. In his accipiebant hospites ac legatos suos, sed apparatus perparco. Vnde & Græca vox ducta videtur à φειδῶδαι, id est, parcendo. Quamquam sunt qui malunt φειδῶδαι dicta quasi φιλία, quod eiusmodi conuiuio coiretur sodalitas. Vtranque vocis etymologiam recenset Plutarchus in vita Lycurgi. In prioribus abicitur ε, e diphthongo, in posteriore λ, vertitur in δ. Addit autem tertiam etymologiam, phiditia dicta quasi ἰδῆτια, à sumendo cibo, quæ Græci præsertim Athenienses vocant συσσίτια, Cretenses ἀιδῆτια, quæ admodum ibidem indicat Plutarchus. Hoc genus conuiuiorum Lycurgus instituit, ad excludendum luxum ac temulentiam. M. Tullius meminit Phiditiorum libro Tusculanarum quaestionum quinto, Quid inquit, victum Lacedæmoniarū in phiditiis, non ne videmus? Vbi cum tyrannus cenauisset Dionysius, negauit se iure illo nigro, quod cenæ caput erat, delectatum: tum is qui illa coxerat, Minime mirum, inquit: condimenta enim defuerunt. Quæ tandem, inquit ille? Labor in venatu, sudor, cursus ab Eurora, fames, sitis. His enim rebus Lacedæmoniorum epulæ condiuntur. Quamquam hæc fabula secus narratur apud Plutarchum in Coronide, quam adiectam videmus apophthegmatis Laconicis, de Lycurgi institutis. Erant apud Lacedæmonios & alia conuiuiorum species, quorum vnum erat κοπις, quod certis ciborum generibus instructabatur, alterum ἄκλον aliquantum splendidius. Omnium frugalissimū erat, quod agebatur ī phiditiis. Multa super his Athenæus libro quarto, si cui licebit cognoscere. Accommodari poterit & ad orationem, vt si quis neget se contentum simplici sermone, velut in Laconicis phiditiis accipiat, sed desiderare splendoris aliquid, & quod appetentiam irriter illecebra.

*Equo senescenti minora cicela admoue.*

Ἰππῶ γηράσκοντι τὰ μείον κέκλεικ ἐπιβαλλε, id est, Equo senescenti minora cicela admoue. Admonet adagium, vbi vires per ætatem fatiscunt, respirationem ac refocillationem quandam à laboribus dandam, & decretescente robore minuendos labores, augendam remissionem. Ductum aiunt ab equis

militaribus, quibus senescentibus, lenius τριπίπιο admouebant. Est autem τριπίπιο, seu rotula quædam, publica nota, quæ igni candefacta, malis equorum imprimi consuevit. Zenodotus ostendit prouerbiū extitisse apud Cratetem comicū in Samiis. Videtur carmen heroicum, si tātum legas: κῦκλ' ἐπιβαλλε. Nam κέκλεικ nondum reperimus apud vllum auctorem, præterquam apud Zenodotum. Trisippii meminit Hesyechius. Videtur autem, κέκλεικ aliquid esse, non dissimile Trisippio.

*Eretrienisium Rho.*

Ἐρετριῶν ῥῶ, id est, Eretrienisium Rho. Vbi quis crebrius & asperius eam litteram sonaret. Quo nomine nunc male audiunt apud Gallos Piccardi. Notantur item quibus Alcibiadis labdacismus impendio placebat. Ridetur Arrius à Catullo, quod commoda dicebat, si quando commoda velle.

Dicere, & insidias Arrius insidias.

Actum mirifice credebat se esse locutum, Cum quantum poterat, dixerat insidias.

Adagium refertur à Diogeniano. Meminit Plato in Cratylo, οἶδα ἔνδτι ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἡμῶς μὴ φαμὸν σκληροῦς, ἐρετριῶς δὲ κληροῦς, id est, Scis quod nos pro eodēdicimus sclerotes, id est, durities, pro quo Eretrienis sclerotes; ex quo liquet Eretrienis admasse hanc litteram ρ, quam loco σ, supposuerint, cum contra Athenienses, eam verterint in σ, vt κερεῖν pro κέρειν. Quoniam ea littera dicitur impetus ac vehementer si gnificationem habere, videtur & in homines præcipites ac violentos congruere prouerbiū.

*Oestro percitus.*

Οἷτρον περκαπληγῆς, id est, Oestro percitus, id est, ingenti animi cupiditate commotus, ac velut attonitus. Oestri enim insecti genus, horrendo strepitu, vnde & nomen inditum apud Græcos. Nam Latini, asilum appellant. Hoc addito Iuno vaccam Io in furorem egit. Vnde poetæ diuino correpti furore, oestro conciti dicuntur. Est apud Platonem, tamen si locus in præsentia non succurrit, opinamur in Phædro. Vnde & οἷτρον πλῆγῃ dictio est composita, pro insanio, & οἷτρον & οἷτροπλατῆν, pro insanite.

*In magnis & voluisse sat est.*

**I**N magnis & voluisse sat est.

Tibulliana hac sententia, nihil celebratius. Eam Angelus Politianus non inscite vertit Græcè:

Αρχὴ δ' ἐν μεγάλοις καὶ τὸ θέλημα μόνον.

Apuleius Floridorum lib. 4. Maiore scilicet voluntate, quàm facultate. Eoque propensius fortasse laudandus est, quod omnibus bonis in rebus, conatus in laude, effectus in casu est. Item M. Varro apud Gellii lib. 1. cap. 18. In quo non modo Lælii ingenium non reprehendo, sed industriam laudo. Successum enim fortuna, experientiam laus sequitur. Convenit, ubi quis maiora viribus conatus, tamen si rei susceptæ magnitudini non facit satis, tamen hoc ipso nomine laudem promeretur, quod re pulcherrimam tentaverit.

*In holmo cubabo.*

Ἐν ὄλμῳ ὄνκσω, id est, in holmo cubabo. Dicebatur ab iis, qui se quippiam diuinatione cognitum ire minitabatur. Nam ὄλμον quidam vatem interpretantur. Alii tibi podes Apollinis holmos appellatos fuisse. Tradit autem Aristophanes grammaticus, citate Zenodoto, eos, qui holmis indormissent, repente diuinadi spiritum concipere. Addit Apollinē ob id ἐν ὄλμῳ cognominatum à Sophocle. Quamquam apud Hesygium ὄλμῳ pro mortario ponitur. Apud Athenzum libro 11. poculi genus est cornu ad simile, vt per iocum torqueri possit & in bibones.

*Eadem cera.*

Ἐν κερῶν, id est, Idem fauus, dicebantur qui vno ore idem adfirmarent, aut qui inter se conspirassent. Ductum à fauorum cellulis inter se cōnexis. Siue quod cera tenax, sibi que hæret. Siue quod olim in ceratis tabellis scribebant, vnde & Horatius: Cera laudatur cadē, siue quod olim imagines è cera fingebantur, varia quidem forma, nūc deorum, nunc regum, nunc plebeiorū, sed hæc omnia erant cera. Refert Zenodorus non dissimile illi, quod alio diximus loco, Idem puluis, & Eadem farina.

*In quinq; iudicum genibus situm est.*

Ἐν πέντε κριτῶν γένεσι κείται, id est, In quinque situm genibus iudicum, id est, in alieno ar-

bitrio res est posita. Nam antiquitus quinque iudicum datum erat negotium, vt de comicorum fabulis pronunciarent, vt testis est apud Zenodorum Epicharmus. Quamquam & apud Platonem quinque iudicum sit mencio, cum alias, tum in lib. de Legibus 11. Ἐν πέντε δὲ τῶν νομοφυλάκων τοῖς κριταῖς ἐναυτῶν κρείσι, id est, Vt iudicium sit penes quinque natu minimos ex nomophylacibus. Adlusum est autem ad illud Homero frequens:

Καὶ τὰ νύκτα δῶν ἐν γένεσι κείται. id est,

In genibus sunt hæc sita diuum.

Cum significamus non esse nostræ facultatis, prætere rei exitum, verum hunc superioris & fortunæ in manu esse. Pindarus in Olympiis:

Νῦν δ' ἔλπομαι μὲν, ἐν βίῳ γὰρ τέλῳ. i.

Nunc spes quidem mihi, ac in Deo situs exitus.

*Fames & mora bilem in nasum conciuunt.*

Σοξία Plautinus in Amphitryone: Vetus adagiū est, inquit, fames & mora bilem in nasum conciuunt, id est, latrante stomacho omnis mora bilem mouet. Quod autem dixit, bilem in nasum conciuunt, conuenit eū illo, quod ait Theocritus in Thyrside:

Ἐν τὶ γε πικρὸς,

Καὶ οἱ αἰ εἰ δριμεῖα χολὰ ποτὶ ῥῆιν καθέται. i.

Est enim acerbus,

Atque illi semper sedet in nare aspera bilis.

Ducta est metaphora ab animatibus iram narium statu significantibus. Vnde fabula de tauris ignem spirantibus. Quin hominibus etiam nonnullis ex naribus indicium iracundiæ, vnde & corrugare nares dicuntur quæ offendunt. Horatius:

Ne fordida mappa

Corruget nares.

Item Persius in quinta Satyra:

Sed ira cadat naso, rugosaq; fanna.

Potest id trahi latius, nempe ad quemlibet vehementius aliquid cupientem, cui omnis mora quantumuis pusilla, longissima videatur, attestante Mimo:

Etiā celeritas in desiderio mora est.

Huc respicit & Horatianum illud:

Vt nox longa quibus mentitur amica, diesque.

Longa videtur opus debentibus, vt piger annus

Pupillis, quos dura premit custodia matrum.

*Generosior*

*Generosior Sparsa.*

*Ελευθεριότερος ἀσπίτης*, id est, Generosior Spar-  
ta. Dicebatur excellenti animo, animiq;  
timidus aut humilis. Spartani enim olim  
indoles aderat generosa, & ingenium omnis  
impatiens feruitutis, ac velut imperio na-  
tum. vnde nec moribus urbem cingebant,  
legibus ita iubentibus, abunde munita ar-  
bitrantes fortibus viris. Fœdissimum autē  
existimabant quemquam e pugna redire,  
nisi victorem: id quod epigrammate quoq;  
restatum est. Nec tyrannidem in suam Re-  
pub. admittebant, sed æqua libertate pare-  
bant legibus. Deniq; nihil humilioris ope-  
re exercebant, sed agriculturam & artes se-  
dentarias per Helotas, id erat seruorum ge-  
nus, peragebant.

*Locrensis bos.*

*Λοκρεῖος βῆς*, i. Locrensis bos. De re vili, aut de  
munere leuiculo dici potest. Cum aliquan-  
do Locrenses publicum sacrum facturi bo-  
uem desiderarent, composito ex minutis li-  
gnis bouis simulacro, diis rem diuinā fece-  
runt. Atq; hinc vulgus adagionē arripuit.

*Ficulus gladius.*

*Συκίνυ μάχωρα*, i. Ficulus gladius. De friuo-  
la causa dici potest, quæq; minimo nego-  
tio queat refelli. Dicitur est autem, ficulus  
gladius sycophanta, quod idē & mollis sit,  
& calumniator. Meminit & Helychius.

*Ficum Mercurio.*

*Συκον ἐφ' ἑρμῆν*, id est, Ficum Mercurio. De pro-  
ptio & quibuslibet exposito beneficio dice-  
batur. Nā antiquitus mos erat, sicubi ficus  
repertus fuisset, cum veluti Mercurio sacrum  
suspendere. Liberum autem erat tollere fi-  
cum Mercurialem, cuiuscunq; libitum fuisset,  
vel quod is Deus furibus fauere crede-  
tus est, vel iuxta paræmiā illam, κοινὸς ἑρ-  
μῆς, Cōmunis Mercurius. Huc opinamur  
adlusisse Persium, cum ait:

Inq; luto fixū possis findere nummū,  
Nec gluto forbere saluam Mercurialem.  
Vt indicatum est alibi.

*Us fici oculis incumbens.*

*Ὡσπερ τὰ σὺκ' ἐπὶ τῆς ὀφθαλμοῦς ἔφν*, id est,  
Inquēmodum fici oculis innati. De iis  
dicebatur, qui pertinaciter vrgerent, præ-  
merentq; negotium aliquod. Sumpta simi-  
litudine à ficis, hoc est, vitio quod oculis ad-

scitur, nec facile potest auelli oculo incolu-  
mi. Aristophanes in Ranis!

*Ὡσπερ τὰ σὺκ' ἐπὶ τῶσιν ὀφθαλμοῦς ἔφν*, i.

Vt ficos oculis imminens, sic ille erat.

Accommodabitur haudquaquam inepte &  
in hos, qui cum graues sint & intolerabiles,  
tamen auelli non queūt nisi magno malo.  
Opinamur autem ficos hic dici, rigidum  
tumorem innascentem genis oculorum: ca-  
res cum molestissima sit, tamen non sine pe-  
riculo tollitur, quod oculo imminet partu  
vexationis & tractatus impatiēssimæ. Ada-  
gii mentionem facit Suidas.

*Cum hasta, cum scuto.*

*Σὺν δόρῳ, σὺν ἀσπίδι*, id est, Cum hasta, cū scu-  
to. Vbi quis omni conatu rem aggreditur.

Aristophanes ἐν εἰρήνῃ:

*Σὺν δόρῳ σὺν ἀσπίδι τε.*

Cum hasta, cumq; scuto.

Item in Vespis:

*Ἐκδραμόντις δόρῳ εὐν, καὶ ἀσπίδι.* id est,  
Expedita excursionē, cumq; scuto & lan-  
cea.

Sumpta metaphora à milite armis omni-  
bus instructo. Ad similem vsum recte tor-  
quebitur Homericum illud:

*Ἐγγεῖτ' ἄορι τ' ἀγέλοισι τε χερμαδίοισιν.* i.

Hastasq; & gladio, saxisq; ingentibus in-  
stant.

Quoties res omni vi geritur.

*Viri senis astaphis caluaria.*

*Ἀστῆρ' ἐγείροντ' ἀσταφὶς το κρανίον.* id est,  
Viri senis velut vva passa cranium.

Admonet adagium inualidum & staccidū  
esse senile corpus, exhausto succo, carnibus-  
que aedisi. Lucianus in Tyranno de seni-  
bus: *ἐπεὶ ἀσταφίδες γινώσκονται ἰδνῆσι*. Quan-  
do quidem iam omnes vuz passæ sunt. Ru-  
gosæ enim & staccidæ sunt vuz passæ, pro-  
pter succum sole decoctum. Vnde veteres &  
vvas passas vocabant senes passos, ob rugosi-  
tatem. Lucilius citante Nonio:

Rugosi passiq; senes eadem oia quæruunt.

*Pass folia cadunt arbores.*

Pos t folia cadent in te arbores. Quoties ad-  
monebimus, leuiore iniurias si quis ferat,  
sequi atrociores. Veluti arborum decidua  
folia negliguntur, verum aliquando fit, vt  
ipsæ arbores putres in caput subiecti deci-  
dant. Plautus in Menæchmis: Folia nunc  
cadunt.

cadunt. Nunc si triduum hoc hic erimas, tum arbores in te cadent.

*Anse tubam trepidas.*

ANTE tubam trepidas, id est, animo confertaris, priusquam appareat periculum. Ab ignavis militibus sumptum, qui pavitant, priusquam bellicum canatur. Nam audita tuba, mirus quidam pavor solet militum animos incesse. Vergilius:

Cur ante tubam tremor occupat artus?

Qui sermo si paullo longius detorqueatur, in proverbii speciem abit.

*Ameles angulus.*

Αμελης γωνία, id est, Ameles angulus, id est, neglectus angulus, dicebatur, qui supinus & oscitabundus desideret, nihil bonarum rerum tentans. Aiunt in Libya locum esse, qui αμελης γωνία, hoc est, securus angulus vulgo dictus sit, ob id fortasse quod neglectus & incultus iaceret. Comperimus scriptum & αμελης γωνία, id est, negligentis angulus. Recensent Zenodorus & Helychius.

*Plurares Callicratis.*

Υπερτά κκαλικράτης, id est, Super fortunas Callicratis. De immodicis opibus dicebatur. Aiunt Carystium quempiam fuisse, nomine Callicratem, qui reliquos civis opibus longe præstiterit. Unde si quem magnopere locupletem intelligi volebant, eum vel Carystii Callicratis facultates vincere dicebant. Aristoteles autem in Agatheniolum Republ. citante Suida, tradit Callicratem quendam è iudicum ordine fuisse, qui iudicarias exactiones supra modum auxerit, atque hinc natam paræmiam de immodicis exactionibus.

*Vulcanium vinculum.*

Ηφώσης δεσμός, id est, Vulcanium vinculum. Vbi quis nodis inextricabilibus esset illigatus, Vulcanis vinculis teneri dicebatur. Super denominatione ab adamantinis illis vinculis, quibus apud Homerum Vulcanus Venerem & Martem sic irretiuit, ut quo magis se conaretur explicare, hoc magis inuoluerentur. Homerus Odysseæ 8.

Βηρ' ἴμιν ἐς χαλκιδῶνα, κἀκὰ φρετὶ βυσσοδ' ὀμόδων.

Εἰθ' ἔθει' ἀκμοδέτω μέγαν ἄκμονα. κόπτε δὲ δεσμός

Λέροντας, ἀλύττας, ὄφρ' ἔμπεδον αὐτὸ μένοιον,

Αὐτὰρ ἐπεὶ δὴ τεύξε δόλον κοχλοωμένος ἄρα,

Βηρ' ἴμιν ἐς βάλαμον, ὅβι οἴφιλα δέμη ἕκαστο.

Αμφὶ δ' ἄρ' ἐρμίσιν χεῖρ' δέσματ' κύκλω ἀπέπνευον.

Πολλὰ δὲ κ' ἠκαύπερθε μελαβρόφιν ἐξενέχωντα, Ζεὺς, ἀράχην λεπτὰ, τὰ δαίτις ὄρε ἰδοίτο

Οὐδ' ἔτιω μακάρων. id est,

Ille domum petiit, qua stat ferraria fornax Secum imo interea penitus mala pectore volens,

At trunco imposta prægrandi incude, seccabat

Vincula nulli vel rûpenda, vel effugienda, In quibus impliciti simul astrictiq, manerent.

At postquam insidias Marti indignatus, & artes

Abfoluisset, adit ecclauæ, vbi dulce cubile Stabat, & hinc illinc fallacia vincula fulcris

Obligat & summo suspēdit plurima tecto, Mire tenuia, sic telas ut araneolorum,

Sic uti nec possint oculis deprendier vllis, Non vel diuorum.

Adagium refertur à Suida.

*Vtinam domi sim.*

Οἴκοι γινώμην, i. Vtinam domi sim. Dicit solitum, vbi quis optat è malis, quibus implicitus est, emergere. Trāstatum videtur ab iis qui in tempestate periclitantur. Nam nunc etiam ita vulgo loquuntur, qui periculose nauigant, οἴκοι γινώμην, Refertur à Suida.

*Vtinam male, quemadmodum inuenisti, eiecias.*

Εἴθε φαύλους ὥσπερ ὄρες ἐκ βάλους τ' ἔνεθιν. Vtinam ita ut male reperisti ius, & ciicias male.

Hoc est, vtinam quemadmodum male tibi reperisti famā, aut facultates, ita & male perdas. Iuxta Plautinum illud, Male partū, male disperit. Suidas hunc trochaicum, ut proverbiale citat ex Aristophane, apud quod extat in Equitibus, diciturq; imbi in Cleonem rei publicæ deperulatorum.

*Pluto Deus subijcit bona.*

Αὐτομάτως ὁ εὐδὲς ἀνίστι τὰ ἀγαθὰ, id est, Vltro Deus subijcit bona. Quoties res citra nostram operam feliciter cadunt, quasi Deo quoquam accurante. Stobzus senarium hunc adducit ex Plutis Cratini:

Αὐτόματα τοῖσι θεὸς ἀνείρε τὰ ἀγαθὰ.

Vltro dona istis ipse suppeditat Deus.

De dormientis rei dictum est alias.

*Vlyseum commensum.*

Ὀδύσσεια μαχλή, i. Vlyseum inuentum, callidum,

callidum, astutum & vaftrū dicebatur. Vlyfsem Homerus vbiq; verſutum facit ac diſſimulantem, ſimulantemq;. Vnde eundem ſtatim initio Odyſſeæ, πολὺ πρῶτον ἀππελάτ. Vergilius item:

- Scelerumq; inuentor Vlyſſes.  
Reſertur apud Suidam. Plutarchus in Lyſandri vita declarat quid fit Vlyſſeum com mentum. Lyſandrum Lacedæmonii miſa ſcytala domum reuocarant. Is metuens accuſationes Pharnabazi ſatrapæ, qui gra tiorioſus erat Lacedæmoniiſ, dedit operam vt cum illo veniret in colloquiū. Ab eo mul tis precibus impetrauit, vt ſcriberet magi ſtratui ſe nullis ab ipſo læſū in iuriis. Pharnabazus cum Cretenſi quod aiunt Cretifans, conſcripſit epiſtolam ex Lyſandri ſen tentia, quam ille legendam tradidit, ſed clā ſcripſerat aliam ex ſui animi ſentētia, ſigil lo, & inſcriptione tam ſimili, vt di noſci nō quirent altera ab alteris, eamq; tradit Ly ſandro. Is nihil ſuſpicans, reddidit: quam le ctam, cum illi commoſtraſſent Ephori, Ly ſander intellexit non ſolum Vlyſſem verū eum fuiſſe. In hanc ſerme ſententiam Plu tarchus.

*Viſitans ſucco ſuo.*

PROVERBIALI ſigura dictum eſt in paraſi tos. Viſitans ſucco ſuo, qui ſi quando cena contigit lautior, ingurgitant ſeſe. Rurſus vbi nulla aridet ſpes cenatica, cogunturq; οἰκοίτοι viuere, fortiter ſerunt inedia, & in conuiuii ſpem diūt. Sumpta metapho ra à cochleis quæ per æſtum intra teſtā con tractæ, vt cunq; ſucco ſuo aluntur, donec ac ciderit pluuiæ. Plautus in Captiui duo:

Cum res, inquit, prolatae ſunt, cū rus ho mines eunt  
Simul prolatae res ſunt noſtris dentibus.  
Quaſi cū caletur, cochleæ in occulto latēt,  
Suo ſibi ſucco viuunt, ros ſi non cadit,  
Itidem paraſiti rebus prolatis latent,  
In occulto miſeri viſitant ſucco ſuo.

*Viri infortunati procul amici.*

Αἰδέος κακῶς πρῶτος ὄν, ἐκ ποδῶν φίλοι. i.  
Viri ſiti in nialis amici ſunt procul.  
Parēmia notat mores amicorum vulgariū, qui hirundinum ritu, pro ratione tempo rum aduolant ac deuolāt. Aduolant vbi res ſecunde, deuolant ingruente rerum tempe ſtate. Ariſtides in oratione Panathenaica nominatim adagii titulo uſurpauit: Κωτῆ προρομίαν ἐπιλάξειν. Ἐ γὰρ ἐκ ποδῶν ἐνὼ κρετέ.

δαε φίλος κακῶς πρῶτος ὄν, ἀλλὰ πολλὰς καὶ τὸν πρῶτον διαφέρειν ἐπὶ τοῖς ἀτοχίμασι φίλος πεπίπται, id eſt, Ac prouerbium inuer tit. Declarauit enim hand quauā eſſe procul amicos, eius cui res ſunt aduerſæ, verū etiam multos, qui antea diſſidebant, in rebus afflictiſ ſibi reddidit amicos. In hāc ſen tentiam extat & huiuſmodi ſententiaſ:

Τὸν δυστυχῶτα ἐντυχὶς ἄδ' εἰς φίλῳ. id eſt, Felix amicus nullus inſelicibus.

Item alter huic ſimilis:  
Κεῖναι φίλος ὁ καρὸς, ἄε χρυσοῖν τὸ πῦρ. i.  
Vt ignis aurū, amicum ita tēpus arguit.  
Ad hanc ſententiam palam aduſit Cicero lib. Famil. epiſt. 9. Nam & ſi nō facile diu dicatur amor verus & ſictus, niſi aliquod incidat eiufmodi tempus, vt quaſi aurum igne, ſic beneuolentia fidelis, periculo ali quo perſpici poſſit. Cetera ſunt ſigna com munita. Horatius:

Vilis amicorum eſt annona, bonis vbi quid deſt.

Paſſim habentur amici qui petāt: qui dent, per pauci. Pindarus item in eandem ſiſiam:

Οἱ χίται τιμὰ φίλων πατωμένω  
Φωτλ. παύρι δ' ἐν π' ἴω πτοῖ βροτῶν. id eſt, Perit honos homini amicis orbato.

Sunt autem pauci mortales ſidi in rebus afflictiſ.

*Vias nouit, quibus effugit Eucrates.*

Οἷδε τὰς ὁ δ' ὄς ἀπειρῆ εὐφυγὶν ἐκ κρέτης, id eſt, No uit vias, quibus eſſugit Eucrates. In cum quadrat, qui ſemper aliqua inuenit timā, vt inquit Plautus, per quā elabatur, vt offi ciū ſubterfugiat. Ariſtroph. in Equitibus:

Εὐλαβὸς δὲ μακρόν τι, καὶ γὰρ οἷδε τὰς ὁ δ' ὄς  
Ἀπειρῆ δὲ κρέτης εὐφυγὶν διακυριβίαν. id eſt, Caueto ne te effugerit, nouit vias  
Quibus Eucrates eſſugerat per ſurfures.

Taxat autem obiter Eucratis mores, qui cū molitor eſſet, tamen rem publicam admini ſtrat. **Quin** & in Auibus taxat **Eccceſtidem** quempiā, peregrinum & erionem, cui viæ omnes nota ſuerint. Congruet in homi nem aliquo prætextu ſuffugientem, ſi quā do ſides ſit præſtanda.

*Viuu, incende ignem.*

Ζῆ, πῶτα πῦρ, id eſt, Viuuit, incēde ignem. Vbi in negotii periculofū puncto ſeſtinandum admonemus, & occaſionem arripiendam, vt cū reperta ſcintilla propterat, ne pe reat & illa. Simile illi: Nunc tuum ferrum in igni eſt. Reſertur apud Suidam.

Ventor

*Venter auribus caret.*

Τασηρκα ἔχει ὠρα, id est, Venter nō habet aures. Vbi de pastu agitur, non admittuntur honestæ rationes. Attestatur huic senarius ille prouerbii vice Græcis celebratus:

Λιμῶ γὰρ ἔδην ἐστὶν ἀντὶ τῆς ὄψης. id est, Contra famem etenim nulla cōtradictio est.

Celebratur à Plutarcho, Gellioq; dictum illud Caronis, ex oratione quadam, qua disuasit legem Agrariam. Eā sic exorsus est, vt dicat, arduum esse ad ventrem verba facere, qui careat auribus. Nec inepte accommodabitur in eos, qui ventris addicti voluptatibus, nihil admittunt quod ventri non sit amicum. Seneca lib. 3. epist. 21. Venter, inquit, præcepta nō audit, poscit, appellat. Non est autem molestus creditor, paruo dimittitur, si modo das illi, quod debes, non quod potes.

*Cum puluisculo.*

VEL cum puluisculo dicimus, quoties omnia sic tolluntur, vt nihil fiat reliqui, ne puluis quidem. Metaphora mutuo sumpta videtur ab iis, qui frumentum ab area cōuerunt, non sine puluere. Plautus in Rudentibus Conuerteret hic iam me totum cum puluisculo. Idem in Truculento: Quo citius rem ab eo auferant cum puluisculo. Simili figura dixit Iuuenalis cum erugine, pro eo quod est integre, & nulla parte diminutū.

Nunc si depositum nō insicietur amicis. Si reddat veterem cum tota erugine follē. Eodem pertinet euangelicū illud, quod iubetur etiam puluerem excutere a postoli, i. ne minimum quidē ab eis auferre secum.

*Valere pancratice.*

PLAUTVS in Bacchidibus, Valere pancratice dixit, pro eo quod est firma esse valetudine. Nam in Pancratistis robur corporis potissimum spectabatur. Pro eodem dixit, Valere athleticè Valere pugilicè. Valere basilicè. Terentius item: Pugilē esse aiunt. De puella robustiore & habitiore. Græci βασιλικῶς pro magnificè, prouerbiali figura dicunt. Neque is sermo vulgo non tritus est, etiam hodiernis temporibus.

*Fadum est, & mansisse diu, vacuumq; rediisse.*

VERSUS hic Homericus ex secundo Iliados libro, non dubium quin adnumerandus sit inter eos, quos Macrobius scribit in prouerbium abiisse:

Αἰχρὸν τοῖσ' ἄρ' ἵν τε μένειν, κέρειοι τε κέρειοι. i. Turpe est & mansisse diu, vacuumq; rediisse.

Conueniet, vbi quis longam de se concitauit expectationem, cui postea non respondeat. Veluti si quis studii causa diu peregrinatus, domum redeat nihilo doctior. Aut si negotiator post diuinam absentiam reuertatur, nihilo ditior. Aut si quis admodum longæuus, nihil præclari gesserit in vita, quo se vixisse testaretur. M. Tullius prouerbii vice vsurpauit Epistolarum ad Atticum libro sexto epistola, cui initium: Nūc quidem profecto.

*Tragulam iniicere.*

PLAUTVS in Epidico: Tragulam in te iniicere adornant, id est, dolum aliquem in te struunt. Et ibidem: Nescio quam fabricā facit. Sicutem habet versus tetrameter, trochaicus:

Tragulam in te iniicere adornat, nescio quam fabricam facit.

Vtraque figura prouerbialis videtur. Idem in Cassina, Ego Pol istam iam aliquorsum tragulam decidero. Rursus in Pseudolo, At volui iniicere tragulam in nostrum senē. Huic simillimum quod dixit in Mostellaria: Pulum inuicisti mihi, pilum enim hactæ genus est.

*Trium litterarum homo.*

TRIVM litterarum homo, per ironiam dici potest, in eum, qui generosus & ingenuus videri cupiat. Inde natum quod olim ingenui, prænomen, nomen & adnomen, in litteris aut insignibus suis, tribus litteris notare soleant. Vt pro Quinto Valerio Maximo, Q. V. M. Hinc vulgi iocus de trium litterarum homine. Plaut. in Aulularia iocum aliò detorsit, nempe in feruum furacē. Subiicit enim, Etiam sur, tri furcifer.

*Trium dierum commeatum.*

TRIVM dierum commeatum, cū instare paupertas extrema significatur. Trāslatione ducta à militum cōmeatu. Et apud Aristophanem cum alias tum in Acharnensibus: Καί μ' ἠπικρέειν σιτί' ἡμεῶν τρεῖς ἡμέρας. id est, Mihiq; vt referuem commeatum tridui. Interpres addit, antiquitus in bellū ituris edici solere, vt sibi tridui non minus, commeatū pararent. Meminit & in Equitibus: Eyo



Εγὼ ποριῶ γὰρ τῶτον  
 Ημερῶν τριῶν.

id est,

Præbebo & istum quod sat est in triduum. Proinde tridui commeatum dicemus minimas facultates, quæ vix ad tridui victum sufficient. Non dissimili figura Terentius in Seipsum ex cruciante, dixit decem dierum familiam.

*Tragædias in nugis agere.*

**TRAGŒDIAS** in nugis agit, qui in re leuicula tumultum mouet. Et ut ait Terentius, magno conatu magnas nugas dicit. M. Tullius De oratore, lib. 2. Ne aut irrisone, aut odiodigni putemur, si tragædias agamus in nugis. Vsurpat idem Fabius libro sexto cap. de peroratione. Nam in paruis, inquit, litibus has tragædias mouere, tale est, quasi personam Herculis & cothurnos aptare infantibus velis. Quin hoc ipsum excitare tragædiam, si alio quopiam despectatur pro uerbis respicit. Vnde & Græcis: ἐκτραγωδίζεν. & τραγωδῶς λέγειν προγαυiter siue acerbe.

*Transuersum agere.*

**TRANSVERSVM** agere dicitur, qui vi & impetu quodam ab initio despectitur. Ita Laberius Mimus apud Macrobiū lib. Saturnaliū 2. cursum fortunæ transuersum vocat. Hunc enim C. Cæsaris benignitas inuitauit, ut eques Romanus, & senex prodiret in scenam. In prologo igitur queritur præter animi sui sententiam eo Cæsaris auctoritate fuisse compulsus.

Necessitas, inquit, cuius cursus transuersum impetum

Voluerit multi effugere, pauci potuerūt, Quo me detrusit pene extremis sensib. &c. Ita qui præceps ira fertur, transuersus rapi dicitur. Ductum apparet a nauigantibus, qui secundo vento recto cursu feruntur, statu aduerso, transuersum aguntur.

*Thrasibulo Dionysium dicitis esse similem.*

Θρασυβύλου διονύσιον φάτ' εἶναι ὅμοιον. i. Dionysium Thrasibulo similem esse dicitis. Dicitur solitum, ubi quis ea componit, quæ nimio interuallo inter se differunt. Dionysius enim inter pestilentissimos tyrannos commemoratur, Thrasibulus laudatus, quod rei publicæ studiosissimus fuerit. Sumptus est à Pluto Aristophanis.

Τὴν ἰσχυρὰν ποτίω.

Τὰ τῶν φόρων κρείττω, i. Tributis potiora, dicebatur, ubi quis ex malefactis & iniquitate commodum ingens reportaret. Refertur à Suida & Zenodoto pro uerbii nomine, nec pluribus explicatur. Harpocration in dictionario rhetorico scribit extitisse in oratione Hyperidis aduersus Athenogenem. Inde natum opinamur, quod qui principū nomine tributum exigunt, fere plus extorqueant, quam par est. Et principes sic petunt ut ab inuitis rapiant, ni dent quod petitur. Cōgruit huic illud Pindari ex Pythiis hymno 8. κέρσε δὲ φίλατερον γ' ἐκώτε εἰ τις ἐκ δόμων φέρει, id est, Lucrum autem gratissimum, si quis ex uolentis ædibus ferat.

*Tragica simia.*

Τραγικὸς πίτυκος, id est, Tragica simia. Pro uerbiali conuictio dicebatur, qui fungere tur honoribus, opibusq; polleret, alioquin indignus. Simiam appellant hominione, vix hominem, sed simulacrū hominis magis. Tragicam addunt, propter fortunæ strepitum & personam additam. Demosthenes in oratione pro Ctesiphonte, Aeschinē tragicam simiam appellat, quod cum esset nequissimus, splēdidis uerbis probum ciuem ageret. Cuius pro uerbii meminit Philostratus in Aristide. Diuus Hieronymus in epistolis ostendit hoc scomma iaci solere vulgo in Christianis, sed ab impiis, ethnicisq; conuenit & in eos, qui barba pallioq; philosophos se præsentant, cum cetera cultui non respōdeant. Sic enim Plutarchus: Οὐτὶ γὰρ φιλοσόφους πωγωνιοτροφίαι καὶ τριβυνοφορία ποῶσιν, ἅτε ἰσικῶδες αἰλινοσολίαι, id est, neque enim alere barbam, aut gestare vile pallium philosophum facit, neq; lineis ueluti Iliacos, hoc est, Iliadis sacerdotes.

*Tineas pascere.*

**TINEAS** pascere dicuntur, quæ neglecta situ pereunt, ductū à uestibus, aut libris diu reconditis & intactis. Horatius in Epistolis: Cōrrectatus ubi manibus sordescere vulgi Cœperis, aut tineas pascens taciturnus incertis:

Aut fugies Vticam, aut vnctus mitteris Ilerdam.

*Titio ad ignem.*

Δάλο ἐπὶ πύρ, id est, Titio ad ignē, ubi quis applicatur

applicatur ad eas, res ad quas natura prop̄sus est, Vt si mulicrosus ad puellarum conuictum, sanguinis avidus ad militiam, lucteri sitiens ad mercaturam Δάλοι enim Græci vocant lignum semiuftulatum, Non admodum ablutit ob illo, εἰς ἀμίδεα ἰνερειν, id est, in metulā immeiere. Refertur à Suida & Zenodoto.

*Tithymallus Laconicus.*

Τιβύμαλλο λακωνικός, id est, Tithymallus Laconicus. In lippientes, oculisq̄ue exsuetientibus homines dicebatur. Tithymallus, herbæ genus, apud Lacones repertum, lacteo succo manans decerptum, vnde quidam dixere lactariam, singularis acrimonia, quo sub noctem oculos illinebant ad visum acuendum. Huius Dioscorides in quarto plures species facit, deq̄; oculorū remedio diligenter meminit. Adagium refertur apud Suidam, qui citat ex Aristophane de Neoclide lippo, σκώροδ' ὁμῆτρειψαντα τιβύμαλλω, id est, Qui allium triuit simul cum tithymallo. Carmen autem extat in Coucionatricibus:

Τι δὲ μ' ἐχρῖν δρῶν  
Σκώροδ' ὁμῆτρειγαντ' ὁπῶ τιβύμαλλον ἐμβάλοντα τῶ λακωνικῶ  
Σεντῶ παραλήφην τὰ βλέφαρα τῆς ἐσπίρας.

Simul cum opi liquore tereres allia Tithymallon insuper adderes Laconicon, Et obungeres tibi palpebras sub vesperat. Vox dicta videtur à mamma nutricis, sed apud alios per simplex λ scribitur, licet Suidas scribat per geminum. Nec indicat interim vsum proverbi. Si competit in lippis, dicendum est, tithymallo opus habet, aut tithymallum terit. Nam tradunt huic efficacem esse acrimoniam, vt cum succus eius colligitur, cauendum sit cōtingat oculos, & quoties sumitur in stomachum, deuorare necesse est obuolutum, ne fauces tadtz. Huius succo medentur oculorum pituitz. Multa de his Plinius libro 26. cap. 8. Cornelius Celsus in quinto indicans eam herbam Latinis dici Lactucam marinam, vim ait habere exedendi.

*Tinctura Sardonica.*

Βάμμα σαρδωνικόν, id est, Tinctura Sardonica. De colore præcellenti dicebatur, præcipue purpuræ, per iocum autem transferretur ad eum, qui pudefit, aut qui ob plagas

sanguine tingitur. Sardo, siue vt Heschius scribit, Sardon insula ingens adposita Italiæ, in qua viriæ purpurarum tincturæ laudatissime q̄ue fiebant. Idem & Tyrii muricem ostrumq̄ue Sarranum, legimus apud Latinos. Aristophanes in pace:

ἢ ἐκείνῳ φασὶν εἶναι βάμμα σαρδωνικόν. i. Quā ille prædicat coloris esse Sardiniaci.

Idem in Acharnensibus:

ἢ κα μὴ σὲ βάψω βάμμα σαρδωνικόν. id est, Ne te linam colore Sardoniaco.

*Quam curat testudo muscam.*

Ὅσον μέλα τῆ χελώνῃ μου, id est, Quam curat testudo muscas. Suidas ex auctore quodam refert hæc verba: τῶ δὲ ἀγαμνόνι τῆς δέρσις παρ' ἑρσίστας ἦσαν ἐμελεῖν, ἢ χελώνῃ μου, τὸ τῆς περιμίας, id est, Agamemnoni autem minoris faciebat Theristæ maledicentiam, quam testudo muscas, quemadmodū pro uerbo dicitur. Testudini nihil nocere possunt muscæ propter testam, qua munita est, Confine illi quod alibi memorauimus, Nō curat culicem elephantus, Lepidius erit ad res animi detortū. Animus virtute ac philosophia manitus, nihil plus timet fortunæ incursum, quam testudo muscas.

*Stultior Morycho.*

Μωρότερο εἰ μωρίχῳ, id est, Stultior es Morycho. Siculum pro uerbum, in eos qui ridicule stultæue quippiam facerent. Sed videtur peculiariter obnoxii huic adagioni, q̄ domesticorum negotiorum negligentes, foris agunt, aliena curantes. Quod genus inducitur Ollus apud Martialem. Cuiusmodi sunt & apud Plutarchum Lamiz. Zenodotus tradit, apud Siculos Baccho cognomen esse Morycho, idq̄ue inde datum quod in vindemiis, huius dei facies multo, fisisq̄; virentibus oblini consueuerit, quod vtriusque arboris iuuentæ laudem Baccho tribuunt veteres, vt testis est Athenæus lib. Dipnosophistorum secundo: παρὰ τὸ μωρίσαι τὸ μολίνοσαι, id est, à moryxæ, quod est contaminare: vnde & Homer. μεμολυμένῳ, dixerit, pro μολοκρμένῳ, Bacchus autem vbiq̄ue ridiculus, ac parum cordatus inducitur à poetis: vti pote deus temulentus, velut in Ranis Aristophanis, ideoq̄; in huius sacris ludrica quædam, tanquam in eius cōtumeliā fiebant. Quin & cognomen addi-

tum contumelie causa, *ἐρεβίνθεσ*. Apud Siculos huius simulacrum, non in templo, sed extra phanum sub dioposito erat iuxta ingressum, siue vestibulum, confectum è lapide, cui nomen Pella, arte Simmii cuiusdam Eupalami. Proinde, vulgare ioco iatum est de illo: *μωρότερος ἢ μορίχου, ὅς τ' αἰετὸν ἀφείδεις, ἔξω τ' οἰκίας κἀένται*, i. Stultior es Morycho, qui omnis his quæ sunt intus, foris extra domum desidet. Zenodorus adagium citat ex epistola quadam Polemonis ad Diophilum. Quamquam alienissimum est ab ingenio moribusque nostris, vestigandis, aut insectandis aliorum erratis operam contere, tamen nõ possumus hoc loco nobis temperare, quin ferendi magis quam insectandi causa proferamus cuiusdam nõ infimi nominis, incitiam nedicamus, an socordiam, Principio proverbum hoc è vulgatissimis Zenobii collectaneis enartas, Polemorum perinde citat, quasi locum ipse legerit. Id quod suo more facit, videlicet ut in abstrusis, minimèq; vulgaris auctoribus versari videatur. Deinde Græca q̄ modo retulimus indidem ὅς τὰ ἐνδὸν ἀφείδεις, ἔξω τ' οἰκίας κἀένται, reddidit ad hunc modum: Qui relinquens habitationem interiorem, extra positam quærebat. Rursum quod habetur in iisdem collectaneis: *μόριχος ὃ δὲ Διούσης ἐπιτερον ἀπὸ τῶ τοῦ πρόσωπον αὐτῆς μολιώδου ἐπέδ' ἄν τευγῶσι, τῷ ἀπὸ τῶν βοτρίων γάδου, καὶ τοῖς χλωραῖς στικαῖς*, expræssit hoc pacto, Morychus sane epitheton est Bacchi: *ἀπὸ τῆς πρόσωπον αὐτῆς μολιώδου*, id est, ab inquinando videlicet propriam faciè; inquinare namque solet eam bacchus ræmis, & viridibus ficis. Deinde quod idem coaceruator etymologiam nominis reddès scripsit: *μορίχου γὰρ τὸ μολιώου*, sic interpretatus est lepos Atticus nostri temporis: *μορίχου*, inquit, porro idem est quod *μολιώου*, hoc est, ineptire, hoc est desipere. Iam illud quanto est: *πάντ' ὃ μορίχου μωρότερον*, quod de Bacchi statua reddidit. Græca sic habèt, *παρόσον ἔξω τῶ νῶ τὸ ἀγαλμα αὐτῆς ἔστι παρὰ τῶ ἑσάδον ἐν πάλειω*. Ea sic extulit trāsma-rixa Venus: Præterea dicitur à simplicitate Bacchi, cuius simulacrum in aperto statuitur apud Hesiodum. Vide quot veneres in vno eoque perbreui capite prodidit hic venustus. Primum Bacchus fastiditis pene- ntralibus ædium suarum, peregrinas sectatur domos, deinde cum faxcus sit, sit enim

de statua mentio, tamen ipse sibi facièm ræcemis & ficis oblinat, quod vindemiatore delectet. Ad hæc cum idem significet, *μορίχου & μολιώου*, utrumque declarat, ineptire, & desipere, verum his duntaxat, qui Venerem illam transmarinam vsquequaque percaluerint. Denique quod est omnium venustissimum, è vestibulo, siquid è auctore Pol-luce, ἑσάδ' ὃ τῆς ἐπιτοῦς, quod & προ-πύλων dicitur, Hesiodum fecit, hoc est, è mutis faxis eloquentissimum poetam. Et habet tamen hic talis artifex quibus sit admirationi, hoc est, similes habent labra lactucas, cum innumera sint in huius commentariis, pari flore reddita Græca, ἔτι ἔρεον, quod aiunt: ἔτι γὰς ἀπὸ μύρια, quæ vel ipse faxcus Morychus rideat. Honor sane suavis, atque adeo Moriz beneficio felix, qui transmarinæ Veneris sensum requirat in aliis ipse communi carens, & ut videtur, marinx, quam transmarinæ Veneri familiarior. Sed præstat, ut omnis iocis ad insti-tutum negotiū calamus recurat. Iocatur in Morychum & Aristophanes in Vespiis: *ζὴν βίον γενναῖον ὡσαύτ' ἄλλοις*, id est, Viuere vitam generosam, quemadmodum Morychus. At Suidas indicat huius nominis poetam quempiam fuisse tragicum, cuius vita non caruerit luxur ac molliciei nota. Citatque hoc in eum carmen Aristophanis. Extat autem in Acharnensibus: *ὀφίλατ' ἀτὴ σὺ, καὶ πάλαι ποθεν μὲν, ἦλθες, ποθεῖν μὲν τευγῶσιν οἰκὸς χοροῖς φίλῃ μορίχῳ*. id est, Carissima ac desiderata iam diu Optata ades, sece sublitis choris Grata & Morycho.

*Quattuor obolis non æstimo.*

*Τετάρων ὀβολῶν ἐνούσ' ἐστί*. id est, Quattuor obolorum esse puta. Simile illis, quæ alibi retulimus: *Asis te non facio, & Dupondii non facio, & Teruncii non facio*. Suidas hæc quoque refert, sed tacito, qui frequens illi mos, auctoris nomine: *τῶν παρένοιον τῶ σὺν οἰεῖ τετάρων ἐνούσ' ὀβολῶν τὸ λεγόμενον*, id est, Tuam maledicentiæ existimato quattuor esse obolorum, quemadmodum dicitur. Et diobolare vocant Latini, quod vilissimum videri volunt.

*Tenuem necis.*

*Λεπτὴν πλίκης*, id est, Tenuè necis. De pauperibus

peribus dictū, quibus plerunq̄ue tenuibus in rebus labor. Dicitur & λεπτή ἐλπίς, id est, Spes tenuis, pro exigua, & λεπτή φρονίς, id est, Tenuis cura, pro subtili & curiosa. & λεπτή ζήλῳ, id est, Tenuiter diducis, in sortidos, quiq̄ue vel minutissimarum rerum habent rationem. Ducta metaphora à textoribus.

### Terrestria balnea.

Χθόνια λουτρά, id est, Terrestria, siue inferocum balnea. Dictum videtur, nam cōiectandum est, vbi quid sero iam adhibetur, nulli futurū vsui ei cui exhibetur. Veluti si quis tum reo patrocinetur, postquam pronuntiata fuerit irrenocabilis iudicum sententia. Mos olim fuit, defunctis ad sepulcrum balnea quædam inferre. Cadauera item sepulturæ danda prius lauabantur. Vnde Ennius:

Tarquiniū corpus bona sœmina lauit, & vnxit.

Fit & nostra tempestate, vt defunctorū monumentis pie aquā inspergant consecratā.

### Ter.

Ne illud quidem figura prouerbiali vacat, quod Greci numeri additione rem amplificant, maxime ternionis, fortassis quod is apud priscos & absolutissimus, & sacer habetur, vt quidquid ter dictum aut factum esset, id ratum & efficax haberetur, vnde in magorum mysteriis adhiberi solitus. Vergilius in Pharmaceutria:

Terna tibi hæc primum triplici diuersa colore.

Licia circundo, terq̄ue hæc altaria circum

Effigiē duco, numero de<sup>o</sup> impare gaudet.

Et apud Theocritum in eiusdem tituli carmine:

Ἐς τρεῖς ἀπὸ σπένδῳ, καὶ τρεῖς τὰ δέ ἐ πότνια φανῶ. id est,

Ter libo, ter & hæc pronūcio mystica verba.

Item in Ceremoniis funebribus:

- Et supremum ter voce ciemus.

Apud Euripidem in Hecuba præco ter iterato verbo, silentium indicit:

Σιγὰτ' ἀχαιοί, σίγα πᾶς λαός, σίγα σιώπη. id est,

Silete Achini, populus omnis sit silens

Taciturnitate, silentioq̄ue.

Aristophanes in Ranis:

Τῆχοισι ἀπαυδῶ, καὶνθίς ἀπαυδῶ, καὶνθίς μάλ' ἀπαυδῶ. id est,

Istis recusa, iterumq̄ue recuso, rursū valde recuso.

Passimq̄ue legitur non solum apud poetas, verum etiam oratores: τρεῖς μιάς, τρεῖς κατ' ἕκαστον, τρεῖς μακάριον, τρεῖς μέγιστον, τρεῖς ἀβελιῶν, id est, Ter scelestus, ter execrabilis, ter beatus, ter maximus, ter infelix. Quod Latini duntaxat in carmine sunt imitati. Vergilius:

- O terq̄ue quaterq̄ue beati. Quidius: Omnia bis dices vera fuisse mea.

Est illud etiam nunc vulgo familiare, vt si quid asseuerent vehementius, id ter repetant. Vt hinc etiam adagium ortum videri possit. Strabo lib. Geographiæ primo, quod Homerus scribit, charybdim ter in die reddere quod absorbit, ter resorbere, cum constet id nou fieri nisi bis in die, excusat hac hyperbole, quasi τρεῖς non sonet hic numerum, sed vehementiam. Ad hanc sermonis formam pertinet quod est apud Platonem libro de repub. 10. καὶ τὰ ἔργα αὐτῶν ὁρῶντες, ἐκ αἰδῆς οἴονται τρεῖς πᾶ ἀπὸ ἕνα τῶν ὄντων, id est, Et cum vident illorum opera, non intelligunt ea tertio gradu abesse à veris. Agit de iis qui à poetis sumunt recte uiuendi rationem, cum illi pro veris tradant phantasmata. Durat huius sermonis vestigium & hodiernis diebus in lingua Gallica, qui huius syllabæ adiectione è comparatio facit superlatiuum, nisi quod inuersis litteris, tre sonant pro ter.

### Theagenis pecunia.

Θεαγένης χρέματα, τὰ τ' ὄσχινης, id est, Theagenis pecuniæ, quemadmodū Aeschynis. Locus prouerbialis in eos, qui pauperes cū essent, tamen diuites haberi volebant. Hoc morbo notatus est vterq̄ue & Theagenes, & Aeschynes. Vnde cognomen his additū σέλλοις, à Sello quopiam inepte ambitioso, qui cum re esset, per quam tenui, tamen affectabat videri locuplex, vnde qui hoc morbo laborabant, σπάλιζεν dicebantur. Finitimū ei quod alio dicitur loco, φανίς ὄρα, id est, Phaniz ianua. Prouerbii meminit Aristophanes in Aibus:

Ἰνα καὶ τὰ θεαγένης, τὰ πολλὰ χρέματα ταῦτ' αὐτ' αὐχῶν γ' ἀπαντα. id est,

Vbi vix Theagenis plurimæ pecuniæ, Et Aeschynis quidem vniuersæ.

*Tantalilapis.*

*Ταντάλων λίθον*, id est, Tantalilapidem, vocant, imminens capiti periculū. Apud Suidam hæc referuntur: ἐπειδὴ τὸν ταντάλων λίθον τὴν κεφαλῆς ἀπειροκράμεια, id est. Quandoquidem Tantalil saxum capiti impendens excussimus. Plato apud Stobzum: ὅσ' εἰ τὸν λεγόμενον ταντάλων λίθον ἐπισημένον τις ἔχοι, id est, Ne sitantali quidem, quem vocant, lapidem imminens haberet aliquis. Sumptum à fabula Tantalī, quem quidam fingunt apud inferos, etiam hoc supplicii genus pari, vt ingens saxum sic imminet capiti, vt iam iam casurum videatur. Athenæus libro Diaprosophistarū sexto, fabulæ originem refert hunc in modum: Tantalus volupratum avidus, cum in deorum consortium admissus impetrasset optionem petendi quidquid vellet, à Io ue postulauit, vt ad eum modum iugiter vinceret inter epulas, nihil hac re ducens felicitis. At indignatus Iupiter promissum præstitit, hominisque optatis fatiscit. Ceterum ne frui posset adpositis, saxum ingens iam iam casuro simile supra verticem suspendit, cuius metu non libet quidquā attingere. Vergilius Aeneidos suæ libro sexto commentum hoc ad Lapithas, Ixionem ac Pirithoum refert:

Quid memorem Lapithas, Ixiona, Pirithoumque  
Quos super atra silex, iam iam lapsura, cadenti

Imminet assimilis? lucet genialibus altis  
Aurea sulcra thoris, epulæque autē ora paratæ.

Regifico luxu. Furiarum maxima iuxta  
Accubar, & manibus prohibet contingere mensas,  
Ersurgitque facem attollens, atque intonatore.

Vsurpat & Pindarus in Isthmiis hymno septimo: ἐπειδὴ τὸν ὑπερκεφαλῆς γὰρ ταντάλων λίθον πάρα τις ἔτριψεν ἄμμι κείος. i. Quandoquidem lapidem Tantalilimminentem capiti aliquis nobis admouit deus. Sentit autem metum instantis belli. Interpres citat ex Euripide:

Κορυφῆς ἐπιτέλλοντα θεμῶν πίτηρον  
Λεῖσι ποτᾶται. id est,

Saxum pauescens vertici quod imminet  
Per aërem volat.

Gregorius Nazianzenus in Epistola quadam ad Basilium fratrem, vitam sollicitam ac periculis expositam, *ταντάλων ζωὴν* appellat.

*Surdior Toronæo portu.*

*Χωρότερον τορον καίς λιμῆν*, id est, Surdior Toronæo portu. Aiunt portum esse quendam Toronæ Thraciæ ciuitatis, qui longis & angustis duobus excursibus porrigitur in mare, ita vt ipso portus secessu nullus fluxuum fragor audiat. Vnde prouerbiū in eos, qui non audiunt. Quamquam alii Toronem ponunt in Macedonia. Stephanus meminit etiam sinus cognomento Toronæi, à quo prouerbiū ductum videri possit. Nisi quod mare surdum vocatur, magno fragore resonās, vt ob strepitum vndarum præterea nihil exaudire liceat.

*Surdior iurdo.*

*Χωρότερον κήλης*. i. Surdior iurdo. Zenodotus ex Euboli Dionysio citat. Adscribit surditatem huic aui peculiarē, cum sit loquacissima, vel prouerbio recte. Vnde concinne dicitur in eos, qui perpetuo blaterantes ipsi non auscultant quid vicissim ab aliis dicatur, quod vitium in multis licet deprehendere.

*Effeminatorum etiam oratio Effeminata.*

*Ενεσιτι ἐν δ' αλλοῖσι ἀνδρῶν λόγοι.* id est, Inertibus vitis iners oratio.

Vt quisque est, ita & loquitur. Refertur à Zenodoto. Confine illi, quod alibi retulimus, Fatuus stulta loquitur. Itē illi: Quis vir, talis oratio. Tameris longe alium Draucen fecit Vergilius, lingua fortem bel latorem, re imbellem.

*Superdior Praxillæ Adonide.*

*Ηλιώτερον πρᾶξιλλης ἀδωνίδος*. id est, Stultior Praxillæ Adonide, In vehementer stupidos. Polemon apud Zenodotum, tradit Praxillam fuisse quampiam Sicyoniā poetriam, quæ in suis cantionibus Adonidem inducit ab inferis interrogatū, quid apud superos pulcherrimum reliquerit respondere: Solem, cucumeres, mala. Quod cum vehementer insulsum videretur, cucumeres & mala cum sole componere, prouerbio dici cœptum in homines nullius iudicii.

*Simonidis cansilenæ.*

*Σιμωνίδης μέλι.* id est, Simonidis cantilenæ. De vasis ac subdolis dictum est. Hunc tradidit primum

primum astutiam & quæstum in artem induxisse. Erant illi duo serimia, alterum gratiarum, alterum præmiorum, quæ cum post tempus aliquantum aperuisset, gratiarum arculam semper ostendebat inanem, præmiorum, semper plenam. Hoc commẽto significans se nolle gratis donare carmina. Meminit huius rei Plutarchus in libello, τὸν τὴ πολυπραγμοσύνης. Vnde Aristophanes apud Suidam, ἄσαι σιμωνίδῃ μέλι, id est, Cane Simonidis carmina. Meminit Aristophanes in Aulibus :

Ἐρώτων μὲν αὐτὸν τῷ λυραὶ λαβόντ' ἐγὼ κελύσσα

Ἀσασίμωνίδῃ μέλιθ. id est,

Primum quidem ipsi iussi, vt sumpta lyra sonaret

Simonideam cantionem.

Ad duo serinia adlusit Theocritus in Charitibus:

Οὐκ ἔτι δὲ πάλιν κενῆς ἐπὶ πυθμῆι χηλῶ. i. Rursus at ignauæ vacuo itra serinia fundo.

*Si tibi machæra est, & nobis vrbina est domi.*

**PLAUTVS** in Bacchidibus: Si tibi est machæra, & nobis vrbina est domi. Quoties malum malo opponitur. Nam machæra & vrbina vtrumq; teli genus est. Sunt autem apud Plautum Chrysalis verba minas referentis, & militis scuitiam scuis item dictis retundentis. Placiades Fulgentius pro vrbina legit, Veruina, & interpretatur teli genus oblongum. Simillimum est illis: Pari pari. &: Malo nodo malus quærendus cunæus:

*Semper agricola in nouum annum diues.*

Ἀεὶ γεωργὸς εἰς νέατα πλούσιθ. id est, Agricola semper diues annum in proximum.

De iis dictitatum, qui spe futuri compendii uiuites sunt, ac sibi met expectatione rerum amplarum blandiuntur. Ductum à colonis, qui semper proximæ ætatis vberiorum prouentum sibi pollicentur, eaq; spe iam sumptus nonnullos audent facere.

*Semper virgines furivæ.*

Ἀεὶ παρθέναι ἐρινοῦς. id est, Semper virgines furivæ. Prouerbiū obscurius deeeret à peccando. Erinnyes enim malefactorum vltiçes corrupti non queunt, quo minus præ-

nas sumant de iis qui commeruerunt, atq; hac gratia dictæ virgines. Suidas è Sophocle citat.

*Senex bos non lugetur.*

Ἐγέρων βῆς ἀπίθωνθ' δόμοισι. id est, Bos senex vacat luctu domesticorum. Hoc est senium mors, quod tempestiua videatur, non lugetur ab amicis. Quin & hodie si quando nunciatur obitus hominis natu grandis: Nihil acerbum, inquit, haud perit in cunabulis Mortem iuuenium complorant in quoque ad quod nihil attinet. Talem mortem deprecatur Solon apud Ciceroem libro de senectute, Elogium autem Solonis, cuius meminit Tullius, sic habet:

Μηδὲ μοι ἄκλυανθ' θάνατὸς μόλοι, ἀλλὰ φίλοισι

Ἐπίσωμι θανάτων ἄλγιστα καὶ θοναχῆς. id est, Ne mi illugubris veniat mors, sed mihi caris

Mærorem potius adferat & gemitus.

Ennius contra:

Nemo me lacrymis decoret, neque funera fletu

Farit.

Sed vterque recte sensit.

Solon vult mori carus ac desideradus suis. Ennius non putat lugendam mortem, quã consequitur immortalitas. Refertur & hic versus in Menandro:

Ἐικρὸν ἐστὶ χρεῖμα γέρον ἐν οἰκίᾳ μένειν. id est, Molesta res est, in domo manens senex.

*Sero venisti, sed in colonum isto.*

Οὐκ ἦλθες: ἀλλὰ γ' εἰς κολωνὸν ἴεσο. id est, Sero ades, ast colonon hinc te confers. Iocus proverbialis aduersus eos, qui post tempus aduenient, aut qui mercede quidpiam facerent. Porro Colonus est terra æditior, in speciem tumuli seu collis. Huiusmodi duò erant Athenis, alter iuxta Neptuni templum, in quem equites conueniebant, alter iuxta templum vulcani, quia foro seu mercatu dictus est ἀγορῶθ. Hinc colonetæ dicti, qui mercede conducerentur, quod illic consisterent, qui conductorem quærebant. Huiusmodi ferme Suidas.

*Ad pedem.*

Ἐπὶ πόδα. id est, iuxta pedem. Quod adpositum & vehementer accomodatū est, id τὸν πόδα, dicebatur. Sumpta metaphora à calciamētis probe ad pedis mensurã quadrantibus. Vnde celebratur & illud Paulii

Aemilii apophthegma, nouum calceum ostendentes. Vos, inquit, videtis bellum, ac nouum esse calceum; verum qua parte pedem torquet meum, id ego demum sentio, significans Papyriam uxorem, non esse suis accommodatam moribus. Suidas Platonē citat, poetam opinamur:

Ὡς ἐστὶ μοι τὸ χεῖμα τῆτο πῶδ' ἰδέσθαι. id est.  
Vt hoc meo negotium: quadrat pedi.

*Sarpedonium litus.*

Ἐκρηπδοῖα ἀκτὴ, id est, Sarpedonium litus. De re turbulenta recte dixeris, siue de vehementer clamoris & obstreperis. Est enim huiusmodi litus quoddam Thraciæ Neptuno sacrum, quod ad sidus fluctibus tunditur. Est & aliud eiusdem nominis in Cilicia. Rursum aliud iuxta Oceanum, vbi Gorgonibus sedes esse ferunt.

*Seruilior Messena.*

Δυλοτέρῳ μέσσηος. id est, Seruilior Messena. De minime liberis dicebatur, & alieno viuentibus arbitrio. Lacedæmonii Messenios, quod iterum atque iterum desciuissent, in seruitutem redegerunt, eosque diu-rius etiā quam reliquos seruos tractarunt, ne denuo res nouas moliri possent. Historia refertur à Pausania in Messenicis, & à Iustino libro epitomatum tertio.

*Seruus cum sis, comam geris.*

Δυλὸν ὦν κόμην ἔχεις, id est, Seruus cum sis, comam habes: De eo qui præter decorū qui-piam faceret. Veluti si quis humili conditione patriciorum cultū imitaretur. Apud Lacedæmonios enim ingenui comam alabant. Adagium refertur quidem à Suida, ceterū extat apud Aristophanē in Auibus: Ἐπειτὰ δ' ἴτα δ' ἔλθ' ὦν κόμην ἔχεις, id est, Ac deinde seruus cum sis, portas comam?

*Seruorum ciuitas.*

Δυλὸν πόλις, id est, Seruorum ciuitas. De ce-tu conuictiūque hominum improborum, furacium, aut ignobilium dici potest. Est hoc nomine ciuitas quæpiam in Libya, vt auctor est apud Suidā Ephorus in 5. apud Stephanum Hecateus. In hanc si quis seruus la pidem importasset, continuo liber fiebat, etiam si peregrinus fuisset. Est & alta, cui nomen ἱερὸς ἔλων, quod seruis di-

cata sit, in qua vnum duntaxat ingenium viuere tradunt. Est rursum in Creta, ἑλὸς πόλις χιλίων δ' ἔσθ'. id est, Mille viris habitata, vt auctor est Sollicrates in 1. narratione rerum Creticarum. Est nē alia iuxta Thraciam, ποικίλη πόλις, id est, Improborum ciuitas. In hanc Philippus collegisse dicitur, velut in sentinam, infames ac moribus im-probatus, vt sycophantas, falsos testes, præuaricatores, & id genus alios ad numerū duū millium, vt auctor est Theopompus, in rerum Philippicarum lib. 13. Testatur & Plutarchus in commentario De curiositate. Est & in Aegypto regio quædam ἑλὸς πόλις appellata, teste Olympianico. Plutarchus in collectaneis prouerbiorum ostendit, dici solum de raris inuentu, effectūque ad hunc modum: Ἐκ ἐστὶ δ' ἔλων πόλις, 1. Non est seruorum ciuitas. Non dissimile quod Plinius narrat de gente Hæssenorum in Syria, ad quos fugitant vique quaque nocentes. Quæ sola toto in orbe, sine vlla fœmina viuit, omni Venere abdicata, sœcia palmarum, in diem ex æquo, cōuenarum turba renascitur, longe frequentantibus quos vita fœlos ad mores eorū, fortunæ fluctus agitat.

*Samiorum flores.*

Σαμίων ἄνθη, id est, Samiorū flores. Vbi quis extremam voluptatem decerneret. Hoc autem nomine dicebatur locus quidam, in quo mulieres cum viris conuiuium agitabāt, omnique genere voluptatum assatiūm explebant lesē. Quibus deliciis effeminati, postea subacti sunt à Persis, & in seruitutē acti. Stephanus admonet, Samum insulam olim ἀνδριμύτων appellatam fuisse nimirū à floribus. Eandē περιπένην fuisse vocatā, videlicet à virginibus. Refertur adagiū in collectaneis, quæ Plutarchi ferūtur titulo. Meminit & Athenæus lib. 12. ex Clearcho, demonstrās locum ita vocatum, ob varias formas puellarum, quæ veluti flores arridētes, ad libidinem inuiraabant. Apre quadrabit in ciuitatem, domum, denique hominem voluptatibus perdere addictum.

*Summaria indicatura.*

Ἐπιπυλὸν ἄνθιον. id est, Summaria indicatura. De rebus vilibus, magno tamen emptis. Quemadmodum sic nonnunquam in au-ctioibus, cum nō expenditur singillatim vniū-

vniuscuiusq; rei preciam, sed multa simul congeſta pariter æſtimantur. Græcis enim ξώπης virgulta dicuntur, & ῥώπων appellunt faſciculum, ſeu ſarcinam, ſeu diuerſis rebus colligatam, aut varios colores ſimul conſuſos. Fit autem ſæpenumero, vt emptor parum attentus in hoc emptionis genere circumueniatur. Adagium refertur à Diogeniano. Meminit & Suidas.

*Regia vaccula.*

Βασιλικὸν βοῦδιον, id eſt, Regia bucula. De prædigiola ſæcunditate ferebatur, natum eſt miraculo rei geſtæ. Aetate Ptolemæi iunioris, vacca quædam eodem partu ſex edidit vitulos. Auſtor Diogenianus. Simile illud Iuuenalis:

Scrophæ ſæcundior alba.

*Pura à nuptijs.*

Ἀγνή γάμων, id eſt, Rudis nuptiarum. Per ironiam dicebatur in impudicam, quod citra nuptias ſui copiam faceret. Horat.

Nuptiarum expertus, & adhuc proteruo Cruda marito.

*Rheginis timidior.*

Ρηγινὰ δειλιότερα, id eſt, Rheginis formiduloſior. Xenarchus apud Zenodotum Sophronis, qui de menſibus ſcripſit, filius, in gratiam Dionyſii tyranni taxauit Rheginenſes vt ignavos in rebus bellicis, animique pauidi, quemadmodum teſtantur Græcorum adagiorum collectanea.

*Rapina rerum Cinnari.*

Ἀπαγὴ τῶν κινάρες, id eſt, Direptio bonorum Cinnari. De facultatibus per tumultum diſceptis. Veluti cum principes præteritis in alienas fortunatas iniiciunt manus. Timæus ſcriptum reliquit, Cinnarum quempiam fuiſſe, patria Selinufium, arte lenonem, qui hoc quaerſtu ad ſummam opes peruenerit. Is quoad viuerebat, pollicebatur ſe facultates omnes Veneri conferaturum, ceterum moriens, populo diripiendas expoſuit. Huic non diſſimile, quod alibi commemorauimus, Porſenæ bona.

*Rhadamantheum iudicium.*

Ῥαδάμανθου κρίσις, id eſt, Rhadamanthi iudicium. De incorrupte iudicantibus. Rha-

damantibus enim manium iudex, neque muneribus, neque gratia deſectitur, quominus ſeuere iudicet. Accommodari poterit ad mortis neceſſitatem, maximis pariter ac minimis ex æquo communem. Iuxta illud Aefchlyli apud Ariſtophanem in Ranis: Μοῦν' εἶναι γὰρ θάνατον ὃ δ' ὠρών ἐρᾷ. id eſt, Vna eſt deis Mors nulla captat muera.

Item Horatius,

Pallida mors æquo pulſat pede pauperum tabernas,

Regumque turreis.

Item alibi:

Non ſi trecentis quotquot eunt dies,

Amice places illacrymabilem

Plutona tauris.

Item Pindarus in Nemeis,

Ἄλλὰ κινὸν γὰρ ἔρχεται

Κῦμα αἰδέσσο. πίσει δὲ ἀδούκτον

καὶ δοκίοντα.

id eſt,

Fluctus enim orci cõmuniter accidit, obruitque tum opinantem, tum inopinum, hoc eſt, & iuuenem & ſenem, aut pariter & uobilem & obſcurum. Bifariam enim interpretantur ἀδούκτον καὶ δοκίοντα. Item in Olympiacis,

Βλαῦς ἐν ὄρεαῖς ῥαδάμανθου. id eſt,

Rectis Rhadamanthi decretis,

Item alibi demonſtrans vnum Rhadamanthum nec aſſentari cupiam, nec quidquam ad gratiam facere. ὃ δὲ ῥαδάμανθους ὄν πέπραγιν, ὅτι φριγῶν ἔλαχε κερσὸν ἀμύμητον ὃ δ' ἀπέτασε ἐμὸν τέρεται ἐνδόν. id eſt, Fortunatus Rhadamanthus, qui fructum iudicii ſortitus eſt inculpatum, neque in poſteris intus in animo delectatur. Vſurpat & Plato lib. de legibus 12.

*Rhadamanthi iuſurandum.*

Ῥαδάμανθου ὄρκος, id eſt, Rhadamãthi iuſurandum, dicebatur quod veriffimum quidem eſſet, ceterum nullum deum adſciſceret. Socrates per cauem & anferem iurare conſuevit, ne quem deorum citaret: ſue quod non crederet vlos eſſe deos, ſue quod non arbitraretur eſſe boni viri, deos ſuorum negotiorum teſtes arces ſere. Hoc autem iuſurandi genus ad Rhadamanthum referebant. Notaui adagium Ariſtides rhetor in Pericle, cum ait, ὡπαίρε ἂν εἰ λέγῃς τὸν ῥαδάμανθου ἐβίβην τῆς ἀνθρώπων ἵπορκεν, ὅ τοσόντων περὶν ὄσειβῆρας καὶ δικαιοσύνης, ὅς τε καὶ τελευτῆσας τοῖς ἐκείσε φηρομένοις δικάζων



δοκεί. id est, Perinde quasi dicas Rhadamantum mortales in consuetudinem adduxisse peierandi, qui versus adeo pietate, iustitiaque præcelluerit, ut etiam vita defunctus, iis, qui illum appellunt, iudex esse credatur. Pythagorici per quaternionem iurare solent, quem τέτρακτων appellant.

Ὁ μὴ τὸν ἀμειβρα ψυχὰ παραδίδται τέτρακτων. id est,

Non per eum à quo animæ est datus ille quaternio nostræ.

Existimant enim hunc numerum versus adeo ad animæ perfectionem pertinere, ut eum in arcanis venerentur. Auctor Macrobius primo commentario in somnium Scipionis. Pythagoras in Carminibus aureis, quaternionem sacrum animæ fontem vocat. Greci per caput alterius iurare consueverunt. Iuuenalis:

Grecis non dum iurare paratis  
Per caput alterius. Vergilius,  
Per caput hoc iuro.

*Litore loquacior.*

Ραχίας λαλίσιμος, id est, Litore loquacior, In rabuliam & obstreperum dicebatur. Nam rhachia Græcis litus appellatur, præsertim scopulis ac rupibus asperum, quod adiduis auditur fluctibus, non sine fragore, unde & Græca vox ducta videtur ραχία quasi τρεχία. Nam ea vox ad omnem quod asperum ac spinosum est, deflectitur.

*Præsentem fortunam boni consule.*

Τὸ παρὸν εὖ ποιεῖν. id est, Quod adest, boni consule, ἢ τὸ παρὸν εὖ τίθεισθαι. id est, Quod adest, qui bonique facere oportet. Admonet adagium, ne nos alienarum rerum cupiditate maceremus, sed quæcunque contigit fors, eam velut optimam amplectamur. Magna enim felicitatis pars, ut sua cuique fortuna placeat. Plato in Gorgia, ὡς ἔοικεν ἀνάγκη μοι κατὰ τὸν πλεῶν λόγον τὸ παρὸν εὖ ποιεῖν, καὶ εἶναι δέχεται τοῦ δειδόμενον παρασχεῖν. id est, Necessum est mihi, sicut videtur, iuxta vetus adagium, quod adest, boni consule re, & hoc accipere quod abs te datur. Cratinus in Pylza,

Ἀνδρᾶ: σοφὸς χρὴ τὸ γὰρ παρὸν πράγμα ὡς κελόν

Εἰς δὲ ἄμην εὖ τίθεισθαι. id est,

Sapientium est virorum, uti quod adest boni, Tamquam bonum sit, consulat pro viribus.

Ad fine illi, quod alibi retulimus, ἀδραμα ἔλαχεν τὸν νικῶσα, id est, Spartæ es nactus, eam dispone. Quod quidem carmen citat Stobæus ex Euripidis tragedia, cui titulus, τῆλεφθ, id quod obiter admonendum duximus. Nam adagium suo dictum est loco.

*Qui omni in re, & in omni tempore.*

A V L V S Gellius explicans vim μορῆς στερητικῆς, ait hunc senarium antiquissimum procerbi vice celebratum fuisse,

Sed enim qui in omni re, atque in omni tempore

Omni laude vacat, is illaudatus est,

Isq; omnium pessimus deterrimusq; est. Admonet parcemia, sere neminem esse tam deplorati ingenii, qui non aliquando dicat faciatur quod laudem promereatur. Refertur iisdem ferme verbis à Macrobio lib. Saturnalium 6. ex quo nobis, vixi sumus deprehendisse manifestum errorem scripturæ in Gelliano libro per eruditum quempiam admissum. Is enim non intelligens hos esse versus: Sed, n. qui in omni tempore &c. suspicatus est Græcum versiculum omissum à librariis, in eius locum supposuit hoc carmen,

Γολάκι καὶ κήπωσθ' αἶνε μάλα κείριον εἶπεν. cum versus de quo sentit Gellius, sit Latinus quem mox subiicit: Sed enim qui in omni &c. Id liquet ex Macrobio, qui locum hunc ad verbum pene suffuratus est in suos commentarios. Porro Græcus versiculus nihil facit ad explicandam vim huius vocis illaudatus, sed obiter admixtus est, quasi probandum esset quod dixerat, neminem esse tam efficitis moribus, qui faciat dicatur nonnunquam aliquid, quod laudari queat. Quod quidem loco rursus efficitis depravatū est in efferis: potest enim illaudatus esse, qui non sit efferis moribus, sed efficitis mores dixit perditos & corruptos. Sunt autem tres senarii: sententiam absolventes, nisi quod alieubi videntur vitiatū à scribis,

Sed enim qui in omni re atque in omni tempore.

Hic primus pulchre constat: Constabit & alter si legatur,

Qui omni vacat laude, is vir illaudatus est. Nam dictiunculam Vir etiam aurum sensus in hoc versu videtur requirere. Constabit & tertius si legas:

Isq; omnium est deterrimusq; ac pessimus.

Locus

Locus est apud Gellium lib. 2. ca. 6. si quis volet conferre.

Qui è nuce nucleum esse vult, frangit nucem.

Qv i commodum appetit, ne fugiat laborem. Qui querit voluptatem, prius experiatur sudorem, sine quo non paratur vera voluptas. Hanc sententiam Plautus figurata sane quam proverbiale extulit. Qui è nuce, inquietus, nucleum esse vult, frangit nucem. Qui querit animi pabulum in arcanis litteris, seruetur sub allegoriz inuolucro conditum mysterium. Sic. n. vlturpauit alicubi D. Hierony. Nux. n. foris cum dura est tū amara. intus suauissimū conditū cibū. Huc referendum illud Homericum signētum de moly herba, quam ait radicem quidem habere nigra, sed florem lacteum. Hæc ita describit Odyssæe decimo:

Ρίζη μὲν μέλαινα ἔσκει γάλακτι ἣ ἔικλον ἄνθος, Μῶλον δὲ μη καλέουσι θεοὶ χαλεπὸν δὲ τ' ὄρουσεν  
Αἰθ' ῥά σιν γὰ ἐπιτοῖσι θεοὶ δέ τε πάντα δάωσι-  
τάι. id est,  
Atra quidem radix suberat, sed lacteolus flos,  
Moly vocant superi, mortalibus ardua res est  
Eaulfisse viris, cælestes omnia possunt.

Accommodati potest cum ad omnem disciplinam, tum peculiariter ad grammaticam, quæ cum sit pueris amara, senibus iucunda est. Quadrauerit & in virtutis studium, cuius initium acerbum, progressus facilis, finis iucundus.

Quis parentem laudabit, nisi infelices filij.

Tis patēr aίνύσει εἰ μὴ κακοδαίμονα τέκνα; i. Quis patrem laudet, nisi proles laudis inanis?

Carmen vulgo iactatum de his qui maiorum suorum facinora iactitant, nimirum nihil habentes, quod de se ipsis vere prædicent, cuiusmodi Ponticum quempiam ridet Iuuenalis Sat. 8.

- Sed te censeri laude tuorum

Pontice noluerim, sicut nihil ipse futuræ laudis agas. Miserum est alienæ incumbere famæ.

Poterit in hanc quoque torqueri sententiam: Improbi filij sic laudant parentes, dū illos ceu bonos desiderat populus, quod hos longe deteriores ferre non possit. Id quod

nonnunquam solet in principibus vsu venire, videlicet, vt quem viuum oderant, mortuum probent ac iequirant, filij comparatione bonum. Refert & explicat hoc adagium Plutarchus in vita Arati. Ραρομαίων τινα παλαιόν τὰ πολίκευτες δέσασσε μοι δ' οὐκ ἐτὸ δύσφημον αὐτῆς ὁ φιλόσοφος χερσιπαπῶς, ὅχι ἔν' ἐχει τὸ ποιν, ἀλλ' ὡς αὐτὸς αἰετὸ βέλτιον εἶναι, διατίθειται,

Tis patēr aίνύσει εἰ μὴ δὺν δάωμονες ἦ οἱ. Διονυσόδωρος δὲ ὁ τραϊκῆνός ἐξ ἐλέγχων αὐτῶν ἀνελκίθεισι τῶν ἀληθινῶν ἕως ἔχρασαν.

Tis patēr aίνύσει εἰ μὴ κακοδαίμονες ἦ οἱ, Κόμφατι τὸς ἀφ' αὐτῶν ἐθελῶς ἀφίξας ὄντας ὑποδύμενος δὲ προγόνων τιῶν ἀρετῶν, καὶ πλειονοτίας ἐν τοῖς ἐκείνων ἐπαίσις, ὡπὸ τῆς περιμίαις ἐπιστοιμῆσθαι, id est, Adagium quoddam vetus ο Polyocrates, Chrysippus philosophus, infamiam illius vt mihi videtur veritus, non vt habet, sed vt ipsi visum est melius, proposuit:

Quis patrem laudarit, nisi felices filij? Ceterum Dionysodorus Træzenius redarguens illum verum proverbium deuo exponit. Id habet ad hunc modum, Quis patrem laudet, nisi proles indiga laudis?

Aitque eos qui si suis ipsorum meritis æstimentur, nullius sint precii, ceterū insinuan res sese maiorum suorum quibusquam virtutibus, atque illorum laudibus sese immo dice venditantes, hoc proverbio ad silentiū adigi. Hactenus Plutarchus. Vlturpauit in eundem sensum M. Tullius in Epistolis ad Atticum.

Nam iam illi non sunt, at qui sunt mali.

Οἱ μὲν γὰρ οὐτ' εἰσιν, οἰδ' ὄντες κακοί, id est, Partim haud quidem iam sunt, at ii qui sunt mali.

Dici solitū, vbi quis requirit ea, quæ quondam quidem extiterunt, verum temporum culpa perierunt. Est autem Aristophanis in Raais, in qua fabula Bacchus inducitur descendens ad inferos, vt Euripidem, aut bonum aliquem poetam inueniret. Apud superiores enim neminem reperiri nisi malum.

Qui apud inferos sunt terniones.

Τὰς ἐν ἄδ' αδ' τραϊκὰς, id est, Qui sunt apud inferos terniones. Hoc adagio ridebantur ii, qui res abditas & abstrusas, curiosa quadam diligentia vestigarent. Non absurde

aburde torquebitur in eum , qui Homericas fabulas omnes inanibus allegoriis , interpretari conetur, aut Platoniorum & Pythagoreorum numeros explicare laboreat. Aiunt terniones apud inferos honoratos esse, vt Hecatae sacros, cui quidem ob id ipsum Trigla piscis sacrificatur, & simulacrum eiusdem in triuivis constitui mos erat. Ad quod respiciens Vergil.

Tergeminamque Hecaten, tria virginis ora Dianæ.

*Næque quantum lusciniæ dormiunt .*

Οὐδ' ὁ ὄρον ἀυθ' ἕως ὑπνώσσειν. id est, Nec quantum lusciniæ dormiunt . In eos conuenit, qui somni parcissimi sunt. Lusciniæ minimum dormire seruntur, vel propter lryn extinctum, vel ob timiditatem sane magis arbitramur dictum, quod lusciniæ vernis mensibus, per omnem fere noctem perpetuo cantu garriant.

*Cuiusmodi portento me inuoluit fortuna .*

Οἷόν μ' ὁ δ' αἰμων τέρατι συγκυβέριον . id est, Monstro cui fortuna me implicauit. Trimeter est Catalecticus. Dici cōueniet, vbi negotium incidit cum homine moroso, difficiliq̄ue, cum quo non queas viuere, nec à quo te possis extricare. Carmen sumptum ex tragœdia Philoxeni poetæ, apud quem Ulysses inclusus in antro Cyclopi, hoc modo loquitur.

Οἷόν μ' ὁ δ' αἰμων τέρατι συγκυβέριον.

Refertur à Zenodoto .

*Fixis oculis intueri.*

Ἀτένεις δὲ ἄν, id est, Defixis oculis obtueri. Si transferatur, prouerbialis erit figura, nempe pro eo quod est, attentius accuratiusq̄ue considerare. Fixius intueri, pressius inspicere: Sumptum est ab amantibus, qui stupentibus, nec vsquam dimotis oculis inspicunt id quod delectantur: Adagium recensetur à Diogeniano. Plutarchus in commentario De audiendo, βραδύς μὲν γὰρ ὁ ἀκροατὴς καὶ φορητὸς ὁ πρὸς πᾶν ἀτενέει, καὶ ἀτένεις. τὸ λιγύμενον. id est, Grauis enim auditor ac molestus, qui ad singula stupet, & defixis est oculis, vt dicitur. Marcus Tullius pro Lucio Flacco, Vt totam causam quam maxime intentis, vt aiunt, oculis acerrime contemplantini .

*Puluerem oculis offundere .*

PULVEREM ob oculis offundere dici.

tur, qui de industria rem obscurat, & aduersario iudicium eripit. Traductum videtur à militia, Sæpe fit enim vt hostis data opera puluerem cecat in hostem . Hac arte Sertorius Romanus Cacitanos, vt Græcus habet Characitanos, quosdam vicit, auctore Plutarcho, cuius rei mentionem fecimus in adagio de Cæcia nubes attrahente. Vtitur hoc prouerbio præter alios diuua Hieronymus in Epistolis. M. Tullius gloriatur se in actione quadam iudicibus tenebras offudisse. Est apud Plautum in Milite, simile quiddam de glaucamate oculis oborto.

*Psecas aut ros.*

Τεκὰς ἢ δροῖσθ, id est, Psecas aut ros. In crebrius expuentes dicitabatur. Ψεκὰς enim aspersio illa, ac velut irroratio vocatur, quoties minutissimus guttulis irrigamur, vt pluuia rori similluna. Primitus autem per lulum dictum est in Antimachum Lyricum poetam, quod subinde exspuens eos, quibus cum loquebatur, conspergeret. Idem cognominis datum fuit & Olympico cuidam, quem nonnulli putant tulisse legem, ne quem nominatim taxare poetæ, atque ita factum, vt multo quam prius pauciores accederent ad certamen, & qui prodibant, laudarent, non carperent. vnde huiusmodi delinimenta, Ψεκὰς appellata videntur. Vocantur enim Psecades ancillæ, quæ delicatarum matronarum capillos me dicato fuco conspergunt. Adagiū refertur à Diogeniano. M. Tullius in epistolis ad Atticum, consputare dixit, pro conuiciis leuioribus aspergere, nimirum ad hoc adludens adagium .

*Hæsitantia cantoris tussis.*

Ἀπρησία Ψάλλης βύξι, id est, Hæsitantia cantoris tussis . Suidas adagium neotricum esse monet. Dictum videtur, quoties non suppetit quod dicamus. idq̄ue velut aliud agentes dissimulamus, velut apud Platonē Aristophanes, ne diceret in conuiuio, singulum fingit. Sumptum apparet à cantonibus, qui cum hærent in cantione, tussim simulant, vt hac videatur interrupta cantilena, non inscitia. Confine putamus illi, quod alias dictum est: Tussis pro crepitu .

*Extrusum ingenium.*

Παρεξήμετόν ἔν ἔχων. id est, Mentem habens euani-

euanidā. περιζυλισμένην perinde sonat quasi dicas extibiatam. Ducta siquidem est metaphora à tibiariū linguīs, quæ postea quā exciderint, inutilis est tibia.

*Panagea Diana.*

Ἡπαναγία ἄρετις, id est, Panagea Diana dicebatur olim, peregrinationem impensius amans, errabundus, instabilis, nulla certa sede consistens. Siquidem Diana vagari dicitur apud poetas, & per nemora montesque oberrat. Quin domicilium etiam subinde mutat, nunc apud superos agens, nunc apud inferos. Ne species quidem semper eadem, sed nunc pleno orbe, nunc mutila, nunc nulla.

*Πασίλλος Rufillus olet, Gorgonius hircum.*

ΠΑΡΟΕΜΙΑΣ speciem præ se gerit illud Horatianum in Sermonibus:

Πασίλλος Ρυφίλλος ολεῖ, Γοργόνιος ἱρεῦ.  
Dicendum vel in duos aliquos diversis laborantes vitiis, vel in eundem sui dissimilem, nempe modo loquacionem quam fat sit, modo impendio taciturnum, interdum pueriliter ineptum, interdum Catone seu fiores, nonnunquam profusum, nonnunquam sordidum. Siquidem ut vitio dandum, si quis hircum oleat, ita adque vituperandum, si quis oleat vnguenta. Nam πασίλλι, πιλλῶν sunt vnguentarū. Alterum spurci est, alterum mollis.

*Claudus optime virum agit.*

Ἀρετῆ χαλῶς εἶπῶν. siue ut alias legitur ὀχῆσι, i. Optime claudus virum agit. Dici solitum, ubi quispiam suam sortem, vel parum egregiam, anteponeit alienæ tamen præstantiori. Ab Amazonum apophthegmate natū aiunt. Tradunt morem Amazonibus suis se quondam ut pueros masculos detorta tibia coxæ claudos efficerent. Porro cum bellum esset illis aduersus Scythas, atque illi eas couarentur licere ut ad sese desciscerent, dicentes futurum vel posthac non cum claudis ac mutilis, sed cum integris viris rem haberent, Antianira Amazonum dux respondit ad hunc modum: ἀρετῆ χαλῶς εἶπῶν. vsurpauit Athenæus libro 13. ὁτως γὰρ ἀρετῆ χαλῶς εἶπῶν. id est: vere enim claudus optime virum agit. Theocritus φιλόφω appellat virum coitus audū, Helychus φίλοφων dicit. Animaduersum est etiam illud nostris temporibus, plerumque qui ti-

biis sunt mutilis, aut quopiam membro trunci, eos ad vsum veneris reliquis magis idoneus esse, mirum paria faciente natura. De claudo quare sit salacior ceteris, causam reddit Aristoteles in problematibus sectionis 10. proble. 26. quod in hoc parum alimenti deorsum delabatur, ob crurum vitium, plus autem superiora petat, & in se men vertatur.

*Ogygia mala.*

Ὀγύγια κακὰ, id est, Ogygia mala. Recte dicentur, vel ingentia, vel antiqua. Nā utrunque Græce significat Ogygium. Alii malunt ad Ogygium primum Thebanæ ciuitatis principem referre. Huins filius Cadmus, ob filias suas in varias calamitates incidit. Quo respiciūt qui Ogygia mala, pro atrocissimis interpretātur. Huiusmodi ferme Suidas, nisi quod magis probat, ut Ogygia mala, vetusta dicantur. Ceterum qui Ogygia vetera dicit, illud sequuntur, quod olim Bœotiorum ac Thebanæ regio, Ogygia dicta sit. Quin & omnis Attica olim hoc habuit nominis, sicuti testatur Stephanus. Est & insula peruetusta dicta Ogygia, in quam Vlysses naufragus emersisse fingitur ab Homero. Vnde vox iam obsolete velut in iocum prouerbiale abiit. Nec in figura sita est huius prouerbii ratio, sed in nouitate vocis, ut in operis huius initio monuimus. Consimili ratione, nec sine prouerbii specie. Græci prisco ac peruetustos, ἀγνίδας & ἄγινος appellant, à prisco quoque deo, & multis iam sæculis obsoleto. Huiusmodi propemodum de Ogygiis Suidas & Stephanus.

*Omnis Chnaumata.*

Ἐάντα χῆναυματα. i. Omnia chnaumata, dicebant olim quoties omne negotium significabant. χῆναυματα enim Græci placentorū, atque id genus ciborum fragmenta vocant. Latini quoque reliquias belli, & reliquias Danaum dicunt simili figura. Refertur adagium à Zenodoto.

*Sic est ad pugna partes ve peracta veniendum.*

ΠΛΑΤΟ in Gorgia, πολέμῳ καὶ μάχῃ φασὶ χεῖρῶν ὡ σὺγκρατις ἔστω μεταλαχχανόν, id est, Ab belli pugnaque munia Socrates sic aiunt accedere oportere. Locus erat prouerbialis, ubi

vbi quis negotio peracto, tum demum adueniret. Quemadmodum ignaui milites solent, qui confictu peracto, sublatoque metu, tum denique solent adesse, vel ad colligendam prædam, vel ad epinitia, id est, epulum victoriale celebrandum. Nam verbum illud μεταλαχρείν, tarditatem significat, ac seram muneris functionem. Socrates autem respondens, παρέμνια explicat simili παρέμνια, ἄρα τὸ λεγόμενον κατόπιν ἐστὶν ἴκοναι καὶ ὑστερεῖν, id est, Num post festum, quod aiunt, venimus, seroque ad sumptus? Sumptum videtur à Rheio Thracum duce, quem apud Euripidem obiurgat Hector, quod serius ad belli societatem venisset, nimirum decimo demum anno:

Σύμμαχος μὲν εἶ, εἶς δὲ πρὸς τρεῖς πικρῶν. i. Socius haud quidem aduenis, sed hospes ad mensam. isque responderet.

Ἀλλ' ὕστερον μὲν ἦλθον, ἐν καιρῷ δ' ὄμω.

Σὺ μὲν γὰρ ἥδ' ἠδ' ἵκατον ἀρχμαζέθεισθ, Κεῖ δὲν παρέμνια. id est,

Sero quidem, ast in tempore aduenio tñ; Nam tu quidem iam prælians decenniū, Nihil explicas.

Adiuit huc, ni fallimur, Diogenes. Cum enim quidam inscripsisset ædibus suis hunc titulum, Iouis filius Callinicus Hercules hic habitat, ne quid ingrediatur mali. Diogenes adiecit aliam inscriptionem. μετὰ πέντε μόνον ἠσπμαχία, id est, post bellum auxiliium. Significans sero vocari Herculem depulsorem malorum, cum iam malus ho spes immigraisset in eas ædes.

*Obsequium amicos, veritas odium parit.*

OBSEQUIUM amicos, veritas odium parit. Scenarius est prouerbialis apud Terentium in Andria, non admonens quid oporteat fieri, sed ostendens quid vulgo fiat. Vulgaris. n. amicitia constat obsequiis. Nā inuicem conuiuere ad familiarium vitia.

Hæc res & iūgit, vinclos & seruat amicos. At inter veros amicos, nihil est veritate iucundius, modo absit asperitas agrestis & inconcinna, grauisque. Porro qui vulgo plurimis studet amicus esse, in oribus alienis obsecundet, caueatque iuxta Persium: Auriculas teneras mordaci radere vero. Non probari vero sententiam hanc poetæ, factis indicat eum ait: Namque hoc tempore, id est, his corruptis moribus. Eandem sententiam in Adelphis idem aliter extu-

lit. Vt homo est iniquus, ita morem gerat. Donatus admonet prouerbialiter dictum, M. Tullius in Scimone De amicitia: Sed nescio quomodo verum est, quod in Andria familiaris meus Terentius dixit: Obsequium amicos, veritas odium parit. Molesta veritas est, siquidem ex ea nascitur odium quod est venenum amicitia. Sed obsequiū multo molestius, quod peccatis indulgens, præcipitem amicum ferri sinit. Maxima autem culpa in eo est, qui & veritatem aspernat, & in fraudem obsequio impeditur. Pindarus in Nemeis hymno quinto, εἶτοι ἅπαντα κερδία φάνεσα πρὸς σπονδὰς ἀλάθει ἀτρικίς, καὶ τὸ σίγαϊν πολλὰ κίς ἐστὶ σοφάτατον ἀνδρῶν ἠνοῦσαι. Sentit simplicem veritatem non semper vt est profertendam, quod damnosa sit: sed sapienter esse, nonnuquam celare suam sententiam, in tempore prolaturus, cum fructus spes ostenditur. Apud Athenzum libro 5. citatur hic trimeter ex Agathone.

Εἰ μὲν φράσω τάλειες, ἔχισ' ὀφραυῶ,

Εἰ δ' ὀφραυῶσι σ' ἔχισ' τάλειες φράσω, id est,

Si vera dicam, tibi voluptati haud ero.

Si sibi voluptati, haud tibi vera dixerō.

*Obuii vlnis.*

OBVIIS vlnis, est apud Quintil. pro eo quod est, auide, stienterque Translatum ab iis qui correctis vlnis propter in complexum eorum, quorum magno desiderio tenebantur, quosque cupidissime conspiciunt. Legimus & obuiis manibus. D. Hieronymus ad Pammachium, Condiscipulum quondam, & sodalem & amicum, obuiis, vt aiunt, manibus excipio. Basilius in præfatione dialogi, ἀμφοτέρως χερσίν, id est, Ambabus manibus, eodem sensu scripsit. Hæc si ad rem animi detorqueantur, figuram prouerbialem habebunt. vt, Ego tuas litteras obuiis vlnis excipiam.

*Obliuionis campus.*

Λίβος πιδίων, id est. Lethes campus. Dicitur vel de vehementer obliuiosis, vel de rebus commenticis ac frivolis, quæ nusquam sint. Aristophanes, τὸς εἶς τὸ λίβος πιδίων, id est, Quis in Lethes campus? Vulgus enim nugas esse credit, quæ de inferis tradit poetæ. Et, vt Iuuenalis inquit.

Stygio nigras in gurgite tanas

Nec pueri credunt.

*Omnia*

*Omnia sapientibus facilia.*

Ἀπὺτὰ τοῖς σοφῆσι βέλεια. id est,  
Facilia cuncta sunt viris sapientibus:  
Nihil est tam arduum, quod prudenti consilio non facile conficiatur. Aut, nihil tam acerbum, quod sapiens non equo animo faciles; ferat, ratione cuncta leniente. Si addas verbum, constabit senarius. Ἐστὶ δ' ἄπυτὰ  
Refertur à Zenodoto.

*Omnia esculenta obfessis.*

Ἀπὺτὰ γὰρ τοῖς βρωτῶν πολιορκημένοις. id est,  
Cunctis ab hoste vesca sunt & qualibet.  
Senarius, proverbialis, cū vrget necessitas, nihil non facimus. Et vehementer famelicis nullus non suavis est cibus. Natum ab vrbium obsidionibus, in quibus nonnquam & canes & feles, herbarum radices, nonnquam humana excrementa, inopia cibi deuorantur.

*Omnia similia.*

Ἀπὺτὰ ὁμοία καὶ ῥοδῶπις ἰκαλλῶ. id est,  
Similia cuncta. Rhodopis ipsa etiam decens.

Eadem est conditio mortalium, formosi pariter, ac deformes senescunt ac moriuntur. Rhodopis nomen est puellæ cuiuspiam forme celebris, cui nomen à roseo aspectu videtur inditum. De Rhodope meretricula multa Herodotus lib. 2. nonnulla Plinius lib. 3. 6. ca. 12. cum Græcum carmen habeat ῥοδῶπις, mirum cur Iuuenalis corripuerit.  
Dum Rhodopes vda terit inguina barba.  
Refertur à Suida proverbi loco.

*Totus Echinus asper.*

Ἀπὺτὰ ἐχίνῳ τραχὺς, id est, Totus Echinus asper. In morosos & iniucundis moribus quadrat. Echinus piscis, & item Erinacius vndique spinis obseptus est, ut nusquā impune possis attingere. Est & hominum huiusmodi genus, cum quibus nulla ratione possis agere citra litem. Aristophanes in Pace,

Ὀσέ ποτ' ἀνθείης λήῃ τὸν τραχῶν ἐχίνον. i.  
Ex scabro in leuam nunquam vertetur Echinus.

*Omnia bonos viros decens.*

Ἀπὺτὰ τῶν καλοῦσιν ἀνδράσι πρέπαι, id est,

Habet hoc improbitas, vt si quis illaudat, recte faciat dicatve, tamē nescio quo pacto non adit decorum illud: Contra verā virtutem decus quoddam comitatur, vt quidquid vir bonus agat, id decorum esse videatur. Tamen si potest & hic accipi sensus, cuncta formosos viros decens, quod forme gratia commendat & dicentem & canentem, & quiduis agentem. Id erit venustius si huc desectas, vt dicas in bonam partem accipi, laudarique, quidquid dixerit fecerintque gratiosi apud principes: adeo vt quod huic capitale sit futurum, illi laudem et pariat.  
Refertur à Diogeniano.

*Omitte vatem.*

Πάξες τὸν μῆτιν, id est, Omitte vatem. Vti conueniet, quoties alicui parcendum admonebimus, quod is eximius sit, & immnis habendus à vulgari sorte. Veluti si quis poetæ, theologo, sacerdoti diceret, oportere parci. Antiquitus mos erat, vt augur coronatus ante aciem incederet: neque fas erat, hunc telis impetere, vt pote virum sacrum. Poterit adagium etiam per ironiam vsurpari.

*Oderint dum metuant.*

ODERINT dum metuant. Tyrannica vox, sumpta è tragædia, & à uerni scriptorū non vsurpata: præcipue M. Tullio familiaris: quam etiam in vulgi sermonem processisse, satis indicat Seneca libro de Clementia 2. scribens multas voces, magnas, sed de testabiles, in vitam humanam peruenisse, celebresque vulgo fieri, vt illam: Oderint, dum metuant. Cui Græcus, inquit, versiculus similis est, qui mortuo terram misceri ignibus iubet. Idem lib. De ira primo: Nā aliquæ voces ab iratis emittuntur, quæ magni videantur animi, verum ignorantibus magnitudinem, qualis illa dira & abominanda, Oderint dū metuant. Syllano scias sæculo scriptam. Licebit adagium etiam per iocum vsurpare: veluti si quis eruditionem superior, de clanculariis hostibus: qui tamen ob metum hircere non audeant, dicat, Oderint dum metuant. Conueniet & in diuites, qui dicunt illud Horatii,

Populus me sibilat, at mihi plaudo.  
Ipse domi simulac nummos contemplor in arca.

Item illud Iuuenalis,

- Tunicam

- Tunicam mihi malo lupini,  
Quam si me toto laudet vicinia pago .

*Odís cane peius & angue.*

PROVERBIALI figura dictum est & illud  
ab Horatio ,

Alter Mileti textam cane peius & angue,  
Vitabit chlamidem .

Sentit autem, vt opinamur, de cane rabiente.  
Quod si longius etiam traducatur, magis  
erit prouerbiale, vt, Hic totus lucris addi-  
ctus est, litteras, quas amauit aliquando,  
nunc quod aiunt, vitat cane peius & an-  
gue. vel, Hic se totum ad ulatoribus permit-  
tit, amicos à quibus verum audiat vitat, ca-  
ne peius & angue: Idem Horatius in Odís,

Cur oliuum

Sanguine viperino

Cautius vitat.

Plautus in Mercatore ,

Nemperuri vxor est tua, quam dudum  
dixerat

Te odísse & que atque angues .

*Stultior Coræbo.*

Ἡλιώτερος κοράβη, id est, stultior Coræ-  
bo . Prouerbialis hyperbole in stupidos &  
vecordes . Coræbi stultitia vulgi fabula ce-  
lebrata est, qui maris vndas numerare sic co-  
natus, cum nō potuerit ultra quinque pro-  
sequi supputationem. Meminit huius Eus-  
tathius in decimum Odyssæ, & Lucianus  
in amoribus. Quamquam apud alios κορά-  
βη legibus per γ. Adduntque quidam Co-  
rybum hunc Mygdonis Phrygis fuisse filiū,  
temporibus belli Troiani. Meminit & Ver-  
gilius Coræbi cuiusdam:

- Iuuenis que Coræbus

Venerat infano Cassandrae captus amore,  
Et gener auxilium Priamo Phrygibus que  
ferebat.

Quo quidem in loco Seruius indicat sum-  
ptum ex Euphorione, Hunc, inquit, Coræ-  
bum stultum inducit Euphorion, quem &  
Virgilius sequitur, dans ei,

- Dolus an virtus, quis in hoste requirit ?

Cum sit turpissima dolo quaesita victoria.

*Stupa feniculus.*

Στυπῆον γενότιον, id est, Stupa siue stipula-  
ceus feniculus. De viribus effæto fenc. Si-  
millimum illi quod alio diximus loco, Ho-  
mo bulla . Sumptum à ligno quod iam ex-

aurit, excucumque redditum est & marci-  
dum, in stipulae moræ, Stupa dicitur quod  
è lino excutitur siccum & iuutile.

*Phormionis thori.*

Στιβάδες φορμίωνος, id est, Thori Phormio-  
nis. De stratis fordidis ac frugalibus, mini-  
meque delicatis, qualia sunt cubilia mili-  
taria, & quale ἱσθί apud Homerum parat  
Vlysses, ex arborum congestis frondibus,  
ac iamis humi sustratis. Refertur à Suida.  
Phormio dux quispiam militum fuit, in  
perferendis militiæ in commodis notæ, si-  
cut conuicimus, patientiæ. Poterit & lon-  
gus deflekti ad quamuis tractationem du-  
riusculam . Extat in Pace Aristophanis,

Εἰ γὰρ μοι γένυτ' ἰδῆεν τὰύτην ἡμέραν ποτέ.

Πολλὰ γὰρ ἠνεχόμην

Ρεγγματὰ τεῦ σιβάδης, ἃς ἔλαχε φορμίων.

Id est, Vt iam mihi contingat videre hūc  
diem Multas enim sustinui tum molestias,  
tum calcitras quas sortitus est Phormio.  
Versus sunt choricis, eoque prosa vertimus.

*Stultitia est Inueni priuare esse.*

Τῆς μαρίας, τὸν δὲ ἰα νομίζειν, ὅτα τιλιχστὸν, id  
est, Inscita est, natum tot annos credere, esse  
vllum Iouem, in eū accommodari potest,  
qui grandis natu dicit aut sentit absurdum  
quippiam, cum propter ætatem nihil oportet  
iam ignorare. Non conuenit enim in  
natu grandes puerilis superstitio. Recense-  
tur à Suida . Carmen est Aristophanis in  
Nubibus,

Ἰδὲ γ' ἰδὲ δ' ἰ δλύμπιον, τῆς μαρίας

Τὸν δὲ ἰα νομίζειν ὅτα τιλιχστὸν. id est,

Ecce ecce Olympium Iouē, dementia est

Natum tot annos credere esse vllum Iouē.

*Tuum tibi narro somnium.*

Τὸ σὸν ὄνειρ σοι διηγῶμαι, id est, Tuum som-  
nium tibi narro, id est, Narro tibi quod ip-  
se me rectius nosti. Apud Suidam hæc refe-  
runtur ex auctore quopiā, Εἰ γὰρ ἐγὼ σοι κἀ  
ἀντὸν γναρίσω, πέπονθα τ' παρομίης, τὸ σὸν ὄ-  
νειρ σοι διηγῶμαι. id est, Quod si te tibijpsi  
notum reddere coner, tum mihi acciderit  
id quod prouerbio dicitur, vt tuū tibi som-  
nium narrem, Plato libro De Repub. 3. Τὸ  
ἐμόν' ἐφ' ἐμοὶ λέγεις ὄνειρ. id est, Meum quid-  
dem, inquit, mihi narras somnium. Tra-  
ductum videtur ab his, qui ὄνειροπόλως . id  
est, somniorum interpretes consulunt. Ἀ  
quibus

quibus nonnulli hoc quoque requirunt, ut quid somniant coniciant, quasi parum sit si interpretentur. Ad eum modum ægroti quidam imprudentes à medicis expectant, ut visoduntaxatlorio diuinent & sexum, & ætatem, & omnem morbi naturam, ubi & vnde acciderit, quid sentiant: ac propemodum etiam quid in febris somniant.

*Sponsi vita.*

Νυμφίς βίῳ, id est, Sponsi vita, pro molli ac delicata. Confine illi, quod alibi relatum est, Musica vita. Suidas senarium hunc adducit, qui extat apud Aristophanem in Aibus.

Υμῖς μὲν ἄρα γέ ζῆτε νυμφίς βίον. id est, Sponsi quidem profecto vitam viuitis, Propterea quod proci frōdibus & fertis conzonari soleant, & delicatius nitidiusq; coli, vel quod molles videatur, nuptiis inhiantes. A. p. d. Athenæum libro 8. Stratonicus citharædus Rhodios λευκῆς κυρηναῖος, καὶ μνηστῆραν πόντιν. i. Albos Cyrenæos & procorum ciuitatem appellat. Nisi malumus ad Homericos illos Penelopes sponfos referre, quibus nihil cordi erat præter conuiuia, citharam, choream, talos, discum, parasitos, atque id genus alias voluptates. Vnde Horatius Homines luxui deditos, sponfos Penelopes appellat.

*Et fama suit & eras.*

Ἡ μὲν κλέῃ ἢ δὲ καὶ ἡδῶ. id est, Et dicebaris, erasque.

Hemistichion prouerbiale, quoties facta respondent opinioni. Suidas meminit è poëta quopiam. Est enim fragmentum carminis Heroici.

*Innocuus alium aspiciam, meum habentem malum.*

Ἐξ' ἄτης λάβω τῶν κακῶν ἄλλον ἔχοντα. i. Indemnis spectabo alium mala nostra ferentem.

Hoc est, ex aliorum malis ipse rebus meis, consulam. Ἐξ' ἄτης autem dixit, quasi ἔξω τῆς ἄτης, id est, extrà noxam situs & illæsus. Simillimum illi Plautino,

Feliciter sapit, qui alieno periculo sapit.

*Simul & dictum & factum.*

Ἀμ' ἕνω, ἢ μ' ἕσαν, id est, Simul di cū, simul

& factum. Vbi quis citra moram id re præstat, quod verbis pollicetur. Latini, Cum dico, dicunt, pro eo quod est, statim postea quam di xeris. Et Vergilius,

Et dicto citius tumida æquora placat. Sumpsum apparet ex Homero, apud quē est hoc carmen,

Ἀντίκ' ἔπει' ἄμα μῦθος ἔην, τὴν ἔλεσο δὲ ἔργον. id est,

Mox simul ac dictum est verbum, res ipsa peracta est.

Idem Græcis dicitur vnica voce, ἀντοβοή, quod à militari clamore translatum videtur, quo nonnunquā funditur hostis priusquam ad manus fuerit ventum. Sic vsus Thucydides. Theopompus vsus est, pro κατακράτος, id est, vi ac virtute non ex insidiis. Quisquis enim insidias molitur hosti, silet: qui fidit viribus suis cum clamore irruit in hostem. Quidam putat dictum à bubus, ut deductum videatur ab arantibus, qui cum pollicetur se eodem die, id est, ἀντι μ' ἔρ aliquid operis absoluturos, dicere solent ἀντοβοή, hoc est, priusquam disungā boues. Transfertur ad cuiuslibet actionis celeritatem, ut perinde valeat atque παρὰ χροῖμα, ἀντόθεν.

*Obicere canibus agnos.*

Ἦροβ' ἄλλεν τοῖς κυσὶ ἄγνος, id est, Obicere canibus oues, dicebatur qui imbellē & litiū imperitum, calumniatoribus & exercitatis exponeret, quod id animal omnium maxime sit imbellē. Refertur à Diogeniano, Hemistichium est heroicum, ex oraculo quopiam, ut coniciamus, decerptum.

*Nullius indigens deus.*

Ἀνεσθ' αἷς ὁ θεός, id est, Nullius egens deus. Admonet parcemia, nullū esse mortalium tam absolutum, in quo non aliquid desideretur: vnum esse deum, vnde quaque perfectum. Dicit potest & in diuites, aut plurimis præditos naturæ pariter ac fortunæ commoditatibus, tanquam dei cuiuspiam similes, ut quibus omnia suppetat, quæcumque videntur ad perfectam felicitatem pertinere.

*Nucleum amisi, reliquis pignori putamina.*

ΠΛΑΥΤΟΣ in Captiui duo, Nucleū amisi, reliquit pignori putamina. Verba sunt Hegionis, ubi rescuisset sibi impostū esse, &



& herum amissum pro seruo, seruum pro domino retentum. Is enim ex quo fructus exspectabatur aufugerat, eo relicto ex quo nihil emolumentum poterat capi. Allegoria per se liquet.

*Nudo mandas excubias.*

Τυμὴ φυλακὴν ἐπιτάσσει, id est, Nudo custodiam mandas. Quoties negotii quippiam mandatur ei, cui deest præstandi facultas, obeundæque prouinciæ propter inopiam neutiquam idoneus est. Neque enim nudus cõmode potest excubias agere propter rigorem nocturni frigoris, neque ad pugnam est idoneus inermis. Refertur à Zenodoto. Quo longius defleat, hoc erit prouerbialius. Inungis ut aliquid in hunc poetam scribamus, verum iuxta vetus prouerbium, *τυμὴ τῶν φυλακῶν ἐπιτάσσει*. Neque enim est quo meum interim otium alam. Hesychius non nihil dissidet ab his, quæ à Suida Zenodotoque traduntur: licet is locus apud hunc deprauatus habeatur in editione Aldina. Ceterum coniecimus sensum hunc esse, prouerbium dici solere. vbi quid mandatur his, quibus nihil opus est. Propterea quod vel iniussu cogantur id facere, nisi fallimur, ob id quod nudis nihil est quod egeat asseruatore.

*Nunc contingat seruari.*

Νῦν γίνετο σκεῖνον. id est, Nunc cõtingat seruari. Cum significamus nos satis cautos in posterum, si modo liceat præsens periculum effugere. Hoc modo Dauus in Andria: Post hac incolumen sat scio fore me, nunc si deuito hoc malum. Natum aiunt ex apologo quopiam. Aquila testudinem vnguibus rapuerat: eam parabat è sublimi deicere, quo testa rupta carnibus vesci posset. In hoc itaque dissimulante testudo optabat, ut in præsens incolumis esse posset, de reliquo sibi curæ futurum, ne quando in simile periculum incideret, *νῦν γίνετο σοθῖναι, τῆ δὲ λοιπῆ ἀντὶ μελίσει*. id est, Nunc liceat incolu mem esse, de reliquo mihi ipsi curæ fuerit. Quidam apologum narrant ad hunc modum. Testudini quondam incessisse volandi desiderium. Aquilam orasse ut se doceret. Cumq; illa negasset fieri posse, quod natura refragaretur, illa nihilominus instabat. Itaque paruit Aquila, ac Testudinem in sublime vocatam demisit ut volatum expe-

riretur. Ea cū timeret infelicem euentū, optauit ut id temporis contingeret incolumē esse, *νῦν σωθῖναι*. Ita Diogenian<sup>o</sup>. Suidas hoc modo refert, *νῦν σωθῖναι, ἢ μοι δὲ δ' ἄμα τῶ το τῆ χροῖα λοιπῆ*. i. Vtinam nunc incolumis euadam, ut hoc mihi documentum sit in reliquum tempus. Plinius facit tertium quoddam Aquilæ genus, quam alii morphon, nonnulli plancū & anatariam, Homerus perconon vocauit: lingua caret, eorq; muta, sed dentibus armata, nigerrima, prominentiore cauda. Huic ingenium est, testudines raptas strangere è sublimi iaciendo. Atque hac forte ait Aeschylum poetam interuisse, cum prædictū esset, eum ruina periturum: isq; quo caueret, eum diem sub diopseuerasset. Nam aquila decepta splendore capitis caluitio reidentem ad solem, dū saxum esse putat, testudinem illisit, ut fractæ carnibus vesceretur. Auctor Valerius Max. lib 9 c. 12.

*Nunc bene nauigauit, cum naufragium feci.*

Νῦν δὲ πιπλώκα ὅτε νηυκώκα. id est, Nunc bene nauigauit, postea quam naufragium feci. Quoties id, quod videtur incõmodū, fortuna præter spem vertit in bonum. Zenon Cittiensis, qui relicto prioribus præceptoribus, Cratetis auditor esse cœpit, naufragio eiectus dixisse legitur, *δὲ γι ποῦτὲ τυγχε προσελαύνησα ἡμᾶς φιλοσοφία*. id est, Bene facit fortuna, cum nos ad philosophiã ad mouet. Auctor Suidas. Plutarchus in libello De utilitate capiendâ ex inimico, meminit huius prouerbii.

*Nunc in regionem veni.*

Νῦν ὡς χῶρον ἤλωθ. i. Nunc in regionē veni. Ab iis dictitari solitum, qui tandem sua spõte illuc quo oportuit, peruenerunt cum diu non quiuerunt. Fit enim plerunq; ut res diu quæ sita non occurrat, tandem velut ultro veniat in mētem. Quidam sic efferunt, *Νῦν εἰς χῶρον ἤλωθ*. id est, Nunc in regionem venisti, vbi quis eo venit, quo se venturum negarat.

*Nunc illa aduenit Datidis cantilena.*

Νῦν τῆρ' ἐκείν' ἔκει τὸ δ' ἔτι μὲλ' . id est, Nunc id quod aiunt, Datidis adest cantio. Dicebatur vbi quid lætum ac festiuium accidisset. Datis qui spiam erat Persarum satrapes, excellens in rei bellicæ gloria. Is Græceloqui conatus, confluxit dicere, *ἡ δ' ἄμα*

καὶ θύφραίνωμαι, καὶ χάρωμαι. id est, Delector, gaudeo, lator. Ea cum sæpius ac male Græce pronunciaret, res in vulgi iocum abiit. Auctor Suidas. Extat autem apud Aristophanem in Pace:

Νῦν τὸτ' ἐκάνηκε τὸ δ' ἄτιδ' ὄ μίλ' ὄ,  
Ὀδ' ἰδ' μιν' ὄ πὸτ' ἠδ' εἰ τ' μεσομβρίας,  
Ὡς ἠδ' ὄμα καὶ τέρπομαι καὶ χάρωμαι. id est,  
Adest, ut aiunt, cantilena Datidis,  
Quod mastrupans is cecinit in meridie,  
Vt lator, ut delector, vique gaudeo.

Interpres addit, Datissimum vsurpanti pro barbarismo, eo quod χάρωμαι dixerit pro χάρω secutus vocum consonantiam, quemadmodum apud nos rideret, qui dixerit corpus meus, & domus tuus. Nā χάρωμαι Græcis non dicitur. Miror autem cur interpres huic velint ad hinc subiunxerit:

Ἄμας ἀπιπύχην, οἱ δ' ἀπικέχτο σκάφος.  
Ex quo cōiectura sumi potest, hoc prouerbum natum ex inscitia linguz, quæ nõ raro præbet huiusmodi risus materiam, dum Germani gestiunt loqui Gallice, aut Galli Germanice. Idem accidit in surdastris.

*Non statuar lezna in machera.*

Ὀὐκ εἴσομαι λέωνα ἐπὶ τυροκνήσιδ' ὄ. id est,  
Non ego lezna statuar in tyrocnestide.  
Prouerbum meretricium, cum negat scortam sui copiam facturum sese. Nam in capulis militarium gladiorum elephantes leones imponi solent. At hi procumbentes infalspantur, siue ne lædant manum vtenis gladio, siue ne defringantur facile, si in pedes erecti fingerentur. Tyrocnestis vox militaris videtur enseni significans. Potest adagium & ad verecundiorem usum detorqueri, ut si quis negans se per omnia morē gesturum, inseruiturumque pro libidine dicat, εἴσομαι λέωνα ἐπὶ τυροκνήσιδ' ὄ. Adagium recenset Suidas. Extat autem apud Aristophanem in Lysistrata.

*Ne contra bovem opta.*

Μὴ κατὰ βοῦς ὄυχ. Ne contra bovem opta.  
Admonet adagiū, non esse vitam instituentem iuxta votum animi, neque quiduis sperandum à superis, sed ut ea duntaxat sibi quisque promittat, quæ possit industria consequi. Refertur in collectaneis Diogeniani. Vnde sumpta metaphora parū liquet, nisi quod apparet ductam ab agricola, qui negligens adhibere bouis operam in colen-

dis agris, optat ut citra suum laborem proueniat seges.

*Non nostrum onus, bos clitellas?*

QVINTILIANVS Institutionum oratoriarum libro quinto, paræmiæ, quam ait esse ceu breuem apologum, hoc adfert exemplum. Non nostrum onus, bos clitellas? Satis constat ex apologo sumprum: verum quis fit is apologus, equidem nõdum reperimus. M. Tullius Epistolarum ad Atticum libro quinto, in epistola cuius initium est, Laodiceam veni pridie Kalendas sextiles, videtur ad hoc adagium adludere, & nobis velutansam coniectandi præbere. Inde, inquit, ire ad Taurum cogitabam, ut cum Maphragone collatis signis, si possem de seruo tuo decidere. Clitellæ boui sunt imposita. Illa ne? Non est nostrum onus; sed feremus: Quibus ex verbis, odorari licet, non nostrum onus, bos clitellas, prouerbum fuisse recusantis munus aliquod veluti parum accommodatum sibi. Neque enim boum est, clitellis tergo impositis onera gestare, sed potius asinorum ac mulorū. Prouerbum vsurpauit & Ammianus libro decimo sexto.

*Nota res mala, optima.*

PLAVTINVM illud in Trinummo prouerbiali schemate dictum videtur: Nota res mala optima est, dictū est autem sub persona senis, suadere conantis amico, ne vxorem tamen malam repudiaret, aliam ducturus: propterea, quod plerunque fit, ut qui commutat, primum pro malo peius accipiat, tum ignotum pro noto, postremo infuetum pro familiari. Tatum enim valet aduetudo, ut mala quibus adsueuerimus, optima videantur. Contra quæ sint optima, propter insolentiã pessima videantur. Adagium itaque deterret, ne temere nouandis rebus studeamus, vitemusque vitium illud, haud scimus an maximū, quod Græci φιλόκανος appellat, id est, nouarum rerum appetentiam, cui comes alterum veluti Germanum, quod ἀλκαροί vocat, quod mox fastidiuntur paullo ante adamata. Cõuenit cum Plautina sententia, quod apud T. Liliuum Pacuuius Calauius suadens Cãpanis, ne senatores mutare vellent, populū tam redocum dicebat: cõpulit, Notissimum

num quodq; malū maxime tolerabile esse. Huc pertinet & Ouidianum illud :

Quod male fers, aduſce, feres bene. multa uerustas

Lenit.

Eodē pertinet & mimus ille, nescio cuius, Mulier tum demum est bona, cum aperte est mala.

Cognitum enim malum, aut uitamus, aut nos ad id accommodantes ferimus. Item ille, Consuetata vitia ferimus, non reprehendimus, Aristot. lib. Moralium Nicomachiorum 7. *ἀεί γάρ πονεῖ τὸ ζῷον ἀπειρὸν καὶ οἱ φρονιμοὶ λόγοι μέτρηστοί, τὸ ὄραν καὶ τὸ ἀκρίβει φάσκοντες εἶναι λυπηρόν, ἀλλ' ἢ δὴ συνήθειαι, ἐσμὲν ὡς φασι.* id est, Semper enim animal laborat ut audiat, videatq; quemadmodum testantur & naturales sermones, dum fatentur quidem esse molestum, sed iam adſueui mus ut aiunt.

*Inueni, non quod pueri in faba.*

STROPHYLVS seruus in Aulularia Plantina, aulam auri plenam à sene defossam, furto sustulerat, eamq; rem gestiens indicare hero, reperi, inquit. Et rogatus quid reperisset, non quod pueri clamitant, inquit, in faba se reperisse: prouerbiali nimirum figura magnum quidam reperisse se significas. Est enim Midas vermiculus quidam, qui fabis innascitur: hunc si quādo nasci sint pueri, gestiunt atq; exclamant, perinde quasi magnum quiddam inuenerint.

*Midas in tesseriſ consultor optimus.*

*Μίδας ὁ ἐν κύβοισιν ὀβολώτατ'.* id est, Midas qui in tesseriſ consultor optimus. Prouerbium à tesserarum ludo natum. Est enim Midas, iactus uocabulum. Refertur a Suida prouerbii nomine. Perpendat diligens & eruditus lector, num ὀβολώτατος legi oporteat, ut uersus sit iambicus trimeter :

*Μίδας γὰρ ἐν κύβοισιν ὀβολώτατ'.* id est, In tesseriſ iactus Midas prosperissimus. Accommodari poterit adagium ad rē, quæ forte fortuna bene cadit.

*Ni purges & molas, non comedes.*

*Ἀν μὴ καθαίρης, καὶ ἀλέσης. Σμὴ φαγῆς.* id est, Nisi & repurges & molas, haud unquam edes.

Id est, non continget tibi victus, nisi tuam

item industria adiunxeris. Ceres cum ostenderet vsum frumenti Triptolemo, ita dixisse fertur. Videtur esse senarius à poeta quopiam vsurpatus, sed deprauatus. constabit si legas *καλέσης*. Potest transferri longius, nō proderit tibi ingenii felicitas, nisi exercearis. Inutilis erit principū fauor, nisi te gesseris ut oportet. Nihil conducet, quod doctum præceptorem nascus es, ni vigilaue ris. Refertur à Diogeniano.

*Nihil differis à Chærephonte.*

*Οὐδὲν δίοισις χωρεφῶντ' τῆ φύτιν.* id est, Nihil ore quidquam à Chærephonte dis crepas.

In macilentum pallidumq; dicebatur. Chærephon enim tragædiarū scriptor fuit. Is Heraclidarum res persecutus est. Quoniam autē nocturnis lucubrationibus erat maiorem in modum extenuatus cōfectusq; vulgari ioco taxatus est. Quin etiam nocturnæ cognomen additum. Aristophanes in Nebulis :

*Οὐδὲν δίοισις χωρεφῶντ' τῆ φύσει.* id est, Nihil figura à Chærephonte differes.

Adſiuit idem in Pluto :

*Οὐδὲν δίοισοντ' ἀντικεῖς  
Τῶν Ἡρακλεῖδων, ἰδ' ὅτι τὸν τὰ πεμφίλξ.* i. Ne tantulum quidem

Ab Heraclidis differentem Pamphili. Pamphilus enim in Stoa depinxerat Heraclidas supplices Atheniensibus, ad quos metu Eurythli confugerant. Hos igitur vocat Heraclidas Pamphili.

*Nihil ab elephante differis.*

*Ἐλεφάντ' διαφέρεται δὲν,* id est, Ab Elephante differis nihil. In magnos & stupidos dicebatur: etiam si primam ingenii laudem Plinius tribuit Elephantis sed inter bruta. Verum corporis moles, & formæ scēditas adagio locum fecit. Refertur à Diogeniano. Videtur huc ad ludere Palestrio Plautinus, qui herum suum Elephāti corio circumtectum ait, nec plus habere sapientiæ quam lapidem.

*Ne intra vestibulum quidem.*

*Οὐδ' ἐν τῷ ἱερῷ,* id est, Ne intra vestibulum quidem. In tumidos, feroces & insolentes dici solitum, qui procul omnes à sese submouent. Lex erat Athenis, ut homicidio conta-

contaminati extra septa sacrorum consistere-  
rent. Siquidem prima magnatum atria, so-  
lent patere quibuslibet. Ad hunc morem  
adagium videtur adludere.

*Nephalium sacrum.*

*Νηφάλιος θυσία.* id est, Nephaliū sacrificiū.  
De conuiuio abstemio non inepte dicitur:  
aut de conuiuio vehementer frugali, so-  
brioque. Apud Athenienses hoc genus sa-  
cificiū exhibebatur Anemosynz, Auroræ,  
Soli, Lunæ, Nymphis, Veneri, & Vraniz.  
Nam in eo non libabatur vinum, sed aqua  
melle diluta. Hæc ferme Suidas. Siquis  
& Iulius Pollux libro sexto, capite tertio,  
addens *νηφάλιον* idem esse quod *νηφάλια  
είεν*. Hoc sacrificiū genus *ἀνοσιος* dicebant,  
quemadmodum cetera in quibus vinum  
adhibebatur, *οἰνός ποιοι δὲ α* vocabant. Seleucus  
apud Athenæum libro secundo, negat, apud  
veteres fuisse motū, vt vini copia, aut aliud  
quidlibet deliciarum inferretur in sacrifici-  
cia. Cum enim sacrificia deorum gratia  
peragerentur, vnde & *θειας* & *βαλίας*, ac *μέ-  
θας* appellabant, *θειας* quod deorum gratia  
vino vteretur, *βαλίας* quod deorum gratia  
vescerentur, conuenirentque: *μέθας* vero,  
quod vt indicauit Aristoteles, *μὲτὰ τὸ εἶεν*,  
id est, post sacrificium vino vteretur, non  
conueniebat illic ventris negotium agere.  
Ibidem Epicharmus his verbis notat mo-  
res collapsos, *ἐκ μὲν ἐν σίγῃς θοῖναι, ἐκ δὲ θοῖναι πὸ  
σις ἔργετο, ἐκ δὲ πὸ τῆς κόμης, ἐκ κόμης δ' ἔργε-  
το θυαλίαι, ἐκ θυαλίαις δ' ἔργετο, ἐκ δὲ κατὰ δίκης πέ-  
δαι καὶ σφάκελος καὶ ζυμια*. id est, ex sacrificio  
epulum, ex epulis facta est potatio, ex pota-  
tione comestatio, ex comestatione facta est  
subatio, siue ludus, ex subatione seu ludo  
lis, ex condemnatione compedes sphacelus  
& multa. Quamquam hic locus non caret  
suspicionemendæ. Videtur enim deesse  
particula, *ἐκ δ' ἴκνης κατὰ δίκην*. Non distidet ab  
illo quod alio posuimus loco, Caninum  
prandium.

*Νεγ; cum malis, neq; sine malis.*

ARISTOPHANES apud Suidam in Ly  
sistrata:

Καὶ τ' ἐκείνο τ' ἔπειθ' ὀρθῶς καὶ κακῶς εἰρημένον  
Ὅτι σὺν πανοδείροισιν, ἔτ' ἄνδρ' πανοδέ-  
στων.

Illud haud male, imo recte proditum est  
proverbium,  
Nec simul cum pestibus, nec rursus absq;  
pestibus.

De vxoribus dictum, cum quibus incom-  
mode sane viuitur: sed nec citra has constāt  
familiz. Simile illi, quod est in Epigram-  
matis:

Nectecum possum viuere, nec sine te.  
Et quod alibi retulimus, *ἀκαρχαῖα κακὰ*. Ci-  
tantur eodem loco versus & hi:

Κακὸν γυναικίαις, ἀλλ' ὁ μὲν ὠδύμωται  
Ὅν ἐστιν ὄψιν οἰκίαν ἄνδρ' κακῶν.

id est,  
Malum quidem vxor, attamen cines, sine  
hoc

Nulli licet parare familiam malo.  
Notum est illud Catonis, quod cum vxori-  
bus incommode viuitur, at sine illis omni-  
no non viuitur.

*Ne tria quidem Stesichori nostri.*

*Ὅτι τὰ τρία στιχόεσθ γινώσκας*, id est, Ne  
tria quidem Stesichori nostri. De vehemen-  
ter indocto & imperito dici solitum. Ada-  
gium sumptum hinc existimant, quod ple-  
raq; Stesichori poemata Epodica sunt, quæ  
tribus constant, *στροφῆ, ἀντίστροφῶ, καὶ ἐπιώδιῶ*.  
Strophe est prima series variis metrorum  
generibus incedens. Antistrophus est ite-  
ratus per eadē ferme genera recursus. Epe-  
dus est diuersi carminis accentio. His &  
alii tragici poetæ nonnunquam vtuntur,  
potissimum in choris.

*Nephalia ligna.*

*Νηφάλια ξύλα*, id est, Nephalia ligna. Dici  
posse videtur in abstemios, & ab omni volu-  
ptate procul alienos. Apud Athenienses, ne-  
phalia ligna vocabantur, quæ neq; vitee es-  
sent, neq; ficulna, neq; myrtea. Nephalia so-  
nat, quasi dicas sobria.

*Neglectis vrenda filix innascitur agris.*

HORATIVVS Satyra tertia:  
Neglectis vrenda filix innascitur agris.  
Mira admonuit allegoria, animum hone-  
stis excolendum disciplinis, alioqui futu-  
rum, vt inutili sylua vitiorum occupetur.  
Filix enim herba inuisa agricolis, quæ to-  
tos agros occupare solet, nec facile repurga-  
tur, vbi semel occupauerit.

*Ναυφρακτον τριερί.*

*Ναυφρακτον βλήπας*. Nauphracton Græce,  
classis est ad bellum instructa. Solēt autem

in tremitibus magna quædam inesse foramina oculorum instar, per quæ remos inserunt. Vide velut ænigmatice dictum, classis more intueris: de bis, qui latis ac prægrandibus, aut toruis & minacibus oculis quempiam aspicerent. Aristophanes ἐν ἄκαρϋσι:

Ρῶς τῶν θεῶν ἄνθρωπε ναύφρακτον βλέπεις. ἴ.  
Homo per Deos, quiddam obtuere classicum. Fortassis & hinc prouerbii iocus est natus, quod Athenienses aliquoties feliciter nauæ pugna rem gesserint: velut apud Arthemisium & Salaminem, vnde sublatis animi. Vne videtur dictum iu turgidos & arrogantes.

*Negotium ex otio.*

Ἐργάματ' ἐξ ἄπραξίας. id est,

Ex otio negotium.

Hemistichium iambicum vsurpandum, vbi res præter opinionem euenit, & inde tumultus oboritur, vnde tranquillitatem & otium sperabamus. Nam & illud multis vsu venit, vt dum sectantes otium, fugiunt honestam industriam, incidant in turbas inexplicabiles. Auctor Suidas. Nec indicat vnde sit natum.

*Nauis aut galerus.*

Ἡλὸν ἢ κωμῆ, id est, Nauis aut galerus. De re accipitur. Quod genus si quis de voce incognita diceret, aut piscem significat, aut cucurbitam. Nec inuenuste dicitur in eos, qui cultu, moribusq; diuersam personam præ se ferunt. Veluti si quis pallio philosophico baltheum adderet militarem. Fragmentum est senarii ex Auiibus Aristophanis πλοῖον ἢ κωμῆ. id est, Aut galerus, aut ramis. Sumptum ab hoc tremitium genere, quas hodieq; vulgo dicunt galeas, veluti dicas galeratas. Hæ sic erant instructæ, vt remos alarum vice porrigerent, mouerentq;. Ceterum summo malo galerus, seu petasum instar Mercurii præferrent. Nam Peloponenses πέτασσι, id est, galerum, appellat κωμῆν, ἀπικυνὸς ἀ κατῆ. quod hoc genus pilei primum è pellibus canum fieri consuevit. Hinc iocus militaris videtur fuisse natus in elatos & fastuosos, superciliosq; arrogantes. Idem Festus Pompeius indicat quædam naues onerarias appellatas Corbitas, quod in summo malo pro signo Corbem haberent. Quæ bello erant paratæ, galeam

habebant: at quæ ad celeritatem, petasum Mercurii signum gestabant.

*Mazam pinsuit à me pistam.*

Μάζων γε μεμαχῶς τῶν ὑπ' ἐμῶν μεμαγμένον. id est, A me ante pistam mazam iste pinsuit. De his dici solitum, qui sibi alienæ industriæ laudem vindicant, & magna gloria alieno labore partam, verbis in se transformant, vt Terentianus ait Gnato. Maza cibi genus ex lacte & farina, ferme panis instar confectum. Parcemia refertur & ad hunc modum, Μάζων ὑφαρπύσας τῶν ὑπ' ἐμῶν μεμαγμένον, id est, Subrepta maza quæ pinsueram, vbi quis alienis fruitur laboribus. Scriptum est autem ex Equitibus Aristophanis, quo loco carmen huiusmodi est:

Καὶ πρῶτον γε μὴ

Μάζων μεμαχῶς ἐν πύλῳ λακωνικῶν,

Γαυραγῆν ἀτὰ πικρὰ περιδ' ἑραμῶν ὑφαρπύσας:

Αὐτὸς παρέθηκε τῶν ὑπ' ἐμῶν μεμαγμένον,

Ἡμᾶς δ' ἀπικυνέει, id est,

Cumque ipse pridem pinsuerim mazam in Pulo

Laconicam, iste adcurrit astutissime

Rapæic; mox adposuit, quæ ego pinsui,

At submouit nos.

Demosthenes qui bello Peloponensiaco dux fuit Atheniensium: is collega Nicias, Pylum urbem diuturna obsidione in rerum omnium desperationem adduxit. Cui successit Cleon è Coriatio Imperator, qui alieno labore partam gloriam in se transfudit, paucis post diebus Pulo capta. Queritur igitur in hac fabula Nicias ac Demosthenes, de laude sibi præcepta per Cleonem Aristophanis historia narratur adeo nõ modo varie, verum etiam proluxe, vt non libeat referre. Indicatam est vnde peti possit.

*Naufon Naucrati.*

Ναύσαν κικυρέτας, i. Nauson Naucrati. Quoties aliqui similia inuicem responderent. Veluti si quis herus salutaris heru refaluter. Et nebulo compellatur, nebulo vicissim compellet. Nauson enim & Naucrates vtrumq; à naue dicitur: Perinde quasi dicas, nauita nauæ. Hefychius indicat vocem hanc confictam à Cratino Nauson, à seruandis nauibus, & κικυρέτας, ἀναύς & κρατῆν: sermone color sum est ab epistolis vt indicat Suidas, perinde quasi dicas, Pompeius Pompeio salutem, aut iuuenis iuuenem appellat. Huius

Huius formæ sunt & illa ἀγαθῶν ἀκαθίδες, & λδύκων & λδύκωτες. Tale quiddam innuit, ni fallimur, Aristophanes in Equitibus, ἄδὲ ναυφάντης γε τῆς ναύσωσιν & vt subaudiatur ἄρεται. Arbitramur autem in prouerbio γαύσωσιν esse non hominis nomen sed ciuitatis, quemadmodū & Naucratis Aegypti ciuitas est.

*Tolle tolle mazam, quam acerrime scarabeo.*

Αἰεὶ ἄρε μάζων ὡς τάχις αὖ κοινθαίρα. id est, Mazam sine mora pone pone cantharo. Hoc verliculo Aristophanes exorditur ἐρέτην, quem eruditi prouerbiū loco referunt. Id vsurpare licebit, quoties sordidus cibus immundo conuiuæ adponitur. Quidam ministris panes fursuraceos adponunt, fursur autem tritici purgamentum est. Vnde per fursuraceam mazam cibum alio reddi tum innuit: Hinc enim vt nascuntur, ita & mutant canthari: quos Latini scarabeos vocant. Aperit id cum addit. Δὲς μάζων ἐτέρον ἐξ οὐρίων πεπλασμένον. id est, Mazam alteram da, estercore asini conditam. Porro maza confectio quædam erat ex farina & lacte, panem imitans. Simillimum est illi, quod alio posuimus loco, Cyprio boui merendam.

*Non est ment negotium, multum valeat.*

Ὅχι ἐς' ἐμὸν τὸ πρᾶγμα, πολλὰ χωρεῖτω. id est, Multū valeat, haud est meum negotium. Quoties negabimus nos laborare de re, quæ nihil ad nos pertineat. Refertur a Diogeniano. Non dissimile illi:

*Aedibus in nostris quæ praua aut recta gerantur.*

Item illud quod est apud Aristophanem in Equitibus, Καλλότρετον ἀμὼν ἐρέτω. i. Alienā metens messēm, quidam ad eandem accommodant sententiā, etiā si comies sentit de eo, q̄ alieni frui laboribus. Propius huc pertinet quod scribit. Pindarus in Nemeis hymno 1. Τὸ γὰρ οἱ κῆρον πῆζει πάντ' ἰδμῆς, ὅθ' ἂν δὲ ἀπῆμιαν κερδία κῆδ' ἄμφο' ἀλλότρετον. id est, Quod enim proprium est præmit vnum quemq̄; pariter. Ceterum protinus cor noxa vacat circa dolorem alienum.

*Abominandus scarabeus.*

Μύσση κοινθαίρα. id est, Abomināda cantharis. De contemptissimo vilissimoq̄; homunculo dicebatur. Cantharides vermiculi sunt letali veneno. Quamquam hoc loco magis conuenit vt sit diminutiuum à cātharo [scarabeo]. quasi dicas scarabeolus. Apud Suidā legitur μύση κοινθαίρα, id est, muribus cantharis, quod quid sibi velit nescimus, suspicamur mendum in scripto esse. Si legamus, μύση sonat abominanda, si μύση sonat Mysiam Cantharidem. Mysos autē olim fuisse contemptui, docuimus alias, hoc commentum maxime probatur.

*Molestum sapientem apud stultos loqui.*

Ἀγυαλέον φροσύντα παρ' ἄφροσι πολλ' ἀγορεύειν. id est,

Dicere multa graue est sapientem apud insipientes.

Nihil intractabilius homine stulto, qui quidquid recte dicitur, in diuersam partē rapit. Proinde apud huiusmodi aut silendum est viro cordato, aut ratio moribus illorum accommodanda. Recensetur à Diogeniano. Sed extat idem inter sententias Theognidis.

*Modio demetiar.*

Μεθ' ἑμὸν ἀπομειρέω. id est, Modio demetiar. Prouerbialis hyperbole, ingens & cumulatium sperantis emolumentum. In magna siquidem rerum exuberantia, nō heminis, neque congiis, sed modio metimur. Integre sic reddit Suidas:

Μεθ' ἑμὸν ἀπομειρέω παρὰ τὰ πατρὸς ἀργύριον. id est,

Modio paternam metiar pecuniam.

Tametsi sunt qui negent idem esse Latinis modium & Græcis μεθ' ἑμῶν.

*Mens non inest Centauris.*

Νῆς ἄκ' ἐν κενταύροις. id est, Mens non inest Centauris. In vncordes & stultos dicebatur, & qui conarentur quod effici non possēt. Nota est Centaurorum fabula. Adagiū à Diogeniano refertur. Isq̄; conuenite putat in contentiosos, & alieni appetentes: propterea quod Centauris exitum attulerit rerum alienarum appetentia. Haud scimus an huc respexerit Plato poeta apud Athenæum libro decimo:

Υμῖν γὰρ ἄδεις καθ' ἑπὶ ἡ παρομιμία,

Ἐν τῷ καθ' ἑπὶ ἡ εἰσὶ μοι δοκέει. id est,

Mens nulla vobis sicut habet prouerbiū, Canponi inest mens, vt quidem visum est mihi.

Loquitur de mulieribus vinosis. Aristophanes in Equitibus. *ὄς ἔστι ἐν ταῖς κόμῳις*. id est, mens non inest comis. Comas dixit pro Cœtauris, adludens interim ad studium alendi equos, qui iugas habent.

*Melle semesipsum perungis .*

*Ἐμῆλιτι σκετὸν καταπότῃς* . id est . In melle teipsum obuoluis, oblinisq; , hoc est, molliter suauiterque vitam agis, quasi parum sit vesci melle, nisi totus sis melleus . Extrat apud Diogenianum .

*Mercurius infans .*

*Ἐρμῆς ἀμύητος* . id est, Mercurius infans, elinguis, siue indoctus. Ironia proverbialis, vbi quis fingit se rudem eius artis, cuius est callentissimus. Mercurius enim eloquentiæ disciplinarumq; parens est. Non dissimulandum arbitramur, in vulgatis exemplaribus haberi, *Ἐρμῆς ἀμύητος* . id est, Mercurius prophanus & non initiatus. Quæ lectio si cui magis probatur, ne nobis quidem admodum displicet. Quis enim mysteriorum peritior, quam Mercurius interpret deorum, superior & inferis ex æquo communis: denique *μυσάγωγος* ipse, hoc est, mysteriis præfectus? Respondet illi, quod est apud Aristidem in Pericle: *ὁ κρείστων πάντων*. id est, Cretensis male.

*Mendicorum loculi semper inanes .*

*Πτωχῶν ἔλαω ἀεί κενῶι*. id est, Mendicantium sacculi semper inanes. De edacibus dictum, & insatiabilibus: cognatum ei, quod alio redditum est loco: *πτωχῶ πῆρε ἔπιμπλαται*. id est, Mendici pera non impletur. Verumque refert Suidas, quamquam ἔλαω pro peris non inuenitur, sed *ἐλάδας* inuenitur pro vasis farinariis, tametsi & ventres interdum eo verbo significautur, ob molliciem.

*Meliacum nauigium .*

*Τὸ μελιακὸν πλοῖον*, id est, Meliacum nauigiū. In futilem & rimarum, vt ait Terentius, plenum, hac atque illac perfluentem, distitatum videtur. Parœmiā ad historiam quampiam referunt. Ea sic habet: Aristoteles quidam Meliacum deducendæ coloniz præfectus, cum multi detrectantes nauigationem, varia caussarentur, & alii dicerent vxores suas aduersa valetudine teneri, alii

naues suas perstillare, atq; his prætextibus domi manerent, ille indignatus, imprecatus est illis, vt nunquam haberēt naues integras, & semper sub vxorum imperio viuerent. Vnde quadriaturum videtur, vbi quis caussas fingit, quo iustugiat officium. Est autem Melia Cariæ ciuitas, auctore Stephano. Suidas indicat & arboris genus esse Meliam, proferens exemplum ex Auibus Aristophanis:

*Ἐξέμινθη μέλις ἐπὶ φυλλοκόμῳ*. id est, In Melia residens siuodosa.

Et fortassis huius arboris materia inutilis est ad fabricam nauigiorum. Verum vt vera sit fabula de populo Meliaco, certe adludum est ad arborem.

*Melanione castior .*

*Μελανίονος σαφρόνιστος* . id est, Melanione castior Dicebatur, qui magnopere à mulierum congressibus abhorreteret. Aiunt Melanionem quendam odio mulierum, in solitudinem demigrasse: perque auia montium & nemorum, cane, quo vno conuictore utebatur, seras insectari solitum, nec vnquam domum reuocari potuisse. Meminit adagii Aristophanes in Lysistrata. Quamquam hæc inter editas nondum habetur: nos scriptam legimus. Simili figura dicitur, Hippolyto castior: nam & huic simile venandi studium, simile odium fornicarum.

*Matris vt capra dicitur .*

*Τῆς μητρός ὡς ἀέ κελῆται*, id est, Matris vt capra dicitur. In spurio dictum videtur, quorum pater incertus est, eaq; gratia à matre denominantur. Ductum ab hædis, qui in capribus à matre dignoscuntur: nam à patribus haudquam possis. Potest & in iocum verti prouerbium, velut si quis per lusum neget se patrem agnoscere, matrē scire, *τῆς μητρός ὡς ἀέ κελῆται*. id est, Matris vt lut capra vocor. Manet etiam hodie vulgi iocus, quo dicunt, sapietem esse filium, qui patrem suum norit. Hoc ab Homero manasse videtur, apud quem Odyssæe primo: Telemachus rogatus num Vlyssis esset filius, respondet ad hunc modum:

*Μήτερο μὲν τ' ἐμῆς κοι τ' ἔμμιναί, αὐτὰρ ἔγωγε Οὐδ' οἶδ', ἔγωγε τοῦτις εἶδ' ἴσον αὐτὸς ἀνέγνω*.  
Esse quidē illius mater me ait, ast ego sane Nescio, nemo suum patrem vnquam nouerit ipse.

*Quasi*

*Quasi locum in balneis.*

PROVERBII speciem habet, quod est apud Tertullianum lib. aduersus Marcionem 3. Sed quia prior eis venit, & prior virtutum documenta signauit, iccirco quasi locum in balneis, ita eadem occupauit, posteris qui busq; præcipuit. Conueniet uti, ubi non ex merito datur locus, sed ex vetustate. Apud præfatos vnusquisque ex annorum numero æstimabatur. Iuuenalis.

Atque vni cedit Homero

Propter mille annos.

Et Horatius stomachatur in eos, qui redeunt ad factos, & virtutem æstimat annis. Non abhorret ab hoc quod hodie vulgo iactatur apud nostrates, sumptum ex lege mœlitoria: Qui primus venerit, primus molet.

*Milium torno sculpere.*

Τὰς κίχρας ἀποτορβένει. id est, Milii grano torno sculpere dicebantur, qui rem absurdam moluntur. Milium enim minutius est, quam ut inde quidquam descalpi possit. Suidas ad hunc modum effert paræmiam: Γελοσιότερον ἀπεργάζη, τῶν τὰς κίχρας ἀποτορβένει ἐπιερόντων, id est, Magis ridicule facis, quam ii qui milii granula torno polire conantur.

*Magnetum mala.*

Μαγνητῶν κακὰ. id est, Magnetum mala. De malis in gentibus dictum videtur, aut iis quæ in auctores suos recidunt. Cùm Termeriis enim malis Magnetum mala coniunguntur, in his verbis, quæ citra auctoris nomē referuntur apud Suidam: κέντρα μαγνητῶν κακὰ, κέν τὸ τεμερίον, κέν πῦσαν ἀπλῶς ἐπιφθίγγαμι τῷ τραγωδίου. id est, Nec si Magnetum mala, nec si Termerium, nec si tota in summa tragœdiam eloquat. Quâquam in Suida legendum sit τὰ τεμερίων. id est, mala Termeriorum, de quibus alias nobis dictum est. Sumptum apparet ab historia, quæ de Magnetibus astrictis meminere, in quæ feruntur incidisse, violato numine quopiam. Strabo Geographiz lib. 14. Magnetas commemorat olim opibus florêtes, à Treribus gente Cimmerica funditus fuisse sublato: anno deinde proximo à Milefisis Jocū suis se occupatum, subindicans prouerbiū ex Archilocho sumptum esse, qui meminere sit de Magnetum malis.

*Complura masculinæ canis cubilia.*

Πολλὰ κωνὰ τῶν ἀρσενίων. id est,

Sunt canis infinita cubilia masculi.

Hemistichium heroicū prouerbiale. Recte dicitur in hominem mulierosum, peccat liariter eū, qui non contentus certo thoro, passim per aliena cubilia volutari gaudeat.

*Multa in bellis inania.*

Πολλὰ κωνὰ τῶν πολέμων. id est, Multa belli inania. De inani suspitione, aut pauore sine causa oborto, quem Græci πανικόν vocant. Paræmiā hinc manasse putant, quod huiusmodi panici terrores plerumq; solent in bellis accidere. Vel quod Lacedæmonii fundis quibusdam & nervis crepitantibus uti consueverunt ad terrorem incutiendū hosti. Polybius apud Suidam, Cum luna defectum passa esset temporibus Persei Macedonū regis, vulgo rumor increbuit, regis interitum significari. Eaq; res pariter & Romanis addidit animos, & Macedones consternauit. Deinde subnectēs adagium, Οὐτως, inquit, ἀληθὲς ἐστὶ τὸ περιφρομένον, ὅτι πολλὰ κωνὰ τῶν πολέμων. id est, Itaque verum est, quod vulgo circūfertur: Multa esse inania belli. M. Tullius Epistolarum ad Atticum lib. 5. Interim scis esse quædam: πανικὰ, dici item τινὰ κωνὰ τῶν πολέμων, rumore aduentus nostri. Plutarchus in commentario: τῶν τῶν ἀρσενίων, ὡς γὰρ πολέμων καὶ ἀκροάσεις πολλὰ τὰ κωνὰ ἐστίν. id est, Ut enim belli, sic & auditionis multa inania sunt. Respexit huc Q. Curtius libro tertio, Fama bella stare, & eum qui recedat fugere credi. Ac rursus libro quinto, Ac fama maximum utique in bello monumentum. Itē libro octauo, Fama enim bella constat, & sæpe etiam quod alio creditum est, viri vicem obtinuit. Sed apertius libro septimo. Eā res, sicuti pleraq; belli vana & inania, barbaros ad deditiōnem traxit.

*Militans cum Erasnade.*

Ἐστράτηγος μετ' Ἐρασινάδου. id est, Militauit cum Erasnade. Vulgo per iocum dicebatur de his, quibus res vndequaque male procederēt. Erasnades dux quidam Arginusam obsederat. Infelicitè autem pugnatum est, ad internicionem extinctis cum aliis quorū resistebant, inter quos erant Thraçyllus & Pericles, cum ipso duce. Huius Erasna-



nade malis & illud accessit, quod accusatus est, quod pecunias Helleponticas furatus esset. Huiusmodi serme Suidas.

*Mulieri ne credas, ne mortuæ quidem.*

Γυναικὴ μὴ πιστεύε μὴδ' ἂν ἀποθανῆ. id est, Nefidem habeas, nec emorienti feminae. Hyperbole prouerbialis. Vtique adeo nō est fidendum mulieri, vt etiam si morietem videas, putes fingere. De nouerca, quæ sepulta quoque priuignum interemit, ἰθαπταῖα in pueri caput pyramide, meminimus alias. Refertur à Diogeniano.

*Mulierum exitia.*

Γυναικῶν ἔλαθροι. id est, Mulierum exitia. De his qui funditus ac miserabiliter pereunt. Mulieres enim omnium fere calamitatum auctores fuisse viris dicuntur. Testis Pandora Hesiodia, testis bellum Troianum, testis Heracles à Deianira extinctus, testis Danaëdum fabula, testis Lemniarum mulierum historia testis Cleopatra. Quamquam hæc magis cōueniebat stultitiæ virorum adscribere, qui tantum indulgeant mulierculis, vt velut amētes amore, in quoduis malum sequantur: cum par fuerit, vt illis moderatibus, mulier natura stultior, simul & imbecillior, minus desiperet. Quod enim animus est corpori, id viri oportebat esse mulieri. Verum quemadmodum vulgus sua vitia corpori imputat, cum ab animo proficiantur, & stulti principes in sanissimos beliorum tumultus imputant populo, quoru ipsi sunt auctores: ita viri reiciunt in feminas, si quid ipsi delirauerint.

*Multa noris oportet, quibus Deum fallas.*

Πολλὰ κεν εἰδῆς οἷς τὸν θεὸν ἐξαπατήσῃς. i.

Multa scienda, Deo quibus ipsi impone-re possis.

Vbi quis fucum facere conatur ei, cui difficile sit dare verba, propter astutiam singulare. Ab oraculo natum adagium. Sententiā aliter extulit Pindarus in Pythiis, hymno tertio de Apolline loquens: ὦ δούλιον εἶχ' ἀπειται, κλέπτει τέμνη θεῶν, & βροτῶν, ἔργου δ' ἔτι βλαπῆς. id est, Mendacis non vitur. Fallit autem illum non Deus, non homo, nec factis neque consiliis.

*Muli Mannij Aricie.*

MANNIVS apud Festum Pompeium, Dianæ Aricie lucum, qui & ipse Aricinus dictus est, consecrasset legitur. Ex hoc Mannio Aricio, viro laudatissimo, quam plurimi extiterunt viri item clarissimi, eodem nomine, vt hinc natum prouerbiū: Multos Aricie Mannios esse. Sed longe dissentit Aspinus Capito, existimans prouerbiū conuenire in deformes; verum hic locus apud Festum ita mendis corruptus est, vt nihil certi possit elici, præter hæc quæ retulimus.

*Murus athenus.*

MURVS athenus apud Horatium in Epistolis, vsurpatur pro certo & immutabili animi decreto, schemate nimirum prouerbiāli: Hic murus athenus esto.

Nil conscire sibi, nulla pallefcere culpa. Vegetius grauem armaturam murum ferreum exercitus appellat, veluti solitum & inexpugnabile munimentum. Adsimili figura Pindarus Olympiæcon secundo, Hectorem appellat ἀμύχρον, ἀσύραγι κίενα. id est, inexpugnabilem, immobilem columnam.

*Multi te oderint, si seipsam amas.*

Πολλοὶ σε τοι μισῶσιν, ἂν σαυτὸν φιλήσῃς. id est, Multi te oderint, si temetipsum diligas. Deterret à fastu prouerbiū & à Philautia. Multis enim displicet oportet, qui sibi nimium placet. Contra modestia, præcipua fauoris & benevolentia conciliatrix. Suidas ait, nymphas fastiditas à Narcisso hoc dixisse quod modo retulimus. Concinit huic senatus ille:

Λίαν φιλῶν ἑαυτὸν εἶχ' ἔξῃς φίλον. id est, Nemo erit amicus, ipse si te ames nimis. Nulli minus sunt adpositi ad mutuū amorem ac benevolentiam, quam qui sese vehementer amant.

*Malorum panegyris.*

Κακῶν πανήγυρις. id est, Malorum panegyris. De malis agminatim ingruentibus, & inuicē sibi succedentibus. Panegyris enim apud Græcos dicebatur solemnis ille populi conuentus, ad ludos festos celebrandos, voce hinc composita, quod festis diebus vniversi conuenirent. Pifides apud Suidam:

Καὶ πάντες, ὡς αἴρε ἐν κακῶν πανηγύρεσσι, Ἄλλος κατ' ἄλλου συμφορῶν ἰδύσχη. id est, Omnes

Omnes simul malorum vt in panegyre  
Alios tenebat aliud infortunium.

Homerus Iliados τ.

Ὁς μοι δέχεται κακῶν ἐκ κακῶν ἄλλ'. id est,  
Tristitia perpetuo vt mihi tristibus exci-  
piuntur.

Hipponax apud Athenæum libro 15.

Ἀνδρῶν οἱ καὶ νῦν κίβη κακῶν κακὰ ἔαψ' ὄψ' ἔσσι,  
Claudicat carmen, sed recta incedet, si tollas  
καὶ vel νῦν, & pro κίβη legas κἄθι. Aufonius  
in carmine non ineleganter appellat cate-  
natos labores, quod molestia molestiam ex-  
cipiat in vita mortalium.

*Magis impius Hippomene.*

Ἀστὴ βέστιος ἰππομένης. id est, Magis impius,  
quàm Hippomene. Hic Atheniensiu prin-  
cipes filiam a ciue quoriam vitiatam, vna  
cum equo feroci coclufit in domicilio: nec  
huic nec illi cibum præbens. Equus igitur  
fame in rabiem actus, puellam adortus con-  
fecit, deinde perit ipse quoque pabuli vide-  
licet inopia: post hæc pater domum est de-  
molitus, loco nomen inditum, equi & puel-  
læ. Recenset adagium Diogenianus.

*Maniuoro vinculo.*

Χειρὸν βεβῶ τι δ' ἰσρῶ. id est, Maniuoro vinculo.  
Sic quispiam appellauit manicas vestium  
Ponticarum, quod manus offendant, atte-  
rantque. Idem obiicitur Troianis, apud  
Vergilium:

Et cunicæ manicas & habent redimicula  
mittæ.

Recenset Zenodotus.

*Malum Hercules.*

Μῆλον ἠερκαλῆς. id est, Malum Hercules. Dici  
conueniet, vbi quis munuscula, quantūuis  
pusilla boni consulit. Apollodorus apud  
Zenodotū in libris De diis prodidit, apud  
Athenienses Herculi Alexicaco, hoc est, de-  
pulsori malorum, peculiare quoddam victi-  
mæ genus immolari solere. Cum enim eue-  
nisset aliquando, vt bos, quem erant mastu-  
turi, profugisset, malo arrepto subditis que  
ceu crurum vice quattuor ramis, additus itē  
cornuum loco duobus, bouis imaginē quan-  
dam representarunt, atque id ridiculū simu-  
lacrum vice bouis immolarunt Herculi,  
quæ quidem res in vulgi fabulam abiit. Idē  
est cum eo, quod ante retulimus: μῆλιος ἠερ-  
καλῆς. id est, Pomaceus Hercules, nisi quod

vnus vocalæ commutatione nonnihil im-  
mutatus est & vsus proverbi: nam illud de  
contempto dicitur, hoc de boni consu-  
lente.

*Manum habere sub pallio.*

MANVM habere sub pallio dicuntur, qui  
languent otio. Quintilianus libro duode-  
cimo damnat eos, qui nunquam comouen-  
tur inter agendum semperque manū, quod  
aiunt, habent sub pallio. Quapropter, in-  
quit, mihi falli multum videntur, qui so-  
los esse Atticos credunt tenues & lucidos &  
significantes, sed quadam eloquentiæ fruga-  
litate contentos, ac semper manum intra  
pallium continentes. Hactenus Fabius.  
Sumptum est a gestu rhetorum. Nam qui  
languent, manum occultant sub pallio,  
qui commoti sunt, proferunt: & agitatione  
manus brachii que pronuntiabatur ea que  
contentionis plusculum haberent. Subin-  
dicat hoc & Aeschines in oratione contra  
Timarchum, de sobrietate priscorum rhe-  
torum loquens: ὡς ὁ νῦν πάντες ἐν ἕβῃ τῶν  
τομῶν, τὸ τῶν χεῖρ' ἐξ' ἐμ' ἔχοντες λέγειν, τὸ τι τῶν  
ἑρῶν τι εἰδόμεν εἶναι, καὶ βύλα βῆν το αὐτο πᾶσι  
τῶν. id est, Itaque quod nunc omnes ex more  
facimus, vt inter dicendum manum ex-  
tra pallium habeamus, tum temporis confi-  
dentiæ tribuebatur ac verebantur id facere.  
Addit Salamine spectari statuam Solonis  
manum intra pallium habentis.

*In sinu manum habere.*

IN sinu manum habere, dixit Theocritus,  
tenaces & ad largiendum pigros. Sic enim  
ait in Charitibus:

Νερίκωνται δ' ἰσρῶ κερδ' ἔων  
Ρῆς δ' ἰσρῶ κίλπη κείρας ἔχων, πόθεν ἄντι-  
ται εἰ ἔρεῖ  
Ἀεῖρος. id est,

Lucricus cupidine victus

Inque sinu vnusquisque manus habet, il-  
lud & vnum

Spectat, qua ratione sibi aucta pecunia  
crescat.

Porro quod ait Scuola lib. Pandect. 21. Ti-  
tulo de probationibus: In sinu meo habui,  
pro eo quod est, in potestate mea clam ha-  
bui, magis pertinet ad illud quod alibi nobis  
dictū est, in sinu gaudere. Verba Caii sunt  
hæc: Titio centum do, lego quæ mihi per-  
tulit, quæ ideo ei non caui, quod omnem  
fortu-

fortunam & substantiam, si quam à matre susceperat, in sinu meo habui sine ulla cautione.

*Præmansum in os inferere.*

**M. TULLIUS** in Oratore suo, lib. 2. pro uerbi vice usurpat, præmansum in os inferere, pro eo quod est; rem in docendo nimis enucleate, nimisque frustulatim tradere. Quod facere quidam adsolent, qui velut ingenii auditorum diffidant ita nihil omitunt, inculcantes etiam minutissimas nugæ. Sumpsa est figura à nutricibus, quæ pueris adhuc edentulis cibum præmansum in os inferunt. Verba Tullii sunt hæc; Ego autem si quem nunc plane rudem institui ad dicendum velim, his potius tradam, adfiduis vno opere eandem incudem die noctuq; tundentibus, qui omnes tenuissimas particulas, atque omnia minima mansa, ut aiunt nutrices, in fantibus pueris in os inferant. Aulus Gellius Noctium Atticarum libro quarto cap. 1. etiam si locus hic deprauatus sit. Sic enim habent codices vulgati: Nam hoc quidem perungatum est, diffinitionem omnem ex genere & differetia consistere. Sed si item præmandere, quod aiunt, postulas, faciam fane id quoq; honoris tui gratia legendum videtur, Sed si idem me tibi præmandere, quod aiunt, postulas. Præmandere dixit, pro eo quod est, plus quam crasse explicare rem alioqui non difficilem, nisi si quis plane sit puer. Hoc adagii manet etiam hodie, cum aiunt: An non sat tibi data occasione esse. Num postulas, ut tibi præmandatur etiã? Non dissimile est huic, quod idem Cicero scripsit ad Atticum. Sed hæc hæcenus, ne videat περιμεμῆστος ἀλλ' ἄλλ' εἶναι. etsi nunc quidem maxima mihi sunt hæc. Et Græci μικρολογεῖν aiunt, pro eo quod est, circa minutula quempiam anxium esse.

*Mali thripes, mali ipes.*

**Κακά μὲν θρίπες, κακά δὲ ἰπέες.** id est, Mala qui dem thripes mala rursus ipes. De duplici malo dici solitum, ut non magni referat, utrum elegeris. Thris enim Græcis vermiculus est, qui lignis in nascitur, materiasq; vitiat. Ips item cornibus & vitibus infestus. Extat apud eundem Diogenianum.

*Mali bibunt improbitatis fecem.*

**Κακοὶ πίνουσι ποικρίας τῶν ἐμίχλων.** id est,

Mali bibunt iniquitatis turbidum.

Græcus versuculus videtur inuersione dictio num deprauatus, quod non raro nobis deprehensum est. Constabit hoc pacto:

Πίνουσι δὲ ἐμίχλων τὴν ποικρίαν κακοὶ, siue οἱ κακοὶ ποικρίας.

Dici solitum, ubi pœna maleficis digna meritis contigisset. Trãslatum apparet ab iis, qui vino limpido epoto, tandem ad fecem usque proueniunt. Itaque voluptatem ex malefactis perceptam dolor supplicii consequitur.

*Lydia more.*

**Λυδίᾳ νόμος,** id est, Lydia lege, siue Lydia cantione. Conuenit quoties ariolatur aliquis, & auguriis diuinationibusq; seruit. Hac enim superstitione Lydi laborasse feruntur. Adlusit ad harmoniæ genus quod Lydium dicitur. Nam & magorum preces, incantamenta vocantur & carmina. Meminit Diogenianus, & item Helychius, putans idem esse *λυδίᾳ νόμος*, ac si dicas *μυστῶ νόμος*, quod Lydi profecti sunt a Mysis, & ipsi diuinationibus deditissimi. Addit aliam causam, quod Lydi flammeis muliebribus soleant ornare capita, vnde quadrare videtur in effeminatos. At qui si nobis quoque diuinare liceret, Lydi carribus & equitatu valuisse leguntur, ita *λυδίος νόμος* idem erit, cum eo qui apud Suidam dicitur *καμάτιος νόμος*, siue *καμάτιον μέλος*, ita dictum quod primum inuentum sit de Hectore, qui curtu trahebatur, ut narrat Homerus.

*Lydi mali, post hos Aegyptij &c.*

**Λυδοὶ ποιροὶ, δούτεροι δ' αἰγυπτίοι,**  
**Τρίτοι δὲ πῦταιν κᾶρες ἐξ αἰγύπτου.** id est,  
 Lydi improbi, post hos secundi Aegyptij, Tertij; Cares perditissimi omnium.  
 Tempestiui iter ventur, si quãdo mali cum malis conferentur, & collatus cum sceleratioribus, ita demum minus illaudatus aliquis videtur. Velut apud Athenzum Antiphanes cum *ἰχθυόπλοας* fecisset omnium sceleratissimos, ita mecu excepit mensarios, his quoque nocentiores. Diogenianus.

*Lutum sanguine maceratum.*

**ΤΗΘΟΔΟΥΣ,** Gadareus Tiberij Cæsaris in arte rhetorica præceptor, perspicuus in eo adhuc adolescente scuitiam quãdam cum ingenij stupore coniunctam, inter obuiurgandum

ingrandum illum, subinde vocare solet: πηλὸν ἀμάτω συμπεφιρμένον, id est, Lutum sanguine maceratum, luto tarditatem innuēs, sanguine crudelitatem. Auctor Suetonius. Nō omnino dissimile, quod scurra quispiā Athenis iecit in Syllam: συκκίμων ἐστ' ὁ σὺλλας, ἀλφίτω πετασμένοι, id est, Morū est Sylla, farina variegatum. Quod enim Plutarchus dixit συκκίμων, interpres veritit morū. Notavit autem formam Syllæ in cuius facie alioqui candida, sublucebat rubor non per petuus, se d veluti maculis inspersis.

*Liberæ capræ ab aratro.*

Ἐλεύτεροι αἰγὲς ἀπὸ τρωῶν, Immunes capræ ab aratris. Hemistichium heroici carminis prouerbiale, dictum olim ab iis qui se ab onere quopiam, aut molestia liberatos gloriētur. Veluti si quis parasitus iactet, sclicitatem suam, quod ad reipub. munia non vocetur, cum ad nullam honestam functionē sit adpositus. Zenodotus auctor.

*Lis litem ferit.*

Ἐρεῖς δ' ἔριν ἀντιφουδύει. id est, At lis feritur de lite vicissim. Hemistichium est heroicum. Resecanda iniuria est, non retalianda. Alioqui quis erit recipiendi malis finis, si vicissim contumelia contumelias reddatur? Carmen extat inter præcepta Phocylidis, Πειθῶ μὲν γὰρ δ'νεκαρ, ἔρεῖς δ' ἔριν ἀντιφουδύει. Germanum illi, quod alio commemorauimus loco:

Δίκην δ' ἴκνην ἔτιπτε, καὶ βλάβην βλάβη. id est, Litem parit lis, noxa item noxam ferit.

*Lignum totum haud unquam rectum.*

Ἐίλον ἀγκύλον, ἄθε ποτ' ὀρθόν. id est, Numquam rectum tartile lignum. Hemistichium Heroici carminis est hoc. Distorta, prauaque ingenia, vix unquam ad bonam frugem traducuntur. Qui semel inueterauit in vitiiis, raro fit vt ad bonam mentem redeat. Effertur ad hunc modum: τὸ εἶλον σκαμβόλον, ἄθε ποτ' ὀρθόν, id est, Lignū prauum numquam rectum. Vsurpauit Galenus libro de pulsuum differentia quarto: ἰσκόνοισ μὲν ἄθε ἀποκρινόμενοι, πρὸς δὲ ἡμᾶς ἀντιθε λέγοντες τὸ τικωμικῶς, ὡς εἴτε τρεβλὸν ὀρθῶται εἶλον, εἴτε γεράνθρον μετατεθὲν μοχλύει, id est, Illis quidem nihil respondententes:

ceterum apud nos ipsos dicentes illud è comædia, quod nec tortum lignum fit rectū, nec arbor annosa, si transferatur, emittit stiones. Hic pro ἡμᾶς, excusum erat ὑμᾶς, pro γεράνθρον, γεράνθρον. Id admonuisse referebat, ne quis hanc scripturam contumperet. Posterius hoc prouerbiū ante recessuimus. Horatius metaphoram vnde ducta sit, ostendit:

Naturam, inquit, expellas furca, tamen usque recurrit.

Indicat enim ductam esse ab iis, qui furca admotā conantur arboris distortæ vitium emendare. Confirmat hoc & sententia prouerbialis:

Φύσιν ποικρῶν μεταβλάειν ἔξ ἀδύτων. id est, Ingenia praua vertere haud procliuē sit.

*Lesbus digna.*

Λεσβίαν ἄξιον, id est, Lesbiiis digna. De rebus irritis dicebatur, ob id, quod Lesbii ob vanitatem vulgo male audirent. Fortassis non male quadrarit & in sordidos atque impuros. Nam hæc etiam nota quondam illis iniusta est. Vnde λεσβίαν dictum, pro eo quod est, polluere & conspurcare, Aristophanes.

Μέλλασσαν ἠδ' ἄλεσβιαν τὸς ξυμπότας. i. Spurcabit, ac iam polluet conuiuium.

*Lemnia manu.*

Λημνία χερεῖ, id est, Lemnia manu, dictum est pro eo quod est, nefaria, impia, crudeli. Natum ab historia prouerbiū, quam alias retulimus in Lemnio malo.

*Lepus apparens, infortunatum facit iser.*

Φυκίς ὁ λαγὼς δυστυχῆς ποιεῖ τρέβης. id est, Inaufpicatum iter obuius facit lepus. Vulgo creditur etiam bis temporibus, oculum leporis omen esse parum felix, iter ingressis torqueri potest ad interuentum cuiuspiam, qui videatur incommodum ali quod adlaturus. Meminit Suidas.

*Lingua bellare.*

Γλῶσση πολέμιζεν, i. Lingua bellare dicuntur, qui magnifice conuitiantur, ac minantur hosti, sed cum tutū est. Sic enim Menelaus Grecorum ignauiam inculcat Iliados H. Ωμοὶ ἀπαλιτῆρες ἀχαιῶδες ἐν ἄχαιῶ. i. Heu Graiz neque iam Graii, tantumque minaces.

Adlusit

Adlusit huc & Vergilius in Aeneide :

· An tibi Mauors

Ventosa in lingua, pedibusque fugacibus  
istis

Semper erit?

Hęc enim Turnus in Dracem lingua pol-  
lentem in consiliis, alioquin imbellem. Idē  
Rutulos maledicos facit :

O verę Phrygię, neque enim Phryges .

Et tunicę manicas & habent redimicula  
mitrę .

Sic autem loquitur Hęctor apud eundem  
Homerum, Iliados v .

Κάκων ἐγὼν ἐπέεσσι καὶ ἀβανότοισι μαχομένοι,  
Εγχεί δ' ἀργαλέον ἐπειή πολλή φέρεται εἰ-  
σιν . id est,

Sane ego vel diuisi possim contendere lin-  
gua,

Verum hasta durum , multo quia viri-  
bus illi

Pręcellunt

Porro vera fortitudo neque maledica est,  
neque minax . id quod innuit Homerus  
Iliad. libro 5 .

Τοῦ δ' ἔτι προσέφη κορυβαίολος Ἴκταρ,  
Ἄλλα περιίξεν ἰλιχίμενος . id est,

Huic nihil omnino respondit belliger  
Hęctor,

Quin mage cominus insiliit,

Eteiusdem operis libro tertio fingit Grę-  
cos tacitos in pręlium ire :

Οἱ δ' ἀρ' ἴσαν σιγῇ μέγα πνεύοντες ἀχαιοί  
· Ἐν θυμῷ μεμαῦτες ἀλέξμεν ἀλλήλοισιν . id est,

Ast hiant taciti, vim spirantes Danaidę,  
Atque animo prompti auxilium sibi ser-  
uicissim .

Et Aristophanes in Nebulis :

Πράττων βυλβύλων καὶ τῇ γλώτῃ πολυμίζων, ἰ.  
Pescens consultans, & lingua pręlia mi-  
scens .

Dehis eleganter apud Liniu dictum li-  
bro ab vrbe cond. 7. In castris feroces, in acie  
pauidi . Apuleius verbo festiuiter nouato,  
verbigerari dixit, pro verbis digladiari . Et  
Hesychius indicat : γλώσσα πωιδας dictos,  
qui pro armis lingua vterentur . Hoc nomi-  
ne signari possent & qui aspidis venenū in  
lingua circumferunt . Heraclitus ad Her-  
modorum : ἐν τῷσ γλώτῃσ ἔχετε καὶ πλά αἵπε  
σιρακτες χρεματα . id est , In linguis habetis  
arma, posteaquam abstulistis pecunias . Cau-  
sidicorum ac rhetorum est : γλώσσας πολε-  
μίζων ἰδέ μάχεσθαι . id est , Linguis bellare

atque pugnare .

*Larus hians.*

Λάρος κεικνῶς, id est, Larus hians. Dicebatur,  
vbi quis audius inhiaret prędę . Est enim  
Larus aus auida, voraxque, quam eandem  
Γίτσι κέπφον appellant . Aristophanes in  
Equitibus :

Λάρος κεικνῶς ἐπὶ πέτρῃσ θυμαροῶν .

Quę Latine quidem commode reddi non  
possunt, Cleonem enim ob rapacitatem La-  
rum vocat, quod quemadmodum aus in  
scopulis obuerfatur, siquid piscium possit  
venari, ita ille versaretur in Reipublicę ne-  
gotiis administrandis, suum interim agens  
negotium . Plutarchus apud Athenęum li-  
bro Conuivialium tertio :

Στιδ' ἀρ' ἐπ' ἔδδόν ἰών, χιδδέν δὲ οἱ ἦν πα-  
ράσιτος

Χυριφῶν, πεινῶντι λάρω θρεβεῖ ἑοκάς . id est,

At vero adueniens in limine stabat

Chærepho parasitus ei vicinus, ani non  
Dissimilis, vulgo dicta est Larus, esuriēti.

Apud eundem libro octauo refertur hic tri-  
meter,

Ολοφάργος ὡσεῖ τῆσ λάρωσ εἶναι σύρος . id est,

Esse vti laros opsoniorum auidos Syros .

Larum Theodorus Gaza vertit Gaiam,  
cuius mentionem facit Plinius, inter mari-  
timas Halcyonem & mergum, lib. decimo  
capite trigesimo secundo .

*Late viuens.*

Λάθε βιώσας, id est, Falle viuens . Admonet  
adagium, in humili fortuna vitam esse fe-  
liciores iis qui obscure viuunt, & a publi-  
cis negotiis ita semoti, vt cum vita dece-  
sissent, nemo illos vixisse sentiret . Nam λά-  
θε βιώσας, ad verbum commode non potest  
reddi, verum hanc habet sententiam, quasi  
dicas, nemo te sentiat in vita fuisse . De hoc  
adagio recte dictum sit nec ne Plutarchus  
commentarium conscripsit, si modo non  
fallit inscriptio . Adlusit ad id Horatius :

Nec vixit male, qui natus moriensque fe-  
felit,

Id est, quem nemo sensit, nec prodeuntem  
in hanc vitam, nec excedentem e vita . Ad-  
lusit huc, ni fallimur, Quidius in libris  
Tristium :

Crede mihi, bene qui latuit, bene vixit &  
intra

Fortunam debet quisque manere suam .

Reccense.

Recēsetur apud Suidā prouerbii nomine.

*Labyrinthus.*

*Λαβύρινθος*, id est, Labyrinthum olim vocabatur orationem, aut rem quampiam vehemēter impeditam & inextricabile. Veluti si quis philosophiz studium Labyrinthum vocet, quod semel ingressis nullus vntquā sit exitus. Aut voluptatis studium Labyrinthum vocet, quod aditus ad eam proliuis, exitus difficillimus. Sumptum à Labyrintho Dzedali, quod antrum fabulæ ponunt in Creta, sinuosum & inexplicabilibus ambagibus inextricabile, in quo seruabatur Minotaurus. Dictum putat Suidas *περὶ τῶ μὴ εἶναι λαβείν*, id est, quod ostium non habeat, indicans & in garrulos ac nugaces competere, qui sermonis nullum inueniunt exitum, si semel garrire cœperint. Gregorius Theologus in epistola ad Eusebium Cæsariensem, torquet in versipellem: *ἐπισθὴ πρὸς ἀνδρα ποιῶμαι τὰς λόγους ὅτι ἀγαπῶντα τὸ ψεῦδος, καὶ τὸ ἐν ἐτέρω φρεσὶ πάττω ὄφειτατον, καὶ ὅτι μάλικα σοφοῖς πλέκται καὶ ποιήλοισ λαβυρίθους*, id est, Quoniā cum eo viro loquor, qui non solum non amet mendacium, sed & qui in alio possit quam ocellis deprehēdere, etiamsi vel maxime callidis varisq; labyrinthis inuoluatur. Huic non dissimilis erat Mæander. Id erat picturæ, genus ortum ab exemplo labyrinthorum cuiusmodi videmus & hodie in nonnullis pavimentis. Vitur Prudentius in carmine, cuius initium Cultor Dei:

O tortuose serpens

Qui mille per Mæandros,

Frondesq; flexuosas

Agitas quietæ corda.

Hinc & Mæandro Lydz fluuio nomen, qđ flexuosus erret.

*Labore laboriosus.*

*Πόνος ποικίλος*, id est, Labore laboriosus. Ipsa figura hyperbolen habet laboris immodici. Refertur à Suida prouerbii titulo: Hac forma Theophilus apud Athenicum h. 13. dixit de insigniter formosa & procera: *καλλὰ καλλίς, μὴ γέ βε μεγάλα, τέχνη σοφίς*, Quasi dicas, forma formosam, magnitudine magnam, arte artificem, siue sapientia sapientem. Extat autem apud Aristophanem in *Lysistrata*. Subest autem & iocus ob amphibologiam vocis. *ποιήσας* enim *Γρακίς* ut la-

boriosum ac miserum ita significat & malum astutumq;.

*Laciadæ.*

*Ὠλακιάδαι*, id est, Laciadæ, vulgatum conuittium in mœchos. Populus quispiam est Atticæ Laciadarum, tribus Oepeidis, apud quos ingens raphanorum copia. His autē vivebantur in adulteros deprehētos ludibrii causâ. Refertur apud Suidam.

*Laborem ferere.*

*Πόνος ἀσέρερον*, i. Laborē ferere, vulgo dicebantur, qui frustra laborarent, quali nihil fructus e labore reportaturi, præter laborem ipsum. Auctor Diogenianus.

*Labrax Milesius.*

*Λαβραξ μιλῆσιος*, id est, Labrax Milesius. In stolidum & auidū dicebatur. Labrax enim piscis genus lato oris rictu, vnde escam totam vna cum ære, faucibus corripit, atque ob id facile capitur. Vnde apud Plantum le noni Labracis nomen. Aristoteles hunc adnumerat inter eas, qui præda lanuatiq; viuunt. Lingua est ossæ, & adfixa, cor triangulum. Aristophanes apud Athenē lib. 7. labracem piscium sapientissimū appellat: *Λάβραξ ἔδ παντων ἰχθύων σοφώτατος*.

Apud Miletum Asiz ciuitatem prægrandes, & item plurimi Labracis esse dicuntur propter stagnum influens in mare. Gaudet enim hic piscis aqua dulci. Aristophanes in Equitibus:

Ἄλλ' ἔλαβρακίς καταφαγὼν μιλῆσις.

Χολοῦσιαις.

id est,

Haud cum lupos voraueris Milesius,

Facies tumultum.

Nam quidam hunc piscem esse putant, qui Latine Lupus dicitur.

*Lauxres peliam.*

*Λαύσας τὴν πελῖαι*, id est, Laues Peliam. Dictū apparat, vbi quis salutem pellicitus adfert exitum. Aut vbi quis prodesse conatus, ingens addit malum, Ductum à nouissima Peliz fabula, quem dum filia a Medea persuasæ student ad inuentam reuocare, lebeti feruenti impostum occiderunt. Fortassis non intempstituiter diceret, vbi quis falsa spe ductus inanem sumit operam. Veluti si quis arte, quam vocant Alchymicam fecerit,

fretus, sibi promittat futurum, vt è stanno fiat argentum, ex zre aurum. Refertur in adagiorum collectaneis, quæ Plutarchi feruntur nomine.

*Iterum atque iterum ad Pythum via.*

*Ἀγέις ἀν πύθωδ' ὁ δ' ὅς.* id est, Iterum atque iterum Pythum versus via. Dictum de iis, qui molesti sunt eadem de re iterum atq; iterum pereuclādo. Quemadmodum solent ignari viæ, quicunque obuium habuerint, de via rogare. Porro Pythus ciuitas. Apollini sacra, quæ visebatur a plerisque. Apparet è comœdia sumptum. Est enim hemistichium iambicum: verum ex qua non indicat Diogenianus, & nobis nō succurrit. Finitimum illi, ὁ δ' ὁ σκόρεινος, id est, Iouis Corinthus.

*Cum Delphis sacrificaueris, ipse carnes absumis.*

**PLUTARCHVS** septimo libro τῶν συμποσιακῶν, hunc senarium veluti prouerbialiter citat:

*Διλοφῶσι ἐτύσκεις ἄντυς δ' ἑνὰ κρέας.* id est, Carne ipse Delphis immolata vescitur.

Offendit dici solitū de iis, qui v. atis conuiuiis ipsi cibos adpositos deuorant, vt illis spectare tantum liceat, non vesci. In Delphicis enim sacris, is qui immolarat victimam, ea vescitur. Cōtra fiebat his sacris, quæ hecatæ inferebantur, ex quibus nihil redibat ad eum, qui offerebat, præter fumū & tumultum. Quamquam & in diuersum sensum accipi potest, vt intelligamus Delphicum sacerdotem nihil impertiri de vicima ei qui victimam dedit: ita fit aliquoties, vt edax conuiua, seu pluribus adductis edacibus vmbri, velut harpyis, cœnā oēm deuoret, esuriente qui vocatur. Adagium torqueri potest etiam ad illos, qui beneficio, qd alii dedisse videntur, ipsi fruuntur.

*Ἰσθμιάεν.*

*Ἰσθμιάεν* olim dicebantur, qui parum cōmo de, parumq; salubriter viuerent, propterea quod Isthmiorum ludorum tēpus morbis esset obnoxium, ob ingentem hominū conuentū. Meminit Suidas & Hesychius. Fortasse non absurde dicitur in hos, qui frustra conantur, propter Isthmi professionem à multis infelicitè tentatam. Qua de re dictum est nobis alibi copiosius.

*Hyperberetæa.*

*ὑπερβηρετάα.* id est, Hyperberetæa, dicebantur olim admodum serotina, quæq; vix tandem aduenirent. Apud Macedones extremus anni mēsis ὑπερβηρεταῖος appellabatur. Vnde quæ iu longum proferebantur, Hyperberetæa dicebantur, perinde quasi apud Latinos dicas decembria. Et ὑπερβηρεταῖοι, comperendinatores. Suidas existimat eum esse mensem apud Macedones, quem nos octobrem vocamus, quod tum sera sit ætas, & quæ tum proueniunt, post legitimum tēpus prouenire videantur.

*Vlyssis remigium.*

**HOMINIS** nequam & voluptatibus addictus Horatii in epistolis Vlyssis remigium appellauit, prouerbiali nimirum figura:

Remigium vitiosum Ithacensis Vlyssi.

Vt qui nec a Circes poculis temperant, nec a Lotophagis auelli potuerint, nec a Solis bubus abstinerint. Vnde Homerus *Odyssææ* primo:

*Ἀυτῶν γὰρ σφετέριμιν ἀταδάλεισιν ὄλωτο Νήπιον.*

Ipsorum siquidem vecordia perdidit illos Amentes.

Non dissimili figura dixit, sponso Penelopes, & Alcinoos, voluptarios & virtutis negligentes. Item alio loco Phæacem appellat, nitidum & bene curata cute:

Vt possim pinguis Phæacæ; reuerti.

De Phæacibus Homerus *Odyssææ* lib. 8.

*Αἰεὶ δ' ἡμῖν δ' ἄς τε φίλη κίθαρις τε χοροῖτε Εἶματα τ' ἔξημοιβὰ, λοετράτε τεμαῖ καὶ δ' ἰαλῶ.* id est,

Nos vero semper capitunt, citharæq; chorique,

Et variz vestes, & balnea calda, thoriq;

Idem de procis Penelopes, *Odyssææ* libro primo:

*Τῆστον μὲν ταῦτα μέλαι, κίθαρις καὶ αἰσὶν, Ρεῖ, ἐπι ἄλλοτρεῖον βίστον νηπιον ἰδ' ἔσθιν, ἰ-*

Istos sollicitant hæc, contentus, citharæq; Et facile, vt qui aliena sicut impune vorantes.

*Zaleuci lex.*

*Ζαλευκὸς νόμος,* id est, Zaleuci lex. De edicto mandatoq; plus satis rigido parumq; humano dicebatur. Zeleucus quidam Locrensis

fibus iis, qui vocantur Epizephyri, leges tu-  
 licacerbiores, quales feruntur & Draconis  
 fuisse leges apud Athenienses, vere Draco-  
 nis, ut ille dixit, non hominis. Non dissimi-  
 le illis: Manliana imperia, & Phalaridis im-  
 perium. Memini historiae Valerius Maxi-  
 mus lib. 7. cap. 5. Etenim cum filius Zaleu-  
 ci secundum ius ab eo constitutum ob cri-  
 men adulterii vitroque oculo carere debe-  
 ret, ac tota civitas in honorem poenā adole-  
 scenti remitteret, repugnauit aliquandiu,  
 postremo populi victus precibus suo prius,  
 deinde filii oculo eruto, salua lege, suppli-  
 cii modum temperauit.

*Zopyri talenta.*

**Ζωπύρης τάλαντα**, id est, Zopyri talenta. De  
 preclaris factis, magnoque estimandis. Hic  
 Zopyrus Darii regis amicus erat, qui sibi  
 nares & aures concidit, & omne corpus fla-  
 gris eruentauit, ut iis argumentis Babylo-  
 niis fidē faceret, se Dario male velle, a quo  
 tam immaniter esset acceptus. Itaque Baby-  
 loniorum ciuitatem ingressus, eam Dario  
 prodidit. Vnde Darium dixisse ferunt, se  
 vnum Zopyrum integrum malle, quā cen-  
 tum Babylonas capere. Et oblato malogra-  
 nato, tantum optauit sibi Zopyrorū, quan-  
 tum ibi granorum inesset, ut narrat Hero-  
 dotus libro tertio. Meminit Plutarchus in  
 apophthegmatis. Adagium recenset Zeno-  
 dotus.

*Vna scutica omnes impellit.*

**Μία μαστιγὴ πάντας ἐλάτνει.** id est,  
 Vna scutica incitat omnes.  
 Hemistichium Heroicum de negotio di-  
 cti, quod facile fietet, videlicet a promptis  
 omnibus, ac suapte sponte currentibus. For-  
 tassis apte dicitur & in bos, quos eadē causa  
 impellit, puta eadem spes lucri, studiū com-  
 mune, idem amor aut odium. Sumptū ab  
 aurigis. Auctor Suidas. Vsurpat Plutar-  
 chus in vita Lycurgi scribens urbem Lacc-  
 demoniorum: ἀπὸ σκυτάλης μίας καὶ ἡέ-  
 βωτος ἀρχισσων τῆς ἐλλάδος ἐκστῆς καὶ βυλο-  
 μένης, i. Scytala ac sago imperantem Græciæ  
 spontaneæ volentique.

*Tamquam Chalcidica nobis reperit vxor.*

**Ὡσπερ χαλκιδικὴ τέτοκεν ἡμῖν γυνὴ**, id est, Tam-  
 quam Chalcidica reperit nobis vxor. De ea  
 dicebatur, quæ liberos quam plurimos pe-

perisset. Tradunt heroinam quampiā fuis-  
 se nomine Combeni, cui cognomen fuerit  
 Chalcidi, quod prima arua zrea confecerit.  
 Ea viro coniuncta centum liberos eni-  
 xa dicitur. Sicuti proditum est in Euboicis  
 annalibus, & attestatur Aristus Salaminius.  
 Quidam ad Chalcidem Eubææ ciuitatem  
 referunt, quod e Chalcidensium officinis  
 ingens armorum æreorum & quadrigarū  
 vis prodiret. Stephanns enim ab officinis  
 æraris vrbi nomen additum putat. Vsur-  
 pare licebit, vbi significabimus, multum-  
 litium, bellorum, aut curarum alicunde  
 natum.

*His Medus non insidiabitur.*

**Τὰς ἐμῆς, ἢ φυλάξαι**, id est, Hæc Medus non  
 obseruabit. Cum Xerxes exercitum in Græ-  
 ciam traducere pararet, ut auctor est apud  
 Zenodotum Dicæarchus, Græci desperatis  
 rebus facultates suas absumpserunt, ne mul-  
 tum reliquum fieret, quod hostis tolleret,  
 ita dicentes, Hæc Mēdus non obseruabit.  
 Eaque vox in adagium abiit, vbi quis lar-  
 gius impenderet sua, ne venirent in aliorū  
 manus. Veluti si quis pecunias suas erogar-  
 et amicis, ut eas liberis turpiter absumptu-  
 ris subducatur, recte dixerit, ταῦτα ἐμῆς ἢ φυ-  
 λάξαι. Aut si cuius opulenti pecunias ex-  
 truenendis ædificiis absumat.

*In Orciculum incidas.*

**Ἀδὲς πρῶτῳ περιπέσεις.** id est, In Orciculū  
 incidas. Sermo perniciem & extremum exi-  
 tium imprecantis. Recensetur à Diogenia  
 no, cognitum illis: βῆλλ' ἐς κέρκακας. βῆλλ'  
 ἐς μακκρίον.

*Inuitus Iupiter nouit.*

**Ἄκων μὴ δὲ ζῆλος ἰδεν**, id est, Inuitus quidē Iu-  
 piter nouit. Vbi quis pollicetur qui ppiam,  
 sed inuitus. In quibusdam codicibus legi-  
 tur, ἄκων μὴ ὡς ζῆλος ἰδεν, id est, Inuitus tam-  
 quam Iupiter cognouit. At videtur & recte  
 quadraturum, vbi serius poenas dāt nocen-  
 tes, ut ad fine sit ei quod alibi referimus, ζῆλος  
 κατ' αἶθε χρόνιος εἰς τὰς διαβέβησας. Etenim qui  
 sero dat, aut punit, grauatiū id facere vi-  
 detur.

*Excubias agere, aut ditari.*

**Φερεῖν ἢ πλῆστῆν**, id est, Excubias oportet age-  
 re, aut diuitem esse. De iis dicebatur, qui  
 ampliter



ampliter facerent sumptus de alieno. Nam ut diuites, quibus ampla res domi est, large profundunt, ita milites non parcut opibus alienis, sed prodigunt gnauiter, & scelere partia perdunt sceleratius. Athenienses excubiis agendis insulares magno stipendio conducere solebant. Non dissimile illi:

Ἴππος μὲ φέρει, βασιλῆος μετρήσει, id est, Equus me portat, alit rex.

*Intra septimam.*

Ἐπτάς ἐβδομῆς, id est, Intra septimam. Subauditum. Edictum erat Athenis, ne ante septimum diem mensis, exercitum educeret. Recte sortassis utemur hoc adagio, quoties admonebimus mature, suoque tempore negotium adgrediendum. Meminit Zenodotus, Suidas & Hesychius, nec praeterea quidquam adscribitur. Vide, num adlusum sit ad id, quod alio retulimus loco, ἔβδομος βῆς, id est, septimus bos: &

Τὸν ἔβδομον βῆν ἡ σοφὴ προοίμια, id est, Et septimum venustus adagio bouem.

Quod pueris sextum mensem egressis fari nateus bos fingi consueuerit, qui lunæ primam apparentis cornua repraesentaret.

*In coryla gestatis.*

Ἐν κοτύλῃ φέρει, id est, In Coryla portaris. Suspicamur dictū de iis, qui arbitrio alieno, quo libitum esset, huc atque illuc ducerentur. Aut ubi quis indulgentius foueretur. Tractum est adagium à genere lusus puerilis, qui dictus est, ἐν κοτύλῃ. Huius meminit Iulius Pollux libro 9. de rerum vocabulis. Erat autem huiusmodi: Vnus quispiā redactas in tergum manus coniūgebat, stringebatque. Rursum alter impōsit in eas genibus tollebat, suis interim manibus oculos gestantis obtegens. Et ad hunc gestatum modum, ἐν κοτύλῃ portari dicebatur, quod manuum complexu gestaretur. Νὰ κοτύλῃ Græcis cum alia permulta, τὴν manus etiam cauam partem significat. Hunc Iulium Pollux ait aliis item vocabulis appellari, velut ἰνὸν ποῖδον & κνυσίηδον.

*In apes intrusisti.*

Ἐἰς μελίττα σε κίωσας, id est, In apes insilisti. Vbi quis praeter opinionem in ingens agmen, velut examen malorum immergitur, quemadmodū euenire solet iis, qui imprudentes in apum nidum incidunt. Circūquo-

lantibus & impetentibus vndiq; illis, & fugientem etiam insequentibus, haud facile discedit sine vulnere quisquis inciderit. Solent autem iuuenes comestabundi in conuiuium æqualium irruere, quemadmodum Alcibiades apud Platonem irruit in conuiuium Agathonis. Et Syrus in Adelphis de Demea qui se proripit in conuiuium filii. Abiit, comestatorem haud sane commo- dum praesertim Ctesiphoni.

*Orci galea.*

Ἐἰς ὄκος κωῦν, id est, Orci galea; dictitari solitum in eos, qui semet arte quapiam occultaret, Patremiam ad huiusmodi fabulā referunt. Acrisio de masculis liberis tollendis oraculum consulenti responsum est, ἐ Danae filia ipsius nasciturum filium, a quo occidendus esset: itaque territus æreum thalamum sub terraneum parauit, in quo filiam inclusam adseruabat, ne cum viro quopiam rem habere possit. Iupiter autem amore virginis correptus, in aurum trāsformauit sese, atque isa per impluuium in Danaes gremium illapsum, eam grauidam fecit. Natus est Perseus. Quod simulatq; rescisset pater, ipsam matrem vna cum infante, serinio inclusam in mare precipitem dedit. Porro serinio forte fortuna ad Seriphū insulam delato, Dictys sublatum ad se Perseum aluit. Polydætes autem Dictys frater, qui Seriphii imperabat, Danaen amare cepit. Verū Perseo iam adulto, non potuit ea potiri. Proinde conuocatis amicis, & inter hos Perseo, ait se velle certamen dicere super Hippodamiz Oenomai filiz nuptiis. Perseus autem existimans si cum Gorgonis capite pugnaret, neminem posse obsistere, praeter alia postulauit equos, ductuque Mercuriis ac Palladis peruenit ad Phorei filias, Memphedæ, Ennyo & Dino. Has aiunt statim natas anas fuisse, tum vnicum dumtaxat oculū fuisse tribus, vnicum item dentem, his vicissim inter se tres utebantur. Hæc cum Perseus abstulisset, reposcens illis, ait redditurū sese, si viam cōmonstrarent, quæ ad nymphas duceret. Erant his nymphis alata calaria, & cibis quæpiam, quam arculam seu peram putant fuisse. Habebant & Plutonibus galeā, quā qui gestaret, is quoscūq; voluisset videbat, ipse nemini cōspicuis. His igitur instructus Perseus, volucer iā ob talaria, sicuti diximus, ad Gorgonas, tres sorores, Euryalcæ,

Euryale, Stheno, Medusa, Erant his capita, draconum squamis obstita, præterea dentes maximi, suum instar, ad hæc manus & alæ, quibus per aera ferebantur. Aderat insuper ea vis, vt obuentes sese, in saxa verterent. Porro sola Medusa è tribus mortalis erat. Hanc igitur impetit Perseus. Et oculis defixis in clipeum æreum, per quem tamen ipsam Gorgonis imaginem aspiciebat, manū porrigens, quam Pallas in Medusam dirigebat, caput Medusæ defecuit. Aduolantes reliquæ duæ sorores, Perseum quidem insectuebantur, verum cum illum ob galeā Plutonis videre non quirent, retro abiere. Itaq; Perseus reuersus in Seriphum, Polydecten aggressus est, amicorum auxilium implorantem. Quibus ad regiam concurrētibus, Perseus Gorgonis ostenso capite, quotquot obtulerentur, in saxa vertit. Sublato igitur Polydecta, & Dicty in fratris locum instituto, Gorgonis caput Palladi dedit, galeā Mercurio, cumque hac peram ac talaria, ille rursum nymphis restituit. Reliquum fabulæ, quā longius prosequitur Zenodotus, quandoquidem ad enarrationē adagii nihil attinet, omittimus. Vtitur hoc Plato libro de Republica decimo, dicens semper honesta propter se sequi oportere, etiam si quis Gygis anulum, vel Plutonis habeat galeam.

Quibus ex verbis colligitur, eandem esse huius prouerbii sententiam, & illius, γυγς δ' ἀνύλας, id est, Gygis anulus. Vtrumque enim a simili fabula natum est. Proinde recte accommodabitur & ad eos, qui rara quadam felicitate quidquid volunt efficiunt. Cuius generis est etiā illud, virgula diuina. Vt vsus est Origenes libro primo aduersus Celsum hæreticum, declarans magis cōuenisse, vt Christus, in Aegyptum fugiens, subduceret sese Herodis insaniæ, quam si sub Plutonis castide latitās eundem sefellisset. Adagium manasse videtur ex Homero, apud quem Iliados quinto, Pallas sese Orci galea

tegit, ne videretur a Marte:

Ἰὼν μὲν ἄρης ἐν ἀριεργίᾳ φ' ἄρος, αὐτὰρ ἐπ' ἀδμήν. Δῶ αἰδώς κωέην, μὲν ἰδοῖ δ' ἔβριμος ἄρης. i. Ille quidē cecidit iugularis marte cæceto.

At se Orci texit galea Tritonia Pallas, Ne Mars hanc virtute insignis cernere possit.

Admonet interpretis prouerbio dici, ἐπιδύειν αἰδώς κωέην, i. induere Orci galeam, de homine qui occultis insidijs nocere molitur.

zur. Aristophanes ἐν ἀχαρίδιστιν, λέβει δ' ἔμυσ' ἐνικα πρὸ ἱερωνίμω, σκοταδ' αὐτοπυπὸ τέριχ' αὐτῶ ἀϊδώς κωέην, εἶτ' ἐξάνοιε μὲν κωέως τὰς τισίφω. id est, Meaq; causa sumito ab Hieronymo, Orci galeam hispidam nigrantibus pilis, Dein explicato dolos & artes Sisyphi.

In fermento iacere.

Ἐν τῇ ζύμῃ κείσθω, id est, In fermento iacere dicebantur, qui animo essent ægro, quiq; iracundia turgent. Plautus in Mercatore, Vxor tua in fermento iacet, pro eo quod est, intumescit ira. Idē in Cassina, Nunc in fermento tota est. Ita turgent mihi. Nota translatio. Fermentum enim & acorem habet & tumorem.

In eo ipso stas lapide, in quo præco prædicat.

CHRYSALVS seruus in Bacchidibus Plauti, senem irridens, quem argento defraudabat, O stulte inquit, nescis nunc venire te. Atqui in eo adstas lapide, vbi præco prædicat. Quadrabit, vbi quis præsens, videns, audiensque, tamen deluditur. Nam vendi etiam hodie vulgo dicuntur, quibus sit impostura. Quod autem meminuit lapidis, id traductum est a lapide quodam editiore, quem Romæ fuisse complurium auctorum testimonio constat, vnde præcones in auctionibus res venales nunciabant. Vnde M. Tullius vilissimos homunculos de lapide emptos appellat. De colono dictum est alibi.

Inu dolores.

Ἰνὸς ἀχι, id est, Inu dolores. Ino Cadmi filia, ex Athamante duos peperit filios, Learchum & Melicetram, præterea filiam Eurycleam, Athamas autem versus in insaniam, reliquos liberos arcu percussit, occiditque Ino vna cū Meliceta sese in mare abiecit. Et hanc quidem Megaras vndis adpullsam Megarense multo cum honore, exceperūt, iusta persoluentes. Leucothoe nomine commutato: illum vero Corinthio delatū, Corinthiū sepelierūt, & in eius honorem Isthmios ludos instituerunt: nomine item commutato vocantes Palæmonem. Hinc ortum adagium, vt intolercandum, & exanimantē, vt ita dixerimus, dolorem significantes dicent,

M m cccent,

cerent, ἵδης ἀχι. Nam Achos proprie dolor dicitur apud Græcos, qui prolixo obstupescit, suiq; sensum adimit homini. Melicrates Tyrius apud eundem Zenodotum, vnde hæc retulimus, fabulâ, quæ paræmiæ dedit occasionem, narrat ad hunc modum. Atha manti prius fuerat vxor Nephelè, ex qua duos sustulit liberos, Hellen & Phrixum. Hac defuncta secundam duxit vxotem Ino. Ea veluti nouerca tendens insidias Nephelès liberis, persuasit indigenis mulieribus, vt semina in terram iacienda prius frigerent, id est, adurent in sartagine. Ceterum vbi res male euenisset, neque quidquam isanus produxisset, Athamas in hac rerum angustia Delphos misit, qui consulerent oraculum. Verum Ino legatos muneribus corripuit, vt domum reuersi dicerent, respōdis se deum, ita demum penuriam annonæ depellendam, si Hellen & Phrixum occidisset. Itaque persuasus Athamas, Phrixum & Hellen ad aram admouit immolaturus. Verum dii miseri, aurei velleris ariete vectos illos per aera sustulerunt. Et Helle quidem cum sese in arietis tergo non satis teneret, delapsa est in mare, quod ab ipsa Helle Ponticū appellatur. Phrixus autem in Colchicam regionem incolumis delatus est. Athamas ira deorum in rabiem versus, Inus liberos aggressus est, quemadmodum modo demonstrauimus.

*In omni fabula & Dædalī execratio.*

Ἐν παντὶ μύθῳ καὶ δ' αὖθ' ἄλλ' ἄνθρωπος, i. In omni fabula & Dædalī execratio. Quadrat in auctores atrocium facinorū, aut ingentium calamitatum, vt frequenter illorum incidat mentio, sed non sine detestatione. Tradunt ab horum fabula. Pasiphae regina Cretæ, tauri amore capta, Dædalum exorauit, vt sibi vaccam ligneam ad proximam veræ vaccæ simulationem effingeret. In hac inclusa mulier, e tauro concepit, ac Minotaurum monstrum abominandum peperit. Minos autem certus de causis iratus, Atheniensibus indixit, vt quotannis septem virgines, & totidem adolescentulos mitterent Minotauro obiciendos. Horum omnium quoniam Dædalus causam dedidit videretur, in eum vulgo dira imprecabantur, vnde res in proverbium abiit.

*In parte vel ignem prædatur aliquis.*

Ἐν τῷ μίσει τῆς καὶ τῆς σκλάβου, id est,

Prædatur aliquis per vices ignem quoq;. Suidas admonet dictum deus, qui parum æqua referunt in commune. Cum enim res communis commissa fuerit manibus vnus aut paucorum, maxima pars spenes eos hæret, qui diuidunt. Quid enim non prædatur qui prædatur ignem? qui sic est natura cōmunis, vt ipse nihilominus possideas, posteaquam & aliis fuerit impartitus. Amicitia facit omnia communia, verum vbi ventum est ad partitionem, quisque studet quod potest rapere. Nescimus an scribæ vitio pro σκλάβου, deprauatum σκλάβου, vt pertineat ad ænigma Pythagoræ.

*In nihil sapiendo iucundissima vita.*

Σοφὴ οὐκ ἔστιν ἰν Αἰακῆ μάστιγι φορῶν, sub persona Aiæcis, qui iam ab infamia reliquerat:

Ἐν τῷ φρονεῖν γὰρ μηδὲ, ὄψις βίος.

Τὸ μὴ φρονεῖν γὰρ κατ' ἀνάδ' αὐτοῦ κακόν. i.

Suauissima hic est vita, si sapias nihil.

Nam sapere nil, doloris expertus est malum. Hanc sententiam docti citant prouerbii loco. Contentaneum est autem, vulgo iactatum fuisse, vel eius argumento fabulæ, quæ Horatii narrat de quodam, Argiuo qui felicitus existimaret insanire, quam sapere & ringi.

Pol me cecidistis amici,

Non seruastis, ait, cui sic extorta voluptas, Et demptus per vim mentis gratissimus error.

Huic concinit illud Ecclesiastæ dictum: In multa sapientia, multa indignatio. Er: Qui addit scientiam, adiiciet & laborem. Heracles Ponticus apud Athenæum auctor est, Træsyllum Axonensem Pythodori filium hoc insanæ genere correptum fuisse, vt existimaret naues omnes quæ in Pireuni appellerent suas esse, eas appellentes summam cum voluptate recipiebat. Soluentes dimittebat, ac prosequiebat, in summa felicitate, perinde quali tantarum rerum dominus. Si quid perisset, non requirebat: si quid esset incolume, vehementer gaudebat, aliis iactans suam fortunam, donec Crito frater e Sicilia reuersus correptum hominẽ traderet medico, Ceterum is ad se reuersus, negauit vniquam suauius vixisse sese, quàm cum eo mentis errore teneretur. Siquidem

cum tantum adesset voluptatum, nihil vquam sensisse molestiæ.

*Ignem palma.*

Ἐν πελάμῃ, i. ignem palma, dici solitum, si quando proximus aliquid intellectum esset a quopiam, vt si scommate dicto, statim sentiat aliqui in se dictum. Sumptum videtur ab iis, per lusum ignem admouent matibus alienis, qui subito sensu excitati resistere solent, risumq; mouere spectantibus.

*Sub cultro liquit.*

Sub cultro linguæ dicitur, qui in præsentaneo periculo deseritur. Sumpta metaphora a victima, quæ iam iam ferienda sub cultro esse dicitur. Confine illis, inter sacrum & saxum, inter malleum & incudem. Hora tius in Sermon.

• Fugit improbus, ac me

• Sub cultro liquit.

Non admodum abludit hinc Aristophanicum illud: ἐν ἄχαρῶσιν.

Ἰπὲρ ἐπίφνης δελίσμα τῷ κεφαλῆν ἔχωρλέγει, id est,

• Sum paratus verba facere, caput epixeno admouens.

Est autem ἐπίφνης, truncus, in quo coqui seant carnes. Est in eadem fabula multus deinde iocus in ἐπίφνης. Conuenit in eos, qui periculo capitis parati sunt adfirmare quidpiam.

*Foras habet vitas, vt pastorum case.*

Τὴν θύραν ἔχει τετραμιμένη ὡσπερ ἄποιμοναι, i.

Ostium habet tritū, vt sunt case pastorum.

Ironia prouerbialis in homines inhospitales, aditu difficiles, sibi viuentes, semper occlusis foribus, quod pastores procul ab hominum commercio semotos vix vniquam quisquā internisat. Meminit Diogenianus.

*Apio opus est.*

Τὸ σελίξ δ' ἄταις, i. Apio est opus. Ita loquebantur, quoties morbum capitalem innuebant, & vitæ periculum imminere. Nam olim monumenta defunctorum apio coronabantur. Plutarchus in Symposiacis: καὶ τὸς ἐπισφαλῶς νοσοῦντας δ' εἶδαι τὸ σελίξ φασιν. i. Et qui periculose ægrotant, iis dicitur apio opus esse. Idem prouerbii meminit & causam, addit in vita Timoleonis. Subest, autem adagio iocus, adludens ad co-

ronas victorum, quæ ex apio fiebant, præsertim in ludis Isthmiis, teste Diphilo apud Athenæum lib. sexto:

Ἐρεῖ τῶν σελίων μαχόμεθα ὡσπερ ἐδύμοις. i. Super apio certamus vt solet Isthmiis.

*Ialemo frigidior.*

Ἰαλέμω ψυχρότερος, id est, Ialemo frigidior. De cantione oratione, argumento, ioco aut eiusmodi re quapiam supra modum frigidam, recte dicitur. Quidam aiunt Ialemon, lugentis vocem fuisse. Nam Ἰαλεμίειν Greci dicunt pro complorare. Euripides in Troadibus Ialemon accipit, pro euolatione & luctu: οἷος Ἰαλέμος, οἰκτεπένης, Δακρύατ' ἐκ δακρύων καταλείβεται. Ημετέροις δὲ ἴμοισι, id est, Qui euolatus, quiq; luctus, lacrymæque super lacrymas distillantur in nostris edibus.

Et Aristophanes apud Athenæum, grammaticus opinatur, in dictionibus Atriciis, ἐν γάμοις, inquit, ὑμέναος: ἐν δὲ πένησιν Ἰαλέμος, id est, In nuptiis Hymenæus in luctu Ialemus. Alii tradunt Ialemon Callipos fuisse filium, infelicem, nulliusq; precii hominem, præsertim in cantu supra modum frigidum, vnde Ἰαλέμω ὄδην, id est, Ialemi cantilenā, pro frigida dicitur ac miserabili. Martiali item iocans in oratore quendam frigidum ait, illum vnum idoneum esse, Qui Thermas refrigeret Neronianas. Helychius indicat & hoc pacto efferri prouerbiū Ἰαλέμω οἰκτότερος, id est, Ialemo miserabilior. Idem indicat Ἰαλέμος dici, quod nullius sit precii, quemadmodum Latini nennias appellant, cum ea vox proprie sonet lugubres cantiones.

*Humi hauris.*

Καμολαὶντῶς, i. Humi hauris. De inaniter laborante dicebatur. Nihil est enim quod a solo haurias, hoc est, ab imo putei fundo, si is siccus sit. Apparet dici posse quoties exhausta copia, non multum superest quod haurias. Zenodotus meminit.

*Humi serpere.*

Ἡμῖτ' ἔρπει oratio, quæ pressior humilior. quæ est, quam oportet, semper quasi iacens, numquam adsurgens. Horatius:

• Nec sermones ego malle

• Repentes per humum, quam res componere gestas.

Idem in Arte poetica:

M m 2

Serpit

Serpit humi tutus nimium, timidusque procellæ.

Quod quidem aut a nauigantibus translatum est, aut ab iis, qui procumbentes in terram ita reptant, ne erectos turbo ventorum auferat. Gregorius Nazianzenus in oratione contra Eunomianos deflexit ad homines, ostendens non esse cuiuslibet de rebus diuinis disserere: *ὁ παυτὸς ὄχρῳ τὸ πρᾶγμα ἔωρον, καὶ τὸν χαμαισχομένον*, id est, Non est cuiusuis nec adeo vilis res, atque humi gradientium. Quamquam nihil vetat, & hic res aut actiones intelligi vulgares humilissimæque. Simillimum est huic, aut fortassis idē quod habet Pindarus in Olympiis, *ὅτοι χαμαιπετέων λόγων ἐφάψη*, Haud quam sermones humi reptantes attingas. Item in Pythiis, *χαμαιπετέος δ' ἄρε' ἔπος ἔκ' ἐπέφην*, id est, Humile vero verbumi nõ effutiuit. Sumpsisse metaphoram videtur ab auibus haud procul à terra subuolantibus, quod idē Pindarus tribuit graculis: *κολοιοὶ ταπεινὰ νέμονται*. Vt huic respondeat, Aquila in nubibus.

#### Holerum adpositiones.

*Αἱ τὸν λαχάδων προδίκαι*, i. Holerum addita-  
menta. De re nullius momenti. Sumptum videtur vel ab holeribus adpositis in mensa. vili nimirum cibo, vel auctariis holerū, quæ non numquam emptores fordidi ac te-  
nues requirunt. Auctor Diogenianus.

#### Ficilis homo.

*Κεράμιος ἄνθρωπος*, id est, Homo fictilis, id est, mollis, imbecillus, fragilis. Ductum à vasis testaceis, quæ facile conuiuuntur. Finitimum illi: Homo bulla. In quibusdam codicibus legitur, *κεραμῖος ἀνθρώπος*. In nonnullis, *κέραμος ἄνθρωπος*. Quorum postremum nobis magis aridet. Ceramens enim figuram sonat, ceramos vas fictile. Sic & ficulnū hominem dicimus, ferreum, cereum, quernum, adamantinum. Contra quod eximiū videri volumus aureum dicimus. Inde illud poetis frequens, *χρυσὴ ἀφροδίτη*, id est, Aurea Venus. & *τῆς δικαιοσύνης χρυσὸν πρόσωπον*, & *χρῆστον ὕμνατος δίκας*, id est, Iustitiæ vultus aureus, & iustitiæ oculus aureus, vel ex Pindaro, ni fallimur, refert Athenæus lib. 12. Idē hodie quoq; aurea verba gemmeos mores dicimus, M. Tull. Academiarum quaestione lib. 2. de libello loquens,

quem Crantor scripsit de luctu: Est enim inquit, non magnus, verum aureolus, & ut Tiberoni præcepit Panætius, ad verbū ediscendus libellus. Quid quid autē vile, *κεραμεῖν* siue *κεραμεῖν*, dicunt Græci. Ita Paullus homines appellat vasa fictilia: *ἐχομεν δὲ τοὺ ἐν σαρκεῖ τὰ τοῖ ἐν σκλίσειν δ' ἑρακίνοισ*. M. Tullius actione in Verrem sexta: tum illos cepisse prætori dicere, putasse se id quod audissent alicuius precii scyphos esse Pamphili, Luteum negotium esse, non dignū quod in suo argento Verres haberet. Et alicubi Luteum hominem appellat, cōtempnū nulliusq; precii, interdum ipsum Luteum.

#### Hipparchorum tabula.

*Ἰππάρχων πίναξ*, i. Hipparchorum tabula. De di conueniet, quoties haud impune futurū significamus, si quid peccetur. A Syracusanis natum adagium. Apud hos enim mos erat, ut Hipparchi, hoc est, equitum præfecti in tabellis describerent militum nomina, qui ordinem deseruissent. Meminit Zenodorus. Helychius indicat, apud Lacedæmonios Hipparchum dici, qui iuuenibus præfectus esset. Is in tabula notabat eos, qui quidpiam indecore fecissent.

#### Heteromolia causa.

*Ἐτερομόλιος δίκαι*, i. Causa Heteromolia, dicitur apud Græcos, quæ ab altera duntaxat agitur parte, nullo presente qui contradicat, *ἀπὸ τῶ τὸν ἕτερον μολειν*, i. Quod alter duntaxat accedat. Simillimū illi, *ἐρημὸν δίκαι*, i. Deserta causa. Vsurpabitur non ineleganter, ubi quis damnat absentem, recte *ἐτερομόλιον δίκαι*, quis dixerit. Apud Helychium sic effertur *ἐτερομόλιος δίκαι*.

#### Harmodij cantilena.

*Ἀρμόδιος μέλος*, i. Harmodii cantio: De lugubribus ac trilibus dicebatur. Simillimum illi, *ἄδμητος μέλος*, id est, Admeti melos. Aristophanes cum aliis aliquot locis, cum in tabula, cui titulus, *ἄχαρνας*.

*Οὐδὲ παρ' ἐμοῖ ποτε τὸν ἀρμόδιον ᾄσεται*, i. Nec vnquam apud me carmen Harmodium canet.

Interpres indicat, cantilenæ genus fuisse, quod in compitis cani consueuerit in Harmodiū & Aristogitonē quod hi Pisistracidarum tyranni dē iustulissent. Eius carminis hoc erat initium, *φίλτατα ἄρμόδι*, ἔτι πιστέω

κας, id est, carissimam Harmodi haud quam mortuus es. Refertur à Suida ac Diogeniano.

*Haud canit paternas cantiones.*

Ὁὐ πατρῴικα ἀνλεῖ μέλι, i. Haud paternas canit cantilenas. De eo iactatum, qui à paternis moribus degeneraret. Solent liberi maiorum suorum cantuiculis, quas admodum pueri didicerunt, delectari. Terentius in Adelphis: Pol Aeschino haud paternum istuc dedisti.

*Non certatur de oleastro.*

Ὁὐ φύλας δ' ἀγῶν, id est, Hoc certamen non est oleastro. Quoties non de nugis, neque de gloria aut corollis, sed de re seria ac pecunia ageretur. Si quidem in plerisque certaminibus victoriæ præmium erat oleagina, aut quærna, aut alioqui frondea corona. Meminit Diogenianus.

*Hasta caduceum.*

Ἄδρου κερύκεον, i. Hasta caducem: Dicitur solitum, quoties aliquis simul & minaretur, & ad concordiam inuitaret. Ex oraculo natū, quod huiusmodi fertur:

Ἄνδρες γειφυράω φίλος οἶκος id est,

Viro Gephyræo grata est domus.

Admoniti erant Gephyræi, vt sequentes Atheniensium exercitum; vbi illos defessos conspicerent, ibi manerent. Itaque cū Athenienses ab Eumolpo oppugnarentur, ad Tauragram iter instituerunt, hac specie, vt dux caduceum præferret, iuuentus armata a tergo consequeretur, vt simul & pacem petere viderentur, & ad bellum nihil segnus parati, si quis lacesteret. Recēset Suidas, & meminit Polybius libro historiarum 4. Legatum, inquit, ad Byzantios Artidicen miserē, & cum eo Polemoclem cum tribus triremibus, volentes id quod est in proverbio, hastam simul & caduceum Bizantiis mittere. Simillimum est huic quod eleganter vsurpauit D. Hieronymus, Scuto pacem petere;

*Gallorum incisare ventres.*

Ἀλιεθῦνών με φάσσα κοιλίαν, id est, Gallorum incisare ventrem. De edacibus, ac luxu multum abfumentibus facultatū. Huic enim animanti venter mirifice calidus, ita vt omnia statim concoquat. Aristophanes in Vespis.

Ἀλιεθῦνών με φάσσα κοιλίαν ἔχον.

Ταχὺ γὰρ καταπέφει τειλέθῦριον. id est,

Mihi dixerat ventrem esse gallinæ,

Velociter enim cōcoquet hoc argentulū.

Hoc genus homines, Græci dicunt καταπέφειν τῷ θόσῳ, i. deuorare substantiā, id enim est atrocius, quam καταφαγεῖν. summam autem profusionem ac cellerrimam indicant verbo ἀφαίξεν, i. sic absumere, vt nusquam appareat vestigium. Vitur his omnibus, sed postremo frequentissime Aeschines in Timarchum, πάντ' ἠφαίξεν.

*Ardens vestis.*

Ἄϊθεις πέπλος, i. Ardens vestis, siue quemadmodum in aliis legitur exemplaribus, ἄθεις ἐν πέπλῳ, id est, Incensus in veste. Zenodotus prodidit dici solitum de iis, qui seditio nem mouerent, calumniasque sererent. Existimatur autem adagium natum a veste Nessi Centauri sanguine insecta, quam à Deianira missam cum induisset Hercules, incensus igni sacro perit. Porro fabulam idem recēset ad hanc ferme sententiam. Reliquis Centauris expugnatis ac confectis ab Hercule, Nessus vnus omnium suffugerat. Is peruenit ad flumen Euenum, & in eius ripa versans, solitus est adeuntes transmittere. Deinde euenit, vt Hercules in Trachinē ad Ceycem, vna cum Deianira proficisceretur. Posteaquam igitur ipse iam fluiuium transmississet Nello mandauit, vt Deianiram transferret. At is inter transuehendum, vim cœpit adferre mulieri. Quod simulac Hercules intellexerit, videlicet illa vociferante, Nessi præcordia iaculo perforat. At is sentiens letale vulnus, neque se posse mortem effugere, mulierem accessit: si vis, inquit, tibi amatorii efficacissimum parare, quo possis Herculem inflammare in amorem tui, & si quando deperibitaliā, in tui cupidinem reuocare facillimum meo sanguine perungas. Atque ea persuasa, Nessi sanguinem è vulnere fluentem apud se seruauit. Itaque postquam Trachinē aduisset, ac rursus inde profectus Oechaliā adortus ciuitatem cœpisset, reliqua populatū, Iolen puellam captiuam secum abduxit. Immolaturus autem Ioui parenti victimas ob res bene fortunatas, ad Deianiram mittit, iubens vt sibi vestem aliquam magnificam mitteret. Illa certior facta de Iolis, raptu, veritatem ne Hercules

M m j illam

illam pluris quam sese faceret, ut est, zelorum mulierum genus, vestem Nessi cruore tinctam, imbutamque mittit, phyltrum semittere rata. Hanc indutus Hercules, rem diuinam pergit. Ceterum ubi calefacta veste, venenum excitatum: corpus grauius aduere cœpisset, auellere conatus est, verum iam ita penitus adhaererat, ut non sine carnis ipsis reuelli posset. His itaque malis disercuciatus Hercules, in Thrachinem deducitur. Interim illa, cognitis his, quae acciderant, suspensio spontaneam mortem sibi consciuat. At Hercules iussit Hyllo, nã huc ex Deianira sustuleat natu iam grandem, Iolen duceret uxorem. Quo factio, in monte Oera rogum extruxit, eumque conscendit. Porro cum illo iubente, nullus ex Herculis conuitibus auderet ignem subdere, videlicet metu contagii, pastor quidam forte reperi- tus, qui ignem immitteret, atque huic officii primum sua tela dono dedit. Ardente iam rogo serunt nubem non sine tonitruo ob- plisse Herculem, atque ita sublatum ad deo- rum consortium. Adagium referri non ab- surde poterit & ad vestem illam, quã Medea venenis imbutam, Iasonis nouæ nuptæ do- no misit: quidam existimant nephtha in se- ctam fuisse. Itaque admotis vndique ex nuptiarum ritu tedis, flamma transiit, pa- riter & puellam & patrem auxiliari cupien- tem excussit. Huius rei mentionem facit Eu- ripides in tragœdia, cui titulus Medea.

*Senectus leonis præstantior hin-  
nulozum iuuenta.*

Ἦρεξ λείοςτος κρείσσος ἀκμαίαν νεβρῶν, i. Leo senex vigente potior hinnulo. Citatur a- pud Stobzum ex Hippothoonte poeta. Senectus viri fortis ac strenui præstantior est iuuenta quorundam ignauiorum & imbe- cillium iuuenum. Venustus fiet, si longule transferatur. Veluti si quis ingenium docti senis & exercitati præferat ingenio parum eruditi iuuenis. Dicitur non inepte & in senectutem crudam, viridemque, in animiq; viribus adhuc pollentem, in quam compe- tet illud Euripidis ex Ione:

Τὸ τε ποδὸς μὲν βραδύ, τὸ δὲ οὐχὶ ταχύ. i.  
Tardus quidem pes, animus est velox ta-  
men.

Eodẽ pertinet illud eiusdẽ in Andromacha,  
Πολλὰν νιῶν γὰρ, καὶ γέρον ὀψυχος ἢ  
κρείσσων. id est,

Gnauus senex & iuuenibus compluribus  
Præstat, Aristophanes alicubi:  
Εγὼ τὴν μὲν νομίζω γίγας εἶναι κρείττον, ἢ πολ-  
λῶν κινίους νιωνῶν, id est,  
Meam senectam præferendam existimo  
Complurium comis adolescentium.

*Nudior paxillo.*

Γυμνότερος παπίλλῳ, id est, Nudior paxillo:  
De extremæ paupertatis homine dicebatur  
hæc hyperbole. Nam paxillis corticem quo  
que detrahimus.

*Herculei labores.*

Ἡ Ράκλειος πόνοι, id est, Herculei labores, bifa-  
riam accipiuntur, partim plurimi atque  
ingentes, quique vires desiderant Hercula-  
nas quemadmodum vsurpauit Catullus:  
Sed te, inquit, querere iam Herculis la-  
bos sit.

*Item Propertius:*

Deinde ubi pertuleris, quos dicit fama  
labores

Herculis: Ac rursum alibi:

Non labor Alcideæ.

M. Tull. lib. de Finib. 2. At eũ de omnibus  
gentibus optime merere, cum opem indi-  
gentibus salutemque ferres, vel Herculis per-  
peti ærumnas. Sic enim maiores nostri labo-  
res non fugiendos tristissimo verbo ærum-  
nas etiam in deo nominauerunt: exigerem  
ex te &c. Partim Herculei labores dicuntur,  
qui sunt eiusmodi, ut aliis quidẽ maximis  
adferant commoditates, ceterũ auctori suo  
nihil ferme fructus adducant, præter ali-  
quantulum famæ, plurimum inuidiæ. Idque  
ita fato quodam accidisse putant, quod  
τε τῆσδ' ἡ γενεῆσιν, id est, quarta natus luna  
credatur, sicut alio dictum est loco. Home-  
rus poetico more causam in Atendeam &  
Iunonem reuocat, quæ infesta Herculi, tam-  
quam ex pellice nato, periculis omnibus il-  
lum obiecit. Celebrantur igitur, atque etiã  
enumerantur à poetis Herculei labores:  
quorum omnium longe difficillimus ac ma-  
ximus hydra Lernæa, malum pertinax, ac  
propemodum inexpugnabile illi, qui iam  
omnia deuicerat. Cuius symbolo veteres  
inuidiam exprimere voluisse, satis indicat  
Horatius in Epistolis, cum ait:  
-Diram qui contudit hydram.  
Notaque fati portenta labore subegit,  
Cõperit inuidiã supremo sine domadã.  
Con-

Consuevit enim hæc teterrima pestis pulcherrimorum facinorum esse comes, eximiamq; virtutem non aliter, quam vmbra corpus assequi, vt appositè dixerit Iosephus in opere De Iudæa capta : *αμύχανον δ' ἐν δὲ πρῶτῶν φθῖον διαφυγῆναι*, id est, Nulla ratio nefieri potest, vt in rectè factis effugias inuidiam. Quis enim vmbra effugiat inuidiæ, nisi pariter & virtutis lucem effugerit? Cohærent inuicem hæc duo, ac rem omnium optimam res omnium pessima comitatur. Proinde Prindarus videtur non sine caussa scripississe:

*Τὸ δ' ἄχυνμα φθῖον ἀμειβομένον τὰ καλὰ ἔργα.*

Grauitè & indigne ferens, nimirum quod est indignissimum, præclara facta inuidiæ præmio pensari. Neque vero parum cõcinnè veteres illi videntur inuidentiæ symbolum Execretæ tribuisse. primum palustri malo, quod quemadmodum tradunt etiam naturalium caussarū vestigatores, magis huic morbo sint obnoxii, qui humili abiectiq; animo præditi sunt, sunt autem, quibus sanquis inest frigidior, Eamq; ob causam & apud Naslonem:

• Inuidiæ domus est in vallibus imis  
Abdita, sole catens, non vlli peruia vento,  
Tristis, & ignaui plenissima frigoris, &  
que  
Igne vacet semper, caligine semper abundet.

Neque vero cum simplici portento res, sed centum armato capitibus, quorum si quis vnum aliquod execuerit, in eius locum pro tinus duo suppullulent. Ea videlicet inuidentiæ natura est, vt si contra lucteris, magis ac magis irrites: si quãdo coneris splendore virtutis opprimere, tū insurgat actior & intumescat. Hic si recidas, illic maior aboritur. Carptim extingui non potest, vix tandem obruitur. Verum id per paucis contigit, ac vix etiam ipsi Herculi. Quamquã enim liuor velut ignis, alta petit, est tamen omnino aliquid vsque adeo perfectum & illustre, vt eo non possit attingere. Quo loci peruenisse sese gloriatur Horatius, cum ait:

Inuidiaq; maior. Ac rursus alibi:  
Et iam denteminus mordeor inuido.  
Iam vero quid aliud est, quod obrectatores isti clancularii solent in eos euomere, qui pulcherrimis sudoribus orbi prodesse co-

nantes, præclarum aliquid moliuntur, quãmerum virus, ac venenum plusquam letale. Quandoquidem generosis & excelis animis sua fama quam impetunt isti, non paulo carior antiquiorq; solet esse, quam ipsa vita.

*Effugi malum, inueni bonum.*

*Εφυγὼν κακὸν, εὗρον ἄμεινον.* id est,  
Euasi mala, sum nactus meliora.  
Hemistichium prouerbiale, dici solitum, si quando fortuna lautior cuiuspiam contigisset. Natum autè à ceremoniis nuptialibus. Nam Athenis mos erat, vt in nuptiis puer quispiam induceretur vndiq; spineis frondibus, & quernis glandibus opertus, coronatusq; eunas gestans panibus impleas. Dicebat autem hæc:

*Εφυγὼν κακὸν, εὗρον ἄμεινον.*

Ea vox bene ominabatur sponso sponseq; tamquam ad meliorem vsque fortunã profecturis. Malū enim vocabat spinas & glandes, panes bonum, propterea quod steriles spinæ, iuxta prouerbium, quod alio posuimus loco, *ἄσπῳ ἄκων βαί*. Et glandibus victabant agrestes illi prisca, iuxta illud, *ἄλλος βίος, ἄλλο δ' ἵατα*. Reperto frumentorū vsu, glandium elus fastidiri cõceptus. Demosthenes in oratione pro Ctesiphonte significat id dici solere ab iis qui initiabantur, cum peractis iniuriis, quibus agitabantur ante mysteria, iam ad honorem initiationis admitterentur. Nam Aeschyni obicit, quod noctu ministrans initiandis, absterse luto iussit eos dicere:

*Εφυγὼν κακὸν, εὗρον ἄμεινον.*

Aristophanes in Pluto:

*ἔπατα πλετῶν ἐκ' εἴθ' ἡδ' ἔταια φακῆ* id est,  
Vbi diues est, haud lente gaudet amplius.  
De iuvene, qui nactus Plutum fastidit anum, cui pauper morem gesserat. Diuersum est huic, quod Iulius Pollux lib. 6. refert ex Eupolide:

*Οἷος παρῶτος, ὄξος ἠράδα πῖν.* id est,  
Præsentè vino bibere acetum maluit.  
Adagiũ à Zenodoto refertur.

*Aegypti nuptiæ.*

*Αἰγύπτῳ γάμος*, id est, Aegypti nuptiæ, inauspicatæ & infelices dicebantur. Sumptum è notissima fabula Aegypti, qui filios quinquagiuta, totidè fratris filiabus maritos dedit.



At hi præter unum omnes a sponſis iugula ti ſunt. Torqueri poterit in ſimulatâ ami citiam, aut in muoſi honoris gratia da tum in ſpeciem, cum reuera quærat per nicias ei cui datur. Ita noui numquam ex adſinitatibus aut ſcæderibus principû atro cia naſcuntur exitia.

*Aedilitatem gerit ſine populi ſuffragio.*

**PLAVTVS** in Sticho: Sine populi ſuffra gio, tamen ædilitatem hic quidem gerit. Vbi quis imperioſior eſt in alieno negotio, aut in ædibus alienis. Nam Plautus ad Pa raſitum reſpicit in domo non ſua mandan tem & imperantem, non aliter ac ſua. His confine eſt quod habetur apud Ciceronem libro tertio De legibus. Sed quæro quid hac re ſit turpius, quàm ſine prouocatione Senator, legatus ſine mandatis. Item in decimatertia Philippica: Senator voluntarius lectus ipſe à ſe.

*Pax redimenda.*

**DIUVS** Auguſtinus. Homilia 10. narrat apud Pænon huiuſmodi vetus prouerbum fuiſſe celebre: Vt habeas quietum tempus, perde aliquid. Raro carenſe litæ, qui nulquã ſuſtinent de ſuo iure concedere. Magnum interdum eſt lucrum, iactura rei moleſtiam & inquietudinem excluſiſſe.

*E duobus tria vides.*

**Εκ δύοῖν τρία βλέπεις**, id eſt, E duobus tria vi des. Iocus prouerbialis in eos, qui vel ætate, vel ebrietate, vel alio quopiam oculorum vitio cæcutiunt. Huc pertinet illud Maronis:

Et ſolem geminum, & duplices ſe oſtende re Thebas.

Item illud Iuuenalis:

-Et geminis conſurgere menſa lucernis.

In antiſquis quibuſdam exemplaribus inue nitur ſcriptum hoc pacto: **ἐκ δύοῖν τρία βλέ πεις**, id eſt, In duobus tria vides, idque dici ſolitum, vbi quis aliud pro alio videt, fallen tibus oculis. Venuſtius fiet, ſi ad animi iudi cium deſteclatur.

*Edentulus veſcentium dentibus inuidet.*

**DIUVS** Hieronymus epistolam illam eru ditiffimam, quam ad Magnum oratorẽ in ſcripſit, huiuſmodi clauſit pro uerbio: Cui quæſto, vt ſua deas, ne veſcentium dentibus

edentulus inuideat, & oculos caprearũ tal pa contemnat, hoc eſt ne. quod ipſi nõ con tigit, aliis inuideat. Sic enim eſt ſerme ho minum quorundam ingenium, vt quiſque laudet quantum ſe ſperat aſſequi poſſe: ſi quid ultra vires ſuas eſſe ſenſerint, id negãt diſci oportere. Breuiter paucos inuenias, qui quod in ſeſe deſperent, in aliis probetũ idque non alia in re magis quam in littera rum ſtudiis. Hieronymus videtur Græcam illam reddidiſſe ſententiam.

**Αὐτὸς πτωχὸς τοῖς ἔχουσιν μὴ φθόνει.** id eſt, Ne pauper ipſe iis inuide, qui poſſident.

*Idem veſcentes cepit.*

**Τὸντὸν ἑμὸν φαγόνοτες**, id eſt, Qui idem ede runt thymum. Prouerbiali figura dictum ab Ariſtophane in Pluto. Congruit in pau peres ac bonos viros inter ſeſe amicos. **ἑμῶν** enim viliffimum herbæ genus, quo tenues & agreſtes, vtrumque, vitam ſuſtinent: quidã cepam agreſtem eſſe putant, etiam ſi diſſen tiant Plinius & Dioſcorides. Suidas admo net agreſtis ac vilis herbæ genus eſſe, cuius eſu Comicus pauperetatem veſcentium vo luerit intelligi. Quætammodum Heſiodus per maluam & aſphodelum tenues ſignifi cavit. Huic adſine quod ſcriptum eſt apud Iuuenalem:

Quis tecum ſecũle porrum Sutor, & elixi veruecis labra comedit?

*Solido è clibano boues.*

**ARISTOPHANES** in Acharnenſibus:

**Φαγεῖθα δ' ἑμῖν ὄλας**

**Ἐκ κριβάνου βῆς.**

**Καὶ τῖς εἶδεν πάποτε βῆς κριβανίτας?** id eſt, Deinde nobis præbuit

E clibano totos boues, & quis rogo

Cõſpexit vniquam clibano coctos boues?

Antiſphanes apud Athenarum libro quarto, facit quendã querentem de frugalitate Græ corum, qui paullulum carniũ appone rent, cum maiores ſoleant totos boues, cer uos & arietes aſſos apponere. Quin & regi Perſarum coquum, totum camelum aſ ſum, atque etiam num calidum appoſuiſ ſe. Idem in eodem libro tradidit ex Hero doro, apud Perſas diebus nataliciis fuiſſe morẽ, vt diuites bouem, aſinum, equũ & ca melum apponerent totos in clibano aut ca mino coctos. Prouerbialis hyperbole de bar barica rerũ copia, ſiue de lauticiis ad fatim ſubmini

subministratis, Antiquitus enim in deliciis erant cibi in clibano cocti. Primum enim panis in clibano decoqui cœperunt, quæ κερβαλίτην, id est, clibanarium vocabant, eaque res vsq; adeo visa est noua, vt etiã pro uerbio locum fecerit: deinde carnes & pisces eodem modo coqui cœperunt. Vnde & thunni, & id genus alia, in clibano cocta, xeniorum vice misitabantur amicis.

*Drachma grande.*

Δραχμή χαλαζώσα, id est, Drachma grandinuo. Delucro, quod tanquã czlitus emisum obrigit. Nam olim theatrale præmiũ drachma, quæ velut grandinis in morem in populum spargebatur. Id à Diophanto tradunt institutum. Vnde si quando grandio accidisset, per iocum aiebant: δραχμή χαλαζώσα. Missilium mos nec hodie totus extinctus est. Auctor Zenodotus. Meminit & Helychius.

*Duodecima artium.*

Δωδεκάμηχανον, id est, Duodecim artium, appellabant callidum, versutum, versipellẽ, vaftrum, ac variis instructum dolis: Narrant scortum quoddam fuisse nomine Cyrenẽ, cui cognomen inditum δωδεκάμηχανος, propterea quod in peragenda Venere duodecim figuris vsa fuisse dicatur. Imitatum est autẽ ex Hypsipyle Euripidis tragedia, in qua δωδεκάμηχανον ἄστρον, scripsit, citante Suida. Refertur & in Ranis Aristophan. tametsi interpres pro ἄστρον legisse videtur ἄντρον, vt intelligamus de membro pudendo muliebri. Aristophanes sic habet, τολμῶς ταμὰ μέλι φέγειν, ἀπὸ τοῦ δωδεκάμηχανον κυρήνης μελοποιῶν, id est, Audes tu mea vituperare carmina, qui per duodecim artes Cyrenes poemata fingis. Vnde sensus ambiguus est, potest enim accipi vel de eo qui duabus federit sellis, vel cui nomen sit dissyllabum. Zenodotus huiusmodi citat epigramma:

Μισῶ τὸν ἀνδρα τὸν δὲ πολλοῦ πικρότατα,  
Χαιρὸν λόγοισι, πολέμιον δὲ τοῦς θεόποις. i.  
Equidem virum odi duplicẽ, sermonibus  
Probis amicum, ceterũ hostem moribus.  
Est aliquoties & apud Homerũ, Odyssæ Σ.  
Οἶτ' ἐν μὲν βέλγεσι, κακῶς δ' ὄπῳ φρο-  
νήσῃν. id est,

Qui bene cum dicant, retro mala mente  
volunt.

*Rursum Odyssæ P.*

Ἐδ' ἄγορ' ἔνοιε, κακὰ δὲ φρεσὶ βυρποδόμεθον. id est,

Qui bene cum loquerentur, atrociamente præmebant.

*Iterum eiusdem operis Σ.*

Θείλι δὲ θυμόν

Μελιχίους ἐπέσσει, νύθ' δὲ οἱ ἄλλα μείσσει. i.  
Pectora blandis

Lenibar dictis, at mens diuersa parabat.

Apud Platonem in Hippia minore citat aliquis hos Homeri versus, qui dicuntur ab Achille ad Ulyssẽ:

Χρὴ μὲν δὴ τὸν μύθον ἀπληγίως ἀποπειπεῖν  
Ἄπειρ' δὴ φρεσὶν τε καὶ ἄς τετελεῖσθαι οἶον.  
Ἐχθρὸς γὰρ μοι κοῖν' ὁμῶς ἀδ' ἄρα πύλησιν,  
Ὅς ἔτερον μὲν κεδύθη ἐνὶ φρεσὶν, ἄλλο δὲ  
ἔπειν. id est,

Nam decet ingenue quod sentis voce profari.

Haud secus atque Orci portas hominem execror illum

Quisquis corde aliud celans, aliud sonat ore.

*Domi manere oportet et belle fortunatum.*

Οἶκοι μένειν δ' εἰ τὸν καλῶς δὴ δ' αἰμοσσε. id est,  
Domi manendum est, cuncta cui sint prospera.

Cui suppetit copia facultatũ, is si velit felicem agere vitã, domi viuat. Nusquã enim uiuit commodius, nusquã liberius. Qui eger, peregrinando rem querat, ac fortunæ experiat aleam. Ita Menander:

Οἶκοι μένειν χρὴ καὶ μένειν ἐλ' ἔνθερον,  
Ἡμικεῖτ' εἰνεὶ τὸν καλῶς δὴ δ' αἰμοσσε. id est,  
Domi manere oportet, vt liber fiet,  
Aut liber esse desinat qui diues est.

Potest in hunc quoq; detorqueri sensum. Qui sibi bene conscius est, ne capter ex alienis laudibus gloriam, sed sit suarum virtutum conscientia contentus.

*Per haste cuspidem currere.*

Δι' ὀξείας δραχμῆν, id est, Per acutam currere dicebantur, qui in re magnopere periculosa versarentur. ὀξείων enim hastam, siue haste cuspidem vocant. Translatum videtur vel à circulatoribus, qui per summas hastarum & gladiorum cuspidis ingrediuntur. Vel à militari cõsuetudine, qua fieri solet, vt qui mortem commeritus videretur, is nudus per medias copiarum hastas, hinc atque hinc intentatus, ire cogeretur. Nec absurdum,

dum, si de Thracia saltatione intelligatur, de qua nobis alias dictum est.

*Alia Menecles, alia porcellus loquitur.*

Ἀλλὰ λέγει μενεκλῆς, ἄλλα τὸ χοιρίδιον. id est, Non eadem loquitur succula, quæ Menecles.

Vbi quis multum verborum effutit, quæ nihil ad rem pertineant. Nobis subesse pro uerbum videtur, tamen si nondum factis liquet unde natum sit. Adludit ad illud Lucillius in epigrammate, quod quoniam est argutum & elegans, nō pigebit subscribere:

Χοιρίδιοι καὶ βοῦ ἀπολώλικα καὶ μίαν ἀγὰ.  
Ἐν χάριν ἑλληφας μιδᾶριον μενεκλῆς .

Οὐτὲ δὲ μοικκοῖντι πρὸς ὀδρυκίδαν γεγέκται,  
Οὐτὲ ἀπὸ γω κλέπτως τῆς ἀπὸ βερμπουλῶν,  
Ἀλλὰ πρὸς ὄντι χίθην ἔχομιν κείνῃ, ὡς τι  
τι ποιεῖ

Ἐνθάδε μοι ξίφης, καὶ λακιδσάμβοιοι,  
Γλῆ καὶ μὲ μινδῶντι τὸ μὲ χάριν, ἢ μέγα κρέζω  
Ἀλλὰ λέγει μενεκλῆς, ἄλλα τὸ χοιρίδιον. i.

Succula, bos, & capra mihi periere Menecles,

Ac merces horum nomine pensa tibi est,  
Nec mihi cum Othryade quidquam estve fuitve negoti.

Nec fures villos huc cito Thermopylis.  
Sed contra Entychidem nobis lis, proinde quid hic mi

Aut Xerxes facit, aut quid Lacedæmonii?  
Ob pactum & de me loquere, aut clamaue ro clare,

Multo aliud dicit sus, aliud Menecles .

Cum huius epigrammatis argumento conuenit & illud quod est apud Martialem libro sexto .

Non devi, neq; cæde, nec veneno,

Sed lis est mihi de tribus capellis.

Vicini quæror has abesse furto.

Hoc iudex sibi postulat probari.

Tu Cannas, Mithridaticumq; bellum,

Et periuria Punicæ furoris,

Et Syllas, mariosq; Mutiosq; ,

Magna voce sonas, manuq; tota .

Iam dic posthume de tribus capellis .

In Martialis epigrammate hoc ipsum tota manu, prouerbii speciem gerit. Solēt enim rhetores in contentione manu totata gesticulari. Vtrunque igitur in eum recte dicitur, qui ἐξαγῶνικα καὶ ἀπροσπόνδιστα, hoc est, extra caullam quæ sunt, & ad rem nihil

attinet, dicit. Aliud sus, aliud loquitur Menecles: & dic de tribus capellis.

*Haud annuncias bellum.*

Οὐ πόλεμον ἀγγέλλεις. id est, Non annuncias bellum. Dicit solitum, vbi quis rem oppido lætam annunciat, quod bellum res sit omnium calamitosissima: & tamen ad huius rumorem hodie plerique mortales hilarescunt, nimirum sceleratissimum illud Carum genus, qui malis humani generis alitur. Iulianus in epistola ad Basilium . ἢ μὴ παροῖμία φασίν, ἢ πόλεμον ἀγγέλλεις, ἐγὼ δὲ πρὸ θεῶν ἐκ τῆ κακοδίας, ἀχρυστὸν ἀγγέλλεις ἐπὼν,

id est, Prouerbio dicunt, haud bellum annuncias. Ego vero illud addiderim ex comædia: O aureorum nuntius verborum .

Conduplicauit prouerbium Iulianus, quādoquidem & hoc prouerbiale, χρυστὸν ἀγγέλλεις ἐπὼν. Sum ptum est autem ex Aristophanis Pluro. Verba sunt senum chorum exprētium ad Carionem, qui Pluri annunciarat aduentum. Vsurpauit & Plato in Phædro:

ἢ πόλεμόν γε ἀγγέλλεις, id est, Haud sane bellum annuncias. Ac rursus libro de Legibus tertio . Pindarus in Pythiis hymno 4.

τῶν δ' ὀμηρῶν, καὶ τὸ δὲ σωθέμιος πέρσων, ἀγγέλλοι ἴσλαν ἐφα τιμὰν μιγίστων πρᾶγματι παντίφειρον, id est, Quin ex Homeri dictis & illud conferens orna .

Nuntium bonum ait honorem maximum in omni negotio ferre. Versus autem quem citat Pindarus, hic adfertur ab interprete:

Ἐξελὸν καὶ τὸ τέτυκται, ὅτ' ἀγγέλλος ἄσιμα εἶδ' ἤ . id est,

Hoc quoq; præclarum est, vbi nūcius optima nouit.

Extat autem Iliados O.

*Machinas post bellum adferre .*

Τὰς μηχανὰς μετὰ τὸν πόλεμον κομίζεν. id est, Machinas post bellum adferre dicebantur, qui peracto negotio, sero adhiberent apparatus . Brutus in Epistola quadam ad Lycios: αἱ μηχανὰς ὑμῶν μετὰ τὸν πόλεμον, ὡς ἢ παροῖμία, ἐκομίδισαν, id est, Vestis machinæ post bellum, vti prouerbio dicitur, adductæ sunt .

Adludit ad illud Platonis, quod alio reddidimus loco: ἕτως χρεῖ τῆς πολέμου μεταλαχθῆναι, id est, Ad istum modum oportet ad bellū accedere . De Melitide dicitur suo loco, quem aiunt in Troiam venisse, quo

Priamo

Priamo ferret suppetias , ciuitate iā capta .

Murem ostendit pro Leone .

*Leuissima res oratio .*

Κεφώτατον πρᾶγμα λόγος, id est, Leuissima res oratio. Synesius in epistola quadā ad Theophilum: πρῶπιτος αἰ. ἄραπος γλῶττιαν, ἐνέτυχεν ἀνδρὶ προπετεστέρῳ τῶν χεῖρα, καὶ τὸτο δ' ἢ τὸ λεγόμενοι, κρησάσασθαι πρᾶγματα, βαρυτάτην τιμω, ἰων ἐξέτισε, id est, Homo precipiti lingua cum incidisset in virum manu magis precipiti, iuxta id, quod dici solet, rei leuissimæ nempe sermonis, grauissimas pœnas dedit. Porro quod Synesius adducit, prope modum videtur esse apud Platonem libro De legibus quarto, δῖοτι κρησάσασθαι πτωχῶν λόγων βαρυτάτη τιμω, id est, Propterea quod leuium ac volutulum verbum grauissima sit pœna. Refertur & apud Plutarchum in libello πρὸς Ἀγοργνήας, ex auctore Platone. Apud Homerum passim obuium est illud:

Ἐπὶ αἰ πτερόεντα προσηύδα . id est,

Verba volucra dixit .

Verba alata cognominat, quod facile euolent, ac reuolare nesciant. Proinde Horatius:

Et semel emissum volat irreuocabile verbum .

Eam sententiam citat ex Menandro:

Οὐτ' ἐκ χεῖρος μεθένα κρησάσασθαι λίθον  
Ρᾶον καταχέειν, ἢ τ' ἀπὸ γλώσσης λόγον . i.

Nec durus vlli emissus ē manu lapis,

Neq; sermo lingua, facile compesci valet.

Alibi indicauimus ἀπτερόεις λόγος dici Græcè, id est, verba sine pennis, quæ præmit apud se qui audiuit, nec sinit ad alios euolare.

*Non omnia eueniunt, quæ in animo fiatuerit .*

Homerus Iliados Σ.

Ἄλλ' ἔζησ' ἀνδρείοισι οἰώματα πάντα τελευτά . id est,

Iupiter haud quidquid animo conceperis, illud

Perficit exemplo .

Pindarus in Olympiis :

Πολλὰ δὲ ἀνθρώποις πρὸ γνῶμεν ἔπεισον . i. Multa mortalibus præter animi sententiam eueniunt, quod ipsum citauimus & alibi . Recte utemur, quoties significabimus, non euenire protinus quidquid spe uotisq; conserperimus .

Νῦν ἀντὶ λέοντος ἀπέδειξε, id est, Murem pro Leone ostendit. prouerbiali schemate dictū, pro eo quod est, ingentia pollicitus & fortia, longe diuerſa exhibuit. Synesius in epistola quadam ad Anastasium: ἐκκρησάσασθαι αὐτῷ δῖος πρὸς καὶ τρεῖς καὶ τὸς ἐξ ἄμαξίς λοιδοροσάμεν, καὶ πάντα ἐπανατενέμειν, ἄπειρ' ἀνείρεσθαι καὶ παρ' ἐμῶ, ποιντὸς ἀνέτιμωσάμεν, ἀπέδειξε τὸ κάταγμα μὴ ἀντὶ λέοντος, id est, Cū inſclamaſſet in illum bis aut ter, ac de plauſtro, quod aiunt, cōuictiis inſclatatus, nihilque nō in eum eſſet vociferatus, cum ei uſmodi vel à me ipſo dicta fuiſſe, maximi ſecurim, deinde murem pro Leone exhibitum ſcelus. Sumptum apparet à beſtiariis, qui i idiculi gratia multa polliciti, quaſi Leonē immanem & inſolite magnitudinis emiſſuri, mox murem emittunt in caueam .

*Innicem & inuidus vicinorum oculus .*

ΑΙΤΙΟΡΥΣ in epistola quadam ad Encymonem: θυσμινὸς καὶ βίασκαν, δ τῶν γετόνων ὀφθαλμὸς φθίνει ἢ παρρημία, id est, Inimicus & inuidus vicinorum oculus, ut dictū est pro uerbo. Extat autem apud Aristotelem libro Rhetoricorum secundo, Vicinus inuidet vicino, iuxta Hesiodi sententiam . Nec inuidemus tīs, à quibus longo absumus inueterallo, sed quos propemodum speramus adsequi . Vnde Flaccus :

- Inuidia, quia maior. Et alibi :

Et iam dente minus mordeor inuido .

*Bona terra .*

Τῶ τ' γῆς ἀγαθῶ, id est, Terræ bona. De bonis & immēſis & omnigenis, quaſi dicas, quid quid terra progignit, omnium rerum parens. Menander in epistola ad Glyceram: βασιλικὸς ὑπὸ χρομῆν, τὸ δ' ἢ λεγόμενον τῆτο, τῶ τ' γῆς ἀγαθῶ, id est, Regaliter pollicens, iuxta illud, quod vulgo dicitur: Terræ bona. Finitimum illi; Montes auri pollicēt;

*Palumbem pro columba .*

Φῶτταν ἀντὶ περιστερᾶς, id est, Palumbem pro columba, subaudi verbum ad sententiam accommodatum . In epistola Mormici cuiusdam ad Chremetem: ἀλυτρεῖδ' αἰ δὲ λωσαμῆν, ἵς ἔτυχετέρον, νύμφης σολὴν ἀντὶ περιβαλὼν ἐπαμύγαλ' μοι φῶτταν ἀντὶ περιστερᾶς φασίν, ἵταίρων ἀντὶ νύμφης, id est, Redemptam tibi cinam

tibicinam quam forte amabat, σπονζή que stola amictam mihi induxit columbz loco palumbem, vt aiunt, meretricem pro spon- sa. Vfus est Plato in Theeteto: λαβὸν οἶον φάπαν ἀντι περιστερᾶς, id est, si velut accipiat palumbem pro columba. Error est in re, nō in ipsa scientia. Palumbes autem columbis sunt ad similes. Conuenient, vbi quod deterius est, & adulterinum pro eo, quod est p̄stantius ac legitimum supponitur.

*Cilix haud facile verum dicit.*

Κίλιξ ἔχει δ' ἴσως ἀληθέειν, id est, Cilix haud facie verū dicit. Dionysius in Epistola ad Rufum scholasticum, λόγος ἐστὶ παλαιός, μὴ ἐξ- ἴσως ἀληθέειν τῶς κίλικας, id est, Vetus verbū est, Cilices haud facile verum dicere. Quāquam ἀληθέειν aliquoties est re p̄stante quod dixeris. Quadrabit in hominem auidum lucri, & ob id s̄penumero dicentem non quæ vera sint, sed quæ vtilia. Natum adagium à moribus eius gentis, quo nomine hunc vulgo notant Vltratraiectinos.

*Culicem elephanti conferre.*

Κόκκινα ἐλέφαντι παραβάλλειν, id est, Culicē elephanti conferre dicuntur, qui minima maximis comparant. Libanus ad Casilum, τὸ δ' ἐμὸν τοῖστον, οἷον κόκκινα ἐλέφαντι παραβάλλομεν, id est, Ego vero perinde sum, quāsi culx cum elephante collatus. Huius generis est & Vergilianum illud:

Siceanibus catulos similes, sic matribus hædos

Noram, sic paruis componere magna so- lebam. &:

-Si parua licet componere, magnis.

*Dum clauum rectum teneam.*

Dum clauum rectum teneam, id est, dū meo fungar officio. Significat autem, non imputandum euentum parum prosperum ar- tifici, modo is p̄stititit qd̄ artis est. Quia tilianus lib. 2. Institutionum, 1. prouerbiale fuisse demonstrat. Nam & gubernator, in- quiens, vult salua naue in portum perueni- re: si tamen tempestate fuerit abreptus, non ideo minus erit gubernator, diciturque no- tum illud:

Dum clauum rectum teneam.

Videtur hemistichium è poeza quopiam sumptum. Nonnulli citant ex Ennio:

Dum clauum rectum teneam, nauimque gubernem.

Huc adlusit M. Tullius lib. Epist. fam. 12. Vna nauis est iam bonorum omnium, quā quidem nos damus operā, vt rectam teneamus, vtinam prospero cursu. Sed quicun- que venti erunt, ars nostra certe nō aberit. Idem Pindarus Pythiorū hymno primo, νόμα δ' ἰσχυρὸν παρ' ἀλίης στρατῶν, id est, Gubernā iusto clauo exercitum.

*Incus maxima non metus strepitus.*

Άγμων μέγιστος ἔφοβῆται τῶς φόβος, id est, Nihil cumultus metui incus maxima.

Excelsus animus non commouetur minis, aut fortunæ s̄cruientis procellis. Trāslatum ab incidibus fratrorum ærariorum, quæ tā metū hinc atq; inde tundantur crebris mal- leorum ictibus, tamen haud quaquam loco commouentur. Vergilius huiusmodi constantem animum querno robori simi- lem facit, Idem de animo inexorabili:

Quam si dura silex, aut stet Marpesia cau- tes.

Extat apud Græcos distichon integrum hu- iusmodi:

Άγμων μέγιστος ἔφοβῆται τῶς φόβος,  
Καὶ νῆος ἐχέφρον πτόσαν ἐλυσσαν βίαν. i.

Strepitum ac tumultum maxima incus haud timet,

Constans nec animus quālibet violentiā.

*Veneri suem immolauit.*

Άφροδίτη ἔν τεύκεν, id est, Veneri suem im- molauit. Dicit solitum, vbi quis munus of- fert minime gratum. Inuis enim Veneri sus propter Adonidem illius amasium apri- dentē peremptum. Aut contra, cum quis alium in gratiam alterius lædit. Quemad- modum caper mactatur Libero, non quia gratus, sed quia nocuit.

*Non licet bis in bello peccare.*

Άμαρτῶν ἐκ ἐνὶ σῆς ἐν πολέμῳ, id est, In bello bis errare non licet, in rebus periculosis nō tutum est labi. Nam si semel erretur, actum est de capite, nec est secundo errori locus. Vel quod in bello, quia cuncta tumultu pe- ragantur, non detur spaciū reuocandi re- stituendiq; si quid perperam sit institutū. Vnde Homerus, cum alibi, tum Iliados P. Ολίγη δ' ἔσται πύθσις πολέμοιο. id est, At vero exigua est interpretatio belli.

Proinde

Proinde in his rebus, in quibus si semel erratum fuerit, non est quod in posterum facias, cautim ac circumspicte agendum, admonente vel Mimo illo non infestivo:

Deliberandum est diu, quidquid statuentum est semel.

Huc pertinet quod à Catone citat Vegetius. In aliis rebus si quid erratum est, potest postmodum corrigi, prætorum delicta emendationem non recipiunt, cum statim pena sequatur errorem. Aut enim confestim pereunt qui ignave imperiteque pugnaverunt, aut in fugam versi, victoribus vitra pares esse non audent. Adagium videtur natum ex apophthegmate: cum Lamachus quædam manipuli duces increpasset, quod perperam quiddam egresser, isque responderet, se non iterum commissurum quod commiserat: In bello, inquit Lamachus, ne licet quidem peccare bis: quod primus error sæpe vitam adimat.

*Panidis suffragium.*

*Πανιδῶν ὑψος*, id est, Panidis suffragium. In eos torquebatur, qui stulte atque inruditer iudicarent. Aiunt Panidem hunc Chalcidis regem fuisse, qui Hesiodum Homero prætulit: perinde quasi dicas, Mida suffragium, quod is quoque Panis agrestem cantionem ante posuerit Apollinis musicæ. In genere conveniunt in iudicia vulgi, cui fere semper pessima pro optimis placuerunt. Huius suffragiis Menandrum aliquoties superavit Philemon. Euripides cum quinque & septuaginta tragædias scripserit, in solis quinque vicit. Plinius ætate sua de re citatoribus scribit: Si quando transibis, inquit, per basilicam, & volos scire quomodo quisque dicat, nihil est quod tribunal ascendas, nihil quod præbeas aurem: facilis divi hatio, scito cum pessime dicere, qui laudabitur maxime. Quapropter Socrates in Critone Platonis, illud in primis vult esse sapienti fixum decretumque, ne quid opinionone vulgi commoveatur, imo suspectum habeat, quidquid senserit vulgo vehementer adridere. Scitum est illud Antisthenis apud Diogenem Laertium, cui cum dixisset quispiam Multi te laudant, Quid, inquit, mali feci? Huic simillimum quod Plutarchus in Apophthegmatis refert de Phocione, cui dicenti cum populus Atheniensis præter morem alacribus studiis ad-

sentiretur, conversus ad amicos, Quid hoc, inquit, est rei? Nunquid imprudens pecceram?

*Pactacione calumniosior.*

*Ῥαπακίωτος ὁ σκαφάντικώτερος*, id est, Pactacione calumniosior. Ab euentu natum. Nā Pactacione quispiam infamis calumniator, cui cum mos esset bonis viris calumnias struere, atque hoc tam sædo quæstu parare rem, tandem deprehensus conuictusque pœnas dedit capite. Huic præcipuum studium fuit, probati nominis iuuenibus negotiorum faceffere. Idem popularibus conuictis lapidatus est, quod fur esset, & adium perfolior. Talis fuit apud Athenienses Hyperbolus. Refert Suidas.

*Omni pede standum.*

*Ὅλων ποδῶν*, id est, Omni, siue toto pede, pro eo quod est: Summa vi, summoque, nisu. Refertur à Suida. Quintilianus Instit. orator. lib. 12. Itaque in his actionibus, omni, ut agricolæ dicunt, pede standum est. Videri poterat tractatum ab iis, qui in acie constantur partes suas tuerentur, neque locū deserunt: aut à palæstritis, quorum artis est, scite pedē figere: nisi Quintilianus ab agricolis profectum esse testaretur.

*Callum ducere.*

PROVERBIALIS metaphora sunt, Callum ducere, & occallefcere, siquidem ad animum detorqueantur. Quintilianus libro 12. Et ingenio adhuc alendo callum inducere. Sæpicule legimus apud M. Tullium, occalluisse aures, cum assuetudo sensum mali adimit.

*Extra organum.*

QUINTILIANVS libro vndecimo, Et his diuersa vox, & pœne extra organum: cui Græci nomen amaritudinis dederunt, supra modum ac pœne naturam vocis humanæ acerba. Extra organū dicitur, quod immodicum est, & extra vulgarem mensuram. Veluti si quis leges Platonis huius ætatis civibus proponeret. Ductum est ab organo musico, quod intra vigesimam vocem consistit. Conuenit item in vehementer clamosum:

*Toto organo.*

QVINTILIANVS lib. II. Est enim quædam ad auditum accommodata non magnitudine, sed proprietate ad hoc velut tractabilis: utiq; habens omnes in se qui desiderantur, sonos, intentionesq;, & toto, ut aiunt, organo instructa recte dixeris, quæ numeris omnibus constant, & vndique quadrat. Sumptū & hoc à musicorum instrumentis.

*Vltra linum.*

Υπερ το λινον, id est, Ultra linum. Lucianus in Ioue redarguto: Ουδεν γαρ ετων γενοσ' αν ερωτησιν μιν των μοιρων εστι υπερ το λινον, id est, Neq; enim quidquam ita fieri poterit, præter Parcarum legem, & vltra linum. Ultra linum dixit pro eo quod est, extra decretum fatale. Adusum est autem ad filatrium Parcarum. Confine illi, quod alias retulimus: υπερ τον ατρακτον, id est, Ultra fufum.

*Omnia secunda, saltat senex.*

OMNIA secunda, saltat senex locus prouerbialis, quo conueniet uti, quoties res prius in periculum adducta, præter expectationem feliciter exierit. Seruius enarrans illud Maronis versiculum ex 3. Aeneidos lib.

Lustramurq; Ioui, votisq; incendimus aras:

adagium refert explicatq; his verbis: Sciedum sane moris fuisse, ut piaculo commisso, ludi celebrarentur. Nam cum iracundia matris Deum Romani laborarent, & eam nec sacrificiis nec ludis placare possent, quidam senex stans ludis Circensibus saltauit, quæ sola fuit causa placationis. Vnde & natum prouerbiū: Omnia secunda, saltat senex. Idem Seruius explicans locum eiusdem poetæ in Aeneidos 8.

Vt celsas videre rateis, atq; inter opacum

Allabi nemus, & tacitis incumbere remis,

Terrentur visu subito, cunctiq; relictis

Confurgunt mensis, audax quos rumpere Pallas

Sacra vetat.

Cum aliquando, inquit, Romæ ludi Circenses Apollini celebrarentur, & Hannibal nūciaus esset circa portam Collinam ingruere, omnes raptis armis concurrunt. Reuersi postea cum piaculum formidarent, iacue-

nerunt saltantem in circo senem quædam, qui cum interrogatus, dixisset se nō interrupisse saltationem, ductum est hoc prouerbiū, Salua res saltante senec. Verrius apud Festum Pompeium huiusmodi fabulā adfert: C. Sulpitio, & C. Fulvio consulib. M. Calphurnio, Pisone prætore vrbs faciente ludos, subito nunciato hostium aduentu, & foro ad arma cōcursum est. Sed postquam victores redissent in theatrum, neludi intermissi religionem adferrent, & iustaurari oportere dicerent, inuentum est ibi. C. Pōponium libertinum hominem grandē natu, ad tibicinem saltasse. Itaque gaudio nō interruptæ religionis editam vocem, nunc quoque celebrari. Sunt qui C. Voluminum arbitrentur appellatum fuisse, qui ad tibicinem saltarit, Meminit huius & T. Livi alicubi, nō nos fallit memoria. Huic fuit initium est illud, quod alio diximus loco: γλαυξ ἵπτατο, id est, Noctua volauit. Aristophanes in Vespis:

Πλαυξ γαρ ἡμῶν πρην μάχισθαι τὸ στρατὸν δειπτατο. id est,

Nostra enim ante prælium vlula peruolauit agmina.

Significat victoriam non virtute militum, sed Mineræ dexteritate contigisse.

*Gladium dedisti, qui se occideret.*

ADAGII formam habet, quod scripsit Plautus in Trinummio. Gladium dedisti, qui se occideret, id est, ministrasti materiā & adiumentum ad perniciem. Veluti si quis amāti adolescētī pecuniam det in manum: aut iuueni temerario mādēt magistratum: aut mulieri permittat quo lubeat eundi licentiam. Dedit & Aeneas Didoni gladiū quo se occidit. Quo quidem loco multa Seruius, quæ nobis alio loco dicta sunt in prouerbio: ἐχθρῶν ἀδωρα δῶρα.

*Alienum arare fundum.*

Αλλοτριαν ἀρσεν αρουῶ, id est, Alienum aruum arare. Prouerbiali metaphora dictum est pro eo quod est, alienum agere negotium, aut cum alienis vxoribus habere rem. Theognis in sententiis:

Εχθαμεν δε γυναικα περιδρομον, ανδρα δε μαρον.

Ος την αλλοτριαν βραλει' αρσεν αρουῶ. id est,

Est iniusta mihi mulier vaga, inersque maritus,

Alterius fundum quisquis arare cupit. Plautus item de marito adultero: Fundum alienum arat, suum incultus deserit. Huic similis color est apud iureconsultos: Alienos irrigare agros, tuis sitiētib; C. de feruit. & aqua. cap. p̄r̄ses. Durum est & crude litari proximiū, ex tuis p̄r̄diis aq̄z agmē ortum, sitiētib; agris tuis, ad aliorum vsum, vicinorum iniuria propagari.

*Fluuius, quæ procul ab sunt, irrigat.*

Ποταμός τὰ πόδες ποτίζων, τὰ δὲ ἔγγιον καταλείπει, id est, Fluuius quæ longe distita sunt, irrigat, quæ proxima sunt, p̄r̄terit. De his dici conuenit, qui bene merentur de externis & nihil ad se pertinentibus. suos negligunt. Refert Diogenianus. Apparet inde ductum, quod vbi fluuius oritur, minor esse solet, minusq; argillæ secum trahens: & quo longius recessit à fonte, hoc est copiosior vberiorq;.

*Magno flumini rivulum inducis.*

Ποταμῷ μεγάλῳ δεξιὸν ἐπιπέσεις, id est, Magno flumini canalem inducis, id est, maximis rebus pusillum & inutile momentum addis. Commemoratur à Suida. Finitimum est illis: Syluæ addere ligna, mari aquam, soli lucernam.

*Ne patris nomen quidem dicere possit.*

ΣΥΝΕΣΙΥΣ in epistola quæpiam aduersus Andronicum: ἀνθρώπων δὲ ἔχων ἐπιείνη ὄνομα πάππης, ἀλλ' ἔδει πατρὸς φάσι, id est, Homo qui aui nomen dicere non possit, imo ne patris quidē, ut aiunt. Quadrat in vehemēter obscuros & spurios, incertoq; patre natos. Obscuro genus est & illud Iuuenalis:

Quorum nemo queat patriam monstrare parentis.

Vnde Plutarchus existimat spurios dictos nothos, quod duabus his litteris p̄r̄notari soleant, s. p. hisq; significari, sine patre.

*Ne si bos quidem vocem edat.*

ΑΙΤΙΡΗΘΗΝ in epistola Glyceræ ad Menædram: Ἀλλὰ τὸτο μὲν ἔστιν ἐθέλω μὲ τὰς διὰς, δὲ ἐὶ βῆς μοι, τὸ λεγόμενον, φθέρχεται πεθερῶν, id est, Hoc autem nullo pacto credi

derim, ne si bos quidē fuerit elocuta. Hinc dictum est, quod in annalibus frequenter commemoratur bos humanam vocem redidisse. Legimus, nisi fallimur, apud Platonem non dissimili figura dictum, etiam si quercus eloqueretur. Nam olim è quercubus Dodonæis reddebantur oracula.

*Aegæum nauigat.*

Τὸν αἰγαίον πλεῖ, id est, Aegæum nauigat, ut subaudias κίλον. Aelianus in epistola quæpiam: Γεωργίον καὶ γεωργῶν ἀπολαπῶν γέγωναν λάχης ἐπέβη νῆος, καὶ πλεῖ τὸν αἰγαίον φάσι, καὶ ἄλλα πελάγη μετρήει, ἐπινακαί ἰζει, καὶ λάχης βίον χῆ, καὶ ἀνέμοις μάχεται διαφόροις, id est, Vicinus Laches relieta agricultura & agricolationis vsu, nauem conscendit, atq; Aegæum, ut aiunt nauigat, reliquaqt; metitur maria, & in fluctibus agens, lati vitam viuut, cumq; variis ventis dimicat. Persius item in quinta Satyra:

Ocyus ad nauem, nihil obstat quin trabe vasta

Aegæum rapias.

Arbitramur hoc mare ceteris esse periculosius ob frequentes scopulos. Hinc est illa. M. Tuli metaphora, in Diuinatione: Intelligo quam scopuloso difficilij; loco verser. Nec infrequens est apud Hieronymū: E scopulosis locis enauiganit oratio, quoties sentit expeditam quæstionem difficultatē. Quadrabit igitur in hominē oblucit studium nihil omnino periculi recusatē.

*Liberi poetas & pictores.*

ΛΥΚΙΑΝΥΣ in Dialogo quem inscripsit: ὑπὲρ τῶν εἰκότων. Καίτοι παλαιῶς ἄτ' ὁ λόγος, ἀνδύτης εἶναι πρῶτος καὶ γραφίας, id est, Aequi vetus hoc dictū est, liberos esse poetas ac pictores. Idem in Demosthenis Encomio, τὸ μὲν δὲ πρῶτον φῆλον ἐλθόντων, id est, Atqui poeticum genus liberum. Sentit autem liberum esse poetis & pictoribus impune, quidquid velint fingere. Ὀδύνη Grecis est causa siue accusatio. Magistratum iraque de quo cogebatur rationem reddere qui susceperat, ὑπὸ ὀδύων appellabant, Liberum autem & de quo non exigebatur ratio ἀνὸ ὀδύων. Indicat hoc Aeschinis oratio aduersus Ctesiphōtem. Diphilus, apud Athenæum lib. 6. de poetis:

Οἱ ἐξ ἑσπία

Ἔστι λέγειν ἄπικτα καὶ ποιῆν μῦθους. id est, Quibus



Quibus licet,  
 Et facere solis quidlibet atque dicere.  
 Ad quod adlusit Horatius, cum ait:  
 Pictoribus atque poetis  
 Quidlibet audendi semper fuit æqua po-  
 testas.

Nam poetz numine aguntur, eozq; illis fru-  
 stra præscribas. Seneca libro De vita beata  
 primo, Siue Platoni, inquit, credimus, fru-  
 stra poeticas fores compos sui pepulit, siue  
 Aristoteli, nullum magnum ingenium sine  
 mixtura dementiæ fuit. Est autem pluri-  
 mum cognationis inter poetice, & pictu-  
 ram. Hinc est quod Simonides, auctore Plu-  
 tarcho: τὴν μὲν ζωγραφίαν ποίωσιν σιωπῶσαν  
 προσκλήθει, τὴν δὲ ποίωσιν ζωγραφίαν λαλῶ-  
 σάν, id est, Picturam tacitam poësim appel-  
 lauit: poësim autem loquentem picturam.  
 Proinde Horatius:

Vt pictura poësis erit.

Torqueri pōt in eos, qui pertinaci & obsti-  
 nato sunt ingenio, quosque necesse sit suis  
 moribus relinquere. Aut in mulieres qui-  
 bus nihil nō permittitur, aut in principes  
 quibus omnia laudi dantur.

*Per transennam inspicere.*

PER transennam inspicere, Prouerbiali ni-  
 mirum figura dictum est, pro eo quod est,  
 non proprius neque singillatim, sed procul  
 & summatim inspicere. Translatum à ne-  
 gociatoribus, qui mercibus quas contrecta  
 xi nolunt, cancellos obiciunt: quidam etiā  
 vitrum pellucidū opponunt, vt prætereun-  
 tibus procul modo contemplari liceat: nec  
 explicant eas nisi licitatori idoneo. M. Tul-  
 lius De oratore libro primo: Si in aliquam  
 domum plenam ornamentorum, vel in vil-  
 lam venisses: si ea seposita, vt dicis, essent: tu-  
 que valde spectandi cupidus esses, non dubi-  
 tares rogare dominum, vt proferri iuberet:  
 præsertim si esset familiaris: similiter nunc  
 petas à Crasso, vt eam copiam ornamento-  
 rum suorum, quam constructam vno in lo-  
 co, quasi per transennam prætereuntes stri-  
 ctim aspeximus, proferat, & suo quidq; in  
 loco collocet.

*Nec de lite pronuncies.*

M. TULLIUS libro Epistolarum ad Atticū  
 septimo, Obsecro m̄te δίκην, præsertim in  
 te, à quo nihil vnquam vidi temere fieri.  
 Notauit Cicero carmen prouerbiale, quod

citatur cum ab aliis multis, tum à Luciano  
 libello De calumnia:

Μητε δίκην δικάσεις, πρὶν ἀμφὸν μῦθον ἀκού-  
 σης. id est,  
 Nec iudex fueris, partes ni audiueris an-  
 bas.

Nonnulli tribuunt Hesiodo, sed falso. Vñ-  
 de Tullius δὲ δίκης δίκαιον: appellat, cum sit  
 Phocylidis. Admonet autem non temere  
 pronunciandum de quopiam, nisi te vltro  
 citorq; diligenter cognita. Citatur & apud  
 Aristophanem in Vespis:

Ἦπτε σοφὸς ἢ ὕψις ἔφασκε; πρὶν ἂν ἀμφὸν μῦ-  
 θον ἀκούσης,  
 Οὐκ ἂν δικάσεις.  
 Sapiens fuit is, quisquis dixit:  
 Prius ac partem audieris vtranq;  
 Ne iudicem agas.

Eandem sententiam sic extulit Euripides  
 in Heraclidis:

Τὶς ἂν δίκην κρίνοιεν, ἢ γνώμῃ λόγον,  
 Πρὶν ἂν πρὶ ἀμφὸν μῦθον ἐκμάθῃ σοφῶ. id est,  
 De lite qui nam iudices, aut qui queas  
 Pernosserem, prius atque partem audi-  
 ueris

Vtramque:

Adlusit huc Seneca in Medea:

Qui statuit aliquid parte inaudita altera,  
 Aequum licet statuerit, haud æquus fuit.  
 Fertur inter Græcicas sententias & hic se-  
 narius:

Λιξέτασον μὴ κλάζει μὲνεα. id est,  
 Ne quempiam punito, rem ni expēderis.

*Duobus pariter euntibus.*

M. TULLIUS Epistol. ad Attic. lib. 9. Vna  
 fuisset, consiliū certe non defuisset, σύν-  
 τε δὲ ἐρχομένα. Idē Epist. fa. lib. 9. ad M. Var-  
 ronem: Volebā prope alicubi esses. Si quid  
 bonæ salutis. σύντε δὲ ἐρχομένα. Adposite ci-  
 tatur apud Platonem in Protagora, docens  
 opinionem reddi firmiorem, si fuerit ab al-  
 tero comprobata. Locus est apud Home-  
 rum Iliados. K. vbi Diomedes iturus ex-  
 ploratam, quid agant Troiani, comitem  
 postulat. Id enim fore tum iucundius, tum  
 tutius. Carmen sic habet:

Ἄλλ' ἄτις μοι ἀνὴρ ἀμ' ἔποτο καὶ ἄλλῳ,  
 Μάλλον βαλπωπῆν, ἢ θαρσαλιώτερον ἔσαι,  
 Σύντε δὲ ἐρχομένα, καὶ τε προδ' ὀτρύνουσαν.  
 Ὀππῶς κέρσῃ ἔη, μοῦθῳ δ' εἴπῃ τε νόσῳ.  
 Ἄλλὰ τί οἱ βράσσω δὲ νόος, λεπτή δ' εἰ τε μὲ-  
 τις. id est,

At mihi

At mihi si qui alius veniat comes, ille futurus

Solamen, fueritque simul fiducia maior, Si duo coniuncti veniant. Dein hic prior illo,

Si quid opus factio videt. At qui solus & vnus,

Quamuis perspiciat, tamen est mens se- gnior illi, &

Consilium tenue.

Apuleius in libello De dæmonio Socratis, autumat allegoriam non infringens huic Homericæ subesse figmentum, videlicet periculosis in rebus adhibenda duo consilium, & opem. Vlysses quoniam prudentissimus fingitur, consilii symbolum habet: Dionæ des, utpote iuuenis viribus antecellens, auxilii sustinet imaginem. Apulei ex eo loco verba sunt hæc: Eidem cum rebus creperis & afflictis speculatores deligendi sunt, qui nocte intempesta, castra hostium penetrēt, nonne Vlysses cum Diomede deliguntur: veluti consilium & auxilium, mens & manus, animus & gladius.

*Manu ferendum, non thylaco.*

Τῆ χειρὶ δ' εἰ σείρειν, ἀλλὰ μὴ ὄλω τῷ τυλάκῃ, id est, Manu sementem facere oportet, non autem tota corbe. Dicitur Corinthæ ad Pinclaram poetam, vt auctor est Plutarchus in commentario quem inscripsit: ποτιέρον ἀθὴν ναϊοκατὰ πόλιμον, ἢ κατὰ σοφίαν ἐν δροξάτεροι. Modus in omni re seruandus, & pedicentim ab aliis ad alia transeundum. Ab agricolis ductum est: qui cum serunt, non semel effundunt ipso vase, sed manu rara spargunt semina, vt vniuerso aruo occupando sufficiant. Ad eundem modum ita dispensanda est benignitas, vt multis suppeditare possit. Ita moderandus est labor in litteris, vt ad alia quoque vitæ munia suppetat animi vigor.

*Gallos quid execas?*

Γάλλος τί τέμνω, id est, Gallos quid execas? Quid actum agis? Nam Galli Cybelis sacerdores sua sponte sunt execatis testibus. Quid spoliis nudum? Cur affligis afflictum? Quamquam id ad quamuis inanem operam significandam conueniet. Quem admodum illa: Laterem lauas, Actum agis.

*Quanto afinis præstantiores muli.*

ΤΗ Ε Ο Γ Ν Ι Δ Ι Σ illud ipsissimam prouerbi faciem habet:

Γνόως δ' ὅσων ὄνων κρείσσοτες ἡμίονοι. id est, Noris vti quanto muli afinos superent.

Dicendum vbi quis longo intervallo præcedit. Refertur apud Athenæum lib. Dipsosophistarū 7. Sumptum videtur ex Homero, cuius hi versus sunt Iliados κ.

Ἀλλ' ὅτε δ' ἤρ' ἀπὲν ὄσων τ' ἐπιχραπέλοιται ἡμίονων, ὡ γὰρ τε βῶαν προφίρεσι τρωάεσσιν, Ἐλέμηναι νεοῖο βαθεῖνς πικρὸν ἄροτρον. 1. Verum vbi tantum aberat, quantum pars vltima sulci

Mularum. Siquidem hæc bubus longe potiores.

Ducere per pinguem segetem compactile aratrum.

Rursum Odysseæ θ.

Τῶν δὲ θένοδ' ἄριστος ἐν κλυτόσσιν ἀμίμων ὄσων τ' ἐν νεαῖο βρον πέλει ἡμίονοιεν, Τόσων ὑπεκπροβείων λαβρὸν ἴκεδ' οἷδ' ἐλίποντο. id est,

Hos cursu anteibat Clytoneus splendidus omnes

Quantum mularum sulcus præcedit in aruo

Tantum is præcurrens populos, metam attigit, illos

A tergo iniquens.

Olim bubus, afinis & mulis proscindebatur arua. Aratrum igitur quod à mulis trahitur, multo celerius perueniebat ad sulci finem, cum arator inuertit aratrum, quæ quod trahabatur à bubus. Hesiodus item mulos τελαίργγος vocat.

*Ne quid suo suas capiti.*

ΤΕ Ρ Ε Ν Τ Ι Β Σ in Phormione prouerbiali si gura dixit, Ne quid suo suat capiti, pro eo quod est, ne quid mali illi cõciliet. Expressum est ad illud Homericum Iliad. δ.

Οὐκ ὄφελον τρωέσσι κατεσσαμένα κκακὰ ῥέψαι,

An luere inuisæ non debebã mala Troizæ? Idem Odysseæ τ

Εἰνᾶετις γὰρ σφιν κκακὰ ῥέκπομεν ἀμφίπρωοτις

Ραντοῖοισι δόλοισι. π. id est,

Annun illis nouum mala iam fuimus, tentantes Fraudibus omnigenis.

Rursum Odysseæ π.

Τῆν δὲ σὺν πηλεμάχῳ θάνατόττε μείνοντε

Nn

Ρᾶπτης,

Γάπτεις, id est,  
Cur tu Telemacho mortem suis, exi-  
ciumque.

*Vestis vnum facis.*

Εἴματα ἀνδρ, id est, Vestis vir. Id hodie quo-  
que vulgo tritissimum est. Aiunt enim ad  
hunc modum: Vestitus virum reddit, qui  
habet, induat. Idem affirmat Quintilian.  
lib. Instit. 3. Et cultus, inquit, concessus  
atque magnificus, addit hominibus, ut Gre-  
co versu testatum est, auctoritatem. Hunc  
autem versum, quæ citat Fabius, opinamur  
esse illum apud Homerum *Odyssææ* ξ.

Ἐκ γὰρ τοι ἔβρω φάτις ἀνθρώπων ἀϊαβόαι  
Ἐδλίη. id est,

Quippe homini ex istis surgit bona fama  
decusque.

Paullo inferius in eodem libro quantum  
momenti cultus vestium adferat, ad conci-  
liandam homini formam dignitatemque,  
satis indicat, cum Nauicaam puellam ita  
de Ulysseloquentem facit:

Ρεῖδεν μὲν γὰρ δ' ἢ μοι ἀεικλίῳ δόατ' εἶναι,  
Νῦν δὲ θείοισι ἕοαι, τοι ἔβρωδὸν δέμα ἔχου-  
σιν, id est,

Ante videbatur specie scædissimus esse,  
Nunc diuis similis, magnus quos pascit  
Olympus.

Nam ante nudus, iam vestes nitidas induet.  
Irat Vlyses, ac protinus alius esse visus est:

Ἐξίτ' ἔπειτ' ἀπάντ' ὄθει κίων ἐπὶ θύνα καλᾶσ-  
σης,

Κάλλει καὶ χάριστι γίλβων. id est,

Deinde procul, veniens ad litora ponti-  
ca sedit

Fulgescens forma, atque leporibus.

*Teneri calidis balneis.*

Ἀπαλοὶ θερμολησίως, id est, Teneri calidis lau-  
uacris, in molles & luxu diffuentes diceba-  
tur. Nam antiquitus calida balnea delicia-  
rum nomine taxata fuisse, vel Homerus te-  
stis est *Odyssææ* Δ, inter voluptuariæ vitæ  
delicias ea commemorans:

Ἀεὶ δ' ἡμῖν δῶς τε φίλη κίβηρις τε χοροῖτε,  
Εἴματατ' ἔμμοιβᾶ, λοιτῶν τε θερμὰ καὶ ὄ-  
κω. id est,

At semper cordi nobis, epulæque choriq;  
Cantusque & variæ vestes, & balnea calida,  
Concubitusque.

Refertur adagium ab Eudæmo his quidem  
verbis, Ἀπαλοὶ θερμολησίως, ἀβροὶ μαλθακῶ-

σίως, id est, Teneri calidis lauacris, delicati  
lectorum mollicie. Huc adlusit Persius,  
cum ait:

Elizæque nates labefactat forcipe adunca.

*Dextrum pedem in calceo sinistrum in pelui.*

Δεξιὸν εἰς ὑπόδημα ἀριστῶν εἰς ποδῶν ἰπιτρον, id  
est, Dextrum pedem in calceum, sinistrum  
in peluim. Subaudi verbum ad sententiam  
accommodum mittit, aut ponit. Suidas ex  
Aristophane citat, aitq; dici solere in eos  
qui se norunt commode ad rei præsentis  
conditionem applicare, proque loco, tem-  
pore, negotiis, aliam atque aliam sustinere  
personam: Est autem carmen hexametrum  
heroicum:

Dextrum in calceolo, læuum vero in podon-  
ipitro.

Podonipitrum vas, in quo pedes lauantur,  
vide & vocabulum inditum à Græcis.

*Dædali alæ.*

Δωδάλου πτερά, id est, Dædali alæ: Dicit soli-  
tium, ubi quis alioqui non satis idoneus ad  
negotium conficiendum, artis alicuius, aut  
auxilii accessionem adiungeret. Aut cum  
quis urgente necessitate, ad noua confugit  
consilia. Nota fabula, quæ prouerbii mini-  
strauit occasionem nempe de Dædalo, qui  
nouo commento adfutis alis elapsus est è  
manibus Minois.

*Date mihi peluim.*

Δότε μοι λικάνην, i. Porrigite mihi peluim, ubi  
quid vehementer molestum esset, ita ut fer-  
ri iam diutius non posset, peluim sibi por-  
rigi iubebant, quasi præ bile nauseaque, &  
fastidio rerum vomituri: veluti si quis ora-  
tionem supra modum indoctam non fecisset,  
aut sophistis neniis ostentus dicat, δότε μοι  
λικάνην, id est, Porrigite mihi peluim. Re-  
fertur à Suida. Extat autè apud Aristophanem  
ἐν ἐπιφλάω. Et Plutarchus in Politicis  
citat è Platone comico.

*Dares Entellum prouocas.*

DARES Entellum prouocas, & prouerbii spe-  
ciem habet, & apud eruditos videtur in ius  
prouerbii celsisse. Sic enim Hieronymus  
ad August. Memento, inquit, Daretis & En-  
telli. Conueniet uti, si quædo quis priam iu-  
uenili temeritate lacesset aliquem, non perin-  
de

de promptum ad suscipiendum certamen, verum intolerandum, si semel inierit. Qui senum ferme mos, vt libenter suffugiant negotia, suscepta pertinaciter gerant. Sumptum est ex 5. Aeneidos lib. vbi Dares quispian viribus fretus, & serox iuuetā, vltro profiliens in medium, quemuis ad certamen prouocat: ad surgente nemine, deterritisq; reliquis, iā perinde quasi victor, præmiū flagitat ab Aenea. At Entellus leuex, & iam pridē ab huiusmodi genere certaminum seriatum, instigante partim Aceste, partim veterum victoriarum memoria, tandē surgit cestibus dimicaturus. Is diu suo consistens loco, iuuenem insolentius circumfilientem tulit, donec frustrato ictu lapsus, pudore sic recanduit, vt Daretem iam lōge imparem plane confecturus fuerit, nisi eū Aeneas intercedens eripuisset.

*Ad cynofarges.*

Ες κυνόσαργς, id est, Ac Cynofarges, pro- uerbiali conuitio dicebatur, quemadmodum εἰς μακκρίαν, καὶ εἰς κίρκας. Erat autem Cynofarges locus in Attica quispian, in quo nothi, spuriiq; exercebantur, cui nomen inditū, ἀπόκυνός ἀργός, i. A cane albo, seu veloci. Nam Græcis ea vox ἀργός, vtū- que significat. Qui colligit historias ex orationibus stelicuticis Gregorii Nazianzeni, tradit Cynofarges dictū ἀπό τῆς κυνός καὶ σαρκός, cōmutato κ in γ. Nominis causam hanc adscribunt. Cum olim Diomus quidam Atheniensis, auctore Stephano, nā Suidas Didyimum ponit, sacrificaret Herculi, canis quidam albus, aut, vt alii dicunt, velox aquila, victimæ partē abreptam in locum quendam deposuit. Quo prodigio territus, cum deum cōsuluisset, responsum est, vt eo in loco Herculi sacellum extrueret, in quem victima deportata fuisset. Nā cum Herculi placere. Porro, quoniam Hercules nothus fuit vt pote ex adultera natus, & tamen virtute sua diis æquum honorem adsecutus: idcirco visum est, vt inibi qui spurii fuissent, & neq; patris neq; matris nomine ciues, exercebantur. Nec abhorret ab his quod scribit Plutarchus in libello, quem inscripsit: ἐρωτηκόν, Εἰ δὲ γινώσκῃς τὸ πᾶσι δὲ εἰ καλεῖν ἔρωτα θύλω καὶ νόθον ὠσαρ εἰς κυνόσαργς σωτηλθῆτα, πλὴ γυναικω- ρίτην, μᾶλλον δὲ ὠσαρ αἰετοὶ τινα λίγρησι γρησιον καὶ δρεῖνον, ὅτ' ὄμρεθ' μέλακκ κὴ θρεβλυτῶ προ-

σάπτι, id est, Quod si igitur hunc quoque morbum oportet vocare amorem semineū ac nothum, veluti in Cynofarges coniciētē nos in muliebri conclaue, magis autem, sicut aquilam quandam dicunt gnestion, id est, ingenuam germanamq; ac montanam, quam Homerus nigram & venatricem appellat. Vnde vel contumeliæ causā dicebatur, εἰς κυνόσαργς, velut in spurium, vel imprecando, quasi dicas, in malam crucem. Postea consentaneum est hoc quoque loco garrice cepisse philosophos & sophistas. Nam Suidas testatur tria fuisse gymnasia, Lyceum, Cynofarges, & Academiam. Meminit huius rei & Plutarchus in Temistoclis vita, quem aiunt fuisse nothum. Erat autem extra portas Atheniensium Herculis gymnasium, quo spurii adulescentes sese conferebant exercitii gratia, quod & ipse deus nothus ac matre mortali natus esset. Huc Temistocles adhuc adulescens arte pelliciebat & ingenuos aliquot adulescentes, quo paulatim tolleret nothorum, & legitimorum discrimen.

*Cythnica calamitates.*

Κυθνήσιος συμφορὰ, id est, Cythnicæ calamitates. Zenodorus Aristotelem auctorem citat, Cythnios vsque adeo diuexatos afflictosq; fuisse ab Amphitryone, vt in pro- uerbium abierint, κυθνήσιος συμφορὰ, pro maximis cladibus, & immensis calamitatibus. Est autem Cythnus ex insulis Cycladibus vna, contra Dryopidem sita, teste Stephano.

*Cythnyimi probrum.*

Κυθνήμιος αἰχμή, id est, Cythnyimi dedecus. In hominem dicebatur vehementer infamem, scdidiq; uominis, cuiusq; nomen iure supprimi debeat: vel ob malefacta, vel ob calamitates. Vnde & Græca vox à celando nomine dicta. Et hodie dicitur vulgo, tegendam ollam, quoties innuunt scdidius esse facinus, quàm vt auctoris facienda sit mentio. Auctor Zenodorus.

*Cyziceni stateres.*

Κυζικηνοὶ στατήρες, id est, Cyziceni stateres. De re scite scalptra. Hoc n. subindican παραμυ- λόγοι. Nam hi nummi olim celebres erant, quod eleganter scalptra viderentur. Repræsentabant altera parte Cybelen deorū ma-

rem, facie muliebri, altera leonis imaginē at magis videtur fore locus proverbio, cū hominem significamus in zqualerem, ac sui dissimilem: aut qui longe aliud agat, quā prę se ferat. Quemadmodum nummi Cyziceni ex vno latere Cybelen ostendebant effeminatam, ex altero leonem. Stater is valebat 28. drachmas Atticas, vnde & de re magni precii videtur posse dici. Cyzicus autē erat ciuitas Propontidis. Quidam eiusdem nominis urbem ponunt in Sicilia. prouerbii pręter alios meminit Suidas.

*Cyria terra.*

Κυρία γῆ, i. Cyria tellus, dicebatur regio latrocinii infamis, cuiusmodi ferūt olim fuisse Cyrum. Est autem Cyrus insula quzdam ad boream opposita Iapygię melificio nobilis, auctore Stephano, verum ob latrocinia fuit inaccessa nauigantibus. Plinius autumat hanc esse Corsicam, In Ligustico, inquit, mari est Corsica, quam Gręci Cynron appellauerunt. Gens hæc & hodie male audit. Prouerbum non inepte detorquebitur in hominem alieni rapacē ac violentum. In collectaneis Zenobii per Aldū editis reperitur, κυρία ἄτη, i. Cyria noxa.

*Cinyre opes.*

Κινύρες πλῆστῶ, id est, Cinyrę opes. De immensis diuitiis dicebatur. Simillimum illi, Midę opes. Nam huius regionem opulentissimam fuisse, Naso satis indicat Metamorphoseos lib. 10.

Gratulor huic terrę, quod abest regionibus illis,

Quę tantum genuere nefas, sit diues Amomo,

Cinnamagī, costumęque suam, sudatąque ligno

Thura ferat, floresque alios Panchaica tellus,

Dum ferat & myrrham.

Pindarus in Nemeis meminit Cinyrę prę diuitis: σὺν δὲ αὐτῷ φησὶν ἄλλοις ὁ λαβῶν ἀνθρώποισι πῆρμονότερον, ὅσαυτ' καὶ κινύρεσσιν ἔβρουσε πλῆστα παντῶν ἄνθρωποις κινύρεσσιν, id est, Deo laudate felicitas hominibus stabilior, quę sane & Cinyram opibus cumulauit olim in marina Cypro. Prouerbis meminit & Plato libro De legib. 2. Ἐάν δ' ἄρα πλῆστί μὲν κινύρεσσι καὶ μὲν ἀμαλλοῖσιν δὲ ἄλλοις, ὁ δὲ αὐτῶν τῶν ἐστὶν ἡ φησὶν ἔστι, id est, Quod si ditior quidem

fuerit quam Cinyra aut Mida, sit autem iniustus, & miser est, & moleste viuūt. Suida in dictione καταγράμματα refert hunc ad modum, καταγράμματος τίθεν ὁ βαθύτερον, καὶ τῶ κινύρεσσι πλῆστίωτερον, καὶ σαφῶς ἀποδείκνυται, ὅπως τὸ τῶ πῆρμονίας ἐπὶ σοὶ πληρωτέον ἴσθι πάσας οἰγέροντες, id est, Consenscas Tithono profundius, Cinyraditus, Sardanapalo deliciofius, vt in te compleatur prouerbum: Bis pueri senes.

*Minus de istis laboro, quā de tanis palmiffrubus.*

Μέλει μοι τῶν τοῦτων ἔργων ἢ τῶν ἐν τοῖς τέλαμασι βατράχων, id est, Nihil maior mihi rerum istarū cura, quā in ranarum in limo versantium. Prouerbialis hyperbole qua significamus nihil omnino ad nos pertinere negotiorum. Recte dicitur & in obrectatores, quorum oblocutiones dicemus nos fortiter contemnerē. Siquidem ranę tamen assidue obgannierit, oblatrentque, pręterentibus, & odiosam illam cantionem iterent sine fine, βρῆκεκε ἐξ κοῦξ κοῦξ, tamen nemo commouetur.

*Cucurbita sanior.*

Κολοκύνθης ὑγιέστερον, id est, Cucurbita salubrior. Suidas, & Zenodotus pro adagio referunt. Athenęus lib. 3. citat hunc versiculum ex Epicharmo:

Υγιέστερον τ' ἢ ἔστι κολοκύνθας πολὺν Ἐρατῆ; longe sanior cucurbita.

Versus Gręcus cōstabit si legas ἔστι. Nam vt nos adduximus, habetur in Athenęo edito per Aldum. Vnde sit natum, non indicat. Proinde diuinandum id inde ductum, vel quod cucurbita non facile lęditur aeris vitio, propter crustū quo tegitur, id quod ea variis remediis efficac esse perhibetur, quemadmodum indicat Dioscorides lib. 2. Item Plin. lib. 20. c. 3. Nec vna tantū species ad remedia valet, & fatiua, quam Gręci κολοκύνθην appellant: valet inanis intus sylvestris, quam Gręci somphon, vt ait Plinius dicunt. valet & fatiua minor κολοκύνθης quasi dicas cucurbitulā. Nobis videtur non absurde ductum hinc prouerbum, quod cucurbita vndique turgeat, integra, nec rimis hians, nec vermiculis obnoxia. Est autem integritas & obesitas corporis, sanitatis argumentum. Cognatum illi quod alias recensuimus: κρότων ὑγιέστερον, id est, Crotone salubrior.

CMS

*Cum deo quisque & gaudet & flet.*

Ἐὼ τῷ θεῷ παρὰ καὶ γὰρ ἀκ' ἀδύρεται. id est,  
Deo volente, quisque videt, atque flet.  
Admonet ad agnum rerum humanarum ce-  
lerem esse commutationem, neq; in vobis  
sicut, ut res perpetuo secundæ sint, verum  
ut cunctis fortunæ libitum fuerit, ita vel se-  
cundis rebus attoilimur, vel aduersis affigi-  
mur. Extat hic versiculus apud Sophoclem  
in Aiace flagellifero. Idè sibi vult illud Eu-  
ripideum ex Iphigenia Aulidensi:

Οὐκ ἐπιπάσι σ' ἐφύτθον τ' ἀγαθῆς,

Ἀγάμνων ἀτρεδός.

Δεῖ δὲ σε χεῖρα καὶ λυπηθεῖσαι.

Θνητὸς γὰρ ἔφυς, καὶ μῆσιν θέλης.

Τὰ θεῶν ἄτα βλάδωμι ἔσαι.

id est,

Non te fecit ad omnia læta

Agamemnon Atreus.

Gaudere atque dolere necesse est.

Mortalis enim es. Sin tu nolis,

Tamen eueniet, sic diis placitum.

Cum deo sit Græcis, quod sit fauente numi  
ne. Contra sine deo, quod absque deorum  
fauore. Pindarus in Pythiis hymno, quin-  
to, ἰσθῶν ἄτερ, id est, Non sine diis. Idè eius-  
dem operis hymno 9.

Ὡκεία δ' ἐπιγαγόμενων ἡδὺ θεῶν πράξις ὀδύρε

βραχέει.

id est,

Velox actio iam diis accelerantibus bre-

uesque vie.

Rursus hymno decimo:

Θεῶν τιλεσάντων,

Ὅδ' ἐν ποτὲ φάεταί ἐμμεν ἄπρον.

id est,

Cum dii peregerint, nihil videtur esse in-  
credibile.

Et Vergilius:

Haud equidem, sine mente reor, sine nu-  
mine diuum.

Ita quod præter spem vltro obtingit, diui-  
nitus fieri dicitur. Aristoph. in Equitibus:

Ἄλλ' ὅδ' ἐπιπροδύχεται

Ὅσπερ κατὰ θεῶν εἰς ἕγορην.

id est,

Sed ipse in concionem prodit huc

Tamquam deo volente.

M. TULLIUS in Veriem actione quinta:  
Qui Metello diuinitus hoc venit in men-  
tem? Et Horatius lib. 3. Oda 4. Non sine  
diis animosus infans. Et σὺ τὸς μέσους, id  
est, musis fauentibus, σὺ τοῖς θεοῖς, id est,  
diis bene inuuantibus. Festiuum est quod de  
Stratonico refert Athenæus lib. 8. Is enī ef-  
fer parum insignis citharædus, habereq;

in ludo suo nouem Musarum imagines, &  
Apollinis vnam, discipulos duos, rogatus à  
quopiā quos haberet discipulos, σὺ θεοῖς,  
inquirit, δὲ ἄρα, ludens amphibologia. σὺ  
θεοῖς, accipi potest, annumeratis diis fauen-  
tibus. Porro veteres præcipuum numen tri-  
buebant fortunæ, cui tribuitur quidquid fe-  
liciter aut secus euenit: de qua Demosthe-  
nes in oratione ad Philippi epistolam: με-  
γαλὴ γὰρ ἔσται, μᾶλλον δὲ τὸ εἶλον ἢ τόχη ἐστὶ  
πρὸς ἀπαύται τὰ τὸν ἀνθρώπων πράγματα.  
i. Magnum enim momentum, imo verius  
totum est ipsa fortuna ad omnes hominū  
actiones. Item Aeschines in Apologia:  
τῶν παραπρῆβείας· ἢ τυχεῖ πάντων ἐστὶ κωρία  
id est, in fortunæ manu sunt omnia.

*Cum Coryco iustari.*

Ἐξὸς κώρυκον γυμναξίδου, id est, Aduersus Co-  
rycum iustari dicebatur, qui sumeret ina-  
nem operam opinamur Corycum palestri-  
ten fuisse quempiam iniustum. Nisi malu-  
nus Corycum esse manticam coriaceam,  
ut adagium adfinc sit illi: Vtrem vellis. Ve-  
rum hoc sensu Hecychius scribit per ὁ & σ.  
Suidas scribit per ὁ & τ. Porro talit pugnata  
est Apulcio in Theisalia.

*Circosum os.*

Κυρῆτων στόμα, id est, Curerum os. Dici soli-  
tum si quando quis numine affatus loqui  
videretur, propterea quod i cureres Cybeles  
comites furore quodam sacro perciti, diui-  
nare viderentur. Refertur à Zenodoto. Me-  
minit & Hecychius.

*Melius nobis est, quam heri.*

PROVERBIALEM habere figuram videtur  
illud Aristophanis in Pluto:

Ὡβλεψίδεμα ἄμεινον ἢ χεῖς πρῶτομαι.

id est,

O Blepsideme melius atq; heri mihi est.

Cum significamus fortunam in melius cō-  
mutatam. Item illud Theocriticum, quod  
alio citauimus loco:

Τέχ' ἄμεινον ἔσσει' ἄμεινον.

id est,

Melius cras forsā habebit.

Nam heri & cras, pro præterito futuroq; ue  
tempore posita sunt.

*Cretenses sacrum.*

Οἱ κρεῖτες τῶν ἐνοσίων, id est, Cretenses sacrum,  
Nn 3 subaudi

subaudi faciunt, aut simile quidpiam. Adagium Zenodorus ad huiusmodi refert fabulam: Tempestate iactatus Agamemnon, delatus est in Cretam, ingressusque Polyrrhenen (nam id est Cretæ insulæ oppidū, ab ouium copia sic appellatum, auctore Stephanano) rem diuinam fecit. Interea vero captiui conscensis nauibus aufugerunt. Quæ res cum illi renunciaretur, tertur dimidiatum & imperfectum sacrificium, & iam incensam victimam reliquisse, curriculoque ad maris litus properasse, perturbatum maiorem in modum, animoque cōsternatum. Ibi vix vnā reperisse nauem reliquam qua deuectus est, multum imprecatus malorum eius insulæ cultoribus. Vnde si qua res per tumultum, ac turbulente fieret, κρητικὴν εὐσίαν, id est, Cretensē sacrum vocabant. Nobis videtur quadraturū, vbi quis non fruitur his quæ parauit. Quem admodum vsu venit Agamemnoni, cuius victimas deuorauere Cretenses.

*Simul & miserum est, & inserijt gratia.*

Α' ἡλίεται καὶ τέθνηκεν ἢ χάρις. id est, Simul & miserum est interitūq; gratia. Senarius prouerbialis apud Zenodotum, dici solitus in ingratum, qui simul atque leuatus est malis, desinit meminisse beneficiorum eius, cuius opera restitutus est: iuxta illud, Si dolet, meminit: si placet obliuiscitur: cum contra admodum prouerbiū: Χάρις λαβῶν μίμησις, δ' ἔστι παθεῖν. id est, Memineris accepti, dati obliuiscere. Idem decet in Moralibus Seneca: Beneficij accepti meminisse oportere, dati obliuisci.

At nunc ita est ingenium vulgi, vt fragilis sit beneficiorum memoria, iniuriarum tenax. Et iuxta Plautum: Si quid iuues, pluma leuior gratia: si quid offendas, plumbæ iras gerunt. Celebrantur in eandem sententiam hi quoque versus:

Α' δ' ὁ σωθεὶς ἐστὶν ἀχάρις ὄψεται. id est, Seruatus vsq; ingrat' est, & immemor. Et: Μιτὰ τ' ὀδύσει τὰ χίρα γνέσκει χάρις. id est, Post munus illico confenscit gratia.

*Morsus aspidis.*

Δήγμα ἀσπίδος, i. Morsus aspidis. De malo immedicabili, aut de lingua vehementer virulenta. Refertur adagium ab Apostolio Byzantio, non admodum memorabili au-

ditore, nisi nos meliorum inopia compelleret. Quamquam hunc nec Politianus grauat est quodam in loco citare testem. Circa fertur Græce versiculus, adagio conueniens:

Ἰὸς πέφικεν ἀσπίδος καὶ γυνῆ. id est,

Telum aspidis profecto mulier improba. Aelianus primo De naturis animalium libro tradit aduersus viperatum, omniumque serpentium morsus reinedium inueniri, aspidē vna excepta, præcipue si de rana gustarit, vt ait libro primo. Solius huius scilicet omni cura potentiorum esse. Nec ab illo vinci, præterquam à muliere, quæ vel aspectu contactuque solo necet, quorum alterū cum regulo, alterum cum aconito commune. Nicander item in Theriacis:

Ἀσπίδα φονίεσσαν ἀμυδρότατον δαΐξ' ἄλλων. id est,

Aspida crudelē, cui' super omnia morsus Immedicabilis est.

Plinius prodidit, aspidem numquam vagari sine compare, quod si contigerit alteram interimi, protinus altera persequitur percussorem, in medijs quoque fori turbis agnitum. Addunt quidam ab hoc scilicet serpente intra quattuor horas emori. Nihil autem vetat, quod minus trahatur adagium ad hostem clancularium, & tanto pestilentiorum, quod clanculum citraque dolor em infundat venenum hæc serpens, neque post morsum appareat vulnus in corpore: tantū somnus letalis obrepit, quemadmodū describit Nicander, atq; hinc existimant quidam morsum illius ἀμυδρότατον ab eodem poeta vocari.

*Arbore deiecta quiuis ligna colligit.*

Δρυὸς περὶ δένδρος πᾶς ἀνήρ' ἐπιβύττει. id est,

Ruente quiuis ligna colligit arbore.

Meminit huius prouerbii Theocriti Scholiastes, sed pro περὶ δένδρος scriptum est περὶ δένδρος, mendose. Si quem fortuna præcipitem dederit, in hunc passim omnes incurrunt, & quisque quod potest diripit. Iam enim sibi putant impune fore. Exemplum huius adagionis est apud Iuuenalem de Senano.

*Nihil est ab omni parte beatum.*

Quo d scripsit in Odis Horatius: Nihil est ab omni Parte beatum.

*Prouer-*

**Prouerbialem** habet sententiam, quæ Græci sic efferunt:

Ὀὐκ ἔστιν ὅστις πάντ' αἰεὶ δὲ δαίμωνι. id est, Felix per omnia nullus est mortaliū.

Hunc senarium citat Aristoteles lib. Rhet. 2. inter exempla sententiarum. Est aliquoties & apud Theognidem. Clearchus apud Athenæum adducit hunc versum:

Ἀλώμενον δ' ἔδιν ἔγειτο βροτοῖς, id est, Nil vltquam est hominum carperē quod nequeas.

Menander apud Plutarchū, πῶδ' ἄνθυμίας Ἀρ' ἐστὶ συγγινεῖς τι λύπην καὶ βίῳ, id est, Num quæpiam intercedit his cognatio, Vitz ac dolori.

Ad hanc sententiam pertinet quod alibi diximus, omnibus galeitis innasci crista. Theſeus priuſquam veniret in Atticam, inſtituit ſacra quædam, quæ ludis ac lætitiâ peragerentur, quædam contra, quæ ræro-recluduſque Ceterum cum aduulſiſſet in Atticam quoniam multos reperit ſqualidos, ac mæſtos ob mortem Regis Aegæi, qui deſperato filii reditu præ dolore ſemet è ſaxo præcipitem dedit: multos contra lætitiâ geſtientes ob filii reditum, inſtitutum eſt, vt in ὠχοφορίῃ, (id eſt, nomen feſto à geſtan diſ ramis) non nuntius ipſe, ſed caduceum coronaretur, deinde qui ſacris interſuerū emitterent hæſ voces, εἴα καὶ id eſt, eia, heu, quarum prior gratularionis eſt, & in bellicis præaniſibus cani ſolet, quod liquet ex Ariſtophanis Pace, vbi crebro repetuntur illa, ὦ εἴα. εἴα μάλα. ὦ εἴα. εἴα ὦ. altera luſtus eſt, Vnde & αἴας dictus Græcis & αἰάζων. Hæc videlicet eſt imago vitæ mortalium. Hiſtoria referunt à Plutarcho in vita Theſei: Pindarus in Iſtmiis hymno 3. ad tempus torquet ſententiam, αἰών δ' ἐκ κληιδ' ὀνομαῖς ἀμέριος ἄλλοιπ' ἐξέλλαξεν, Ἀτρεωτοῖγε μὲν παῖδες βίων, id eſt, ſæculū autem voluendis diebus, nunc hæc, nunc illuc ſeſe ſteclit. Ceterum dii extra telorum iactum ſunt. Nam interpres admonet hic παῖδες βίων eſſe dictū pro βιω. Simile quiddam habet in Pytiis hymno 7. φαυτιγμῶν ἔτι κεν ἀνδρῶν πέρημονίμων ἐκλαοσαν δὲ δαίμωνιαν, τὰ καὶ τὰ φέροντα, id eſt, Aiunt ſane ſic viro ſtabilem floreſce felicitatem, ſi hæc & hæc ferat, hoc eſt, ſi ferat tū proſpera, tum aduerſa. Perpetua felicitas minitatur ſubicum exitium: quod temperatum eſt, ſolet eſſe diuturnius. Interpres in hanc ſententiā adduxit verſum Homericū.

Τὸν πῶδ' μῦθ' ἐφίλοισι, δίδ' ὕσ' ἀγαθὸν τι κακόν τε. id eſt,

Vniceamans dederat cui muſa bonumque malumque. Extat autem hoc carmē Odyſſeæ 8. De Demodoco. Rurſum Pindar' hymno 5. πῶν δ' ἔστις ἀπόκαρπός ἐστιν ἔτ' ἔσται, id eſt, Laborum autem exors nullus eſt nec erit. Ac μοχ, τὰ καὶ τὰ ἔμεν, id eſt, hæc fortis, videlicet bona cum malis. Interpres adducit & alium Pindari locum, qui eſt in Pythiis hymno 3. ἐν παρ' ἔσλόν πῆματα ζῆν δ' ὄνο δ' αὐνοῦται βροτοῖς: ἀτὰρ νατοῖ, id eſt, Ad vnū bonum duo ſimul mala partiuntur mortalibus immortales. Adducit & illud Homericum, quod alibi retulimus ex Odyſſeæ 10.

Δοῖα γὰρ τε πείθει κακὰ καὶ εὖ ἐν δ' ἴσ' ἔδ' εἰ. i. Dolia namque Iouis duo ſunt in limine poſta.

Huc pertinent & illa, de quibus nobis alias dictum eſt: Vbi mel, ibi ſel: vbi vber, ibi tuber, & huius generis alia. Nec alienum arbitramur ab hac ſententiâ, quod præſcis Romani duas diuſ colerunt, Angeroniam atque Volupiam, alteram ab angoribus dictam, alterâ à voluptate, & Angeroniæ quidem pontifices in ſacello Volupię ſacrum faciunt, ſignificantes dolores ac voluptates in vita hominum inuicem mixtas eſſe. Addunt Angeroniæ ſimulacrum in ara Volupię fuiſſe collocatum, quod dolor comes ſit voluptati, & voluptas dolori, ac figura, vt os habeat obligatum atque ſignatum, hoc enigmate ſignificantes, eos qui dolores & anxietates animi diſſimulant, patientię beneficio ad maximam peruenire voluptatē. Huiuſmodi ſerme Macrobius libro in Sōnium Scipionis primo. Definam ſi Aſchyli verſum adſcripſero, quem Iulius Pollux libro ſexto capite 11. teſtatur extare apud Ariſtophanem:

Ὁ γυλακμῖον τ' ἄρεα κοικαῖς ῥοζῶν. id eſt,

Eulciter acce temperabis punicum. Huius enim pomi grana gratam quædam habent acrimoniam. Ad eundem modum temperata eſt vita mortaliū.

*Felicitum multi cognati.*

Τῶν δὲ τυχεύων πάντες εἰσὶ συγγενεῖς. id eſt, Cognatus vnus quilibet felicitium.

Id hodięque vulgo dicunt, locupletum plurimos eſſe cognatos. Huc aduulſit Terentius in Phormione, At ſi talentū tem reliquiſſet decē, primus eſſes, memoriter progeniem



vestram vsque ab auro atque atauo profereus. Pindearus in nemets hymno 10. sic exulit: γνήμην. Οίχηται τιμῶ, φίλων τε κωμωμενῶ φωνί, παυροῖ δ' ἐν πόνω πρὸς βροτῶν, id est, Perit honos, viro priuato amicis, pauci autem mortales in rebus asperis fidi. Plato in epigrammate:

ἢ μὴ τις ἔγνωσ  
Τὸτ' ἐπ' ὅ, ἄς ἄδ' εἰς ἄδ' ἐν ἔχορτι φίλος. id est,  
An tandem expertus nosti verbum vetus illud:

Quod qui nil habet, huic nullus amicus adest,

*Amantium ira.*

Τῶν φιλήτων ὀδῶν, id est, Amantium iræ. Vbi qui non ex animo indignantur inuicem, aut de iracundia neutiquam duratura. Terentius in Andria: Amantium ire, amoris redintegratio est. Et iuxta Græcam sententiam:

ὀργὴν φιλήτων μισθὸν ἰχθυέει χρόνον. id est, Pusillo amantum durat ira tempore.

Atque huiusmodi dissidiola, quæ non nunquam incidunt inter amicos, modo absit amaritudo, quasi renouant amicitiam excusso diuturnæ consuetudinis tegido. Quod eleganter indicat & Mimus ille Publitanus: Discordia fit carior concordia.

*Primum recte valere, proxima forma, tertio loco diuitiæ.*

PLATO libro de legibus secundo: λέγεται γὰρ, ἄς ἀριστοῦ γινώσκον δ' ἄντερον ἢ κάλλος. Τρίτον δὲ πᾶστ' ὅ, id est, A iunt enim optimum, ac potissimum esse bonā valetudinem, proximum fortunam, tertium diuitias. Meminit huius adagii alii quoque, locis. Stobeus citat hæc ex Sclerio quoddam ὑγιάνει μὴ ἀριστοῦ ἀδρι θνατῶ, δ' ἄντερον δὲ φανῶν καλὸν γένεσθαι, τρίτον δὲ πᾶστ' ἐν ἀδ' ὄδω, εἴτα τέταρτον ἢ βῆν μετὰ τὸν φίλων, id est, Bona valetudine esse optimū est homini mortali. Proximum specie honestæ præditum esse. Tertium opes habere citra fraudem. Quartum ætate vigere cum amicis. Plato autem libro De legibus primo effert ad hunc modum: ὑγίαι μὴ ὑγίαι κάλλος δὲ δ' ἄντερον, τὸ δὲ τρίτον ἰχθυός, τέταρτον δὲ πᾶστ' ὅ, ἄντερος ἀλλὰ ὄδ' ἐν βλήτων, id est Primum locum obtinet bona valetudo, secundum forma, tertium sobur, quartum opes, haud cæcæ, sed acutū

cernentes. Hic ordo votorum olim populalibus etiam cantilenis celebrabatur, teste Platone in Gorgia. Fertur inter Græcas sententias huiusmodi senarius:

Οὐκ ἔδ' ὑγίαις κρηπῶν ἄδ' ἐν βίῳ. id est, Quam bene valere, melius in vita nihil.

Item alter huic, similis:

ὑγίαι καὶ τὸς ἐδ' ἀτῶ βίῳ δ' ὄδω. id est, Recte valere & sapere, duo vitæ bona.

Quo spectat etiam illud Iuuenalis:

- Ut sit mens sana in corpore sano.

Et Horatii:

- Valeat possessor oportet.

Aristo Sicyonius pæana scripsit in laudem sanitatis, ut refert Athenæus lib. 15.

ὑγίαι πρὸς βίῳ μακάραν  
μετὰ σὺν νόσῳ τὸ λεπτόμυρον βιοτῶς,  
σὺ δ' εἰμι πρόφρων σωθῶν εἰς. id est,

Sanitas antiquissima deorum, Tecum viuat quod reliquum est vitæ, Tu vero mihi propitia conuictrix esto. Ac μοχ: μετὰ σὺ ὄδω μακάρα ὑγίαι, τὸ δὲ λεπτόμυρον, καὶ λάμπει χαρῆ των ἔαρ, Σέβειν δὲ χωρὶς ὄδω δ' ὄδω, id est, Tecum diua sanitas florent omnia, ac renidet gratiarum ver. Absque te vero nemo felix. Aristoteles libro Rhetoricū 2. exemplum sententiæ, quæ nō egeat epilogo, hoc est addita ratione, quod sic omnibus persuasum sit, refert: Ἀνδρὶ δὲ ὑγιάνειν ἀριστον ὡς γέμα δ' ὄδω, id est, homini bene valere optimū est, ut mihi quidem videtur esse senarius, sed corruptus. Aristoteles Moralium ad Eudemium lib. 2. narrat aliquem in vestibulo templi, quod est in Delo Apollinis, hæc scilicet sententiam: Eidem non adesse omnia, bonitatem, honestatē, ac iucunditatem: ac quod iustissimum esset, fecisse honestissimum, optimū autē bene valere, omnium vero iucundissimū, potiri quod quis amat. Philosphus vero felicitatem cum sit optima & pulcherrima, tamen eandem iudicat esse iucundissimam. Hæc enim diuidit vulgus, cum re vera sint coniunctissima. Locus erit prouerbios, quoties significabim' aliud alio prius esse, & iis, quæ potiora sunt, maiorem curam deberi.

*Sanum esse. Ambrosia alendus.*

FORNUM esse, & Ambrosia alendus. Vtrūque prouerbiali figura dixit M. Tull. alterum indoctos, ac brutos homines, alterum in egregios, ut intelligas illos pecudibus, hos diu æquandos. Nam sceno videntur boues.

boues. Ambrosia cibus est apud Homerū, deorum αἶν ἔσονται. Cicero lib. de Oratore 2. Sic ego, Crasso audiente, primum loquar de facietis, & docebo vos, ut aiunt, oratorē eum, quem cum Catulus nuper audisset, se num alios aiebat esse oportere. Rursum idem eodem libro: Locabatur, inquit, Catulus, præsertim cum ita dicat ipse, ut ambrosia alendus esse videatur. Horatius, prælautas opiparasque cenas, Deum cenas vocat:

O noctes, cenæque Deum:

Nectar & Ambrosiam indicans. Nam hæc illis tantum à poetis tribuuntur, si quando domi cibum capiunt: alioqui si contingat aliquo ad optimam victimam inuitari, nidore carniū magis delectantur.

*Spes alunt exules.*

Αἱ ἐλπίδες βότκῃσι φυγάδας, id est, Spes pascunt exules. Vbi quis excuslus à pristina fortuna semper id agit ut restitatur. Ab humano sumptum ingenio, quo fieri videmus, vt nullus ita sit exul, quin & velit, & speret futurum, vt aliquando postluminio redeat in patriam. Eodem animo se fuisse testatur Ouidius apud Tomitanos exulās. Ne Iudæos quidem hodie spes destituit. Euripides prouerbialem sententiam fuisse significat, Citatur autem à Plutarcho, libello quem De exilio conscripsit:

Αἱ δ' ἐλπίδες βόσκουσι φυγάδας, ὡς λέγῃ, Καλῶς βλέπῃσι γ' ὄμμασιν, μίλλῃσι δ' ἰδέσθαι. id est, Spes exules alunt, vt habet adagium, Oculisque spectant blandulis, cessant tamen.

*Ἰππομανεῖν.*

Ἰππομανεῖν, dicebantur prouerbiali conuitio feruere virosæ ac libidine præter modum prouocantes. Aristoteles lib. De animalibus 6. αἱ μὲν γὰρ αἰετῶν βλασφημίαν τὸ ὄνομα αὐτὸν ἐπιφέρουσιν, ἀπὸ μόνος τῶν ζῴων τῆ ἐπι τὴν ἀκόλαστον πρῶτον τὸ ἀφροδισιολογῆσαι, id est, Igitur equæ furiant in equos. Vnde ab vno auimante ductum est vocabulum, quod in mulieres conuitio dicitur, circa Veneream intemperantes.

*Ouium mores.*

Ῥοβῆτων ἰδῆ, id est, Ouium mores. In stupi-

dos ac stolidos iaci solitum Aristophanes in Pluto.

ἀλλὰ προβατῆς βίον λέγεις. id est,

Mihi imo vitam prædicas ouiculæ.

Aristoteles libro De natura animalium nono, quamobrem ita prouerbio dici consueuerit, indicat: δὶ ἄφρα κατὰ τε θελήσειν ἢ πρῶτοντα, καὶ ἀνδρείου καὶ ἡμερῆταια, κούνησι τε καὶ ἀνικου. τότε γὰρ τῶν προβάτων ἰδῆ, ὅσπερ λέγεται, ὄνυξ καὶ ἀνικου. πάντων γὰρ τῶν τετραποδῶν κῆρσον ἐστὶ. ἐρπει εἰς τὰς ἐρημίας πρὸς ὄδον. καὶ πολλὰ κίς χασμῶν ὄντ' ἐξέρχεται ἐνδοθὲν, ἢ ὅταν ἴσῃ τὸ πνεῦμα ληρωσίν, ἀνὴρ κινήσει ὁ ποιμὴν, οὐκ ἐθέλων ἀπέραι, ἀλλ' ἀπὸ λλωτῶν καταλαπόμενα, ἐὰν μὴ ἄρῆνας κομίσωσιν οἱ ποιμῆνες, τότε δὲ ἀκολυθῶσιν, id est, Differunt autem & timiditate mansuetudineque, & ferocia placiditateque; intelligentia ac stoliditate. Nam & ouium ingenium quemadmodum aiunt, simplex ac stultum. Siquidem est omnium quadrupedum inertissimum. Prorepat in desertis, nulla de causa, ac sex numero hybernis mēsis foras à septis digreditur. Cumque à nauibus occupatum fuerit, ni pastor compulerit, discedere non vult, sed relictum cessansque perit, nisi pastores mares adduxerint. Nam ita demum consequuntur. Proinde Aristophanes taxans vecordiam populi Atheniensis, oues illos vocat in Vespis:

Ἐκκλησιάζειν πρόβατα συγκαθήμενα. id est,

In concione pecus ouillum confidet.

Nec hoc prætereundum loco, quod Diogenes Cynicus opulētum quendam, ceterum indoctum, προβάτων χρυσόμαλον, id est, Oue aureo vellere dixit. Et Plautus in Bacchidibus, Quis has huc oues adegit? in senes stultos. Huc respiciens Origenes enarrans Leuiticum, ouis immolationem interpretatur affectum stultorum & irrationabilium correctionem.

*Muris interitus.*

Κατὰ μὲν ὄλιθρον, id est, Iuxta muris interitum. Aelianus lib. De naturis animalium 12. capit. 10. tradit murem minime viuacem esse, sed sua sponte defluentibus intestinis ocyus emori, atque hinc natum prouerbum, κατὰ μὲν ὄλιθρον, id est, Iuxta muris interitum. Addit hoc vsum Menandrum in Ithacæ. Quadrare videtur tu homines imbecilla valetudine, aut in μαροβίς, id est, Breuis

Breuis æni, quos *μινωθεδεις* appellat Homerus. Aut in eos qui paulatim extabescunt. Verisimile est enim, mures sic emori quemadmodum nascitur in Aegypto: ut aliqua pars sit viuus mus, altera nihil nisi limus.

*Antelensem augere ollam.*

Ἐπὶ τῷ φακῆς ἀνέσταν τὴν λοπάδα, id est, Antelensem augere ollam. Prouerbiali figura dictum, pro eo quod est, spes ingentes in animo concipere priuſquam res ipsa teneatur. Aut polliceri quod ipse non dum habeat, aut præpropere sibi placere, quasi iam possideat ea quæ procul etiam dum absunt ut teneantur. Veluti si quis vitæ strepitum augeat spe magistratus, quem incertum est an sit impetraturus. Citatur adagium ex Cratete apud Athenzum: *μη̄ πρόφακῆς λοπάδ' ἀύξων εἰς σάσιν ἄμμις βάλῃς*, id est, Ne antelenticulam augens ollam, aut patinam, inſeditionē nos mittas. Citatur & à Plutarcho cōmentario De præceptis bonæ valetudinis, eiusdē Cratetis nomine, his quidē verbis: *ὁ μὲν ἔνκαρτῆς δ' αἰ τρυφήν ἢ πολυτέλειαν οἰοῖται ἔχῃ ἡμισα τὰς γάσεις ἢ τυρῶν ἠδ' αἰς ἐμφύειται τὰς πόλιν, μὲν τὰ παιδῶν παρέχει, μὴ πρόφακῆς λοπάδ' ἀύξων εἰς σάσιν ἄμμις βάλῃς. Αὐτὸς δὲ τῆς ἐκτυῶν παρακλιδύσθω, μὴ πρόφακῆς λοπάδ' ἀύξων αἰ, μὴ δὲ πᾶν τὸς ὑπερβάνων τὴν καρδίαν καὶ τὴν ἑλπίαν, ἐπὶ τὸ θρίον καὶ τὸν ἰχθυὸν εἰς σάσιν ἐκ πλομοῦν τὸ σῶμα καὶ τυρῶν ἐμβάλλων καὶ διαβροχίας.* id est, Crates igitur cum existimaret in ciuitatibus seditiones ac tyrannides potissimum ēd deliciis ac luxu nasci, per iocum admonuit, ne præ lenticula semper augens patinam, in seditionem nos conuicias. Sed seipsum adhortetur quisq; , ne semper præ lente augens patinam, neue modis omnibus, præterito nasturtio & olea, ad farciem & piscem desciscens, ex repletione corpori seditionem concitet, ac tumulentum & diarrhæas. Crates eo detorſit dictum, ut apparet, poetæ cuiuspiam, ut pertineat ad homines impendio sumptuosos. Adlusit autē ad morem plebis, quæ solita sit excitare seditiones, si conspiciat optimates sibi præponi. Nam lopade adponcbanur cibi lautiores, id quod licet colligere ex Luciani Saturnalibus. Lens legumen est vilissimum ac plebeium.

*Pudbas recusare, & non audebam suscipere.*

M. TVLLIVS in Epistolis ad Atticum ver-

sum hunc Homericum, ceu prouerbialem non semel vsurpauit:

*Αἰδέσθην μὲν ἀνῆκαδα, δ' εἴσω δ' ὑποδέχθαι.* id est,

Detrectare pudor, formido subire ve-

tabat. Quo licebit uti, quoties incidit eiusmodi negotium, ut aliud suadeat honestas, aliud utilitas: & decorosum sit nō suscipere prouinciā, rursum periculosum suscipere. Potest accommodari etiam ad illos, qui rogati neque negare audent ob pudorem, neq; præflare tamen volunt quod rogantur, ob diuersum animi vitium. Est autem hic versus apud Homerum Iliados H. Vbi Hector quemlibet ē Græcorum ducibus ad singulare certamen prouocat, & reliquis omnibus cunctantibus surgit Menelaus:

*Ὁς ἔφαθ'· ὁ δ' ἄρα πάντας ἀκὴν ἐγένετο σιωπῆ.*

*Αἰδέσθην μὲν ἀνῆκαδα, δ' εἴσω δ' ὑποδέχθαι.* id est,

Sic ait, interea tenere silentia cuncti,

Detrectare pudor, formido subire ve-

*Sphæram inter sese reddere.*

PLUTARCHVS in libello De cognoscēdo profectu: *μάλις δὲ εἶ τὸ φιλόνοκον καὶ δυσερεπὲς τὰς ζητήσεις ὑφῆ τὸ καὶ πιπύουδα τὸς λόγους ἀπειριάντας καὶ σφαιρας ἐπιδέμενοι πρὸς ἀλλήλους. τῶ λατάρει καὶ καταβαλεῖν μάλλον, ἢ τῶ μαθεῖν καὶ διδάξαι χαίροντες,* id est, Maxime si quæſtionum ambitio cōtētiōne remittitur, sicque desinitus argumenta, ceu lora sphærarū sic vicissim inter nos reddere, ut magis gaudeamus scribere, aut dicere, quā discere aut docere. Est apud Plat. in Euthydemo: *ὁ δὲ δειονόστωρ ἔπεισε σφαιρα ἐκδεδέμεν τὸν λόγον, πάλιν ἐσοχάζετο τῶ μαθητικῆς,* id est, Dionysodorus tanquam sphæram exceptum sermone rursus iaculabatur in adolescentem. Meminit de lusuf genere Iulius Pollux, lib. De re rû vocabulis 9. Seneca quod Græci de sphæra tradunt, ad pilæ lusum refert, ostendens eam commoditatem requiri inter dantem beneficium & accipientem, quæ est inter mittentem pilam & excipientem. Volo, inquit, Chrysippi nostri uti similitudine de pilæ lusu, quam cadere nō est dubium, aut mittentis studio aut accipientis. Tunc cur sum suū seruat, vbi inter manus utriusque apte

apte ab utroq; & iactata & excepta versat̃.  
 Necessè est aut̃ iusfor bonus, aliter illam col  
 lusori longo, aliter breui mittat. Eadem be  
 neficii ratio est, nisi utriq; personæ dan  
 tis & accipientis aptatur, nec ab hoc exhibit,  
 nec ad illum perueniet vt debet. Si cum ex  
 ercitato & docto negotium est, audacius pi  
 lam mittemus: utcumq; enim venit, ma  
 nus illam expedita & agilis repercutiet. Si  
 cum tyrone & indocto, non tam rigide nec  
 tam excusse sed languidius, & in ipsam di  
 rigentis manum remisse occurremus. Idẽ  
 faciendum est in beneficiis &c. In eodem li  
 bro aliquãto post: Sicut in iusu est aliquid,  
 pilam scite ac diligenter excipere, sed non  
 dicitur bonus iutor, nisi qui apte & expe  
 dite remisit quam acceperat. Non dissimi  
 lis est, quem hodie pilæ vocant, cuius me  
 minit Horatius:

Namq; pilalippis inimicum & ludere  
 crudis.

Athenæus libro primo docet, sφηραx lu  
 sum olim dictum: φωνήσθαι ἀπό τῆ ἀφίσεως  
 τῶν σφαιριζόντων, que verba quid sibi velint,  
 non satis intelligimus, magis arbitramur  
 dictum: ἀπό τῆ φωνομαί, quod sφηρα mis  
 sa emicet. Ibidem citatur carmen Anti  
 phanes:

Σφαίραν λαβὼν  
 Τῷ μὲν δι δ' ἔδξεν ἔχουρι, τὸν δ' ἔφθον' ἄμα,  
 Τὸν δ' ἔξέκρεσε, τὸν δ' ἀνέστρεψεν πάλιν,  
 Καλαγτάσσι φωνῆς. id est,  
 - Sumpta pila  
 Gaudebat huic dedisse, at hūc fugit simul.  
 Excussit hunc, at erigebat alterum

Tubæ in modum sonante voce.  
 Quadrabit adagiunt in eos, qui se vicissim  
 didiceris incessunt. Cōfinc, sicut opinamur,  
 illi Persiano:

Cedimus, inq;ne vicem præbemus crura  
 sagittis.

Iuxta Senecæ sententiam, quadrabit etiam  
 in eos, qui sibi mutuo adstantur & col  
 ludunt in disputatione.

Animo egrotanti medicus est oratio.

Σελβρατρ hic versus apud Græcos  
 prouerbiij vice, citaturq; à Plutarcho ad  
 Apollonium:

Τυχὲς νοσῶντος εἰσὶν ἰατρῶν λόγοι. id est,  
 Aegrotò animo medicus est oratio.  
 Sumptum adparer ex Aeschylj Prometheo:  
 Οὐκὲν προμυθεύει τῶτο γινώσκεις, ὅτι

Οργῆς νοσῶντος εἰσὶν ἰατρῶν λόγοι. id est,  
 Non hoc quidem te præterit Promethee,  
 Morbo quod iræ medicus est oratio.

Et ira, iuxta Stoicos, nihil aliud est quam  
 furor brevis. Huc adlusit Horatius in epi  
 stolis:

Sunt Verba & voces, quibus hunc lenire  
 dolorem

Possis, & magnam morbi depellere partẽ.  
 Ex opinione Stoicorũ, cupiditates animi  
 morbos appellat. His philosophia mede  
 tur pharmaci s verborum, id est, monitis sa  
 lubribus. Et apud Terentium arguit sese  
 Menedemus, qui non viderit tractarit  
 egrotum animum adolecẽtis. Vt enim in  
 corporum morbis pro ratione valetudinis,  
 alia atq; alia adhibentur pharmaca, itidẽ  
 in animi malis non eadẽ adhibenda est  
 oratio. Sed interim blandius monendum  
 interim acrius iurgandum, nonnunquam  
 dissimulandum, & imprudenti pharmacõ  
 admonendum. Feruntur in eandẽ sentẽ  
 tiam & hi senarii:

Λόγῳ γὰρ ἐστὶ φάρμακον λύπης μόνῳ, id est,  
 Dolori enim medetur vna oratio. Et:  
 Λόγῳ μ' ἔπεισας φαρμάκῳ σοφωτάτῳ. id est,  
 Sermone flexisti optimo nic pharmaco.

Et:  
 Ο λόγῳ ἰατρῶς τῷ κατὰ ψυχὴν πόδης, id est,  
 Animo laboranti medicus oratio est.

Isoocrates in oratione De pace, elegãter vsur  
 pavit hanc sententiam: ὑμᾶς δὲ χρὴ, πρῶ  
 τον μὲν τῷτο γινώσκων, ὅτι τῶν πῶδῶ τῶ σωμ  
 νοσμητῶν πολλὰ ἔρακπειὰ καὶ παντοδ' ἀπὸ  
 τοῖς ἰατρῶσι εὐρηται. ταῖς δὲ ψυχῶς ταῖς νοσῶ  
 σαις καὶ γμῶταις ποιηρῶν ἐπιθυμιῶν, ἔδεν ἐστὶ  
 ἄλλο φάρμακον, πλὴν λόγῳ ὁ ταλμῶν τοῖς ἀ  
 μαρτανῶμοις ἐπιπλήθειν. ἔπειθ' ὅτι κατὰ γέλο  
 εῖν ἐστὶ τὰς μὲν κἀνοσας καὶ τὰς τομᾶς τὸν ἰα  
 τρῶν ὑπομένειν, ἵνα πλοῖον ἀλγῶν ἀπαλ  
 λαγῶμεν, τῶς δὲ λόγῳ ἀποδοκιμαῖεν πρὶν εἰδῆ  
 ναι σαφῶς, εἰ τοῖάντῃν ἔχρησι τῶ δ' ἰαχμῶν, ὡς τ'  
 ἀφιλήσται τῶς ἀχρηστῶς, id est, Vos autem il  
 lud in primis scire oportet, quod aduersus  
 corporis morbos multa variaq; remedia  
 à medicis reperta sunt, animis vero egrotã  
 tibus, ac prauis cupiditatibus oppletis, nõ  
 est aliud remedium, quàm oratio, que non  
 vreatur errantis increpare. Deinde deridi  
 culum esse, cum medicorum vsuras ac se  
 ctiones perferamus, vt à grauioribus crucia  
 tibus liberemur orationem reiicere prius  
 quam liqueat an huiusmodi vim habeat,

vt utilitatem adferat audientibus. Verum vt amica, salubris, & in tempore a libita oratio, remediū est efficax ac presentaneū, ita sermo inimicus, aut pestilens, aut non in tempore dictus, letale venenum est.

*Si quid mali, in Pyrrham.*

Εἰ τί κικόν, εἰς πύρρον. id est, Si quid mali, in Pyrrham, subaudiendū recidat, aut habeat, aut eiusmodi quidpiam. Ad hunc modum malum, si quod timeretur, deprecabantur abominantes, & in hostium caput impre- cantes. Vnde & illa figura Græcis pariter ac Latinis scriptoribus familiaris, hostibus nostris hoc eueniat. Ouidius:

Hostibus eueniant cōiuiua talia nostris.

Idem tertio De arte amandi:

Hostibus eueniat tā sceli causa pudoris.

Idem libro tertio Fastorum:

Eueniat nostris hostibus ille color,

Idem libro secundo Elegiarum:

Hostibus eueniat vacuo dormire cubili.

Hostibus eueniat vita seuera meis.

Idem libro tertio Elegiarum:

Eueniat nostris hostibus ille pudor.

Rursum Vergilius libro tertio, Georg.

Dii meliora piis, erroremque hostibus illum.

Idem in 4. Aen. de Mezentio:

- Dii capiti illius generique referunt.

Propertius:

- Hostibus eueniat lenta puella meis.

Et Horatius in Odis:

Hostium vxores, puerique cæcos

Sentiant motus orientis austru.

Et Terentius in Heautontimorumeno, in sene seipsum exeruciente. Au. obsecro te, isthuc inimicus fiet Idem in Eunuchō: Vt- nam sic sint qui mihi male volunt. Originem proverbi tradunt huiusmodi: Quon- dam Pyrrhæos, quotquot erant finitimi, graui odio persequebantur: Vnde si quod malum aliquando videretur impendere, id abominantes, præcabantur vt in Pyrrhæos auerteretur dicentes: εἰς τὴν πύρρον. id est, In Pyrrhæorum regionem. Et autē Pyr- rha, Lesbi insulæ ciuitas auctore Stephano. Est & altera inter Prienen & Milerum. Nes- scimus an librariis sit imputandum, quod Plutarchus in Conuiuio sapientū pro Pyr- rham refert. Prienen. Verba Plutarchi sic habent: καὶ ὁ Βάλλης γιλάσκος, εἶτι κακὸν εἶπεν αὐτὸς εἰς πύρρον. διὰ λῦσαι γὰρ ὁ Βίαιος, ὡς θίειν.

σεν αὐτὸς τὸ πύρρον. id est, Ac Thales ridens, siquid, inquit, mali rusus in Prienen. Sol- uet enim Bias, quemadmodū soluit prius: Nobis videtur loci nomen data opera mu- ratum, quod Bias esset Prienæus, ita ioco Pyrrha mutata est in Prienen.

*In tuum ipsius malum lunam deduces.*

Ἐπὶ τανῶ τὴν σελήνην κατελθεῖς. id est, Aduer- sus te ipsum lunam detrahis. Maleficæ mu- lieres incantamentis quibusdam lunam in terram detrahere credebantur. antiquitus. Vnde Vergilius:

Carmina vel cælo possunt deducere lunā.

Et Horatius in Odis:

Per atque libros carminum valentium

Refixa cælo deuocare sidera.

Et rursum in Sermonibus:

- Lunam que rubentem

Ne fore his tellis, post magna latere se- pulcra.

Item Iuuenalis:

Vna laboranti poterit succurrere lunæ.

Creditum est olim, huiusmodi sagas occu- lis ac pedibus priuari solere. Aglaonice que- riam, cum per Astrologiz cognitionem de scelus præferret, iactabat se lunā è cælo de- tracturam in terram. Atque eius iactantiæ pœnas dedit, de quo dicitur in prouerbio: Lunam detrahere, Prouerbium igitur hinc sumptum, dicebatur de iis, qui suis ipsorū artibus sibi malum accerserent. Quod gen- us, si quis callidis rationibus effecisset, vt accerseretur aliquis, deinde eueniret vt ab eo, quem accersendum curasset, subuerse- retur.

*Coruus aquat.*

Κόραξ ὕδρανα. id est, Coruus aquat. Dici solū- tum, vbi quis, nō citra negotium, citraque ingenium consequeretur eaque cuperet. Aut vbi quis rem nouis statibus tentaret efficeret. Ductum ab apologo de coruo cū sitiret, congestis lapillis aquam ex imo fun- do in summam vasis oram euocante. Quod Plinius vt rem gestam memorat libro deci- mo capite 44. sed probabilius videtur, vt adagium referatur ad eam fabulam, quam Fastorum libro secundo narrat Ouidius ad huncmodum:

Forte Ioui Phœbus festū solenne parabat. Nhn faciet longas fabula nostra moras. I, mea dixit auis, ne qd pia sacra moretur. Es

Et tenuem viuis fontibus adfer aquam,  
Coruus inauratū pedibus cratera recurrit

Tollit, & aereum peruolat altus iter.  
Stabat adhuc ficus duris dēfissima pomis,

Tentat eam rostro, non erat apta legi,  
Immemor Imperii sedisse sub arbore ferē,

Dum fierent tarda dulcia poma mora.  
Iamq̄ue satur, nigris longum capit vngui-

bus hydrum.  
Ad dominumq̄; redit, fīctaq̄; verba refert.

Hic mihi caussa morę, viuarum obfessor  
aquarū,

Hic tenuit fontis, officiumq̄ue meum.  
Addis aut culpā mendacia Phœbus, &

audes  
Fatidicum verbis fallere velle deum?

At tibi dū lactens hęrebit in arbore ficus,  
De nullo gelidę fonte bibantur aquę.

Meminit huius & Hyginus, & Aelianus  
De naturis animātiū lib. 1. Proinde pro-

uerbiū magis v̄ conuenire in cessatorem.

*Conuenerat Attabas & Numenius.*

Σωτῆρον ἀτταβάς τε καὶ νουμηνίῳ, id est,  
Coniunctus est suo Attabas Numenio.

Quidam legūt Attagas. Dici solitum quo-

ties improbus aggregatur cum improbo.  
Diogenianus tradit hos insigne par furū

fuisse. Meminit huius Diogenes Laertius  
in vita Timonis Nicęi. Nam hoc prouer-

bio norabat eos, qui putabant intellectu at-

testante sensibus esse credendum, cum ipse

nec rationi nec sensibus assentiendum pu-

taret. Simillimum illi, quod alibi dictum

est: Cum Bitho Bacchius.

*Mali commatis.*

Πονηρὸς κόμματῳ. id est, mali commatis, dice-

batur improbus, contemptus & reitculus

quispiam. Sumpta metaphora à reprobatis

nomismatis. Aristoph. in Pluto:

Ἐκεῖθ' εἶναι τῶν πονηρῶν κόμματῳ. id est,

Videtur esse non probati commatis.

In scycophantam dictum, iam ad pauper-

tatem famemq̄; redactum, posteaquam Plu-

tus oculos receperat. Interpret ostendit,

comma genus esse vilissimi nomismatis:

Sonat autem perinde quasi dicas, malę mo-

- Γνώσται

Οὐτ' ἴς' εἶναι τῶν πονηρῶν κόμματῳ. id est,

- Nouerit

Illius esse hunc improbi commatis.

Apud eundem in Ranis: τῶν κακίῳ κόμμα-

τι. Idem in Concionatricibus:

Κῶ κακὸν γέμοι τὸ κίμμ' ἔγινετ' ἐκείῳ, id est,

At istud hercule comma mihi fuit malū.

Reddit caussam, quod cum abisset in forū

empturus farinas, iamq̄ue peram suppo-

suisset, præco clamauit, ne quis reciperet

æreos nummos, sed argento venderen-

tur omnia. Ad hanc formam pertinent etiā

illę, ceu prouerbialēs metaphorę: κίβδ' ἄ-

λῶ ἀνθρώπῳ, & κίβδ' ἄλλῳ, pro eo quod

est, imposturam facere, & κίβδ' ἄλλῳ, pro im-

postura, quę voces reperiuntur cum alias

frequentius, tum Platonis libro De legib.

11. si quis forte certius desiderabit testimo-

nium. Proinde qui moribus sunt impro-

batis, εὐκίβδ' ἄλλῳ vocant, quasi dicas adul-

terinę monetę. Appositus autē ad oris fi-

guram, morum & indolis indicem referet.

Si quidē quemadmodū nummus inspecta

imagine dignoscitur illico, probatus ne sit

an adulterinus, itidem ex ipsa statim ho-

minis forma deprehenditur ingenium, vel

Euripide teste, cuius hæc sunt in Ione:

Γνοίθ' ἄνδρ' τὰ πολλὰ γ' ἀνθρώπων πέρι,

Τὸ χῆμα τις εἰ πέφυκε δ' ἄγχι. id est,

Plerunque species ipsa, simul aspexeris

Hominē arguit, generosus is sit, an secus.

*Beneuolus trucidator.*

Εὐνοῦς σφάκτις. id est, Beneuolus occisor. Cō-

uenit in hos, qui cum summam adferant

perniciem, tamen beneuolentię speciē ad-

miscent. Tractum aiunt ab Oreste, qui tru-

cidata matre Clytæmnestra, parentale con-

uiuium velut in illius honorem exhibuit.

Quidam & ad Antigonus Regem referūt,

qui posteaquam Semelen ē medio sustulif-

set, ossa tamen illius summo cum honore

curauit ad matrem deportanda. Sunt qui-

bus magis placet, vt adagiū ad Ptolemæum

Philopatoris filium referatur: is matrem

Berenicē in Palatio ipsius vinculis con-

strictam, Sotibio tradidit adferendam,

vbi illa non ferens eam filii contumeliam,

sumpto veneno interiit. At ille perturbat-

us infomniis, monumentum in medio

vrbs extruxit, quod nunc sepulcrum appel-

latur: In hoc vna cum matre maiores om-

nes suos cōposuit, & inter hos Alexandrū

Magnū. Nec hoc contentus officio vir pius,

templum eidem constituit in Aegialis, cui

nomen indiūt, Berenices seruatricis. Hęc

sermo

ferme Zenodotus . Confine est illud, quod alibi recensuimus: Intempestiua beneuolentia nihil à similitata differt. Ita Flaccus: Nil moror officium, quod me grauat.

Nec parum scite dixit Ennius apud Cicconem lib. Offic. 2.

Benefacta male locata, malefacta arbitror.

*Corytheo deformior .*

Κορυθίας εἰδ' ἐχθέσις ἔσθ' . id est, Corytheo deformior. Aiu t Corytheum quempiam fuisse hominem in signite stultum, ac vecordem, ad hoc forma infelicissima scēdissimaq; cui liberi item fuerint omnes patrem referentes: vnde vulgaris dictus est iocus in hominem bardum, ac perinde deformē. Refertur adagium à Zenodoto.

*Contra torrentem niti .*

CONTRA torrentem niti dicuntur, qui frustra certant cum eis, quos vincere non queant. Sumptum à natantibus, qui solent secundo natate flumine, maxime si torrens fuerit. Quod si contra nitantur, nihil promouerint. Vsurpat hoc adagium Aurelius Augustinus in epistola quadam ad diuum Hieronymum. Et laudatur à Iuue. ale Crispi prudentia, qui Domitiani violentiæ cōcesserit, & ingenio alioqui insanabili obsecundarit.

Ille igitur nunquam direxit brachia cōtra Torrentem .

*Item Onidius :*

Stultus ab obliquo qui cū discedere possit, Pugnat in aduersas ire natator aquas .

Gregorius Theologus ad Eudoxium rhetorem : Τὸ δὲ μὴ βιάζεισθαι ἐν ποταμῶν καὶ ἢ παροίμια πρὸς ὄνει . id est, nō esse cogendum fluminis impetum, docet etiam prouerbium .

*Vsq̄ue ad aras amicus .*

Μέχρι τῶ βωμῶ φίλος ἔσμι . id est, Vsq̄ue ad arā sum amicus . Tameñ non est huius instituti quælibet apophthegmata colligere, tamen hoc ita commodè dictum, & specie vsque adeo prouerbiali, præterea sic à magnis celebratum auctoribus, vt merito videatur in hunc ordinem cooptandum. Responsum est autem à Pericle, quem cum amicus quispiam rogaret, vt in causa quadam sua gratia fallum deiceret: δὲ μὲ ἐφ' ὑμῶν ἔτι τῶν φίλων, ἀλλὰ μέχρι βώμων, id

est, Oportet me commodare amicis, sed vsque ad aras, ita refert Gellius . Commo-dius refert Plutarchus in libello : τῶν δὲ συσπῆρας, μέχρι τῶ βωμῶ φίλος ἔσμι . id est, Vsq̄ue ad aram sum amicus . Admonet prouerbium, nonnunquam, quo consulamus amicorum commodis, eorumq; voluntati morem geramus, fas videri paullulum à recto deflectere, verum eatenus, ne propter hominem amicum numinis reuerētiam violemus . Olim iurantes aram manu contingebant. Porro quatenus & quousque sit ab honesto deflectendum amici causa, copiose, doctèq; disputat Aulus Gellius lib. nocturnum Atticarum 1. cap. 3.

*Codali chœnix .*

Κὼδᾶλις χοίνις, id est, Codali chœnix, siue demensum . De magnis mensuris dicebatur, auctore Suida. Neque præterea quidquam super hac re mihi reperitum est adhuc apud auctores . Coniectare licet, ortum à seruo quopiani edaci, cui chœnix fuerit altius capax, & hac arte fraudarit herum . In collectaneis quæ titulo Hefychii circumferuntur, reperimus Condali piscem, aut eundem, aut certe adinẽm Cestreo, quem Gaza vertit Mugilem . Sed idem meminit alibi huius prouerbii κὼδᾶλις χοίνις, subindicans fuisse quempiam ædilem qui maioribus mensuris solitus sit uti .

*Concha dignus .*

Κόγχης ἄξιός, id est, Cōcha dignus. Rem nullius precii concham dicunt Græci, quemadmodum Latini nauci, aut floccem . Vnde quod contemptissimum, nulliusq; rei significabant, id κόγχης ἄξιός dicebant.

*Conto nauiga .*

Κοντῶ πλᾶν . id est, Conto nauigare, dicebatur, qui sic rebus vtentur, quemadmodū vt conueniebat, aut qui vitæ genus suo accommodatum ingenio sequerentur . Neq; enim contentus ad vllum aliū vsum accommodatus, quā ad nauigationē . Itidem nō ad quamuis vitam quibus idoneus est . Vtaris licebit, si quē admonere voles, vt quaque vtatur ad id in quod inuēta sit, vt quorsum seruas nummos tuos, non in hoc natos vt spectentur, sed quo vitæ subsidio sint: conto nauigandum est. Refertur à Suida.

*Cydi*

*Cydi pœnam debes.*

Κυδὸς δῖκον ὀφείλει, id est, Cydi pœnam debet. κῦδ' prima producta, gloriam significat: eadē correpta, τὴν λοιδορίαν καὶ κακολογίαν, id est, Maledictam & conuictium. Vnde & verbum deduxere κυδᾶζεν, pro eo quod est conuictari. Proinde cum quis ob rem frivolum veluti verbū aliquod temere dictū defertur vexareturq; eum proverbio dicebant: κυδὸς δῖκον ἐτετεκίει, καὶ κυδὸς δῖκον ὀφείλει, hoc est, conuictii pœnam dependisse, & maledicti pœnam debere. Nam antiquitus multa dicebatur iis, qui petulantius in quempiam aliquid dixissent.

*Cnips in loco.*

Ὀκνίψ ἐν χώρῃ, id est, Cnips in regione. Dictū in eos, qui subinde sedem mutant, & alium de alio demigrarent. Cui vitio sese obnoxium fuisse confitetur Horatius. Est autē σκνίψ, siue κνίψ, nam utrunque reperimus, vermiculus innascens materiis. Is eroso ligno, semper locum mutare nititur: Quiddam essent proverbum hoc modo, κνίψ ἐν χώρῃ, i. Cnips è regione, ut subaudias demigrat. Pli. lib. 16. c. 41. inter pestes materiarum teredinem commemorat, vermē grauissimū ad portionē capite, sic appellatū quod dētibus erodat, sed proprie vocari teredinem, quæ in mari materiam infestet. Addit huius generis Cerasten vocari, qui simul atque tantum eroserit, ut circūagat sese, generat alium. Hęc an huic proverbio congruant dubitamus, nam Græci tradunt κνίπκ esse animalculum volucre & μυλοφάγον, non dissimile culicis. Id si verū est, non videmus qui consistat, quod ab Aristotele proditum est, autem μυλοκόπτην, quem Latini, ni fallimur, picum Martium appellāt, ubi id rostro fodere arbores, νεκρίπκς in ligno latentes euocer. Suidas ait ἀ κνίπκς, qui est genitiuus casus huius nominatiui κνίψ, fingit nominatiuum κνίπκς, eamq; vocē significare, parcum, tenuiq; victu viuentem, nimirum ad Cnipsis exemplū, qui lignorū arrosu pacitur, cibo nō admodum lauro. Proinde consentaneum videtur, adagium dici posse in sordidos, duro, parcoque viū vcentes.

*Cyclobori vox.*

Κυκλοβόες φωνή. id est, Cyclobori vox. De cla-

mosis & vehementer obstreperis dicebatur aut quibus vox esset vitiosa raucaque, Cycloborus fœuius quidam Atticæ, non perpeius sed torrens, ingenti strepitu defluēs, vnde ductum proverbum. Aristophanes in Equitibus:

Ἀρπαξ, κικράκτις, κυκλοβόες φωνὴν ἔχω. i. Clamorus, audius, voce Cyclobori obstrepens.

*Thasium infundis.*

Θάσιον ἐν ἔχεις. id est, Thasium miscuisti. Dici solitum videtur, ubi quis vinū nō aqua, sed alio quopiam efficaciore vino dilueret. Nam Thasia vina laudatissima, quondam fuisse, testat & Apuleius apologia prima, Olitori, inquiring, & cauponi merito concessum est, olus & vinum ex nobilitate soli commendare, vinum Thasium, olus Phliasium. Et Pli. c. 7. naturalis historiæ. lib. 14. inter transmarina vina Thasium Chiumque in summa gloria fuisse scribit. Est autē Thasus insula iuxta Thraciam: vnde proverbum, Thasus bonorum. In ea insula narrant fuisse Staphylum, quem deperierit Bacchus. Symptuni est ex Aristophanis Pluto, quo loco versus hic est:

Εἰ θάσιον ἐνέχεις, εἰκότως γέ μὴ δια. id est, Merito profecto, si Thasion infuderas.

Anus quædam quæritur adolescentem amatorem pridem ita sibi solitum adulari, ut diceret illam suavissime olere. Ad id per iocum respondens Chremylus, negat esse mirum, si ita visum fuit adolescenti, cum illi vinum Thasium odoratissimum proponere sit solita. Interpres addit ἐνέχεις dictum pro ἐκίεις. i. infundebas, pro miscebas.

*Κλετοριάζει.*

Κλετοριάζειν vulgato conuictio dicebantur ii, qui puerorū amoribus oblectarentur, aut, ut ait Diogenianus, mulieres immodicē libidinosæ. Vnde natum sit proverbiū, non satis liquet, nisi quod Hesy chius docet κλετορις Græcis sonare naturæ mulieris vicinam partē, vnde receptum νε κλετοριάζειν appellarent libidinolosam contectationem, attestante & Suida.

*Claudiana tonitrua.*

Κλαυδiana tonitrua iu vulgi sermonem abiisse, Claudiana tonitrua iu vulgi sermonem abiisse, scribens



scribens. ideo vocata Claudiana tonitrua, quod Claudius Pulcher instituerit, ut ludis post securam factis, lapidum coniectus ita fieret, ut veri tonitrus similitudinem imitaretur. Nam antea leues admodum & paruos sonitus fieri solitos, cum clavi, & lapides in labrum cuneum conicerentur. Quadrabit adagium, si modo videbitur in adagionum regem recipiendum, in homines inmodice clamorosos, & odiose obstreperos. Simillimum illi, quod alibi retulimus, *δωδοναίων χαλκῆον*, id est, Dodonæum æs.

*Claudi more tenere pilam.*

M. Tull. aduersus Pisonem scribit in hunc modum : Græcus primum distinguere illa atque diuidere, quem admodum diceretur, iste claudus, quomodo aiunt, pilam retinere, quod acceperat testificari. Hactenus Cicero. Prouerbum congruit in eos, qui quidquid à præceptoribus acceperint, siue id doctum sit, siue indoctum, nullo delectu, nulloque iudicio tenere solent, ac sequi. Sumpta metaphora à claudis diffidete suis pedibus, & ob id pertinaciter columnis innitente. Nisi si cui magis referendū videretur ad lulum pilæ quā claudus ita demum accipit, si commode illi mittas. Alio qui pedibus tardus non potest utcumque missam accipere. Seneca lib. De beneficiis 7. Quid si me remittere pilā mæco iubeas ? hoc est, dare beneficium illi, qui non sit idoneus ad accipiendum. Plautus in Aulularia : Tum autem interdium, quasi claudus sutor domi sedet totos dies. Generatim comeniet in omnes, qui de alieno pendenti iudicio, aliensque innituntur auctoritati, quæ admodum isti, quibus satis est dixisse : *αὐτοῦ ἔφη*. id est, ipse ait.

*Loripedem rectus derideat.*

Et sane quàm elegans est, & plurimum habet figuræ prouerbialis illud apud Iuuenalem.

Loripedem rectus derideat, Aethiopem albus.

Quo conueniet uti, quoties aliquis id aliis opprobrat mali, cui sit ipse obnoxius, aut aliena castigat vitia, à quibus ipse non sit immunis, perinde quasi claudus claudis claudicationis vitium per contumeliam obiciat. Oportet eum quam maxime vacare culpa, qui in aliū paratus est dicere : & stul-

tissimū est, in alium iacere, quod in ipsum possit retorqueri :

Quis enim tulit Græchos de seditione querentes ?

Si fur displiceat Verri, si homicida Miloni ?

Celebratur illud Leonis Bizantii, cui cum maledicus quispiam approbasset vitium oculorum, ipse gibbo deformatus : Humanum, inquit, conuitium in me iccisti, cum ipse Nemesium in dorso portes.

*Clisthenem video.*

*Κλειθέην ὄρω*. id est, Clisthenem video. Clisthenes hic male audiit, & conicorum conuitiis laceratus est, quod parum vir haberetur, seseque cultu indecoro velut in mulierem transfiguraret, Sardanapalum illum Assyrium imitatus. Aristophanes : *ἐν διαμορμαλίῳ*,

*Ὄρωσ' στυγόν, ἔ μὰ δ' ἰ, ἀλλὰ κλειθέην*. id est, Te ipsum vides ? non per Iouem, sed Clisthenem.

Suidas refert, & ait conuenire in eos, qui leui, derafaque sunt cute. Nam hic mos Clistheni, barba derafa semper esse, quo iuuenis etiamdum videretur. Effertur & ad hunc modum : *κλειθέης ἀκρατέστερος*. id est, Clisthene intemperatior, de cinzdo & deliciis effeminato, contrarium illi : *ζηνώσ' ἔγκρατέστερος*. id est, Zenone temperantior.

*Coturnissare.*

*Κικλίζαν*, prouerbio dicebantur, qui pinguis coturnicibus, aut turdis vescerentur, aut qui riderent lasciuie parumque decori. Proinde & *κικλίσιον*, risum mollem & impudicum appellant. Quadrabit igitur vel in liguritores & cupidis addictos, vel in lasciuus ludentes. Sturni nihil non imitantur, & turdus à Plinio recensetur inter aues, quæ sermonem humanum imitantur. Nā auctores vocem hanc varie transferunt.

*Cilicium exitium.*

*Κικλίσι' ὄλεθρος*. id est, Cilicium exitium. De crudeli & immani dicebatur. Cilices. pro ob piraticam quæ exercebatur, & assiduas hostium depredationes, infames erant immanitatis & crudelitatis nomine. Quapropter & Atici vindictas acerbiore, *κικλίσις* appellabatur. Meminit præter alios Hesychius. Similis formæ est, quæ apud Iureconsultos legitur. Isauricum pro crudeli immani que latrone.

*Cilicij*

*Cilicij Imperatores.*

*Κιλίκιοι στρατηγοί.* id est, Cilicij duces. Dicebantur homines hirsuti, & pilis obsiti. Vnde & saga pilis contexta Cilicia vocatur. Auctor Diogenianus. Simpliciter autem *κίλικιοι* dicebantur, robusti, sordidi & magni, vnde & *κίλικιοι λόγοι* barbarica suffragia, quod illi fortibus in galeam missis soleant decernere. Memorantur *κίλικιοι*, qui cū essent serui, heris eiectis occuparunt regionem. *κίλικιον άγάζε* alias recensuimus.

*Cinivates ludimus.*

*Πόλλεις πάροισιν.* id est, Ciuitates ludimus. Lusus genus quoddam est, in quo calculus ludebatur olim, quos antiquitus *πόλλεις*, id est, vrbes vocabant. Neotrici *χώρες*, hoc est, regiones appellare cœperunt. Vsurpauit adagium Cratinus in Fugitiuis. Hic nimium locus est, ni fallimus, quem Iulius Pollux citat libro de rerum vocabulis 9. *παιδίο νίδα πόλιν βασιλείου τ' τριπόλοκαθ, οιδ' ήν λέγομεν, και κύνα και πλινθ ήν παίζουσιν.* id est, Pandioniam ciuitatem regis, supra modum adulatricis. Nos si quam dicimus, & canem & ciuitatem quam ludunt. Genus autem lusus describit his verbis: *ή δέ δια πολλών ήφων παιδιώ, πλινθιον έσι, χώρες εν γραμμαίς έχον διακεκμηέναι. και τό μλί πλινθιον καλείται πόλις, τών δέ ήφων έκαστη κύνα. διακμηέναν δέ ές δύο τών ήφων κατά τάς χώρας, ή τέχνη τ' παιδιώ έσι περιληψίς τών δύο ήφων όμοχρόων, τών έτερόχρων άνωρεών.* id est, Qui vero complurium calculorum dicitur lusus, laterunculus est regiones in se continens, in lineis sitas. Et laterunculus quidem ipse ciuitas appellatur. Ceterum vnusquisq; calculus canis. Porro cum calculi sint duobus distincti coloribus, lusus hęc ars est, vt comprehensis duobus calculis vnicoloribus, eū qui diuersi coloris est, tollas e medio. Adlusit ad hoc prouerbum Plato libro De Republica quarto: *ή κάση καθ' αυτών πόλλεις έσις πολλών, άλλ' έ πόλις, τό τών παιζόντων.* id est, Nam illarum vnaquęq; plurimę sunt ciuitates, non ciuitas quemadmodum dicitur solent ludentes. Refert Zenodotus, quāquam idē adagii sensum non indicat. Quare cuiq; quod vero proximū videatur, coniectandum relinquitur quadraturum videtur, quoties suum quisq; commodum qua-

cunq; sectatur via, & emulo, competitoriq; modis omnibus tendit insidias. Ab hoc lusu manasse videtur, qui nunc vulgo scacarius dicitur.

*Cissamis Cous.*

*Κίσσαμος κώθη.* id est, Cissamis Cous, Hunc aiunt pecuariis gregibus supra modum dititem. Verum anguillam quot annis apparere solitam, quę pulcherrimam omnium pecudem taperet. Et cum in somnis apparere hominem commonisset, vt sepeliret sese, & ille negligeret, euenit vt tum ipse cū vnuerfum illius genus radicitus interiret. Hęc ferme Zenodotus. Et hoc quoq; prouerbum, Delium aliquem natatorem requirit. Apparet ad sine, quod alibi dictū est: Aderit Temesseus genius.

*Carcini poemata.*

*Καρκίνος ποιήματα.* id est, Carcini poemata. Dicebantur ea quę viderentur obscurius & instar enigmatis dicta. Carcinus poeta quispiam fuit, cuius & alias meminimus in hoc opere, in quem iocatur Aristophanes in comœdia, cui titulus: *είρηνη.*

*Ευθεμονίστεθ φανείς τών καρκίνος σροβίλων.* id est,

Qui visus est felicior vel Carcini strobilis. Is finxit Orestem ab Illo coactum, vt matricidium conficeretur, per enigmata respondentem, auctore Snida qui testatur prouerbum a Menandro usurpatum in falso Hercule. Stratonicus apud Athenęum lib. 8: cum audisset quendam imperite canentē, rogauit cuius esset cautio: cui is respondisset Carcini, *πολύγε μάλλον έφη ή ανθρώπων.* id est, Multo sane magis inquit, quam hominis. Nam *καρκίνος* Gręcis & cancrum animal significat. Itaque iocus ex ambiguo captatus est.

*Carica victima.*

*Καρκίνον θύμα.* id est, Caricum sacrum. De macilentā hostia, minimeq; esculentā dicebatur. Hinc ductum, quod Caribus populismos fuerit, canem immolatur. Non inconcinnetorquebitur ad cibum appositū, insipidū, & quem nemo velit attingere. Solent sordidi quidam, data opera, cibos putres, & ingratos palato, suis apponere, partim qđ minoris emantur, partim quo minus absumatur epularum in conuiuio. Hos eleganter quis dixerit: *τό κορικόν θύμα παρατίθειθαι.* id est, Caricum sacrum apponere.

Ο Ο *Callicyrtis*

*Callicyrijs plures .*

**Καλλικυρίων πλείους**, id est, Plures Callicyriis .  
De maxima quidem illa, sed fordida hominum turba dicebatur . Callicyrii dicebantur exulum serui, qui Syraculis agricolationem exercebant, auctore Timæo . Quomā autem ingens erat id genus hominum multitudo, prouerbio receptum est, vt si quos admodum numerosos significare vellent, *καλλικυρίους* appellarent . Aristoteles in Republica Syracusanorum, ostendit eam serporum turbam ex omnigenis populis in vnum confluisse, Erant autem eodem loco Callicyrii apud Lacedæmonios captiui, apud Thessalos penctæ, qui vocantur apud Cretētes Elarotæ, apud Aegyptios Hebræi . Solitum est adagium hoc potissimum vsurpari, si quando significabant metuendam multitudinem, quæ numero freta, nonnuquam opprimat dominos . Nam & hi serui plures erant dominis, quæmobrē etiā expulerūt illos . Hæc ferme referunt à Suida .

*Cera tractabilior .*

**Κέρα ὑπλατέστερα**, id est, Cera tractabilior . De vehementer docili dicebatur, aut de ingenio facili, tractabiliq; & in quemuis habitum sequaci . Horatius :

Cereus in vitiū flecti, monitoribus asper .

Persius quinta Satyra :

Artificemq; tuo ducit sub pollice vultū .

Rursum Horatius :

Argilla quiduis imitabitur vda .

Est autem hoc ceræ peculiare, vt manibus contrectata mollescat . Et hinc variz rerum formæ solent effingi . Erat & picturæ genus è ceris coloratis, quemadmodum è tessellis lapidum ac lignorum . Quamquam rudis ætas similior est argillæ quam ceræ : primo quidem fingi potest dum tenera est, verum vbi duruit ingenium, non facile refingitur in aliam speciem, sed quemadmodum dixit Plato libro de Repub. 4. *κινδύων ἢ γούω ἐκ τ' παθίας ὁ ποιοῦσιν ἰσχυροῦσιν, τοιαῦτα κ' ἐκ ἐπόμηνε εἶναι*. id est, Periculū est, ne ad quæcumq; se quis appulerit à pueritia, talia sint & quæ sequuntur .

*Occisionis ala .*

**Φύλακτος πτερόν**, id est, Interfectionis ala, de subito interitu dici solitum . Sumpta metaphora ab alatis iaculis, quæ repente mortē adsc-

runt . Quamquam magis probat Zenodotus, vt accipiamus *φύλακτος πτερόν* dictum *περιφραστικῶς*, id est, per circuituionem, pro morte, quasi sit & ipsa alata .

*Celmis in ferro .*

**Κέλμης ἐν σιδῆρω**, id est, Celmis in ferro . Dicitur consuevit de iis, qui præter modum suis fiderent viribus, tanquā inexpugnabiles inuictisq; ceteris . Celmis, vt scribit Zenodotus, vnus fuit ex Idæis Dactylis, qui cum matrem deorum Rheam violasset stupro, deinde à reliquis fratribus reiectus est . Ab hoc ferrum solidissimum eudi solebat . Ait huius historiz mētionem factam apud Sophoclem in Sartyris . Enarrator Apollonii de Dactylis Idæis inter quos & Celmis, refert hos versus auctore Phronide :

Ἐνθα γόντες

Ἰδῆοι φέρεις ἀνδρες ὀρέεσσι, οἳ ἐταρον

Κέλμης, δαμναμένοντε μίγας καὶ ὑπέρβη ἄκμων

Εὐπάκαμοι θεράποντες, ὁ εἶς ἀδ' ἰσχυροῦσιν .

Οἱ πρῶτοι τέχνην πολυμήτην ἠφάσειο

Ἐρον ἐν χρείῃσι ναυαῖς ἰοντα σιδῆρον,

Ἐσπῆρ τ' ἠνεγκαν καὶ ἀρίπρεπες ἔργον ἔδασαν . id est,

Illic habitabant

Mōtiginæ Phryges Idæi gens arte celebris

Celmis, Damnamæusq; ingens, Acemōque superbus

Montanæ docti cultores Adrastæ .

A quibus ars Vulcania primis esse reperta

Dicitur, & nigrum numero in monte repetum

In variis vsus monstrarunt eudere ferrū , Impositisq; igni miro splendescere cultu .

*Cestum habens Veneris .*

**Τὰν κοπίδ' ἔκαστον** habere dicuntur, qui nouis modis quecunlibet in amore sui pellunt . Sumptum est autem ex Homericæ Iliados 3 quo loco Iuno concubitura cum suo Ioue, Venerem adit, atq; ab ea cingulū gratiarum & amorum conciliatorem cominodato petit . Hūc poeta describit ad hunc modum :

Ἡ, κ' ἀπὸ σῆθεσφιν ἐλύσατο κέσρον ἰμάττα

Γοπίλον . ἔνθα δὲ οὐβλκτικῆρα πάντα τέτυκτο .

Ἐνὸ ἐν μὲν φιλότῃς . ἔσθ' ἴμερ' , ἐσθ' ὄρεσιν

Πέρεσσι , ἥτ' ἐκλεψέονον πύκαπιρ φροσιότων .

Τὸν ἔα' οἱ ἔμββαλι χερσίν , ἔπ' τ' ἔφατ' ἔκ' ἰνόμαζε . . .

T̄n̄v̄

Τῆ καὶ τῶ τὸν ἰαύατα. τῆ δ' ἔρατ' ἐποκόλω,  
 Ρομίλον ὡ ἐνὶ πῶτα, τεύχεται. δ' ὅ σι φμῖ  
 Απρικτον γενέσθαι, ἔτι φρετὶ σῆ τι μινονας. i.  
 Sic ait, & soluit pectore textile lorum  
 Picturatum, in quo lenimina cuncta se-  
 rebat.

Huic inerat desiderium, huic amor, huic  
 muliebris  
 Blandiloquentia, quæ quidem & egregie  
 sapientem

Furtivis adiuta dolis fallitq; capitq;  
 Quod manibus simul imposuit, sic ore lo-  
 cuta est;

Hanc cape nunc, sinuique tuo succingito  
 zonam

Contextam varie, per quam quæcunque  
 parabis

Polliceor, nil tu frustra tentaveris vnquã.  
 Memini huius & Theocritus in Adoni-  
 dis epitaphio:

Σοὶ δ' ἄμα κερός δ' ἄλωε. id est,  
 Tecum vna & cestus periiit.

Est igitur cestus Veneris, cingulus efficax  
 ad illectamenta gratiarum & amorũ, quo  
 illa dicitur Martem sibi conciliare. Memi-  
 nit huius & Martialis:

Collo nocte puer meros amores,  
 Cestum de Veneris sinu calentem.

Idem alibi:

Sume Citheriacum medicatũ nectare cestũ,  
 Vñsit amatorem balteus iste Iouem.

Rursum alibi:

A te Iuno perat ceston & ipsa Venus.  
 Duplex erit huius vsus adagiũ, siue cum di-  
 cemus cuiquam cestum esse Veneris, quod  
 neminem non inflammat amore sui: siue  
 cum dicemus iam opus esse Veneris cestũ,  
 aut ne illum quidem profuturũ ei, cui per  
 ætatem vires ac forma defluerit, quiq; iã  
 ἔσθαι esse factus videatur. Nam flores ætas  
 suapte sponte suscitatur amores, senectus aut  
 muneribus aut pharmacis sibi conciliet  
 oportet, quamquam nec his rationibus ef-  
 ficere potest vt ametur.

*Pontificalis cœna.*

Οἱ τιμ cœnas sumptuosas opiparasq; ponti-  
 ficalis appellabant. Ad quod adludens Ho-  
 ratius in Odis:

Absmet hæres Cecuba dignior  
 Seruata centum clauibus, & mero  
 Tinguet pavementum superbum  
 Pontificum potiore cœnis.

Quo quidem in loco interpres admonet,  
 prælutas cœnas pro uerbio pontificalis ap-  
 pelli solitas. Macrobius lib. Saturnalium  
 tertio vetustissimam quandã pontificis cœ-  
 nam describit, summo apparatus, & omni-  
 genis lauticiis affatim instructam. Plau-  
 tus in Menæchmis consimili figura Ce-  
 realest cœnas dixit. Cerealeis inquit, cœ-  
 nas dat, ita mensam extruxit. Tantas pati-  
 narias struices concinnat. Standum est in  
 lecto, si quid de summo petas. Legimus &  
 adipales cœnas, & adiposas, & adiuuales. Te-  
 rentius in Phormione, dubiam cœnam di-  
 xit, pro lauta, copiosaq;.

*Cœpas edere, aut olfacere.*

Κεράμια ἔδιν. id est, Cœpas edere, diceban-  
 tur ioco pro uerbiali, qui lacrymari uidei-  
 tur. Natum à Biantis apophthegmate. Is  
 enim Alyattæ regi sibi per nunciũ missam  
 denunciãti, vt quam primum ad se veni-  
 ret: respondit ad hunc modum: ἔγὼ ἀλύατῆ  
 κεράμια κεράμια ἔδιν. i. Ego iubeo Alyattã  
 cœpas edere, hoc est, κλάειν καὶ οἰώσθαι, id  
 est, Flere & eiulare. Quibus uerbis extremũ  
 regis contemptum indicabat. Ductum est  
 hinc pro uerbiũ, quod cœparum odor, vt  
 est acris, consueuerit lacrymas oculis excu-  
 tere. Aristophanes, κεράμια δ' ἔβ' ἔδιν in-  
 nuens illum vel citra cœpas steturum. Quo-  
 niam autem idem efficit sinapi, nihil uetat  
 & hinc pro uerbiũ ducere. Columella in  
 carmine:

Seq; laceffent stetur factura sinapis.

Mox & cœpæ meminit:

Atq; oleris pulli radix, lacrimosaq; cœpa.  
 Simili figura neque diuersa sententia dicti  
 sunt κεράμια ἔσθαι ἰδαι, id est, Cœpas odo-  
 rati qui ferent. Aristophanes in Ranis:

Τὶ δὴ τὰ κλάειν, κεράμια ἔσθαι ἰδαι. id est,  
 Qui quæso lacrymas? cœpe odoror scilicet.

Hæc ferme Suidas. At Plinius lib. 20. cap.  
 5. tradidit eas & delacrymationi, & caligini  
 oculorum mederi. Nec hoc pugnat cũ his  
 quæ diximus, siquidem educendo purgãt.  
 Xenophõ in Symposio dixit κεράμια ἔσθαι.  
 id est, olerẽ cœpe, quod in sordidos & illo-  
 tos congruit. Huc ad sine est, σκροδίον,  
 pro molestia adficere, siue ad lacrymas adi-  
 gere: Aristophanes in Equitibus sub perso-  
 na populi Atheniensis: φέσκων φιλέμ' ἔσθαι  
 ἐσθίνας. id est, dum ais te diligere me, allia-

O o 2 sti me.

fit me. Quamquam ea vox: ἐσκορδίστας, id est, alliafiti, à Comico rufus gratia cōficta est.

*Scarabeo nigrior.*

Καυτάρης μελάντιος. i. Scarabeo nigrior. In scædos & vehementer atros, ac fulcos. Nam scarabeus animal insigni & scædo nigrore est, de quo inferius plura dicentur.

*Chalcidiffare.*

Χαλκιδίζεν καὶ χαλκιδόβησαι, dicebatur, qui rapaciores, & plus satis ad rem attenti viderentur. Chalcidenses in insula Eubœa populi, comœdiæ veteris conuitiis norati sunt, quod auariores essent. Hesychijs indicat eam gentem male audisse ob scædos puerorum amores, & hinc natum prouerbii conuitium in simili morbo obnoxios.

*Phicidiffare.*

Φικιδίζεν. id est, Phicidiffare, dicebantur vulgo, puerorum obscœnis amoribus dediti. Quidam malunt ad eos referre, qui littera e immo dicè & ad fastidium vsq; consueuerint vti. Si quidem ea gens litteram σ solita est in e commutare. Quo quidem vitio notantur & Eretrientes, attestante prouerbio, ἐρετριῶν ρ. id est, Eretrienfium rho. Hodie iocus est vulgi in Piccardos: cū Lutecianæ scœminæ oblinguæ delicias, evertant in σ. Masia sonantes pro Maria.

*Cantharo astutior.*

Καυτάρης σφαώτερος. id est, Cātharo astutior, aut callidior. Zenodotus ait, Athenis cauponem fuisse quempiam, n omine Cantharum, què ob maleficia & im posturas ac proditiones, capitis affecerint supplicio, proinde vulgo receptum, vt in versutos ac impostores diceretur. At vero propius videtur, si referatur ad animantis naturam, & ad apologum Aelopicum, quo narratur, quemadmodum scarabeus tanto aquila inferior viribus, tamè ingenio superauit auium omnium reginam.

*Canis tanquam Delum nauigans.*

Αδεις ὡστε εἰς δῆλον πλῆιν. id est, Canis tanquam in Delum nauigans. In lupinum, otiosum, securum, ac voluptariam agètem vitam dicebat ur. Nā Athenis facilis, ac turba in Delum nauigatio. Vnde fiebat, vt qui illuc soluerent, inter nauigandum securi,

nihilq; periculi metuentes canerent. Mos autem erat Atheniensibus, vt quotannis nauim solemnè adparatu religionis caussa, Delum mitterent, id quod indicat Plaro in Cistone. Vnde consentaneum est, qui hac velebantur, hymnos quosdam in Apollinis laudem solitos decantare.

*Cauius amor.*

Καυμὸς ἔρωος. id est, Cauius amor. De scædo amore dicebatur, aut vbi quis ea desideraret, quæ neque fas esset concupiscere, neq; liceret assequi. Biblis Caunum fratrem im potenter adamauit, à quo cum esset repulsa, sibimet necem consciiuit. Ouidius:

Biblis in exemplo est, vt auent concessa puellæ.

Adagium refertur à Diogeniano, præterea ab Eustathio in Dionysium.

*Scarabei vmbra.*

Καυτάρης σικκῆ. id est, Scarabei vmbra. Dicitur est de inani metu, quod hoc insectum sub noctem repète aduolans horribili bombo, nonnunquam terrere soleat parum attentum. Recensetur à Diogeniano.

*Papyri fructus non postulat magnam spicam.*

Βύβλος δὲ καρπὸς ἐκ αὐτῆς μέγαν σάχχω. id est, Byblus virens haud postulat spicam grauem.

Etiamsi Græcus senarius vitiatu est in αὐτῶ. Apud Aeschylum in Supplicibus ita legitur:

Βύβλος δὲ καρπὸς ἐκ αὐτῆς σάχχω μέγαν. i. Fructus papyri haud sustinet spicam grauem.

Dicitur solitum de iis, qui suis ipsorum bonis frui non possent, propterea quod Byblus ob culmos inuualidos, spicam granis onustâ ferre non potest. Proinde prodit quidè spicas, sed inanes. Byblus autem iunci species, quam Latini papyrum appellant. Apparet in Græco carmine αὐτῶ deprauatū pro καρπῶ, quod indicat vel ipsa metri ratio.

*Budoro more.*

Βυδῶρον νόμος. Aut vt alibi reperimus, Βυδῶρων νόμος. i. Budororum more, seu lege, Suidas ac Zenodotus interpretantur de iis, qui digni sint, vt bouis ritu excoriantur. Diogenianus exponit de admirandis. Βυδῶρον, quæ

Clare Stephano, promontorium est oppositum Salamani. *Βυδέα* Magnesiæ ciuitas, quam Homerus *βυδέων* appellauit. *βυδωνί* populi sunt Scythiæ, sic appellati, quod à bubus vehatur, vepote *βυαξι βυοι*. id est, Plaustris ædium vice vrentes: Vnde videtur bifariam adlusum ad etymologiam *βυδων*, *βυδων*, καὶ τὸ βυδωνίον. id est, Ad boum excoriationem, & boum donationem. Strabo libro 10. commostat Euboicæ flumen Budorum. Idem indicat montem Salaminis prospectantem in Atticam. Rursum Plinius lib. 4. cap. 12. inter Gelonos & Agathyrsos refert Budinos. Ceterum quid hæc ad prouerbium faciant non videmus. Hefychius indicat *βυδων* esse *μοχλόν* quod boues excoriantur. Locus erit prouerbii, si quis dicat cū improbo nō argumentis, aut legibus sed *βυδων* *νόμω*, agendum, quemadmodū apud Terentium audit Sanio. Nam si molestus pergis esse, iam intro arripere, atque ibi vsq; ad necem operiere loris.

*Bœotica auris.*

*Βυδων* *βυδων*. id est, Auris Bœotica. In pingui iudicio hominem quadrat. Bœotorum stoliditas compluribus prouerbiis locū fecit. Simillimum illi: Auris Batava. Diogenianus meminit adagii. Sunt qui scribāt, olim Anaxagoram recitantem apud Thebanos librum Thebaidos, cum vidisset attentum neminem, clauso collo dixisse: *ἐκώτας κωλάει βυωτοί, βωδων γὰρ ἄτα ἔχετε*. id est, Iure vocamini Bœoti, qui quidem aures habeatis bouum: videlicet adlusum ad etymologiam nominis. *βυδων* enim bos, & ἄτα aures, atque ex his Bœotorum nomen videtur cōpositum. Quin Homerus Iliad. 5. Bœototum gentem pinguem appellat:

*Παρθὲ δὲ οἱ ἄλλοι  
Νέων βυωτοὶ μάλακ' πύονα δ' ἔμον' ἔχοντες.* i.

Sed rura tenebant

Proxima Bœoti, quorum crassissima gēs est.

Notauit & Horatius Bœotorum tarditatē in epistola ad Octauium Augustum:

Quod si

Iudicium subtile videndis artibus illud

Ad libros, & ad hæc musarum dona vocares,

Bœotum in crasso iurares aere natum.

Quo loco demiramur, neminem interpretum quæsisse quid sibi vellet, quod Horatius

pinguitudinem ingenii Bœotis tribuit, velut ei genti peculiarem, cum apud Latinos auctores nullum sit huius rei testimonium. Cognatum huic est, quod alibi commemorauimus, Bœotica cantio, quæ rusticana parumq; modulata potest intelligi, vt crassis auribus crassa conueniat harmonia. Quam Eustathius in Iliad. β. de cantione non nihil variantem narrat historiā. Sunt, inquit, qui putent Bœotiā dictam à boue. Nam cum Europa Phœnicis filia à Ioue raptā esset à Sidone, Cadmus raptæ frater à patre missus est ad inuestigandum forem. Eam vbi nusquā inuenit, profectus est Delphos consulturus oraculum. Deus respondit, ne sollicitus aut curiosus esset de Europa, sed sequeretur ducem bouem, ibiq; cōderet ciuitatem, vbiunque bos defatigata procumberet. Hoc responso accepto per Phœneciam regionem fecit iter. Dein cum incidisset in vaccā iuxta Pelagonis pascua, hanc euntem secutus est. Ea cū vniuersam Bœotiam peragrasset, fessā procubuit, quo loco nunc est Thebanorū ciuitas. Cadmus cum eam iuuenecam vellet immolare Palladi, missi aliquot de suis comitibus qui de fonte Aretiade haurirent aquam ad sacrificiū. At draco eius fontis custos quem Marti sacerum esse creditum est, nam & fons ipse à Marte nomen habet, excitus strepitu complures ex his qui missi fuerant confecit. Quod indignè sciens Cadmus draconem interfecit, & admonitu Palladis interfecti dentes seuit, vnde extiterunt illi tertrigenæ fratres. Eam ob rem indignatus Mars, cum pararet Cadmū interficere, vetitus est à Ioue, qui Cadmū in matrimoniū dedit Harmoniam, Martis ac Veneris filiam, hac lege vt priusquam sponfam attingeret, seruiret apud illam seruitutem annuam. Tum vt nuptiis epithalamium canerent Musæ, ac deorum quisq; nuptiale munus daret Harmoniæ. Hæc Eustathius. Equidem arbitramur hanc fuisse primam originem adagii, vtcunq; postea detortum est ad alios vsus. Cōstat autē Thebanos olim musices fuisse studiosissimos. Argumento est illud quod refertur de Alcibiade, qui mirantibus quod negligeret musices studium, lyrā hoc lēmate damnavat, quod hominis vocem imitaretur plestrum, quod habitum formamq; liberalem mutaret in illiberalem. Tibiam gemino recit argumento, & qd sic immit

tatet os hominis, ut vix à familiarissimis agnosceretur, & quod homini propriã adimeret vocem, loquendiq; facultatem eriperet. Mox adiecit, cantent igitur Thebani, qui loqui nesciunt.

*Βοτῆς ὀρροσίου βοτῶν ματῆρσιν.*

*Βῶτῆς πρὸς βότῶν πεπαινεῖται*, id est, Botrus iuxta botum maturefcit. Huius proverbiu variu esse potest vsus. Vel vbi pares in negotio quopiam videri volunt alique, & tantundem adferre momenti, vt nullus alteri debeat concedere. Vel cum significabimus mutuis officiis opus esse, vt sit simillimum illi, quod alibi retulimus, *χέρ χῶρα ἴππει*. Vel si quando dicemus, talem quemq; eandem, cum qualibus habet consuetudinem. Habet enim hoc assiduitas, vt vicinis vitia faciat communia. Quemadmodum testificatur senarius ille quem enarrator Pindari citat ex Aristarcho:

*Χλωῶ παρακῆς κἀν ἐνὶ σκαλῶν μάθης.* id est, Claudio propinquus si vel vni vixeris, Disces & ipse claudus ingredi breui.

Hoc quãquam alio loco nobis citatum est, nimirum in adagio, Si iuxta claudum, tamen quoniam scripturam offendimus nõ nihil à priore diuersam, libuit per occasionem denuo referre. Translatum est adagiũ ab vuis, quã mutuo oppositu maturitatem inter se vicissim & dant & accipiunt. Quo respicit illud Iuuenalis:

Vuaq; conspecta liuorem ducit ab vua.  
Adagium recensetur à Suida.

*Βοῦες μεσσίς τῆς ἐπιτηρῆσες.*

*Βῶς ἄμκτον ἐπιτηρῆσες*, id est, Boves messem obseruantes. Dicitur solitum, vbi quis ingentium emolumentorum spe laborem sumeret. Quidam sic efferunt, *Βῶς εἰς ἄμκτον*, id est, Bos in messem. Subaudiendum respicit, aut eiusmodi quippiam. Inde ductũ, quod boves messis tempore, maiore laborat fructu, propterea quod inter trituras pascuntur interitum, & pabulũ largius apponitur. Contra cum vere aut hyeme poscunt aruũ, hoc molestior est arandi labor, quod nullo presente fructu leniatur.

*Βῶς ὁμολοτῶν.*

*Βῶς ὁμολοτῶν*, id est, Bos Homolottorum, dicebatur in plurima distractus ac veluti distractus negotia. Poterit & ad rem referri, vt

si quis argumentum nimis minutatim diuidat, itã vt conscindere & concerpere magis, quam diuidere videatur. Zenodotus prodidit Homolottos populos, dissecto in minimas partes bove, cædus iungere. Morem hunc Scythiis fuisse testatur Lucianus in Toxaride.

*Βῶς ἀπὸς ἀκέρνυ.*

*Βῶς ἐπὶ σωρῶν*, id est, Bos in aceruo. De splendide ampliterque viuentibus, quicq; in vberere retum affluentia, prolixius faciunt sumptum. Aut quemadmodum ait Suidas de iis, qui in media rerũ copia constituti, non sinunt presentibus bonis frui. Translatum arbitratur à bubus trituras exercentibus, quibus quod os obligatum habeat, nõ id faciunt quidam, non licet vesci tritico, quod exciunt, vt simile sit illi: Tantalus inter vndas sitiens. Simile quiddam refert Iulius Pollux lib. 7. de seruis in pistirino laborantibus, quibus machina rotũda circa cuiuicem addebat, ne manum ori liceret ad mouere. Id factum ne deuorarent farinam. Machinam appellant *πυρσικαίπη* siue *καρδοπέον*, quod arceret à deuorando. Quod bubus non faciebant Iudæi, hoc illi faciebant hominibus.

*Ἄντ ὀρροτὲς τραγῳδίας ἀγερὲς ὅσας, αὐτὸς ἰστανῆ.*

*Ἡ χερὶ τραγῳδῶν εἰν πάντα ἢ μελαγχολῶν.*

Aut furere oportet, aut agere tragœdias. Dicitur solitũ de iis, qui semper quasi stupet & frigidit; & nec gaudere possunt ex animo, nec dolere. Porro tragœdia vehementissimis constant affectibus, ita vt tragœdias agere, videatur esse quiddam insanie simillimũ. Proinde Lucianus in commentario, cui titulus: *πῶς εἰ πλὴ ἰσορίου συγγράφειν*, narrat Abderitis ex Euripidis tragœdia recitante tragœdo Archelao publicitus febrem obtantam: eam septimo post die transisse in insaniam, ita vt omnes ingenti voce versus quosdã ex Archelai Andromeda pronunciarẽt. Quamquam Plato poetis omnibus sacrum quẽdam tribuit furorem. Et Aristoteles in Problematis meminit de Maraco quopiam Syracusano, qui tũ meliora fecerit poemata, cum mente esset alienatus. Eodem spectat illud Horatianum:

Adde poemata nunc, hoc est, oleum adde camino.

Fitiuma

Finitimum videtur illi, quod alio retulimus loco:

Ἡ δὲ χελεύς κρέα φαγῆν ἢ μὴ φαγῆν. Quem senarium Athenæus citat ex Terpsione doctore Archistrati. Nos alio retulimus loco.

*Aufer Mothonem à remo.*

Ἀπαγε τὸν μῆθωνα ἀπὸ ῥόπης. id est, Aufer mothonem à remo. Admonet adagium nō obstrependum, nec obturbandū importunius iis, qui rebus alioqui seriis sunt occupati, veluti, si quis rei pub. cuius sollicito, musicā adferat, aut de capite periclitanti, versus amatorios recitet. Mothon enim saltationis genus fœdæ, servilis ac tumultuosæ. Latæmonii vernas, hoc est, servos domi natos, μῆθωνας appellant: aut eos qui ingenuorum filios instituunt, quos Athenienses vocant οὐκότρεβας. Vnde & in viles ac sordidos homines conuitum esse cœpit. Alii putāt Mothonem hominem fuisse quempiam saltatorem & ebriosum. Sunt qui credant Atticos Mothones vocatos, quod hos domitos ad servilia ministeria compulsissent. Ad hunc modum Græci grammatici de Mothone nugantur. Iulius Pollux libro quarto, tradit Mothonem genus esse fratrationis molestum ac nauticum. Atque hinc sane videtur ortum proverbum, ut accipiamus ἀπὸ κώπης, pro eo, quod est, à remo profectum.

*Aurum Colophonium.*

Χρυσὸς ὁ κολοφώνιον. id est, Aurum Colophonium. Zenodotus ostendit dici solitum de auro probatissimo, quod apud Colophonios aurum optimum soleat fieri. Citatq; auctores Aristophanem in Cocalo, & Herodotum, qui spectatissimum aurum, & purū purum, ut veteres dicebant, κολοφώνιον, dixerint. Venustius fiet, si longius deflectetur, velut ad mores vehementer incorruptos, aut ingenium exquisitum & eximium.

*Afini mortes.*

Οἱ ἀφινῶντες, id est, Afini mortes, subaudientum narrat. Dicebatur in eos, qui narratē absurda, ridiculaq; dictū, cuiusmodi fuerit, si quis lōga narratione persequatur afini pericula, quemadmodum Vlyssis descripsit Homerus. Apuleius in Metamorphosi

sua, plane οὐκ ἀνατίττει commemorat. Adagium refertur à Suida.

*Afinus compluitur.*

Οἱ ἄφινῶντες, id est, Afinus compluitur. Cephisodorus apud Suidam in Amazonibus: Σκώπτει μ' ἐγὼ δὲ τοῖς λόγοις οὐκ ἔνομαι, Rides, at alini more, ego verbis cōplnor. Vnde dictum apparet in eos, qui maledictis nihil omnino commouerētur. Quem admodum afinus ob cutis duriciem adeo pluvia nihil offenditur, ut vix etiam fustem sentiat.

*Aspersisti aquam.*

Aspersisse aquam dicitur qui dicto quopiam reddiderit animū, ac metum ademerit. Mutuo sumptū ab iis, qui in deliquio quam Græci λεπτοθυμίαν appellant, aspersa in faciem aqua ad sui sensum reuocantur. Plautus in Bacchidibus: Euax, aspersisti aquam. Idem in Truculento: Aspersisti aquā iam redit animus. Quod Terentius simpliciter: Reddidisti animum.

*Arcadiam me postulas.*

Ἀρκαδίῳ μ' αἰτῆς, id est, Arcadiam me postulas. Diogenianus proverbiū duplicem ostēdit vsum. Conuenire enim vel in magna, vel in vtilia petentem. Vnde sit natum non indicat: qui huic scriptori fere mos: Ceterum Herodotus libro primo, satis docet natum ex oraculo:

Ἀρκαδίῳ μ' αἰτῆς, μέγα μ' αἰτῆς, ὅδ' ἐτι δῖα σὺ. id est,

Arcadiam me oras, magnum petis, haud dabo quidquam.

Notat hoc proverbium Cicero in epistola ad Atticum libro quarto: Quod mihi mandas de quodam regendo, ἀρκαδίῳ, tamen nihil prætermittam.

*Arcadas imitans.*

Ἀρκάδας μιμηταί, id est, Arcades imitantes. Zenodotus indicat dictum in eos, qui aliis non sibi laborant. Plato Pisandro scribit illum Arcadas imitari, quod comœdias a se confectas aliis edēdas traderet ob inopiā. Adagium hinc ductū, quod Arcades olim inter Græcos bellicosissimi, suis auspiciis, suōq; titulo nunquam hostem vllum superarunt, verum aliis suppetias ferentes per sepe. Vnde illud illis fatale videbatur, aliis vincere, non sibi.



*A quinque scopulis deflure in fluvius.*

Ἀπὸ πέντε ὀλίγων περὶ αἶν ἐν κῆμα, id est, A quinque deflure rupibus in vndam. Hoc i. v. usurpari solet ab iis, qui iam impatientes pre-sentium malorum minantur semet in quoduis potius malum precipituros, quam vt perpetiantur. Confine nimirum illi, quod alias retulimus: Suspendio deligendam arborem. Ad hoc adludit pastor ille

Vergilianus:

Præcepit acrii specula de montis in vndas  
Deferat. extremum hoc munus morientis habeto.

*Aqua præterfluit.*

Ὑδὼρ πρὸς ῥέει, id est, Perfluit aqua, siue præterfluit. Zenodotus & Suidas admonent dici solitum de eo, qui nihil negotii recularer, & quidlibet quod mandatum esset, effectu-rum sese polliceretur, quippe vsque adeo promptus ad quiduis suscipiendum, vt nec vanum perfluentem ingredi gravaretur, contempto aquez influxu, cuius est adflue-re, ac defluere.

*Aquila non captat muscas.*

Ἀεὶ δὲ ἐθέροντα τὰς μυίας, i. Aquila non aucupatur muscas. Summi viri negligunt minutula quæpiam. Animus excelsus, res humiles despicit. Aut egrege docti nonnquam in minimis quibusdam labuntur. Et maximis occupati negotiis, ad pusilla quædam conniunt. Effertur & citra negationem adagium, αἰετὸς μυίας ἐθέροντα, id est, Aquila venatur muscas, quoties magnis minima sunt curæ. Huic non ab simile est, quod habet Gregorius theologus in Epistola ad Eudoxium rhetorem: μη ἀνάγκη αἰετὸς θέναι ἐν τοῖς κολοῖς αἰετὸς, id est, non sustineres tenere primas inter graculos aquila,

*Incaprificatus es.*

Ἀκαρίφωτος εἶ, id est, Incaprificatus es. Suidas putat in mollem & infutigerum conuenire. Sunt qui referant ad eos, qui tueri non queant id, quod nacti sunt boni. Adagium usurpauit Hermippus in Militibus. Eius rationem huiusmodi reddunt Suidas & Zenodotus: Aiunt mariscis, qui caprifici scæ-zus est, innasci vermiculum, quæ Græci λέγουσιν, vocant, horum vim colligunt rustici, deq; fici ramis suspendunt, ne videlicet scæ-

zuz ante tempus, & immaturi defluant. Næ verius protinus per rimas irrepunt, atque hoc modo maturescunt fici. Theophrastus lib. De plantis 2. culices hoscarios nasci putat è granis mariscarum, quod similitudine euolat in illi, nulla grana insunt. Euolare penna fere, aut pede in pomo relicto. Sed complura de caprificandi ratione inibi, si cui libeat cognoscere. Idem similia sermo, lib. de causis plantarum 2. cap. 12. Plinius etiam lib. 15. cap. 19. Et Aristoteles lib. De natura animalium quinto. Vnde arborem, cui hoc maturitatis remedium adhibi tum non fuerat, ἀκαρίφωτος appellabant, atque hinc deinde transferebant in hominem inutilem, à quo nihil bonæ frugis expectandum. Vox composita est: ἰκατὰ ἀκαρίφωτος μωρίας & ἐκωνίς, quasi dicas: Incaprificatus.

*Repariatare.*

Ἀκαρίφωτος, id est, Repariassarunt. De iis dicebatur, quos pœniter instituti, quiq; à conuentis discederent, ab historia natum. Parii cum aliquando à Thebanis bello premerentur, pœniterunt vt à bello desisterent, se ciuitatem in potestatem illorum tradituros. Hac lege cum desitissent Thebani, & Paris interea spes auxilii fuisset alicunde ostensa, pactum irritarunt, bellumq; cum Thebanis integrarunt. Inde fictum prouerbiale verbum: ἀκαρίφωτος, pro irritata cta, Parisiorum exemplo. Prouerbii meminit & Stephanus in dictione πόρος referens ex auctore Ephoro, nisi quod in historia variat. Cum enim Multiades vehementer vgeret Paris iamq; tractari ceptum esset de delenda vrbē, sylua quædam circa Myconum vltro cœpit ardere. Parisi suspicantes quod Datis regis clavis præfectus excitato igni si gnum ipsis dedisset, rescissis conuentis noluerunt tradere ciuitatem. Ad stipulatur Aemilius in vita Multiadis. Est autem Paris vna ex Cycladibus, quemadmodum & Myconus.

*Mari fossa aquam.*

Θαλάττη ἐν τῇ ἀράδραξ ὑδὼρ, id est, Mari è lacu aquam, subaudiendum, infundis. Simile illi: βάλω ἀράδραξ, id est, Glebarum. Quiddius in elegiis amatoris: In freta collectas alta, quid addis aquas? Cognatum

ICognatum illi, quod alibi recensuimus: an syluam vehere ligna, & oleum camiuo ddere.

*Hamaxiaa.*

*Ἀμαξία*. Prouerbiali verbo dicebantur an- pla, magnificaq; perinde sonant, quasi Latine dicas; Plaustralia, id est, tanta, vt iustum plautri onus videri possint. Vnde: *ἀμαξία* *ἡμαξα*, dicitabant eo pacto, quo Flaccus dixit: Sesiipedalia verba. Quod genus sunt illa apud Aristoph. in Vespis:

*Ὁρθορῖσθ κοφαντοῦρικταλαπιῶρον τρέπων.*

Apud Plautum in Curculione militis nomen Therapontigonoplatagidorus, quo se trapezita ait septennumero quattuor totas expleuisse ceras, dum scribit in suis rationibus. Extat iocus eiusdem in Hermetem quempiam huiuscemodi sesquipedalium verborum affectatorem:

Gaudet honorificabilitudinitibus Hermes

Consuetudinibus sollicitudinibus.

Athenus libro decimo, referens olim taxatam fuisse Thesalorum edacitatem, coenas illorum vocat *ἀμαξιαίας*, sine κτανιαίας, adferre carmen Aristophanis in *ταρτυαίς*.

*Τὶ πρὸς τὰ λυδῶν δειπια καὶ τὰ ἐπιπλῶν,*

Et rursus:

*Τὰ ἐπιπλῶν μὲν πολὺ κταπικότερα,* id est,

Ad Lyda quid seu Thesalica conuiuia?

Thesalica sunt multo magis plaustralia.

Porto Thesali vehicula dicunt *καπίνες*. In libro 7. tradidit apud Sicyonios congros capi permultos *ἀνδραχθεῖς*, hoc est, tantæ magnitudinis vt iusto pondere baiulum onerent, non nullos etiam *ἀμαξιαίς*, hoc est, iustum onus vehiculi. Quin & *ἀγριναια* dicta sunt ingentia, vel a talento quod apud illos habebatur maius ceteris: vel a sarcinis negotiatorum, variis complexentibus merces, quæ Hefychius testatur Græcis dici *ἀγριναια*, Sic enim scriptum est, antepenultima acuta. Eas sarcinas qui commercantur appellari *ἀγρινοπώλης*. Addit & nomen ista quoddam argenteum ingès dici Græcis *ἀγριναιον*.

*Muscum demetere.*

*Ἀμυξ ἀγίζαν*, i. Muscum demetere: dici solitum, vbi quis tener adhuc & intempestiuus durius tractaretur, aut tolleretur emolumentum prius, quàm opportunum esset. Testatam ab iis, qui statim vt ager obduci co-

perit herba, demetunt, nec sinunt adolefcere gramen. *μύξ* enim muscus, & additione litteræ *ἀμυξ* sicut *ἀσχυς* pro *σάχυς*.

*Exis pluit.*

*Ἀλασιν ὕει*, id est, Lucanicis pluit. Sermo prouerbialis de prodigiosa rerum copia, qui iocus etiam hac tempestate durat apud idiotas. Si quidem *ἄλας* Græcis exi genus est, ex quo frustulatum conciso facta conficiuntur, quod cibi genus in Comicum iocum abiisse videtur, vnde viles & contempti *ἄλαν τοπῶλιν* vocantur adagio. Confinit illi: *δραχμὴ χαλαζώσα*, id est, Drachma grandinans.

*Aliis lingua, aliis dentes.*

*Ἀλλοισι γλῶττ' ἄλλοισι εἰσι γόμῃσι.* id est, His lingua, at illis sunt molares inuicem. De loquacibus & edacibus dici consuevit. Quemadmodum non raro fit in conuiujs: vt aliis garrientibus, & fabulis potius quàm cibis intentis, alij interim taciti, strenue quod adpositum est, deuorent. Venustius erit si longiuscule detorqueatur, veluti si quis minetur se factio nociturum ei, qui verba duntaxat læserit. Poetis est lingua, qua inuehantur: at principibus sunt molares, quibus eos conficiant.

*Improbi consilium, in extremum incidit malum.*

*Ἀπέντυσε κακὸς βλάη πρὸς ὑπέρετατον ἄτην.* Incidit extremam innoxam mens improba tandem.

Heroicus prouerbialis in eum, qui postea quam diu peccauit impune, tandem in calamitatem incidit, vt pœnas omnium scelerum semel dependat.

*Aliud noctua sonat, aliud cornix.*

*Ἀλλογαυξ, ἄλλο κορῶν φθέγγεται.* i. Aliud noctua sonat, aliud cornix sonat. Vel, alia noctua, alia vox cornicis. Accommodari potest vel ad eos, qui decertant cum longe prestantioribus, vel ad illos, inter quos ob morum, ingentiq; pugnantiam, minime conuenit. Siue cum est alius alio longe facundior. Quemadmodum enim auem etiam si non videas, tamen e cantu licet discernere, ita stilus diuicius prodit. *ἄνδ' ἐπιγλαφίω.*

*Reperire rimam.*

PROVERBIALI figura dixit Plautus in

Curcu.

**Curculione** : Aliquam reperietis rimam, in causatore, ac tergiuersatore, qui nulla in causa tot fidei vinculis adstringi possunt, quin aliquid inueniant quo elabantur. Similiter Horatius :

-Centum adde c atenas,

Es fugiet tamen hæc sceleratus vincula Proteus.

Ductum ab aubibus, aut muribus captis.

*Album panem pinfo tibi.*

**Λλευκὸν μᾶζαν φρωσοί**, id est, Album panē pinso, siue tempero tibi. Dicitur solitum, ubi quis magnarum rerum spes amplas ostendit. Est enim maza panis genus. Porro Græcis albū panem in deliciis fuisse, locis aliquot testatur Lucianus, nominatim in libello de mercede seruientibus : *ὅδ' ὄντα λευκῶ ποτε ἀρετῆ ἔμφορηαίς*, id est, Ne per somnum quidē vinquam albo pane saturatus. Et D. Hieronymus in epistola ad Nepotianum, simillā inter delicias ponit. Quid prodest, inquit, oleo non vesci, & molestias quasdam, difficultatesque ciborum querere, caricas, piper, nucēs palma: um, simillā, mel, pistacea. Ac ne fuisse quidem Romæ pistores ad Persicum vsque bellum, annis ab vībe condita, super quingentos octoginta: testis est Plin. lib. 12. ca. 11. ubi rationes aliquot arte conditi panis ostendit. Porro quod primum ē triticea farina redditur, candidius est: rursus quod ex ordeacea postremum, id magis est album, ut indicat in problematis Aristoteles sectionis 21 prob. 3. & 7. eiusque rei causam re idit. Græci panes elegantiores λευκῶς appellabant, sordidiores φαυλῶς: id est, fuscos seu nigros. Sic Alexis apud Athenęū libro tertio :

Λευκῶς μὲν δὲ τῶν δὲ φαυλῶ τριτοῦ σπυρί, 1.

Panes quidem albos octo, dein totidem nigros.

Huc pertinet illud, ex iure hesterno, panem atrum vorant. Narratur ibidem quiddam non illepidum de Diogene Cynico, qui cū placenta vesceretur, percitantī quid comedet, respondit se panem edere bene confectum. Hoc ad iicere visum, ut intelligamus, olim miras fuisse delicias in panibus confectis. A pud eundem libro quarto, describitur conuiuium Atticum, in quo commemorantur & panes λευκότεροι χιόνος, id est, albiores niue.

*Candidum linum lucri causa ducis.*

**Λλευκάλινον λίνον κερθωγαμῶς**, id est, Candidulū linum oblucrem ducis uxorem. In eū quædrat, qui dotis causa ducit vel deformē vel anum. Porro linum vocat uxorem, vel quod apud veteres solæ mulieres lineis veteretur: vter quod vito adligetur matrimonio, & libera esse desinat. Nā linon Græci non nunquam vsurgant pro vinculo. λευκάλινος autem Iunonis epithetum apud Homerū, ab albis vlus. Refertur à Diogeniano.

*In capras sylvestres.*

**Κατ' ἀγρῶς ἀγρίας**, id est, In capras feras. Abominantis est, sermo, & malum deprecātis, inque sylvestres capras auertentis, confinis illi, quod aibi dictum *εἰς πύξρον*, i. in Pyrrham. Item illi :

Hostibus eueniant conuiuia talia nostris. Vfus est adagione Athenæus, libro Dιπνοσοφιστάρων (secundo: *μητέριος γὰρ ἔφασκον, ὡς περ εἰς ἀγρῶς ἡμῶς ἀγρίας ἀποτίμωται τὸς ζυτολήντας, ἢ γυσιαιθερον τῶν δειλῶν ἐν τοῖς ὑποπτήμασιν αὐτῶν μνησθῆναι τὸ λιξίος*, id est, Nā Myrtilius asseuerabat, velut ad capras sylvestres non elegans querentes, Hegesandrum Delphum in commētariis suis, eius dictionis meminisse. Ad capras sylvestres posuit pro eo, quod difficultum esset inuicere, aut quod nullquam est. Citauerat enim ex auctore testimonium, quod mox Plutarchus negat apud illum extare. Ad hoc prouerbiū adlusit Apuleius in asino, fingens Pŷchen à Venere mitti ad Arietes agrestes.

*Ad sint dij beati.*

**Σὺν δὲ θεοῖς μάκαρες.**

id est,

Felices adsint superi.

Sermo est bene omniantis in re quapiā agrediunda. Sic enim præfari solent rhapsodistæ, hoc est, carminum Homericorum recitatores & interpretes. Quemadmodum & citharædis cantaturis mos erat Apollinem, ut dexter ad esset carmine inuocare: *ἀλλὰ ἀναξ μάλ' ἀχαιεῖ*, id est, At multum salue rex. Quin & testamentum condituri præfabantur ominis causa, *τὸ καλῶς ἔστω*, i. Hoc bene sit. Item apud Romanos dicitur in conuocione simili precatione utebatur, ut felix ac faustum esset Reipublice, quod diciturus esset. Refertur apud Zenodotum.

In

In Aphannis.

Εἰς ἀφάνιας, id est, In Aphannis. Stephanus tradit Aphannas locum quempiam esse Siciliae, vehementer obscurum & ignobilem, unde & nomen adductum apparet. Hinc natum proverbum: ἢ εἰς ἀφάνιας id est, Aut in Aphannis, de incertis, & quae nusquam sunt. Zenodorus ait natum ex huiusmodi casu. Sybaritae quondam oraculum aduentes, orabant ut sibi victoriam aduersus Crotoniatis concederet, idque Crotoniatis ipsis praesentibus. Quidam autem Crotoniatarum per iocum respondit ad hunc modum. Ἰσῆ quidem consequemini in Aphannis. Sybarita credens id a deo responsum, admiratus est, quid sibi velle: hoc verbi Aphannae. Proverbum ait quadrare in eos, qui se putant invictos, & nulli tolerandos esse. Verum Stephani nobis magis probatur interpretatio.

Ad id, quod erat opus.

Εἰς τὸ δέον, id est, In id, quod opus erat. subaudiendum, in sumptibus, aut simile quiddam. Natum aiunt ex oratione Periclis. Narrat hunc datus pecuniis impetrasse ab Aityanacte Lacedaemoniorum rege, qui iam bellum parabat, ut ex Attica discederet. Deinde cum esset populo rationem eius pecuniae redditurus, pudereque palam titulum insumptum pecuniae proloqui, recte significavit, εἰς τὸ δέον, inquit, ἀνάλωσκ τὸσῶντα τέλωντα εἰς τὸ δέον, id est, in usus necessarios tantum talentorum insumpsi. Haec sermo referuntur a Zenodoto. Notavit adagium & Aristophanes in Nebulis:

ἄπειρ περικλήεις εἰς τὸ δέον ἀπώλεια. id est,

Ita ut Pericles perdidit in quod oportuit.

Quo loco interpres varias adfert historias, unde proverbium ortum putet, quae si quis requirit, unde petere possit, ostendimus. Eleganter torquebitur per iocum in eos, qui sic admissarunt pecuniam alienam, ut non possint idoneam rationem reddere.

Adactum iusurandum.

Ἐπακτὸς ὄρκος, id est, Adactum iusurandum dicebatur, vel quod non vernaculum esset, sed peregrinum, & aliunde adscitum, ut indicat Zenodorus: ut si quis Graecus Scythico more iuret: ἢ τὸν ἀκίρκιν καὶ ἢ τὸν ἀρμον, id est, Per ventum & acinacem. Nam per suos deos unaquaque gens iurare consuevit: vel

quod non spontaneum, sed adactum vi: vel quod sponte susceptum nemine cogente, si Suidae credimus, & etymologico. Sunt enim tria iusurandi genera, vnum quod ἐπώμοτον vocant, alterum quod κωτώμοτον, tertium quod ἐπακτόν. Helychius contra: ἴφ' ὃν ἰτερος ἀγει, ἢ ἀυθχετος, id est, Ad quoscumque adigit non spontaneum. Hoc inter adagia non recensuissimus, nisi Zenodorus prior in hoc albo posuisset.

Scabrosior leberide.

Κιτρεότερος λεβριδης, id est, Asperior, leberide. De vehementer asperis & insuavis. Nam leberis Graecis dicitur exuvium illud vel serpentum, vel piscium exuvium senectutem, quod & σφαιρα vocatur: id autem asperum esse constat, nimirum ob summam siccitatem. Refertur a Suida.

Procul auribus nuncius venias.

Ἀπ' ἔκτος ἄγγελος ἔλθει. id est,

Procul abii nuncius aure.

Sermo deprecantis nuncium male auspiciatum. Suidas ex Callimacho citat. Hom. item Iliad. 7.

Αἰ γὰρ δ' ἄ μοι ἀπ' ἔκτος ἄδ' ἔγνοιτο. id est, Ista velim mihi sine procul auribus.

A puro pura defluit aqua.

THEOGNIS in sententiis Elegiacis:

Εἴμ' ἑτέρας πλύνειν, κεφαλῆς ἀμείωντον ἀπ' ἄκρης

Αἰ εἰ λυκνὸν δ' ὄρε βδύσεται ἡ μετέρης, id est, Rursum aqua de summo mihi vertice defluet usque

Limpida, si innocuum forte laurare pares. Hoc distichon, quoniam subesse proverbium videbatur, adscriptum. Quadrabit in hominem vsque quaeque inculpatum & innocentem, quem etiam si quis aliquando vocet in crimen, tamen non solum fama illius non contaminatur, verum etiam illustrior redditur. Nec sine causa laudi tribuunt illud Catoni Censorio, quod toties accusatus & vocatus in ius, nempe quater & quadragies, semper iudicium sententiis fuerit absolutus.

A lupi venatu.

Ἀπὸ λύκος θήρας, id est, A lupi venatu. Dicitur solitum, ubi quis protinus re infecta discedit. Aut de negotio molesto, & agrestis. Neque enim

enim tutum est lupum insequi, neque is facile capitur, cum reliquarum ferarum venatus non vulgarem adferant voluptatem, Meminit Suidas.

*A subeunte portum nauti.*

Ἀπὸ καταδρομῆς, id est, A subeunte, subaudi, nauelucrum capias. Admonet adagium celertatem ad quæstum plurimum valere. Et in negotiatorem illud in primis competere ὕπνος ἀπέσω, id est, Somnus abesto. Sumptum a mercatorum diligentia, qui merces statim emunt ab ipsis nautis in portum appellentibus. Tum enim & minoris emuntur, & majori distrahuntur, lucro. Trahi poterit ad eam sententiam, ut si quis dicat statim arripiendam oblatam occasionem lucrari. Aut tum rogandum quempiam, ubi fortuna recentem aliquam commoditatem obicerit. Nam sumus plerique tum ad gratificandum benigniores. Persius in quinta Satyra metaphoram variauit, cum ait:

Tolle recens primus piper è sitiente camelo.

Id est, illico cum adhuc de via sitit camelus, qui merces attulit. Prouerbiū meminit Suidas.

*A bis septem vndis.*

Ἀπὸ δ' ἰς ἑπτὰ κνμάτων, id est, A bis septem vndis. In eos competit, qui a noxia quapiam purgati sunt, propterea quod antiquitus mos esset, homicidio pollutos vestes suas bis septem innundationibus, immersionibusque lauare: Testis Suidas.

*Exigit & a statuis farina.*

Ἄ τ' αἰ γὰ καὶ τὴς κ' ὀρίαντας ἀλαφίτα. id est, Sane cibum & signis ab ipsis exigit.

In eum dicendum, qui nullius miserus, vndeum quod potest auellit, vel ab ipsis mortuorum statuis. Simillimum illi: κατὰ πόκαρον φορεῖς, id est, Et a mortuo tributum colligis.

*Athos celas latera Lemniæ bouis.*

Ἄθος καλύπτει πλῆθρὰ λημνίας βοῶς, id est, Athos obumbrat latera Lemniæ bouis.

Vbi quis officit, aut molestus est, aut gloriæ cuiuspiam obsecrat, aut alioquin obsistit. Tradunt in Lemno bouis fuisse simulacrū ingens, candido factum lapide. Id Athos mons tamen longo distans intervallo, tamen ob summam celsitudinem, obscurat

umbra sua. Est autem Athos Thraciæ mōs ingens, adeo ut vmbra in iaciat ad stadia trecenta, teste Stephano. Meminit huius Apollonius Argonauticon lib. primo:

Ἠρὶδ' ἰσσομένοισιν ἄβω ἀνέταλλε κωλώην,  
Θρηκίην, ἣ τὸ σσον ἀπὸ προδὶ λῆμον ἐῖσαυ,  
Ὅσσον ἐς ἔνδ' εὐδὲν κεν δὺ σολος δ' ἄκας ἀίσσαι,  
Ἀκρωτὴ κορυφῆσικαί, καὶ ἐς ἄχρ' ἠμνίης, ἰ.  
Solis ad exortū vada falsa secantibus alto  
Vertice sese ostendit Athos, mons Thracius, is qui

Distans à sacra tanto discrimine Lemno,  
Quantum alata die valeat transmittere nauis,

Hanc tamē aerii cōtingit verticis umbra.

Quin longinquam etiā cōtingit ad vsq; Myrinen.

Prouerbiū meminit & Plutarchus in Moralibus, cum alias tum in commentario, quē inscripsit De facie apparente in orbe lunæ, testans vmbra porrigi per septingenta stadia. Theocriti Scholiastes versiculū hunc citat ex Sophocle:

Ἄθος σιάζει τῶτα λημνίας ἄλδς. id est, Athos obumbrat terga Lemniæ maris.

*Præsentem mulge, quid insequeris?*

τὴν ταρῆσσαν ἀμίγχε. τί τὸν φθόγοιτα δ' ἰώκαν, id est,

Præsentem mulgeto, quid insequeris fugientem?

Heroticus prouerbialis admonens præsens lucrum nō omittendum spe commodorū, quæ non item ad manum videntur esse. Sumptum ex Cyclope Theocriti, Scholiastes citat consimilis sententiæ versum Hesiodum:

Νηπιος ὅς τὰ ἔτοιμα λιπὼντ' ἀνέτοιμα δ' ἰώκει, id est,

Stultus qui non prompta sequens, iam prompta relinquit.

Existimat eundem habere sensum quod alibi nobis dictum est: τὸν θέλοισα βῆν ἔλαωτε.

*Quid ad Mercurium?*

Τὶ πρὸς τὸν ἔρμην, ἰ. Quid ad Mercuriū? Idem cum illo: ἄδ' ἰν πρὸς ἔπος, & nihil ad Bacchiū, Nihil ad rem. Nam Mercurius orationis auctor. Competunt in eos qui loquuntur aliena ab eo, quod agebatur.

*Quid Achivus a turre indicatis?*

Τὶ τὴς ἀχαιῶς ἀπὸ τῆ πύργου κείνιτε; id est,

Cur iudicatis Danaidas de mœnibus?  
 Dici conuenit, quoties quis pronūciat de  
 re non satis accuratè considerata. Aristides  
 in Themistocle: τὴ τὰυτα τῆς ἀχαιῶς ἀπὸ τῆ  
 πύργου κείνομεν; id est, Quid in his Achiuos  
 de turte iudicamus? Sumptum apparet ex  
 Iliados y. quo loco Priamus in mœnibus  
 Troianorum, arcessitam Helenam percun-  
 ctatur qui nam essent, quos procul in Gre-  
 corum exercitu conspiceret, & Agamemno  
 nis formam laudat ad hunc modum:

Ὅς τις ὁδὸς ἐστὶν ἀχαιῶς ἀνὴρ νῆς τε μέγας τε,  
 Ἡ τοὶ μὲν κεφαλὴ καὶ μέγιστος ἄλλοι ἔπειν,  
 Καλὸν δ' ἔπω ἐγὼν ἔθον ἰτὲρ ὀφθαλμοῖσιν,  
 Ὅδ' ἔτω γέγραπεν, βασιλεῖ γὰρ ἀνδρῶν ἔοι-  
 κεν. id est,

Ille quis est cædo, Graius homo, magnusq;  
 bonusq;ue?  
 Sunt alii hunc fateor superantes vertice  
 plures.  
 Verum æque pulchrum memini me cer-  
 nere numquam  
 Nec reuerendum æque regem præferre vi-  
 detur.

Nec inconcinne torquebitur ad eos, qui in  
 tuto constituti, de iis iudicant, qui in peri-  
 culo versantur. Quemadmodum faciunt ii,  
 qui in turte, aut vâllo sedentes, ociosi spe-  
 ctant, iudicantq;ue præliantes, ac in multis  
 animi robur aut cõsilium desiderant, quod  
 ipsi nequaquam præstaturi forent, si in eo-  
 dem discrimine versarentur. Aristides in  
 Themistocle: ἄ μιν ἄχ ὁμοῖον ἐν μέσῳ τῷ εκ-  
 λάσει πῶδ' ἰὸν ἐν τῷ πλοῦ, λέγουν καὶ πῶ δὲ  
 ψυχῶν πῶδ' αὐτῶς δ' ἐκινῆσαι, ἢ κελῆμονον ἐξω τ'  
 ἐξέλει πῶδ' τῷ ταχίω, id est, Atqui nō parui  
 refert, si quis medio in mari, de iis loqua-  
 tur, qui in naui sunt, animiq; præsentiam  
 demonstret, sedensq;ue proculâ procella in-  
 ter parietes.

*Quis vsus capis putridi?*

Τὴ χερσὶ πυθόμενος κρομμῆς, i. Quis vsus putre  
 facti capis? De rebus, ad etiam hominibus  
 reuiculis, & quorum nullus vsiquã est vsus.  
 Ecce enim cum cæpe sit herba, per se vilissima,  
 simul atque computruit, nihil esse potest  
 abiecius. Cognatum illi Plautino: vitiosa  
 nucce non emam.

*Philoxeni non.*

Τὸ φιλοξένος ἄ, i. Philoxeni non. Dicendum,  
 vbi quis obstinate vel inficiatur, vel recusat;

aut vbi quis alteri nescit concedere, nequẽ  
 quidquã ad gratiã loqui. Philoxenus pœ-  
 ta, quem admodũ alibi diximus, vsque adeo  
 nō potuit carmina Dionysii probare, vt ma-  
 luert reduci ad fodinas lapidarias.

*Meos corymbos neclo.*

Τῆς ἑμῆς κερύμβους πλείω, id est, Meos neclo  
 cincinnos. Vbi quis responder, quod nihil  
 pertineat ad interrogata. Refertur ad hunc  
 modum: χερσὶν ἐψήλυα, τῆς ἑμῆς κερύμβους  
 πλείω, ἄσοι λέγω πῶδ' ἰτὲρ. ὄμνος ἀκοπίς ἑ-  
 τῶν ἄ, id est, Salue Hypsipyle. Meos corym-  
 bos neclo. Non tibi loquor ista de re. Mari-  
 tus meus hic est? Ex aliquo comœdiæ loco  
 sumptum apparet, in qua persona quæpiã  
 per dissimulationem, diuersa responderit.  
 Quod genus est & illud apud Terentiũ in  
 Phormion. cum Phædrã rogatur, vbi nam  
 esset Antipho, respondens iterat salutatio-  
 nem, deinde, ait illum recte valere. Est confi-  
 milis locus & apud Plautum in Mercã. Iam  
 machæra est in manu. Nam si eo te introdu-  
 cam. Tollo ampullam, atque hinceo, & re-  
 liqua. Nam locus longior est, quã vt citra  
 tædium possit recenseri. Confine ei, quod  
 alibi recensuimus ἄμης ἀπὸ πῶν.

*Compendiaria res improbitas.*

Σύντομος ἢ πονηρία, βρεθ' ἄκα ἄρετη, id est, Cõ-  
 pendiaria res, improbitas, virtus longa. Qui  
 semel addixit animum vitiiis, is quiduis fla-  
 gitii facile parabit. At singulæ virtutes ma-  
 gno sudore parandæ. Fitq;ue quadam natu-  
 rz corruptione, vt quæ turpia sunt, vel αὐτο  
 δὲ δακτυ protinus attripiamus, quæ honesta  
 vix laboribus diutinis inculcentur. Plutar-  
 chus in apophthegmatis tribuit hoc dictũ  
 Cleomeni. Cum prædo quispiam in agrũ  
 Lacedæmoniorum fecisset incurSIONẽ, atq;  
 vbi captus esset dixisset, Ideo hæc se fecisse,  
 quod non esset quo aleret militem, proinde  
 ad eos vertisse sese, quibus superesset nec  
 imparetur, Cleomenes σύντομος, ἔφη, ἢ  
 πονηρία.

*Vmbra pro corpore.*

Σκια αὐτῆ τῆ σωματος, id est, Vmbra pro corpo-  
 re. Quoties aliquis magnũ quiddam videbi-  
 tur addecurus, cum nihil tandẽ auferat præ-  
 ter titulum, aut spes meras. Mutuo sum-  
 ptum ab Actopica fabula de cane, qui dum  
 vmbra

umbram carniū, quod ea maior appareat capta, veras amisit carnes. Eam quidem ianbico caimine Gabrias quidam, vtiq; complexus est hoc pacto:

Φίλων γε ποτικῶν πλοσίον κύν κρέας,  
Κύψας εἰαντόν, ἄλλοι ἐς ὑδ' ὄρα βλέπει.  
Χωνῶν δὲ λοιπὸν τῶν κατω λαβῆν κρέας,  
Ἀπειρεστοὶ καὶ τὰς, ἔπειτα κρέας, id est,  
Iuxta fluentem deferens carnes canis,  
Dum pronatos in amne conspicit alteras,  
Et hians deorsum, vt easce carnes prenderet,  
Amisit has quoque, quas tenebat antea.

*Sinopissas.*

**Σινοπίζης**, id est, Sinopissas, id est, lascivus. A Sinopescorto quodam nobili, celebratq; lasciviz, cui nomen hinc inditum videtur, quod noxiis esset oculis. Athenzus libr. 1. s. docet Aeginensem. Fuit & Sinope Aesopi filia, cui nihil carius fuit virginitate.

*Vitas lapidem longum tempus.*

**Σάξαι καὶ πέτραι πολὺς χρόνος.** id est,  
Saxa etiam longum faciet putrescere tempus.  
Nihil in rerum natura saxo durabilius. At id quoq; temporum diuturnitas absimit. Quod poete nimirum innuunt, cum fingunt Saturnum temporis Deum saxum Iouis loco suppositum deuorasse. Quid. libro De ponto 4.  
'Gutta cauat lapidem', consumitur anulus vsu,  
'Et teritur pressa vomer aduncus humo.

*Sileni Alcibiadis.*

**Σιλικοί ἀλμιβιάδης**, id est, Sileni Alcibiadis, apud eruditos & in prouerbiiu abuisse videntur, certe in collectaneis Græcorum prouerbii vice referuntur, quo licebit vti, vel de re quæ cum in speciem, & prima, quod aiunt fronte vilis ac ridicula videatur, tamen intus est ac propius contemplanti, sit admirabilis: vel de homine, qui habitu vultuq; lōge minus præ se ferat, quā in animo claudat. Aiunt enim Silenos imagunculas quaspiā fuisse secliles, & ita factas, vt diduci & explicari possent, & quæ clause ridiculam ac mōstruosam tibicinis speciem habebant, aperte subito numen ostendebant, vt artem scilicet gratiorē iocofus faceret error. Porro statuarum argumentum sumptum est a ri-

diculo illo Sileno Bacchi pædagogō, numinumq; poeticoꝝ morione. Quandoquidem habent & illi principum nostratium: exemplo suos γελοιοπαῖς. Proinde apud Athenzum libro quinto adolescens Critobulus irridens Socratem senem ac deformē, dicebat illum πολλὴ τῶν σεαυτῶν ἀχρία, id est, multo Silenis deformiorem: locus autē est apud Xenophontem in cōuiuio. Socrates: ὡς γὰρ καλλίων ἂν τῆς κομπορίας. Vt istud iactas quasi sis formosior. Critobolus: οὐδὲν ἴσως ἢ ποτὶ τῶν σεαυτῶν ἐν σατυρικῶν, αἰ χιςος ἂν εἴην. id est, Ita per Iouem, aut omnium Silenorum qui sunt inter Satyros turpissimus fuero. Et Alcibiades apud Platonem in conuiuio, Socratis Encomium dicturus, cum Silenis eiusmodi similē facit, quod in multo alius esset propius intuenti, quam summo habitu specieq; videretur. Quem si de summa qd' dici solet, cute quis æstimasset, nō emisisset alle. Facies erat rusticana, taurinus aspectus, nares simæ muccoq; plenzæ. Sannione quempiam bardum ac stupidum dixisses. Cultus neglectus, sermo simplex ac plebeius, & humilis, vt qui semper aurigas, cerdones, sillones & fabros haberet in ore. Nā hinc fere sumebat illas suas, εἰσαγωγῆς, quibus vrgebat in disputando. Fortuna tenuis, vxor qualem ne vilissimus quidē carbonarius ferre posset. Videbatur mirari formas adolescentulorum, videbatur amare, & zelo typia tangi, cum eum ab his affectibus διὰ πᾶσων abesse compererit etiam Alcibiades. Denique iocus ille perpetuus non nullam habebat morionis speciem. Cum ea tempestate, ad insaniam vsque ferueret inter stultos, profitendi sapiētiam ambitio, nec vnus esset Gorgias, qui se nihil uescire iactitaret, & Ardelionibus huiusmodi nusquam non reserta essent omnia, solus hic hoc vnium scire dicebat, quod nihil sciret. Videbatur ineptus ad omnia reipublicæ munia, adeo vt quodam die quiddam apud populū adorsus agere, cum risu sit explosus. Atqui si Silenum hunc tam ridiculum explicuisses, videlicet numen inuenisses potius quam hominem, animum ingentem, sublimem, ac vere philosophicum, omnium rerum pro quibus ceteri mortales currunt, nauigant, sudant, litigant, belligerantur, contemptorem, iniuriis omnibus superiorem, & in quem nullum omnino ius haberet fortuna, & vsque adeo nihil timentem, vt mortem quoque

quoque nulli non formidatam contempe-  
rit, in tantum ut eicuat eodē ebiberit vul-  
tu, quo vinum solet, utq; iam moriens etiā  
in Phædonem suum iocaretur, adiuuens,  
ut voto se liberans Aesculapio gallum per-  
solueret, perinde quasi sumpto pharmaco,  
iam sanitatis beneficium sentiret, cum exi-  
ret è corpore, vnde omnes animi morbi sca-  
tent ac pullulant. Proinde non iniuria cū  
id tempestatis plena sophis essent omnia, so-  
lus hic morio, sapiens oraculo pronuncia-  
tus est, & plus iudicatus est scire, qui nihil  
sciebat, quam hi qui nihil nescire se prædi-  
cabant, imo ob id ipsum iudicatus est plus  
ceteris scire, quod vnus omnium nihil sci-  
ret. Huiusmodi Silenus fuit Antisthenes,  
baculo suo, pera, pallioque maximorum re-  
gum fortunas antecellens. Huiusmodi Sile-  
nus fuit Diogenes, vulgo canis habitus. Ve-  
rum in hoc cane diuinum quiddā apin ad-  
uerterat Alexander Magnus, principum; ut  
videbatur, omnium κορυφαίος & alpha, cum  
animi magnitudinem admiratus, optatu-  
rum se diceret, ut nī Alexander esset, Dioge-  
nes esset: cū hoc magis optare debuerit Dio-  
genes animum, quod Alexander esset. Hu-  
iusmodi Silenus fuit Epictetus, seruus, pau-  
per, claudus, ut indicat illius epithaphium,  
sed idem, quod est felicissimum, carus supe-  
ris, id quod sola vita præstat integritas cum  
sapientia coniuncta. Hæc nimirum est natu-  
ra rerum vere honestarum; quod habet exi-  
mum, id in intimis recondit, adduntque  
quod contemptissimū, id prima specie præ-  
segerunt, ac thesaurum ceu vili cortice dis-  
simulant, nec prophanis ostendunt oculis.  
At vulgariū & vmbriticarum lōge diuer-  
sa ratio, summa specie blādiuntur, quodq;  
pulcherrimum habent, statim obuiis osten-  
tant: sin penitus introspectias, nihil minus  
sunt, quam quod titulo specieq; præ se fere-  
bant. Adeo quidquid in omni rerum gene-  
re præclarum est, id minus in cōspicuo est.  
In arboribus flores & folia blandiuntur o-  
culis: ipsa se late moles ostentat. At semen, in  
quo vis est omnium, quā est res minutu-  
la, quā abditā, quā non lenocinans aspe-  
ctui, quam non ostentatrix sui? Aurum &  
gemmas in altissimas terras latebras abdidit  
natura. In elemētis, que vocant, quo quidq;  
præstantius est, hoc longius a sensibus est  
remotum, velut aer & ignis. In animantū  
genere quod est optimum & efficacissimū,

id in intimis abditum habent. In homine  
quod est maxime diuinum & immortale,  
id solum cerni nō potest. In quouis rerum  
genere, materia pars vilior, maxime patet  
sensibus, formæ vis & beneficium, vtilitate  
sentitur, & tamen ipsa procul abest a sensi-  
bus. Rursum in corporis physici tempera-  
tura, cum phlegma & sanguis sensibus sic  
familiaris & pateat, id quod plurimum con-  
fert ad vitam, minime patet, nempe spiri-  
tus: Demum in vniuerso, que maxime sunt  
ea non videntur, veluti substantiæ, quas se-  
paratas vocant. Et quod in his summiū est,  
id à sensibus quā maxime depositum est,  
nempe deus, adeo ut nec intelligi, nec cog-  
itari possit, cum his sensus sit vicus om-  
nium.

Sarone magis nauticus.

Σάρωνος ναυτικώτερος, i. Sarone magis nauti-  
cus. Aiunt hunc fuisse deum quempiā nau-  
ticum. Vnde & Saronico mari cognomen  
inditum. Congruet in horrido cultu ho-  
minem, & moribus feris, quod genus nau-  
ticas plerofque videmus esse. Aut in negotia-  
torem per omnia maria voltantem. Memi-  
nit & Saronis. & ab hoc cognominati ma-  
ris Aristides in Themistocle: Οἱδ' ἵνα τον  
πέριτα χρεῖνον τῶν ἀλατῶν οἰεῶντιν, ὡς περὶ τὸ  
γλαυκὸν φασὶ τιν ἀνδράδιον, ἢ τιν σάρωνα τὸν  
ἐπαννοντα πελάγους id est, Nec uti per om-  
ne tempus in mari habitent, quem admodū  
aiunt facere Glaucum Anthedonium, & Sa-  
ronem mari cognominem. Pausanias in  
Corinthiacis Saronis facit mentionem. qui  
Alchepiz regioni maritimæ imperavit.  
Huic diuersum, quod ait in Ranis Aristo-  
phanes:

Ῥῶς θαλάσσομαι  
ἀπειρος, ἀθαλαπώτατος, ἄσαλαμίνος  
ὡς π' ἐλάυναν, id est,

Quo nam modo  
Potero imperitus, & à mari alienissimus,  
Salaminis experis, atq; nauim agere rudis?

Affidua stilla saxum excavat.

Ράνης ἐνθ' ἐλεχθῶσα κολάωνε πέτρην, id est, Stilli-  
cidium perpetuum saxum excavat. Admo-  
net, nihil esse tam durum, quod non emol-  
liat: nihil tam arduum, quod nō efficiat affi-  
duitas. Quandoquidem stilla aqz, nimirū  
res tam tenuis ac leuis saxum etiam durissi-  
mum



num exhauriat, quod vix ferro possis euin-  
cere. Plinius tradit, inueniri silices, formi-  
carum pedibus attritas, idque grauissimum  
exemplum esse putat, quantum vim habeat  
assiduitas. Menander apud Stobzum:

- Πόνη γὰρ  
Ταῖς ἐπιχειρήσις καταπονείτω πράγματα. i.

Nam vinci solent  
Assiduitate quolibet negotia.

Ouidius:

Quid magis est durum saxo, quid mol-  
lius vnda?

Duratumen molli saxa cauantur aqua.

Galenus *πρόσ κρείσσων* libro tertio, eandem  
sententiam refert, carmine Heroico: ἔγω  
δὴ κρηκεῖο καὶ κωλοῦ εἰρηδ' ἄσκει.

Ἐτέρω κοιλίαι ξανῆς ὕδατος ἐν δὴ ληξῆν. i.

Ita nimirum & illud recte dictum videtur  
Stillula mollis aquæ lapidem assiduo ca-  
uat idem.

Huc adferunt Homericæ, quod cum pocu-  
lum plenum ceteri vix tollerent à mensa, so-  
lus Nestor facile nulloque negotio sustule-  
rit, cum esset admodum senex, & viribus mul-  
tis inferior, verum hoc illi dabat vsus, & exer-  
citatō. Nam Homerus facit Nestorem φιλο-  
πίτην. Homeri carmen sic habet:

Ἄλλος μὲν μογῶν ἀποκινήσασκε τρωπέλης  
Πλάτων, ἐξ ἑσπερ δ' ὄγειν ἀμογῆτι δειρεν. i.

Vix alii poculum poterant sustollere mensa  
Plenum, ac grandævus Nestor facile abstu-  
lit illud.

Quæ sententia non solum accommodari  
potest ad assiduitatem, sed huc quoque,  
quod ea facile facimus, quæ libenter faci-  
mus.

*Salaminia navis.*

Σαλαμῖνία ναῦς, id est, Salaminia navis, de præ-  
uelocibus dictitatum est. Celebratur enim  
vel in primis navale bellum adversus Xer-  
xem gestum apud Salaminem, siue quod ex  
triremibus, altera Salaminia vocari consue-  
uit, altera Πέρκελος. Aristophanes in Auibus  
ἴρι τὰ χεῖρα, Πέρκελος ἡ σαλαμῖνία. Vnde & Bac-  
chus eo, quem modo citavimus loco, ἄσκα-  
λαμῖνιον appellat sese, quod bellicarum rerum  
ac remi ducendi esset ignarus. Adhuc autem  
poeta, sicut opinamur, ad prouerbium quod  
alibi retulimus: δὲ κἀπὼν ἐλάδωναι τὸν εἰδῆσαι,  
id est, Oportet ducere remum eum qui no-  
rit. Plutarchus in vita Periclis navim roba-  
stam & in qua velut in triariis ultimum sit

præsidium, Salaminiam appellat: Οὐδ' αὖτις  
παριὼν εἰς τὸ πλῆτος. ἀλλ' ἐκ τὸν ἄσκιον σαλα-  
μῖναι, Πέρκελ, φησὶ κριτόλαος, πρὸς τὰς μεγάλας  
χρεῖσας ἐπιδιδῶς. id est, Nec semper obambu-  
lans in turba, sed veluti Salaminiam trire-  
men, ut inquit Critolaus, sese ad maiorē te-  
rum usum præbens. Scholia quæ feruntur in  
Aristophanem tradunt Athenis duas fuisse  
naves vsui publico destinatas, & quibus Sa-  
laminia subueheret ad iudicium euocans,  
Paralus aucheret. Nam Theoris eos vehē-  
bat, qui voti aut religionis ergo Delphos,  
aut alio quopiam proficiscerentur.

*Pyrrhandri commentum.*

Πυρρῆνδες μηχανήματα, id est, Pyrrhandri com-  
mentum, de callido inuentum. Hic Pyr-  
rhander sycophanta quispiam sunt, insti-  
gnite versutus, notæque malitiæ. Aristopha-  
nes in Equitibus:

Καὶ νῆ δ' αὖτις καὶ τὰ πύρρῆνδες τὸ μηχανή-  
μα. id est,  
Ac per Iouem fait quidem Pyrrhandrica  
ista technia.

*Ἀζυλος πλῆτος.*

Ἀζυλος πλῆτος, vocabatur, cum quis suas do-  
tes ignoraret. Veluti si qua formosa cum sit,  
putida esset tamen, sibi que displiceret. Aut  
si quis facundus, infacundus sibi videretur.  
Porro felicitatis non minima pars est, ut  
quisque sua norit bona. Proinde Maro:

O fortunatos nimium, bona si sua norint  
Agricolas.

Est finitimum illi: ὁ τυφλὸς πλῆτος, i. Cæcæ  
diuitiæ. Nam ζυλὸν aliquoties idem est, quod  
admirari ac felicem ducere. Vnde ἀείζυλον  
vocant conspicuum & illustre. Cui diuer-  
sum est: ἄστυλον, quod nemo miratur. Quis  
autem miratur quod est additum ac retru-  
sum? Plutarchus in vita Lycurgi facit Theo-  
phrastum huius dicti auctore: laudat enim  
Lycurgum, qui suis institutis effecisset, ut  
apud Spartanos diuitiæ nec essent obnoxie  
subibus, ac prædonibus, quod ille vocat ἄζυ-  
λον, nec admirabiles, quod appellat ἀζυλον,  
nec omnino pro diuitiis haberentur, quod  
ille vocat ἀπλῆτος πλῆτος, quasi dicas opes  
inopes. Verum ipsa Plutarchi verba subici-  
bamus, vel in hoc, quo perspicuum fiat, quan-  
ta gratiæ parte fraudetur, qui malit aucto-  
res in istam linguam versos legere, quæ sua  
linguâ loquentes audit: Μερικὸν μὲν ἐν κατὰ  
τὸ

τὸ τὸν, μείζων δὲ τὸ τὸν πλεῖστον ἄστυον, μάλ-  
 λον δὲ ἄστυον ὡς φησὶ θεόφραστος, καὶ ἄπλεστον  
 ἀπειράτου, τῆ κινότητι τῶν δ' εἰπῶν. Addit  
 inibi Plutarchus his ex rebus extitisse dictū  
 illud celebre: Plutū ex omnibus ciuitatibus,  
 quæ sub sole sunt, in vna Sparta seruari τυ-  
 φλῶν, id est, cæcum ac repositum, non aliter  
 quam tabulam animæ carentem & immobi-  
 lē. Ex hisce verbis simul & illud colligitur,  
 idem pollere: τυφλὸς ὁ πλεῖστος καὶ ἄστυος ὁ  
 πλεῖστος. Cæcum enim dicitur, non solum  
 quod non videt, verum etiam quidquid lu-  
 ce caret. Quamquam autem festiuiter pro-  
 uerbiū detortum est ad Spartanorū fruga-  
 litatem, tamen quadrat potius in eos, qui  
 suas opes sibi possident, easq; recedunt aut  
 defodiunt etiam. Aristophanes in Concio-  
 naticibus ἀφῶν πλεῖστον appellat nummos  
 in arca reconditos. Nam domus & agri ceta-  
 ri non possunt. Nullus vsus est picturæ re-  
 positæ, nihilo maior diuitiarum abstrusa-  
 tum. Nam in vsum paratæ sunt opes. Sic  
 Flaccus in Odīs:

Nullus argento color est, auaris  
 ἄβδιτο terris.

Et Pindarus in Nemeis hymno primo: Οὐκ  
 ἔραμαι πολλὴν ἐν μεγάροις πλεῖστον κατακρυφίας ἔ-  
 χαν, ἀλλ' ἐστὼν δὴ τε παθεῖν, καὶ ἀκούσαι φίλης  
 ἔρακίαν. id est, Non desidero inultas in xdi-  
 bus opes habere abstrusas, sed his, quæ ad-  
 sunt bene frui, ac bene audire, amicis sup-  
 peditans.

Dicas tria exturia.

Εἶπος τὰ τρία παρὰ τ' ἀλλῆς, id est, dicas tria  
 de curia. Antiquitus qui iudicium sen-  
 tentiis fuissent ad capitale supplicium con-  
 demnati, prius quàm ad mortem duceren-  
 tur, ea facultas concedebatur, vt vino, ci-  
 boq; expleti, tria quædam quæcumque  
 libitum esset dicerent. Quæ simul atque  
 dixissent promulgata damnatione produ-  
 cebantur ad supplicium. ἀλλῆν enim olim  
 vocabant eum locum, quo damnati duce-  
 bantur, quem neoterici: ἐρεχθῶν appellan-  
 tur. Apud Suidam legitur: πικρὸ ἀλλῆ, dandi ca-  
 su, id est, iuxta curiam, siue iuxta septum.  
 Vfus adagii apud neminem adhuc reperi-  
 tur. Est dici solitum, vbi quis petulantius  
 loqueretur, sed magno suo malo, aut exitiū  
 imprecaretur alicui. Adagium refertur à  
 Zenodoro.

Pyraustæ gaudes gaudium.

Χαράν πυραύστῃ χαίρας, id est, Gaudium pyrau-  
 stæ gaudes. De momentaria, fluxuq; volu-  
 ptate. Ostendimus alicubi pyrausta m ad lu-  
 cern as aduolantem, ambustis alis perire, vñ  
 de & prouerbiū, πυραύστῃ μόρας, id est, Py-  
 raustæ fatum. Cuius alibi meminimus.

Πτερυγίλειον.

Πτερυγίλειον dicitur, qui conatur & gestit qui-  
 piam efficere. Sumptum à pullis auium; cū  
 adhuc inuolucres (sunt alas mouētibus. Lu-  
 cianus vsurpat pro indecore & scurriliter  
 gesticulari, libello De mercede seruiētibus.  
 Aristophanes in Pluto:

Καὶ σὺν γέλιξι μ' ἔπω θύνασαι πῶδ' ἰτῶτα  
 Ἀλλὰ φλυαρεῖς, καὶ πτερυγίλειος, id est,  
 Tu mihi nondū fari potis es super hac re,  
 Sed nugaris gesticulando.

Et Diphilus apud Athenzum libro sexto,  
 inducit parasitum hunc in modum loquen-  
 tem:

Γένηται καὶ χαίρω τὶ καὶ πτερόσσομαι. id est,  
 Lætorq; gaudeoq; & alas verbero.

Ante barbam doces senes.

Ἐπὸ τ' ἰμπερβῆος διδασκῆς τὰς γέροντας, id est,  
 Ante barbam doces senes. Cum imberbis  
 maiorem natu docet. Est autem figura pro-  
 uerbialis, quod ait Persius, Ante pilos:

-Et rerum prudentia velox  
 Ante pilos venit, dicenda, tacendaq; iue  
 calles.

Hanc prudentiam, quam præcoquam, seu  
 præcocem appellant, vulgo non admodum  
 lausti ominis habitam, ostendit Apuleius  
 in secunda Apologia, scribens hunc sena-  
 rium nobilem & celebrem fuisse, poetæ cu-  
 iusdam, neque enim nominat:

Odi fabulos præcoci sapientia.  
 Nec Fabio placet præcox ingeniorū genus,  
 quod negat ad frugē solere peruenire. Pin-  
 datus in Pythiis hymno quinto, sic laudat  
 quempiam: κρείσσονα μὲν ἀκλήϊας ἔσον φέρεθε-  
 ται, γλώττιαν τε, βάρος δὲ ταυρῶν πτεροῦ ἐν ὄρει  
 ὄψις. i. Præstantiorem quam pro xitate  
 mentem, alit linguamq; audacia vero per-  
 nix inter aues aquila.

Bellum Cononi cura fuerit.

Ἐβλέμος κώνωνι μελίσσει. id est,  
 -Curabit prælia Conon.  
 Pp Hemisti.

Hemistichium est heroici carminis, nec satis liquet unde sumptum. Porro Conō Jux Atheniensium fuit multum in belli negotiis exercitatus. Primum nauali pręlio superatus a Lyfandro Lacedæmoniorum duce, sed integras copias, eundem terrestri pręlio vicit, & Athenarum libertatem restituit. Proinde cōueniet ad hunc modum respondere, curanti negotium, quod ad se nihil attineat. Item Hector Andromachę suę Iliados 2.

Ἡ ἄλκιμος δ' ἀδ' ἔρασι μελίσσῃ. id est,

Viris curę sunt bella futura.

Et Turnus apud Vergilium:

Arma viri, bellumque gerant, queis bella gerenda.

*Antehac putabam te habere cornu.*

Ἐρὸ τῆς σὲ ἀμυνέεσθαι ἔχει, id est, Antehac credebam tibi esse cornua. De his, qui prius habitis sortes ac strenui, postea cum res virū postulat, apparentignauit. Vnde & Comicus cornutam bestiam vocat hominem paratum se defendere: Cornutam bestiam petis. Et Horatius:

Parata tollo cornua.

Apud eundem scurra iocatur in scurram ac cepto conuitio minitantem capite moto, cum in fronte scdam haberet cicatricem. Quid faceres, inquit, si cornu tibi non esset excutum, cum sic mutilis miniteris? Deinde Dialectici cornutum appellant syllogismum, dilemma velut inexpugnabile.

*Priusquam mactaris, excoriaris.*

Ἐρὸ ἐσφάξῃαι δ' ἔρας, id est, Priusquam mactaris, excoriaris. Dicendum, vbi quid prępostere fieri videtur. Videri potest ex Homero sumptum, apud quem sæpe excoriaris taurus prius quam occiditur. Figura, quam Grammatici προβύσιον appellant. Finitimum illi, quod alibi retulimus: Actum age re. Nam id etiam adagium M. Tullius putat ad consilii pręposteri significatione pertinere. Sic enim scribit in Dialogo de Amicitia: Prępostere enim vtimur consiliis, & acta agimus, quod vetamur veteri pro-verbio.

*Priusquam assa sis farina.*

Ἐρὸ ἐπιπῶσαι ἄλλυρα, i. Priusquam coxeris farinam, subaudiendum, inspergis, aut simile quidpiā. Eustathius in Odissę π. refert

vtumque, tum hoc, tum illud proximum. Solitum autē est, assis carnibus apud quosdam inspergere farinam.

*Plures adorant Solem orientem, quam occidentem.*

Ἡ εἰς προσκωχῆσιν ἡ κλιος ἀνατέλλουσα ἢ δύνοια, id est, Plures adorāt solem orientem, quam occidentem. Iuueni magis adhæretur, quam seni. Plutarchus scribit, Pompeium hoc adagio minatum Cinnæ. Sensit autem Pompeius, se solem esse orientem, nimium iuuenem tu dies magis fama crescentem: illum occidentem, vt pote affecta iam ætate, & cuius dignitas gloriaque iam confescesceret. Ceterum quod Pompeius erat Cinnæ hoc Caius Cæsar post fuit Pompeio. Simile quiddā Athenæus libro tertio ex poeta quodam ἐκ αἰείωτα παλαιά, κοινὴ γὰρ ἄμα κρείττονος ἢ ἄλλο βρασιδία. id est, Non cano vetera. Noua si que sunt, eadem & meliora sunt, Iupiter, qui iuuenis est, regnat. Mos erat antiquis adorare solem, quem deū existimant, & à Persis pręcipue colebatur, nomine Mithræ. Item apud Aegyptios Osiridis, apud Græcos Apollinis, apud alios aliis atque aliis nominibus. Hunc orientem salubant religionis causa. Quem morem tradit Socrati fuisse Plato. Ferunt & ab elephantis adorari solem in exortu. Salutabatur & occidens, sed à paucioribus. Habet & cuiusque hominis ætas suam vespere, que simul atque aduenit, iuuentæ gratia vertitur in tædium. Ita senex quidam apud Alexandem:

Ἦσ' γὰρ ὁ βίος ἕμος ἐσπέραν ἄγα. id est,

Mea quippe seram vita ducit vespeream.

Sub occasum autem solis incumbunt vmbre, vnde Euripides:

Τὶ δ' ἄλλο, φωνὴ καὶ σικὰ γέρον ἀνὴρ. id est, Quid aliud, atque vox, & vmbra vir senex?

*Auro loquente, nihil pollet queuis oratio.*

Χρυσὸν λαλῶντος πᾶς ἀπρακτικὸς λόγος, Ἔδειν γὰρ εἶδ' ἐ καὶ πέφυκε μὴ λέγειν. id est, Auro loquente, ratio queuis irrita est, Snadere siquidem nouit, & loquens nihil, Proverbiū indicat munera vbiq; longe plurimū valere. Vulgaris iocus ait, tinnulas rationes pręcipuam habere vim ad persuadendum, pecuniam indicans.

*Pellenæa tunica.*

Ἐλλωκίως χιτῶν, id est, Pellenæa vestis. De prius

prisco cultu. Pellene peruetusta Achaię cini-  
 tas, Protei patria, in qua diuersę vestimēto-  
 rum formę fieri cōsueuerunt, attestante Sui-  
 da. Iustus libro De rerū vocabulis septimo,  
 prodidit etenas pellenis olim nobiles fuisse,  
 adeo vt in Iunoniis ludis ac certamini-  
 bus victori lacerna pellenica pręmii vice da-  
 retur. Adstipulatur Strabo lib. Geogra. 8.  
 Diuersum igitur videtur illi, quod alibi di-  
 ximus. Munus Leuidensę. Lepidius erit,  
 si per ironiam adhibeatur. Veluti si cui  
 pro laboriosis ac diutinis officiis vile munu-  
 sculum missum sit, dicamus: *πικρανῶν χι-  
 τῶν*, contigisse. Romę quoq; vestes xenio-  
 rū loco missitari solitas indicat Iuuenalis.

*Aquilam cornix pronocet.*

*Αἰτὸν κορώνη ἐρετικῶς*, i. Aquilam cornix pro-  
 uocat: Tradunt peculiare cornicibus esse ir-  
 ritare aquilam. Verum illa negligit pro-  
 vocantem, intelligens nimirum sibi ab illa  
 noceri non posse. Locus igitur fuerit ada-  
 gio, si quando leuiusculus quispiā homun-  
 cio, qui neque prodesse queat, neque ledere,  
 maximis viris oblatrat. Quemadmodū Me-  
 nelas apud Euripidem in Iphigenia Auli-  
 densi de vatibus:

*Κῶδὲν γ' ἄχρισον εἶδ' ἡρέτισμον πῶρον.* id est,  
 At nihil habet nec vtile, nec inutile.

*Lupus pilum mutat, non mentem.*

*Ὀλῶκος τὴν τριχῆα, ἃ τὴν γνώμην ἀλλάττει*, id est,  
 Lupus pilum, non ingenium mutat. Se-  
 necia caniciem adfert improbis, non item  
 aufert malitiam. Canescunt enim lupi, ve-  
 lut & equi more hominum per ætatem.

*Laqueus laqueum capis.*

*Ἄταρ ἢ πῆγ' ἵτοκε λήψεται πῶρον*, id est, Laqueū  
 laqueus, ita vt videtur, caperit. Vbi ma-  
 lus malum obseruat. Veluti adulter adul-  
 terum, fur suum, perfidus perfidum, quod  
 interdum vsu venit, vt dum duo sibi vicis-  
 sim insidias tendunt, vterque deprehendat  
 alterum.

*Ipsum ostii limen tetigisti.*

*Ἄτὸν κέκρηκας τὸν βατικῆα τ' ὄβρας*, id est,  
 Ipsum attingisti limen ostii pede.  
 Dicitur solum, quoties ad rem ipsam perue-  
 nitur. Aristophanes in Ranis:  
*Ἄλλ' ἴδ' ἐπ' αὐτῶν τῶν ὄβρων ἀφ' ἡμῶν.* i.

Sed noueris venisse te ipsas ad fores.

*Gallus insilit.*

*Ἀλακτεῦν ἐπιπιδῆ*, id est, Gallus insilit. Vbi  
 quis semel victus, redintegrat certamen.  
 A gallorum certaminibus sumptum. Nam  
 is huic animanti mos est, vt ad pugnam assi-  
 liat, quo magis lædat calcaribus suis, in hūc  
 vsum a natura adfixis.

*Nunc ipsa viuūt sapientia.*

*Ἀυτῆ νῦν σοφία ζῆ*, id est, Nūc ipsa viuūt sapien-  
 tia. Applaudentis & adgratulantis est ser-  
 mo, si quid aliquādo viderit scite & arte di-  
 ctum, factumve. Festiuus erit, si per ironiā  
 efferatur in eos, qui res egregias stultissime  
 tractant.

*Nunc ipsa floret musa.*

*Ἀυτῆ νῦν ἀνθῆ ἡ μῦσα*, id est, Nunc ipsa flore-  
 t musa. Superiori simillimum. Vbi quid eru-  
 dite, facunde, venuste dictum, aut scriptum  
 videbitur, quasi musis bene fortunantibus.  
 Et hoc venustius fiet per ironiam, vbi quis  
 sibi videtur mitissime dicere, cum dicat insul-  
 sissime.

*Onus nauis.*

*Ἀχθος νεώς*, id est, Onus nauis. In inertes &  
 inutiles iacere conueniet, *Ἀυτὸ τῆτο ἄχθος  
 ἰώος*. Confine illi:

*Ἐτώσιον ἄχθος ἀεθρῶς.* id est,  
 Telluris inutile pondus.

Quadrabit & in magnū, eisdemq; molestū.  
 Naues enim longę plus oneris ferūt, quāna  
 currus. De Hamaxiis alibi dictum est.

*Marinam auditionem fluuias  
 abluis sermone.*

*Ἀλμυρῶν ἄκοιν ἀποκλύσατο ποτίμω λόγῳ*, id est,  
 Saluginosum sermonē potabili diluit ora-  
 tione: vbi quod erat audire molestum, id di-  
 uersa oratione velut edulcat. Quod erat  
 gustus, id traductum est ad aures. Etenim  
 quod palato aqua marina, id auribus oratio  
 tristis aut contumeliosa. Item, quod palato  
 liquor fontanus, id auditui sermo placidus  
 ac benignus. Vsurpat adagiū Plato in Phre-  
 dro: *Ἐπιθυμῶ ποτίμω, λόγῳ οἶον ἄλμυρῶν ἀκο-  
 ῖν ἀποκλύσαι*, id est, Cupio sermonem  
 velut amarum potabili sermone diluere.  
 Item Athenęus Dipnosophistarum lib. 3.  
*Ἐπὶ τῆτος λιχθησιν ὁ κῆρυλλος πῖνον ἤκσει ἐφ'  
 λακτεῖν, εἴπιν λίγων ἄλμυρῶς λόγῶς γλυκῶσιν ἀπ' αὐ-*  
 Pp 2 κλυτῶσιν

κλ' σι δυνάμει. i. His dictis Cynulcus poscit decoctam, dicens amarus sermones dulcibus lymphis oportere diluere. Cynulcus vsus est voce Romana cum Græce loqueretur: siquidem Vlpiano indignanti, quod voce insolenti ac barbara vteretur, respondit, se in vrbe Roma vsus esse vocabulo vrbis Romæ vernaculo. Nam illic sic loquebantur, poposcit frigidam, poposcit calidam, aut decoctam, subaudientes aquam.

*Arcadicum germen.*

Ἀρκάδιον βλαστῆμα, id est, Arcadicum germen, de grandibus & ignauis dici solitum. Iuuenalis:

Quod lzna in parte mamillæ.

Ni salit Arcadico iuueni.

Arcades olim male audierunt ob stuporem ingenii. De quorū immanitate multa Athenæus lib. 14. qui plurimi musicam omnem in ciuitatem recipere noluerunt, nec vllas liberales disciplinas, quarum cultu mansuescunt hominum ingenia. Vnde & cæli vitio, & neglectu disciplinarum, in summam morum immanitatem efferati sunt. Lucianus in libello De Astrologia, tradit Arcades ob eam causam stupidos habitos, quod ceteris omnibus amplectētibus astrologiā, soli contempserint, seseq; fecerint antiquiores ipsa Iuna. Vnde & προσηλωσι dicti. Iisdē epigrammatum iocis notati sunt, vt βαλλανοφάγοι, id est, glandibus vicitantes Nam is priscorem hominum cibus erat nondū reperitis frugibus. Epigramma sic habet:

Πολλοὶ ἐν ἀρκάδιᾳ βαλλανοφάγοι αἰδέεισ' ἔκσιν. id est,

Multi in Arcadia sunt, quæcis alimonia glandes.

Aristophanes in Aibus variis titulis irridet eos qui iactant antiquitatem suam:

Καὶτῶ δ' ὡς αὐτῶ

Ἀρχαιότεροι, πρὸς τὸ πᾶν κρείων, καὶ τίτινων ἔγνιδων. id est,

At antiquiores & Crono, & Titanibus fuistis.

*Hic rhodus, hic salus.*

Ἀντὶ ρόδου, ἀντὶ πᾶσιμα, id est, Hic Rhodus, hic salus. Vulgo iactatum de his, qui sese de negotio quopiam iactaret insolentius, cuius fides non extaret. Sumptum ex apollo go, qui fertur inter Aesopios. Adolescenti

cuidam iactanti sese, quod dum Rhodi esset, admirabiles fecisset saltus, quidam ex auditoribus interpellato sermone, ἰδὲ ρόδου, inquit ἰδὲ πᾶσιμα, id est, Ecce Rhodus, ecce saltus. Conueniet igitur, vbi quis iubetur re præstare, quod alibi se fecisse iactat. Ouidius:

-Sua narret Vlysses

Quæ sine teste gerit.

Arbitramur huic ad fine, quod dictum est apud Theocritum in Hodiæporis:

Ἀντότε μοι ποτὲ γισθε, καὶ κντότε βακουλίσθ' ἴδω, id est,

Mecum istic certa, simul istic pascito tauros.

Quidam cum tutum est, gloriosa loquuntur: vbi præsto periculum, tergiuersantur: his occini poterit hoc carmen. Simili figura Græci cū iubent protinus numerari præsentem pecuniam: αὐτῶ καταβᾶλε. id est, Hoc ipso loco depone. Apud Athenæum libro sexto: ἔπιτα γ' αὐτῶ τὰ γρηθῖον αὐτῶ καταβᾶλε, id est, Deinde si pecuniam præsentem numeraris. Quamquam in exculis codicibus habetur, αὐτῶ, sed mendose, ut fallimur.

*Archidamicum bellum.*

Ἀρχιδάμιος πόλιμος, i. Archidamicum bellum. De bello sæuo, crudeliqu; dicebatur, epitheeto sumpto ab Archidamo duce Lacedæmoniorum, qui maximis copiis impressionem fecerit in Atticam, eamq; decem annis diuexarit. Grauissimam autem noxam infixit Acharnēsibus, succisis omnibus arboribus, vt testatur & Synecius in Encomio Caluicij. Proinde cum funditus tollitur omnia, bellum Archidamicum dicebatur. Meminit adagionis & Demosthenicarum dictionum interpres, indicans extitisse apud Lysiam Archidami sœuitiam memorat & Paulanias in Laonicis.

*Mortuum vnguento perungit.*

Μορτὸν μύριζης, i. Mortuū vnguento perungit. De sumptu superuacaneo, huc cū serō quid adhibetur. Moris erat apud prisicos, maxime Aegyptios, defunctorū cadauera ne putrescerent, vnguentis perungere. Qui mos & his temporibus apud Principes durat.

*Mortuus iacet pedens.*

Μορτὸς κᾶτω βῆσιμα, i. Mortuus iacet pedens. Dicit

Dici solitum, si quando pauper simularet opulentiam. Apud vnum Apostolũ Byzantium reperitur.

*Rudentes & remos cum armis committunt.*

Νηκκαὶ κωπίαι ἀνδ' ὄπλων ἠλλάξαντο, i. Mutarunt a rmis remos et nautica vincla. Conueniet vbi quis artem, aut quæstũ solitum relinquit, gloriæ cupiditate commotus, velut si quis è nauta fieret miles, è negotiatore sacerdos. Νηκæ funes nautici sunt, κωπίαι, ligna vnde remi parantur.

*Niobes mala.*

Νιδὴς πᾶθῶν, id est, Niobes dolores. De maximis & acerbissimis malis dicebatur. Erat Niobe filia Tantali, vxor Amphionis, quæ filios habebat sex, totidem puellas. Eo successu insolens contempserat Latonam, quæ nõ nisi duorum mater esset, Apollinis ac Dianæ. Hanc enim fabulæ narrant, post occisos liberos, quos permultos habebat, præ dolore in saxum conuersam fuisse, illud inueniente, immodico dolore diriguisse. Id saxum quod fabulæ dedit occasionem, in Sipylo Phrygiæ conspicitur, tradit Homeri Scholiastes, lacrymarum fontes emittens. Ouidius Metamor. libro 6. fabulam elegantissime narrat, de saxo sic loquitur:

Flet tamen, & validi circumdata turbine venti

In patriam rapta est, vbi fixa cacumine montis

Liquitur, & lacrymis etiam nunc marmora manant.

qui funditus pereunt, Græcis πικρὸν ἀνεργασθαι dicuntur, veluti cum pestilentia nulum in familia reliquum facit.

*Radix vsque ad cutem.*

Συγγενὲς ἐν χροῖ, i. Ad cutem vsq; radit. Grammatici citant ex Sophocle. De eo dicebatur qui nimium exacte videretur agere cũ aliquo. Sumpsum a consoribus, qui quosdam per pectinem radunt, relictis pilorum quasi stirpibus, quosdam citra pectinem ad viuã vsq; cutem. Plautus in Captiui duo, Sed vtrum stridit ne dicam attonsurum esse, an per pectinem nescio: verum si frugi esse, vsq; admutilabit probe. Loquitur de hero diligentius omnia percunctaturo, & tamquam ad cutem rasuro. Cognatum illi: At viuum rescicare.

*Signum bonum, aut malum.*

Σύμβολος ἀγαθὸς ἢ καὶ φάλος, id est, Signum bonum, aut certe malum. Vbi quis de re incognita diuinat incertus. Symbolum aiunt augurium appellari, quod sumitur e sternu tamentis: id autem ad Ceterem pertinebat. Et hominis primum occursum, ex quo signum aliquod euentus caprabant, symboli appellabant. Ceterum hic loquendi color antiquis olim familiaris erat, testibus Homero & Platone, item apud Horatium Tiresia, Quidquid dicam, aut erit, aut non.

*Duos insequens lepores, neutrum capis.*

Ὁ δὺο πτόικας διώκων, ἔδῃ τερονικαταλαμβάνει, id est, Qui duos insectatur lepores, neutrum capis. Huius prouerbii sensus est. Qui simul duplex caprat commodum, utroq; frustratur. Effertur in Græcorum collectaneis, & citra figuram, Δύο ἐπιθυμίας ἔδῃ τέρεσ ἔτυχες, id est, Ambo concupiscens, neutrum adsecutus es.

*Cui multum est pipetis, etiam oleribus immisceat.*

Ὁπολὸ ἔχων πέπερι, τί βιοσι κᾶν λαχάρισ, id est, Qui multum habet pipetis, etiam oleribus admisceat. Cui rei cuiuspiam largior adest copia, ea profusus utatur licebit. De pusillo parcius insumendum. Vt, cui multum superpetit facultatum, huic licet opipare viuere. Nam piper oleribus admiscere soleri testatur & Martialis:

Vt sapiant fatuæ fabrorum prandia beæ;

O quam sæpe petet vina, piperq; coquus.

Non nihil suspicamus & hoc Apostolium à vulgi sece hausisse. Tameñ vitur Hermolaus Barbarus in epistola quadam ad Picũ. Huic simile quod alibi retulimus: Putre sal famentum amat organum.

*Domus amica, domus optima.*

Ὀίκος φίλος, οἶκος ἄριστος, id est, Est grata domus, domus optima semper. Nusquã commodius, nusquã liberius, nusquam lautius homini viuere cõtingit, quã domi. Quidam per iocũ detorquent ad te studinem, de qua fertur apologus huiusmodi: Iupiter cum animantium omne genus ad nuptias rogasset, venissentq; reliqua, præter vnam testudinem (nam hæc præter cõsuetudinem viuio,

uiuio, tum demum aduenit) Iupiter admirans peruncctus est, quid nam illi fuisset in mora. Atque illa respondit, οἶκος φίλος, οἶκος ἄριστος. Iratus ille, iussit vt quocūq; iret, domum suam secū circumferret. Vnde per iocum affectata obscuritate sic describitur apud Ciceronem, libro De diuinatione secundo:

*Terræ tardigradam, domi portam, sanguine cassam.*

Nam terræ pro terrigenam, legendum opinamur. Quin & iura publica sauent priuato domus. Sic enim Caius Pandect. libro quarto tit. de in ius vocando. Pleriq; putauerunt nullum de domo sua in ius vocari licere, quia domus tutissimum cuique refugium ac receptaculum sit: eumq; qui inde in ius vocaret, vim inferre videri. Similia Paulus lib. 50. Tit. de regulis iuris. Ad apologum adlusit M. Tullius in Epist. quadam ad Dolabellam: Hæc loca venusta sunt, abdita certe, & si quid scribere velis, ab arbitris libera, sed nescio quomodo οἶκος φίλος. Itaque me referunt pedes in Tusculanum. cui respondet illud, alibi à nobis positum:

*Οἶκοι μένεν θῆ τὸ κεκλῶς δὲ δ' ἄμοια,* id est, Domi manendum est, facta cui sunt prospecta.

Nam huic demum:

*Οἶκος φίλος, οἶκος ἄριστος.*  
Alio qui cui sit vxor iuxta domi, & nihil quod edatur, huic domus carcer est. Ceterū Plutarchus hoc genus hominum ignauū, quod tecto gaudet, & umbra, quodque semper amat desiderare domi, οἶκος ἄριστος appellat, quia si dicas, custodes domus. Et in libello τῶν δὲ δ' ἄμοιας, non probant hanc οἶκος ἄριστος καὶ ἀπραξίαν. Idem in Præceptis coniugialibus refert, Phidiam, Heleorum Venerem ita finxisse, vt testudinem calcaret, tacite significās, vxoribus domi manendum esse, silendumq;. Idem narrat, Aegyptiis hunc fuisse morem, vt nuptæ sandaliis non vicerentur, ne videlicet domo vniquam prodirent. Huc adscribendum quod refert Plutarchus in vita T. Flamini. Is dehortatus Achaicos ne sibi vindicarent insulam Zacynthiorū, dicebat, κινδύνην ἀνὸς ἀπὸ τῶν χιλιῶν ποδῶν τῶν κεφαλῶν τῶν πελοποννήσου προτένωσεν. id est, Periculum ipsis fore, quemadmodum testudinibus, si longius a Peloponneso profertur caput. His non dissimilia T. Liuius de bello Macedonico lib. 6, vbi sic loquitur Quin-

tius: Si vilem possessionem eius insule censerem Achæis esse, auctor essem S. P. Q. R. vt eam vos habere sineret: ceterum sicut testudinem, vbi collecta in suum regnum est, tutam ad omnes ictus video esse, vbi exerit partes aliquas, quodcumque nudauit, obnoxium atque infirmum habet: haud dissimiliter vobis Achæi clausis vndique maris quod intra Peloponnesum est, termino, ea & iuncta tueri facile: si semel auiditate plura amplectendi hinc excedatis, nuda vobis omnia quæ extra sint & exposita ad omnes ictus esse.

*Asini caput ne laues nitro.*

*Ὀνυ κεφαλὴν μὴ πλῆνεν ἠτρεῖα,* id est. A sini caput ne laues nitro. Ne multū sumptus operæ ve impendas in rem vilem, ac sordidam. Finitimum illi: τὴν χεῖρα παύλαρον, id est, Ollam variegare.

*Asini mandibula.*

*Ὀνυ γνάθος,* id est, A sini mandibula. Cōuenit in edaces alioqui stolidos, & ignauos. Cuiusmodi pingit Horatius:

Nos numerus sumus, & fruges consumere nati.

Hesychius citat ex Eupolide, dictum quē in homines edaces. Addit & loci nomen esse.

*In occipitio oculus gerit.*

*Ὀπίθεν κεφαλῆς, ὄμματι ἔχει,* i. In occipitio oculos habet. De versutis & circumspicis, quosq; neutiquā procliuē sit fallere. Quod genus hominum Perſius Ianos appellat. Et Homerus à principe requirit, vt oculus sit πρόσω καὶ ὀπίσω, i. A fronte & a tergo. Plautus in Aulularia. Quæ in occipitio quoque habet oculos.

*Lusum nisi tundatur, non fit vtceus.*

*Ὀπλοῦς ἢ μὴ διαρῆ κέραμος γίνεται,* id est, Lutum nisi tundatur, non fit testa. Circa laborem nullus euadit in virum absolutum. Et hoc, vt fallimur, Apostolius hausit à vulgi fecce: homo non perinde ingenio elegans atque palato: quemadmodum accepimus ab his, qui eum domestica consuetudine nouerant.

*Viri inreivando, fueri salis fallendi.*

*Ὀρεοῖς ἀνδρῶν, ἄστρα γὰρ οὐκ εἶναι τῶν ἀστέρων* id est,

id est, iureiurando viros, talis pueros oportet fallere. Docet vitis nulla te citius imponi posse, quàm iureiurando, quod nemo tam improbus esse credatur, qui id velit violare. Lylandri Lacedæmoniorum ducis apophthegma, auctore Plutarcho.

*Aves queris.*

*Opis ζυγῆς, i. Aves queris. Rem vagam, & captu difficilem sequeris. Persius,*

An passim sequeris coruos, testaq; lutoq; ? Item Aristoteles. τὰ πετώματα διαίκων. id est, Sectari volantia. Ec ante hunc Plato in Euthyphrone: τὶ δὲ πετώματος τιναδῶναις, id est, Quid autem volantem quempiam insectaris ?

*Mons cum monte non miscetur.*

*Opes ὄρεος μίγνυται, i. Mons cum monte non miscetur. Non conuenit inter pariter elatos aut pariter potentes. Etiam si Plin. tradit, duos montes concurrisse, crepitu maximo assultantes recedentesq; magna hominum turba spectantes, idq; luce.*

*Qui canem alit exvertitur.*

*Opὴ κῶνα τρέφει ἕξον, τῷ τῷ μόνον λῖνος μένει, i. Qui canem alit peregrinum, huic præter suaniculum nihil sit reliqui. Qui beneficium collocat in ingratum, perdit operam. Nam canis alienus relicta fune quo adligatur, pristinum dominum reperit.*

*Cum Nibas coccyssaueris.*

*Op' ἀνὴν βίβας κοκκύση, id est, Cum Nibas coccyssaueris. Simillimum illi: Ad Græcas Kallendas. Tradunt in Thessalonica Macedonia ciuitate vicum esse, cui nomen Nibas, ubi galli numquam vocem edant. Quemadmodum & cicadæ mutæ sunt alicubi. Porro quod illic locus addit gallinaceo, id ars efficit, addito collo circulo e sarmensis, si quæ fides Plinio, qui hoc retulit lib. 29. capit. 4. Hesychius addit, Nibades dici capras cristatas, vt ab iis expectetur τὸ κοκκύσειν, quod est, gallinaceorum.*

*Ignis non exstinguitur igni.*

*Πῦρ δὲ σβέννεται πῦρ, i. Igni non exstinguitur ignis. Malum malo nõ tollitur: ira non sedatur iracundia, sed ferocitas sedatur lenitate, malum patientia tollitur: iniuria beneficio vincitur. μὴ πῦρ ἐπὶ πῦρ alibi retulimus ex Platone & Plutarcho.*

*Ne terra quidem iuuat.*

*Οὐδ' ἀπὸ γῆς ὠμσεν, id est, Ne terra quidem profuit, id est, ne minimo quidem: perinde quasi dicat, ne glebam quidem impertiuat: aut ne terræ quidem hospitio dignatus est: vt apud Maronem:*

*-Hospitio prohibemur arenæ ?  
Bella cient, primaq; vetant consistere terra.*

*Nullus emptor difficilis bonum edit obsonium.*

*Οὐδ' εἰς θῆσιώνας χρεῖσθ' ὀψωνία κείας, id est, Difficilis emptor haud bona emit obsonia.*

*Qui nimium studet emere, semper merces vitiosas emit. Nam haud conueniunt, paruo emere, & rem egregie bonam emere. Conuenit in hos, qui paullulo labore conantur egregias assequi litteras, quæ nõ contingunt, nisi maximis ac diurnis vigiliis. Ni fallimur, subnotauit hoc prouerbium Iulius Pollux libro, De rerum vocabulis sexto, cum negat vocem θῆσιώνας vsurpata ab auctoribus: sed tantum reperiri in prouerbio.*

*Non potes Thetidem simul, & Galateam amare.*

*Οὐ δύνασαι τέθιδος τε καὶ γαλατείας ἔρᾶν, i. Non potes simul & Thetidem, & Galateam amare, id est, non potes idem diuersa sequi, velut litteras & pecuniam, voluptatē & gloriam, mundum, & CHRISTVM. Nam Galateæ fluuii male conuenit cū marinis fluitibus. Declarat hoc Luciani dialogus inter Galateam, ac Doridem. Suspicamus & hoc è vulgi sece haustum.*

*Lucrum malum, æquale dispendio.*

*ΣΕΛΗΡΑΤΩΝ Ησίοδου dictum, Μὴ κακὰ κερδαίνειν, κακὰ κέρδη ἴσα ὄντων, id est,*

*Ne male lucreris, mala luca æqualia damnis.*

*Vtinam hanc sententiam cum mortales omnes, tum præcipue negotiatores, non scripserint, sed pectori inscriberent suo, decernerentq; non esse lucrum, quod iactura bonæ mentis comparatur: neque quidquam vtile esse, quod non idem sit honestum. Verū his magis arridet illud Ennianum:*

*Vnde habes queris æmo, sed oportet habere.*



Sophocles Hesiodiam sententiam latius exiit:

Οὐκ ἐξῆπαίτορ δ' εἰ τὸ κερδ' ἀνείη φίλων.

Ἐκ τῶν γὰρ ἀχρῶν λυμμάτων πλείους

Ἀτωμίους ἰδοὺς ἢ ἰσσωμίους. id est,

Non vnde cuius; lucra gaude quætere,

Plerosq; siquidem turpibus de quæstibus

Auferre, damnum, non salutem videris.

Feruntur hi eandem sententiam aliquot se narii prouerbiales:

Κέρδος ποικρὸν ζήμιον αἰεὶ φέρεται, id est,

Dispensio vsque est fraude quæsitum lu-

crum. Et:

Τὰ δ' ἀχρῶ κερδ' συμφορας ἐργάζεται, id est,

Acturpe lucrum adducit infortunium.

Huc pertinet quod alibi retulimus ex Isthmijs Pindari: τὸ δὲ πᾶρ δ' ἴκαν γλυκὴ πικροτάτα μίγνεται. i. Quod præter iustum est dulce, exitum habet amarissimum.

#### *Thericlei amicus.*

Ἐπεικλής φίλος, id est, Thericlei amicus. Dicitur in bibosos. Thericles primus excogitavit poculum, ut citatur auctor Eubulus.

Dicitur sicut autem inuentum inuentoris vocabulo. Siquidem Græci vitreum poculum

θερικλειον vocant, auctore Suida. Fertur apud eundem & illud θερικλής τέκνον κάλιξ, id est,

Thericlei filius calix. Huius dicti auctorem citat Athenæus Theopompum in Nemea.

Antiphanes θερικλειον θερακιον appellat. Sed plura super hæc re prodidit Athenæus lib.

11. ostendens Thericlem Corinthiũ quempiam ætate Aristophanis Comici fuisse signi-

ficum, qui noua arte primus è terebintho tor-

natile poculũ finxerit, quod à fictilibus non potuerit dignosci.

Cuius rei meminit Theophrastus in libris de plantis: poculum erat

fatis profundum, auriculis breuibus, ut ad illa gestari posset, ad vteri effigiem imitatu,

quem admodum refert idem Athenæus, & incertum utrum poculo nomen sit inditum

ab homine, an homini à poculo. Alii malunt Thericleum dictum: δ' αὖ τὸ δ' ὄρας ἐνρίων αὐ-

τω ἐτίεν πῶδες, id est, quod feraturum pelles illi fuerint insculptæ.

Pamphilus Alexandrinus mauult hinc dictũ, quod Bacchus hoc

poculo libans feras exturbare soleat. Sed nominis controuersia relinquamus. Illud con-

stat, eiusmodi poculi genus postea dictum Thericleum, in super & crateres dictos The-

ricleos. Similiter & intus lignea, foris inau-

zata pocula, nihilominus Thericlea vocata,

quæ Callimachus χρυσόκλεισα dixit. Imò quiddid nouo artificio reperisset aliquis; Thericleum appellabatur. De patinis Thericles meminit Plutarchus in apophthegmatis Scipionis minoris; tamquam de re singulari ac preciosa.

#### *Theagenis hecateum.*

Θαγένης ἠκάτειον, id est, Theagenis hecateum in supersticiosos ac ridicule mericulosos dictum est. Hic Theagenes legitur vsq; adeo fuisse supersticiosus, ut domi haberet Hecates simulacrum, nec vsquam pederet moueretur, nisi illo consulto. Vnde & καπῶς, id est, sumus est cognominatus, quod magnifice polliceretur, cum esset pauper. Quia de re meminimus alibi.

#### *Fiducia pecunias amisi.*

ΙΑΣΤΑΤΥΡ & hodie, verèq; dicitur fiducia plerosq; mortalium falli. Videtur autem ex antiquorum relictum prouerbium & quandoquidem apud Theoguidem legitur hic versiculum:

Ἦσαν χερματ' ὀλισσα, ἀπίσειν δ' ἐσάωσα. i. Filios perit, dissilo salua remansit.

Proinde non pessime monet Epicharmus:

νίφει, καὶ μέμνησο ἀπίσειν. i. sobrius esto, & memineris diffidere.

Quamquam nulli fidere, inhumanum est: omnibus fidere, stultum.

Hoc honestius, alid tutius. Propter quod, ut idem ait Theognis:

Ἐαυρὶ τοι πολλῶν πιστὸν ἔχρησιδόν. id est, Paucis è multis fidus adest animus.

#### *Aliud stans, aliud sedens.*

Νῆϋ λῆϋς in ficias iueris, prouerbiali figura dictum illud Salustianum in Ciceronè:

Aliud stans, aliud sedens loquitur. Quolicebit vti, cum summam inconstantiam animi significamus, quasi tantillum momentum atque interuallum commutet hominis sententiam.

Homerus Iliados N. huiusmodi versiculo notat hominis inconstantis ingenium:

Ἀλλὰ μετοκλάζει, καὶ ἐπ' ἀμφοτέρους πόδες ἵζει, id est,

Verum claudicat, inque pedes utroque vacillat.

Eandẽ sententiam sic effert Pindarus in Nemeis hymno tertio: δ' δὲ δ' ἰδ' αὐτ' ἔχει φει-

φνος ἀνε ἄλλοτ' ἄλλὰ πτεῖων, ἔσποτ' ἔτρεκῶ κεντῖβῶ

κατίβα παδ'ι, μηριαν δ' αρεταν ατ ελε νω γδυε-  
ται. id est, Qui vero tenet ea quæ didicit,  
obscurus homo, alias aliter atque aliter as-  
fectus, nunquam certo ingressus est pede,  
sed innumerabilem vitæcum imperfecto i  
ntellec'tu gustum capit. Præfert autem Pin-  
darus naturam institutioni: quod qui natu-  
ra bonus semper sui similis est: qui vero ni-  
tatur eruditione, cum multa tenet, nec fir-  
mus, nec absolutus est villa in re.

Lingua amicus.

Από γλώπης φίλθ, id est, Lingua amicus, qui  
verbis ostendit, non re præstat beneficium.  
Aut qui non amat ex animo, sed beneuolē.  
Aut qui oratione præ se fert. Quod genus in-  
ducitur Cædidas apud Martialem. Et apud  
Homerum Odyssææ 2.

Οιτ' δὲ μὲν βαλῶσι, κακῶς δ' ὄπτεν φροῦν-  
σι. id est,

Qui recte dicunt, à tergo praua volutant.  
Theognis in sententiis:

Αλλὰ δ' ὄκει μὲν πᾶσιν ἀπό γλώσσου φίλθ  
ἴνα, id est,

Χρῆμα δὲ συμμίξῃς μὲν ἄνι μὲθο τι ἔν. id est,  
Sic facito, vt lingua cunctis videaris ami-  
cus,

At factis cuiquam te caue miscueris.

Contra Sophocles in Antigone:

Λύγῃς δ' ἔγω φίλῶσαν εἶ ἔργω φίλῶν. id est,  
Non diligo hanc, verbotenus quæ diligit.

At idem Theognis paullo post, damnat hu-  
iusmodi genus amicorum:

Μὲ μ' ἔπεισιν μὲν εἶργε, νόον δὲ ἔχει καὶ φρένας  
ἄλλῃ, id est,

Nec me diligito verbis, cū mens alibi sit.  
Rursum alibi:

Μὲ μοι ἀνὴρ εἶν γλώσσῃ χίλος, ἀλλὰ καὶ ἔργῳ. i.  
Ne lingua mihi quis sit amicus, sed magis  
facto.

Simillimum est huic, quod alibi refert idē,  
μὲ χερσὶ προσὶ γορίας, id est, vsq; ad salutationē.

Ῥεθύμα μὲν ἔδ' ὁ φίλθ πᾶν δὲ σκῶλον, εἰς  
δὲ πολλοὶ

Καὶ χεῖρ' ὄν οἱ πάντες μέχρ' προσηγορίας. i.  
Res perdifficilis quidē amicus, sunt quia  
multi

Atq; adeo cuncti pæne, salute tenus.

Saturni pedes.

Κεῖρ' ἄ πηγῆ, id est, Saturni culus: de carnibus  
vetulis, iamq; mañcis & sensu vacanteibus.

Quidquid enim putre iam & effretum in-

telligi volebant olim, id Saturnium voca-  
bant. Meminit Diogenianus, nec tamē ex-  
plicat. Suidas & Helychius admonent, ita  
dictam carnem ob vetustatem stupidam, ac  
sensus expertem, à Saturno deo, qui multa  
prouerbia nobis dedit. Ad animum transla-  
tum nonnihil habebit gratiæ.

Qui visat molam, visat fatinam.

Ο φδύγων μύλον, ἀλφίτα φδύγων. id est,  
Qui fugit molam, fugit fatinam. Aut:  
Deiutat quicumque molam, fugit ille fa-  
rinam.

Nam omisso articulo, videtur hemistichii  
carminis heroici. Qui refugit industriam,  
non fructus emolumentis. Sunt qui ma-  
lorum stridoribus ostenduntur, cum sine  
molis non liceat viuere. Sic quidam vxo-  
rum mores ferre non possunt, cum optent  
liberos. Dicunt & hodie vulgo, qui querit  
oua, gallinarum cacalium, vt vulgo vo-  
cant, Latini gloecire dicunt, ferat oportet. Fi-  
nitimum illi: ἔτε μέλι ἔτε μέλιτω, id est, Ne  
que mel, neque apes.

Αγαμέτρητ' ἔδ' εἰς εἰσίτω.

Αγαμέτρητ' ἔδ' εἰς εἰσίτω. Admonet iniquū  
non admittendum. Geometriam enim æ-  
quabilitatem accipiunt, vt apud Aristidem  
in Themistocle: ὁ πρ γε δ' ἔτι καὶ ἴσ' ἴσ' τ' ἔτ' ἔτ' ἔτ'  
καὶ γεωμετρίας, id est, Vbi opus est, & æquabi-  
litate, & geometria. Idem in Pericle: εἰ δὲ ἄ  
γεωμετρία καλὸν, καὶ ἡ κατ' αὐτὴν ἴσ' ἴσ' τ' ἔτ' ἔτ'  
id est, Si honesta est geometria, & quæ cum illa  
coniuncta est æqualitas. Vnde Lycurgus  
arithmetice, ceu popularem, ac turbulen-  
tam eiecit è Lacedæmone: geometriam in-  
duxit, tanquam modestæ oligarchiæ, & legā-  
tumo regno cōuenientem, teste Plutarcho.  
Sed mea quidem sententia, magis valebit  
perinde prouerbiū, quasi dicas: ἀπίπτου  
τοσιν, id est, Illotis pedibus, hoc est, temere  
& imparatis. Nam hæc erant apud veteres  
prima philosophiæ rudimenta, musica, &  
Geometria. Quibus disciplinis si qui non  
essent initiati, non admitterebantur in scho-  
lā Platonis, cuius hæc ferunt fuisse inscri-  
ptione: ἀγαμέτρητ' ἔδ' εἰς εἰσίτω. Loquitur  
ad hūc modū & Taurus philosophus apud  
Gellium: Nunc autem isti, qui rēpēte pedi-  
bus illotis ad philosophos diuertunt, ἠροῦ  
est hoc

est hoc satis, quod sunt omnino ἀδιώρητοι, ὄμοιοι, ἀγέμετροι, id est, Speculatiuz, Mathematicz, Geometriaz ignari. Præcipuus autem admirator geometriæ fuit Pythagoras, quæ tradunt ob inuentum vnum problema, sacrificasse diis. Id erat huiusmodi: Datis duabus figuris adiuere tertiã ab his diuersam, quæ alteri sit æqualis, alteri similis. Tum Philo qui geometriam ἀρχὴν καὶ μητρόπολιν appellavit omnium disciplinarum, quod hæc iterum intelligibilem in imagines, verique vestigia, tanquam in politissimo speculo demonstrer, mentemq; purgatam paullatim abducatur a sensu. Plato quoque dixisse creditur, deum ipsum γεμετρεῖν, siue quod geometrica speculatio animam à rebus corporis abducatur ad ea, quæ semper eodẽ sunt modo. Deus autem ab omni materia purissimus est. Siue quod in Timæo principia mundi diuisit in tria, Deum, materiã, & ideam. Materia quiddam est omnium, quæ subsistentur, maxime confusum & incoõpositum. Idea exemplarium pulcherrimũ, Deus caussarum optima. Cum igitur ita condiderit mundum, ac semper ita seruet, vt materiæ sit æqualis, ideæ similis, videtur explicare Pythagoricum illud problema, cuius modo meminimus. Hæc itaque, & alia id genus multa, Plutarchus Symposiacæ decadis octauæ problemate fecundum. Plato videtur imitatus solemnem morem tale quiddam inscribendi foribus. Spado quidam effeminatus, cum ostio domus inscripsisset: εἶδεν κικλὸν εἰσιτω, Diogenes, At herus, inquit, domus, qua tandem ingreditur? So crates apud Platonem in Theæteto disputaturus de rebus subtilioribus, ἄβρα δὴ, inquit, περισκοπῶν, μήτις τῶν ἀμύτων ἐπακρῆ. id est, Obserua iam circumspectans, ne quis prophanus exaudiat. Imitatus est Pythagoram, qui sic præfatur:

Λείω σιωποῖς, θύρας δ' ἐπίθεις βέβηλοι . i.  
Cordatis cantabo, fores tamen obdiphane.

Cuius alibi meminimus.

*Serpens ni edas serpentem, draco non fiet.*

Οφίς ἢ μὴ φάγη ὄφιν, δράκων ἢ γενήσεται, id est, Serpens nisi serpentem edat, non futurus est draco. Potentes aliorum damnis crescant, & optimatum fortunæ non in tantum augerentur, nisi essent quos exlugerent.

Quemadmodum inter pisces & beluas, maioris viuunt laniatu minorum. Quamquã nobis quidem & hoc dictum secum vulgi videtur olere.

*Certamen non accipit excusationes.*

Ἄγων δ' ἐδέχεται χυψας, id est, Certamen non admittit excusationes. Plato lib. de legibus 6. ἀλλὰ γὰρ ἄγων προφάσεις δ' πᾶν δέχεται φασιν. id est, Verum aiunt certamen nõ admittit excusationes. Et: ἄγων πρόφασιν δ' ἀπέμεινα. id est, Certamen non expectat excusationem. Cum agitur periculo, non cõuenit tergiuersari. Aut si maius, In præsentaneo periculo nõ oportet excusationem expectare quemadmodum aliis in rebus. Veluti si quis in morbo capitali medicum opperiat ut insignem, aut procul arcessendum. Huc pertinet quod legimus apud Quintũ Curtium lib. 7. Sed necessitas ante rationem est, maxime in libello; quod raro permittit tempore legere.

*Phallus Deo.*

Φαλλὸς τῷ θεῷ, id est, Phallus Deo. Dicitur solitum, vbi parum quidem honesta, sed tamẽ apta tribuuntur, quasi dicas: ἐνερῶν εἰς ἀμύδα, id est, In matellam immerere. Plutarchus in commentario: τῶν δ' ἰφιλοπαλαστῶν, ostendit hanc fuisse prisorum in ludis solemniibus pompam, vt primo loco duceretur amphora vini, & clematis, id est fabæ genus: post aliquis hircum trahebat: deinde nukum sportulam gestabat alius: postremo loco Phallus ferebatur. Ea erat effigies obsceni membri virilis. Cur autem in mysteriis fuerit receptum, causam reddit Plutarchus in libro De Iside & Osiride. Columella in carnine ipsum Priapũ Ithyphallum vocat:

- Sed truncum forte dolatum

Arboris antiquæ numen venerare Ithyphalli.

Et Pompeius ostendit, Ithyphallum dici membrum viri pudendum. Vnde & hodie Itali si quem contemnunt hoc nomine notant. Non nulla de Phallis Herodotus lib. 2. Dictum est alibi de Phallis Bacchi, nempe in prouerbio: Erebinthius Bacchus.

*Obiurbas srustra velus vnda.*

Οχλαῖς μέγαν με, κῆ μ' ὄπως, id est,  
Turbas me vt vnda inaniter.

Id est,

Id est, Incautum mihi molestus es. Fragmentum carminis est ex poeta quopiam. Traductum ab vnda caute alfidue verberante. Quo pertinet illud Maronis :

Quam si dura silex, aut stet Marpesia cautes.

*Optimum obsonium labor senectuti.*

Ὀλοῦ ἄριστον πόνον τῷ γήρατι, id est, Optimum obsonium senectuti labor. Laborandum in iuuenta, quo seni suppetat commodius viuendi facultas. Diogenes rogatus, quid esse miserimum censeret, respondit senectutem inopem. Adagium autem videtur mutilum. Nos opinamur, πόνον, id est, labora legendum, vt intelligas, senectutis imbecillitatem exquisitioribus cibis esse fulcendam, qui quo suppetant seni, paranda res est in iuuenta.

*Omne as alienum capere, & multa allium.*

Ἦν μοι χεῖρος κρομμυκαὶ καὶ τὸ τίμημα σκόροδα, id est, Vniuersum as alienum capere, & multa allium. Subaudiendum ἦν. Cum quis obstrictus multo ære alieno, optat vt paruo depēdere possit quidquid debet. Non nihil veremur ne & hoc Apollolius hauserit, nō ex auctoribus priscais, sed è suis combibonibus.

*Oportet omnibus corydalis.*

Ἦσσι κορυδαλοῖσι χεῖρὶ λόφον ἐγγίνεσθαι, id est, Omnibus galeritis oportet cristam inesse. Citatur ex Simonide, & vsurpatur aliquoties à Plutarcho, nominatim in vita Timoleontis, in hunc sensum: nullum esse mortalis ingenium, cui non sit aliquod vitium admixtum, ceu perinde secundum hominis naturam sit non carere vitio, vt galeritæ naturale est habere cristam. Plutarchi verba subscribamus: ἐπεὶ δὲ χεῖρ ἄς ἔοικεν, ἕμῶν πᾶσι κορυδαλοῖσι λόφον ἐγγίνεσθαι κατὰ τὴν φύσιν, ἀλλὰ καὶ πᾶσι δὲ δημοκρατία σκροφάντων. id est, Quoniam autem oportet, vt videtur, non solum omnibus galeritis cristam inesse, quemadmodum dixit Simonides, verū etiam omni democriticæ sycophantam. Meminit Corydi Aristophanes in Auibus, assignens ex Aesopo lepidam fabulam. Ait enim hanc auem fuisse omnium antiquissima, videlicet ante natam quam esset terra, cumq; pater illius morbo perisset, nec esset sepulchro locus, in capite sepelisse patrem, vnde & crista tumuli loco est inibi Co-

ryo regnum decernitur. In eadem indicat Philocteti cuidam turbinato capite desormato, fuisse nomen Corydo. Cōgruit huic dictum Cratetis, quod refertur apud Laertium, vix esse quemquam, qui prorsus omni vitio careat, sed omnibus malis punicis aliquod inesse granum putre.

*Toto deuorato boue, incauda defecit.*

Ἐνταῦθα ἐκτραγῶν τὸν βόον, εἰς τὴν αὐτῆς ἀπέκαμιν, id est, Toto deuorato boue, in cauda defecit, hoc est, reliquo negotio peracto, in extremo sine delassatus est. Videtur esse senarius, sed deprauatus. Sapit tamen vulgi fecem & hoc.

*Iuxta fluminem puteum fodit.*

Ἐκεῖ ποταμὸν φεῖα ὀρύττει, id est, Ad flumen puteum fodit. De stultam & inanem sumēte operam. Finitimum illi, In syluam importat ligna. Putei fodiuntur ob aquarum inopiam.

*Mutabilior Metra Erisichthonis.*

Μεταβλητότερος μίτρας τῆ ἐρσιχθωνος, id est, Mutabilior Metra Erisichthonis. In eum congruit, qui secum non constat, sed subinde aliam atq; aliam personam sumit. Exat in prischorum fabulis Metram puellam in varias rerum figuras transfigurari solere. Res autem sic habet: Erisichthon quidā Thestalus absumptis facultatibus, ad extremam deuenit inopiam. Huic erat filia puella præstanti forma, nomine Metra. Quam vbi prostituisset, adolecentes qui comcebant ad illam, varia munera deferabāt, alius equos, alius boues, aut verueces. Nam id temporis non dum auri, argenti, gemmarum ve erat vsus. Porro Thestali per iocum dicebant, Metram Erisichthonis verti in ea omnia, quæ illi ab amatoribus filiz donabantur. Atque hinc prouerbiū. Fabulam Erisichthonis tractat Ouidius libro Metamorphoseon octauo.

*Castella Melitæa.*

Μελιτῶν κωμίδιον, i. Melitæa castella. Quadrat in eum, qui habetur in deliciis, ac lautius in otio alitur ad voluptatem, non ad vsū. Triplex enim canum genus. Quidā habentur ad vsū venandi, quos appellant ἰχθυοφάγοι, quasi dicas vestigatores. Quidam ædium custodiæ præficiuntur, qui dicuntur οἰκονομοί, id est custodes domus. Quidam ani-

μη causa nutriuntur, & adlulum dūtaxat muliercularum, hos μιλιτήρας, siue μιλιτάρας appellat. De quibus est illud Platonis: τὰ μιλιτάρια μιζύμικα τὰς δ'εσπείρας, id est, Catellæ dominas imitantes. Et Gorgo apud Theocritum in Syracusiis, profectura duo mandat famulæ, vt infantem vagientē placaret, & catellum reuocaret intro. Lucianus falsis sime ludit in Stoicum barbarum, cui in eodem sedenti vehiculo domina catellam cōmittit, obtestans illum per ea quæ sunt in vita dulcissima, vt diligenter curet. Est in familiis diuitum huiusmodi ministrorum genus, quos illi nō ad ministerium, sed animi causa domi habent.

*Ne cinerem visans, in prunas incidas.*

Μὴ τέρφρων φύγων εἰς ἀνθρακίαν πέτρης, id est, Ne cinerem fugiens in carbonariam incidas.

Ne sic defugas malum hoc aut illud, vt in aliud longe maius incurras. Videtur heroicus deprauatus, constabit, si pro πέτρης legas κατὰ πίπτης.

*Syrus cum non sis, ne syrissa.*

Μὴ ἂν σύρος μὴ σύριξ, id est, Cum non sis Syrus, ne syrissa. Ne sumas personam parum decoratā, ne velis alius videri, quàm sis. Aut cum sis natus ingenuus, ne moribus agas seruum & barbarum. Nam Syri male audiebant ob morum molliciem, Est autem facetus iocus, ex amphibologia huius verbi σφίλιξ, quod significat, & syrissare, & siltu la canere.

*Ne moue festucam.*

Μὴ κέρφος κίτρι, id est, Ne moue festucam. Iocus prouerbialis, vbi quis omnis strepitus impatiens est. Quosdam videas vsque adeo morosos, vt quidquid agas offendantur, etiam si stipulam duntaxat moueas.

*Cum paruuula est, bona videtur spina.*

Μικροῦ βίου ἢ ἀκύνου ἀγαθὴ φάσκειται, id est, Cum pusilla est spina, bona videtur. Pueritia semper amabilis. Quemadmodum spina quocumque innoxia est, atque adeo vesca etiam, do nec ætate dureseat. Sentit de asparagis. Sic est rerum humanarum conditio, vt omnia suapte sponte degenerent in peius. Citatur ex Diphilo:

Φολίς τεχνίτης ἐστὶν ὁ χρόνος ὃς ἐστίν, Χάρις μεταπλάτων πόντας ἐπὶ τὰ χεῖρόνια. Id est, Est canus artifex ὁ Iupiter, dies: Nam gaudet omnes deteriores reddere.

*Moschus canens Bæoticum.*

Μύθος ὄψων βοιώτησιν, id est, Moschus canens Bæoticum. Moschus hic citharædus fuit imperitus, qui citra respirationem vocem in longum producebat. Bæoticum autem vocat cætonis genus, veluti Phrygium aut Dorium. Quadrabit in multiloquos, sed tamen inepte loquaces.

*Filium contentionis sunc erat.*

Μίτθ' ἐριδος τότ' ἦν, id est, Filium contentionis tum erat. Dicitur solum in pertinacibus, cū vterq; pernicax est, neuterq; concedit alteri. Est aliquoties in epistolis Hieronymianis, funiculum contentiosum ducere: nec apud alium legisse memini, præterquàm apud Tertullianum in principio libri Aduersus Iudæos. Apparet natum à ludo, quo duobus hinc atq; hinc funem tenentibus, vterq; conatur alterum ad se trahere. Hinc & illud ductum arbitramur, quod alibi retulimus: Ne rompamus, dum nimirū tendimus funiculum.

*Neq; cæcum ducam, neque amentem consultiorem.*

Μὴτε τυφλὸν ὁ δ' ἄνηθ' ἢ κίτρι ἀνοήτων σύμβουλον, id est, Neque cæcum ducem, neque amentem consultiorem. Subaudiendum adhibeas. Disce, sed à doctis. Consilium pete, sed à cōsultis. Contra Horatius:

Cæcus vti si monstret iter, tamen aspice.

*Mus non ingrediens antrum, cucurbitam ferebat.*

Μὺς εἰς τρωγλίαν ἄχωρῶν, κολοκύντην ἔφερε, id est, Mus non potens subire antrum, gestabat cucurbitam. In eum congruit, qui cum ipse sibi consulere non possit, aliis conatur opitulari. Aut qui conatur maiora viribus suis. Videtur ab apologo natum, sed anili, ni fallimur.

*Nouos parans amicos, ne obliuiscere veterum.*

Νέους φίλους ποιεῖν, ἀλλ' οἷ, τῶν παλαιῶν μὴ ἐπιλανθάνειν, id est, Nouos parans amicos, optime veterum ne obliuiscere. Τοῦ αὐτοῦ ποιεῖν ἢ ἀδ' ἄλλου

ad murua studia, ad quæ conuenit nonnunquam respicere, etiam posteaquam diuersæ te addixeris disciplinæ. Veluti si moneas, qui se ad iuris studium cõtulerit, vt obiter recurrat ad bonas litteras. Vsurpatur ab Hermolao Barbaro in epistola quadam ad Picum Mirandulanum.

*Etiã dormiens somniat.*

Ὀνειροπολεῖ καὶ καθύπνῳ, id est, Somniat etiã dormiens, hodie quoq; vulgo dicitur, quoties significat aliquem toto pectore rei cuiuspiam addictum, deditumque. Si quidem iis euenire solet, vt quæ sequidiu voluerint animo, noctu somnient. Aristophanes in *Nebulis*:

Ὀνειροπολεῖ γὰρ καὶ καθύπνῳ ἰππικῶν. id est, Et dormiens equestre studium somniat.

De iuuenis dictum est, qui studio alendo. Equo iuuenem rem patriam emnem absumpsit. Item paullo superius: *ὄνειροπολεῖ ἰππικῶς*, id est, Equosq; somniat. Dicit aliquis, quid miri si quis dormiens somniat? Sed *ὄνειροπολεῖν* non tam est somniare, quã somnia interpretari, & hinc spem concipere aut facere. Porro curam illã iuuenis somnium vult videri poeta. Ita bis somniat eandem & vigilans & dormiens, Plautus cõtra: Vigilans somniat dixit. Terentius: Num ille somniat ea, quæ vigilans voluit? Et apud Horatium Europa sic loquitur:

-Vigilans ne ploro  
Turpe commissum, an vitiiis carentem  
Ludit imago Vana?

*Chordæ vice.*

ὡς ἀντὶ χορδῆς, id est, Tanquam chordæ loco. Conueniet, vbi quod alicubi diminutum videbatur, suppletum aliunde significabitur. Plutarchus in *Symposiacis* proverbiū vice videt vsurpasse: καὶ τὰν τε μὲν, inquit, ὡς ἀντὶ χορδῆς κείδω, τοῖς ἄπο σὲ φιλοσοφῶν μέντοις. id est, Atq; hæc quidem chordæ vice addita sunt iis, quæ abs te sunt erudite disserta. Sumptum est à *Locrensi* fabula, quã exposuimus in proverbio: ἀκάνθῳ τὲ τίς, id est, *Acanthia* cicada.

*In caput precipitari.*

Ἐπι κεφαλῆν ὠθεῖσθαι, id est, In caput impelli, hoc est precipitem dari, dicebant eum, qui per summam cõtumeliam expelleretur, vel

potius qui funditus perderetur. Est in Luciano libello De mercede feruētibus. Vsurpauit non ab simili figura Terentius: Auctores erant, vt illam præcipitem darem, id est, vt exturbatæ ædibus. Plutarchus in *Stoicorum contrarietatibus*: ὁ δὲ χρυσίππῳ ἔνεκα τῶν χρηματισμῶν τὸν σοφὸν ἐπι κεφαλῆν ἑὸς πῦρ καὶ πῦρ ἔσθαι, καὶ σκυθῶν ἐσθίον. id est, Chrysisippus sapientem fenoris gratia præcipitem dat in *Panticapzum*, & *Scytharum* solitudinem. *Panticapzum* vrbs *Scythiæ* ad *Bosphorū*, auctore *Stephano*, arbitramur idem esse, quod ait *Seneca* lib. de *Beneficiis* 6. Alia detinebo diuitius, alia expellã & capite agam. Notauit nonnihil ad agii formã *Phœnix Colophonius* apud *Athenzum* libro 12. de *Nino* rege *Assyriorum* omnia contemnebat. *Scanzones* illius sic habent:

Ἄλλ' ἠέρεσθ' ἐδίεν τε, καὶ πίναν  
Κεραῖν, τὰ δ' ἄλλα πῶτα κατὰ πτερόν ὄνη. i.  
Sed erat edendo, poculumq; miscendo  
Pizstas, reliqua autem cuncta abegit in  
saxa.

Id est, profus contempsit.

*Ἄσωνδ' ὁ πάλιμθ'.*

M. TULLIUS Epistolarum ad Atticum libro nono, Huius igitur belli ego particeps & socius, & adiutor esse cogor, qd & ἄσωνδον est cum ciuibus. ἄσωνδον vocat perperituum, & atrox & irreconciliabile. Suidas ostendit, ἄσωνδ' ἔχ' ἔρεθ' dici eos, qui in cõcordiam redigi non possunt. Sonat ferme, quasi dicas inconfederabiles, vt docendã causã sic loquamur. Conueniet in similitatem ac dissidium amarulentum. Vfus est eo proverbio diuus Chrysostomus *Homilia* in *Matthæum* quadagesimasextima. Item diuus *Basilius* in epist. quadã ad *Athanasium*: καὶ πῶ αὐτῶν ἐρωτῶσι τὰ ἀκέρκτ' ἔχ' ἔρεθ' καὶ ἄσωνδ' πολέμ' ἑ, φιλμὸς λέγει τὴν ἑρῆπον μελωδίας, τ' παρ' ἡμῖν κικροστικῶς, i. Quod si rogentur quæ causã sit huius nec indici, & sine sacris suscepti belli, narrare cantica quædam esse & speciem melodiz, quæ apud nos obtinuit. *Aeschines* in oratione: πῶν παραπροβείας, ἐξ ἂν ἐκ ἐρῆπ' γένοιτ' ἂν ἐκ πολέμ' ἑ, ἀλλ' ἐξ ἐρῆπ' πάλιμθ' ἀκέρκτ'. id est, Ex quibus non pax fieret è bello, sed ex pace bellum non indierit, hoc est, vehemens & atrox. Idem in eadem;

dem: εἰ δὲ ἔσονται τῶν πολέμων αὐτῶν μὴ δύνανται τῶν πρὸς βίαν, αὐτῶν δὲ δῶρα τῶν στρατηγῶν, ἀποσίδεως καὶ ἀκρήκτους τῆς πολέμου ποιήσεται. id est, Quod si bellorum causæ quidem erunt oratorum, dona vero ducum, efficietis ut bella & sacris careant & denunciatiombus. Etenim qui indicit, qui mittit feciales, qui sacrificat, ipsa mora fit lentior: & hoc consilio probabile est huiusmodi moras reptas, velut in iure citationem triplicem, litis contestationem, in matrimonio libellum repudii, & solemnia verba, Tua tibi habere: quo dum hæc aguntur, residat impetus ille impotens.

*Ab Escobutadis ducit genus.*

Ἐξ ἐπισημῶν δ' αὖν ἔλκει τὸ γένος. id est, Ab Escobutadis ducit genus. Dicitur solitum de iis, qui maioribus illustribus & antiqua nobilitate sunt oriundi, videlicet à Buto quopiam, qui sacerdotis Athenis instituit. Et ab huius posteris postea summi magistratus creabantur. Venustus erit, si per Ieroniam sumatur in hominem obscurum, aut nobilitatis, & imaginum ostentatorem.

*Ergini cani.*

Ἐργίος πολιῶν, id est, Ergini canities. De canicie præpropera, id est, quæ ante diem legitimum accidit. Erginus filius fuit Clymenis, vnus ex Argonautis. Cum autem Hypsipyle Thoantis Lemniorum regis filia funerales ludos manibus partis proposuisset, Erginus adolescens præter ætatis rationem iam canus, accessit inter reliquos decertaturus. Irrisus est autem à mulieribus Lemniacis, ob intempestiuam capitis caniciem, & proterbio locum fecit, hoc insignior, quod superatis omnibus athlethis pulcherrimam victoriam reportarit. Festiuus autem fiet, si per Ieroniam dicetur in senes iam canos, qui tamen iuuenes etiam dum haberi velint, caussantes eam caniciem non ex annis, sed ex curis, aut aliunde præmaturam accidisse. Poterit torqueri & in illos qui ætate iuuenes, iam tum ingenio, moribusque senem agunt. Et quibus rerum prudentia velox, ante pilos venit, vt inquit, Persius. Nulla vero res citius adæscerat senium quam animi curæ, amor, odium, inuidia, metus ac mæror. Huc pertinet illud Theocriticum in Aita:

Οἱ δὲ ποδῶντες ἐν ἄματι γυρῶσθεσι. id est,

Verum quos amor angit, in vna luce senescunt.

Scholiastes adducit consimilem versum ex Odyssæe T.

Αἰψά γάρ ἐν κακότητι βροτοὶ καταγχεῖσθεσι. id est,

Rebus in aduersis venit accelerata senectus.

Pindarus item in Olympiis:

Φύονται δὲ καὶ γέροις ἐν ἀνδράσι πολιῶν

Θαμὰ καὶ παρὰ τὸν ἀλικίας ἑικότα χρόνον. I.

Nascuntur & in iuuenibus viris cani, frequenter & præter ætatis conueniens tempus. Desiderantibus omne tempus longum est.

- Sic piger annus

Pupillis, quos dura præmit custodia matrum.

Et hodie prædicant nauæ in præsentia naufragii periculo de repente oboriri caucen-

Ἐσκιμαλίχθαι.

Ἐσκιμαλίχθαι σὲ χερῶν. Hoc gestu contumeliæ, despectuque; supremum significabant. Est enim Græcis: ἔσκιμαλίσι, medium digiti ostendere, contractis ceteris, ignominie causa, aut strepitu digitorum significare contemptum. Vnde & apud Iuuenalem, quod alibi retulimus:

Manderet laqueum, mediumque ostendere vnguem.

Suidas citat ex Aristophane senarium hunc: Extat autem ἐν εἰρήνῃ.

Οὐ δὲ σε πανχερῶς ἐκ ὀφθῆς ὡς ἴσεται,

Καὶ τὸν δίφρον σὶν ἐσκιμαλίσειν, id est,

An non vides, vt gestiat falcis faber,

Medioque monstrat vngue lancearium?

Quid autem proprie significet ἐσκιμαλίσειν, qui scire cupiet. è Suida discat. Elevantius magisque; prouerbialiter, ad fortunam, ad eruditionem, aut aliud quippiam, quod plane contemnitur, detorquebitur.

*Extrema extremorum mala.*

Ἐχέτων ἔχματα κακὰ διακίπτε πρακται, id est, Extrema extremorum mala acciderunt. In ipso schemate sita est prouerbii ratio, quemadmodum in initio operis admonuimus. Ad hæc formam pertinere videtur, quod apud Athenzum li. 15. scripsit Hipponax, κακῶν κακὰ, id est, Malorum mala pro summis malis. Item quod quidam Atticam, ἐλαχίστων ἑλλάδων, id est, Græciæ Græciam dixit, quasi dicat, Græciæ florē. Quod genus sunt

sunt & illa: ἀγαθὸν ἀγαθῶς. Et δεινότερον  
δεινῶς. Εὐκρίτερον κριτῶς. Hunc sermonis  
typum Græci videntur ab Hebræis mutuo  
sumpsisse, qui vehementiâ & ἐπιρῶσιν eius-  
dem dictionis congeminatione significât.

*Cucurrit quispiam ne pluuie madefceres;  
& in fontem præfocatus est.*

Ἐπιρῶσιν μὴ βεβῆκα. καὶ εἰς βόθρον ἀπιπύην,  
id est, Cucurrit quispiam, ne conspergere-  
tur aqua, & in fontem præfocatus est. Vbi  
quis leuius malū incautus fugiens, in ma-  
ximum incurrit. Videtur à vulgo sumptū  
ab Apostolio, cuiusmodi multa scientes  
prætermisimus.

*Heterognathus es.*

Ἐτερόγαθός εἰ, id est, Heterognathus es. In  
edacem dici consuevit, quod ob voracitatē  
alternatim, utraq; mandibula cibum com-  
manderet. Nam hinc dictum ἐτερόγαθός,  
quod nunc in hanc, nunc in illam mandi-  
bulam cibum transferat. Helychius tamen  
interpretatur de duris ac male morigeris,  
translatum putans ab equis.

*Vrbanus nihil æqui cogitat.*

Οὐδὲν φρονεῖ δίκαιον ἀνεγκυκός, id est,  
Vrbanus æqui nil, bonive cogitat.  
Admonet rusticam vitam innocentio-  
rem esse, ut quæ sola cum solis habeat commer-  
cia terris. Contra qui degunt in vrbibus,  
propter contagia negotiorum & hominū  
astutiores euadere, vnde & astuti, πικρὰ τὸ  
ἀνὴρ dicti purantur. Potest & huc ad comoda  
ri parcemia, quod eximæ morum ciuilitati  
& vrbane blandiloquentiæ fere comes esse  
solet astutia. Cōtra qui moribus sunt sub-  
agrestibus, iis plerunq; est fides certior, ani-  
musq; syncerior. Versus est Senarius, sed  
deprauatus. Et Terentianus Demæa ait: In  
astu aliud ex alio venire malum.

*Patroclo sordidior.*

Πατροκλῆς φειδωλότερος, id est, Patroclo par-  
cior. In dinitem quidem, sed oppido quam  
sordidum ac parcum. Hic enim Patroclus  
postea quā ad summus opes euectus est, aut  
vt alij dicunt, ex quo natus est, nunquam  
est vsus balneo, parsimoniz causa. Taxatur  
ab Aristophane in Pluto:

Ἐκ πατροκλῆς ἔρχομαι. id est,

Ex Patrocli venio domo.

Plurum enim squalidū dixerat, & situs ple-  
num. Prouerbiū meminit etiam Eudemus.

*Omnis herus seruo monosyllabus.*

Ἦς δεινῶς δὲ λαομοισύλλαβον, id est, Om-  
nis herus seruo monosyllabū. Heris & po-  
tētib; breuissimo tantū verbulo est opus,  
vt vel adnuant, vel renuant καὶ ἴδ. Sic volo;  
sic iubeo, sit pro ratione voluntas. Seruis  
autem & impotentioribus, multis opus est  
verbis vt exorent, aut persuadeant. Effertur  
integre ad hunc modum: πᾶς δεινῶς δὲ  
λαομοισύλλαβον, τὸ δὲ ἰεῖν ἄν μᾶλλον. i.  
Omnis dominus seruo monosyllabum. At  
supplicare ὄσγum. Adnotatum est à doctis,  
monosyllaba heris, & dissyllaba nomina cō-  
uenire seruis: cuiusmodi sunt μῦς, quo no-  
mine fuit seruus Epicuro. Ceterum Athe-  
nezus lib. 5. citat Herodicum, qui contem-  
ptus gratia grammaticos appellat μοισυλ-  
λάβης, Γοιοβόμβυκες, μοισύλλαβοι. Quod  
in angulis latent bombicū mōte, quodq;  
de minutis vocularum tractent. De Lysi-  
macho dixit Demosthenes, nō fallimur, rei-  
gnum ipsius nihil differre à scena comica,  
quod impēdio delectaretur ridicule dictis,  
eōq; ab hoc omnes discedere dissyllabos,  
hoc est, histriones. Notauit enim Bithen &  
Parin, qui nihil apud illum non poterant,  
vt Athenæus lib. 14. Rursus nomina ma-  
gnatum faciunt polysyllaba, qualia sunt;  
Ariobarzanes, & Nabuchodonosor, & apud  
Plautum Polypyrropolinices, & Megalo-  
doros.

*Penicissare.*

Πενικίζαν μοι δοκεῖς, perinde valet quasi dicas,  
fucum facere, quod idem dicitur φενικίζαν.  
Nam πνικίη. Græcis comam non genuinā,  
sed adpositiciam significat, quam quidam  
galericum vocant. Hinc πνικίσματα τέχ-  
ναι, doli.

*Cicadis pleni.*

Τεπιγὼν ἀνάμεσον, id est, Cicadis operi. In glo-  
riosos ac stultos olim dicebatur, aut obsole-  
tis, ac iam desitis vrentes. Antiquitus enī n.  
Atticis mos erat, capillorum cincinnis a-  
reas cicadas addere. Vnde & τεπιγογῶροι δι-  
cti sunt, hoc indicio significantes, ἀνὸς ἄθουκας  
esse sese, id est, indigebas, quemadmodum  
& cicadę



& cicadz non aliunde commigrant, sicut pleraq; alia, sed inibi nascuntur vbi viuūt.

Aristophanes in Nebulis :

Αρχαί γε καὶ δὴ πολιάδῃ, καὶ τετίγων ἀνά-  
μετα

Καὶ κκείδ' ε, καὶ βροφονίαν, id est,  
Prisca hæc sane atq; obstita canis, necnon  
repleta cicadis,

Ac Cecide cum Buphoniis.

Cecides peruetustus quispiam fuit dithyramborum scriptor. Buphonia item, festum prisicum & iam olim ob vetustatem desitum. Quæ sane omnia proverbiali sehemate sunt dicta.

*Quid de pusillis magna proœmia?*

Τὴ μικρῶν περί μεγάλα προομιάζει, id est, Quid de minutis rebus magna tectis proœmia? Vbi quis in re nõ magni momenti, verbosa vitur prælocutione. Nã Athenis interdicebat præco dicturis in concione, ne vel præfatione, vel affectibus vterentur, rē modo exponerent, ἀνθ' προομιῶν καὶ παθῶν, i. Absque proœmiis & affectibus. Vt aliquot locis indicat Lucianus. Ad quod adlusit etiam Terentius: Etiam proœmium inceperat. Et Horatius:

-Quorsum hæc tam putida tendunt?

Leuiter huc adludens Aelius Spartianus in Aelio Vero: Et quoniam, inquit, nimis pauca dictæ sunt, nec debet prologus enorrior esse, quàm fabula, de ipso iam loquar. Plutarchus in Apophthegmatis Laconicis ad Cleomenem Cleombroti filium refert, qui cum alter quispiam vteretur oratione plus satis proluxa: Τί, inquit, μοι μικρῶν περί μεγάλα προομιάζει, ὅσον γὰρ ἐνὶ πρᾶγμα, τοσούτου καὶ λόγου, ὡς χρεῖσαι. id est, Quid mihi de paruis magna facis proœmia? Nam quanta res fuerit, tanta sit & oratio, qua vteris.

*Tunc canens cygni, cum tacebunt graculi.*

Τὸτ' ἄσονται κύνιοι, ὅταν κολοιοὶ σιωπήσωσι, i. Tum canent cygni, cum tacerint graculi. Hoc est, tum loquentur eruditi, cum garrulis non erit loquendi locus. Aut inter garrulos & obstreperos non est eruditus dicendi locus. Vsurpauit adagium Gregorius Theologus, in epistolis: πάντοι καταφανεῶν ἡμῶν τῆς σιωπῆς, ἡσοὶ προομιῶν ἐνὶ μάλιστ' ἐν ἀλλοῖς, μάλιστ' δὲ σύντομον, ὅτι τότε ἄσονται κύνιοι ὅταν κολοιοὶ σιωπήσωσιν. id est, Aut

desine tuis nugis obstreperere nostro siletio, aut tibi referam proverbium, vt verissimū ita breuissimum, Tunc canent cygni, cum tacebunt graculi. Ita nunc loquentur, Cicero, Vergilius, Horatius, & tacent Pero, Philiscus, Meuius, qui, viuis illis, obstrepebāt, & tantò loquaciores, quantò indoctiores.

*Malis ter mala.*

Τοῖς κκεοῖς τρεῖς κκεῖ, id est, Malis ter mala, hoc est, digna dignis eueniunt. Hanc paræmiā aiunt ab huiusmodi quadam fabula profectam. Narrant Attagines aues cū primum è Lydia in Aegyptum essent deponatæ, atque in sylvas dimissæ, cornuicis vocē edidisse, deinde euenit, vt desiccato Nili fluminis alueo, pestilentia regionē Aegyptiorum infestaret, magnamq; hominum vini absumeret. Inter hæc Attagines vocem edere cœperunt humanam & articulatam, aliquanto maiore puerili, dicentes hæc verba: τοῖς κκεοῖς τρεῖς κκεῖ, id est, Malis ter mala. Atq; huius quidem fabulæ auctorem citat Athenæus lib. 9. Socratem in opere De finibus, sic efferens adagium: τρεῖς τῶς κκεῶν κκεῖ. Circumfertur inter Græcas sententias & hic versus:

Ἐδλῶ γὰρ ἀνδρῶν ἐδλὰ καὶ εἰς τὶ θεός, id est,  
Viro bono bona largiuntur cælitæ.

Referuntur & hi senarii ex poeta quopiam, in commentariis De audiendis poetis:

Εἰ μαρμίον γὰρ τῶν κκεῶν βυλαθυμάτων  
Κκεῖς ἀμοιβῆς ἐστὶ κκεροδοῦ βροτῆς, id est,  
Consilia si quis destinarit improba,  
Huic necesse est, præmiū terre improbū.

*Canis peccatum sus dependit.*

Τὸ κκεῶς κκεῖ, ἢς ἀπέτισεν, id est, Canis malū sus dependit. Quoties pro iis, quæ peccauit alius, alius dat pœnas. Ex quo nã euentu natum sit, non liquet, nec ad modum refert. Sapit enim vulgus.

*Intersecta musica.*

Ἐκκεκόπη ἢ κκεσική, id est, Interrupta est musica. Veteres in conuiujs eruditus consabulationibus vti consueverunt. Post cantores, histriones, saltationes induci cœperunt. Vnde quidam moleste ferentes interrupti sermones suos, dicebant: ἐκκεκόπη ἢ κκεσική. Quæ vox in proverbium traducta est, quoties aliquis interueniens sermonem iustitium

turum interpellaret. Simile quiddam legitur apud Platonem, licet in presentia locus non occurrat.

*Chamæleonte mutabilior.*

Χαμηλιότι & Ἀμιταβολώτερι, i. Chamæleonte mutabilior. Chamæleon commemioratur inter animantia, quæ colorem mutant. Huius figurâ diligenter describit Aristoteles lib. De naturis animantium 2. Quod ad coloris mutationem attinet, hæc tradit: τῆς δὲ χροῆς ἢ μεταβολῆς, ἐμφυσωμένω αὐτῷ γίνεται· ἔχει δὲ καὶ μέλαιναν τάντων ἢ πορῶ τὴν κροκοδείλων, καὶ ἄρχαν καθάπερ ἡ σάντροι, μέλαινα, ὡσαυτὰ παρὰ δάκρυα, διαπέποικιλμένον· γίνεται δὲ καὶ ἅπαντο· σώμα αὐτῆς ἢ τοίκυτι μεταβολῆ. καὶ γὰρ οἱ ὀφθαλμοὶ συμμεταβάλλονται· οἱ δὲ σινδροίω τῷ λογιστῷ σώματι, καὶ ἡ κίεθ· ἢ δὲ κίεθ αὐτῆς γωθίς ἰχθύος· ἐστὶ καθάπερ ἢ τῶν χελωνῶν· ἀποθνήσκων δὲ ὡχρὸς γίνεται, καὶ τελευτήσασα τῷ αὐτῆς ἢ χροῖα· τοίκυτι (εἰ). id est, Mutatur autem illi color, cum inflatur. Fitque is nunc niger, non absimilis Crocodilorum, nunc pallidus, cuiusmodi lacertarum, nunc rursus nigris variegatus maculis, qualis est pardorum. Accidit autem huiusmodi mutatio coloris per omne corpus siquidem & oculi & cauda, in eundem cum reliquo corpore abeunt colorem. Motus huius animantis admodum segnis, qualis est ferre testudinum. Pallefcit moriens. Exanimato color idem durat. Hæcenus Aristoteles: His ferre consentanea tradidit Pii. lib. 8. ca. 33. illud addens, hoc animi toto corpore reddere colorem quemcumque; proximum attingit, præter rubrum & album. Competit igitur adagium in hominem versipellem, siue inconstantem, ac pro tempore sese vertentē in omnem habitū. Plato in Ione: ἀλλ' ἀτιμῶς ὡσαυτὸς ὁ πρῶτος παντοδαπὸς γίνεται· φαίνεμεν ἅνω καὶ κάτω. id est, Sed prorsus Protei in motem temet in omnē vertis speciem, dum sursum ac deorsum volucris. Aristoteles Moraliū Nicomachiorum primo Chamæleontis vocē vsurpat ad exprimendū inconstantiæ vitium.

*Suus cuique crepitu bene olet.*

Ἐαυτὸς αὐτῆ τὸ βδέμα, μίλλε γλυκίον ἡγῆται, i. Vnusquisque suum ipsius crepitum malo suaviorem existimat. Hoc est, nemo est cui sua mala non videantur vel optima. Aristoteles Moraliū Nicomachiorū nono:

τὰ πολλὰ γὰρ ἔ τὸν ἴσον τιμῶσιν, οἱ ἔχοντες καὶ οἱ βυλάμενοι λαβῆν. τὰ γὰρ οἰκεία καὶ ἀδιδῶσιν ἐκείνοις φαίνονται πολλὰ ἄξια. id est, Pleraque enim non eodem pretio æstimantur ab his, qui habent, & ab his, qui cupiunt accipere. Nam sua cuique & quæ dat, videntur esse multi pretii. Hic locus magis congruebat proverbio, suum cuique pulchrum, sed ea pagina iam exierat manus nostras. Proverbum de crepitu suspicamus ab Apostolio è vulgi fece haustum. Nondum enim quæ quæ reperimus, cui suus crepitu bene olet. Illud verum est, homines vehementius abhorrere ab alienis excrementis & crepitu. quam à suis.

*E' poculo perforato bibere.*

Ἐκ τετριμμένως κύλικος πινῶν, id est, E' perforato poculo bibere, dicuntur qui faciles sunt, parumque feliciter continent arcana sibi credita. Sapit & hoc vulgus.

*In pulicis morfu deum invocare.*

Ἐν ψύλλας δάσει θεὸν ἐπικαλεῖται, id est, In pulicis morfu deum invocat, in eos diu, qui quantumlibet leni de re grauter perturbantur, perinde ut in maxima. Tractum ab Apologo, qui fertur inter Aescipicos: Quidam offensus dolore pulicis pedem mordētis subsedit, & Herculem ἀλεξίκακον, imploravit. Mox desiliente pulice, male precatus est Herculi, qui cum in tantillo periculo vocatus non tulisset opem, non videri verisimile, cum in grauioribus adfuturum. Simile est quod refert Aristoteles Moraliū Nicomachiorum 7. de vehementer timidus, διὸς δειδύλαι πίντα καὶ ψοφίση μῦς. Veluti quæ metuit omnia, si vel mus obstrepat. Hanc timiditatē appellat θεριώδην, hoc est ferinā.

*Κίβδαλον· id est, adulterinus.*

Quos simplex non est, neque syncerum, id vulgato verbo Greci κίβδαλον vocant. Hinc ducto vocabulo, quod aliud præ se ferant, aliud tegant. παρὰ τὸ κέβδαν τὸ δῆλον. vel quod Athenienses ob summum in Chiosodium, si cui male vellent, huius nomē nominati solent insculpere, addita littera, iisque in terram abiectis dira impreca- ri. παρὰ τὸ τὸς χίος βδέλαδύβην. id est. Sed proprie nummum subzatum κίβδαλον appellant. Ἐκ κίβδαλον in synceritate seu

Q

ſeu corruptelam, velut Ariſtophanes :

Πολλὴ ἀφείλε τὰ βίη κίβδηλιῶν . id eſt, Corruptionem vitæ ademit plurimam, Et κίβδηλιῶν corruptum ſuco. Et qui pal- lent, κίβδηλιῶτας appellant, quod aliquid morbi, vitii ve ſubtile videatur . Quemad- modum in nummis quoque color nonnū- quam arguit ſucum . Conuenit igitur in amicitiam inſynceram, & hētam, aut in ho- minem blādo vultu , ſed animo virulento. Veluti Piſides citante Suada :

Πραγμαῖται πάντως δύο Κίβδηλοι ἐστὶν ἐργαίως εἶς, ὠν λυθ . id eſt, Rerum duarum proſus vnus auſtor eſt, Vulgo vt loquuntur, quiſquis inſynce- rus eſt .

Aur in orationem inſynceram , vt Plato li- bro De legibus ſ. Τὰς δὲ αὐτιμὰς δὲ σκό- περικὰ τῶν τίνες ἀληθεῖς, καὶ ὅσαι κίβδη- λοι . id eſt, Rurſum honores oportet conſide- rare, qui nam ex his veri ſint, qui aduſter- ni. Rurſum eodem in libro : ὡπως μὲν ἀν- τὸς κίβδηλις ποτε κινῆται οὐρανῶν, ἀπλῶς δ' ἢ κ' ἢ ἀληθεῖς ἀεί, id eſt, Vt neque ipſe aduſterinus aliquando cuiquam appareat, ſed ſimplex & verax ſemper. Hoc igitur à nummis tra- ductum, ſi ad diuerſas res traducatur, pro- uerbiale fiet . Sed huius rei mentionem fe- cimus in prouerbio : ποικροκόμματα .

*Nemo malus hoc ſciat.*

Οὐδὲς κακὸς εἴσεται τῆτο, id eſt, Nullus ma- lus hoc ſciat, quoties rem egregiam & co- gnitu dignā ſignificamus. Plato De legibus lib. ſ. οὐδὲν γὰρ δὴ το νῦν ἐπιπαθόμενον ἀγαθὸν ὄν τυχάνει πάτως ταῖς πειθόμεναις πόλεσιν, τῶν ἐπομένων κατὰ σκῆβλιν προλάβον, κατὰ τ' παλαιὰν παροιμίαν, ἔδ' εἰς εἴσεται ποτε κακὸς ὢν, ἀλλ' ἔμπεδος τε ἢ ἐπιπαθὸς ἐδ' εἰσι γενόμενος . id eſt, Quantum enim bonū ſit, quod nunc præcipitur, omnibus rebus publicis, ſi mo- do paruerint, ordinem & apparatus addu- cens, nullus vnquam iners & malus cogno- ſcet, quemadmodum veteri prouerbio di- citur, verum & peritus, & moribus æquis præditus. Huic confine eſt, quod idem po- ſuit in Lachere : ἔπεσα ὅς τῆτο εἴσεται . i. Non ſus quiuis hoc norit . Natum apparet à myſteris deorum, quæ non niſi ab initia- tis, ac puris cognoſci fas erat .

*Mania ferrea, non terrea.*

PLATO lib. De legib. 6. ποθὶ δὲ τῶν ὠμί-

μιλλε, ἔγωγ' ἀν τῆ ἀσάτην εὐμφοροῦν, τὸ κκ- θδὺδ' εἰν ἐν ἐτῆρ ἢ κατακείμια τὰ τείχη, καὶ μὴ ἐπασιχαι τῶν ἢ εἰλικα κελῶς μλί κ' ὁ ποικ- τικ' ὅπερ ἐρῶτων λ' ὅτ' ὕμιαται, τὸ χαλκὰ κ' σιδερέδ' εἰν εἰναι τὰ τείχη, μάλλον ἢ γῆνα . i. De mœnibus autem Megille equidem cū Sparta conſenſerim, vt mœnia videlicet hu- mi depoſita, dormire ſinamus, neque hu- ius rei gratia rurſum velimus excitare. Re- ſte quidem & poeticum dictum ſuper his canitur : Mœnia ærea magis, ac ferrea eſſe oportere, quā terra. Prouerbio iactatum fuiſſe videtur, & habet veluti ænigmatiſi- guram . Innuit autem non oportere tu- tamentum ciuitatis in mœnibus colloca- re, ſed in viris armatis, quorum conſen- ſus mutorum in exſpugnabiliūm vice, ci- uilitatem optime tuetur . Adludit autem Plato ad apophthegma Laconicum, cuius meminit Plutarchus . Equidē arbitramur & Horatiū huc leuiter aduſiſſe, id eſt, Er- cum ait :

- Hic murus athenus eſto.

*Nemo nos inſequitur.*

PLATO lib. De legibus decimo : ὡς ἔδ' ἐν τῶ παρόντι δ' εἰ προτιμῶν βραχυλογίῳ μάλλον ἢ μίκρο. ἔδ' εἰς γὰρ ἡμᾶς τὸ λιγόμενον ἐπέγων δ' ὠ- κῶ . id eſt, Nam in præſentia nihil eſt cur bre- uiloquentiam prolixitati anteponomus . Quandoquidem nemo nos inſequitur, qui ſellinare compellat, quemadmodum vulgo dicunt . Hoc præmix etiam hodie tritum manet, cum ſignificat liberum eſſe, diu- tius in te quarium immorari : Nemo nos, inquit, impellit.

*Mare proliis omnia mortalium mala:*

Θάλασσα κλιζέ πάντα τ' ἀθρόπων κκκ' . i. Hominiū vniuerſa proliis pelagus mala. Retetur ab Euſtathio in primum Iliados Homericæ. Extat autem apud Euripidem in Iphigenia Taurica . Natum eſt ab iuuen- tu huiusmodi . Refert Diogenes Laertius . Euripidem Platoni comitē fuiſſe peregri- nationis cum Aegyptum adiret : vbi cum morbo ſuo corripeteret, conuulſi, ni falli- mur , ſacerdotes Aegyptii merſione mari- na ſanarunt hominem . Huic poſtea verſi- culum huic compoſuiſſe :

Κλιζέ θαλασσα πάντα τ' ἀθρόπων κκκ' Ἰτακωαν

Tamquam aqua marina morbis omnibus mederetur. Quin hodie morsos à cane rabido, si nouies mergantur in mare, putant à rabie liberari.

*Canere de Telamone.*

Α' δ' εν τα' τελαμωνι, id est, Canere cantione Telamonis. De querulo sermone dictum prouerbius, quod Telamon impotentius fleuerit, Aiaceum filium periisse apud Troiam, præsertim hoc genere mortis. Eustathius enarrans carmen illud Homericum, quod est in Catalogo nauium: Αἴας δ' ἐκ σπαρακίνος ἄγεις δύο κ' ἑτεκα νῆας, commemorat hanc parcemiam: καὶ τὸ ἄδ' ἐν τελαμωνίος παροιμιακῶς λέχεν, ἀπὸ σκολιῶς μέλεος ἢ ἀρχῆ, καὶ τελαμωνίος αἰὼν ἀλχηκτῶ. i. Et quod prouerbio dicitur canere cantionem Telamonis, ab aliquo cantu, cuius initium: Fili Telamonis Ajax belliger. Simillimum est illud, quod alibi recitimus: ἀδ' μίτης μέλος καὶ ἀρμόδι' ἰς μέλος, id est, Admeti cantilena, & Harmodii cantileua.

*Arguia calumnia.*

Αργυῖα φορεῖ, id est, Arguia infectatio, de calumniolis & delatoribus dicti solitum. Nā Arguiuos olim notauit antiquitas, cūquam sycophanteas, & litium auidos. Testis Eustathius in Catalogum nauium adagium ex Pausania citans. Testis & Diogenianus in Collectaneis.

*Initio confidens, in factio simidus.*

ΕΥΣΤΑΤΗΙΟΥ enarrans septimum Iliados librum huiusmodi, refert parcemiam: θεαὸν σὺς πρὸ ἔργου, ἐκ πολλῶν κακῶς. id est, Audax ante negotium plerunque ignauus. Citat idem ex Epicharmo: κακὸς βαρῆν μὲν αὐτὸν οὖν, ἔπειτα δὲ φεύγει. id est, Ignauus statim admodum de se confidit, post autem fugit. Videmus hoc vsu venire vulgo, ut qui sunt audacissimi, & magniloquentissimi, prius quam appareat periculum, ubi res virum postulat, ibi sint animi nullius.

*Γοργὸν βλέπειν.*

Γοργὸν βλέπειν, aliquoties apud Lucianum, pro acribus oculis obtueri. Sumptum de fabula Persei & Gorgus. γοργὸν dictum putāt κατὰ τὴν ὀργήν, quod irati acribus oculis

obtueantur. Item Homerus Iliados 8. de Hectore.

Γοργὸς ὀμματ' ἔχων ἠδὲ βροτολογίῃ ἄρεος. i. Gorgonius oculis, quales & Martis atrocis.

μικρὸν βλέπειν alias commemorauimus.

*Tolle digitum.*

Αἰεὶ δ' ἀκτυλον, id est, Tolle digitum. Victum te fatere. Nam hoc signo qui in conflictu succubisset: τὴν ἠτῆν agnoscebat. Persius in Satyra 5.

Nil tibi concessit ratio? digitum exere, peccas.

Cognatum illi, quod alio dictum est loco, Dare herbam. Huc, ni fallimur, respexit D. Hieronymus in dialogo Luciferiani & Orthodoxi, cum ait: En tollo manum, cedo, vicisti. Athenæus lib. 6. ex Antiphane refert hos versus, in tragicos poetas,

Ὅταν μὲν δ' αὐτῶν εἶπαι ἔτι, Κομῆ δ' ἀ' περιήκασιν ἐν τοῖς δ' ἑαμασιν, Αἰετῶν ὄσπερ δ' ἀκτυλον τὴν μηχανὴν. id est, Vbi nil habent, quod dicere queant amplius,

Sed prorsus herent explicanda in fabula, Repente tollunt machinam digiti vice.

Paulo aliter vsus videtur M. Tull. libro in Verrem 6. Accurrunt tamen tutores, digitum tollit Iunius patruus. Nam hic videtur esse gestus comprobantis, aut se profitentis emptorem, siue conductorem. Siqui dem & hoc pacto olim ferebatur iustitiam, & in auctionibus eodem, qui volebat, declarat se emptorem, aut conductorem.

*Videberis, me videns, plane Martem videre.*

Βλέπειν γὰρ ἀντικρὺς δ' ὄψεαι μ' ἄρην. id est, Martem videre me, videberis palam.

De his, qui se strenuè pollicebantur opitulaturos, ac Martem quendam acturos. Est alicubi, apud Aristophanem. Nam locus non dum occurrit.

*Bos in ciuitate.*

Βῶς ἐν πόλει, id est, Bos est in ciuitate. Dicitur ubi quis ad nouos honores euehitur. Lyfias bouis imaginem æream in arce collocauit Athenis. Ea res in vulgi iocum cessit. Nam in agris bouum vsus est, non in urbibus. Quadrabit & in eos, qui præter meritum euehantur ad summos honores.

*Braſidas quidem vir bonus.*

*Βραſίδης μὲν ἀνὴρ ἀγαθός, αἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι, πολλὰς εἴχουσι κερδῶνας,* id est, Braſidas vir bonus quidem ille, sed Lacedæmon multos habet præstantiores. Aduerſus eos, qui se non modo primos, verum etiam solos existimant. Natum ex apophthegmate, quem admodum docet Plutarchus in Laconicis, & item in vita Lycurgi. Finitimum illi: Multi Manii Ariciz.

*Hedera post anthisteria.*

*Ἀκισσὸς μετ' ἀνθιστήρια,* id est, Hedera post Anthisteria. Cum sero quidpiam adhibetur. Nam hinc habent nomen, quod eo mense plurima è terra efflorescant. Apparet in iis ludis morem fuisse coronari hedera. De Anthisteriis, id est, floralibus festis diximus in proverbio, *κέρεις ἐνέραις,* id est, Cares foras. Videntur illa fuisse quæ Latini vocant Bacchanalia. Hedera autem Baccho sacra erat, vnde κερφόροι dicti, qui in ludis illis se rebant hederas. Conuenit cum eo, quod alibi retulimus: *μετὰ πλὴν ἰερῶν,* id est, Post festum:

*Ex Academia venis.*

*Ἀκαδημίην ἐνέεικας,* id est, Ex Academia venis. De se uero & composito seu docto. Sumptum à Platoni schola. Quamquam & per Ironicam torqueri poterit in fastuosum, & vulgum tetrico philosophum agentem. Quin Athenæus libro 12. significat dictum in nitidos, & cultu insigni, quod his Plato delectaretur mundiciis. Ita Antiphanes philosophum elegantius cultum ubi depinxisset, apud hunc ipsum: *τὴν μακρὰν εἰς λέγαν, ὄλους ἀντὶ τὸ ὄρα μὲν πλὴν ἀκαδημίην δ' οὐκ ἔειπε.* Sed quid necesse est plura dicere? Ipsam videre videor mihi Academiam.

*Senem erigere.*

*Ἐρίγητα δ' ὄρεθ' ἀφ' αὐροῦ ὅς τις ἐπίσει.* id est, Erigere durum est, qui cadat iuuenis, scilicet.

Haud facile dediscuntur à senibus, vitia, quæ pueri didicerint, & in omnem inhererint vitam, Et tamen in senectate quoque conandum, ut vitis careamus, quantumuis inhererint.

*Terra defossum habet.*

*Ἐν κρήνῃ τῆς γῆς,* id est, Terra defossum ha-

bet. In eum, qui non impertit, neque profert suas dotes. Sumptum ab auaris, thesaurum humo defodiētibus. Quod apud Plautum facit Euclio. Itidē Horatius in Epod.

*Hæud parauero,*  
Quod aut auarus ut Chremes terra præmam,  
Discinctus aut perdam ut nepos.

*Senescit bos.*

*Τρεῖς ὁ βῶς, δ' ἔργα πολλὰ τῆς βοῦς.* id est, Bos senescit, at opera multa sunt bouis.

Cum ob ætatis imbecillitatem aliquis inutilis redditur ad obeundum munus. Nam diuitum vulgus haud aliter ministris utitur, quam equis & canibus, aut paullo etiā in humanis dum vsui sunt, alliciunt: ubi fenerint, reiciunt. Vnde consultum est, ut vnusquisque sibi paret, quo senectutem suam commodius foueat, alacrique, ne tum cogatur ex aliena liberalitate pendere, cum à nemine non contemnetur. Ac meminerit Diogenis apophthegmatis, qui rogatus, quid nam esset in hac vita calamitosissimum, respondit: *γρεῖν ἄπορος,* id est, Senex egens.

*Sui acina dependes.*

*Ἀποτίσας χοίρει γίγαρες,* id est,

Acinos sui improba pendes, Lues quod admissi, reddes quod abstulisti non sine scœnore. Quadrabit, ubi pusillum commodi magno dependitur malo. Natum apparet à rustico, quopiam, qui verbis hisce comminatus sit sui pastenti racemos.

*Dum cessas boreas.*

*Ἀριστοτέλης in Problematis sectione 26. problemate 57. iuxta Theodori supputationem, testatur hunc versiculum prouerbio celebrem fuisse:*

*Ἀρχομένης τινότης, καὶ λήγοντος βορέαο.* i. Surgit ubi notus exortis, boreasque, residit. Quo significant tempus opportunum prosperæ navigationi. Subauditur enim *ἔειπεν πλεῖν,* siue *ἔειπεν πλεῖν,* propterea quod auster minus vehemens oritur: definit autem perquam vehemens, diuersum accidit in Aquilone. Atque huius rei philosophus causam admodum probabilem reddit, Nos enim, inquit, ad septentrionem potius

potius quam ad meridiem vergimus, & aequilo stat à septentrionibus, auster à meridie. Hinc fit, ut ille statim vehementior, proxima inuadat loca, deinde vehementiâ suâ ad longius remotos transferat; propinquis ortui mitior. Hic è diuerso, ad meridiem positos, primum vrgeat: post ubi præterit, mitior ad nos veniat. Licetbit & longius detorquere prouerbiu nec id sine gratia, si quando significabimus tempus adesse com modum & aptum gerendæ rei, ut cum illo congruat, quod alibi positum est: Cû pluit, molendum.

*Inuulnerabilis ut Cæneus.*

Ἄρην ὡς ὑπόχρατος ὡς κωνεύς, id est, Inuulnerabilis es, ut Cæneus. De his, qui lædi non possunt. Est in poetarum fabulis, Cæneum munere Neptuni nullo telo vulnerari potuisse. Ceterum iuxta fidem historiarum, Cæneum Thessalum quempiam aiunt fuisse rei bellicæ cum primis peritum, adeo ut cû multis præliis interfuisset, numquam vulnus acceperit. Denique cum Lapithis auxiliu ferret aduersus Centauros, deprehensus solus, ab hostium multitudine obrutus est, citraque corporis vulnus extinctus. Itaque Lapithæ, cadauere, integro reperto, sparserunt rumorem, Cæneum in omni vita inuulnerabilem fuisse. Venustius enunciabitur per comparisonem.

*Sale perunctus hic adiunabitur.*

Ἄλιν δ' ἰκονυχθεὶς ὄναρ' ἂν ἔτοσι, id est, Acri sale hic perlutus adiunabitur. In eos dicebatur, qui vel ætate, vel vino delirarent. Quidam ab vtrius trãslatum existimant, qui sale loti redduntur meliores, quod salis acrimonia, coriorum crassitudinem emendet. Itidem temulentia laborantes mos erat sale & oleo perungere. id aduersus ebrietatem existimabatur. Quidam à vasis testaceis ductum malunt, que sale imbuntur, quo fidelius cõrineant liquorem infusum. Sumptum est autè prouerbiu ex Aristophanis Nebulis.

*Aqui non est apud aram consultandum.*

Ἄλλ' ἔστιν ὅτι τὸν θυμὸν τὰς ἰπνοίας, i. Atqui nihil opus iuxta aram cogitare. Consultandum antequam incipias, in ipso negotio sera consultatio. Sumptum à sacrificiis, qui pro ritu sacrorum omnia præpa-

rant, priusquam accedant ad aram. Nam in ipsâ sacris periculosum existimabatur, si quid parum rite dictum ac factum fuisset à sacerdotibus, aut patrimis, ac matrimis. Declarat M. Tull. in oratione De responsis Artuspicum: An si ludus constitit, aut tibiicen repente conticuit, aut puer ille matrimus & matrima si terram non tenuit, aut thensam, aut locum omisit, aut si ædilis verbo, aut nutu abetrauit, ladi sunt non rite facti.

*Mars haud concuissus sua ipsius armis.*

Ἄρης τὰ ἀντὶ ὅπλα ἔσκαλλε, id est, Mars sua ipsius arma non iactat. Commode feruntur quibus assueuimus, queque nobis quadrant, etiam si sint grauissima. Iactamus enim, quod incommode ferimus. Vn de Iuuenalis:

Nec iactare iugum vita didicere magistra. Ita studiorum labor qui occideret athletã, non grauat eruditum.

*Smaragdus in luce obscurus.*

Ἀργύρος ὡς σμάραγδος, ἐν μὲν τῷ φαεινοτέρῳ, id est, Insignis smaragdus, in luce quidem obscurus. In eos iaci solitum, qui præpostero ibi semet occultarent, ubi maxime conueniebat edere virtutis specimem. Plinius inter smaragdorum varietates commemorat, qui dicti sint cæci, quod colore sint obscuriore. Id vitii magis in sole deprehenditur, cum ingens color ille suauius vitens, nec sole mutetur, nec vmbra, nec lucernis, ac ne aquis quidem. Quemadmodu idem docet Plin. lib. 37. c. 6.

*Martis pullus.*

Ἄρης ὡς νεότης, id est, Martis pullum, vocatad bella magnopere propensum. Aristophanes in Aibus:

Ἄρης ὡς νεότης, ὡς νεότης δὲ ἄσπρα. id est, Pullus Gradini, ò pulle rector, atque here. Sentit autem de gallo, qui quod omnium auium sit pugnacissimus bellacissimusque, vnde & crista & calcaribus armatus est, Marti facer est. Vel quod is olim fuerit adolescens Marti in deliciis habitus, qui consuevit obseruare, Marte cum Venere cubante, ne quis eorum interueniret. Deinde cum illo dormiente Sol aduenisset, Marsque turpiter esset deprehensus, iratus gallu adolecentem in atem commutauit, manentibus etiã nuni pristinae naturæ vestigiis.

Narrat hanc fabulam Lucianus in Gallo. Prouerbia meminit, & Laertius in vita Diogenis Cynici .

*Vtrem mergis vento plenum.*

Ἀσκὸν βαπτίζεις πνέσματι πλερῆ, id est, Vtrem mergis vento plenum. Competit in eum, qui frustra conatur, vt qui castigat inemendabilem, quod inflatus vter, quantumuis immergas, sursum emicet. Natum videtur ex oraculo Sibylle, quod illa edidit de ciuitate Atheniensis :

Ἀσκὸς βαπτίσει, δ' αὖτις δέ τοι δέ θείμι ἔσαι. i. Vter tingeris, sed mergere nemo valebit.

*Durus alloquijs.*

Ἀτρεπὸς ἀνθρώπου προσηγορικῶν, id est, Im mobilis siue inflexilis alloquio. Ductum à cera, quæ tractando mollescit . ἄτρεπτον αὐτὸ dicitur, quod non queat liquefieri. Competit igitur in hominem inexorabilem .

*Profectus ad apaturia.*

Ἀπώχης ἀπαύξει ἐπαυκῆ ἐς βαρυλιῶνα, id est, Profectus ad apaturia, rediit Maio. Dicitur solitum in eos, qui licentius immorarentur negotio cuiuspiam. Athenis festum erat, quod Apaturia vocabant, id triduo peragebatur. Primum diem appellabant ἡμέραν, propterea quod sub noctem conuenientes φρονεῖτορες conuiuium agerent. Secundum appellabant ἀνιάξην, quod in eo rem diuinam facerent Ioui Phratrion, ac Miueræ. Tertium κερῶν, quod iuuenes & puellæ ingentem transcriberentur. Meminit Suidas copiosius de hoc festo: verum ea non multum at tinent ad explicandum prouerbiū .

*Ego tibi de allijs loquor, tu respondes de capis.*

Ἐγὼ σκόροδ' αὖ σοι λέγω, σὺ δὲ κρομμὶ ἀποκρίσας, id est, Ego tibi loquor de allijs, tu respondes de capis. Simillimum illi : ἄμωσ ἀποτην, cum aliud responderetur, quàm rogaris, vel contra, cum inepte responderetur inepte sciscitanti. Confinia sunt inter sese capæ, & allia .

*Aurificem te futurum credebas.*

Χρυσόκοιταν ὄν, id est, Aurificem te futurum arbitrare. Natum aiunt ab huiusmodi quodam euentu. Inualuerat aliquando sa-

ma apud vulgus Atheniensium, in Hymetto monte magna auri fragmenta videri, quæ à formicis illis pugnacibus seruantur : Itaque quidam credulim sumptis armis exierunt illas expugnaturi: qui cum te infesta, frustra; sumpto labore redirent in urbem, irrisi sunt à ceteris ciuibus, illud obiectantibus, σὺ δὲ ὄν χρυσόκοισαν, id est, Tu credebas te futurum aurum. Meminit huius rei Eubulus in fabula cui titulus Glaucus :

Ἡμεῖς ποτ' ἀνδραῖς κηρόπιδας ἐπέσομεν .

Λαβόντες εἰς ὑμέτων ἔξειλθεν ὄπλα .

Καὶ σὺ ἐπὶ μύρμηκας ἡμεῶν τρεῖων

Ὡς χρυσὸν δόκτης ψήγματι πεφηνί . i.

Quondam viris nos Cecropidis persuasimas,

Sumptis vt armis montem Hymettum incurrerent,

Contraque formicas cibaria tridui

Ferrent, velut fragmentula auri fusilis Apparuisent.

In penultimo versu aut mendum est, aut defectus: fortasse pro τὸν legendum σίτοι. Itaque certe constabit versus :

Καὶ τῶν ἐπὶ μύρμηκας ἡμεῶν τρεῖων.

Extat & apud Platonem lib. De republ. 5.

Τὶ δὲ ἢ ὁσὸς θεακτύμαχος, χρυσόκοις, εἰς τὸ δὲ

καὶ ἐνθάδ' ἀφίχθαι, ἀλλ' ἔλογον κηρόκοιτον .

id est, Quid autem erat tuus Thrasymachus,

si auri sulor, ad eos, qui nunc hic fune, adue-

nisset, ac non potius rationes audieturus .

Aeschines. ἀποφοιτῶντες ποδὶ τὰς δ' ἅλας

ὅτι χρυσόκοιτον ἐμάνθην, ἀλλ' ἔδο' προκείμενον

αὐτῷ κρομμῆν πύχην. id est, Cum hinc se

subduxerit, perspicuum est quod aurum fundere didicit,

potius quàm id facere patere,

quod ipsi propositum erat. Paræmia conuenienter, vbi quis ingentes spes animo conce-

pit, sed discedit frustratus. Quod fere solet

accidere iis, qui suo sumptu mittunt, qui

terras peruelligunt incognitas, aut qui for-

naces alchimisticas omnia sua profundunt .

*Seiuncta sunt Merthæ ac Siloam fluenta .*

Χωρὶς τὰ μερῶν καὶ σιλωὰν ὄβρυμα . id est,

Seiuncta sunt Merthæ, ac Siloam fluenta .

De longo interuallo distitis inter sese. Ve-

luti si quis dicat, inter amicum & adula-

torem plurimum interesse. Finitimum

illi, χωρὶς τὰ τῶν μυσῶν καὶ φρυγῶν, id est,

Separatæ sunt possessiones Mysorum &

Phrygum. Apparet neotriticum esse prouer-

uerbium .

τὸ δὲ

Τ δὲ δὲ πυρα.

Τ δὲ δὲ πυρα οἶον τὰ σελ. De minis, ac terriculis inanibus : aut cum ostenditur arte periculum, cum re nullum sit periculum. Translatum à militari astutia, qua fit, vt ad terribandos hostes noctu diuersis locis ignes incedant, vt ingens exercitus esse credatur. Eos ignes adsimulatos, Ἰ δὲ δὲ πυρα vocant. Non habebit prouerbii gratiam, nisi transferas ad eos, qui fumis verborum territare student aliquem, aut in fraudē illicere. Sic enim interdum falluntur & nauaz.

Psyra Bacchum.

Ψυρα τὸν δῖον σοον, id est, Psyra Bacchum, Stephanus & Suidas citant è Cratino : ψυρα τὸν δῖον σοον ἄγοντες. id est, In Psyra Bacchum ducentes. Rursum : ἐν κείσει, ψυρα τι πῶσθερον ἄγεις. id est, Et in Psyra Spartani duces. Annotatum est & ab Hermolao Barbaro. Dictatum adagium, vbi vinum appositum in conuiuio nemo gustat : aut de sordido apparatu. Psyra pusilla quæpiam insula est haud procul à Chio, in qua vinum non prouenit. Meminit & Strabo lib. 14. Hanc Homerus Odysseæ. ψυρίην appellat. In Græcorum commentariis reperitur scriptum aliquoties ψυρα finali circumflexo, sed mendose, ni fallimur.

Caput vacuum cerebro.

Ὁ οἶα κεφαλὴ καὶ ἐνέφαλον ἔχει, id est, O quale caput & cerebrum nō habet. De his, qui corporis specie præcellunt, ingenio carentes. Natum ex Apologo, qui circumferretur inter Aelopicos. Vulgo quoque vecordibus & insipidis aiunt cerebro vacuum esse caput.

Crudelis Bacchus.

Ὁ μωρὸς δῖον τ, id est, Crudelis Bacchus. Baccho quondam viuos homines sacrificari mos erat. Vnde in crudeles conuenit : sine quod tumultentia reddat feroces, & immites.

Hoc calcamentum consuit Histiaz.

Aristagoras induit.

Τὸ τοῦ πόδημα ἔρδρα μετὰ ἰστία, ὑπὲρ σοκτο δὲ ἀρισταγόρου, id est, Hoc calciamentum. Histiaz quidem consuit, ceterum Aristagoras induit. Diogenianus admonet dici loricum in eos, qui callide sua malefacta in

alios reiciunt. Adagium natum est ex huiusmodi historia. Histiaz quispiam patria Samius, Dario amicus, ab eodem in Persidem missus est, illic diutius commorati incessit patriæ reuiscendæ desiderium. Verum cum à Rege commeatum impetrare non posset, scribit ad Aristagoram ex fratre nepotem, vt Iones ad defectionem sollicitaret, videlicet vt hac occasione dimitteretur. Excogitauit autem nouum litterarum transmittendarum genus, cuius meminit & Aulus Gellius Noctium Atticarū lib. 17. cap. 9. Seruo cuidam spectatæ fidei, diu oculos ægros habenti, capillum ex omni capite, tamquam medendi causa deradit, caputque eius leue litteratum formis compingit. His litteris, quæ voluerat, scripsit. Hominem postea quo ad capillum adulescet, domi continet. Renatis pilis, ad Aristagoram mittit. Et cum ad eum veneris, inquit, mādasse me dicito, vt caput tuum, sicut nuper egomet feci, deradat. Seruus vt impetratū erat, ad Aristagoram venit, mandatum domini adfert. Is non esse frustra ratus, capite derafo litteras legit, ac mente Histiaz cognita, totam ferme Ioniam ad defectionem traxit. Darius postea quam hæc cognouisset, desciiuisset Iones, Histiaz in cōsiliū adhibet, quem potissimum in Asiam mittere oporteat ad res componendas. Is persuadet vt sese mittat, vtpote idoneum ad sarcendam defectionem Ionum. Itaque posteaquam in Asiam deuenisset, iamque in suspicionem venisset Sardium præfecto, tamquā auctor huius motus fuisset, hoc audiuit ab eodem : ἔγω τοι σιὰ εἶχα κατὰ ταῦτα τὰ πρήματα, τὸ τοῦ πόδημα ἔρδρα μετὰ ἰστία, ὑπὲρ σοκτο δὲ ἀρισταγόρου. id est, Sic hæc res habent Histize. Tu quidem calcem hunc consuisti, ceterum Aristagoras induit. Meminit & Herodorus quinto & sexto libro, in hunc modum ceterens quemadmodum retulimus. Significabat autem eius consilii primum fontem & auctorem fuisse Histiaz, administratorem Aristagoram. Ea vox deinde, vt fit, vulgo cognita commenti nouitate, in populi fabulam abiit. Videtur magis conuenire, quoties in astutis & improbis consiliis alteri alteri auxilio, est nutraq; opera sese iuuant. Nam dare consilium, est tāquam calcem confluere : vti consilio & exequi, est velut induere calciamentum.



*Quæ non posuisti, ne tollas.*

Α' μὴ ἐκτίτῃς μὴ ἀνίσχῃς, id est, Quæ non deposuisti, ne sustollas. Citatur à Platone libro De legibus vudécimo, tamquam ex poeta quoriam. Læcius refert inter Solonis leges, sentiens, opinamur, de terminis agrorum nō mouendis, quos maiores fixissent. Conuenit in furaces, & in eos, qui repetunt quod non crediderunt: item qui sibi postulant acceptum ferri, quod non præstiterūt.

*Bulbos queris.*

Βολβός ζῆτος, id est, Bulbos queris. Iocus pro- uerbialis in eos, qui iuxta Persium :

Obstipō capite desigunt lumina terræ.

Plutarchus in Symposiacis: καὶ γὰρ ὁ γελῶμε-  
ος ἄριστος, καὶ περιμωδὴς ἴσθι, βολβός ἔ μικρο-  
τυτι διαφύγει τὸν κερκυνδὶ, ἀλλ' ἔχων δ' ὡσαμιν  
ἀντιπῶδ' καὶ ἀπ' ἐπὶ ἢ σινὴ καὶ τὸ δ' ἔριμα τῆς φῶ-  
κῆς, id est, Etenim ridiculus iste, inquit, &  
pro uerbio obnoxius bulbus, haud ideo ful-  
mē effugit, quod pusillus sit, sed quod vim  
habeat contrariam fulmini, quemadmodū  
& ficus arbor, & vituli marini pellis. Porro  
zifus pro uerbialis, de quo meminit Plutar-  
chus, sumptus est, ex Aristophanis Nebu-  
lis, ubi Strepsiades Socratis ingrediens scho-  
lam, admiratur discipulos Socratis prono  
capite terram spectantes. Respondenti quæ  
cuipiam :

Ζητῶσιν ἄτοι τὰ κατὰ γῆς βολβός ἄρα

Ζητῶσι, μὴ μὴ τῶ τῶ γῆ φροσίλει,

Εγὼ γὰρ οὐδ' ἴν' εἶσι μεγάλοι καὶ καλοὶ id est,

Querūt habet quæ terra Strapsiades. Bul-  
bos scilicet

Quærun, rei sed cura ne quid istius

Voz angat, ego enim noui ubi sint magni  
& boni.

Quod si quis malit referre ad id, quod est  
apud eundem poetā in Pluto, ταυτὸν ἔμῳ  
φκρόντις, i. Qui caldē mecum cæpas edistis,  
equidem haud magnopere repugnari. Signi-  
ficat autem tenues amicos, qui quæ, ut  
ait Terentius, paupertatem vna tulerunt  
grauem. Persius item Satyra quarta, de sor-  
dido & impendio tenaci, parco quæ :

Hoc bene sit, tunicarum cum sale mordēs  
Cæpe, & farratam pueris plaudentibus  
ollam.

Extat apud eundem Aristophanem in Con-  
uonauicibus & alius de bulbo iocus huius-

modi, καταφάγων βολβὸν χύττω. i. Qui de-  
uorauit bulborum ollam. Verba sunt anic-  
culæ ad iuuenem detrectantem coitum, quæ  
vnu duabus par esse non posset, καλῶς, in-  
quit, ἐπεὶδ' ἂν καταφάγῃς βολβὸν χύττω:  
Nam bulbos iritare Venerem, testatur &  
Martialis:

Nil aliud bulbis, quam satur esse potes.

Et Columella in carmine:

Iam Megaris veniant genitalia semina  
bulbi.

Sunt autē multæ bulbi species, sed omnes,  
inquit Dioscorides libro 2. habent acrimo-  
niam, & calore Venerem stimulant, quem-  
admodum eruca: de qua Columella:

Excitet vt Veneri tardos eruca maritos.

Suidas duo de capis adagia refert, κρομμύα  
ἰδιῶν, i. Cæpas edere: & κρομμύων ὀσφάρι-  
δα, id est, Cæpas odorari, quæ suo reddidi-  
mus loco.

*Exαστα via viaticum querere.*

SENECA in libello De moribus: Quid no-  
stultius est, quàm quod dici solet, via defi-  
ciente, viaticum querere, aut augere? Qua-  
drat in senes auatos. Laborat enim ea ætas  
plerumque hoc vitio: vt quo minus supe-  
rest vite, hoc magis sit de viatū sollicita. Cō-  
tra iuuentus huius studii vel maxime ne-  
gligēs est. M. Tull. in Catone Maiore: Aua-  
ritia vero senilis quid sibi velit, non intel-  
ligo. Potest enim quidquā esse absurdus  
quàm quo minus viæ restat, eo plus viatici  
querere?

*Omissa h: pera, pedem insequeris.*

Αφείς τὴν ὑπέρων, τὸν πόδα διώκεις, i. Omis-  
sa hypera, pedē sectatur. Conuenit, vbi quis  
omissis his quæ magis ad rem attinebant,  
leuicula quæpiam curat. Hyperæ nautici su-  
nes sunt, quibus antennarum cornua tra-  
ducuntur. Pedem autem vocant imam clau-  
ui partem. Verum hyperatarum maximus  
vſus in nauigando. Suidas adagium citat  
ex Hyperide. Item qui scripsit scholia in  
Demosthenem, ex lib. τῶ τὰ εἰχῆς primo:

*Becceselenus.*

Βεκεσίλων, pro uerbio dicebatur stupidus  
ac delirus, syderatus, aut admodum senex.  
Beccus Phrygum antiquissima lingua pæ-  
nem significat: auctore Herodoto libro 2.  
σιλῆν lunam. Vnde Arcades, qui volunt  
morta-

mortalium omnium antiquissimi videri, προτελῆνοι dicitur, tamquam antiquiores ipsa luna. Quod notat Apollonius lib. Argonauticon 4.

Ἡρακλῆς δὲ καὶ πρῶτος σεληναίος ὕδατοναι. Pfammichus autem rex, hoc argumento deprehendit, Phrygios omnium antiquissimos fuisse, quod pueri qui nullam vocem hominis audierāt, Bacchum sonarent. Suidas hoc loco iocans, negat mīxū videri debere, si caprarum vocē imitati sunt, qui fuerunt à capra nutriti. Nam id asserit Herodotus. Vtitur Plutarchus lib. 1. De vitis Philosophorum: καὶ γὰρ πλάτων ὁ μεγάλος ἐπὶ τῶν ὄρεων, ὁ θεὸς ἐπλάσει τὸν κόσμον πρὸς ἑαυτὸν ὑπόθεγμα, ὅζην λίαν βυκκιστέλης, κατὰ γὰρ τὴν ἀρχαίαν κωμῶδίας ποιήσας. i. Etenim Plato vocalis cum ait, deus condidit mundum ad suam ipsius imaginem, oledelirationem Becceselenam, quemadmodum loquuntur veteris comœdiæ scriptores, Sumptum est proverbum ex Aristophanis Nubulis:

Καὶ πᾶς ὁ μὰρ ἐστὶν καὶ κροῖον ὄζων καὶ βυκκιστέλην. id est,

Et quo pacto stolidè tu, & Saturnia olēs, & Becceselene.

Quo loco complura super hac dictione refertur ab interprete, si quis forte requirit.

Imperius anaxyride indutus omnibus id ostendat.

Ἀμαρῆς ἀναφυεῖς ἀ περιεμῖθ' ἴπασι τάντων ἐν δ' ἔκκει, id est, Imperitus, subligaculum siue brachas indutus passim eas ostēdit. In eum congruit, qui propter insolentiam, etiam inaeprissimis rebus esset. Nam rerum imperitis quidquid peregrinū ac novum est, videtur elegans. Eruditi quidam putant Anaxyridem Græcis dici quas Latini vocant brachas, siue feminalia, quæ tegebant mediam corporis partem vna cum feminibus. Brachæ igitur Barbaricæ vestis genus erat, sed præcipue Gallorum quorundam. Vnde & Gallia Brachata dicta est. Anaxyride vero & Persis in vsu fuisse declarat Strabo. Vidimus & Venetiæ patricios iuvenes si quando peregrinantur, gaudere Gallicis subuculis, absque veste superiore, quod idē domi non faciunt. Quadrabit & in eos, qui sibi videntur aliquid, quod Gallicelocuantur inter Germanos, aut q̄ vocibus obsoletis, obscuris aut peregrinis venditant sese,

Subolet hoc ab Apollonio additum ex huius ætatis adagiis.

Minerva suffragium.

Ἡδ' ἄνδρας ἴψ' ἔθ' id est, Mineræ suffragium. De exacto iudicio: contrariū illi, ὅς ἔκριτο, id est, Sus iudicavit. Sed lepidius fiet, si per ironiam essetatur in stupidum, & nullius iudicii hominem.

Per parietem loqui.

Διὰ τοίχον λαλῶν, id est, Per parietem loqui. Dicitur qui ridicule quid facit. Siue quod obstat pariete neuter alterum audit, siue quod ad eum modum colloquuntur amantes: vt testatur Ouidius de Pyramo, & Thybe.

Interuallo peris fames, & optime perditur.

Διὰ μισθ' ἰσθ' ἰσθ' καὶ κάλως ἀπολλυται, id est, Intercapedine optime perit fames. Mora multis rebus adfert remediū, & maxime itacundiæ. Invenitur etiam hoc interpretamentum, vt sit sensus: Extincto famelico, fames item pereat necessum est.

Statuam faucibus colas.

Ἀνδρείοντα γεγαλιζεις, id est, Statuam colas gutture. De re maiorem in modum absurda, quæque fieri nullo pacto possit. Veluti si quis hominē præpotentem & iniuctum frustra conetur opprimere. Nec enim lique scit statuam.

A mens longus.

Ἀσος ὁ μακρός, id est, A mens qui longus, hoc est, quod vulgo dictitant, prelongis mētem deesse, pusillus nimium adesse animum. Sumptum videtur ex Sophocle, apud quē hi versus sunt in Aiace flagellifero:

Ὅδ' ἄνδ' οἱ πλάτεις,

Ὅδ' ἄνδ' ἄνδ' ἄνδ' φάτις ἀ σφακίς τετοι,

Ἄλλ' οἱ φρονήτεις δὲ.

id est,

- Non enim his,

Qui porriguntur mole vasta corporis,

Latoq; tergo, niti oportere maxime

Verum magē illis, qui valent prudentia.

Videtur in eadē ferme sententia fuisse Homerus. Tydeum fingens corpore pusillo, ceterum strenuum. Sic enim ait Iliados E.

Ἦνδ' ἄνδ' τοι μακρὸς μὲν ἔνδ' ἄνδ' ἄνδ', ἀλλ' ἄνδ' ἄνδ'.

id est,

Strenuus in pugna Tydeus, sed corpore parvus.

Idem habetur in obsceno carmine:

Vtilior

Vtilior Tydeus, qui, si quid credis Ho-  
mero,  
Ingenio pugnaz, corpore paruius erat.  
Et apud Statium :  
Maior in exiguo regnabat corpore vir<sup>o</sup> .

*Antiope iustus.*

Ἀντιόπης ἄριστος, id est, Antiope iustus . Dici-  
confuevit, vbi quis immerens calamitatibus affligitur, deinde malis eximitur . Natum adagium ab Antiope fabula, que Nyctei filia fuisse narratur . Ea cum esset à ciue quodam vitata, pater grauius irascens, ad fratrem Lycum mittit, vt de ea supplicium fumeret . At ille, quod vterum ferre videret, misertus, pepercerat . Itaque peperit Zethum & Amphionem, quos ille in montem abiecit . Erat autem huic vxor nomine Dirce, que simul atque sensit virum suum Lycum Antiope captum amore, puellam in montem abductam tauri ceruicibus adligat, suspensis à cornibus tedis ardentibus, parans illam hoc exitii genere conficere . Verum ad vociferationem Antiope concursus est, cum à vicinis rusticis, tum ab Amphione Zethoque, qui matrem agnitam eripiunt, à Dirce pœnas sumunt .

*Fuge procul à viro maiore.*

Ἀλλ' ἀπὸ μείζονος ἀνδρός. id est,  
Qui te fortior est, hinc tu vitare inemeto .  
Cave à commertio potentium : habe commertium cum squalibus . Etenim optimum familiaritas, aut seruum facit & turpem : aut si nescias adulari, periculis obii-  
cit . Cum paribus vt multo suauior, ita tutior etiam vita est . Pindarus in Nemeis :  
εἶδ' εἰ δεικνύει, καλεπὰ δ' ἔρις ἀνθρώποις ὀμιλεῖν κρείσσον . id est, Cave certamen congruere cum hominibus potentioribus . Congruit cum eo, quod alibi dictum est : Procul à Ioue, & fulmine . Et illo : Longe regum manus . Herodorus in Vrania : καὶ γὰρ δὲ νῦν καμὲς ὑπὲρ ἀνθρώπων ἢ βασιλῆος ἐστὶ καὶ χεῖρ ὑπὲρ μῆ-  
κος, id est, Etenim potentia regis supra hominem est, & manus prelonga .

*Absque baculo ne ingredior.*

Ἄνευ βέλκε μὴ βιάσῃτε, id est, Absque ligno ne ingrediare . Inermis ne sis : verum semper ad manum sit, quo depellas, si quis forte quærat ledere . Natum aiunt à Cleomene

quodam Atheniensium duce . Is cum esset in insaniam versus, quod omnibus haberetur exosus, baculum gestans, obambulare confuevit, quo propulsaret impetentes .

*Anus cothonissat.*

Γῆρας καθωνίζουσαι, id est, Anus cothonizantes . De vetulis indecore lasciuientibus . καθων enim temulentum significat : inde fictum verbum καθωνίζουσαι . Athenus lib. vii. decimo variis auctoribus cothonem esse ostendit poculi genus, vnde dicatur καθωνίζουσαι, pro inebriari, & καθωνισμός ipsa temulentia . Et Helychius admonet, Græcis hominem temulentum appellari cothonē, quemadmodum Latini lagœnam vocant aut vntem . Horatius in Odis, in anum vxorem pauperis Ibyci :

Te lanæ prope nobilem  
Tonfæ Luceriam, non citharæ decent,  
Nec flos purpureus rosæ,  
Nec poti vetulam fecer tenus cadi .  
De anu saltante dictum est alias .

*Nudo capite.*

Γυμνή κεφαλῇ, id est, Nudo capite facere quæpiam dicuntur, qui palam, accitra pudorem omnem faciunt . Qui rem pudendam faciebant, iis mos erat cetonibus caput operire . Plautus in Captiui duo : Ipsi de foro tam aperto capite ad lenones eunt, quam in tribu aperto capite fontes condemnant teos . Neque refert vtrum hic aperto, an operito legas per ironiam : nam sensus idē vtriusque lectionis . Vtus est hoc prouerbii titulo & Cyrillus, interpretans Ioannis Euāgelium, & diuus Chrysostomus in Encomio Babylæ martyris . Tegit & Socrates faciem apud Platonem in Phædro dicturus vituperationem amoris .

*In re mala, animo si bono vitare, adiuuat.*

Μερετυρ omnino Plautinus ille senarius ex Captiuis duobus, vt inter adagia recensetur :

In re mala, animo si bono vitare, adiuuat .

Fortiter ferendo vincitur malum, quod cuitari non potest . Eandem sententiam paullo secus explicat in Pseudolo :

Bonus animus in re mala dimidium est mali .

*Muliciv*

*Mulieris oculus.*

Γυναικὸς ὄμμα τῶν ἀκαμάχων βέλος, id est,  
Mulieris oculus spiculum iuuenibus est.

Et Virgilius :

Virgine videndo

Femina.

Idem :

Ut vidi, ut perii, ut me malus abstulit  
error.

Illud alias recensuimus, ἐκ τῶ ὄραν γίγνεται  
τὸ ἔραν, id est, Ex aspectu nascitur amor.

*Decempes vmbra.*

Δεκάπες σκια ἐστίν, id est, Decempes vmbra est,  
id est, cenandi tempus. Veteres vmbrae nota-

bant horas diei. Lucianus in Gallo: Σω-  
κρῆς ἐπισκοπῶν ὁ ποσαπὼν τὸ σιχῶν ἐστίν. id est,

Astidubē obseruās quot pedes haberet linea.

Olim qui vocabant ad cenam, designabant  
ad quam vmbrae solarij vellent adesse con-

uiuas. Itidem qui vocabantur ne uenirent  
ante tempus, rogabant, ad quoram lineam

esset veniendum. Porro vmbra decem pe-  
dum erat gratissima parasitis, cœne spem sa-

ciens, quemadmodum & sumus largior exi-  
liens ē culina. Huius adagij vsum nullum

videmus, nisi si quis significare volens ho-  
minem vehementer edacem, dicat illi ma-

gnopere placere vmbrae decempedem.

Aut nihil agere quempiam nisi obseruare  
vmbrae decempedem : quomodo vtitur

Aristophanes in Concionaticibus :

Σοὶ δὲ μελίση  
Ὅταν ἢ δεκάπην τὸ σιχῶν id est,

Ἀπικρῶς χωρεῖν ἐπὶ δ' ἔπιον. id est,

Verum hoc fuerit tibi curæ,  
Vbi facta sit vmbra decempes,

Ad lautam adcurrere cenam.

Ammianus lib. 23. tradit, apud Persas nul-

lam horam prescriptam sumendi cibū præ-

terquam regibus, sed suum cuij; ventrem  
solarium esse: & apud Plautum, si satis cō-

niemini mus, parasitus quispiam destoma-

chatur in eos, qui horologiorum vsum cō-

mententi sunt, cum venter sit optimum ho-

rologium. Adagium refertur à Suida.

*Diagoras Melius.*

Διαγόρας ὁ μῆλιος, id est, Diagoras Melius. In  
sceleratum ac scædistragum & impium. Hic  
capta Melo vixit, & Atheniensium sacrorū  
mysteria vsque adeo contempnit, ut com-  
plices auerterit à religione, deterruitq;

ne iam vellent initiari. Præterea arcana il-  
la mysteria, quæ nefas est prophanis ede-  
re, ille impius in vulgus exultit, modis  
omnibus irridens. Quas ob res ab Athe-  
nensibus proscriptus est, eamq; proscri-  
ptionem palam in greca columna posuerit,  
addito præmii loco talento, si quis homi-  
nem occidisset: si quis viuum adduxisset,  
duobus. Meminit huius Aristophanes in  
Ambus:

Ἦν' ἀποκτείνῃ τις ὑμῶν διαγόραυ τὸν μῆλιον,  
Λαμβάνειν τάλαντον, ἢν τι τῶν τυραννῶν τις  
τινα'

Τῶν τιθικῶτων ἀποκτείνῃ, id est,

Si quis è vobis Diagoram Melium inter-

fecerit,  
Præmium feret talentum, siq; quis quem  
è mortuis

Interemerit tyrannis.

*Sexdecim pedibus superauit.*

ἩΛΥΘΟΥΑΛΟΥΑΜ alienum est à prouerbis  
li figura, quod in Pericle scripsit Aristides,

nempe Periclem oratorem reliquos in di-  
cendo sexdecim præterisse pedibus, λέγων,

inquit, ὡς ἐκαδέσιν κ' ἐκ μὲν ποδῶν ἦρα τὸς ῥήτο-

ρας ἐν τοῖς λόγοις, μῶν δὲ πενθῆτις ἐπικλιθῆν ἐν  
τοῖς χέλεσι, πάντα δὲ ἐκ μὲν φλυσιῶν πρὸς ἐκεί-

νον. id est, Dicens illum sexdecim pedibus  
vicisse Rhetores dicendo, atque in vnius il-

lius labiis infedisse suadela quādam. Ce-

tera vero omnia nugas præ hoc fuisse. Ita-

que sexdecim pedibus pro maximo inter-

uallo dixit. Sumpta metaphora à stadiis  
cursorum. Locus autem hic de Pericle est

apud Eupolim comicum, in comœdia cui  
titulus: Δῆμοι,

Κεκτίσας ἄτος ἐγένετ' ἀνθρώπων λέγειν,  
Ὅπότ' ἐπαίλῃ θεὸς ὅσσοι οἱ ἀγαθοὶ ῥητορεῖς

Ἐκαδέσιν κ' ποδῶν ἦρα λέγων τὸς ῥήτορας.

Ταχὺς λέγειν μὲν, πρὸς δὲ αὐτῷ τῷ ταίχῃ,  
Πενθῆτις ἐπικλιθῆν ἐν τοῖς χέλεσι. id est,

Hic inter homines pluri mū vnus polluit  
Dicendo, quoties præteribat, vti bonus

Agilisq; cursor, sexdecim spatio pedum  
Linquebat à se ceteros iam rhetores.

Sermone celer erat, celeritati aderat huic  
Suadela quādam illius infidens labris.

Hos versus & Aristopha. adducit in Achar-  
nensibus ex Demis Eupolis adiunctis his  
duobus.

Οὕτως ἐκίλη, καὶ μόνος τῶν ῥήτορων,  
Τὸ κείτῃσιν ἐγκλιθῆν ἐπὶ τοῖς ἀκρωμένοις, id est,

Ad eo

Adeo mouebat, atque solus rhetorum, Aculeum in animis liquit audientium. M. Tull. in Bruto: Quam deam, inquit, in Periclis labris scriptit Eupolis sessitauit. Huius immodicam eloquentiam idem taxauit in eadem comœdia:

Ἐπεὶ δὲν ὄργη περικλῆς ὁ δολύμπι  
 Ἀστράπτ', ἐβρόντα, ξυνοῦκα τὴν ἑλλάδα. i.

Pericles at indignatus hinc Olympius Tonat, coruscet, miscet omnem Græciã. Porro quod ad suadendam attinet, id imitatus Ennius apud Giceronẽ in Catone Maiore, M. Cethegum Suadæ medullã dixit. Ab huius prouerbii forma non discrepat illud Aristophanis: ἐκ τῶν πεφιλῶν,

Τῶν ἑλλῶν εἶναι λέγειν ἑκατὸν ψαλοῖσιν ἄρι-  
 σον. id est,

Vt Graiorum dicar gentem stadiis præcedere centum. Lepidius etiam erit, si pro pedibus parasangas dixeris.

*Saxum volutum non obducitur musco.*

Ἀἶψα κωλιθόμου τὸ φῦκ' ὄποι. id est, Musco lapis volutus haud obducitur. Qui non potest eodem in loco consistere, raro fit, vt dicescat. Id totidem pæne verbis et hodie dicunt. Simile illud Fabii: Planta, quæ sæpius transfertur, non coalescit.

*Lityersam cantionem canis.*

Λιτιέρσαν ὠδὴν ἄδεις, id est, Lityersam cantionem canis. Lityerses nothus erat Midæ Regis. Hic cum ageret in Celenis, exceptos eos, qui aduenissent, compellebat, vt secum meterent, deinde præfectis capitibus, reliquum corpus manipulis inuoluēbat. Idem instituit, vt in honorẽ Midæ thericos, id est, æthiūs, aut messorius hymnūs caneretur, vnde ductum prouerbiū, vt qui non ex animo canerent, aut qui coacti canerent, hi Lityersam cantionem canere dicebantur. Menander in Chalcedonio:

Ἀδοντα λιτιέρσαν ἀπ' ἀρίστου τῆς. Meminit huius fabulæ Iulius Pollux lib. de rerum vocabulis 4. capite πρῶτῳ ἀσμιτῶν ἐθικῶν. Sed hoc nouat, Lityersam loris cædere solitum, quos metendo vicisset, sed eū aliquando incidisset in messorē se robustiorem, ab eo trucidatum fuisse. Quosdam autem auctores esse, Herculis manu peritisse. Proinde cantionem eam ad patris des-

derium leniendum fuisse repertam. Lityersæ meminit, & Theocritus.

*Lydum in planiciem prouocas.*

Λυδὸν εἰς πιδίῶν προκαλῆς, id est, Lydum in campum prouocas. In eum competit, qui laceffit iam dudū ad id propensum, ac promptum. Notati sunt Lydi, quod ad bellum capessendum æquo propensiores erant. Herodotus lib. 5. docet Lydos equitatu valuisse. Proinde Cræsus optat Iones equitatu uenire oppugnatum Lydos. Finitimum ei, quod alibi recensuimus: τὸν ἵππον εἰς πιδίῶν.

*Sublata lucerna, nihil interest inter mulieres.*

Λυχνὸς ἀρεῖται ὅ γυνὴ πᾶσα ἢ αὐτῇ. id est, Lucerna sublata, nihil discriminis inter mulieres. Sentit Adagiū, nullam mulierem non esse impudicam, si detur facultas sine teste peccandi. Recenset Apostolius, & vsurpatur à Plutarcho in Præceptis cõnubialibus.

*Lystrati diuitias habes.*

Λυσιστράτης πλῆστον πλυστῆς, id est, Lystrati diuitias habes. Prouerbialis ironia de magnopere tenuibus. A Lystrato quodã tractum, extremæ paupertatis homine.

*Exspecta bos aliquando herbam.*

Μένε βὸς ποτὲ βοτάνῃ, id est, Exspecta bos olim herbam. Dicendum vbi quid sero contingit. Laborat enim bos in agricolando, sed aliquando gustatura herbam enatam. Finitimum illi:

- Et adhuc tua messis in herba est.

*Exspecta anas.*

Μένε γαῦν, ἔμὸν σε πῶδα φιλοσοφῶ, id est, Exspecta anas meum filium, te suauitatum. Nam priusquam adolescat puer, illa decesserit. Confine superiori, cum sera spes ostenditur.

*Magnus versator in te pusilla.*

Μέγας κωλυκτῆς ἐν μικρῷ γὰρ πράγματι, id est, Versator ingens in negotio leui. Nam addita coniunctiuicula constabit versus. Quadrat in eos, qui arte parum honesta sibi diuitias parant. Natum ab Eudamidæ apophthegmate. Is erat Archidami filius, frater Agidis. Cum musicus quidam feliciter videretur cecinisse, quispiam ex iis, qui aderant, rogabat Eudamidam, quid

de eo sentiret : respondit : μέγας κληκτῆς ἐν  
μικρῷ πράγματι, id est, Magnus delinctor in  
re parua, quod existimaret operosam esse  
scientiam, sed nihil adferentem vtilitatis.  
Recentetur à parœmiographis. Refertur  
& à Plutarcho in Laconicis, nisi quod illic  
legitur, κληκτῆς, quod oratorum sit delin-  
te ac mouere affectus. Huic non dissimi-  
le est quod Musonius ait apud Aul. Gell.  
lib. 5. c. 1. in eos, qui modulatu vocum, ac  
Ienociniis verborum excitant inanem ar-  
plausum auditorum : Scito, inquit, illic  
non philosophum loqui, sed tibicinem  
canere.

*Surdaster cum surdastro litigabat.*

Δυσκοφῶ δ' ὀνοκῶς ἐκρίνετο, ὃ δὲ κριτὴς ἠν κωφό-  
της, id est, Surdaster cum surdastro litiga-  
bat. Iudex autem erat utroq; surdior, cum  
res agit inter vndequaq; ridiculos ac stul-  
tos. Extat in hanc sententiam epigramma  
Græcum Nicarchi :

Δυσκοφῶ δ' ὀνοκῶς ἐκρίνετο, καὶ πολὺ μᾶλ-  
λον

Ἦν ὁ κριτὴς τῶτον τῶν ὀνοκωφότερῶ,

Ὡς ὁ μὲν ἂν τέλειον, τὸ ἑνόμιον αὐτοῦ ὀφείλειν

Μικρῶν πινῶ, δ' ὄφει, ἠν κτὸς ἀληλεκίχου,

Ἐμβλέψας δ' αὐτοῖς ὁ κριτὴς λέγει. ἐς τὶ μᾶ-  
λιστα,

Μικτὲρ ἐδ' ἤμιν, ἀμφοτέρω τρέφεται.

Id Thomas Morus olim adolescens, scite  
vertit hunc in modum :

Lis agitur, surdusq; reus, surd' fuit actor,

Ipse tamen iudex, surdus utroq; magis.

Pro qdibus hic petit es, quinto iam men-  
se peracto.

Ille refert, tota nocte mihi acta mola est.

Aspicit hos iudex, & quid contenditis ?

Inquit,

An non vtrique est mater ? vtrique alite.

*Docui te urinandī artem.*

Ἐν ἄρ' ἄρα σὺ ὠβισῶν, καὶ σὺ βυβίσει με ζυτῆς,  
id est, Docui te urinandī artem, & tu me vis  
demergere. In eos quadrat, qui benefacta  
malefactis retaliant, & beneficium acceptū  
in eius ipsius vertunt perniciem, à quo ac-  
ceperunt. Sapit secem.

*Pro eleganti medico malus poeta.*

Ἀπὸ χαρίτων ἰατρῶν, κακὸς ποιητὴς κληκτῆς  
ἰατροῦς, id est, Pro venusto medico malus

poeta dici cupis. In eum dici solitum, qui  
non contentus artis suę professione, in qua  
locum mediocrem obtinebat, pergit aliena  
profiteri, in quibus non perinde sit exerci-  
tatus, nec parem proinde gloriam reporta-  
turnus. Periander quispiam non incelebri  
sama medicus, & eius artis vel cum primis  
doctus, ad poetices studium deflexit, & in-  
eptos quosdam versiculos scribere cœpit.  
Hinc vulgaris ioc' increbruit. Plutarchus  
in Apophthegmatis Laconicis tribuit hoc  
dictum Archidamo Agesilai filio.

*A' remo ad tribunal.*

Ἀπὸ κώπης ἐς τὸ βῆμα, id est, A' remo ad tri-  
bunal. Dicit solitum, vbi quis repete ab in-  
fima cōditione prouehitur ad honesti mu-  
neris administrationem. Taxat Demadem  
oratorē Syrianus Hermogenis interpres,  
qui citra cognitionem artis, statim ad agē-  
das causas irruerit : ἀπὸ τ' κώπης ἀνίπτους  
τὸ τῆς λόγῃ χερσὶν ἐπὶ τὸ βῆμα πηδῆσας. i.  
Qui illocis, vt aiunt, manibus à remo ad  
tribunal irruit.

*In cælum expuis.*

Ἐς ἄραν ὀν πτῖνεις, id est, In cælum expuis, i. fac-  
cis quod in tuum ipsius recidat caput. Aut  
obloqueris his, qui facile possint lædere.  
Siquidem qui in cælum expuit, primum  
videtur cælites ipsos adficere contumelia :  
deinde sit serpius, vt spiritum in ipsius facie  
recidat. Confinē illi : πρὸς κέντρα λακτίζαν,  
id est, Aduersus stimulum calcitrare.

*Vnus deus, & plures amici.*

Ἐἰς θεὸς ἢ πολλοὶ φίλοι, id est, Vnus deus, &  
plures amici. Prouerbiū admonet quā-  
plurimos esse parandos amicos, quòd hi se  
cundū deum plurimum opitulari possint.  
Quamquam Hesiodo non probatur πολυ-  
φιλία, neque tutum ἄζνία.

*Si caseum haberem, non desiderarem obsonium.*

Ἐἰ τυρὸν εἶχον, εἰ ἂν ἐδτόμην ὄψα, id est, Si ca-  
seum haberem, non egerem obsonio. Di-  
cendum, vbi quis minimis vilissimisq; cō-  
tentus est. Refertur apud Plutarchū in La-  
conicis, cum Lacon quispiam cauponi de-  
disset parandū obsonium, atq; is peteret ca-  
seū, & ὄψα, quibus illud cōdiret : Non opus,  
inquit,

inquit Lacon, fuisset mihi obsonio, si caseū habuiffem. Si quis pro caseo malit hoc loco butyrum, cum eo non pugnabimus: videtur enim butyrū magis congruere oleo.

*In antrum haud legitimum, stimulum impingis.*

Εἰς θεμακλίην εἶχ' ὄσιντο κέρθρον ἀβέης, id est, In foramen haud licitum, stimulum crudis. Dieterium Sotadis in Philadelphum, qui sororem Artinoen exemplo Iouis uxorem duxerat, quo quidē dicto offensus rex, capitis supplicium sumpsit de eo, qui dixerat. Meminit Plutarchus in libello: De liberis educandis.

*Quamquam non dixeris, tamen appares à pelle.*

Εἰ μὴ λέγεις, ἀπὸ τῆς δέματ' φαίη, id est, Etiā si non dicas, pelle præ te fers. Res ipsa redarquit mēdacem, & oris habitus. Vnde illud Ciceronis: Nisi fingeres, non sic diceris videtur ex apologo natum.

*Decipula murem capis.*

Εἰλίφην ἢ παγίς τὸν μῦθον, id est, Laqueus murū capis. De recte meritoq; deprehensis, & malo dignis. Quasi dicas: Lupus in foueā incidit, aut aper in casses.

*Isdem è litteris comædia, ac tragædia componitur.*

Ἐκ τῶν αὐτῶν τραγῳδίᾳ γίνονται καὶ κωμῳδίαι, γράμματα, id est, Ex iisdem litteris comædia, tragædiaq; componitur. Conuenit in eos, qui eadem de re norunt diuersa fingere. Aut qui eadem opera diuersa possunt.

*A fronte præcipitium, à tergo lupi.*

Ἐμπροσθεν κρημνός, ὀπίσθεν λύκοι, id est, A fronte præcipitium, à tergo lupi. Cum aliquis hinc atque hinc duobus maximis præmitur malis, vt in vtrumq; incidit, percundum sit.

*Oscitante vno, deinde oscitat & alter.*

Ἐὸς χαλόντ' μετέωκιν ἕτερον, id est, Cū oscitat vnus, statim oscitat & alter. Dicendum quoties exemplo peccati, statim prouocatur aliquis ad simile facinus. Fit autē hoc occulta quadam naturæ vi, vt qui viderit oscitantem, cogatur & ipse oscitare. Cuius rei causam etiam reddere conatur philoso-

phi. Simili modo transeunt & quidam animorum affectus. Socrates apud Platone in Charmide: ἢ ὁ κοπίας ἀκόσας τὰντα, ἢ ἰδῶν με ἀπορεῖται, ὡσπερ οἱ τῆς χασιμομένης κατωπι κρυδρῶντες ταυτὸν τὸ τοῦ εὐμπαύχου, κακοῖθ' ἐδοξέ μοι ὑπ' ἐμῶ ἀπορεῖνθ' ἀνάγκη δ' ὡσαυ καὶ αὐτὸς ἀλῶν κατὰ ἀπορίας. id est, Hæc vbi audiuit Critias, meque vidisset hæsitatem, quem admodum ii, qui ex aduerso vident oscitantes, eodem affectu corripiuntur, itidem & ille mihi visus est mea dubitatione cogi, vt & ipse à dubitatione corripere. Oscitantium autem Latini vocant torporē & indiligentiam. Qui cum ignauis viuit, facile fit illorum similis. Omnes enim procliuus sumus à labore ad libidinem, vt ait Comicus. Torpedo piscis suo contactu protrinuis torpidum reddit. Plato in Menone: δοκῆς μοι ὁμοῖοτατ' εἶναι τὰντη τῆ πλατῆα κάρηνη τῆ βαλακτῆα, ἢ γὰρ αὐτὸν τὸν αἰὶ πλασιάζοντα καὶ ἀπτόμενον νεκρῶν ποιῆ, καὶ σὺ δοκῆς μοι καὶ ἐμὲ τοῖσδ' τι πιπποκείναι νεκρῶν. id est, Videris mihi simillimus esse isti latæ torpedini marinz. Nam hæc quoq; semper eum, qui accedit, actangit, torpidum reddit. Et tu videris mihi quoque tale quiddā fecisse, vt torpeam.

*Inter cacos regnat Sirabo.*

Ἐν τοῖς τόποις τῶν τυφλῶν λαμῶν βασιλεύει, i. In regione caecorum rex est luscus. Inter indoctos, qui semidoctus est, doctissimus habetur. Inter mendicos, qui paullulū habet nummorum, Cræsus est. Sapit vulgi fecem.

*In area latinas.*

Ἐν ἄλῳ δεκασκίαις, id est, In area occultaris. De eo, qui in eo versatur negotio, vt, non possit non esse conspicuus. Aut qui sic latitat, vt à nemine tamen non conspicitur. Nam in area nullæ latebræ.

*Cum licet fugere, ne quære litem.*

Ἐξὸν φυγεῖν μὴ ζήτηε δίκην, id est, Cum fugendi potestas est, ne quære litem. Ab Alcibiadis apophthegmate natum. Is cum è Sicilia citaretur ab Atheniensibus, vt criminibus responderet, addidit se se, negans litigādum esse, si quō modo liceret effugere: Subiicientibus aliis, Non igitur confidis patriæ de te iudicaturæ. Imo, inquit, ne matris quidem crediderim. Metuerem enim ne foris

foris imprudens albi calculi loco nigrum immitteret. Alcibiadis sententia subscibe ret, quisquis litium expertus est. Græcis vnico verbo dicuntur *φυροδ'ικαν*, qui litem detrectant.

*In tergore bouis defedit.*

*Ἐν τῷ βύρωσι ἐκαθέζετο*, id est, In tergore bouis defedit, id est, supplex implorat auxilia. Natum adagium à cī suetudine vernacula Scythis, quemadmodum testatur Lucianus in Taxaride. Nam apud hos si quis forte læsus esset, neque suppeteret vlciscendi facultas, immolato boue carnes minurim sectas coquebat, ipse in tergore humi strato sedebat, manibus in te gum reductis. Idq; maximum supplicandi genus apud illos habebatur. Accedebat quicumq; vellet optulari, & carnum portione gustata, dextroque pede tergori imposito, pollicebatur pro vitibus auxilio futurum. Atque hoc sædus apud Scythas sanctissimum habebatur.

*Hospites indigenam.*

*Ἐπιανὸν τὸν ἔτομον*, id est, Aduena inquilinū, subaudiendum, *ἐξ ἑβελίτι*, id est, eiecit. Vltus fuerit, cum alienæ professionis quispiam alium in propria vincit arte. Quod genus, si theologus in arte grāmatica luperet grāmatices professorem. Aut si arrogatus, aut adoptiuus, filium eieceret à familia, aut miles alficitius eieceret colonos.

*Risus Sardonius.*

*Σαρδωνίος γέλασ*, id est, Sardonius risus. De risu ficto, aut amarulento, aut insano denique. Et sensus & origo prouerbii adeo varie tractatur ab auctoribus, vt vereamur. ne risus hic Sardonius non citra risum legatur, tamen accingemur referre quædam Zenodorus in collectaneis suis Aeschylum citat, q̄ huiusmodi ferme tradiderit in opere de paræmiis, Gentem esse quãdam Carthaginensium coloniam, quæ Sardonem regionem inhabitet, ei morem esse, senes septuagesimum prætergressos annum Saturno sacrificare, ridentes interim, ac mutuo sese complexantes. Nam turpe ducebant in funere aut eiulatum edere, aut lacrymas profundere. Hinc ad simularum risum, Sardonium vocari cœptum. Timæus apud eundem Zenodorum ait, Sardonis consuetudinē fuisse, vt filii parentes iam gran-

dēuos iuxta fossam, aut præcipitiū, in quo sepeliendi forent, collocarent, atq; inde fustibus cadentes, in eam darent præcipites. At illi interim pereuntes ridebant, exiūmantes eam mortem felicem atque egregiam, quod liberorum impietate interirēt. Sunt qui dicant, in Sardorum insula herbam nasci quandam, eut Sardoꝝ cognomē sit, A pialstro similem. Eam sapore quidem esse dulcem, verum gustatam, ora hominū in rictus dolore contrahere, vt veluti ridentes emoriantur. Hoc sensisse videtur Solinus, cumq; hoc Seruius grammaticus enarrans hunc ex Vergiliana Thyrside locum: Imo ego Sardois videat tibi amarior herbis.

Atque his ferme confinia tradit Lycophronis interpres de risu Sardonio. Seruiū secutus Latinus Drepānus in Panegyrico, Serenos ergo, inquit, vultus induebamus, & ad illorum vicem, qui degustato Sardonū gramini succo feritur in morte ridere, imitabamur læta mœrētes. Neque rursū defunt, qui Sardonium risum cognaminatum autumāt, *ἀπὸ τῆς σισυριαι τῆς ὀδοντίας*, quod dentes aperiat atque renudet, cuiusmodi risus esse solet eorum, qui non ex animo rident. Hinc & iocis ille parafiti Plautini conuoluentis, quod suis dictis nullo pacto iuuenes arrisissent, ac non saltem canes fuissent imitati, vt dentes ostenderent. Et Apuleius, Restrictis forte si labellis riseris. Id genus risum descripsit Homer. *Ἰλιάδος* O. de Iunone loquens:

. Η δ' ἐγέλασσε  
*Χείλισιν, ἃ δὲ μέτωπον ἐπ' ὀφρύσι κωκυμένησι*  
*λάθον.* id est,  
 Illa quidem labiis ridebat, nubila porro  
 Frons minime renitebat.  
 Ad id facit qd̄ scribit Aristophanes ἱ Paces  
*Ἡρωμίους ἐπ' ἀλλήλοισι ἢ σισυριῶτας*, i.  
 Inuicem in se exasperatis usque diducen-  
 tibus.

A canibus ducta metaphora, quibus hoc iux̄ iudicium est, nudare dentes. Quem morem aiunt equis etiam inesse, si quando parat mordere: vnde vulgo nunc risum huiusmodi, risum equinum vocant. Rursū alii perhibent, apud Sardinios fuisse receptum, vt ex captiuis pulcherrimos quosq; ac natu maximos, qui septuagesimum excessissent annum Saturno macularent, ridentes in morte, propterea quod id forte ac vile



ribe videretur. Citatur auctor Clearchus, Carthagine solemnem fuisse morem, vt in magnis votis puerū Saturni manibus imponerent. Huius statua fingebatur ærea, manibus porrectis. Sub eo fornax erat, ea succendebatur, puer itaque ignis vapore cōtractus ac tortus, ridentis speciem exhibebat. Denique & Simonidem allegat Zenodotus, nouæ fabulæ auctorē. Ait enim Talū quempiam æreum virū priusquam in Cretam perueniret, in Sardiniam accessisse, vbi non paucos mortales neci dedit. Qui cum morientes ringerentur, risus imaginē quādam exhibentes, prouerbio locum fecerūt. Addunt nonnulli, cum è Sardinii in Cretam transmittere vetaretur: illum in ignē defuississe, quandoquidē ærei corporis erat, deinde Saturnios pectori suo admotos necare solitum, Emoriebātur autem velut in amplexu, ac ridentibus adsimiles, nimirum risu incendii vi diducto. De hoc Talo ridicula narratur fabula. Aiunt enim hunc à Vulcano ex ære fuisse fabricatū, Minoiq; dono missum ad Cretensē in sulz tutelam. Erat autem illi vnica duntaxat vena, eaque à summa ceruice, ad imos vsque talos porrecta. Ter in singulos dies insulam obibat, excubias agens. Itaque & Argo nauem à Colchide cum Iasone redeuntem vexit in portum Cretensem appellere. Sed à Medea deceptus periit, vt nonnulli dicunt, dato veneno, quod insaniam immiteret: vt aliis placet, cum illa pollicita se illum immortalē redditurum, clauum qui summæ venæ erat adfixus, eduxit, atque ita sanguine totoq; corporis humore defluente periit. Rursum alii tradunt interisse percussum arcu à Præante circa talum. Dioscorid. libro sexto inter venena prodidit herbæ speciē esse quandam, quam quidam ranunculam appellant Latine, Græci batrachion: eam à regione, in qua copiosius prouenit, Sardoam, siue Sardoniam dicunt: quæ porta siue comesa mentem adimat, labiisq;ue contractis risus speciem præbeat. Atq; inde in hominum vitam sinistri omnis venisse, de risu Sardonio prouerbum. Meminit huius herbæ & Pli. lib. 25. circa si. Strabo lib. Geographiæ 11. scribit in Cambyse, quæ flumen Alazonium accoluit, aranearum genus quoddam nasci, quod alios sidendo cogat emori, alios flendo desiderio suorum. Quidam addunt, de Tarcotella,

cuius morsum interitus cū risu sequatur; Quin & Aristoteles De partibus animalū lib. 3. ait, iētū etiam triticea præcordia, in præliis risum atulisse litteris proditū esse, idq;ue accidere calore quē moueat vulnus. Mortuus est & Zeuxis pictor ridendo, dum sine fine ridet anum à se pictam, & Chrysiippus cōspiciens asinum vescentem ficis. M. Tullius Epist. fam. lib. 7. ad Fabium Gallū: Videris, inquit, mihi vereri, ne si istum habuerimus, rideamus γέλωτα σαρδώνιοι: significans futurum, vt si Cæsar reium potiretur, multis aridere atque applaudere cōgerentur, quæ magnopere displicerent. Lucianus in Asino, σαρδώνιοι γέλωτε ἔλιγον. i. Sardonicè ridentes aiebant. Risum inuuit contumeliosum & subsannantem. Idem alibi: ὁ δ' αἰμὴς δὲ τὸ σαρδώνιον ἐπιγέλων ἔτι μᾶλλον παιάσαι, id est, Damis autem Sardonio aridens risu, magis etiam irritauit. In eodem sensu videtur vsurpatum & à Platone lib. De repu. 1. cum scribit Thrasymachū, quem amarulentum & arrogantem vbiq; facit, Sardonice risisse: Καὶ ὁσ' ἀκύνσας ἀνικαχασίτε μάλα σαρδώνιον καὶ εἶπεν. id est, His ille auditis edito cachinno, valde Sardonicè risit, ac dixit Homerus itē aliquot locis huius risus mētionem facit in Odyssæz 7. narrans quemadmodū e prociis quispiam, puta Ctesippus Vlyssē in ædibus suis habitu speciēq; mendici sedentem, arrepto e sportula bouis pede petisset, atq; ille capite commodum deflexo declinasset istum:

Μεθασίτε δὲ, inquit, θυμῷ

Σαρδώνιον μάλα τοῖον.

Quo loco Eustathius interpres admonet eū ridere risum Sardonium, qui diductis modo labris rideat, ceterum intus aut iratus aut molestia discruciat. Veteres enim risum Sardonii vocasse, quoties aliquis despectum non solum ridet, sed etiam irridet: dictum autem παρατὸ σινορίαι τὰ κείνου id est, à diducendo labia. Quomodo fere rident, qui apud sese perniciem alicui desinant, quemadmodum Vlysses mox sublatus est à medio procos, idq; iam tū in animo statuens, risit risum quandam subamarulentum. Consimilem risum risit apud Hesiodum Iupiter iratus Prometheo propter ignem furto sublatum. Carmen adscriptissimus, quod quidem est in 1. lib. operis, cui titulus: Ἔργα καὶ ἡμέραι:

Τὸν

Τὸν δὲ χολωσάμενος προσέφη νεφελιγέρετα  
Ζεύς.

Ἰαπετιονίδῃ πάντων τοῦδ' ἡμῶν εἰδώς  
Χαίρεις πύς κλέφτας, καὶ ἑμῶς φρένας ὑπερο-  
πύσας.

Σοῖτ' αὐτῷ μέγα πῦμα, καὶ ἀνδράτην ἰσοσμέ-  
τοισι.

Τὸς δ' ἐγὼ ἀντί πυρὸν δάσω, κακὸν ὄκωι ἄπαν-  
τες

Ἐξέπονται κατὰ θυμὸν ἴον, κακὸν ἀμφαγα-  
ποτες.

Ως ἔφατ' ἐκ δ' ἐγέλασσε πατὴρ ἀνδρῶν τε  
δεῶν τε.

Huic animo infensus, qui nubila colli-  
git, inquit,

Proles Iapeti multo technisq; dolisq;  
Inter mortales vnus doctissimus omnes,

Imposuisse mihi gaudes, ignemq; tulisse.  
Nempe ingens atroxq; malū, & tibi, post-  
que futuris,

Quis ego pro rapto igne malū dabo, quo  
simul omnes

Gandebunt, propriumq; malum souif-  
selibebit.

Sic factus, risitq; parens hominumq;e  
Deumq;e.

Risum hunc fatalē interpretantur, quoties  
imminet perniciēs à fatis destinata. Cuius-  
modi fuit & ille procorum, quem describit

Homerus eodem libro, quem paullo ante  
citauiimus, aliōq; retulimus loco :

Μνηστῆρι δὲ πόλλας ἀδίων  
Ἀσβεσον γέλον ὤρεσι, παρέπλαγγεν δὲ νόημα,  
Οἷδ' ἠδ' ἠγναθμοῖσι γελῶν ἄλλοτρητοῖσιν,  
Ἀιμοφόνε κτλ δὲ ἠ κρέα ἠδ' ἴον, ὄσοι δ' ἀκρο-  
φείων  
Δικρυόφιν πύμπλακτο, γόν δ' ὤϊτο θυμὸς. ἰ.  
Diua procis mouit validum Trivonia ri-  
sum

Haud compescendum, ac animum stupe-  
fecit, ar illi

lā malis sine mente quidem risere alienis,  
Carnis frustra & cruda & sanguinolēta vo-  
rantes.

Interea lacrymis implentur lumina, fle-  
tum :

Sensit & ipse animus.

Opinamur & Sardonium risum accipien-  
dum, quē Homerus Iliados H. tribuit Aia-  
ci singulare certamen ineunt:

Τὸς ἀρ' ἄσπετος πειρώμενος, ἔρησ' ἀχαιῶν  
Μηδείων βλοσυροῖσι προσώποισιν. id est,  
Sicingens Ajax surgebat murus Achiuū

Terribili ridens vultu.

In vetustissimis quibusdam in Hesiodum  
commentariis epigramma reperitur, quo  
prouerbiū de risu Sardonio non inelegā-  
ter explicatur, id est, huiusmodi :

Σαρδῶ τις ἐστὶ πύσος ἰβυροτρεφός,  
Ἐνὶ βοτάνῃ φαρτικῇ γῆς ἐκτρέχσῃ  
Σελισσίδης σαρδάνικη κλημένη.  
Βεβρωμένοι δὲ τοῖς ἀπείροις αὐτῆκα  
Σπαρτῆς τε ποιεῖ καὶ γελῶν ἑμφάσας,  
Καὶ πότμος δ' ἄνδρος καὶ γελῶντος μέρθ',  
Ἄλλοι δὲ φασὶ σαρδάνος τὸς βαρβάρους  
Γελῶντας αὐτῶν τὸς γενέχρας ἐχέρας  
Ἀρεν λαβόντας εἰς ἀπόκορμον τόπον,  
Κτείνου τε τῆτος ἐν τε βροτάλοις καὶ λίθοις,  
Ἐπειτα ῥίπτειν ἐκ πέτρῶν τὸς ἀδλίους  
Γελῶντας εἰκὴ παιδιῶς πατρὸς κτόνους.  
Ἄλλοις δὲ τὸς ἄνισκοντας ἀρίσκει πλείων  
Γελῶν, ὀρῶντας τικτικῆς παροῖας,  
Καὶ τὰς κηλοστῆρας ἢ τρεφῆς τῶν πραγμά-  
των.

Id quoq; nos nostro more propter imperi-  
tiores Latinum fecimus, hoc modo :

Quedam insula est vocata Sardo Hiberie,  
In qua herba perniciosā surgit è solo,  
Cui Sardaux nomen, apiastrī præferens  
Figuram, at ea comēsa ab imprudentibus  
Mox ora contrahit, atq; risus exi: hęc  
Speciem, deinde protinus mors occupat  
Imitatur risum. Ceterum sunt qui serant  
Gentem esse quādam Sardanorum bar-  
baram

Aetate qui sessos parentes in loca  
Prærupta raptos deferant, atq; ibi neci  
Saxisq; sustibusq; dent miserimos  
Ex arduis subinde præcipitent petris.  
At inter isthęc impiis ridenti iocis,  
Luduntq; temere parricidis iustibus.  
Aliis magis probatur hęc sententia,  
Ridere eos, qui sic necantur, quippe qui  
Speitent suorum pignorum vesaniām,  
Citasq; rerum & æstuaris vices.

Pausanias in Phocæicis tradit, Sardoam in-  
sulam serpentes gignere innocios. Præte-  
rea eam à venenis herbarum prorius im-  
munem esse, nisi quod vnam alit exitiale,  
apii specie, quæ iuxta fontes quidem pro-  
ueniat, non iustificat tamen fontium aquas:  
eam qui ederint, ait ridentes emori. Atque  
hinc Homerum, & post Homeum alios ada-  
gium induxisse, vt dicerēt eos ridere risum  
Sardonium, qui risum riderent τὸν ἐπιδῶν  
ὑγι, hoc est, omnino insanum. Itaque non

absurde videtur accipi posse risus Sardonius, pro risu demente, quoties instantibus malis infane ridetur. Siquidem legitimus C. Gracchum in ambiendo magistratu repulsum, aduersus inimicos insolentius ridentes inclamasse, eos Sardonium rideri sum, ignaros q̄ magnis tenebris ex suis actibus circūfunderentur. Hoc in Gracchorum vita Plutarchus. Idem in commentario de Superstitione: *Ενταῦθα τὸν σκίπει τὸν ἄρειον, γελῶντα μὲν μακρὸν καὶ σαρκῶνιον γέλωτα.* id est, Hic itaq; considera eum, qui nullos credit esse Deos, infanum quidem & Sardonium ridētem risum. Interpres quispiam Hesiodi, risum Sardonium interpretatur, risum *πλατύνω*, id est, amplū, vbi quis ore vehementer diducto ridet, quem eundem, opinamur, γέλωτα *συγκροσίου* appellāt, id est, risum concutientem. Cui quidē interpretamento suffragatur ipsius etymologia vocabuli, quam paullo superius ostendimus: *ἀπό τῆς σισφραγίας τῆς δ' ὀνίας*. Postremo non omnino videbitur absurde Sardonius risus accommodari posse, ad risum luctuosum ac tristem, cuiusmodi tribuit Homerus Iliados Z. Andromachæ, tanquam is iudicium fuerit animi, mortem Heclopris prælagientis:

*Ἢ δ' ἄρα μὲν κνώδεις δέξατο κλάπῳ  
Δακρυοῖν γελῶσασα.* id est,

Illam inu accepit spirantem, flebile ridens.

Eudemus in collectaneis dictionum rhet. ait placere nonnullis, vt de risu cōtumelioso accipiatur, vbi quis despectum contempnimq; ridet, de quo prouerbum etiā fertur: *Ἀφ' ὑψους καταγέλως γέλωτα*, E sublimi me derides. Addit idem lapidis esse genus, qui risus Sardonius appelletur. Suidas scribit hinc etiam verbum effectum, vt *σαρκῶνιον* dicantur, qui Sardonium rideāt risum.

Sed iam dudum libet à risu Sardonio discedere, idq; faciemus, si prius illud addiderimus, epithetum hoc Sardonii variis formis inueniri apud auctores. Apud Lucianum & Ciceronē *σαρκῶνιον* legitimus, apud Homerum *σαρκῶνιον*, apud Verg. Sardoū, apud Lycophronis enarratorem *σάρδιον*, γέλωτα, apud Plutarchum *σαρδιανός*, εἰ τις ἐστὶ τ' ψυχῆς *σαρδιανός* γέλωτος, id est, Si quis est animi Sardonianus risus. Stephanus indicauit dicit *σαρδιανῶν*, & *σαρδιανῶν*. Tamen si non omnia ab eadem voce manant. Nam à Sardo sive Sardon insula, cui quondā no-

men fuerat Ichnusæ, deducitur Sardonius, Sardous & Sardonicus. A Sardos Illytiæ ciuitate proficiētur *σαρκῶνιοι*, vnde, sicuti et edimus, mutato n, in α, *σαρδιῶνιοι*. A Sardis Lydiæ oppido Sardonianus & Sardonianicus. Ex his succurrit coniectura in epigrammate Græco, quod modo citauimus, non legendum fortassis, *ἰβροτρεφῶφ*, sed *ἰλλυρετρεφῶφ*. Vsurpauit adagium Saluianus lib. 7. Sardoniciis quoddāmodo herbis, omnem Romanorum populum putes saturatum: moritur & ridet.

*Facta iuuenum, consilia vitiorum,  
vota senum.*

C E L E B R A T V R hic versus moralis apud Græcos:

*Ἔργα νέων, βλαβῆ δὲ μέσων, δόχαι δὲ γερότων.* id est,

Facta Iuuenum, consilia mediocrium, vota senum.

Huius adagii meminit Aristoph. grammaticus. Hyperides in oratione contra Autoclem ex Hesiodo citauit. Nam illius creditur esse carmen. Sensus per se liquet, nēpe ad rem gerendam adhibendos iuuenes. Nā viribus ætas ea præpoller. In consilium ad seiscēdos mediocrius ætatis viros, propterea quod in his non nihil detricto virium vigore, valet tamen vsu rerum aucta prudentia. Senes vt pote religiosi solent à superis optima precari. Ceterum neq; viribus iam vtilis, neq; mēte satis constantes ætatis vitio. Euripides in Melanippo apud Stobzum:

*Ἐαυτὸς αἰνῶν, ἔργα μὲν νεωτέρων,*

*βλαβῆ δ' ἔχουσι τῶν γερατέρων κέρατος.* id est,

Dictum est vetustum, Facta iuuenum, ceterum.

Magis valent consilia natu grandium.

Idem innuit Pindarus cum ait:

*Νόστητι μὲν ἀρεσεί θεσπός ἐστιν πολυκῶν.* i.

Iuuentuti congruit audacia crudeliū bel-

lorum.

Item Homerus Iliados P. docet in bello requiri vires, in consultationibus orationē:

*Ἐν γὰρ χερσὶ τέλος πολέμου, ἐπέων δ' εἰς βλάβη.*

*Τῶ γ' ἵ χερὶ μὴδὸν ὀφέλλων, ἀλλὰ μὰ χερσὶ δαί.*

Bella manu constant, at cōsultatio dictis.

Illic pugnandum est, neque profunt a pro-

ra dicta.

Apud eundē Nestor in consiliis præcipuus, bello inutilis. Plutarchus in commentario, cui titulus: *Εἰ προσβυτέρω πολυκῶν, καὶ μάλιστ'*

μάλις σώζεται πόλις, ἐνθα βεβαίωται, καὶ  
 τῶν ἀνδρῶν ἀρετῶν ἀρχαί. id est, Et, maxi-  
 me seruatur ciuitas, vbi consilia senum, &  
 iuuenum virorum præcellunt lanceæ. Ac-  
 ceshines in oratione contra Ctesiphontem  
 testatur, hoc Solonis legibus fuisse cautū,  
 vt in consultatione natu maximus primus  
 diceret. Et apud Athenienses olim fuisse  
 morem, vt præco facturus dicendi facultate  
 m ita sonaret: τῆς ἀγορῆς ἐν βέλται τῶν  
 ὑπὲρ πεντάκοντα ἔτη γρονθῶν, id est, Quis  
 vult concionari ex iis, qui quinquagesimū  
 excefferunt annum?

*Silentij tutum præmium.*

Σιγῆς ἀκίνδων γέρας, id est, Tutum silentij  
 præmium. Aristidis in defensione Periclis  
 ex Cio quopiam poeta citat. Plutarchus in  
 exorhethegmatis Augusto Cæsari adscribit,  
 ἀρθηθεγματος Augusto Cæsari adscribit,  
 qui Athenodori consilium opprobās subie-  
 cerit, ἐστὶ καὶ σιγῆς ἀκίνδων γέρας. versus in-  
 terger talis videtur:

Ἀκίνδων καὶ ἐστὶ τ' σιγῆς γέρας, id est,  
 Vacat periculo præmiū silentij.

Vsurpat Horatii Odam lib. 3.

Est & fideli tuta silentio Merces.  
 Silendo nemo peccat, loquendo perisæpe.  
 Silendo olim in proverbio est, nobilis illa Si-  
 monidis sententia, quæ celebratur & apud  
 Latinos proverbiū loco:

Nam nulli tacuisse nocet, nocet esse locu-  
 tum.

Etiā si Valerius Max. lib. 7. cap. 2. senten-  
 tiam hæc tribuit Xenocrati: Quid, inquit,  
 Xenocratis responsum quam laudabile?  
 Cum maledico sermone quorundam sum-  
 mo silentio interesset, vno ex his quæren-  
 te, quæ solus linguam suam cohiberet:  
 Quia dixisse me, inquit, aliquando præni-  
 tuu, tacuisse nunquam.

*Felicitas multos habet amicos.*

Ἐπιτυχία πολυφιλία, id est, Felicitas multos  
 habet amicos.

Simillimum illi, quod alibi retulimus:

Τῶν ἄτυχόντων ποικίς ἐστὶ συγγενῆς. i. e.

Felicibus cognatus est vel quilibet.

Notior est sententia, quàm vt requirat in-  
 terpretem. Contra in rebus aduersis ait nul-  
 li, aut pauci sunt amici. Pindarus in Neme-  
 ois Oda X.

Οἷς κεταί τιμὰ φίλων καταμίνεαι  
 ὄφρατι, πῶροισ' ἐν πόλει πρὸς βροτῶν.

Καμῆτα μεταλαμβάνει. id est,  
 Perit honor amicorum afflicto viro, pauci-  
 que in rebus aduersis fidi mortales ad labo-  
 ris societatem.

*Stulto ne permissas digitum.*

Ἐν ἡμῶν δ' ἄκοντος μὴ δ' εἴης, ἔνοι μὴ καὶ τῶν παλαι-  
 ῶν κκατὰ πῆ, id est, Stulto digitum ne osten-  
 deris, vt ne palmam etiam deuoret. Nihil  
 permittendum imprudentibus, quantum-  
 uis pusillum. Siquidem in maximis læ-  
 dunt, si vel tantillum commiseris. Sapit &  
 hoc vulgus.

*Opta vicino vt habeat, magis autem olla.*

Ἐχθρὸν τὸ πλησίον ἔχειν, ἐπὶ πλείον δὲ τῆ χύτρας,  
 id est, Opta vt proximus habeat, magis au-  
 tem vt olla. Potissimum est habere domi,  
 quibus est opus. Proximum, vicinum habe-  
 re diuitem, à quo possis petere. Videtur &  
 vulgi sece hauatum.

*Habet & musca splenem.*

Ἐχθρὸν καὶ ἡ μῶσα σαλπῆκα, id est, Habet & musca  
 splenem. Simillimum illi:

Et pueri nasum Rhinocerotis habent.

Item illi: ἐν τῆ καὶ μῶροισι χορδῆς, id est, Inest  
 & formicæ bilis. Olet fecem.

*Camelus desiderans cornua, etiam  
 aures perdidit.*

Καμήλοσ' ἐπιθυμῶσκα κέρατων, καὶ τὰ ὄτια προ-  
 σκαπῶσιν, id est, Camelus dum affectat cor-  
 nua, & aures insuper perdidit. Cōuenit in  
 eos, qui dū peregrina sectantur, ne sua qui-  
 dem tuentur. Sumptum ex apologo de cam-  
 melis, qui per oratorem cornua à Ioue po-  
 stularunt, ille offensus stulta postulatione,  
 aures quoque rescucuit, & hoc Apostolij vi-  
 detur.

*Hercules & simia.*

Ἡρακλῆς καὶ τίμωκος, id est, Hercules & simia.  
 De minime congruentibus. Simia dolis va-  
 let, Hercules viribus antecedit. Ad sine illi:  
 Formicæ camelus. Nota est fabula de fratri-  
 bus Perperis, quos Hercules cōprehensos à  
 claua suscipit. Eos ferūt versos in Simios.

Aus manenti vincendum, aut moriendum.

Ἢ μείνοντα ἀποδοκίμειν, ἢ μὴ κτεν. id est, Oportet  
 aut manentem vincere, aut interire. Dici  
 solitum, vbi certa fiat sententia, aut nego-  
 tium

tium aliquod absoluerit, aut immori. Trāstatum ab Instituto Lacedæmoniorum, qui hoc animo pręlium inibant, ut aut victores redirent domum, aut victi occumberēt. Celebratum est Lacænz cuiusdam apophthegma, quæ filio tradēs clypeum dixerit: ἢ τὰς, ἢ ἐπὶ τὰς, Aut hūc, aut super hunc. Laconicē significans, aut referendum clypeum, aut in eo moriendum.

*Marissimus cum sis, ne velis fieri terrestris.*

Θαλαττῖς δ' ἂν, μή ποτε χερσαῖος γίνῃς, id est, Si sis marinus, abstine à terrestribus.

Admonet non mutandam conditionem, ne in melius quidem. Verum vnicuiq; tuò dum id vitæ genus, ad quod vel institutus à natura videtur, vel in quod casu, incidit. Mutuò sumptum ex apologo quodam Aesopico, qui fertur huiusmodi: Cancer quidam relicto mari, cœpit in agro quodā pasci. Ibi forte conspectus à vulpe, protinus arreptus ac deuoratus est. Itaque periturus sero deplorauit stultitiam suam, quod marini generis cum esset, ac terrestrium animantium partes desciscere voluerit. Est apologus non dissimilis de lupo tibiis canēte, ac mox canibus irruentibus deplorante, quod ex coco factus esset tibiicen. Hermolaus Barbarus ad Picū inuertit non inelegāter prouerbiū: χερσαῖος ἂν μὴ ζῆτι θάλασσαν, i. Terrestris cū sis, ne quæzies mare.

*Thynni more.*

Θύννης δῖκνον, i. Thynni more, videre dicuntur, qui limis aut altero oculo oblique inspiciunt. Aeschylus apud Athenæum lib. 7.

Τὸ σκαῖον ὄμμα παρὰ βεβαλὼν θύννης δῖκνον. i.

Oculum sinistrum admolens Thynni modo.

Siquidem Aristoteles indicat Thynnos nō cernere nisi læuo oculo, ut ibidē citat Athenæus, cum paullo superius ex eodem auctore dixerit illum cernere dextro, sinistro cæcutire. Plin. lib. 9. cap. 15. dicit illos utroq; hebetes esse, dextro tamen plus cernere. Refertur idem versus ex eodem auctore apud Plutarchum in dialogo. De comparatione terrestrium ac marinorum, Addit cum piscem altero oculo cæcutire, coq; cum immigrant in mare, adherent terris ad dextrā, cū emigrant, cōtra. Pōt & ad eos referri, qui acriter ac diligenter inspiciunt. Petrus:

Non secus ac si oculo rubricā dirigat vnō Idq; Aristoteles Sectionis 1. probl. 3. & 4. vere putat euenire, propterea quòd oculorum initia ab eodem dependeat. Vnde fit ut altero oculo, vis illa, quæ duos mouebat, ad vnum conferatur, hoc acrior, quò contractior.

*Canis reuersus ad vomitum.*

Κύων ἐπὶ τὸ ἴδιον ἐξέρχεται, id est, Canis ad proprium vomitum. Quadrat in eos, qui relabuntur in eadem flagitia, à quibus aliquando sunt expiati. Refertur in epist. Diui Petri, his quidem verbis: Συμβίβουε δὲ αὐτοῖς, τὸ τ' ἀλιεὺς περιμίτας, κύων ἐπιστρέψας ἐπὶ τὸ ἴδιον ἐξέρχεται, ἢ ὡς λαλαμῆναι εἰς κώλιον βοεβόξου. id est, Accidit autē illis illud veri prouerbiū: Canis reuersus ad proprium vomitum, & sus lota ad volutationem cœni. Sūpra videlicet metaphora à canibus reorbetibus quod euomerint, & suis ab amne protinus ad cœnum recurrentibus.

*Canis das paleas, asino ossa.*

Κων δῖδως ἄχυρα, ὄνω δὲ ὄστρα, id est, Canis das paleas, asino vero ossa. Cum res præpositæ distribuuntur. Veluti si quis indocto munus mittat literarium, erudito stoculos, aut gladium, balteumve, militi librum. Siquidem munera hoc ipso sunt ingrata, quod apta non sunt. Interdum vertuntur in contumeliam.

*Prætorum venatum.*

Προσοβῆν τῶν θίρων, id est, Prætorum venatum. Aristides in Pericle citat ex Platone: ὅς τι βίτην γ' ἂν ἔφατιν αὐτὸς ἀπὸ βῆν τῶν θίρων. i. Igitur ad eum modum quod ipse ait, turbavit venationem. Ceterū verba Platonis in Lyside sic habent: Πῶς τις ἂν αὐτοῖς δοκῆ ἐμβυτῆς ἐπὶ αἰσθησῶν ἐμβυτῆν ἢ δυνασῶν τερον τῶν ἄγρων ποιῆ, id est, Qualis igitur tibi videatur esse venator, si inter venandum excitet feram, & captum reddat difficiliorē? Dicit solitum apparet, ubi quis non factis dissimulat quod molitur. Quemadmodum vsu venit, ut fera tumultu excitata intellectis insidiis, subducatur sese.

*Rectam ingredi viam.*

Τὴν ὀρεῖν βωδῖζον ὁδόν, id est, Rectā ambulare viam

re viam dicitur, qui nusquam defleat ab honesto. Aristides in Pericle: *ὡς τε θεοὶ ζῆν τιπαγμένα καὶ τῶν ὀρθῶν ὁ δὲ ἴσως κατὰ τῶν παρομιῶν.* id est, Vt ordine incedatur, & recta seruetur via, iuxta prouerbum. Philon de humanitate: *Ὁ δὲ ἴσως οἷα λειψόρον ἀγγυῶν ἐφ' ὁσιότητά ταύτην ἠπίστατο.* id est, Viā enim publicam, quæ ad æquitatē duceret, didicerat hanc. Plautus in Cassina, Nunc ego Pol in rectam redii semitam. Itē paulo post, Sciens de via in semitam regredere. Iubet autem ancilla, vt qui imprudens verum effutiuerat, redeat ad simulationem, quam instituerat.

*Αὐτόθιν κατὰ βλαλλε.*

*Αὐτόθιν κατὰ βλαλλε,* id est, Hoc ipso depono loco Aristides in Pericle: *πῶθ' μὲν δὴ λάλων ἢ πλάτων καὶ ἀργῶν καὶ δειλῶν αὐτοῦ βεν κατὰ βλαλλε, μὴ πῃ τις καὶ τρωῶς ἐγείνησι θεὸς ἄλλῃ.* id est, Iam de loquacibus ὁ Plato, ignauis ac timidis, protinus depono, ne forte aliquis Deus alius Troianos exigit. Interpres indicat prouerbum esse, sumptumq; præ victoribus qui veritas, ne victus aliquo discedat, sed inibi porrigat herbam, & victorē agnoscat, ac victoriæ præmium persoluat. Vfus erit quoties statim & absq; mora iubemus aliquid exhiberi, veluti probationē eius quod dixerit aliquis. vel promissum, vel specimen artis in qua gloriatur sese polere. Vsurpatur & apud Platonem.

*Ὀστium obdise prophani.*

*Ὀύρας ἐπίθιδου βίβλοισι,* id est, Fores occludite quiq; prophani. Sumpta est adlusio ex Orpheo, cuius hoc citatur carmen:

*Ὀβίγξαμου οἷς δέμης ἐστὶ, Ὀύρας ἐπίθιδου βίβλοισι.* id est,

Fas quibus est audire loquat, vos turba prophana

Obturate fores. Iubet vt prophani ostium auribus impo-  
nant, ne quid arcani sermonis possit ingre-  
di. Aristides in Pericle: *λίγων δὲ ταῦτα πρὸς ἐξ ἔστι. τῶν δὲ βεβύλων ἰλίγῃ ὀλίγῃ πάν-  
τας.* id est, Loquat hæc apud eos, quibus au-  
dire fas est. Prophanorum autem leuis om-  
nino ratio est. Conueniet vti, si quando  
significabimus nos de rebus arduis & arca-  
nis locuturos esse. Huc respexit Horatius,  
cum scribit in Odis:

Odi prophanium vulgus, & arceo,

Fauete linguis, carmina non prius;  
Audita, musarum sacerdos  
Virginibus puerisq; canto. Ouidius:  
Lingua fauens adsit nostrorum oblita la-  
borum,

Quæ puto dedidicit iā bona verba loqui.  
Ante sacrificium præco clamore solebat iu-  
bere populum fauere linguis, hoc est, verba  
boni ominis loqui, vnde & fauentia dicitur  
bona ominatio. Item Seneca de philo-  
sophia agens: Et ipsam vt Deos, & professo-  
res eius vt antistites colite, & quoties sacra-  
rum litterarum mentio interuenierit, faue-  
te linguis. Hoc verbum non vt pleriq; exi-  
stimant à fauore trahitur, sed imperatur si-  
lentium, vt rite peragi possit sacrum, nulla  
voce mala obstrepēte. Sed plusculum habe-  
bit gratiæ, si per ironiam adhibeatur.

*Ad restim funiculum.*

*Ἐπὶ σωτήρι χροῖον,* id est, Ad restim funiculū,  
subaudiendum addis, aut reddis, vbi quis  
iisdem rebus abundat, aut similia similibus  
přfat. Cognatum illi: *λίνον λίνω ἰσχυπτες,*  
id est, Linum aunctis lino. Veluti si quis  
mendacium atterat mendacio, dolum do-  
lo, nugamentum nugamento.

*Salem & sabam.*

*Ἄλα καὶ κύνμον,* id est, Salem & sabam, subau-  
diendum proposuerunt, aut si quod aliud  
ad sententiam magis appositum verbum.  
Diogenianus admonet dici solitum de his  
qui fingerent, se scire quidpiam, quod ne-  
scirēt, atque hinc esse natum prouerbum,  
quod olim mos fuerit, vt diuini salem & sa-  
bam proponerent.

*Ἐκπερδύσαι.*

*Ἐκπερδύσαι,* Græci prouerbiali metaphora  
vocat elabi, ac suffugere. Aristophanes  
in Auil us:

*Ὡς παρ' ἡμῖν ὄθιν αἰχρὸν ἐστὶν ἐκπερδύσαι. ἰ.*  
Quippe apud nos turpe non est, suffuge-  
re de casibus.

Ductum est ab auibus, quæ nonnunquam  
elabuntur è retibus, seu laqueis. Aiunt autē  
perdicem præcipue calliditatis ad id, vt au-  
cupum manus effugiat. Qua quidem de re  
libet ipsius Aristotelis verba subscribere,  
quæ scripta sunt libro De natura animan-  
tium 9. καὶ ἐκ ἐν τῷ αὐτῷ τῆτις σὶ καὶ ἰππαλίζω.

σιν ἵνα μίτις καταρσίση τὸν τόπον πλείω χρό-  
νοι προδέρσονται. ὅταν δέ τις θυρβὴν περι-  
πίσει τῆ νοτίᾳ, προκλινοῦσθαι ἢ ἐπέριετῆ  
θυρβότου, ὡς ἐπίληπτος ἔστα καὶ ἐπιπῶτα  
ὡς ληφόμενος ἐφ' ἑαυτῶν, ἔως ἀνδιαδέρσῃ τῶν  
νοτίων ἑκάστος. μετὰ δὲ ταῦτα ἀναπτάσθαι αὐ-  
τῆ ἀνακαλῆται πύλιν. id est, Nec eodem in  
loco parant, & incubant oua, ne quis ani-  
maduertat si diutius in eodem assideant lo-  
co. Porro cum inter venandum incidere  
quis spiam in nidum, praeuoluitur perdix  
ad pedes venantis, perinde quasi capienda  
sit, ad eumque modum illum allicit ad se-  
se quasi capturum, donec interim pulli sin-  
gillatim effugerint. Quod vbi factum est,  
& ipsa subuolans pullos reuocat. Hac-  
tenus Aristoteles. Neque vero grauabimur  
hic adscribere, quod in eandem ferme sen-  
tentiam scribit Plutarchus libro cui titulu-  
fecit: πότερα τῶν ζῴων φρονιώτερα, καὶ χρι-  
στῶα ἢ τὰ θαλάττια, id est, Vtra animalia  
sunt prudentiora, terrestria an marina:  
Ἀλλην δὲ πάντῃ γενεῶν ὁμῶς μετὰ τῆ φιλοσόφου  
πέρι φῶς ἐπιδείκνυται. τὸς μὲν ναπῶς ἐβίβ-  
σιν μὲν ἔπειτα φύγειν διαωμείβεις ὅτ' ἀνδιακῶ-  
τα καταβαλοῦντας ὑπὲρ τῆς ἑαυτῆς βῶλον τινα  
ἢ σφριτόν ἢ αὐα προίχονται τῆ σάματ' ὅσον  
ἐπλυγαζομένους. Αὐτὰ δὲ τὸς διάκῶντας ὑπέ-  
γυσι ἄλλην, ἢ περιᾶσιν ἑαυτῆς ἐμποδὸν δια-  
πιτόμηναι καὶ κατὰ μικρὸν ἐλαττάμηναι. μέχρις  
ἢ ἔτῳς ἀλίσκομῆναι θόρον ἐνδιδῶσται μακρῶν  
ἠποσάσῳσι τῶν νοτίων. id est, Aliam vero  
calliditatem vna cum prolis amore coniun-  
ctam perdices exhibent. Nā pullos adhuc  
inuolucres confuefaciunt, vt supinos pro-  
sternant sese, gremba aut palarum tegumē-  
tum aliquod inpositum corpori sustinen-  
tes, atque ita veluti obtecti deliteant, ipsæ  
interim venantem alio abducunt hac arte.  
Alliciunt illum ad sese, prouolantes ad pe-  
des, ac paullatim procedentes, ac tādin spem  
ostendunt capiendi sui donec cum procul  
à pullis abstraxerint. Ex his verbis satis li-  
quet, quid sibi velit ἐπιδείξασθαι, nimirum  
elabi, perdi cum arte ingenioque interim  
adlusum est ad cauponem quandam insi-  
gniter improbū, cui nomen inditum Per-  
dix, quod claudicaret. Eius meminit Ari-  
stophanes in Auisibus.

*Munus Leuidentisæ.*

**ΜΥΝΥΣ** Leuidentisæ. Cicero proverbiali ni-  
mizum figura vocat munus vile, minimi-  
q;

pretii, cuiusmodi vulgaribus amicis mis-  
tare diuites cōsueuerunt. Sic enim scribit  
ad Dolabellam, lib. Famil. epist. 9. Oratiu-  
culam pro Deciataro quam requirebas, ha-  
bebam tecum, quod non putaram. Itaque  
eam tibi misi. Quam velim sic legas, vt cau-  
sam tenuem & inopem, nec seriptione ma-  
gnopere dignam. Sed ego hospiti veteri &  
amico, munusculum mittere volui Leuidentisæ  
scæ crasso filo, cuiusmodi ipsius solent esse  
munera. Seruius ostendit Leuidentisam ves-  
tis genus esse vile, raro, tenuique textu.  
Quondam inter hospitem xenia, vestes iu-  
pitiis erant. Vnde & apud Iuuenalē qua-  
ritur quispiam vestes donari, villo crasso,  
coloreq; malo:

Et male percussus textoris pectine Galli.  
Proinde M. Tullius orationem suam parū  
elaboratam atq; expolitam, Leuidentisæ mu-  
nus appellat. Eleganter accommodabitur  
ad munus leuiculum, aut officium vulgare,  
non admodum ex animo, neq; diligen-  
ter præstitum amico cui piā vulgari. Huius  
diuersum est illud: πελλωνάχιον, i. Pelle-  
nza tunica. Et σιλοφώντιος ἑλαμῖς, id est,  
Silofontis chlamys.

*Multi discipuli præstantiores magistris.*

**M. TVLLIVS** lib. Epist. familia. 9. scribens  
Varroni senarium quendam refert, haud  
dum scimus ex quo poeta. Cuius sententiæ  
etiam hodiernis temporibus vulgo celebra-  
tissima fertur. Aduenit, inquit, Dolobella.  
Eum puteo magistrum fore.

Ἐολλοὶ μαθηταὶ κρείσσοις διδασκάλων. i.

Pleriq; discipuli magistros ante eunt.  
Ad varios vsus potest accommodari, vel ad  
simplicem sensum, puta frequenter eueni-  
re, vt discipulus eruditione superet eum, à  
quo litteras, aut artem quampiam didicit.  
Aut per iocum, cum significabimus, impro-  
bitate vinci, qui malitiæ doctor fuit: velti-  
si quis deciperetur ab eo, cui viam ac ra-  
tionem imponendi demonstrasset aliquan-  
do. Sive cum quis ordine conditioneq; in-  
ferior, tamen plus valet, quàm is, qui non  
parere, sed imperare videtur.

*Ad Herculis columnas.*

**Ἡράκλειος στήλαι.** Iā olim in proverbio sunt,  
vt admonet Pindari interpres. Sic enim  
vulgo dici solere, καὶ πέρα γὰς ἑρῶν ἑπικε-  
ταί, id est, Quæ ultra Gades, in accella. Quo  
significant, vltra columnas Herculis non  
esse

esse quo progrediare. Columnas has Hercu-  
les ibi fixisse dicitur, cum boues vestigaret  
Geryonis, tanquam illic esset suprema or-  
bis meta. Pindarus in Nemeis: γαθ' αἰρων  
τὸ πρὸς ῥόφον ὄπερατον, id est, Non ulterior  
accessus ad occidentem, vltra Gadira. Item  
alibi:

Εἰ δ' ἂν καλὸς ἔρωαντ' ἐκόβτα μορφαί,  
Ἀντρέως ἠπειράταυς ἐπί βα  
Ραῖς ἀριγοφάνδου, ἔκ' ἐτι πρῖσω  
Ἀβάντων ἄλα κίονων  
Υπὲρ ἠρακλῆος περὶν Ὀμηρεῖς.  
Ἡρώς Διὸς ἄς ἔδωκε  
Ναυτιλίῳς ἐχάτας.

Sentit Aristophanis filium ad extremā per-  
uenisse laudem, vltra quam non possit cre-  
scere: qui quidē egregie formā, facta adiu-  
xerit illustria. Quod si quis præterea quid-  
quam laudis requirit, id perinde esse, ac si  
quis vltra columnas ab Hertule fixas con-  
tur transire. Rursus in Olympiis hymno  
tertio:

Νῦν τὲ πρὸς ἐχάτιαν θή-  
ραν ἀρεταῖσιν ἰκάνων ἀπτεται  
Οἱ κόβειν ἠρακλέῃ σπλᾶν. τὸ πρὸσω  
Δ' ἐστὶ σοφοῖς ἄββατον  
Κασόφοις.

id est,

Nunc sane ad extremos limites virtutibus  
perueniens Theron, attingit à domo Her-  
culis columnas. Quod autem vltra est, sa-  
pientibus pariter, & insipientibus inaccessi-  
sum. Consimilem in modum vsus est Gre-  
gorius Nazianzenus in Monodia, sentiens  
Basilium eò perfectionis peruenisse, vt lon-  
gius progredi negatum esset humanæ na-  
turæ. Heraclides Ponticus in allegoriis Ho-  
meri, improbos Homeri poematis inter-  
pretet, exigendos putat: ὑπὲρ ἠρακλῆος ἐχά-  
τας σπλᾶς καὶ πλῶ ἄββατον ἀκικανὸν δ' ἀλασσαν,  
id est, Vltra Herculis extremas columnas,  
& inaccessum Oceani mare.

Ciceris emptor.

**ΕΥΡΙΔΕΜ** arbitramur & illud inter pro-  
uerbia referendum, quod ait Horat. in Ar-  
te poet. Ciceris & nucis emptor, infimæ sor-  
tis hominem, de quæ iima plebe quempiam  
significans:

Offenduntur enim quibus est sequus, &  
pater, & res,  
Nec si quid fracti ciceris probat & nucis  
emptor,  
Acquis accipiūt animis, donāte corona.

Nemo quemquam ire prohibet publica via.

**PROVERBII** speciem habet & illud Plauti-  
num ex Curculione: Nemo ire quemquam  
prohibet publica via. Quo significant rerū  
communium æqualem omnibus vsum esse,  
neque cuiquam vertendum vitio, quod  
ius publicum concedit. Plautus ad senctum  
turpiculum deflexit, nempe ad vsum scorti  
publicitatis profiantis. Videtur autem effi-  
ctum ad imitationem Pythagorici symbo-  
li iubentis: τ' λωφόρος βαδίζων, id est, Publi-  
cam ingredi viam, aut contra τ' λωφόρος μὴ  
βαδίζων. Quo quidem respexisse videtur  
Flaccus in Arte poetica, cum ait:

Publica materies priuati iuris erit, si  
Nec circa vilem patulumquæ moraberis  
orbem,  
Nec verbum verbo curabis reddere.

Hinc belli initium.

**INTER** proueria quæ sumuntur ex adlusio-  
nibus auctorum, nobis non videtur illud &  
lentio prætereundum, quod ex Thucydide  
vsurpauit Lucianus in Pseudomante: καὶ  
κατὰ τὸν θεκυδίδην ἀρχεται ὁ πόλεμος ἐνθεν-  
θεν ἡδῶν. id est, Et iuxta Thucydidem, iā hinc  
belli initium. Id ad varios vsus poterit ac-  
commodari, siue cū ad incipiendum nego-  
tium adcingi significamus, siue cum alicum  
de natam similitatem inuimus, ac tumul-  
tum rerum exortum. Ad eundem Thucy-  
didis locum, non dubium quin adluserit  
Aristoph. in Acharnensibus:

Κάντ' ὄθεν ἀρχὴ ἢ τὸ πολέμου.  
Atq; illud, κάντ' ὄθεν, eo loco frequentius  
iterat, quo magis consentaneum, illū adlu-  
sione ad iocum abusum fuisse.

Inanium inania consilia.

Κετοὶ κενὰ βυλδύονται, i. Inanium inania con-  
silia. καὶ κενοὶ κενὰ λογιζονται, id est, Inanium  
inanes cogitationes, cū quis sua spe frustra-  
tur. Cognatum est, μαρε' μαρε' λέγει. i. Fa-  
tuum fatua loquitur. Natum aiunt ex euen-  
tu. Nā Archias stipulatus à Demetrio quin-  
genta auri talenta, vt Cyprum proderet, re  
deprehensa, arrepto siue ex his, quibus ten-  
duntur tentoria, suspendit sese. Refertur  
in Græcorum collectaneis.

Nutricum more male.

Καθ' ὅσπερ αἰ τίττωαι ἐπιτίθεισιν κακῶς, id est,  
R 1 4 Palsis



Pascis profecto more nutricum male.

In vetustissimis quibusdam proverborum collectaneis reperitur, quæ quidam Plutarcho tribuunt. Extat autem apud Aristophanem in Equitibus, qui quidem & metaphora rationem explicat his versibus:

Καὶ ὡς περὶ αὐτὸν θάγει σιτίλας κακῶς.

Μασώμινθ' γὰρ τῷ μὲν ὀλίγον ἐντιθέεις,

Αὐτὸς δ' ἐκείνῃς τριπλασίονι κατέσκακας. i.

Pascis profecto more nutricum male.

Nam ubi manderis, paullum huic in os dein inseris.

Ipe est præ illo vel triplum glutis cibi.

Conueniet igitur in eos qui de lucro pulululum aliquid impertunt lociis. Aut qui sic facultates alienas administrant, ut maximam partem in suos conuertant vsus, id quod hodieq; tutorum vulgus facit.

#### *Amphictyonum confessus.*

Ἀμφικτυονικὸν ὁμολογῶν, id est, Amphictyonicus confessus. De frequenti grauium virorum conuentu. Ductum à conuentu illo Græcorum olim celebratissimo, qui Amphictyonū dicitur, vel ab Amphictyone Deucalionis filio, qui cum reum posiretur, gætes Græcicas dicitur cōuocasse, ut citatur auctor Theopompus in 8. historiarum libro ac testatur Pausanias in Phocaias. Porro populi qui in id consilii conuenire soleant, numerantur 12. Iones, Diores, Perrhæbi, Bæoti, Magnetes, Achæi, Phthii, Moliæses, Dolopes, Aeneans, Delphi, Phocenses. Vel inde nomen inditum Amphictyonū, quod vudecunq; ad id consilium ex omni Græcia cōueniretur, ut placet Anaximæni, & Androtioni in Atticarum descriptione rerum, apud Pausaniam, in eo quem modo offendimus loco. Quo quidem & alia complura super hac re nō indigna lectu referuntur, si quis forte requireret. Nos ad enarrationē proverbiū putamus hæc esse satis. Venustius fuerit adagium, si per ironiam torqueatur ad indoctorum conuentū, qui sibi tamen Solones esse videantur.

#### *Etiā capillus vnus.*

CELEBRATUR & Mimus, Publianus admodum proverbiali specie:

Etiā capillus vnus habet vmbra suam. Quātumuis pusillum commodum iuuat, quantūlibet exiguum delictum nocet.

#### *Xenocratis caseolus.*

Ξενοκράτης τυγίον, id est, Xenocratis caseolus. De cibo, qui perquam diu durat, priusquā absumatur. Quamquam nihil vetat, quò minus ad alia quoq; transferatur, puta ad vestem, ad librum, ad pecuniolam, aut simile quidpiam, quo sic parce, circumspecteq; quispiam vitur, ut quam diutissime duret. Sumptum adagium ab admirabili Xenocratis philosophi frugalitate. Quæ tradunt sæpenumero obsonia iam rãcida facta abicisse, neq; rarenter euenisse, ut cum cadum aliquem relinire vellet, iam vinum reperiret in acorem versum. Proinde proverbium apposite dicitur in fordidos quoddã, quibus hic mos, omnem penum eousq; sciuate, quoad fuerit corruptus, perinde quãlibet nefas sit, rebus synceris & integris frui. Adagium refertur in Stobzi collectaneis.

#### *Bellum omnium pater.*

Ὁ πόλεμος ἀπάντων πατήρ, id est, Bellum omnium pater. Lucianus veluti proverbio iactatum refert, in commentario de ratione conscribendæ historiæ: μάλλον δὲ θαυμάσια καὶ ἠρόδοτοι καὶ ζενοφῶντες, ἡμῖν ἀπάντες. καὶ ὡς ἔοικε ἀληθὲς ἄρ' ἦν, ἐκείνο τὸ, πόλεμος ἀπάντων πατήρ, ἐστὶ καὶ συγγραφικὰ τοσούτους ἀνέφρουσιν, ἥσσον μίχ τῆ πλῆγῃ. id est, Qui potius Thucydides, Herodoti, Xenophontes nobis erant omnes. Adeo, ut verū esse videretur illud, quod dicitur, Bellum rerū omnium pater: si quidem tam multos scriptores produxit vnico ictu. Proverbiū ideo dictū est, quod bellum omnium rerū nouandarum auctor est, ut ex eo veluti nata videtur vniuersa. Nisi quis malit ad philosophorū quorundam decretum referre, qui dixerunt, rerum summam è lite progigni.

#### *Phanix ianua.*

Φανίξ θύρα, id est, Phanix ianua. Eustathius in Odyssæa ω, ostendit dictum de his, qui simulant sese congestas opes habere, quæ nusquam sunt. Ductum à Phania quodam, qui fallam de se præbuerit opinionem, quasi multam diuitiarum vim domi construatam ac reconditam haberet. Diximus alibi de Phani ianua, in proverbio Phani ostium, quod an idem sit cum hoc, nec ne, viderint docti.

Εκλίσιον

## Εκλινοῦ .

Εκλινοῦ. Prouerbiali figura dictum ostendit Eustathius in tertium Iliados. Su mpta me. taphora à piscibus, qui suffugiūt à retibus, uive ab hamo elabuntur. Nam lina retia dicuntur etiam Latinis, ut Maroni:

Humida lina trahunt.  
Inest autem piscibus quibusdam genuina quædam calliditas et retium textis elabendi, quemadmodum eleganter de Cestreo narrat Oppianus libro tertio. Sed carmen ipsum, quãdoquidem auctor non admodum ad huc vulgatus est, adscribere præstat:

Κίτρδος κλί πλακίησιν ἐν ἀγκύησι λίθοιο  
Εκλίμενος, δ' ὄλον ἔτι περίδρομον ἠγνοῖσεν.  
Τψι δ' ἀναβρώσκει λιλιμίενος ἴδατος ἀκρος,  
Ορεδὸς ἀνω σπιδῶν ὄσσειν δίοιο ἀλματι  
κρηφῶ

Ορηνοῦ, βυλῆς δὲ σάφορος κημάτισεν.  
Πολλοῦ γὰρ ῥήσι καὶ ὕστατα εἰσώματα φιλάων

Ρήσιος οἰπεράλο καὶ ἐξήλυξε μόροιο.  
Εἰ δ' ὄ γ' ἐφορμητὲς πρῶτων ὄλον ἀντις ὄλι.

Δὴ  
Εὐβρόχον κη ἐτ' ἔπειτα βιάζεται, δὴ ἀνορῆσι  
Ακνήμιος, πέρη δὲ μαδῶν ἀποπαύεται ὄρμης,  
id est,

Cestreo dum trahitur sinuosis æquore textis,

Haud illum qua suffugiat, latet, arsque dolusque

Subsilit in sublime alacer, saltuque citato

Viribus cuncti quantum valet omnibus vndas

Emicat in summas sublato corpore toto.

Ingenio fortuna fauet, nam subera sepe

Quæ summos tollunt funes, retinacula cassis

Transilit, & fatum elabens fugit improbus atrum.

Sin primum expertus subsultum, in retia rursus

Delapsus recidat, iam nec pugnare laborat

Anxius, aut frustra niti, doctusque periculo

Nec iactat sese, neque sursum promicat vntquam.

De permultis item aliis piscibus ad eundem commemorat modum, quibus artibus elabuntur capti. Sed reliqua persequi prælongum. Illud non iniucundum scitu, quod de

pisce Torpedine narrat poeta Claudianus, quemadmodum alligatus hamo, subducatur sese, vi veneni per linum atque harundinem ad piscatoris usque manum inmissa. Carmen sic habet.

Si quando vesita tibi incautior æra  
Hauerit, & curuis frænari senserit hamis,

Nō fugit, aut vano conatur vellere morfu,  
Sed propius nigra iungit se callida setæ,  
Et meminit captiua sui, longæque per vndas

Pigra venenatis effundit flamina venis,  
Per setam vis alta meat, fluctusque relinquit

Absentem vinctura virum, metuendus ab imis

Emicat horror aquis, & pendula fila secutus

Trāsit arundineos arcano frigore nodos,  
Victricemque ligat concreto sanguine dextram.

Damnifum piscator onus, prædamque rebellem

Iactat, & amissa redit exarmatus habena.

Aristophanis interpres putat ab aubibus tractum. Consimili figura Persius Satyra quinta:

Ne trepidare velis, atque arctos rodere calles.

## Αἰγυπτίαζεν .

Αἰγυπτίαζεν dicebantur astuti & impostores. Sumptum à moribus eius gentis. Theocritus ἐν σαρκαστικῶς.

Οὐδ' εἰς κακοῖργος

Δικλείται τοῖ ἰοῖτα παρὶ ρημο αἰγυπτισί. i.

- Lædit sceleratus

Astu Aegyptiaco obrepens iam nemo, nocet ve.

De moribus Aegyptiorum testatur & illud ex Aeschilo, quod alibi retulimus:

Δανοὶ πλείκωντας μηχαναῖς αἰγυπτιοί. id est,

Aegyptii miri struendis artibus.

Citat hoc prouerbium Synesius in Encomio Caluiti. Quamquam non numquam αἰγυπτίαζεν accipi solet, pro eo, quod est adurare, ut in hoc carmine.

Χρῶν δὲ πῶ σὴν ὕλιος λαμπρῶν φλογί

Αἰγυπτίασα. id est,

Tuum colorem Phœbus ardens igneis flammis aduret.

*Ne bolus quidem relictus.*

Οὐδ' ἔγκαφος λέλαπται, id est, Ne bolus quidem relictus est, hoc est, nec vel pauillum. Eustathius enarrans tertium Odysseæ librum, citat hunc Eupolidis versum:

Οὐχὶ λέλαπται τὸν ἔμῳ δ' ἔγκαφος. id est, Nec bolus è meis relictus rebus est. Nam ἔγκαφος, id apud Græcos significat, quod nos vulgata voce magis, quàm Latina, morsellum dicimus, à verbo κάπτω, quod est aui dè comedo.

*Rex, aut asinus.*

Βασιλεύς ἄσος, id est, Rex, aut asinus, hoc est, aut victor, aut victus. Simile illi: ἢ τρεῖς ἔξ, ἢ τρεῖς κίβοι, aut ter sex, aut tres tali. Eustathius Odysseæ textum enarrans librum, ostendit metaphoram ductam ab his qui ludunt sphaera, quibus qui vicisset, rex appellabatur, qui victus fuisset, huic asino nomen erat. Plato in Theæteto: ὁ δὲ ἀμερῶν, κκεθεῖτα ἄσπερ φατὶ οἱ σφαιρίζοντες, ὄνος, ὃς δ' ἂν περιγίγνται ἀναμάρτητος, βασιλεύς ἡμῶν. i. Qui aberrarit, is desidebit, quemadmodum dicunt ii, qui sphaera ludunt, asinus: qui vero nihil aberrans vicerit, rex noster est. Iulius Pollux lib. de rerum vocabulis 9. sphaera ludendi quattuor modos commemorat, quorum primus appellatur ἐπίσκυρος, alter φανίδια, seu φανίδις, tertius ἀπόρραξις, quartus ἔρανια. Quorum postremum, nam is ad pro uerbiu[m] proprie facit, describit his verbis: ἡ δὲ ἔρανια: ὁ μὲν ἀνακλάσας αὐτὸν ἀπορρίπτει τὴν σφῆραν εἰς τὸν ἔρανον. τοῖς δὲ ἢν ἀλλομένοις φιλοτιμία πρὶν εἰς γῆν αὐτὴν ἔμπισται, ἀρπάσαι, ὅπερ εἰκὸν ἄμφορος ἐν φαίεξιν ὑποδουλοῦ, ὅπότε μίττοι πρὸς τὸν τοχοῦ τὴν σφῆραν ἀπλήμψιοι, τὸ πλῆθος πᾶν πικρῶν ἐλογίζετο, καὶ ὁ μὲν ὑπὸ τῶν ὄνων ἐκαλεῖτο καὶ πᾶν ἡποῖα τὸ προσαχθεῖν, ὁ δὲ πρὸν βασιλεύς τε ἢν καὶ ἐπίταπην. id est, Vrania verolufus sic habet: Aliquis resupinans sese, sphaeram in celum mittit. Reliquis autem certamen erat ut eam prius quam in terram recideret, raperet, id quod in Phæacibus significare videtur Homerus. Sane vero cum aduersus pacietem sphaeram misissent, numerus subsultuum censebatur. Et qui victus fuisset, is asinus appellabatur: & quidquid imperatum esset, faciebat. Rursum qui vicisset, is & rex erat, & imperabat. Hactenus Iulius. Porro locus, quem ex Homero citat, est

Odysseæ e. ad hunc modum.

Τὸν γὰρ περὶ εἰς Λασηνὴν σίβηρος ἀπὸ χειρὸς, Βομβηκεν δὲ λίθος κατὰ δ' ἐπιτρῆαν ποτὶ γαίῃ Φάωκῆς δολιχίρειτοι παυοῖκλυτοὶ ἀσδεις Λαδὸς ὑπαίβριπύς, ὃ δ' ὑπέρπατο σηματα πᾶσαν. id est,

Versatum hunc valida submisit in aera dextra.

Intonuit lapis. Ast in humum formidine, sidunt

Phæaces gens gnara maris, ratibusque superba

Ob fax iactum, verum id procul omnia signa

Tranfluat.

Ab hac forma non videtur alienum quod est apud Plautum in Pœnulo: Rex sum, si ego illum hodie hominem ad me illexero. Licebit uti, cum significabimus, iaciendam aleam, quæ vel summos reddat, vel infimos.

*Stellis signare.*

Ἀστεις σημεῖθδου τὴν ὁδὸν, id est, Stellis viam signare dicuntur, qui notulis quibusdam & coniecturis rem alioqui peruehigatu[m] difficilem inquirunt. Eustathius exponens quintum Odysseæ librum, admonet conuenire in eos qui longam ac desertam ingrediuntur viam. Sumpta metaphora a nautis, qui in nocturna navigatione viam stellarum obseruatione coniectant. Quemadmodum apud Homerum Vlysses Odysseæ libro 5.

Αὐτὰρ ὁ πηδάλιον εὐνέτο τεχνίετας

Ἥμιος. ἔδὲ οἱ ὕπνος ἐπὶ βλιφάρσιον ἐπιπτεῖ, Γαλιάσδης δ' ἐσορᾶντι, καὶ ὁ φεῖ δ' ὄντα βούτην,

Ἄριτόνδ', ἂν καὶ ἄμαξον ἐπίκλασιν καλίεσιν. id est,

At elauo ille sedens, nauim mira arte regebat,

Numquam corripuit nutantia lumina somnus.

Verum Pleiadas spectat, seriq; Booten

Occasus, visamque alio cognomine currum.

Adlusit huc eleganter M. Tull. lib. Academiæ quest. 4. cum ait: Absoluti sapientis esse, non duci opinionibus, sed certo verum tenere, idq; ductu & iudicio Cynosuræ, quæ quod minore orbe circumferatur, utpote polo vicinior, certius monstrat viam, etiam si minus sit conspicua. At nondum perfecte sapienter

dum ubiq; quod probabile videtur, amplectitur, interdum errantem, veluti Helicen sequi, quæ vt clarior est, & magis oculis perspicua, ita non perinde certa vix monstratrix, quod latiore ambitu circumagatur, eo quod à polo seu vertice mundi longius absit. Verba Ciceronis sunt hæc. Nec tamen ego is sum, qui nihil vniquam falsi adprobem, qui numquam adsentiar, qui nihil opiner. Sed quærimus de sapiente. Ego vero ipse & magnus quidem sum opinator, non enim sum sapiens, & meas cogitationes sic dirigo, non ad illam paruulam Cynosuram:

Quæidunt duce nocturna Phœnices in alto,

Vt ait Aratus, eoque directus gubernant, quod eam tenent,

Quæ cursu interiore, breui conuertitur orbe:

sed ad Helicen & clarissimos septentriones, id est, rationes has latiore specie non ad tenuem climatas. Eo fit vt errem, & vager latius. Scimus factam alibi huius prouerbii mentionem, verum quoniam nacti erramus quædam non indigna cognita, visum est hic repetere.

*Sambucam citius.*

ADAGII speciem præ se gerit Persianum illud carmen:

Sambucam citius caloni aptaueris alto: Cuius vsus incidet, si quando significabimus, aliquem à disciplina percipiendam, siue munere gerendo nimis alienum esse. Si quidem Sambuca organum est musicorum, quod haudquaquam congruat caloni. Quæquam Athenus libro 14. indicat & bellicum instrumentum dici Sambucam, quod machinæ in maiorem admovebatur hostium mœnibus. Calones autem vocantur militum ministri, qui vallos ac ligna gestitant. Vnde & nomen inditum aut manu gram matrici. Porro cum milites sint imperiti musices, multo magis calones. Quamquam potest non absurde accipi de sambuca militari machina, quæ ritu organi musici, chordis quibusdam intenditur. Ad hanc intendendam haudquaquam idonei sunt calones, vt potest stolidi, & ob id ipsum ad infima ministeria retrusi, quod disciplinæ militaris prorsum rudes sint & indociles. vnde Persius non citra *ἔμφρων* addidit: alto, propterea quod homines prælon-

gi etiam prouerbio vecordix notatur, *ἄβρο δ' ἄμικρός*.

*Nostra farina.*

EIVSDEM farinæ dicuntur, inter quos est indiscreta similitudo. Quod enim aqua ad aquam collata, idem ad farinam farina. Persius in quinta Satyra:

-Nostræ paullo ante farinæ

Pelliculam veterem retines.

Perinde quasi dicat: Nostri gregis, nostræ conditionis. Pertinet ad illam elaisem Eadē cera, & Idem puluis, de quibus alibi dictum est. Simili tropo Seneca dixit: Eiusdem notæ licet, tantam hominum imprudentiam esse, imo dementia, vt quidam timore mortis cogantur ad mortem.

*Nullo scopo iaculari.*

*Ἀσκοπα τοῦ βίου*, id est, Absque scopo iaculari dicuntur, qui nihil certi propositum habent, quod sequantur, & ad quod instituti, consilii que sui rationes referant. Lucianus in Toxaride: *ἐπειδὴ τῷ ἀσκοπα τοῦ βίου καμιν, ἀνὸς ἐλόμοιο δ' αὐτοῦ τῶν, ἀλλὰς ἐπ' ἐκείνῳ ἔπομον φίλως*. id est, Quoniam in presentia nullo proposito scopo iaculati sumus, denovo, adscito arbitro, alia amicorum paria apud illum referamus. Persius Satyra tertia:

Est aliquid quo tendis, & in quod dirigis arcum?

An passim sequeris cornos, testaque luotoque?

Securus, quo pes ferat.

*De pulmone reuellere.*

DVIVM non est, quin ad prouerbiorum formam pertineat & illud Persianum: De pulmone reuellere, pro eo quod est, stultam, & arrogantem opinionem animo eximere:

Dum veteres auias tibi de pulmone reuello:

Tumorem, animiq; fastum in pulmone collocant, vnde *μύχ πύειν* apud Græcos. Et idem Persius alibi:

Græde, aliquid, quod pulmo animæ prælarus anhelat.

*Quos non tollens censum Aegyptij.*

*Οὐς δὲ ἄρουντ' ἀνδρῶν κατὰ ἀγῆπται*, id est, Quos

Quos ferre nec centum queant Aegyptii, De molestis dici solitum, ac moribus intolerandis, seu factu præturgidis. Inde ductum, quod Aegyptii plerique gestandis oneribus quæstus non satis honestum fastidire consueverint, unde & ἀχθοφόροι dicti, in iocum proverbialem abierunt. Refertur adagium ab Eudemo in collectaneis dictionum Rhetoricarum, & item a Suida. Extat autem apud Aristophanem in Ranis, ad hunc modum:

Δύ ἄρματ' εἰσέθηκε καὶ νεκρῶ δ' ἴνα,  
Οὐς ἔκ ἄφαντ' ἔδ' ἑκατὸν αἰνύπτιοι, id est,  
Duo plaustra, duoque item imposuit cadavera,

Quæ ferre nec centum queant Aegyptii.

Idem in Auibus:

Οὐκ αἰνύπτιος πλινθοφόρος. id est,  
Non Aegyptius lateriger.

Consimili modo Lucilius apud Nonium:

Quem neque Lucanis oriundi montibus tauri

Ducere pro telo validis ceruicibus possēt.

Rursum idem alibi:

Hunc iuga mulorum, pro telo ducere centum

Non possint.

*Aegyptius laterifer.*

Αἰνύπτιος πλινθοφόρος, id est, Aegyptius laterū gestator, Suidas nominatim proverbii titulo refert. Extat autem apud Aristophanē in Auibus: ibi quærit quispiam quis composuisset equum Durium in arce Palladis, centum cubitorum? Cui responderetur:

Ορνίς, ἔδ' εἰς ἄλλος, ἔκ αἰνύπτιος  
Πλινθοφόρος, ἔκ λιθόργος. id est,

Aves, nec alius vllus, haud Aegyptius  
Laterifer, aut faber lapidarius.

Quadrare videtur in sordidum, atq; infimæ sortis hominem, in quem vsum etiam Carum vilitas vsurpata est: aut in eum, qui molestis negotiis premitur. Admonuimus modo Aegyptios in vulgi fabulâ, ac risum abiisse, quod a sinorum ritu viciâdis corporis oneribus quæstum facerent. Ad quem laborem hoc exercitatiores illos fuisse coniecimus, quod in effodiendis lacunis, limosâ; exportando, ac lateribus argillaceis, huiusmodi opera potissimum opus erat apud Aegyptios, ob limum, quem inuehit Nilus. Nâ illic passeret aut hirundines monstrarunt artem eluto construendi parietes. Argu-

mento est, quod Hebræi, cum a pnd illos agerent, adacti sunt, luto, lateribusq; gestandis: seruilem operam præstare Pharaoni. De multis Marianis alibi reperies.

*Cenare me doce.*

Δειπνῆν μὲ δίδασκε i. Cenare me doce. Proverbiali figura dictum est ab Aristophane in Ranis. Γεπέστι uiter vsurpabitur, si quando docere, prætere, aut etiam refellere conatur aliquem imperitus negotii, de quo disceptatur. Verba sunt Bacchi ad Herculem de tragædiis iudicantem, cum exercitator esset in vorandis tauris, quàm pensculandis poetarum carminibus.

*Rhamnusus.*

Ράμνυστος, id est, Rhamnusus. Eudemus in dictionibus. Rhet. admonet, id cognominis olim seu proverbio additum sapientibus ac moderatis vitis. Nec explicat adagii rationem. Unde coniectare licet, vel ab eius generis moribus dictum, vel à dea Rhamnusia, quæ modum in omni negotio docet adhibendum. Quemadmodum alias sultus à uobis ostensum est.

*Papæ Myxus.*

Βαβαῦ μύξος, i. Papæ Myxus. In gloriosos & iactabundos dici consuevit. Nam βαβαῖστυ πορὶς & admirationis significationem habet. Myxus autem sacerdos qui ipsam fuit Dianæ, gloriosus & magniloquus: qui se fingebat omnia mirari. Refertur à Suida, & Zenodoto.

*Lenticulam angulo tener.*

Φικῶ γωνίας κρατῆς, id est, Lentum angulo tenes. De negotio quod fieri nullo pacto queat, propterea quod hoc leguminis genus angulis careat. Refertur à Suida, ne quis contemnat.

*Patrocli occasio.*

Πατροκλῆς πρόσκαις, i. Patrocli occasio, siue prætextus. Diogenianus ostendit dici sole de iis, qui cum ob metum nō ausint proprias deplorare calamitates, desunt eas sub prætextu luctus alieni. Plutarchus in commentario cui titulus, Quomodo quis se citra inuidiam laudare possit: καὶ μὴ δυνάμεθα πᾶν τρεῖς κλονεῖ πρόσκαισι, σφῆς δ' αὐτῆς δ' ἐπιθήσει ἑπαῖνον. id est, Et ne videamur Patroclum occasionem

occasionem, sed nos ipsos per illos laudare. Agitur enim de iis qui laudandis aliis suas ipsorum laudes insinuant. Opinamur sumptum a Patrocli moribus, in quem aliquoties iocatur Aristophanes.

*Exiguum oboli pretium.*

Μικρὸν τῶ δ' ὀβολῷ τίμιον, id est, Exiguum oboli pretiū. Suidas citat ex Marcyæ Eupolidis, conuenire in homines nequam, nihilique. Quamquam nihil obstat, quominus ad rem contemptam transferatur. Meminit & Eudemus. De similibus multa retulimus antea, obolaris homo, homo tressis, homo trioboli, homo vix dupondio æstimandus. Iustinianus iuuenes primum ad iuris studiū ingressos dupondios appellari voluit, velut extremæ classis. Nam qui iam profectissent, prolytas aclytas appellauit, quasi ditimos.

*Phenicum pacta.*

Φοινικῶν σωματικαί, id est, Phœnicum conuēta. Phœnices qui Carthagine periti sunt, cum primum ad eam adpulissent regionem, popularunt ab iis, qui id temporis Libyam incolēbant, vt sibi liceret diem & noctem hospitio terræ vi. Quod cum impetrassent, iamque exacto conceffi temporis spatio, iubeantur excedere sinibus, recularū, adfirmantes se pactos vt sibi fas esset illic noctesque ac dies commorari: videlicet ambiguitatem vocum ad suum commodum detorqueūtes. Vnde prouerbiū esse natum aiunt, de patris insidiosis & astutis. Auctores Suidas ac Diogenianus. Quin in totum omnes Phœnices dicti sunt, qui quæstus essent auidi. Vnde Pindarus in Pythiis hymno secūdo: φοινισσῶν ἔμπολον, id est, Phœniciam negotiationem dixit. Et interpres citat ex comico quoriam, ἄβδ'ς φοινίε γένομαι, id est, Proximus Phœnix flo. Item ex Sophocle: ἄλλ' ἔβδ' καὶ πρᾶσιν ὡς φοινίε ἀνίρ. id est, Phœnix vt vir, cœpit emere ac vendere. Postremo Plato libro de Republica tertio de his agens, qui putant magistratui conuenire mendacium, inquit: μηδὲν κἀκόν, ἀλλὰ φοινικόντι. id est, Nihil pulchri est, sed potius Phœnicense quiddam.

*Pusillus quantus Molon.*

Μικρὸς ἡλικὸς μέλαν, id est, Pusillus vt Molon. De vehementer breui statura corporis ho-

minionibus. Suidas ostendit duos fuisse Molones, nota corporis breuitate, quorum alter histrio fuerit, aliter fur, honesti scilicet quæstus vterque.

*Per antiquum diem.*

Διὰ πάλαις ἡμέρας, De re admodum obsoleta priscaque. Refertur a Diogeniano. Finitum illi, quod hodie non inscite iactatur in scholis philosophorum: Magno Platonis anno.

*Perierunt bona.*

Ἐξῆς τὰ καλὰ, id est, Perierunt honesta. Hippocrates Mindaro Lacedæmoniorum duci fuit ab epistolis, eo interfecto ab Atheniensibus Hippocrates in Lacedæmonem huiusmodi scripsit epistolam: ἔξῆς τὰ καλὰ, μίνδ' αρας δ' ἐπίσσοται: significans interfecto duce rem esse deploratam. Adagium recenset Diogenianus, historiam recenset Xenophon in περὶ κλαπμοις, libro 1. Græca seratio constant:

Periere honesta, Mindarus sublatus est.

*Qui nimium properas, serius absoluit.*

ΠΛΑΤΩ in Dialogo, cui titulus, De regno: πεπονηθὲς καὶ ἡμᾶς καὶ νῦν παθόντο κατὰ τὴν παροιμίαν πάθος, ποῦν, ἔχ' ἡσυχῆς ὅν διαφροσύνας, ὀνηκίαι βραδύτερον. id est, Fecit enim vt nunc quoque nobis acciderit, quod prouerbio dicitur: Quod nam? vt dum parum recte per otium diuidimus, serius profectimus. Idem in 7. de repub. adlusit ad prouerbiū: ἀβύθιον γὰρ ἔφιν, ταχὺ πάντα διελθεῖν, μέλλοι βραδύνα. i. Dū festino, inquit omnia celeriter pereurrere, tardior sum. Idem in Cratylō simile quiddam habet: ἴνα μὴ φθλωμεν ὥστεροί ἐν ἀλήθειά των περιόντες, ὅτι ὁ δὲ ἄνθρωπος ἐπὶ τὰ πρόχρημα δ' ἔξομλ' αὐτῆς ἀληθείας, ἔγωπος ἐκλυθέντα δ' αὐτῆρον τὸ διακτορ. id est, Ne nobis vsu veniat, vt quemadmodum qui apud Aeginetas noctu obambulant, serius perficiunt iter, itidem nos ad rem ipsa veritate serius quam oportet peruenisse videamur. Scitum est & illud dñi Augustini aduersus Petilianum, iis qui perturbatione aliqua festinant, vsu venire non numquam vt vestem aut calceos perierse indignant, quæ res postea moram adferat. Idem vsu venit his qui multa simul agere conantur, neque quidquam adsequuntur.

quuntur. Plato lib. de Repub. 3. ὅτι ἐς ἑκα-  
τολάς ἐν μὲν ἂν ἐπιτηδύμια καλῶς ἐπιτηδύοι,  
πολλὰ δὲ ἄλλα εἰς τὸ ἐπιχειροῦν πολλὰν ἐφε-  
πτόμους, πάντων ἀποτυχάνοι ἂν. i. Vnus-  
quisque recte, vnum studium exerceat, mul-  
ta nequaquam. Imò si id tentarit, multa ag-  
gressus, omnibus frustrabitur. Idem eiusdē  
operis lib. 10. docet idē accidere iis qui non

veritate, sed fucis ac malis artibus properāt  
ad honorem: εἰς ὅ μὲν δεινότητι καὶ ἀεικαίῳ δόξα  
σιν ὄσσοι δὲ δόμοις, ὅσοι ἂν εἴωσι δὲ ἀπὸ τὸν  
κάτω, ἀπὸ δὲ τὸν ἄνω μὴ τὸ μὲν πρῶτον ὁ δέξας  
ἀποκηδύωσι, τελευτῶντες δὲ καταγέλαστοι γί-  
γνεται, τὰ ἄλλα ἐπιώρων ἔχοντες καὶ ἀσεβήνο-  
τοι κίπορ ἔχοντες. id est, An non isti artifices  
& iniusti idē faciunt, quod solent cursores  
quidam, qui bene quidem currunt ab in-  
feriore loco, à superiore vero nequaquā. Pri-  
mum quidem celeriter prosiliunt, ceterum  
in fine cursus ridiculi sunt, atque auriculas  
in humeris habentes in coronati semet abri-  
piunt. Mouer adagium instituentz rei non  
tam celeritatem, quā curam adhibendam  
esse, ne postea sit in mora, quod in operis in-  
gressu fuerit erratū. Item in re bellica plus  
efficit Fabii cūctatio, quā M. Minutii præ-  
ceptemteritas. Si quidem in vnus Hanniba-  
lem multis iam præliis innictum, non viri-  
bus, sed lentitudine superauit. De quo præ-  
clare Ennius apud M. Tullium in Catone  
maiore:

Vnus homo nobis cunctando restituit rē.  
Non ponebat enim rumores ante salutē.

*Vltra catalogum.*

Υπὲρ τὸν κατάλογον ζῆ, id est, Ultra catalogum  
vixit. De eo dicebatur, qui multum ætatis  
vixeret, vnam præscriptum illum annorū  
numetum præterisse videretur. Et, ni sal-  
limur, apud Lucianum. Refertur à Suida,

*Vltra peram sapere.*

Υπὲρ τὴν πέραν φρονεῖν, id est, Ultra peram ef-  
felicium. Prouerbiali figura dictū apud  
Lucianum in Timone: ὀλιγακρὴ γὰρ καὶ μέ-  
γιστα χεῖρ ἴσμεν τὸν φιλοσοφουῦντα, καὶ μετὰ τὴν πέραν  
τὴν πέραν φρονεῖν, id est, Oportet enim phi-  
losophum paucis contentum ac frugalem  
esse, neque quidquam ultra peram querere.  
Quadrabit, vel in philosophum, vel in pau-  
perem, sed præcipue in Christianum. Con-  
sine illi, Vita doliaris.

*Vir videbatur nauis supplicans scopulo.*

Ἄνις ἔοικε ἰαῦς ἰκετὸν ἐν πέτρῳ. id est,  
Vir visus esse nauis est obsecrans petram.  
De stupidis ac stolidis, quibus aliud pro a-  
lio videtur, dictum indicat Suidas, ductā  
metaphora à naue, quæ impingit in sco-  
pulum.

*Pro esurienti necesse est furari.*

Πεινώντι κλέπτειν ἐς ἀνγκυαίως ἔχον, id est,  
Famelicus vir esse furax cogitur.  
Suidas prouerbii nomine refert, quod con-  
gruat in eos qui extrema adacti necessitate,  
quid faciunt. Veluti si qui confiteatur se  
mentitum, dicat, quid faceret, aut quid men-  
tiendum erat, aut in summam veniendum  
infamiam, πεινώντι κλέπτειν. Aut si quis au-  
dus gloriæ, aliena pro suis edat, cum ipse de  
suo nihil possit egregium edere.

*Vixit, dum vixit, benè.*

VIXIT, dum vixit, benè. Est in Hecyra,  
Terentiana. Prouerbialiter fuisse, vel senex in-  
dicat, rogans num præter vnam sententiam  
nihil attulisset. Conuenit in eos, qui mol-  
liter ac suauiter viuunt, atque faciunt sum-  
ptus, vt non multum iuuent hæredem. Est  
autē amphibologia in verbo viuere, quod  
interdum simpliciter viuere est, interdum  
genialiter vitam agere, vt apud Catullum:  
Viuamus mea Lesbia, atque amemus.

*Fumantem nasum vrsi ne tentaueris.*

PROVERBII speciem habet & illud apud  
Martialem:

Rabido nec perditus ore  
Fumantem nasum vrsi tentaueris vrsi.  
Sit psacidus licet, & lambat digitos que  
manusque,  
Si dolor & bilis, si iusta coegerit ira,  
Vrsus erit, vacua dentes in pelle satiges.  
Admonet non esse tentandos, qui possint  
nocere. Confimili modo Synesius in Enco-  
mio Caluitii scripsit: Canem naribus pren-  
dere, pro eo, quod est: Prouocare mordacē  
& nociturum. Hac parte corporis ista po-  
tissimum vrsos irritari docent Bestiarū.

*E tribus malis vnum.*

Τῶν τριῶν κακίων ἓν, id est, Trium malorum  
vnum. Suidas prouerbium indicat apud  
Menandrum extitisse. Sumptum autem à  
Theramene,

Theramene, qui cuidam è tribus malis vnũ indixerit, è quibus quod vellet eligeret Vn de & Aristophanes apud eundem Suidam in Triphalere: *ἔγω γὰρ ἀποπροαμίνας δὲ δὲικας τὰ ῥήια τὰυτὰ.* id est, Ego enim in à Theramene metui tria hæc: *Quæ* sint autem ea tria, quæ in prouerbio: *τὰ ῥήια τὸν εἰς θάνατον.* Id vsurpauit Alexander in Aepolis. Aristides ait oraculum solere tradi ob signatum, quod qui solueret prius quam fas esset, vnũ e tribus malis illum niãnebat, aut oculorũ oratio, aut manus, aut linguæ iactura. Sũt qui dicant iis, qui sententia capitali damnata fuissent, tria solere deferri, gladium, laqueum, & aconitum.

*Quam sa cile vulpes pyrum comest.*

PLAVTVS in Mostellaria: Tã facile vinges quã vulpes pyrum comest, De re factũ procliu. Quod nihil negotii sit vulpi dentatissimæ, pyrum edere.

*Contrahere supercilium, inflare buccas.*

*ὄφρα δὲ ἀποπάρτες καὶ γράβες φουάρτες,* id est, Ad ductus superciliis, & inflatis buccis. In fastuosos ac turgidos dictũ Suidas admonet. Si quidem in superciliis, sicut alias ostendimus, arrogantiæ sedes. Horatius inflatas buccas ad iracundiæ retulit argumentum:

Quin Iupiter ambas

Iratus buccas inflat.

Diuus Augustinus in libris Confessionum: Buccis typhocrepantibus. Quo loco non nulli perperam typo legunt. Mirum est autem Augustinum voce Græcãtica tanto pe-re delectatum, vt cum factum dicere posset typhum dicere maluerit, nisi quod ea iam vsu Latino donata videbatur. Traductum à ranis, quæ per iram inflatur. Notus est apolo-gus. Aelopicus de rana per arrogantiam disrupta. Horatius:

Crescentẽtũmidis infla sermonibus vrẽ.

*Sus comestatur.*

*Ἰσὶν ἄμα τρωτῶν,* id est, Sus saltauit, aut comestatur. Diogenianus ostendit dici solitum de iis, qui præter decorum quidpiam facerent quicquid rerum successu præter meritum obiecto, semet insolentius efferunt. Attingunt & Suidas & Zenodorus. Est autem Græcis *καμῆλεν* iuuenum amantium more coronis, cantilenis, saltationibus, ceterisque iuuenilibus nugis lasciuire, & in domos alienas irumpere. Irumpunt & sues, vnde

Theocritus in Syraculis:

*Ἀθρόος ὄχλος ἠδὲ καὶ δὲ πειρῶν.* id est,

Turba simul conferta suum more irruit; Ceterum qui rusticiore sunt ingenio, mirũ quam hæc dedecant. Locus erit vbi natura læuus, & agrestis adfectat videri festiuus.

*Dat veniam coruis, vexat censura columbas.*

NON tam ouum ouo simile, quã illud prouerbii speciẽ præ se fert, quod est apud Iuuenalem:

Dat veniam coruis, vexat censura columbas.

Pœna legum exercetur in humiles quospiam, & à quibus ob ingenii mansuetudinem aliqui emolumentũ potest auferri. Rapacibus ignoscitur. Sumprum est ab apophthegmate Anacharsidis, qui hoc dicto elusit studium Solonis in conscribendis legibus, quemadmodum refert Plutarchus in vita Solonis: *ὁ τῶν νόμων τοῖς ἀρχαίοις δμοῖος ἔφασκεν. καὶ γὰρ ἐκ τῶν ἐσὼν μὲν ἐμπροσθὶ τῆς κῆρας καὶ ἀδελφῶν, σίγην, ἐὰν δὲ μετῴρα, διακρίσει αὐτῶν.* id est, Leges aranearum telis ad similes dicebat, propterea quod in illas si quid leuius, aut imbecillum incurterit, hæret: sin maius aliquid, dissecat, ac fugit. Ad eandem pertinet sententiam, quod in Phormione ait Terentius:

Quia non recte accipitri tenditur, neque miluio,

Qui male faciunt nobis, illis, qui nihil faciunt, tenditur.

Quia enim in illis fructus est, in illis opera luditur.

*Sutorium atramentum.*

M. TVLLIVS libro epistolarũ nono ad Pætum: Iam pater eius accusatus est à M. Antonio: sutorio atramento absolutus putatur. Subesse videtur prouerbiũ. Sentit, opinamur hominem absolutum fuisse, iudiciũ corruptelam, non citra infamiam. Est enim huiusmodi sutorium atramentum, vt neque magnopere atram imprimat notam, neque nullam tamen illinat maculam. Infamiam enim atramenti symbolo poete significat, vt Horatius:

Hic nigra succus loliginis, hæc est

Aerugo mera.

Is quidem succus quidam est, quẽ plerisque mollium pisciũ, maxime Sepis inesse scribit



psit Aristoteles libro De partibus animalium quarto eum tunica contineri membrauea, emitti vero fistula quadam: quem effundit in metu, & aquam infuscant, ne queant deprehendi. Rursus Horatius:

Sed veluti tractata notam labemq; remittunt

Atramenta, fere scriptores carmine sacro Splendida facta linunt.

Ceterum quod Græci Chalcanthum appellant, Cornelius Celsus fere vertit sutorium atramentum: cuius frequenter meminit in medicinis, præsertim libro 5. Colligitur ex ære. Vnde Græcis nomen χάλκανθος, quasi dicas flos æris. Vnde suspicamur magis dici maculam, quam ære possis diluere. Nā atramentum quod scriptorium vocant, sacilius diluitur, nec inhæret corio. Plinius in epist. simili figura dixit: Vitelliana cicatrice stigmofum.

#### *Surda testimonia.*

Καφάμαρτυρία, id est, Surda testimonia, dicuntur quæ feruntur per tabulas, propterea quod hæ rogatæ nihil respondeant. Vt non discrepet ab illo: Muri magistri. Vnde surdis agere testimoniis proterbio dicuntur, qui vel procul absentes, vel vita defunctos modo citant, ne queant deprehendi.

#### *Perdere naulum.*

IVVENALIS in Satyra, cui initium: Stemmata quid faciunt.

Præconem Chazippe tuis circumspice pannis,

Cum Pansa eripiat, quidquid tibi nacta reliquit,

Iamque tace, furor est post omnia perdere naulum.

Domitius Calderinus, vt inter recentiores haudquaquam malus auctor, admonet pro uerbium esse in eum, qui cum multa amiserit, reliquum etiam velit perdere. Sumptā autem metaphoram à mercatoribus, qui cū nauigant, ū minus, quantum cupiunt, lucrari possunt, student vt saltem recuperēt ex mercibus diuendis, quantum pro vectura nauali soluerunt. Aristippus interrogatus a quodam, num esset vbique ridens: ἄν, ἔφη, παραπλάγμι τὸ ναυλον, εἴ γε πανταχῶ εἶμι. i. Naulum igitur non perdo, inquit, si quidē vbique sum. Refertur à Plutarcho in commentario, cui titulus: ὅτι δ' ἰδοκτὴ ἢ ὄρεται.

#### *Siculiffare.*

Σικυλίζω, id est, Siculiffare, Eudemus indicat siculiffare vsurpatum, pro eo quod est: Auferre esse, terricumque. Et cum quidem in modum Epicharimum vsus esse. Ceterū aliis placere magis referendū ad improbos & vastos. Non dubium quin ab eius gentis moribus sit sumptum. At Athenæus Dipnō sophistarum lib. 1. indicat, adagium natū ab Androne Siculo, qui morem inuexerit ad tibiam saltandi, gesticulandi que.

#### *Sedens columba.*

Ἡμεῖς πελάς, id est, Sedens columba. Suidas prouerbii titulo commemorat, indicatque dici solitum, de supra modum mansuetis ac simplicibus. Nam columbæ cum auolūt, fallunt ceteras pernicitate volatus, cum sedent, nihil mitius, aut simplicius. Neque quidquam habent, quo se tueantur aduersus miluios, & accipitres, præter alarum velocitatem. Videatur dici posse & in eos, qui simplicitatem simulant, quo magis imponant, propterea quod mos sit aucupibus, ex oculatam columbā in reti ponere, quæ subsultans, ceteras columbas alliciat. Ea Græcis dicitur παλὺθρεῖα, a verbo παλῦειν, quod est seducere, siue in laqueum illicere. Aristophanes in Auibus de columbis loquens:

Καὶ ἐπαναγκάζει παλῦειν δ' ἰδ' εἰς τὸν ἴψον. id est,

Et cogit paleutriam agere, alligatas in reti.

Vide lector num legendum sit ἡμῶν, i. illaqueata, id enim patitur, quo fallat alias.

#### *Simia barbata, seu caudata.*

Ῥίβκος πώγων ἔχων, id est, Simia barbam portans. Aristophanes: ἐν ἀχαρνέσσιν, ὃ πένθε τὸν πώγων ἔχων. Interpres admonuit adlusum esse ad illud Archilochium: τὸν δ' ὃ πένθε τῶν πυγῶν ἔχων, id est, Talem ὃ simia caudam habens. Dici solitum deridiculis. Regulus Rustichum Stoicorum simium dixit, contumeliaz gratia, vt refert Plin. in Epistolis: opinamur quod barba & pallio Stoicum ageret verius, quā moribus. Idem Aristophanes alio quodam loco quosdam δημοπιδούς appellat, quasi populi simias. Est autem hoc animal natura γλωττοποιόν, nec in alium vsus videtur natum, cum nec valeat

valeat ad esum vt oves, nec ad ædium custodiam vt canes, nec ad onera gestada vt equi. Athenæus lib. 14. narrat Anacharsim philosophum, genere Scytham, cum in conuiuium inducerentur homines ad risum mouendum edocti, solum omnium nõ rississe. Tandem cum inducerentur simiz, cœpit ridere: rogatus causam, Hæ, inquit, natura sunt γλωτοποιῖ, illi fingunt.

*Sibi canere.*

Ἐπιτῷ Ἰκκλῆν. i. Sibi ipsi canere, dicitur qui non ad alienum arbitrium facit quidpiam, sed animo obsequens suo. In Platonis conuicio iubent tibicinam sibi ipsi canere. Et cantor qui ipsiam. Antigenidas opinatur, iubet discipulum, quod populo non admodum gratus esset, sibi canere & Musis. M. Tullius in Bruto: Id enim est summi oratoris, summum oratorem populo videri. Quare tibicen Antigenidas dixerit discipulo sanctigenti ad populū: Mihi cane & Musis: ego hanc Brute dicenti vt solet apud multitudinem, Mihi cane & populo dixerim. Diuus Hieronymus ad Ismeniam refert, huius discipulum. Atq; is non iussus est sibi canere, sed præceptori, qui poterat iudicare.

*Si leonina pellis non satis est, vulpinâ adadenda.*

Αὐτῷ λέοντι μὴ ἐξήκναι, πλὴν ἀλωπεκῆν πρόσσῃον, id est, Si leonis exuiuium non sufficit, adde vulpinum. Cum viribus res obtineri nõ potest, dolus adhibendus. Adagium natum est ex apophthegmate Lyfandri. Nã is, quem ex apophthegmate Lyfandri. Nã is, quem admodum in eius via memorat Plutarchus, irridere solitus est, qui velut ab Hercule prognati, bellum a pertis viribus, citraq; dolum gerendum esse censabant, cum ipse magis existimaret boni ducis officium esse, quo leonina pellis non attingeret, eo contendendum ad sura vulpina. Quod quidem propemodum indicat & Maro, cum ait:

Dolus an virtus, quis in hoste requirit? Adagium refertur à Zenodoto. Huic adfines est quod apud Plutarchum in vita Syllæ Carbo dixisse memoratur. Cum enim Sylla nõ solum aperto Marte, sed dolis bellum gereret, ait: ὡς ἀλώπεκι καὶ λέοντι πολέμων ἐν τῷ σὺλλᾷ συζῆ καὶ τοῖς ἄλλοις, ὅτι τῆς ἀλώπεκος ἐστὶ τὸ μάλλον. id est, Quod bellum gerens cum vulpe, ac leone, quorum vtrunq; habitabat in animo Syllæ, à vulpe vehemētius

angeretur. Apud Aristophanem quidam dicitur, κυναλαπῆς, quod caninam impudentiam cum vulpina astutia coniunxisset.

*Siculus miles.*

Σικελὸς στρατιώτης, id est, Siculus miles. In peregrinum, ac mercenarium militē proverbiali ioco dicebatur, propterea quod Siculī temporibus Hieronis exotico milite plerūq; vterentur, auctore Zenodoto. Conueniet in hominem lucri gratia, nullum ministerii genus recusantem. Adfines est illi, quod de Care dictum est alibi.

*Pro bonis glomi.*

Ἀγῶν ἀγαθῶν ἀγχιβίδης, id est, Pro bonis glomi. Dicit consuenit, vbi quis beneficium, quod in alium contulisset, cumulate, cumq; scœnore reciperet. Agathides enim Grecis glomi dicuntur: verum ad usionis decus in voce Græca est, quod in sermonis Latinū reddi non potest. Meminit Suidas.

*Sine pennis volare haud facile est.*

MANET etiam hodiernis temporibus vulgo celebre, quod est in pœnulo Plautina: Sine pennis volare haud facile est. Idem in Afanaria: Defraudem te ego? Age sis, sine pennis vola. Locum habet, cum deesse significamus adminicula, sine quibus negotii peragere non possit. Reperitur apud idoneos auctores, Accidere alas, pro eo quod est, adimere materiam, facultatemq; conandi qui pipiam. Et: Addere alas. Horatius simili forma dicit Decidere pennas:

Vnde simul primū me dimisere Philippi, Decisis humilem pennis.

Et Cicero ad Atticum lib. quarto: Qui mihi pennas inciderant, nolunt easdem renasci. Idem in Academicis dixit: Incidere net uos, pro adimere vires. Cognatum est illi, quod alibi retulimus: εἰς πῦρ ξυῖαν, id est, Ignem diuidere. Quod pro impossibili retulit Plato lib. De legibus 6. δλίγῃ δὲ ποιῶν τὸν νομοθέτην τὸ πᾶλλον ἔχειν. i. Vt propemodum legum conditor faciat, quod solent, qui ludunt, in ignem impingentes idum, hoc est, inaniter laboret: quod ignis in se coeat. Eius generis est illud apud Platonem in Erychia: κατὰ μάθον δὲ ἀντὸν ἐγὼ ὅτι ἵσον εἶν πέσσει, ὅσων ἂν τὸ λεγόμενον λίσσον

ἰψίσω. id est, Vbi cognouissem tale esse hominis ingenium, vt illi suadere nihil aliud fuerit, quàm lapidem decoquere. Hæc faceretur aliis locis tempestiuus potuisse dici, sed non omnia locis omnibus occurrunt.

*Siphniassare.*

Σιφνιάζειν, id est, Siphniassare. Suidas indicat prouerbio dici solere, pro eo, quod est manum admouere politico: sumptum esse à moribus Siphniorum, qui libidinis causa id facitare consueuerint. Est autem Siphnus insula quæpiam, haud procul à Creta, cui quondam nomen fuerit Merope, vel hoc nobilis elogio, vna e Cycladibus. Refert eâ & Plinius lib. 4. cap. 12. prouerbiū indicat & Stephanus.

*Iuxta melam.*

Κατὰ μέλαν, i. Iuxta melam. Suidas ostendit prouerbio, dici solere; vbi quis incerta coniecturis prosequeretur. Sumpta metaphora à medicis vicus internum immisso per fauces. instrumento quopiam explorantibus. Id enim instrumentum μέλαν vocant, & μιλάσω, ad hunc modum tentare.

*Non idem sunt scriptura, & Leuceus.*

Γραφή τὴ καὶ λευκῶς ἢ τάντο, id est, Scriptura & Leuceus non sunt idem, aut non conueniunt. Vbi quis aliud scribit, aliud facit, aut dicit. Recte iacietur in eos, qui stare pacis nolunt. Nam hæc plerumque symgraphis constant. Aut in eos, quorum vita non congruit cum libris editis. Versus Græcus consistabit si addas λέγων. Coniicere licet Leuceum fuisse male fidei scribam.

*Bellicum canere. Receptui canere.*

A L I A S admonuimus, serme prouerbiales esse metaphoras, quæ sumuntur a bello, veluti Bellicum canere pro eo, quod est, animare atque exhortari. M. Tullius Philipp. 7. Bellicum mececinisse dicunt: Item Canere elasticum dicitur, qui excitat dissidium. Receptui canere, pro finire. M. Tullius Philippica 12. Quis enim reuocante & receptui canente senatu properet dimicare? Quintilianus libro 12. cap. quæ post finem studia: Quare antequam in has ætatis veniat infidias, receptui canet, & in portum integra nauis perueniet. Signa canant apud Martialem,

id est, iam congregiamur: & apud Plautum, Collaris signis depugnare: apud eundem Ver sis gladiis depugnare. Quin hoc ipsum col laris signis, haud dubie prouerbiū speciei ha ber, cum significamus seriam & exactam de re disceptationem, vt M. Tullius in episto lis ad Atticum, Vt cum Maphrago signis col latis. Apud Iuuenalem:

- Hæc tuba rixæ. Id est, hoc belli initium.

*Pithon formosus.*

Πίθων καλός, i. Pithon formosus. Conueniet vbi quis per adulationem falso laudatur. Pin dardus in Pythiis hymno 2. καλός τῶ πίθων παρὰ παυσίον ἀπὸ καλός. id est, Formosus Pitho semper apud pueros. formosus: Interpretis ostendit sumptum a pueris adulantibus si miz, subinde dictitantibus καλός πίθων. Vi detur autem pithon esse diminutiuum hu ius dictionis πύθωνος, quasi dicas similolus. Taxat Pindarus oblique quædam, vel quod ab indoctis laudatus tollerit cristas, vel quod ipse adularetur Hieroni, laudans non lau danda, Est autem φιλαυτία peculiaris huic animanti, adeo vt laudes sentiant & specu lis delectentur, & suos catulos contrectari gaudent, ipsiq; suos catulos complexu ene cent. Ad gratiam loqui veteres dicebant χα ρυγλωπίαν, quo verbo vsum Aeschylum in Prometheo victo, docet Athenæus libro 4. Eodem referente qui iucunda potius quam vera loqui studio habebant, ὑδρυγλωπίαν dice bantur.

*Semel rubidus, ac decies pallidus.*

Ἀπαξ πυρρός καὶ δέκατον χλωρός, id est, Semel rubidus, & decies pallidus. Suidas admonet dictum de iis, qui mutuum accipiunt, quos ne cesse est crebro tum rubescere pudore, tum metu pallefcere. Rubescere, dum petunt mu tuum; pallefcere, dum soluendo non sunt, & metuent, ne trahantur in ius, aut in neruum:

*Semper seni iuuencliam subiice.*

Ἀπὸ γέροντι νέου ἐπιβάλλον κέρον, id est, Semper puellam virginem subiice seni. Senarius prouerbialis admonens, vt proue stioris ætatis viri, puellam ducant magis, quàm anum, ne si frigus excesserit si rigori, languente Venere, steriles existant nuptiæ. Quamquam non ineptè trahetur ad alios item vsus, quoties significabimus ita rerum coniunctionem temperandam, vt quod ali bi dimi-

bi diminutum sit, aliunde suppleatur: videlicet vt seni conuictor addatur iuuenis, quo senilis ætatis tristitiam, huius hilaritas moderetur: rursum iuuentutis exultantiam, senilis severitas temperet. Item, vt loquaculus adiungatur, plus fatistaciturno, audaculus timido, pauper diuiti. Prouerbii meminit Diogenianus.

*Semper superioris anni prouentus melior.*

Ἀντὰ πέρσι βελτίαι: id est, Superior annus semper antepositur. Cum præsentia displicent, & antefertur antea facta. Diogenianus admonet id acclamatum ab Atheniensibus in rebus Macedonicis. Sūpta metaphora ab agricolis, qui semper de præsentis anni fructibus quæruntur apud dominos. Huc pertinet illud Horatianum:  
Laudator temporis acti  
Se puero.

*Sacra nihil sunt.*

Τὰ ἅμματα ἔδν ἐστίν, πλὴν γένη καὶ κέρατα, ἰ. Sacra nihil sunt præter malas & cornua, de victimis macilentis. Trahetur non inconcinne ad cibum minime esculentum. Refertur à Suida.

*Scytharum solitudo.*

Σκυθῶν ἐρημία. Scytharū solitudo, pro summis calamitatibus, exitioque dictū est, apud Aristophanem: ἐν ἀρχῆν ἔσσι, Ἐφοῖσαι συμπλακίετα τῆ σκυθῶν ἐρημία. ἰ. Impeditum deperire Scythicæ solitudini. Quo loco commentator indicat prouerbii dici solitum de ingenti solitudine: ductum autem inde, quod Scythæ nullis certis sedibus vtantur, sed vagi ferantur in plaustris. Eamq; ob causam, regio seris abundat. Meminit adagii & Q Curtius libro rerum ab Alexandro gestarum 7. apud quem Scytharum legatus ad hunc loquitur modum: Scytharum solitudines Græcis etiam prouerbis audio eludi. Nos deserta & humano cultu vacua magis quam vrbes & opulētos agros sequimur. Vsurpat & Plutarchus in libro de Stoicis contrarietatibus, quemadmodum ante retulimus in prouerbio: In caput præcipitari.

*Scindera glaciem.*

SCINDERE glaciem, est aperire viam, &

in incipiendo negotio priorem esse. Translatum à nauis, quorum vnus aliquis præmittitur, qui flumine concreto, glaciæ præsumpat, reliquisq; viam aperiat.

*Vinus fueris, vel cape solum accipiens.*

Ζαὸς γίνεσθαι, κερμῆς μόνον λαβῶν, id est, Si cape tantum sumpseris, iam vi xeris. Zenodotus & Suidas ostendit in eos dici solitum, qui de re quapiam pusilla, magnā opinionem consequuntur. Natum appareret ægrotor, qui medico porrigente cepse, reualuerit, herbā alioqui plebeiam, nec eam admodum salubrem corpori.

*Sapientes tyranni, sapientum congressu.*

Σοφοὶ τύραννοι τῶν σοφῶν σωχασία, id est, Commertio sapientium princeps sapit. Zenodotus citat ex Aiace Locrensi, addens eundem versiculum, à Platone citatum esse Euripidis nomine. Certe huius nomine comperimus adductum libro de Republica octauo.

*Σοφοὶ τύραννοι τῆ σοφῶν σωχασία.*

Quo magis admiramur quare Aul. Gell. citet ex Theæteto Platonis, nisi forte scribarū vitio pro Theage deprauatum est Theæreto, nam & in Theage refertur. Aul. Gellius libro 13. ostendit eundem apud vtrumque fuisse, apud Sophoclem, in eiusdem nominis fabula, & apud Euripidem. Quemadmodum & alii non nulli versus apud Euripidē inueniuntur, quos eisdem apud Sophocle & Aeschylum licet inuenire. Porro versiculum, quem modo citauimus, Gellius notæ vetustatis esse dicit, vt intelligas velut in prouerbium abiisse. Atque, vti iam quàm est grauius simul & eleganter scriptus, tam placet ætatis nostræ principibus, in quos illud fere dixeris:

*Μωροὶ τύραννοι τῶν κολάκων σωχασία.*

*Leonis exuium super crocoton.*

Λεωνὶ ἐπὶ κροκοτῶν, id est, Leonis exuium super crocoton. Cum duo quæpiam copulantur, quorum alterum cum altero nequaquā congruit. Sumptum à Baccho, qui hoc ornatu descendit ad inferos apud Aristophanem, vt veste muliebri, delicataque indutus esset, eiq; vesti leonis exuium impositum gestaret, quo videlicet Hercules creditus, Si a formi-

formidabilis videretur inferis. Hunc igitur ad eum modum adornatum, sic in Ranis rictu Hercules:

Αλλ' ἔχ' οἶδ' εἴ μ' ἀποσοβῆσαι τὸν γέλαν  
Ὁρῶ λιοντῶ ἐπὶ κροκοτῶ κερμίνῳ. id est,  
Risum profecto haud sum potis cōpescere  
Crocoton additum leontæ conspicans.

*Nec aures habeo, nec sango.*

**N**EC aures habere, nec taculum proverbio dicebatur, cui in manifestis ab omnibus reclamabatur. Hieronymus in præzatione declamationis, de matre & filia reconcilianda. Cur autem verear appellare declamationē cum ipse quodam in loco nominatum hoc argumentum exercitii causa, confictum à se subsequificet? Posteaquam enim, inquit, arguendo crimina, factus sum criminofus, & iuxta ritum vulgi sermone proverbium, iurgantibus & negantibus cunctis, nec aures, me credo habere, nec tāgot: id est, taceam necesse est, & quod audio; tangoque quasi nesciam. Potest videri sumptum ex Aristophanis Thesmophoriazulis: *μὴρ' ἀκούω μὴρ' ὄρω*, id est, Neque audio, neque video.

*Priusquam sortiari, communia deuoras.*

**Π**ρὶν λαχῆν, τὰ κοινὰ κατεδίει, id est, Priusquam sortitio facta sit, communia deuoras; In eñ competit, qui non expectata partitione, re inuadit. Ductam metaphoram indicat. Sui das à conuiujs, in quibus antiquitus mos erat, è cibis suam cuique portionem distribuere, quemadmodum ex compluribus Homeri locis licet conicere, apud quem illud oppido quam frequenter:

Καὶ ἔστις ἐδύετο δ' αὐτὸς εἰς οἶνον.

Deinde receptum apud non nullos, vt citra distributionem propositis in communcibus, quisque quantum vellet, sumeret. Id quod indicat Plautus: Patinarius fruit struices. Huius rei mentionem facit & Plutarchus in Symposiaci, excutiens vtra consuetudo magis probanda videatur. Porro proverbium sumptum est ex Equitibus Aristophanis:

Ἐπεὶ τὰ κοινὰ πρὶν λαχῆν κατεδίει. id est,  
Quando publica, antequam illa sortiari, deuoras.

*Res in foro nostro vertitur.*

**P**LAUTINVS (Tranio in Mostellaria):  
Vbi egomet video rem verti in meo foro.

Proverbialiter dictum, pro eo, quod est, posteaquam intelligo fortunam nostras commutari in diuersum; Traductum à mercatoribus, in quibus rerum: pretium: pro tempore sapenumeto commutatur. Aut certe à iudiciorum formulis, & explicandarum litium. Cui diuersum est illud: In alieno foro litigare. Cognatum illi: Vti foro, quod alibi dictum.

*Quodcumque in solum venit.*

**Q**UODCUMQUE in solum venit; id est, Quidquid in rerum natura producur. M. Tullius libro De: natura deorum 1. Hinc quodcumque in solum venit, vt dicitur, est fingis atq; efficit. Ridet atomos Epicurorū, ex quibus illi cuncta proigni credunt, quidquid vsquā nascitur in vniuerso Idem in epi. ad Pœtum. Et Varro apud Nonium.

*Quando id fieri non potest.*

**N**IHILO dici potest nec venustius, nec moralius ea sententia, quæ extat apud Terentium in Andria; Quoniā id fieri, quod vis, non potest, id velis quod possis; & δ' ἀωκμῶς ὃ θέλει, θέλει δ' ὀύνομι. Plurimum decoris adiunxit ea verborum conuersio. Qualis est in illis: Non viuendum vt edas, sed edendū vt viuas. Est autem adagium hoc finitum illi: δὴ τὸ παρὸν ἢ ποῦν. id est, Oporteret id quod adest boni consulere. Et Martialis: inter, felicitatis calculos commemorat, vt Quod sis, esse velis.

*Quantum non milius oberret.*

**Q**UANTVM non milius oberret. Proverbialis est hyperbole, de homine supra modum locuplete, cui tantum sit agrorum, quantum nec milius peruolet. Persius: Diues arat Curibus, quantum nō milius oberret;

Id imitatus Iuuenalis Satyra nona hunc in modum:

- Tot miluos, intra tua pascua lassos:  
Sic & apud Plutarchum tragicus quispiā:  
Σπείρω δ' ἄρ' ἐξ ἑαυτῶν δ' ἄδ' ἐχ' ἡμῶν ὄδον,  
Βερέκωντα χωρον. id est,  
Arum colo bis sex dierum iter, solo  
Berecynthio.

Plinius libro decimo octauo latifundia vocat, à quibus ait Italiae perniciem inuectam fuisse, proinde veteres ita censuisse: Satius esse minus serere, & melius arare.

*Prolemai-*

*Ptolemaicalis.*

Πτολεμαϊκὸς ἡ δίκη, id est, Ptolemaicalis. Diogenianus indicat dici solitū in litū audos. Anus quæpiam fuit Ptolemais, quæ quoad vixit, lites agitabat, nec vniquam à causis agendis erat feriatæ.

*Prouoluitur ad miluius.*

Προωλινοῦ ἢ τὰ ἰκτίους, id est, Adorat miluiū. Initio veris procedunt miluii, quare licti teques, quod iam hinc sunt leuati, prouoluntur, eosque velut adorant. Accommodari potest in eos, qui noua spe gestiūt. Suidas prouerbii loco commemorat. Item Lucretialis: Durare, atque expectare cicadas. Sumptum est autem ex Auidibus Aristophanis, προωλινοῦ ἢ δαί τοις ἰκτίους. Causam adscribit interpres in eadem, docens quatuor pates anni per aues denūciari hominibus. Ver attribuit miluiis.

*Priensis iustitia.*

Πριεν δίκη, id est, Priensis iustitia. Suidas ostendit conuenire cum significamus, aliquem in iudicando plurimum excellere. A Biante Priensē sumptum, cuius integritas in iudicandis causis in prouerbii abiit ut dicatur: δικάζειν δὲ βίαντος τὰ πριενίους κρισών. i. In iudicando præstantior Biante Priensē. Citatur ex Hipponacte iambo-graphio, à Strabone libro Geographias decimo quarto, & in vita Biantis à Diogene Laertio. Etiam Demodici Lerii Trochæi.

Εἰ τόχης τιναῖ, δικάζεις πλὴν πριενίω δίκην. i.

Si quam agas causam, Prienes fac uti tum more agas.

Hipponactis Scæzon sic habet:

Αἴης δικάζεις βίαντος τὰ πριενίους κρισών. id est,

Si qua iudicas, Biantem fac Priencium vincas.

De Bochoris & Rhadamanti iudicio diximus alias.

*Primum Mars in filijs laudatus est.*

Τὸ πρῶτα ἄριστος τῶν παιδῶν ἐπὶ νῆα. id est, Initio Mars laudabatur ob filios. De iis, qui initio specimē aliquod indolis egregie præ se ferunt, deinde paullatim in ipsos degenerant mores. Quemadmodum euenit Romanis olim strenuis, & Martem generis aucto-

rem virtute referentibus, post in degenerē prolapsis molliciem, vt non sine causa Lucretialis exclamarit.

Sed vnde hæc tenigit Gradiue tuos vrtica nepotes? Prouerbiū refertur à Suida.

*Phrynichilustia.*

Τὸ φρυγίχης πάλοισια, id est, Phrynichi lustratio. Diogenianus indicat dicitari suetum de iis, qui astu, dolisque negotiorum peragunt. Fuit is Phrynichus Lacedæmonum proditor, quem vetus Comœdia carbone notauit.

*Pro malo cane suam repositis.*

Ἀρτίκωνος κωδὸς σὺν ἀπαταις, i. Pro malo cane suam repositis, id est, pro re vili pretiosam. Sus enim esculentus, canis haudquam velsus est. Refertur à Diogeniano.

*Prudens in flammam miso manum.*

DI VVS Hieronymus quodam in loco prouerbiū vsurpat huiusmodi: Prudens in flammam manum immitto, pro eo, quod est: Sciens expono me discrimini, malisq; obiticio. Sumptum videri potest ab historia Mutii Scæuolæ. Extat & apud Ciceronem.

*Proba est maseria, si probum adhibeas artificem.*

A. P. L. A. V. T. O dictum in Pœulo non sine prouerbii specie: Proba est materia, si probum adhibeas fabrum. Egredia quodam indoles, si recte instituat. Felix ingenium, si præceptor contingat idoneus. Aut magnificum negotium, si modo scite tractetur. Metaphora notior est, quam vt sit iudicanda.

*Illo respiciens, sed hic remitte bona.*

A. S. C. H. Y. L. V. S. in Ranis Aristophanis, cupiens redire ad superos: Εἰς φράσαι ἄν, ἐγὼ δὲ δ' ἔβλωμαι. id est, Dicturus illic, num hic quidem haud vobis eloqui.

Cui Bacchus ad hunc modum respondet: Μὴ δῆκε σὺ γὰρ ἐνθάδ' ἀνίατ' ἀγαθῶ. i.

Minime profecto. quin magis hic profectus bona.

Interpres admonet ad lustrum ad paræmiis: Εἰς ἄλλ' ἔπεισον δ' ἔσθ' ἀπὸ τὰ γὰρ ἔστι.

Illuc tuens, at huc remitte commoda.  
 Convenit cū aliud prae nobis ferimus, aliud  
 facimus: aut cum aliis ablandamur, in  
 alios re beneficium conferimus. Quidam a  
 Charicibus mutuo sumptum existimant,  
 quarum vna a tergo respicit, & alteri mu-  
 nus offert, adrideus alteri.

Rana aquam.

Βατραχία ὕδωρ, id est, Ranae aquam, subau-  
 diendum ministras. Vbi quid exhibetur,  
 quo vel percipite gaudet is qui accipit. Ve-  
 luti si quem natura bibacem ad bibendi cer-  
 tamē prouocet, aut homini loquūculū nar-  
 randi materia & occasiōnem subministras,  
 Diuersum ab illo, βατραχία εὐχόχαις. Recte  
 accommodabitur, vbi quid datur abundan-  
 ti. Nam ranis affatum est aquae. Aquae Athe-  
 nizum refertur hoc carmen in Siracusanos:

Οἱ πίνασι μόνον βατραχῶν τρεῖς πινυμένους ἕ-  
 ῥοις. id est,  
 Qui absque cibo viuunt ranarum more  
 bibentes.

Theocritus in Ergatinis:

Εὐκτοῖς ὁ τῷ βατραχίῳ πινυμένος βίος, ὁ μελε-  
 διώνει  
 Τὸν τὸ πινεῖ ἐκχύνει, & τρέφει γὰρ ἄφρονον  
 αὐτῷ id est,

O pueri ranae vita est optabilis, vt quae  
 Non metuat, potans effundere, copia  
 namque.

Larga subest illi.

Pastor taxat parsimoniam Ergo doctae, quod  
 sudantibus maligne praebere potum, cum  
 ranis in otio viuentibus liceat bibere quan-  
 tum liber. Sunt & hodie bibones quidam;  
 qui sibi videntur perire siti, quod non in ip-  
 sis doliis habitent. Huic non dissimile est il-  
 lud, Equum in planicie. Illud autē diuer-  
 sum: κακάλικα εἰς κορυφαίαν, id est, T. I. pam  
 Coroneam. Est autem Coronea Bœotiae  
 ciuitas, quae talpam non gignit, & si aliun-  
 de inferatur, emotitur. Ita Stephanus, quē  
 admodum scarabeus in loco Thraciae iuxta  
 Olynthum, auctore Plinio.

Post bellum auxilium.

Μετὰ τὸν πόλεμον ἢ συμμαχίῃ, id est, Post bel-  
 lum supplicae. Quoties serius adhibetur re-  
 medium. Refertur à Suida. Natum est; aut  
 certe vsurpatū à Diogene Cynico. De quo  
 Laertius huiusmodi fabulam narrat. Ado-  
 lescentis quispiam iactantior nuper vxore dū-

cta, titulum huiusmodi inscripsit ædibus  
 suis: ὁ τῶν πόλεων καὶ συμμαχίῃς ἡρακλῆς ἐπέσθι  
 κατοικῆς, μετὰ τὸν πόλεμον. id est, Iouis filius  
 Callinicus. Hercules hic habitat, ne quid  
 introeat mali. Diogenes adscripsit: μετὰ  
 τοῦ πόλεμου ἢ συμμαχίῃ. id est, Post bel-  
 lum auxilium, videlicet indicans, iam  
 tunc receptum in cas malum, cum ipse ma-  
 lus immigrasset. Convenit cum Platónico  
 illo; quod alibi commemorauimus: μετὰ  
 τὸν πόλεμον ἔκειν. id est, Post bellum adesse,  
 Brutus in epistola ad Lycios, ἀμύχανον αὐτῶν  
 μετὰ τὸν πόλεμον. ὡς ἢ παροίτις, ἐκράδων, id est,  
 Machinae vestrae post bellum, vt habet  
 prouerbium, allatae sunt. Item in epistola  
 ad Myrenses, ἢ γὰρ ἐν πολέμῳ βραδύτης ἴσον  
 ἔχει τῷ μὲν ὄλεθρον γινούσῃ τὸ ἀπράκτον. id est,  
 Nam tarditas in bello perinde est, ac si nihil  
 omnino sit factum, quod frustra factū est.  
 Quintilianus in declamatione cadaveris pa-  
 sti, duas habet sententias non abstinens pro  
 uerbio. Quid quod medicina mortuorum am-  
 lera est? Quid quod nemo aquas infundit  
 in cineres? Sic indicat serum remedium.  
 Siquidem ægroti mortuo seto venit medi-  
 cus. Et ædibus in cinerem redactis seto in-  
 funditur aqua.

Pinguis venter non gignit sensum tenuem.

DI V S Hieronymus in epistola quadam,  
 citat huiusmodi proverbium apud Græcos  
 celebratum: Pinguis venter non gignit  
 sensum tenuem. Quamquam scietur id  
 elegantius sonare Græce, quam Latine. Græ-  
 cus autem senarius extat apud Græcos hu-  
 iusmodi.

Ραχία γαστήρ λεπτόν δὲ τίθει νόον, id est,  
 Subtile pectus venter obesus non parit.  
 Refert & Galenus cōtra Thrasibulum, ve-  
 luti vulgo iactatum: καὶ τὸ τοῦ ἀπέναντον ἔστι  
 ἀνθρώπων ἀδεται ὁ ἴσθι πέντων ἐστὶ ἀλκίς σα-  
 πτόν, ὡς γαστήρ ἢ παχία τοῦ ἐν δὲ τίθει τὸν νο-  
 ῦν. id est, Et hoc ab omnibus prope homi-  
 nibus canitur, eo quod omnium verissimū  
 est, quod venter obesus non gignit mentem  
 subtilē. Apud Lacedæmonios infame erat,  
 si quis corpore fuisset vehementer obeso.  
 Agatharchides apud Athenzum libro 12.  
 refert Anclidem ob deliciis supra modum  
 corpulentum; in conelone adductū fuise;  
 atque illic a Lysandro vehementer obins-  
 gatū, minimumq; ab fuisse quin in exiliū  
 ageretur,

ageretur; idq; futurum miniratos Lacedæmonios, ne vitam frugalius institueret. Et ibidem Menander de quodam obeso loquitur: παχὺς γὰρ ὄς ἐκάνετι γόμα. id est, Obesus etenim sus premebat os viri. Admonet adagium, luxu; corporis hebetescere mentis aciem. Quemadmodum scribit etiam Horatius:

- Nam corpus onustum

Hesternis vitiis animum quoque prægrauat ipsum.

Atque affigit humo diuinæ particulae auræ.

Plutarchus apud Gellium ostendit pueros multo pastu stupidioris, ac tardioris ingenii euadere.

#### *Piscem natare doces.*

Ἰχθυὸν ἴχθυον διδάσκεις, i. Piscem natare doces. Perinde est, ac si dicas, doctum doces. Confine illi, quod alibi retulimus: δελφίνου ἰχθυὸν διδάσκεις id est, Delphinum natare doces. Quod idem ad hunc effertur modum: τῷ δελφίνου κορυβῶν συμβαλλόν. id est, Delphini quemadmodum natare oporteat consulis. Auctor Diogenianus.

#### *Picana sum.*

Πιρῶν ἐγώ, id est, Picana sum. Zenodotus indicat dici solitum de iis, qui in extremas redacti calamitates, ad iisdem denuo in pristina felicitate restituntur. Sic enim euenisse quondam Picanzæ Aeliæ civitati. Nā hanc à Pellagis in seruitutem redactam, Erythreî in libertatem pristinam vindicarunt.

#### *Pistillo retusus.*

PROVERBIALIS est hyperbole, quam in epistolis vsurpauit diuus Hieronymus: Pistillo retusus, pro eo quod est, minime acutum. Timon Misanthropus Cleanthem ob ingenii tarditatem appellat: ἄλμυρον ἄτολμον, id est, Pistillum siue mortarium ignauum. Et Chrysispeum acumen, apud eundem per ironiam vsurpatur in stupidum. Et Cornutus syllogismus, pro ratione ridicula, friuolaq;ue.

#### *Partisio non præfocatio.*

Μεῖς ὄπις, id est, Sortitio, non præfocatio. Olim cum ii, qui viribus præpollerent, cibum eriperent imbecillioribus, manus interim in illos iniicientes, excogitatum est, vt for-

tibus: ex æquo diuideretur epulum, iamq; ab omnibus acclamari cœptum, μεῖς ὄπις, id est, Partisio, non strangulatio. Eaq; vox in prouerbiū abiit. Quo licebit vti, si quādo significabimus, non esse locum violentiæ, sed ex æquitate iuris oportere tractari negotium. Plutarchus in collectaneis, si modo illius sunt citat his verbis, μεῖς ὄπις πρὶν. i. Partisio est, non strangulatio. Admonet & Suidas hac forma prouerbiū efferti.

#### *Paries dealbatus.*

Τῶχος κοκκινάμενος, id est, Paries dealbatus aut incrustatus. Lucianus, Myrronis & Praxitelis colossos ad huiusmodi ferme similitudinem trahit in Gallo, quod foris multo niterent ebore, multo fulgerent auro, variisq; coloribus arriderent: præterea Iouis, aut Neptuni repræsentarent imaginem, sulmē aut tridentem de extra tenentes, vt plane inuēn aliquod esse viderentur, cum intus nihil apparet, præter picem, clauos, araneas, mures, atque id genus sordes alias, haudquaquam ad exteriorē illam imaginem respondentes. Atque huiusmodi principum esse vitam adfirmat, quorum si strepitum & apparatum inspicias, nihil felicius, nihil decorum vitæ similis: siū curas, suspiciones, odia contempleris, quibus intus discretiāntur, nihil calamitosius. Seneca Philosophos, qui cum docerent honesta, turpiter vuerent, similes esse scripsit quorundam medicorum pyxidulis, quarum tituli remediū pollicerentur, cum intus venenum occulta rent. Ediuerso, qui meliores sunt intus, quam oratione, quamque prima illa vitæ specie, quasiq; fronte præ se ferunt, hos Plato Silenis ad similes facit, de quibus aliō diximus loco.

#### *Ollam alere.*

Χύτραν τρέφει, i. Ollam alere dicebatur, qui metum ostenderet, quo deterrentur quempiam. Veluti si quis præsidium alicubi collocatum habeat, quo minus vicini res nouas moliantur. Sumptum id est à more ciuitatis Atheniensis, in qua ollas in tectis disponere consuevit, ad deterrendas vlulas, quarum illic maxima vis. Nam illarum strepitum omne genus auium reformidat. Adagium refertur tum à Suida, tum à Diogeniano. Sumptum est ex Aristophanis Comædia, cui titulus: Aues.



Οτι μὲν τε δ' αὖ μάχιδου λαμβάνειν τι τῶν χερῶν.

Τὶ δ' ἄν χύτρα ἀφιλίσει :

Γλάφυ μὲν δ' πρόσθε σιγῆν. id est.

Pugnare sane oportet simul & ollas sumere.

Sed quid iuuabit olla ?

Vlula nos tum non adibit .

*Oleum, & salem oporteres emere.*

Τὸ ἔλαιον καὶ τὸ ἅλα δ' εἰ ἀνάσσει . i. Oleum & salē oporteret emere . Refert adagium hoc Aristoteles Rhetoricorum libro secundo, tractans de locis & enthymematis. Proponit autem huiusmodi exemplum antistropheus : Sacerdos quaedam dissuadebat filio, nequādo verba faceret apud populum. Nam si iniusta suaseris, inquit, deos habebis iratos : sin iusta, homines. Id hoc pacto αὐτίσι φασ, id est, reciprocatur filius. Imō expedit orationem habere apud populū. Quandoquidem si iusta dixerō, dii me amabunt : si iniusta, homines . Atque huiusmodi genus argumentationis confine putat proverbio, quo iubemur, oleum ac salem emere : τῆτι δ' ἐστὶ ταντὸ τῶ λιγόμενα τὸ ἔλαιον πρίσσει καὶ τῆς ἄλας. id est, Hoc autem idem est cum eo quod dici solet, oleum emere & salem significans opus esse non numquam re mediis contrariis, nunc acrimonia, nunc lenitudine. Sal enim mordet, ac siccatur. Oleū lenit ac humectat. Sic medici oleū addunt salī, ne plus satis erodat : & qui sapiunt, admonitionis acrimoniā bonis verbis leniunt.

*Tamquam suber.*

Ὡς φιλῶς, id est, tamquam suber, de iis, qui non norunt dissimulare, aut qui nesciunt mergi aduersis fortunæ procellis . Extat apud Pindarum . Tractum a natura ligni, quod non solum ipsum non mergitur, verum etiam alligatum aliis ne sidant, sustinet . Vnde rebus adfuit, & natantibus subditur.

*Obtrudere palpum.*

ὈΒΤΡΥΔΕΡΕ palpum apud Plantum, est arte, sucoq̄, decipere. Ego, inquit, istucaliis dare condidici, mihi obrudere non potes palpum. Vnde & Palpari pro adulari, & Palpones adultores vocamus a simili metaphora. Metaphora, tracta est ab equisoni-

bus, qui ferocientibus equis, plausu manus adblandiuntur, ut ostendimus alibi .

*Ne quis vituperam Megarenisibus.*

Μὴ ἔποτε μὴ δ' εἰς μίγα κείων χένοτο σοφώτατος . i. Numquam quisquam sapientior sit Megarenisibus . Scomma proverbiale, iaci solitum in stupidos. Dicitur est autem per adulationem de Megarenisibus, auctore Diogeniano .

*Nulla candidorum virorum vitilis .*

Οὐδὲν λευκῶν ἀνδρῶν ὄφθαλος ἢ στυγοτομῆν . i. Nullus candidorum virorum vsus nisi ad cerdonicam . In molles & effeminatos dictum, ac veluti voluptatibus natos. Id enim innuit, opinamur, per cerdonicam, iuxta illud Martialis :

*Quid ad te .*

De cute quid faciat ille, vel ille sua .

Ceterum ii negotiis gerendis inutiles. Contra qui nigra sunt cute, & hispidi, hi magis allegandi sunt ad administrandam Rempublicam . Vnde & Herculeum μελάμπυρον appellarunt tamquam strenuum, & mollicie alienum, quemadmodum alibi demonstratū in pro uerbis : Nein Melampyrum .

*Nox humida.*

Νέξυρα, id est, Nox humida . De malis ingruentibus dici solitum, auctor est Diogenianus. Quemadmodum delictiore fortuna dicimus, exoriri lucem . Apud eundem est, νέξυρα, id est, Nox spissa, de nocte hyberna . Quæ si cui non videbuntur in adagiorum numerum referenda, is ea referat Diogeniano, si libet.

*Quid ad farinas :*

Τὶ πρὸς τ' ἄλφιτα , i. Quid ad farinas : id est, quid attinet ad parandas facultates ? Nam ἄλφιτα pro victu quoque re familiari ponere, poetis est familiare. Aristophanes in Nebulis :

Τὶ δὲ μ' ἀφιλίσεισ' οἱ ἐνθμοὶ πρὸς τ' ἄλφιτα, id est,

Quid me numeri tandem ad farinas iuuerint :

Id recte detorquebitur ad artes steriles, ut poetice, ἄδεν πρὸς τ' ἄλφιτα, quod vulgo dicunt de pane lucrando, sermone celeberrimi, quam erudito.

*Numeris*

*Numeris Platonis obscurus.*

PROVERBIALIS hyperbole videtur, quam usurpat M. Tullius in epistolis ad Atticū, lib. 7. Aemigna oppiorum ex Velia, plane non intellexi. Est enim numero Platonis obscurus. Id ideo dictum, quod Plato numeris Pythagoricis obscurat suam philosophiam, ac veluti nebulas quasdam offundit, præcipue in Timæo. Nam Pythagoras omnem fere philosophiæ rationem ad numeros traxit. De quibus permulta Macrobius in commentariis, quos edidit in Somnium Scipionis.

*Nihil ex agro dicitis.*

Ὅστιν ἐξ ἀγροῦ λέγει, id est, Nihil è rure loque ris, i. Nihil humile, neque triuiale. Quod enim parum elegans, parum expolitur, id ex agro profectum dicitur. Contra quod se stium, quod lepidum, id vrbatum ac ciuile vocant. Meminit Suidas.

*Nihil grane passus es, nisi.*

Ὅστιν πίνοντας δένει εἰ μὴ προσποιῆς, id est, Nihil graue accidit, nisi tibi vindicas. Meminit Diogenianus. Nemo læditur, nisi à seipso. Nemini fit iniuria, si eam existimet ad se non pertinere.

*Ne spina quidem vulnerabis bonos.*

Μὴδ' ὄκλαθα ἀμύξῃ τὰς ἀγαθὰς, id est, Ne spina quidem vulnerabis bonos. Nemo molestus fuerit innocenti. Nam spina natura pungit quemlibet. Sed vbiq; tuta est iuncta vitæq; integritas.

*Nazra & Charmione.*

Νέαραι ἢ χαρμῖον, id est, Nazra & Charmione. De his amici dici solitum scripsit Zenodorus, quiq; non dubitarent vel mortis esse comites amicis. Erat autem hoc amicitiz genus laudatum apud Aegyptios, quod appellabant σὺν ἀποθνήσκόντων, id est, commorientium. Quibus hoc necessitudinis genus placebat, si hac lege copulabantur, vt si alteri fatale quidpiam accidisset, alter vltro mortis socium sese adiungeret. Hoc se dere eohæserant. Antonius & Cleopatra. Significat & Horatius lib. 2. Oda 17. simile quiddam erga Mæcenatem:

- Ille dies vtrinq;

Ducet ruinam, non ego perfidum

Dixi sacramentum, ibimus, ibimus;  
Vt ceuq; præcedes, supremum  
Carpere iter comites parati.

Rursum alio loco:

Quid nos? quibus te vita sit superstitè  
Iucunda, si contra grauis.

Sed vt redeamus ad prouerbium, Nazra & Charmione, duæ erant Cleopatræ regina pedissq;, quæ spontaneam Cleopatræ mortem sunt imitatz: ac semiuivæ repertæ sunt, dominæ iam mortuæ coronâ capite delapsam reponentes. Est quidè historia memoratu cū primis digna, nec iniucunda cognitu, verum cam si quis forte requireret, petat licebit ex Plutatcho in vita M. Antonii.

*Neq; nullis sis amicus, neq; multis.*

CARMEN illud Hesiodi, sicut & alia pleraq; cessit in prouerbium:

Μὴ δὲ πολὺ φενοίμην ἄξωνον καλέεσθαι. i.

Nec multis, at nec nulli dicaris amicus.

Aristoteles libro Moralium nono, tāquam prouerbio iactatum citat, ac dictum probare videtur, propterea quod prorsum citra vltius amici consuetudinem viuere, serinum atque iniucundum esse videatur. Rursum nec vehemèter amare possumus simul multos, nec pluribus morè gerere. Quin & Lucianus in Toxaride narrat apud Scythas, πολυφιλίαν, id est, complurium amicitiam non aliter infamem fuisse, quā apud alias gentes, vnus mulieris cum pluribus viris consuetudinem. Quamquam diuersa sentit M. Tullius in libro De amicitia. Et Plutarchus in commentario: πῶς πολυφιλίας.

*Nebulas diuerberare.*

Νεφέλας ξάισιν, id est, Nebulas diuerberare, dicitur, qui vel in re stulta, vel quæ fieri non queat, frustra sumit operâ. Meminit Diogenianus. Suidas suspicatur ductum, ab eo qui dixit nebulas esse lanam expāsam, quasi similiter debeant carminari.

*Myconius vicinus.*

Μυκόνιον γείτων, id est, Myconius vicinus. Iucum, qui inuocatus ad conuiuium accedit. Nā hoc nomine Myconius notauit antiquitas, quod liguritores essent, & alienæ appetentes mensæ. Ad hunc modum Suidas. Zenodorus autè ait conuenire in sordos, atque humiles homunciones, propterea quod ea insula, inter contēptas habita sit, ob

fit, obsterilitatem, atq; ob id gētem auidiu-  
sculam, & alieni appetentiorē fuisse. Athe-  
nzus idem ferme testatur in primo sermo-  
ne Dipnosophilistarum, citans hunc ex Ar-  
chilocho versum, quo taxauit Periclen quē-  
dam, ὡς ἀκλίτοι εἰς πτώσι κα εἰς τὴ συμπίσι κα  
μύκονιν δῖνα. id est, Velut qui inuocatus ir-  
ruerit in conuiuia Myconiorum more. Idē  
addit Myconios, quod inopes essent, utpote  
sterilem insulam incolentes, ἐπι γλιχέστητι  
καὶ πλεονεία, fuisse notatos. Egestas enim fa-  
cita uidos alienarum rerum, vnde & Crati-  
nus Isthomachum quendam gulæ manci-  
pium, Myconium appellari.

*Mortuos videns.*

Νικηρὸς ὄρων, νικηρωσιν ἔξει πραγμάτων, id est,  
Tibi occident res, mortuos si somnias.

Refertur à Suida tanquam vulgo iactatum  
de diuinatione, quæ sumitur ab insomniis,  
superstitione multo omnium vanissima. Id  
tamē ita dictum est, quod mors finis sit om-  
nium huius vitæ malorum.

*Mortui non mordens.*

Οἱ τεθνῶτες ἔδῶκασιν, id est, Mortui non  
mordent. Id etiam hac tempestate vulgo di-  
citur. Natum ex apophthegmate Theo-  
dori Chii, qui fuit Ptolemæi regis in arte  
Rhetorica præceptor. Hic enim in consiliū  
addicitus, cum deliberaretur, utrum Pom-  
peius ab Aegypto repellendus esset, an ad-  
mittendus, censuit receptum occideudum,  
addens hoc dictum: νικηρὸς ἔδῶκασιν, id est,  
mortuos non mordere. Refert Plutarchus  
in vita Pompeii.

*Adscisce ad extremum scientiam.*

Γέμπε εἰ ἔχατον πλὴ ἐπισήμη, id est, Adscisce  
ad extremum scientiam. Non statim vten-  
dum extremis ingenii viribus, verum vbi  
iam vrget vltimum periculum, tum ad ar-  
tes confugiendum.

*Miserrimum fame mori.*

SENTENTIA etiam cautionibus apud vete-  
res celebrata, teste Platone, Miserrimū mor-  
tis genus, fame mori. Sumpta est autem ex  
Homericæ Odysseæ M.

Πάντις μὲν στερῆσι δάκρυσι δῖοισι βροτοῖσι,  
Λιμῆ δ' ἄκτιστοι θνητοὶν ἐπὶ τῶν πόντων ἐπῶσθιν. i.

Dura quidem miseris mors est mortali-  
bus omnis,  
At periiisse fame, res vna miserrima lon-  
ge est.

Plato libro De republica tertio refert hoc  
carmen, veluti pestilens moribus adolescen-  
tum, cum nulla mors sit misera quæ hone-  
statis gratia oppetitur. Accommodari pote-  
rit in sordidos quosdam, qui quo parcant  
nummis, defraudant genium suum: aut iū-  
cos qui percunt inficitia veri.

*Il modo venare leporem, nunc Itym tenes.*

PLAVTUS in Captiui duo: Il modo venare le-  
porem, nunc Itym tenes, prouerbiali figura  
dixit. Id est, hanc interim cœnam, qualem-  
cunq; certam habes, quære alteram si potes  
potiorem. Itys enim auis, quem à Phalidæ  
Scythiæ fluminiæ. Phasianum vocant. Proin-  
de cum iubebimus, ut qui nactus sit cōmo-  
di quidpiam, ad aliud sese adtingat, nō in-  
tempestiuiter hoc vtemur adagio. Verum  
opinamur hunc Plauti locum, ut sunt alii  
pleriq; deprauatum esse: legendum autem,  
nec Itym, vt habent codices, nec Ichthyon, vt  
perperam mutauit quidam, cum nec auis,  
nec piscis quidquam faciat ad venationem  
leporis, sed Ictin. Nam est id animal de ge-  
nere mustellarum, quod incuniculos im-  
mittitur, vt prædam eliciat. Latini Vuer-  
ram appellant. Suidas ostēdit idem animal  
insidiari piscibus. Meminit huius Aristote-  
les libro de naturis animantium nono, ca-  
pite sexto. Quamquam non indicat insi-  
diari leporibus, sed auibus & alucaribus.  
Quod si recte constat ictin esse viueram,  
Plinius octauo libro indicat præcipuam vi-  
ueris gratiam fuisse, propter venatum le-  
porum & cuniculorum. Iniiciunt, inquit,  
eas in specus, qui sunt multiflores in terris,  
vnde & nomen animali, atque ita ciectos  
superne capiunt.

*Minimo prouocare.*

MINIMO prouocare, est contemptim ad cœ-  
tamen prouocare. Sumptum à gestu prouo-  
cantium ad pugnam minimo digito por-  
recto. Horatius in Sermonibus:

- Ecce,

Crispinus minimo me prouocat. accipe,  
si vis,

Accipe

Accipe iam tabulas, videtur nobis locus, hora,

Custodes, videamus vter plus scribere possit.

Elegantius ad res animi torquebitur. Vt: Vnus hic grammaticus theologos omnes omnino prouocat:

*Minore finire pomario, & his similia.*

PROVERBII rationem sapiunt huiusmodi ferme metaphoræ: Finire pomario: Præstiture metam: Circumscribere cancellis, & si quæ sunt circumfines i Vatro in libris De rusticis: Eo melius fecisse quosdam, qui minore pomario finierunt, exclusis partibus, quæ non pertinent ad hanc rem. Idem eiusdem operis lib. 1. Ars sit, an quid aliud, & à quibus carceribus decurrat ad metas. Cicero lib. de Oratore 1. Exiguus quibusdã finibus totũ oratoris munus circũdediti.

*Mens peregrina.*

Νοῦν τὸν ξένον, id est, Mẽtem peregrinam habere dicuntur cogitabundi, nec satis ob id attenti ad ea, quæ coram agũtur. Iocus Aristophanis: ἐν ἀχαρῆσιν, in Euripidem tãquam dialecticis vtemem arguitis, id quod indicat etiam Fabius Quintilianus in Institutionibus, his versibus:

Ὀὐκ ἐνδοξὸν εἶναι γράμματα ἔχειν.  
Ῥῶς ἐνδοξόν, εἶτ' ἐκ ἐνδοξοῦ, ῥῶως ὡ γέρον,  
Ὀὐδὲς μὲν ἔξω συλλεγῶν ἐπέλλιαι,  
Ὀὐκ ἐνδοξόν, αὐτὸς δ' ἐνδοξὸν ἀναβῶν ἐν ποιεῖ  
Τραγῶδιαν. id est,

Est intus, haud est intus idem si sapias.  
Qui nã intus & non intus? optime senex.  
Nam mens foris abest colligens epyllia  
Non intus, ipse at intus est, tragœdiam  
Scribens supinus.

Epyllia verficulos dicit, voce diminutiva ab epos. Idem in Equitibus;

Ῥῶς τὸν ἄλλοτ' ἀπὶ  
Κέκμηκός τ' ὄσ' ἄρα παρὲν ἀποδύμα. id est,  
Vlq; ad loquentẽ in his, at ipsa mens tua,  
Præfens, peregre est.

In eundem sensum Terentius: Præfens, absens vt fles.

*Misior columba.*

Ῥῶς τ' ἐπιπρῶτος, i. Mãsuetior colũba. Co subina simplicitas, ac mãsuetudo, laudatur etiam in diuinis litteris. Nam hoc est colũba in auiibus, quod ouis in quadrupedibus.

Ipsa nulli animantium meditatatur noxam, nec aliunde præsidium habet aduersus miluios, quam à celeritate volandi. Adagii meminit Diogenianus.

*Ad porcellum da mihi mutuo tres drachmas.*

Εἰς χοιρίδιόν μοι τῶ δ' ἀνεσον τρεῖς δ' ἄρχμας. i. Ad porcellum da mihi mutuo tres drachmas.

Dicebatur ab eo, qui mori decreuisset, aut qui vellet initiari. Nam initiandi consueuerunt inmolare porcum. Stuidas ex Aristophane citat. Est autem in Pace:

Εἰς χοιρίδιόν μοι τῶ δ' ἀνεσον τρεῖς δ' ἄρχμας, Δὲ γὰρ μὴ κενὸν αἶμα πρὶν τεθοκέναι. id est, Qni porcum emam mihi mutua nũc tres drachmas,

Initiandus sum prius, ac mortem oppetã,

*Mulieris podex.*

Γαυκάδος πυρῆ, id est, Mulieris podex. In ignauum ac desidiosum dicebatur. Ignauũ animal mulier, & quo minus habet mētis, hoc in honestis voluptatib; est addictius. Amat otium, & fucorum in morem, quemadmodum ait Hesiodus, virorum laboribus quefita sibi infumit, id quod indicat etiã illud prouerbiũ, ὄνθ' ὄνθ'. Et omnino tales per multas habet Galia. Atqui Hollandia innumeras habet, quæ sua industria viros otiosos & voluptarios alunt.

*Mulieris animus.*

Γαυκάδος φρένης, id est, Muliebre, ingenium. Diogenianus ostendit dici solitum in stultos. Videtur autem magis quadrare in imbelles & inconstantes. Vude est illud Ennianum:

Vos etenim iuuenes, animos geritis muliebres,  
Illaq; virgo viri. Et Terentius:  
Noui ingenium mulierum.  
Nolunt, vbi velis: vbi nolis, cupiũt vltro.

*Perendinum ventum prædicere.*

Τὸν ῥητάων ἀνεμον προγινώσκων, id est, Perendinũ ventum præfate dicuntur, qui coniectaris, quod multo post euenturum sit, colligunt. Sumptum à nautis, aut à negotiatoribus. Pindarus:

Σοφοὶ δὲ μέλλοιεν ῥητάων ἀνεμον ἔμαθον. i. Sapientes futurum perendic ventum nouerunt;

Id enim

Id enim demum est sapere, non solum quod ante pedes est videre, verum id quoque, quod procul abest, prospicere.

*Cause loquacior.*

Ραχίαις λαλίστερος, id est, Cause loquacior. Pro verbialis hyperbole, in hominem immodice, ac permoleste garrulum. Sumpta metaphora à cauitibus, quæ quoniam assiduus fluxibus tunduntur, multo resonant fragore.

*Lepori esurienti etiam placentæ fici.*

Λεπὸν πεινῶντι καὶ πλάκωντες οἱς σύκα, id est, Lepori esurienti & placentæ proficis.

Suidas tradit dictum de iis, qui compulsi necessitate, res etiam pretiosissimas absumunt. Fortassis natum ab huiusmodi quapiam fabula, qualem de se narrat Apuleius, quod adactus fame, placentas primum lambere, dein de etiam in comestis didicerit.

*Lex & regio.*

Νόμος καὶ χώρα, id est, Mos siue lex & regio. Admonet proverbium, quemadmodum & alias obiter indicauimus, feruendum & obsecrandum esse moribus regionis, in qua verseris. Zenodotus adscribit, vnicuique geniti suas quasdam esse leges, & instituta viuendi. Nam Persarum mos est, ut inter pocula temulenti consultant, ac reges suos pro numine adorent. Deinde qui sunt pares, osculantur inuicem: inferiores genam modo contingunt potentiorum. Natos pueros post quadriennium demum inspiciunt. Gordii regem creant eum, qui sit inter ipsos quam maxime corpulentus. Syraci coram deferunt ei, qui proceritate corporis reliquos antecellat, atque, ut quidam narrat, cui caput sit longissimum. Stymphali, mulierem eam in honore habent, quæ cum pluribus viris habuerit consuetudinem. Montani Messageræ, in viis coeunt. Sauromatæ inter pocula filias vendunt. Mazusius ablinet à mulierum congressu, nisi siquam bello ceperit. Tibareni, post uxoris partum, ipsi perinde quasi pepererint, reuincto capite cubant. Apud Cæcætos officines onerata gestant, donec occurrat, qui emat. Sidones parietes deuorant excepto capite. Nam hoc inaurant. Cæsariæ, aut iuxta alios Heniochi, natos lacrymis prosequuntur, defunctos gaudio. Bachirii si quando à morbo reua-

luerint, canibus semetipsos obiciunt. Origeni ei, neque domos habent, nec animante vescuntur. Sunt autem calui, non ipsi modo, verum etiam mulieres, idque aiunt accedere, propter aquæ vim natuam, quam bibunt. Thyrese diis ossa sacrificat, ipsi vescuntur carnibus. Tauroscythæ homines immolant. Byzoni mediterranei lacte bubulo victitant, nec villo præterea vescuntur cibo. Iberes ouium loco, canum greges alunt. Aethiopes, qui dicuntur Colcenis, hyzuas. Quin hodie non pauciores ingeniorum & morum discrimina. Ad ea quoad fieri potest accommodare sese, polypumque piscem imitari, non minima prudentiæ pars est.

*Aegis venit.*

Αἴγῃς ἔρχεται, id est, Aegis venit. Suidas indicat proverbio dici solitum de iis, qui petulant & impudenter agerent. Refertque ex Pherecrate, ὁμοίκακος ἄμιαν αἴγῃς ἔρχεται. Aegis autem Græcis varia significat, pelliceum tegmen quod gestant Atrii, præterea maris, intumescens undas, ac procellas ventorum, idque lingua Dorica, vnde ἐμπύζαν reperitur, pro vehementer flare. Alii malunt esse quid è coronis contextum, aut rete ex coronamentis contextum. Sic ait vsurpatum, apud Herodotum lib. 4. & apud Lycurgum. Nec desunt, qui putent significare sacerdotem, quæ Athenis solita sit ferre sacræ Aegidem, itaque ingredi ad eos, qui nuper duxissent uxores. Apparet in huiusmodi sacris multum fuisse licentiæ.

*Multam sylvam gestat.*

Λόχμην πολλὴν φορεῖς, id est, Sylvam multam porta. Dictum in Phormionem militem quandam hirsutum, densaque pilorum obtutum sylvæ, cuius & alibi facta mentio. Quæ drabit in agrestem & stupidum, cuiusmodi ferme sunt milites. Refertur à Suida.

*Leonem videre hostium prælia portendit.*

Αἰετῶν ἰδὲν, θυσίων ἄλλοι μακρῶς. id est, Cernere leones, hostium pugnam indicat. Translatum vel à somniorum concieptibus, vel ab obseruatiibus auguria. Meminit Suidas. Huiusmodi versiculos indicantes quid quodque portendat somnium, videmus diligenter commemoratos à Suida & Hesychio.

*Larus in paludibus.*

Λαρεὶ ἐν ἅλσιν, id est, Larus in paludibus. Suidas

das scribit dictatum de iis, qui facile sunt ad dandum. Ductum à Laro aue, quam eandem κίτρον appellari putant, quamquam Theodorus Gaza hanc fulicam vertit, illā gauiam. Ea quoniam facile decipitur, illi-citurq; proinde prouerbio locum fecit.

Issa.

Issa, id est, Issa. Prouerbialis erat acclamatio in eos, quibus ζ littera sorte cecidisset. quæ modis omnibus essent infortunati. Hæc Suidas, qui prouerbiū citat ex Menandri, testatur, & alibi vsurpatū apud auctores. Coniectare licet, eam litterā in sortibus, inauspicatā fuisse. Marrianus Capella in nuptiis Philologiæ & Mercurii, testatur hanc litteram inuisā fuisse Appio Claudio, quod dentes mortui, dum exprimitur, imitetur.

*In tua ipsius harena.*

In tua ipsius harena, id est, In tua ipsius arte. Sumptum à gladiatoribus, solitis in harena digladiari. Neq; vero parui referebat horis, nota an ignota dimicaret harena.

*In saltu vno duos apros capere.*

In saltu vno, duos apros capere. Est eadem in re duos pariter deprehendere. Plautus in Casina: Iam ego vno in saltu lepidè apros capiam duos.

*Ignis ad torrem.*

Ἐν εἰπὶ δ' αὐτὸν ἐλθὼν, id est, Ignis ad torrem veniens. De negotio, quod raptim, facileq; conficitur, quasi cum vitro ignis ad torrem transfuolat, ob materiei siccitatem. Meminit Diogenianus. Simile fuerit: Ignis ad naphthan. Est autem Naphtha biruminis genus, ad quod flamma vel è longinquo transfuolat.

*Hippolytum imitabor.*

Ἱππολύτων μιμήσομαι, id est, Hippolytum imitabor. Diogenianus in prouerbiorum collectaneis ait dictatū de iis, qui statuisent pueri, castiq; viuere. Nota est fabula, vel apud Euripidem, vel apud Senecam, quem admodū is iuuenis odio feminei generis, Dianæ studiis sese totum addixerit, despecto Veneris numine. Sic enim loquitur apud Euripidem:

Τὴν σὴν δὲ κύπριν πόλλ' ἐγὼ χάρων λέγω. i.

Veneri tuæ, longum valere renuncio.

*Nihil agere.*

SUIDAS hunc versiculum citat è Cratini fabula, cui titulus: Horæ:

Κῶταυτὰ πρῶτων φάσκ' ἀνερεῖν πινῶν. i.

Atq; ista faciens quidam ait, facies nihil. Admonetq; subesse prouerbiū, quod quædrat in eos, qui frustra laborent. Apud Latinos item nihil agunt, qui sumunt inanem operam, vt apud Terentium, Ceterum hoc nihil agit. Celebratur & illud Attilii: Satiū est otiosum esse, quàm nihil agere.

*Herculis cothurnos aptare infanti.*

HERCVLIS personam, aut cothurnos aptare puero, est minimis applicare maxima, quæ nequaquam vel congruant, vel deceāt, veluti si quis rem humilem oratione tragica profequatur. Quintilianus lib. 6. de peroratione: Nam in paruis quidem litibus, has tragœdias mouere, tale est, quasi personam Herculis & cothurnos aptare infantibus velis. Plutarchus commemorat apophthegma quoddam Agesilai, non admodum ad hoc alienum. Cui cum sophista quispiā hoc nomine laudaretur, quod res minimas dicendi artificio maximas efficeret, negauit is vel cerdonem bonū sibi videri, qui paruo pedi, magnum induceret calceum: significans orationem oportere cum re congruere, non aliter, quàm vestis conuenire debet corpori.

*Grues lapidem deglutientes.*

Αἱ γέραναι λίθους καταπίνωσαι, id est, Grues lapillos deglutientes. Suidas ex Aristophane citat, ostendens dici solitum de iis, qui summa prouidentia gerunt negotiorum. Idq; inde vulgi sermonem venisse, quod grauib; hic mos sit, vt quoniā admodum sublimnes volant, magnoq; ferātur impetu. neq; possint deorsum aspiciere, lapillos gestent, quos si quando fatigari ceperint inter volādum, ex alto deiiciant, quo videlicet è cadetium strepitu percipiant, verum supra terram, an supra mare volēt. Quod si lapillus in mare deciderit, pergunt viam: sin in terram, interquiescunt. Nec his dissimilia refert Plinius lib. 10. cap. 23. Quando profici scuntur, inquit, consentiunt. Volant ad prospiciendum alte, duce quem sequantur, eligunt. In extremo agmine per vices qui

qui acclament, dispositos habent, & qui gem voce contineant: excubias habent nocturnis temporibus, lapillum pede sustinentes, qui lassatis somno decidens, indigentiam sono coarguat. Ceterę dormiunt capite subter alam condito, alternis pedibus insistentes. Dux eroſto prouider collo, ac prædicat. Ac paullo post: Certum est, inquit, Pōtum transvolaturas primum omnium Criumetopum & Carambin, mox faburra stabiliri. Cum medium transferint, abiici lapillos: cum attingerint continentem, & è gutturate arenam. Hactenus Plinius. Porro locus, quem Suidas citat, est in Auibus Aristophanis:

Εκ μὲν γὰρ λιβύης ἕκαστος ὡς τοῖς μυρίαι  
Γέροντοί τιμιλίης κατὰ πτωχικὰ λιβύης. id est,  
Venere gruum terdena ferme millia,  
Libycis ab oris, deuoratis maximis  
Saxis.

Interpres hoc loco eadē fermē, quę Suidas.

*Fortuna æstuaria.*

Τύχη δὲ ἔστι, id est, Fortuna Euripus, siue volubilis, quod vicissim nunc huic fauere soleat, nunc illi. De qua Boetius:

Exæstuantis more seitur Euripi.

De mari Euripalio diximus loco. Quem admodum autem mare habet accessus ac recessus æstuaris, ita nihil est in rebus humanis perpetuum. Nullum autem mare crebrius aut celerius recurrit, quam Euripus. Pindarus in Pythiis hymno 3. metaphoram sumpsit à ventis: καὶ πρὸς μακρόν τυγαχέροντ' ἀναχέμεν, ἄλλοτε δ' ἄλλοιαι πτωαὶ ὑψιπέταν ἀνέμων. ὁ λβθ δὲ ἐκ τῆς μακρόν ἀνδρῶν ἔρχεται. id est, Oportet vbi contigerit à diis, frui. Ceterum alias alii sunt ventorum flatus. Felicitas autem mortalium, non venit diu mansura. Interpres citat verſus Euripidis:

Καμνισσι γὰρ τοῖ καὶ βροτοῖς αὐ συμβοραῖ,  
Καὶ πνύματ' ἀνέμων ἐκ ἀθ' ἑάμιν ἔχει, i.  
Quin & laborant calamitates hominibus,  
Nec habent vigore semper aurę flamina.

*Tua res agitur, cum proximus ardet paries.*

Et hodiernis tēporibus indocto vulgo passim in ore est, tum nobis esse cauendum, cū vicini domus ardet. Admonet prouerbiū: vt ex alterius malo sumamus exemplum,

alienoq̄ue periculo discamus nostris rebus consulere. Sumptum est ex Horatianis Epistolis:

Ecquid

Ad te post paullo ventura pericula sentis?  
Nam tua res agitur, paries cum proximus ardet.

Et Vergilius:

Iam proximus ardet  
Vcalegon.

*Fontibus apros, floribus austrum.*

ΔΥΒΙΥΜ non est, quin ad prouerbiorū classē pertineat, quod est apud Maronem in carmine Bucolico:

Eheu quid volui misero mihi, floribus austrum

Perditus, & liquidus immisi fontib' apros.  
Vbi quis optat nocitura. Nam ventus floribus inimicissimus, præcipue auster, ob violentiam.

*Ollaris Deus.*

Χυτρεῖς θεός, id est, Ollaris Deus. Dicebatur in hominem humilem & contemptę sortis. Aristophanes in Nubibus:

Ὅτε καὶ σὶ χυτρεῖν ὄντα ἐκὶν ἠγοράμην. i.

Quando arbitrabar te quoq; ollarē Deū:  
Magni Dii, ebore, auro, & argento sculpebatur. At plebei illi & minutuli, quod genus sunt Silenus & Priapus, qualibet materia fingebantur, ligno nonnunquam & luto, quo videlicet argento finguntur & ollæ. Vnde non inepte quadrabit in eū, qui studeat haberi inter aulicos optimates, sed nec opibus pollens, nec auctoritate valēs apud principem. Cognatum est illi: καὶ ἠδικορθ' ἐν λαχάτος. id est, Et Corcorus inter olera: aut illi: ὁδὲ ἠερδν. id est, Nihil sacri. Refertur in Zenodoti collectaneis.

*Oetæus genius.*

Οἰταῦθ' δάμων, id est, Oetæus genius. Diogenianus ait ferociam & arrogantiam huic dæmoni vehemēter inuisam fuisse, nec inultam sinere solitum: vnde tumidis ac presferocibus minitabantur Oetæum dæmonem. Collectanea vulgata prouerbum referunt ad auctorem Clarethum. Est autē Oetæmons finitimus Trachini atq; eodem nomine ciuitas Meliensium. Proinde similis erit huius vsus prouerbii, qualis est illius: Aderit Temesszus genius.

*Aequales*

*Aequales calculi.*

Ἰσοὶ ἄφοι, id est, Aequales calculi, si quando parum abest ut condemnetur aliquis, & tamen absoluitur: aut cū nutat animus, ambigitq; utram in partem se desectat, rationibus hinc atq; hinc velut ex æquo adhortantibus, ac deterrentibus. Quemadmodū est apud Terentium, Cum in dubio est animus, paullo momento huc vel illuc impellitur. Suidas ostendit metaphoram sumptā à prisca cōsuetudine iudiciorum, qua reus aequalibus iudicū sententiis abolvebatur, at non citra periculum. Cur autem potius absolueudum, quam damnandum reum veteres existimant, cum pares essent sententiæ, multas causas reddit Aristoteles in prolemate quodā. Multis enim nominibus, visum est conuenire, ut reliquis paribus, reo magis, quam auctori faueatur: vel quod accusator accedit paratus, ac p̄meditator. Reus ad multa non p̄uifa compellitur respondere. Vel quod consentaneum sit reū, ut qui maiore periculo dicat, ob metū quēdam p̄termisisse potius quam auctorem. Vel quod in ancipiti negotio potius ad eā partem oporteat vergete, vbi si forte erratum, peccetur leuius. At minus est malum absoluere nocentem, quam innocentē damnare, p̄sertim in capitalibus causis, vbi si contingat errare iudicem, non est quo faciat in posterum erratum suum, extincto iam homine. Contra, si elabatur nocens, poterit alio iudicio p̄enas dare. Vel quod accusatio propior est suspitioni malenolentiæ, quam defensio: quare cum in ceteris nihil appareat discriminis, de auctore potius male iudicamus, quam de reo. Hæc & alia quædam huiusmodi tradit Aristoteles. Igitur ut tutissimo liberatur à causis, qui calculis omnibus absoluitur, ita periculo proximus fuisse videtur, qui paribus calculis, iam quasi fauore quodam clabitur.

*Luscinia deest cantio.*

LYSCINIÆ deest cantio. Prouerbialis allegoria, perinde quasi dicas: Mulieri defunt verba, poetæ versus, oratori color, sophistæ cauillum. Nulla enim auium eque canora, atq; Luscinia, etiam scemina, sicuti testatur Plinius lib. 10. cap. 29. Sed haud fuerit alienum ipsius verba subscribere. Luscinii, in-

quit, diebus ac noctibus continuis quindecim garrulus sine intermisso cæcus, densante se frondium germine non in nouissimum digna miratur aue. Primū tanta vox, tam paruo in corpusculo, tam pertinax spiritus: deinde in vna perfecta musicæ scientia, modulatus editur sonus. Et nunc continuo spiritu trahitur in longum, nunc variatur inflexo, nunc distinguitur conciso, copulatur intorto, promittitur reuocatur, infuscatur ex inopinato: interdum & secū ipsa murmurat: plenus, grauis, acutus, creber, exentus: vbi visum est, vibrans, summus, medius, imus. Breuiterq; omnia tam paruulis in faucibus, quæ tot exquisitis tibiariur tormentis ars hominum excogitauit. Plautus in Bacchidibus:

Ego quoque pol metuo ne Lusciniole dederit cantio.

*Ego ex bono in bonum traductus sum.*

Εγὼ μὲν ἐκ τῶ καλῆ εἰς καλὸν μεταίεγα, id est, Ego quidem è bono in bonum transii. Suidas indicat dici solitum de his, qui bonum institutum, bono commutant. Innuuit autē natum à quodam, qui ex bono citharædo factus sit poeta tragicus. Est enim poetica musicæ confinis arti, vnde & musicam artē poetice vocauit Terentius. Sumptum est adagium ex Ranis Aristophanicis.

*Anguillas captare.*

Εγγέλεις ἐρεάδωαι, id est, Anguillas venari dicuntur, qui priuati compendii causa, ciētumultus. Inde ducta similitudine, quod cum aqua stat immota, nihil capiunt qui, captant anguillas: cū vero sursum ac deorsum miscent ac perturbant aquam, ita detum capiunt. Quadrabit in eos, quibus tranquillo Reipub. statu, nihil est emolumentum. Proinde seditiones gaudēt exoriri, quo ciuitatis publicum malum, in suū priuatum vertant commodum. Prouerbia existat apud Aristophanem in Equitibus:

Ὅτι γὰρ οἱ τὰς ἐγγέλεις ἐρεάμωαι πίπιπθας, ἔταν μὲν ἢ λίμνη καταστῆ, λαμβάνουσιν ἔδιν, ἔαν δ' ἀνω τε καὶ κάτω τὸν βίεβορον κινῶσιν, ἀίεσι. καὶ σὺ λαμβάνεις, ἢ τὴν πόλιν ταεῖπης. id est,

Namque accidit tibi, quod anguillas qui aucupantur.

Vbi quieta stat palus, nil pisciū reportat.

Contra



Contra lucum si mouerint sursum, atq;  
item deorsum,  
Capiunt: ita ipse capis, vbi rem publicam  
inquiras.

*Ego faciam omnia more Nicostriati.*

Ἐγὼ ποιῶ πάντα κατὰ Νικοστράτου, id est,  
Ego cuncta more fecero Nicolstrati.  
Pro eo, quod est egregiè, Nam hunc Nico-  
stratum aiunt comœdiarum actorem fuisse  
talem, qualis apud Romanos prædicatur  
fuisse Roscius. Itaq; propter artis famam  
in vulgi sermonem abiit. Suidas proverbi  
titulo recenset.

*Duplex cappa.*

Διπλῆν κάππα, i. Duplex cappa, velut enigma,  
quo malum aliquod significabant. Si-  
quidem gemino cappa, scribitur κακῶ. Si-  
mili figura Plautus furem, trium litterarū  
hominem appellauit.

*Tria cappa pessima.*

Τρία κάππα κακῆσα, id est,  
Tria pessima cappa.  
Iactatum & hoc olim ænigmatis vice, quo  
trium gentium mores notati sunt, Cappa-  
docum, Cretensium, & Cilicium. Augusti-  
nus in grammaticis indicat fuisse tortum  
in Cornelium Syllam, Cornelium Cinnā,  
& Cornelium Lentulum. Creditumq; est  
in libris Sibyllinis horum nomina tribus  
hisce litteris fuisse designata. Est item clau-  
sula carminis heroici.

*Temulentus dormiens non est excitandus.*

PROVERBII speciem habet, quod admonet  
Theognis, Sopitum ebrium non oportere  
excitari somno. Similimum est autem illi:  
κακὸν δὲ κείμηνον μὴ κινή. id est, Malum bene  
conditum ne moueas. Non est refricandū  
quod iam tempus induxit obliuio-  
nem. Non est renouandum animi vulnus,  
cui iam obduci cæcatrix cœpit. Theognidis  
carmen sic habet:

Μὴ δὲ δούρι ἐπίγειε σιμωϊδῆν, ὄντινι ἡμῶν  
Θωραχέεντ' οἶνω μάλ' ἄκκι' ὑπὶ' ἔχῃ. id est,  
Ne cuiquam è nobis somnum depelle Si-  
monida,

Oppressum vino, què sopor altus habet.

*Vtroq; nutans sensentia.*

Δίχλωλοι γῶμαι. id est, Vtroq; claudicantes sen-

tençie, aut animus huc atq; illuc versatilis.  
Sic enim arbitramur legendum διχῶλῶ  
per α magnum, vt sit, vtroq; claudicantes.  
Nam in vulgatis libris per omicron scri-  
ptum reperitur. Conueniet igitur in ho-  
minem lubricæ fidei, & incertarum partiū,  
in quem congruet illud Homericum:

Ἄλλῳ μετοκλάζει, καὶ ἐπ' ἀμφοτέρωσ' πρόσθε  
ἴζει. id est,

Claudicat incesu, pedibusq; vacillat v-  
trisque.

*Dentata charta.*

DENTATA dicuntur mordacia. M. Tullius  
ad fratrem lib. 2. Calamo & atramento te-  
perato. Dentata etiam charta res agetur.  
Et Seneca dentatos sales esse non vult. Ru-  
sus Edentula quæ morsu careant.

*Daulia cornix.*

Δαυλίαν κορυίνην, id est, Dauliam cornicem, lu-  
sciniam vocant poetæ: siue quod Tereus in  
Daulide Phocidis cū ea vixerit, siue quod  
illic Philomena mutata sit in auem. Non  
videamus quid sibi velit adagium, nisi for-  
te dictum est in garrulos, aut canoros. Ma-  
gis autem suspicamur Zenodotum, siue Ze-  
nobiū, is siue quisquis alius fuit, hoc pro-  
uerbium fuisse commentum, quo locum fa-  
ceret narrandæ fabulæ, quod idem in non-  
nullis aliis ab eo factum coniecimus.

*Cum musis.*

Μετὰ μουσῶν, id est, Cum musis: hoc est, Mu-  
sis bene fortunātibus, de doctis, aut iis, quæ  
docte dicuntur: aut que madmodum ostendit  
Suidas, cum illitteratus inter eruditos  
viuit, vt per Ironiam efferatur.

*Amicos tragædos æmulatur.*

Τὸς ἐπιτύχους τραγῶδης ἀγῶνι τῶν, id est, Ami-  
cos tragædos æmulatur. Suidas è Didymo  
citatur, addens dici solitū de his, qui sese acco-  
modarent, & morum seueritatem fumerēt,  
ad æmulationem aliorum. Sumptum ab hi-  
strionibus tragædiarum, qui cū sint leuif-  
simi nebulones, tamē vbi Deum aut regem  
agunt in fabula, tum cultu, voce, gestuque  
grauitatem quandam imitantur.

*Aesopicus graculus.*

Αἰσώπιος κολοιδός, id est, Aesopicus graculus,  
dicitur, qui aliena sibi vsurpat, aliorumq; que  
bonis sese venditat. Vsurpat Lucianus in  
in Pseudologista. Horatius:

. Moueat

- Moneat cornicula risum :  
 Furtivis nudata coloribus.  
 Extat apologus inter alios, qui Aesopi nomine circumferuntur. Pindarus in Nemeis hymno tertio: ὁ δὲ ἀλλοτρίων ἑρωτες ἀισθῆσι φέρον κέρει σπονδίας, ἐκασθεν μάτ' ὄλε. id est, Neque reum alienarum cupiditates viro meliores sunt ad ferendum, e domesticis inquire. Reprehendit suam digressionem poeta, iubetque ut quem suscepit celebrandum, laudet e propriis virtutibus potius, quam ex alienis.

*Aries cornibus lasciuens.*

Ῥέως ἀσέλγους, id est, Aries cornibus lasciuens. Diogenianus ostendit conuenire in magnos, ac lasciuos. Pruriunt cornua arietibus bene pastis, quod idem accidit bubus. Vergilius:  
 Lam cornu petat, & pedibus qui spargat arenam: vitulum lasciuientem indicans. Helychius indicat originem prouerbii. In arce Palladis aries erat repositus ingens æreus; quem Plato comicus dixit: ἀσέλγους, non tam ob lasciuiam, quam ob ingentem molem. Cōferret enim cum equo Durateo. Veretes enim non solum ἀσέλγους dixisse quod esset lasciuum & indomitum, verum etiam quod esset prægrande: quemadmodum Eupolis ἀίμων ἀσέλγους dixit pro magno vento. Hæ sunt grammaticorum eruces, ne æreus ille aries sit formidabilis ob ingentia cornua. At quid vetat etiam ventum dici lasciuum & intemperatæ, quod suo arbitrio ludit ubi velit? Nobis videtur adagium conuenire & in stolidos, præter meritum euectos ad dignitatem.

*Ductus per Phratrores canis.*

Ἀγῆμου δὲ διὰ φρατρῶν ὁ κῆως, id est, Ductus per Phratrores canis. Vbi quis incidit in eos, quibus pœnas det. Canis enim apud hōs procinus occiditur. Apud Athenienses populus in tribus erat distributus, vni uscuque tribus tertia pars φρατρία dicebatur, & huic præfectus φρατρίερχος. In comitiis igitur si quis canis intercurrisset, continuo petebatur à populo.

*Calabri hospitis xenia.*

ΠΡΟΧΡΕΒΙΩΝ subesse videtur in his Horatii versibus, quos scripsit in Epistolis:

Non quo more pyris vesci Calaber iubet hospes,  
 Tu me fecisti locupletem, vescere sodes.  
 Iam satis est, at tu quantum vis tolle, benignè.  
 Nō inuisa feres pueris munuscula paruis.  
 Tam teneo dono, ἢ si dimittar onustus.  
 Vt lubet, hæc hodie porcis comedenda relinques.

Itaque Calabri hospitis munera recte dixeris, rusticana, leuiaque, quæque magis onerent accipientem, quam iuuent: aut quæ donantur contempta. Si quidem Calabria, quod pyris abundant, consueuerunt ea hospitibus affatim apponere, deinde saturos bellariorum vice domum auferre iubent. Quod si recuses, eadem porcis obiciuntur. Atqui istud haud est dare munus, sed abiicere. Is demum dat, qui simul & pretium muneris expendit, quod largitur, & eius meritum quem eo donat. Notatus est apud Athenzum Antiochus cognomento Illustris, qui quod erat reliquum pecuniaz solet effundere verius quam largiri, interdum in viis publicis stans dicere consuevit: τίμη ἢ τύχη δὲ δωσιλαβῆτω. id est, Cui fortuna dat, capiat, & abiecta pecunia discedat.

*In ostio formosus.*

Ἐθύρα καλός, id est, In ostio formosus. De iis, qui adamantur, vulgo ἔ; gratiosi habentur. Sumptum à veterum consuetudine, qui formosorum, aut amasiarum nomina, arboribus, foliis ac parietibus inscribant, ὁ δ' εἶνα καλός. Ad id adludens Aristophanes in Vespis:

Κω νῆ δὲ ἀν' ἰδῆ γέ πρ' ἑγγεγραμμένον  
 Τὸν πυρὶ λαμπρὰς ἐν θύρα δῆμον καλόν.  
 Ἰὼν περιέγραφε πλοσίον κμῶς καλός. id est, Ac per Ionem scriptum vsquam si viderit Demum venustum in Pyrilampus ostio, Adcurrit ac Cemum venustum proxime Adscribit.

Idem ἐν ἀχαρνέσσι,  
 Ὑμῶν ἔρασις ἢ ἀλιτῶς, ὅσι καὶ  
 Ἐν τοῖσι τοῖχοις ἔγραφον ἀνωσώκαλοι. id est, Is vestri amans haud fictæ erat, nam in ædium

Muris, venusti Athenienses scripserant. Alteri vsui Græco superest syllaba, tametsi sic habet Aldina editio: suspicamur inuersum ordinem dictionum. Constat sit legas hoc modo: Ἐν τοῖς ἔγραφον τοῖχοις  
 Τ τ ἀνωσώκα

ἀδυνάτωι καλοῖσι magis placet ut legamus:  
 Ἐν τοῖσι τοῖχοις ἔγραπον ἀδύτωι καλῶι, quasi  
 blandiētes ciuitati, hoc in illius mœnibus  
 scripsissent. Apud Athenæum lib. 6. refer-  
 tur ex auctore quopiã, quod qui Athenien-  
 sium rem publicam administrabant adsen-  
 tabantur populo, dicentes cetera quidē om-  
 nia esse Græcorum communia, verum illud  
 esse proprium Atheniensibus, quod viam  
 nossent, quæ perduceret in cœlum. Quisquis  
 legerit encomium Aeschinis & Meuonis  
 apud Platonem, intelliget quam formosos  
 pinxerint Athenienses, miro dicendi artifi-  
 cio illis blandientes. Interpres distichon  
 hoc citat ex Callimacho:

Ἄλλ' ἐὶ δ' ἠ' φύλλοισι κικομμένα τόσσα φέ-  
 ροιτι

Γράμματα, καθ' ἵππιν ἴσ' ἔρείσι καλῶν, i.  
 Litterulas tot ferre insculptas frondibus  
 hisce,

Cydippen pulchrã quot memorare queãt.

Id imitatus Maro:

- Teneris, inquit, incidere amores  
 Arboribus: crescent illæ, crescentis amo-  
 res,

Torquere licebit & in eos, qui falsò per ad-  
 sentationem laudantur.

*Capus scabere, & consimilia.*

**CAPUT** scabere, vngues arrodere, gestus ho-  
 minis sunt cogitabundi, & de mutando, cu-  
 ius pœniteat, secum agitantis. Vnde tra-  
 huntur in vsum prouerbialem. Horatius  
 lib. 1. Satyra 10.

- Sed ille

Si foret hoc nostrũ fato delapsus in cœum,  
 Detereret sibi multa, recideret omne,  
 quod vltra

Perfectum traheretur, & in versu faciẽdo  
 Sæpe caput scaberet, viuos & roderet vn-  
 gues.

Sæpe stylum veritas, iterum quæ digna le-  
 gri sint  
 Scripturus.

Id imitatus Persius:

Nec pluteum, inquit, cædit, nec demorsos  
 sapit vngues.

Idem alibi:

- Crudum Chærestatus vnguem  
 Arrodens ait hoc.

In superiore taxat poetarũ in scribendo ne-  
 glentiã In altero describit adolescentẽ de  
 mutanda antea vitæ ratione cogitãtem,

*Caricus hircus.*

Καρκὸς τρεῖς, id est, Caricus hircus. Dioge-  
 nianus indicat dictitatũ de vilibus & con-  
 temptis. Hesychius indicat vsurpatum à  
 Sophocle. Carum populus quod passim in  
 bellis mercenariam locarent operam, eeu vi-  
 li vita, in contemptus prouerbiũ abiit.  
 Vnde & Plato καρκὸν ἀνθρώπων: id est, Cari-  
 cum homuncionem dixit, pro vili nihili-  
 quæ, quemadmodum alio dictum est loco.  
 Fieri potest, ut prouerbiũ eo respiciat, quod  
 Cares pro hircò solent immolare canem,  
 ut indicatum est in prouerbio: Caricum  
 sacrificium.

*Bullate nugæ.*

**VENTOSA**, atque inania bullata dicuntur.  
 Sumpta metaphora: παρὰ τῶν πομφολύγων,  
 de quibus alias dictũ est in prouerbio: Flo-  
 mo Bulla. Persius:

- Bullatis ut mihi nugis

Pagina turgescat.

Bullatas nugas appellaus inanem perstre-  
 pentium vocum congeriem, in quibus ni-  
 hil subsit solidioris sententiæ. Horat. nu-  
 gas canoras vocauit in Arte poetica:

Quam versus inopes rerum, nugæque ca-  
 noræ.

*Bolus ereptus e faucibus.*

**BOLUS** e faucibus eripi dicitur, quoties cõ-  
 moditas, aliqua, quæ iam propemodũ tene-  
 batur, præter expectationẽ subito præripi-  
 tur. Terent. in Seipsum excruciante: Cru-  
 cior bolum tantum mihi esse ereptum su-  
 bito e faucibus. Bolum autem dixit, quod  
 Græci vocant βλωμόν. Metaphora per se  
 liquet.

*Scarabeus Aquilam querit.*

Κάθαρος αἰτὸν μάλιστα, id est, Scarabeus Aquil-  
 lam querit. Cum imbecillior, atque impo-  
 tentior, mali quidpiam molitur, struitque  
 insidias inimico longe potentiori. Est & al-  
 tera lectio: ὁ κάθαρος αἰτὸν μάλιστα, i. Scar-  
 abeus Aquilæ obitetricatur. Sensus ferme  
 idem est, siue legas μάλιστα siue μάλιστα. Cõ-  
 petit enim in humilem, & imbecillum,  
 qui viribus longe præpollenti, malitiosus  
 insidiis, & clanculariis dolis perniciem ma-  
 chinatur. Aristophanes in *Lysistrata*:

Υπὲρ

Υπερχολῶ γὰρ, αἰετὸν τίκτοτα κἀνθερός, σὺ  
Μαιστομαί. id est,

Supramodū irascor tibi, Scarabeus Aquilam ego te,

Quando oua paries obsterris iuuabo.

Super hac re fertur apologus quidā apud Græcos non inelegans, quem Lucianus indicat Aesopicum esse, cum ait in Icaromenippo fabulatum fuisse Aesopum, quem admodum aliquando Scarabei & cameli cęlum cōscenderint. Porro quod ad fabulam Scarabei & Aquilę attinet, ad huic habet modum. Est iam olim aquilarum generi, cum vniuersa Scarabeorum gente, vetus atque antiqua similitas, ac bellum prorsus inter necinum, planeq; quod Gręci solēt dicere, *ἄσπιδος πόντος*. Nam odio dissident plusquā Vatiniano, adeo vt ne Iupiter quidem ipse: *ἔξ καέτος ἐστὶ μέγιστον*, & qui totum nitu tremefactat Olympum, rē inter eos componere, ac dissidium finire potuerit, si modo vera narrat apologi. Sed erit fortassis, qui Aesopicarum fabularum rudis, & ἀπλοῦς admiretur, quid tandem negotii sit cum Aquila Scarabeo. Quę cognatio, quę vicinitas, quę adfinitas vſque adeo dissimilibus intercedat. Nā inter hos qui vinculis eiusmodi copulātur potissimum dissidia solēt oriri pręsertim inter principes. Ad hæc, quę nam tam atrocis odii causę, postremo vnde tantum animorū Scarabeo, vt cum Aquilarū populo bellū suscipere nō dubitavit. Rursum qua contumelia tanto pere fuerit offensus Aquilę *εὐμὸς ἀγίνωρ*, vt hostem tam humilem non contempserit, ac suo vel odio iudicavit indignum. Vide licet argumentum ingens, longa est iniuria, longę ambagis, ac res omnino maior, quam vt humana facundia queat explicari. Quod si nūqs quę grauior non sunt olim Homero dicere *Ἐπερχολομνομαχίαν*, nobis quoq; relicto tantisper Helicone, dignentur adesse, rerum summā pro virili conabimur exponere. Quid enim tam arduū esse possit, quod illis auspiciis non audeat homines? Sed quo res cognitu fiat illustrior, prius quā ad ipsum negotii caput veniamus ducis vtriusque mores, formā indolem, ingenium, quam licebit paucissimis perstringam. Primum igitur illud succurrit admirati, quid olim Romanis viris alioqui sapientibus venerit in mētem, qui cum huius alicis symbolo sese pręter cete-

ras nationes iactent, ac diis proximis duccant, cumque huius auspiciis tot victorias reportarint, tot egerint triumphos, tātū abest, vt bene meritę gratiam referant, vt nō toleranda etiam adficiant contumelia. Nam auem vnā omnium maxime masculā, & inuidię roboris, emasculant, euirantque ac propemodum Tiresiam reddunt ipsi non admodum mares, siquidē apud Gręcos plane mas est *αἰετός*. idque ni fallimur, longe magis quadrat in eum, cui summus ille pater & rex, hominumque deumque Regnum in aues vagas Permisse, expertus fidelem Iupiter in Ganymede flauo, Tum ei, qui ceteris diis procul absissentibus, solus irato Ioui, trifida tela porrigat, nihil etiam proterbio deterritus: *παρὸν δῖός τε καὶ κεραιωδ*. Neque vero sine graui ratione factum arbitramur, vt inter tam multas auium nationes, tamq; numerosas tribus, Aquila potissimum sit visa idonea, cui non solū auium *φρέτρω*, verum etiam senarus populusque poeticus, suffragiis omnibus monarchiam decerneret. Nam quātum ad auium iudicium attinet, ad hanc partem pleręque propendebant, vt pauonis rerum summam committerent. Siquidem huius pulchritudini, splēdori, sublimitati, fastuque plane regio, regnum deberi videbatur. Ac prorsum in hanc sententiam itum fuisset, nisi quędam longo rerum vsu callidę, cuiusmodi sunt cornices, coruique perpendissent, futurum vt si pauonem rebus pręfecissent, eueniret, quod complures iam annos in monarchis quibusdam videre datū est, nimirum vt solo nomine strepituq; regem ageret, Aquila nihilo secius, vel sine populi suffragiis, regnum gereret. Ceterum poetas viros sapientissimos illud arbitramur perspexisse, non alia magis imagine regum mores ac vitam esingi potuisse. In quouis enim rerum genere, semper fuit eritque bonorum paucitas. Et aliud scęculum alios gignit. Sed paucis, si videtur, hinc contentionem admoecamus. Iam primum si quid ominis est in vocabulo, vt certe est, apte profecto Gręcis *αἰετός* dicitur *πῶρ τοῦ αἰετός*, quod est propemodum rapior impetu, & concitus feror. Quędam aues natura placidę sunt, ac mites, tum quę ferę sunt, tamen arte cultuque cicurantur, ac mansuescunt. Sola Aquila, nec est habilis ad vllam disciplinam, nec vllō studio

potest mansuescere. Tantum impetu natu-  
ræ præcepta fertur, & quidquid valde libuit,  
idem postulat sibi licere. Liber ne spectare  
pullū animo vere aquilino? Graphice de-  
pinxit Horatius:

Qualem ministrum fulminis alitem

Olim iuventas & patrius vigor

Nido, laborum propulit iusculum,

Vernique iam nimbis remotis

Insolitos docuere nisus

Ventri pauentem, mox in ouilia

Demisit hostem viuidus impetus.

Nunc iam relucstantes dracones

Egit amor dapis atque pugnae.

Melius intelligunt hoc ænigma regiones  
expertæ. Deinde cum sex, aquilarum gene-  
ra commemorarentur, ramen illud inter om-  
nes conuenit, quod rostro illud vehementer  
adunco, nec minus aduucis vnguis, ve  
vel ex ipso corporis habitu possis intelligen-  
gere, carniuoram esse auem, quietis ac pacis  
inimicam, pugnis, ac prædationibus natā.  
Et quasi parum sit carniuoras esse, sunt &  
quæ ossifragæ dicantur, & sunt. Age si quis  
iam physiognomus non omnino malus, vul-  
tuum ipsū & os aquilæ diligentius cō-  
templetur, oculos anidos atque improbos,  
rixtum minacem, genas truculentas, fron-  
tem toruam, denique illud quod Cyrū Per-  
særum Regem tantopere delectabat in prin-  
cipæ γερῶν, nonne plane regium quoddam  
simulacrum agnoscat, magnificum ac ma-  
iestatis plenum? Accedit huc & color ipse  
funestus, teret & inauspicatus, fusco squa-  
lore nigricans. Vnde etiam quod fuscum  
est ac subnigrum, aquilum vocamus. Tum  
vox inamœna, terribilis, exanimatrix, ac  
minax ille querulusq; clangor, quem nul-  
lum animantium genus non expraescit:

Εἰ δὲ κε μὴ δάωσιν, ἔρω δ' ἔκιν' αὐτὸς ἔλαμαι  
Ἥ τρον ἡ αἰσούθ' ἰαν γέρας, ἡ ἰδυσσιθ'  
Ἄ ζωέ λαὸν, δ' ἔκιν' κηλοῶσται δὲ κεν ἰκωμαι.  
Aquila non minus Βικισλαμ.

Μὴ ῥωτῶς χράσσωσιν, ὅσσι βελ' αἶσ' ἐν δ' ἄλυ-  
πτιο,

Ἄ σσὸν ἰανθ' ὅτε κεν τοι αἰάτῃς χεῖρας ἐφάω-  
λαμ & viuacem esse Aquilā, ab auctoribus  
proditum est. Ea tamen cum ad extremam  
peruenerit senectutem, nihil adhuc sicit, ni-  
si sanguinem, cuius suctu vitam omnibus  
inuisam prorogat, nimirum rostro supe-  
riore adeo inciescente, vt carnes depasci  
non possit. Atque hinc ortum est adagium

illud notissimum, ἀτῆς γέρας, in senes tra-  
te vinofiores, cum aliqui omne ferme ge-  
nus hoc auitū, quibus aduuci sunt vngues,  
aut nō bibant omnino. aut certe perquam  
raro, si quidem Aristoteli credimus. Et ta-  
men hæc si quando bibunt, aquam bibunt.  
Sola Aquila sanguinem sicit. Ergo rostro  
intorto natura certe non semper nouerit,  
reliquis animantibus utcumq; consuluis-  
se videtur, & inexplebili voracitati modū  
aliquem imposuisse. Quemadmodum &  
hæc ratione profexit, quod non sinat aquit  
lam oua parere plura tribus, nec pullos ale-  
re plures duobus. Atque adeo si Musei ver-  
siculo credimus, quem testem adducit Ari-  
stoteles:

Excludit binos, edit terna, educat vnum.  
Atque per hos ipsos dies, quibus incubat,  
incubat, autem ferme tricenos, naturæ pro-  
uidencia cibum illis negauit, inuersis inte-  
rim & vnguis, ne videlicet omnium se-  
rarum fetus raperentur, Itaque per id tem-  
pus pennæ albescunt inedia. Atque hinc  
odium in fetus proprios. Sed parum βρα-  
χῆς erat instructa aquila, si tantum adun-  
co rostro, si tantū aduucis vnguis ad præ-  
dandum esset armata, nisi additi fuissent  
oculi plusquam lyncei, & nec ad clarissi-  
mum solem conuientes, quo quidam ex-  
perimento fetus suos an legitimi sint, ex-  
plorare dicuntur. Itaque prædam quam-  
uis è longinquo speculantur, quam desu-  
nent inuadere. Quamquam auium regi-  
bini duntaxat sunt oculi, rostrum vni-  
cum, vngues pauci, venter item vnicus.  
Verumtamen esset eadem fortassis aliquan-  
to minus noxia, nisi ad arma dotesque cor-  
poris adus accederet ingenii, hoc est, nisi  
nocens per se ferrum veneno tingeretur.  
Vngues suos quoties ingreditur, contra-  
hit, ne videlicet aciem dederat, minus-  
que valeant in prædando, id quod habet  
cum leonibus commune. Neque quem-  
uis impetit, sed eum duntaxat, quo se cre-  
dat viribus esse superiorem. Neque se re-  
pente præcipitem dat in terram, more co-  
terarum, cum prædam appetit, sed sensim  
demitur, ne impetu illisa offendantur. Ne le-  
perem quidem, nam hunc maxime petit,  
aggreditur, nisi viderit in plana descen-  
dissè. Neque quouis grassatur tempore,  
ne quis opprimat fatigatam; sed à prandia  
ad meridianum ad prædandum prouolat;  
reliquis

reliquis horis otiosa sedet, donec hominū conuentu fora compleantur. Tum quod ociderit non inibi statim deucrat, ne quis subitus hostium incursum, incautamprehendat in præda: se de exploratis prius ac subinde resectis viribus, prædam in nidum velut incastra deuehit. Nam quibus artibus ceruum se præstantiorem capiat, mox dicitur. Illud in primis memorandum ingenii documentum testudinem raptam, ex alto, speculata locum adoncum, in saxum aliquod dimittit, vt ad eum modum rupta testa carne vesci possit. Quamquam, in Aethylo partim aquilinis fuit oculis, cum in huius albicanem caluariam, saxum esserata, demissa, testudine, miserum occideret, vt vel ob hanc vnam causam, optimo iure poetis omnibus conueniat inuisum esse. Atque id quidē nunc assidue veluti suo iure facit. Ceterum primitus testudinem dolis ad id pellexit, dum persuadet illi futuru, vti sua opera, volandi artem perdiscret. Atq; hac spe sublata in altum, deiecit in saxum, vt illius calamitatem tyrannico more verteret in suas delicias. Leporem potissimum venatur Aquila, vnde & leporariz cognomen additum vni generi, perinde quasi ducem Africanum, aut Numantium appelles. Neque contemnit imbellem hostē, sed esculentum appetit, vt etiam si parum gloriæ veniat ex victoriā, non parum tamen auferatur emolumentum. At sic aliquoties vt cum maxime leporem capat tū maxime capiatur icta pennato iaculo, dicatq; proverbium, quod illi serimus acceptum, τοῖς ἰδίοις περὶ τῆς ἀποβίης κω. Audet & cū ceruo confingere, inferior tamen futura, nisi vulpinam adderet pellem. Nam astu supplet quod, viribus est diminutum. Commisura cum hoste, prius in puluere voluntat sese. Deinde cornibus insidēs ceruinis, puluerem pennis collectum, in oculos spargit, alis ora verberās, donec exoculatum in capes det præcipitem. Sed est eidem acrior, multoque magis anceps cum dracone pugna etiam in aere. Draco maleficis artibus oua consecratur Aquilæ. Illa vicissim hostem vbicunq; visum rapit. Nam quod illum vulpe simultas est irreconciliabilis, nemo mirabitur, qui suis cognorit, quā olim regaliter illā accepit. Inierat cū vicina necis testudinē, cumq; incubanti partus deesset proximæ catulos in nidum sustulit. Reuer-

sa autem vulpes, cumque catulorum suorum indignam spectaret laniationem quod vnū poterat, immortales testata est deos, atque inter hos præcipue Iouem φίλος ἀμιχτιζε violatz vindicem. Et audisse videtur ista vota deus aliquis. Pauculis post diebus euevit, vt Aquila prunam carnibus è sacrificio raptis herentem, in nidū deuererit imprudens. Igitur absente Aquila, igni paullatim ventis excitato, nidus conflagrare cepit. Pulli territi, præcipites se dedere, nimirum adhuc inuolucres. Vulpes delapsos excipit, & in canium delatos deuorat. Ac post id quidem temporis, nihil omnino conuenit inter Aquilam & vulpem, quamquam id sane non mediocri vulpinæ gentis malo: Quo tamen an dignæ videri debeant, quæ quondam leporibus συμμαχίαν aduersus Aquilam petebus auxilium negarint, vt refertur in annalibus quadrupedum, ex quibus Humerus: Βερεχχομομαχίαν est mutuatus. Tam vero acre dissidium est & cum vulture, velut homotechno, & edacitatis æmulo, tamen hoc quidem nomine, vt crudelior, ita & generosior Aquila, quod non deuorat animal, nisi quod occiderit, nec per ignauiam alienis insidit cadaueribus. Nam sitam iure habet exosam, quæ miris artibus Aquilæ oua frangere studet. Pugnat & cum ardeolis quod hæc auis vnguibus freta, non vereatur eam aliquoties adoriri, adeo dimicans actiter, vt in conflictu emoriatur. Neque vero iam mirum, quod illi parum conuenit cum odoribus, aue nimirum poetica: illud mirum, ab iis sæpenumero vincitam pugnacem belluam. Nec cum gribus satis conuenit, ob id, quod illis impendio placeat Democratia, à quibus tamen ingenio superantur. Etenim cum grues è Cilicia demigrantes montem tarum aquilis plenum parant transmittere, ingentibus lapidibus, quo vocē colubant, in os sumptis, nocta tacite translulant, atque ita deceptis Aquilis tuto traiciunt. Sed peculiaris quædam cum Trochilo, nam id est aui nomen, simultas intercedit, non ob aliud, vt acumat magnus ille deambulator, nisi quod huic quoq; regis ac βαλμφοδης nomen tribuitur. Idque potissimum apud Latinos. Proinde ceu regni affectatore extremo persequitur odio. Quamquam nō is hostis est, cuius vires metuat Aquila.

Nam Trochilus imbecillis est ac fugax, solertia tamen & ingenio præditus, fruticetis & canis addit sese, vt quamuis à potentiore facile capi non possit. Quin olim cum certamen volandi cum Aquila suscepisset, vicit astu magis quam viribus. Denique cum Cybindo bellum gerit internecinum, adeo, vt sæpenumero cohærentes prendantur. Est autem Cybindus nocturnus accipiter. Atque in reliquis animantium ordinibus aliis cum aliis partim bellum est, partim amicitia. Multos habet inimicos vulpes artamem coruum habet amicum, cuius auxilium aduersus Aesalon auem, catulos suos diuexantem adiuuatur. Eidem bene conuenit & cum serpentibus, cum æque cuniculis gaudeant. Crocodilus hostem habet Ichneumonem, sed cum Trochilo familiaritas est, adeo vt illi liceat vel in ipsas belluæ fauces impune penetrare. Vni Aquilæ cum nullo prorsus animante, nec amicitia, nec adfinitas, nec sodalitas, nec consuetudo, nec fœdus, nec induciæ. Hostis est omnibus, & neminem non habet hostem. Si quidem non potest non omnium esse hostis, qui omnium malo viuere saginatur. Proinde sibi conscia, non nidulatur in plano, sed in præruptis & excelsis rupibus, aliquoties & arboribus, sed præaltis, videlicet tyrannicum illud secum voluens. Oderunt dum metuunt. Proinde cum Ciconiæ facræ sint Aegyptiis, adeo vt occidisse sit capitale, apud Romanos sacri Anseres, Miluiis apud Britannos nemo nocere, suisibus parcant Iudæi, nec Delphines venabantur antiqui, neq; ledere fas erat, sed si quid in venatu peccassent, pauculis modo plagis pueror. ï more castigabatur. At in Aquilas vbiq; gentium eadē lex est, quæ in lupos, vt præmium sit, qui communem omnium hostem occiderit. Ergo nec amat vllum, nec amatur ab vlllo animante Aquila. Leonem animal tam immane retulisse gratiam homini de se benemerito, & vitam dedisse, à quo pedis sanitatem acceperat, prope creditum est ab omnibus. Draconem seruasse nutricium suum, & ad agnitam vocem accurrisse, credunt permulti. Quin & aspidem, ad mensam cuiusdam quotidie ventiatæ solitam, vbi sensit ab vno catulorum suorum hospitis filium interemptum, eū occidisse, violatiq; hospitii pœnam & de suo partu sumpsisse, neque præ pudore de-

inde in eas ædes reuersam, retulit Philarchus, neque desunt qui credunt, scribendum existimauit Demetrius Physicus, recensendum Plinius. Item Pantheram ob catulos eductos è souea, hominem officiose produxisse, donec egressus solitudines in viam publicam redisset. Aristophani grammatico puellam Stephanopolidem adamanti, riuallis erat Elephantus. Eamq; rem vt omnibus notissimam, & omnium sermone celebratam retulit Platarchus. Apud eundem draco quispiã perditæ amat puellam Aetolidem. Nam Delphinum erga homines amor, erga Arionem seruatum, erga Hesiodum in litus deuectum, & virginem Lesbiam cum amatore seruatum, erga puerum vestrū & reuectum officium, propemodum incōfesso est. Ad virginem ab Aquila adamatā, nec hi credunt, qui credunt omnia. Nam fatale quoddam huius & in homines, odiū, vel hinc colligas licebit, quod Prometheus deorum omnium *φιδανθησπορέτω* addita sit in caucaso carnifex. Et tamen in tā multis vitis est, quod laudare possis. Minime bibaces sunt, minimeq; salaces, quæ maxime sunt rapaces. Nā quod Ganimedem rapuit Aquila, Ioui rapuit, non sibi. Ergo cum innumerabiles sint auium species, atque inter has altæ plumarum opibus ac picturis admirandæ sicuti pauones: alix candore niueo insignes, vt olores: alix contra decenti nigrore lucentes, vt corui: alix corporum proceritate præminentes, veluti struthiones: alix fabulosis etiã miraculis celebres, vt phœnix: alix fœcunditate commendatæ, vt colubæ: alix gratæ lautorum mensis, vt perdices, ac Phasides: alix loquacitate iucundæ, vt psitaci: alix cantu mirabiles: vt luscinix: alię fortitudine animi præstantes, vt galli gallinacii: alix deliciis hominum natę, vt passerulli: tamen ex vniuersis, vna Aquila viris tā sapientibus idonea visa est, quæ regis imaginem repræsentet, nec formosa, nec canora, nec esculenta, sed carniuora, rapax, prædatrix, populatrix, bellatrix, inuisa omnibus, omnium pestis, quæ cum plurimum nocere possit, plus tamē velit quam possit. Nec alio iudicio leoni mandatum est regnum inter quadrupedes, quo non alia bellua, vel immanior vel putidior. Canes cum ad multa sunt vsuti, tum ad hoc, præcipue, quod pro rebus hominum excubias agunt. Boves agricolantur.

tur. Equi & elephanti belligerantur. Muli  
 & asini gestandis oneribus sunt viles. Para-  
 sitatur simia. Draco vel hoc vilis nomine,  
 quod vsum marathi monstravit ad oculo-  
 rum aciem acuendam. Leo nihil nisi, ho-  
 stis ac deuator omnium, nec nisi viribus  
 ac metu tutus, planeque regium animal,  
 quemadmodum & Aquila. Quod videtur  
 perspexisse, qui nobiles illos clipeos leoni-  
 bus quam maxime hiantibus & explicatis  
 ad prædã vnguibus insigniuit. Sed ad Aequi-  
 lam redeamus, cui ob dotes quas commemo-  
 rauimus, tam *βελτακὴς*, obtam egre-  
 gia in omne animantium genus merita,  
 senatus populusque poetarum, magno cõ-  
 sensu decreuit, primum, vt rex omnium,  
 atque etiam *ἑσθ*, id est, diuinus appella-  
 retur. Deinde satis honestum inter syde-  
 ra locum dederunt, ac stellulis aliquot insi-  
 gnierunt. Postremo munus inter cælitres  
 honorificum mandarunt, vt solus arma mi-  
 nistret irato Ioui, quibus orbem commo-  
 uet vniuersum. Quoque id impune possit,  
 illud quoque tribuerunt, vt vna animan-  
 tium, nec meruait fulmen, nec ledatur à sul-  
 mine, sed iisdem oculis fulmen emicans ob-  
 tueatur, quibus aduersum aspicit solem.  
 His addiderunt sapientissimi illi Cæciliæ  
 Romani, vt in legionum suarum vexillis,  
 primas teneret Aquila, essetque; vexillorum  
 ipsorum ceu vexillifera, posthabitis etiam  
 lupis. Romanæ gentis nutritiis, posthabi-  
 tis Minotauris, & apris, non extremæ rapa-  
 citatis belluis, posthabitis denique, & equis.  
 Nam his quatuor animantibus insignita  
 vexilla, quondam Aquilam sequebantur.  
 Paulo post, nec comites eos esse passæ, sed il-  
 lis in castris relictis, ipsa sola prædibat in  
 prælium. Hanc inquam vnam dignam cen-  
 fuerunt, quæ totius orbis monarchiæ, sceptræ  
 signa, clipeos, domos, vestes, vasa, ministre-  
 ria decoret, cum tamen vulturum, in falli-  
 cia, augurio conditum sit Romanum Im-  
 perium, non Aquilarum. Addidit hoc au-  
 gurum collegium, vt si cuius ædibus inse-  
 derit Aquila, aut si pileum in caput alicui-  
 us immitat, Imperium portendatur. Ha-  
 bes è ducibus alterum, nunc ad Scarabæum  
 veniamus. Est animal, ac vix etiã animal,  
 quippe cui sensus aliquot desint, ex insecto-  
 rum infima gente, quod infami sanè voca-  
 bulo Græci *καρβόκος*, Latini Scarabæum ap-  
 pellant, aspectu tetrum, odore terrius, so-

nitu terribilissimum, alis crustacea vagina ob-  
 tectis. Quin magis totus ipse Scarabæus ni-  
 hil est, nisi crustum. Nascitur in excremen-  
 tis, hoc est, animantium stercoreibus, in iis-  
 dem viuunt, versantur, oblectantur, deliciantur.  
 Præcipuum huic studium pilas aquam ma-  
 xime potest ingentes componere, ceu pas-  
 tillos, non ex odoribus, sed stercore, po-  
 tissimum caprino: nam id illi prorsus ama-  
 racinum olet. Eas miro conamine vo-  
 luit auersus, pedibus posterioribus, quos  
 habet longiores, superne iniectis, capite in  
 terram prono. Quod si quando contingat,  
 vt aduersus collem aliquem onus protrudat,  
 elapsis subinde pilis, ac deorsum re-  
 currentibus, putes te Sisyphum voluentem  
 saxum videre. Nec defatigantur, nec con-  
 quiescunt. Tantus operis ardor, donec in  
 antrum suum delexerint. In his pilis, vt  
 ipsi nati sunt, ita særus etiã suos educat, &  
 teneros adhuc aduersus hyemis rigorem ni-  
 dulantes fouent. Scimus nulli nõ esse notũ  
 Scarabæum, vt qui passim sit obuius, nisi  
 scibi nulla omnino sunt stercorea. Sed non  
 est eadem omnium species. Etenim sunt,  
 quibus nigro quodã virore luceat crusta.  
 Plerique tetro nigrore horrent. Sunt non-  
 nulli grandiores, prælongis, ac bifurcis ar-  
 mati cornibus, cacumine forcipibus den-  
 tato, ea cum visum est, ad morsum contra-  
 hunt, stringuntque. Sunt item rutili, & iisdem  
 prægrandes, qui terram aridam sodiunt, ac  
 que illic nidos ponunt. Sunt qui metuendo  
 bombo, formidabilique strepitu prouo-  
 lent, vt imprudentem non mediocriter ter-  
 rificent. Sunt & alia formarum discrimina.  
 Verum illud commune est omnibus, è stercore  
 orti, e stercore victus, in stercore vita,  
 deliciarumque. Iam opinamur futurum, vt  
 aliquis Romanis ducibus impense fauens  
 Aquilæ vicem deplorat, cui cum tam hu-  
 mili, tamque plebeio hoste res incidit, aut  
 tam regali, quem vincere gloriosum non  
 sit, à quo vinci turpissimum, & cui abundè  
 multum laudis contingat, quod cum Aequi-  
 la decertarit, etiã si victus discesserit. Apud  
 Poetas pudet Aiacem Vlyssis aduersarii tam  
 imbellis, & Aquila cogitur cum Scarabæo  
 conficari? Rursum alius magis etiã de-  
 mirabitur, vnde huic insecto vilissimum, tan-  
 tum animorum, tantum audaciæ, vt non  
 sit veritum cum aue multo pugnacissima  
 bellum suscipere. Tum vnde opes, vires,



facultates, auxilia, ut tot iam annos bellum ducere potuerit. Verum si quis hunc explicet Silenum, & contemptum hoc animalculum propius ac veluti domi cōtempletur, tam multas in eo dotes haud vulgares animaduertet, ut omnibus diligenter pensatis, propemodum Scarabeum se malit esse, quam Aquilam. Ne vero nobis reclamet & obrurberet quisquam prius atque rem cognouerit. Primum in hoc Aquilæ præstat etiã Scarabeus, quod senectam quotãnis exiit, ac subinde repubescit. Deinde in tantulo corpore, quantum animi robur, quam Heroica mentis vis, quantum ad inuadendum impetus, ut nihil iam sit ad Scarabeum Homericam musca. Nam hinc, ni fallimur, quibusdam Scarabeis nomen etiam inditum, ut tauri dicantur. At cum tauris nec leones temere congregiuntur, tantum absit, ut id faciant Aquilæ. Iam vero nec ingenium vulgare, nisi quis sine causa, vel natum olim, vel ubique celebratum existimet, Græcum illud prouerbiū: *καρβέξ ἀσφοδέσθ*, quo nimirum singularis quædam & incomparabilis tribui videtur sapientia. Neque nostra refert, si quis cauilletur eum parum bene habitare, in domicilio deformi. Quãquam quod ad corporis quoque formam attinet, absit modo vulgare & iudicium occupans imaginatio, non est quod contemni possit Scarabeus. Etenim si vere proditum est, à Philosophis, eam figuram quam vocant Sphæricam, non modo pulcherrimam esse, verum etiam modis omnibus optimam, nec aliam magis demiurgo illi placuisse quæ cælum hoc, rem omnium multo pulcherrimam fabricaretur, cur non & formosus videat Scarabeus, qui ad huius speciem longe propius accedit, quam Aquila? Denique si equus in suo genere formosus est, si canis in suo, qui minus in suo placeat Scarabeus? nisi omnes omnium formas nostra metimur: ut quidquid ad hominis formam non accesserit, id continuo deforme iudicetur. Nam colorem Scarabei nemo, putamus, calumniabitur, ut qui gemmas etiam nonnullas commendat. Porro quod animantium excrementis, ad suam commoditatem abutitur, ingenii laus est, non crimen. Quasi vero non idem faciant Medici, qui cum multorum animantium, tum hominis etiam excrementa, non illinunt solum, verum in potione mini-

strant in morbis. Nec pudet Alchimis, ad quintam illam essentiam eliciendam, uti simo. Nec agricolas, quo quidem hominum genere nullum fuit olim honoratius, stercorebus arua saginare. Sunt & populi, quibus ad incrustandos domiciliorum parietes, simus pro gypso est. Eodem cōtuso, & ad solem exiccato, id ignis alimentum vtuntur lignorum vice. Cyprii boues suos humano stercore saginant, nec saginant tantum, sed etiam medentur. Sed illi, inquis, restam putida bene olet. Stultum vero sit nasum hominis in Scarabeo desiderare. Si quid id homini peculiare, odore sui simi offendi. Nec idem accidit in vilo ceterorum animantium. Felicior itaque nobis Scarabeus, non immundior. Quamquam homines quoque non tam res offendit, quã opinio: nam priscais illis mortalibus, res ipsa non perinde atque nobis vitæ est abominanda, quam auspiciatissimo vocabulo lætamen appellarunt. Nec dubitarunt Saturno deo, Sterculei cognomen addere, nimirum honoris causa, siquidem Macrobio credimus. Nam prodidit Plinius, Sterculo Fauni filio, hinc nomen solum, verum etiam immortalitatem contigisse in Italia. Porro in Græcia res eadem duobus regibus summam peperit gloriam. Augeæ qui excogitavit, Herculi qui diuulgavit. Denique nunquam abolēbitur regii senis memoria, quem Homerus, ut in Catone tradit Cicero, manibus suis lætificantem agros, nec alia re quam qua delectatur Scarabeus, posteritati consecrauit. Imperatorem Romanum nihil offendeat locuti putor, cum emolumento coniunctus, cur Scarabeum à tantis commoditatibus tam leue deterreat incommodum, ut iam demus incommodum esse? Denique cum videamus Scarabeo in stercore purum esse, semperque crusta nitida, contra Aquilam etiam in aere putere, quæso vter altero mundior? Equidem hinc etiam nomen inditum arbitramur, ut *καρβέξ*, veluti *καρβέξ* sit appellatus, nisi si quis malit à Centauris dictum Cantharum. Nam ne putes Scarabeum ob naturam sordidam à lautitiis abhorre, idem rosis impensissime delectatur, easque vnicè adpetit, si quidem Plinio credimus. Quod si quis forte dotes has leues ac vulgares existimet, illud certe nemo non fatebitur, magnificum, & ingenti

genti crista dignum, quod antiquitus inter sacras imagines, & in vatam mysteriis cum primis habitus est Scarabeus, egregii bellatoris aptissimum symbolum. Siquidem vt refert Plutarchus in commentario de Iside & Osiride, in Hieroglyphicis Aegyptiorum picturis regis simulacrum erat oculis, addito sceptris, quo videlicet vigilantia, cum recta iustaque rerum administratione coniuncta, significabatur. Nam illis, opinamur, temporibus adhuc eiusmodi reges erant, multum Aquilæ dissimiles. At Thebis ait idem imagines quasdam fuisse repositas, quæ manibus carerent: cæ iudices representabant, quos oportet ab omni munere corruptela quam maxime seiuotos esse. Atque inter has vnam oculis quoque carentem, quæ iudicii præsidem adumbrabat, quod hunc oporteat omni prorsus affectu vacare, tantumque rem ipsam spectare, personam non respicere. Aderat, non corchorus inter olera, quod prouerbio dicunt, sed inter sacras imagines Scarabeus, sigillo insculptus. Et quid tandem per hoc nouum symbolum, nobis innuebant sapientissimi homines? Rem videlicet haudquaquam vulgarem, nempe belli ducem egregium & inuictum. Nam hoc quoque Plutarchus indicat, ne quis sic à nobis confectum existimet. At dixerit imperitior aliquis. Quid Scarabeo cum duce belli? Per multa sane congruunt. Principio vides, vt totus armis luceat Scarabeus, nullaque pars corporis sit non diligenter crustis ac laminis communita, vt non melius armatus videatur. Mauors Homericus, cum illum maxime sua instruit panoplia. Adde nunc militarem adfultum, cum horrendo ac Panico bombo, cantuque vere militari. Quid enim insuauis classicorum sonitu. Quid ἀποστόλων tympanorum strepitu? Nam tubarum vocem, qua nunc reges tanto opere delectantur, olim Busiridis non ferebant, quod asino rodenti videatur adsimilis. At ei genti, inter abominanda habebatur asinus. Adde laboris inuoluentis oncribus patientiam, inuictum animi robur, ac vitæ contemptum. Ad hæc nunc in Scarabeorum gente sceminam inueniri, sed omnes esse mares. Verum quid magis congruere potest in sortem Imperatorem? Quin & illud ad rem aptè quadrat, vt idem indicat Plutarchus, quod in delica-

tis illis pilis, de quibus dictum est, foetus suos edunt, fouent, alunt, educant: nec alius est locus nascendi, quam cibi. Verum hoc mysterium nõ facile sit interpretari. Rectius exponent imperatorii milites, qui norunt quid sit ἐν ἀσπίδι ζωὴ τοῦ, qui norunt χαμυγίαις, qui in obsidione nudi duras hyemes duriorẽ famẽ sepe numero pertulerunt, qui vitam egram, non iam herbarum radicibus, sed sædo victu prodixerunt, qui menses aliquot in nauibus exegerunt. Si quis huius vitæ sordes perpendat, mundus erit Scarabeus: si quis miseriam, est quod Scarabeo inuideat. At hæc est laudatissimorum Imperatoris fors & conditio, ne quis forte contemnat. Deniq; non vsq; quaq; contemnẽdũ existimabit Scarabeum, quisquis secum reputarit, magos ac medicos maximis hominum malis ab hoc animante remedia petere. Siquidem cornua Lucanorum, sic enim appellant hoc genus, non modo gestantur in crumena, verum etiam de collo suspenduntur: nonnunquam & auro inclusa, aduersus omnes infantium morbos. Quid quod in efficacissimis vixq; credẽdis remediis, ni Plin. auctor esset, parè eũ Aquila vim obtinebit Scarabeus? ὁ δ' αἰεὶδὲς ἔχει ὁ Scarabeus, Smaragdo gemmæ insculptus: nec. n. è quouis ligno fingitur Mercurius, iuxta prouerbium, nec quamuis gemmâ se dignatur Scarabeus, sed Smaragdo gemmarum nitidissima expressus, vt diximus, sed si de collo suspendatur, ac nõ nisi Cynocephali capillis, aut certe plumis hirudinis, aduersus omnia beneficia præsentaneũ adfert remedium: nec omnino minus efficax, quàm moly, quod Vlyssi quondam dedit Mercurius. Nec solum aduersus hæc valet, verum etiam non vulgariter confert, si quis quocumque modo regem adire parat. Idẽ capitis grauedinem auerit, non mediocriter per Iouem malum, præsertim potioribus. In his igitur tam mirandis remediis, sapientes illi magi nullum faciunt discrimen inter Aquilam & Scarabeum. Proinde quis ipsum Scarabeum despiciat, cuius & imago lapillis insculpta, tantam habet vim? Admouet nos gemmarum mentio, vt illud etiam adiciamus si quid Aquila sibi placet cognomine gemma Aetice, nec hæc laudis portione cedere Scarabeum. Nam huic quoque nomen debet Cantharias, totam animantis speciem mire referens, vt

non effigiem expressam, sed viuum ac verū Scarabeum intra gemmam conditum dicas. Postremo si quid hoc ad rem pertinet, non paucioribus adagijs nobilitatus est ille simo prognatus Scarabeus, quā res auitū Aquila. Nam si quis Aquilæ factioni studens, neget hac parte cum ea conferendam esse Scarabeū, quod olim apud Thebanos crassos homines inter numina habebatur, non admodum, refragabimur modo meminere hoc honoris aquilæ cum Crocodillis & Cercopithecis, denique & cum cæpis, ac ventris crepitu esse commune, quandoquidem apud Aegyptios hæc omnia portenta, diuinos honores inuenerunt. Et si quo calculo dignum est in hac collatione numinis inane vocabulum, non defuerit, qui Scarabeo quoque tribuerint diuinitatem. Vtrumq; duce[m] vtrumq; depinximus. Superest iam, ut tā atrocis belli causas repetamus. Olim in Aetna monte leporem quempiam insectabatur Aquila, iamq; contractis vnguib; prædæ sic imminebat, vt afflatu propemodum exanimatum animal & alioqui timidum, ad proximum Scarabei cauum velut ad asylum confugerit. Quandoquidem in rebus desperatis, extremoq; discrimine, præsidium vndelibet & petitur & speratur. Erat autem is Scarabeus, quemadmodum inquit Homerus: *ἄνθρωπος τὸ μέγας τὸ ἐπὶ τῆς ἀφροδίτης*. Nam in eo monte Scarabeorum natio, felicissimæ sobolis esse perhibetur, adeo vt hinc *δὲ ἀφροδίτης κἀνθα* pronobis sit nobilitatus, videlicet ob insignem corporis magnitudinē. Ad huius igitur antrum confugiens lepus, supplex ad eius genua se prouoluit, obsecrans atq; obtestans, vt ipsius penates sibi vitæ præsidio sint aduersus hostem immittissimum. Iam primum hoc ipso sibi non nihil placebat Scarabeus, quod extitisset qui ipsi suam vitam debere vellet, quiq; rem tantam à se præstari posse crederet. Denique cui suum antrum, quod omnes homines obtuatis naribus execrantes præterire solent, idoneum videretur ad quod salutis causa velut ad sacram aram aut principis statuam confugeret. Confestim igitur prouolat obtuatis Aquilæ Scarabeus, & huiusmodi dictis furētem lenire conatur. Quo maior est tua potestas, hoc magis conuenit te parcere innoxiiis. Noli latus meos innocentis animantis in teritu sanctos reddere. Sic tibi tuus nidus

semper ab huiusmodi calamitate sit immunis. Generosi regiiq; animi est, dare veniam & indignis. Prosit nihil commerito domicilij reuerentia, quod cuiq; tutum & inuiolatum esse vult equitas, sunt leges, ad probat consuetudo: prosit deprecantis, si non auctoritas, certe studium. Quod si genus nostrū & Scarabeia despicias arma, At sperate deos memores sancti, atque nefandi.

Si nihil te mouent penetrantium violatorū vices, in tuum caput aliquando redituræ, certe Iouem maximū reuerere, quem in vno facto ter offendes. Meus est hic hospes, offendes φίλον, meus est supplex, & ipse pro illo tibi, violabis *ικετήσιον*, denique pro amico deprecor amicus, offendes φίλιον. Scis quam certas iras concipere soleat iratus iurpitur, quam acriter vindicet lacessitus, qui sequenti ministras arma. Nec omnia permittit suis, nec omnia cōdonat affectibus. Sed plura parantem dicere Scarabeū, Aquila vexatum alis, contemptim in terrā præcipitat. Leporem frustra supplicem, sub oculis Scarabei crudelissime iugulat laniatq; laniatum in immitem nidum deportat: neque vel tantillum valuerunt apud eam nec preces, nec minæ Scarabei: quem tamen haud aspernata fuisse, si quantum audacia viribusq; pollet, tantundem polleter prudentia: aut si in mentem venisset, olim leonem in extremo vitæ discrimine, à mure seruatum fuisse, & omnium quadrupedum tyranno, quod dii vix dare poterāt, id à tam infimo contemptoq; animalculo per occasionem datum esse: si cogitasset formicam beneficio prouocatam, columbe vitam dedisse, ad morsu aucupis calcaneo. Adeo nullus est tam humilis, tam abiectæ sortis, qui non possit per occasionē, & prodesse amicus, & nocere inimicus, vel potentissimo. Verum id temporis nihil horum succurebat Aquilæ, tantum præsentis præda potitur, fruiturq; ea. contumelia descendit altius in pectus magnanimi Scarabei, quam quisquam credidisset. Stimulabat excelsum ac titanicum animum: hinc pudor, quod in causa tam æqua, parum sua valuisset auctoritas: hinc misericordia, quod innoxium animal & imbellē, tam immaniter esset laniatum: hinc dolor, quod ab Aquila tam ferociter, atque id tam impune contemptus esset, haud quaquam, vt ipsi

ipsi videbatur contemnendus. Siquidem nulli sua levis est auctoritas. Iam succurrebat & illud, forte vt vniuersum Scarabeorū genus in contemptum veniret, si semel id factum Aquilæ cessisset impunè. Actū quidem temporis, quoniam vlciscendi facultas non erat, omnino regium quiddam exhibuit Scarabeus. Nempe hoc ipsum, quod de Argamemnone, ceterisque regibus dixit Calchas:

Ἐπιτεμῶτε χόλον γε γ' αὐτῆ μακροκαπίσῃ,  
Ἄλλὰ γε καὶ μετόπισθεν ἔχει κίτον, ὄφρα τε-  
λίση,

Ἐν σιθίσσιν εἴοισι.

Omnes igitur artes, omnes dolos in pectus aduocat. Nec vulgarem molitur pœnam, internecionem, ac plane *πυρολιθίων* in animo voluit. At cum ipsa quidem Aquila hoste tam bellaci, Martem experiri, non satis tutum esse ducebat: non solum ob id, quod copiis esset inferior, verum etiā quod Mars stupidus deus, ac vecors, nec minus cæcus quam ipse Plutus, aut Cupido, plerumque saueat causæ deteriori. Quod si maxime par viribus fuisset, si felicius pugnarent hi, quorum melior esset caussa, tamen esse videbat, in quo grauius excrucietur Aquilæ, & odium suum pleniore vindicta satiare, si posteritate sublata, viam etiam & sententiam Aquilam longa morte exanimaret. Nulla in re grauius discruciantur parentes, quàm in liberis. Adeo vt qui sui corporis seuißimos negligunt cruciatos, filiorum tormenta non ferant. Viderat asinos per ignes obiectos, miro vitæ contemptu, pallis suis succurrere: viderat exempla huius animi in animatibus permultis. Existimabat ab his communibus affectibus, non esse alienam Aquilam. Denique suo generi tutius esse iudicabat, si inimicum tā pertinacem ab ipsa, quod aiunt, stirpe perdidisset. Audierat, opinamur, celebratum illud prouerbium:

Νίπτος ὁς πατίρα κτείνας πῶδας καταλείπει.  
Titillabat, & blanda quedā spes, si facinus successisset, futurum vt proßigata Aquila, ipse regnō potiretur. Atque vt dolor nō solum fortes facit & intrepidatos, verum etiam sagaces, diligenter explorat, quo loco spem suæ posteritatis hostis recondidisset. Quo peruestigato, Vulcanum adit, qui cum illi nonnulla familiaritas est, ob coloris similitudinem, Exorat, vt arma sibi cudad, quæ

neque sint onerosa volanti, & tamen aduersus mediocrem vim tueantur. Armata à summo vertice ad imum vsque calcaneum Vulcanus Scarabeum, his armis quibus adhuc vitur: nā antea muscarum more inermis erat. Nidus erat procul illinc semotus, in excelso præruptoq; scopulo, multa sarmen torum ac stipularum vi congestus & communitus. Huc nobis protin' egregius Scarabeus aduolat ne an adreperit, parum liquet, certe peruenit. Sunt qui dicant tum cum pennis Aquilæ feriretur, adherentem clanculum ab insciente Aquila in nidum deportatum esse. Et quo nec homines, quibus non est aliud animal insidiosus, nec ad nocendum ingeniosus, peruenire potuissent, eo penetravit Scarabeus. Inter stipulas in insidiis obdit sese, ac tempus nactus idoneū, Aquilæ oua protrudit è nido, aliud post aliud, donec nullū reliquum faceret. Ea delapsa, comminuta sunt, ipsi pulli informes adhuc miserabiliter in saxa elisi, prius orbatu vita sunt, quam vitæ sensum accepissent: nec hac tam atroci pœna contentus fuit Scarabei dolor. Est genuna cum primis nobilis, quam ab Aquilæ nomine Græci vocant Actitem: non dissimilis est ouo, sexu quoque distinguitur, nam in femina sætū inclusum inuenias, pulli prope modum specie. Mira vis, ad eliciendum partum. Quamobrem hodieque parturientibus admouetur, quo partum acceleret. Huius itaque generis par, Aquila solet in nido suo ponere, alioquin nunquam positura oua, aut certe non exclusura pullos. Tātum etiam thesaurum deicit è nido Scarabeus, quo paritèdi facultatem in posterum eripiat, lapides acuti excepti saxis minuta tim dissiliere. Ne hæc quidem adhuc satis visa sunt iræ Scarabei. Leuem calamitatem putat, nisi dolore quoque ac lamenti hostis frueretur, itaque rursum abdit se penitus in stipulis. Redit Aquila, nouam sui generis cladem conspicitur, videt sua viscera frustulatum discerpta: videt nobilis gemmæ non æstimabilem iacturam: queritur, clangit, fremit, stridet, ciular, obtestat deos: ac suis illis oculis, quos iā dolor etiā acuebat, hostem tam potentem circumspicit. Atque omnia potius in mentem veniunt reputanti, quam Scarabeus ille contempsit. Dira minatur, dira precatu ei quisquis tantæ calamitatis fuisset auctor. *Quantam interea*

interea voluptatem animo persensisse credis Scarabeum, dum hæc audit? Quid faciat misera? Rursum in fortunatas insulas illi deuolandum fuit, neq; enim aliunde importatur *scyrus* alterum par inueniendum. Nidus in locum multo semotiorem editioremque transfertur. Rursum oua ponit, & huc nihilo secius ignotus hostis penetrat: populatur omnia, totam superiore renouat tragædiam. Rursum hinc in tutiorem arcem demigrat Aquila: alia deponit oua, alios adhibet Aetitas. Rursum adest Scarabeus. Nec modus nec finis fugiendi atque insequendi, donec delassata tot claudibus ales, constituit sacram mouere ancoram, ac suis diffusa viribus ad deorum præsidia confugere. Iouem adit, exponit calamitatis suæ tragædiam, hostem tam potestem, cumque quod esset grauisimum, ignotum: vt tanta passz, facultas etiam viciscendi eriperetur: Addit hanc suam perniciem ad ipsum quoque Iouem pertinere, periculum Imperii munus, quod ille donasset, mutandum armigerum, si quemadmodum instituit hostis, pergeret: esse non nihil asfuetis ac notis vti ministeriis, etiam si nouitas in suffecto Ganymede feliciter successisset. Mouet Iouem satellitis sui periculum, præfertim cum recens rapti Ganymedis officium hæreret animo. Iubet, si videatur, in suo ipsius sinu deponat oua. Aut illic, aut nusquam omnino in tuto futura. Parer ales, ac in summi Iouis sinu, extremam gentis suæ spem deponit, multum obrestata, per felicissima illa oua, quæ quondam illi Leda pepererat, vt sua bona fide tueretur. Quid non efficit pertinax animi dolor? Vereamur, ne cui res supra veri fidem esse videatur. Ad ipsam summi Iouis arcem inuictus subuolat Scarabeus, nescimus an nunc minis alicuius fauore adiutus. Pastillum in hunc vsum è stercoribus paratum in sinum illius demittit. Iupiter vt est sordium insolens, quippe in purissima mundi parte habitans, & à terreno contagio longissimo semotus interuallo, dum offensus terribissimo odore, simum è sinu studet excutere, oua Aquilæ dei est imprudens, quæ videlicet ex alto delapsa, perierunt, & prius quam terrâ contingerent. Atque ita tandem cognitus est, ille tot cladum artifex: & hoc ipsum voluptatis cumulum addidit Scarabeo: auuit agnosci. Contra Aquilæ, nam rem gestam.

ex ipso didicit Ioue, non mediocre doloris pondus adiecit, tam contemptus suæ calamitatis auctor. Quandoquidem est & hoc non nullum mali solatiū, si quis à magno superetur hoste. Hinc velut de integro dirum inter eos coortum bellum, Aquila pro viribus vtricumque conspectam Scarabeorum gentem vexat, rapit, proterit, perdit. Vicissim Scarabeus in Aquilæ perniciem neruos intendit vniuersos. Itaque prædandi, insidiandi, iugulandi, nec mora, nec requies, nec vllus omnino finis futurus videbatur, nisi vtraque gente pariter sublata funditus, vt Cadmeam victoriam diceret: adeo gladiatoriis animis, vterque in alterum affectabat viam. Nec vinci poterat Aquila, neque cedere nouit Scarabeus. Tandem Iupiter in tantis rerum periculis succurrendum putat, conatur priuatum inter eos rem componere. Quo magis conatur, hoc magis horum incrudescit odium, gliscunt iræ, feruescunt pugnæ. Et erat ille quidem haud dubie propensior in Aquilæ partem: sed è diuerso mouebat exemplum longe perniciosissimum, si cui licuisset impunè *ικτεριος*, *φιλιος*, aut *ξέλιος* contemnere. Proinde facit quod in extremo verum discrimine solet, deos in concilium aduocat: pauca prælocutus rē, vt est gesta proponit. Præconio Mercurii sit dicendi potestas, rogantur ac dicuntur sententiæ. Variatum est studiis. Dii contemptiores fere fauebant Scarabeo ex maximis etiam Iuno vehementer huic studebat, nimirum odio Ganymedis, Aquilæ rebus insensa. Tandem in hoc senatusconsultum pedibus itum est, quod arguta voce pronunciant Mercurius, Vulcanus in *as* incidit, vti bellum æternum Scarabeus & Aquila suo gerant arbitrato. Quod cuique acciderit incommodi, ob id in ius vocare non liceat, bello imputetur. Quod rapuerit, id iure belli possessurum, tantum, non placere diis internicione vllius gentis. Proinde triginta dies, per quos incubat Aquila, temperetur à manibus, feruentur induciæ. Nec fas sit Scarabeis per id tempus in publicum prodire, ne videlicet ad inediā ac fouendi laborem, belli quoque rædium accederet Aquilæ. Addidit illud ex suo studio Iupiter, idque reclamantibus nonnullis, Aequum est, inquit, ex tam immensis terræ spatii, vel exiguum: angulum, velut asylū superesse meo satelliti quo tutus sit Scarabeus.

Scarabeorum incurſu. Neque vero nouum exemplum induco: Sunt loca quæ lupum neciunt: ſunt in quæ non immigrēt uene- na: ſunt in quibus non uiuant calpæ. Meta- bor & iſe in Thracia iugerū aliquot ſpa- tium apud Olynthū, in quod ſi quocumq; modo prudens, imprudens, uolens, nolens, pedem intulerit Scarabeus, capitalis eſto: nec fas ſit exire ſemel ingreſſo, uerum inibi torqueat ſeſe, donec emoriatur. Loco no- men tribuitur Cantharolethrus, ut uel ip- ſo monitus uocabulo ſciat Scarabeus actū fore de ſe, ſi contra noſtrum ſenatuscon- ſultum non uereatur in eum locum irrum- pere. Rhodo exultat Aquila, ne cui uideat- ur inhumanum Olyntho excludi Scar- abeum.

Sic ait, & totum uutu tremefecit Olym- pum.

Adſtemebat omnis deorum conſeſſus. Val- let in hodiernum uſque diem ſenatuscon- ſultū, ſemperq; ualebit. Scarabeis & Aqi- lis durat exitiale bellum, per eos dies, per quos incubat Aquila, nuſquam apparent Scarabeorum filii. Locum eum, quem deſi- gnauit Iupiter, ſummo ſtudio uitat: quod ſi quis imporet, protinus exanimatur. Eius- que rei, ſi quis forte requiret, teſtimonium perhibet Plinius libri uidecimi ca. 28. At- que hoc quoq; grauior auctor Plutarchus in commentario de animi tranquillitate. Sed iam dudum ſat eſt ad prouerbiorum negotium redeamus: Meminit huius fabu- læ Comicus Ariſtophanes ἐν εἰρήνῃ, his qui- dem uerſibus:

Ἐν τοῖσιν αἰσώπῃς λόγους ἐξενέρεθαι,  
Μέμνηται περὶ αὐτῶν εἰς θεῶν ἀφῆγμένους.  
Ἄπρον εἶντας μύθον, ὡς πάτερ πάτερ,  
Ὅπως κακοῦσμον ζῶον ἡλιθεῖς θεῶς,  
Ἥθειν κατ' ἐχθρῶν αὐτῶν πάλαι ποτ'·  
Ὅτι ἐκλυθῶν, καὶ τιτιμωρῶμενος. id eſt,  
In fabulis id eſt reſcriptum Aſcopicis,  
Adiſſe diuos unicum ē uolucris.  
Haud credibilem aiſ fabulam pater pater,  
Adiſſe diuos animal obſcenum atque  
olens.  
Peruenit olim inquam, ob ſimulatē aſpe-  
ram,  
Quæ illi fuit cum Aquila, oua uolens il-  
lius,

Et expetens pœnas ab hoſte mutuas.  
Admonet autem apologus, non eſſe cuiquā contemnendum hoſtem, quamuis iniſſima

fortuna. Sunt enim homunculi quidam inſime quidem ſortis, ſed tamen malicioſi: non minus acri, quam Scarabeis: neque mi- nus putidi neque minus abiecti: qui tamē pertinaci quadam ingenii malitia, cū nulli omnino mortalium prodelle poſſunt, magis etiam ſæpe numero uiris faceſſant ne- gotium. Territant nigrore, obſtrepunt ſtri- dore, obtrubant ſœtore, circumuolitant, he- rent, inſidiantur, ut non paullo ſatius ſit, cū magnis aliquando uiris ſimulatē ſuſci- pere, quam hoſ laceſſere Scarabæos, quos pu- deat etiam uiciſſe, quosq; nec excutere poſ- ſis, neque conſictari cum illis queas, niſi diſcedas contaminatior.

### Timidus Plutus.

Δαλδῆς ὁ πλάτος, id eſt, Timidus Plutus. Hu- iuſmodi enim & Ariſtophanes inducit Plu- tum, atque hunc imitatus Lucianus in Ti- mone, omnia formidantem, nulliq; fiden- tem. Neque nero diſſimilem animi habitū opes adferunt diuitibus, cum contra pau- pertas ſecura in vtranque dormiat aurem. Ariſtophanes uulgo iactatam indicat opu- lentiz timiditatem, cum ait:

Ἄλλ' λέγῃσι πάντες ὡς  
Δαλδοῦτον εἶδ' ὁ πλάτος. id eſt,  
Quin id omnes diſſitant,

Timidiſſimum quiddam eſſe, diuitias.  
Interpres admonet, Comicum aduſiſſe ad illud Euripidis:

Δαλδὸν δ' ὁ πλάτος καὶ φιλόψυχον κακόν· ἰ.  
Res cupida uitæ ſunt opes, pauidū malū.  
Id ideo diſſum eſt, quod diuitibus multi tē- dunt inſidias: nempe latrones, heredi petæ, principes, lycophantæ, nouiſſimumq; & vxor, & liberi. Quam ob cauſam addidit Euripides φιλόψυχον κακόν, uel quod ob di- uitias magis illis liberat uiuere, quam his, qui tenui ſunt fortuna: uel quod ob eas ſæ- pe numero de uita ſolliciti ſunt, Id eleganter explicans Luuenalis ait:

Pauca licet porres argenti uascula puri,  
Noctē iter ingreſſus, gladium contumq;  
timebis,

Et mox ad lunam trepidabis arundinis  
vmbra.

Cantabit uacuis coram latrone uiator;  
In ſumma in omni negotio formidoloſior  
eſt diues, q̄ pauper. Cautius munit eſes ſu-  
xū metu, Metuit tēpeſtates, propter frumē

ta, quæ habet in agris, propter merces, quas habet in mari. Metuit amicos, ne quid rogantibus donare cogatur. Metuit inimicos ne quid noceant. Timidius conuertiatur, metu multæ. Omnia circumspectius, & facit & dixit, metu calumniæ, quæ potissimū diuitibus strui solet. quippe quib⁹ est quod auferri possit, Si bellum imminet, diues in primis discruciat. Denique nec superstitione vacat, ne quod numen parum amicum, damnum immitrat.

*Panicus casus.*

**Πανικόν**, Veteres vocabant subitum animorum tumultum sed inane. Veteres enim existimabant Panem deum repentinos terrores, & animi consternationes immittere, lymphaticis simillimas, vsque adeo impotentis, vt non ratione modo, verum & mente careant, Sicuti non rarerent vsu venit, cū in exercitu nulla comparente idonea causa, viri pariter atque equiperturbantur. Cuius rei meminit & Euripides in Rhæso :

Ἄλλ' ἢ κρονίῃ πανός θεομερᾶ μάστιγι φοβῆ.

Verba sunt Hectoris ad custodes nuntiantes, nouum tumultum in castris oriri: atq; is motum Panicum esse respondet. Pindarus in Nemeis scribit non oportere fortibus viris vitio vertere, si fugiant in huiusmodi tumultu :

Ἐν γὰρ δαίμονις φόβος φθύγοι καὶ παίδης  
είων. id est,

In diuinis terroribus fugiunt & filii deorū. **Δαίμονις φόβος** appellans τῆς πανικῆς. Narratur idem deus concham illam tortilem ac turbinatam, quæ Græcè κόχλη, id est, testudo dicitur, primus reperisse, eaque personans olim Titanas contra quos bellabat, in fugam egisse. Paulianus in Phocæicis: Ἐν δὲ τῇ νηκτὶ φόβος σφίσει ἐπιπίπτα, τὰ γὰρ ἀπὸ αἰτίας δεινίας δαίματα ἐκ τῆς φασὶ γίνεσθαι. id est, Ceterum noctu irruit in eos pavor panicus, siquidem terrores nulla de causa exortos, aiunt ab hoc immitteri. Hac de re copiosius disserit citatis aliorum etiam Græcorum testimoniis, Angelus Politianus in Miscellaneorū annotatione vigesima octaua, Hoc adagii subinde refertur à Cicerone in epistolis ad Atticum : Ego, inquit, bellū scædissimum futurum puto, nisi qui, vt tu scis, panicus casus extiterit. Rursum alibi: De Ventidio, panicon puto. Item alibi: Rursum adferunt magnum, Romæ dum ad

Antonium frumentum omne portari, **πανικόν** certe. Iū alibi: Interim scis enim quædam **πανικὰ** dici, item **τὰ κινὰ τῆς πολέμου**, tum more aduentus nostri, & Cassio, qui Antiochæ tenebatur, animus accessit, & Parthis timor iniectus est. Idem ad Tyronem: Esi Atticus noster, qui me quondam moueri **πανικῆς** intellexit, idem semper putat: nec videt quibus præsidii philosophiæ septus sim. Et hercle quod timidus est ipse, **δορυβή ποισ**, id est, tumultum ciet, & panicis mouetur. Huc adlusisse putamus & Apuleium in Asino suo, cum Pŷchæ ad mortem spontaneam properanti: Panem obuium facit.

*Nihil minus expedit, quàm agrum optime colere.*

**ΑΡΥΘ** priscos adagionis instar fuisse Plinius testatur libri 18. cap. 6. Temerarium, inquit, videatur vnā vocem antiquorum posuisse, & fortassis incredibile penitus existiment, nihil minus expedit, quàm agrū optime colere L. Tatiū Rufus infima natalium humilitate, consulatum militari industria meritis, antiq̄ alias parsimoniz, circiter mille scelos ( siue quæ lectio quibusdam magis adridet, festerium ) liberalitate diui Augusti congestum: vsque ad detractionem hæredis exhaustit, agros in Piceno coemendo, colendoq̄ in gloriam, Interuentionem ergo, famemq̄ censens? Immo hercle iudico modum, rerum omnium vtilissimum. Bene colere necessarium est, optime damnosum. Hactenus Plin. Huc & Terentium adlusit, cum ait in Phormione: Nostræpe culpa facimus, vt malos expediat esse, dum nimium dici nos bonos studemus, & benignos. Item illud Horatianū: In vitium culpæ ducit fuga si caret arte.

*Citius, quàm asparagi coquuntur.*

**VELOCIVS** quàm asparagi coquuntur. De re vehementer properata. Sunt quedam figure prouerbiales, quæ Octauo Augusto peculiariter adfiserūt: inter quas hæc quoque refertur, à Trāquillo, cum scribit eum ad exprimendum festinatæ rei velocitatem solere dicere, Velocius, quàm asparagi coquantur. Idq̄ue identidem in litteris vsurpat. Est autem asparagus herbæ genus spinosum, & in medicinam vtile, & in cibos gratum cuius summa priusquàm durefcant, leuiter coquuntur, tantum, vt cruditas absint. Dicitur autem asparagus, quod qui snt

sunt in his præcipui, non feruntur, vt Athenus dixit, Docti quidam admonent, simile quiddã dici de falsamentis. Citius, quam falsamenta coquantur, eo quoddã quidam pisces sale conditi, aut fumo ventouæ durati, crudi quoque comedantur, aut leuissimè cocti. Quamquam hoc prouerbiũ apud Athenzum, vnde citant, nondum reperimus. Confine illi, quod alibi dicitur. *ἀφ' ἧς τῆς πύρ*, id est, Aphia ad ignem.

*Amicitia personam.*

*Τὸ προσώπιον ἀφελῆν τῆ φιλίας*, id est, Amicitia personã detrahere dicimur, cum aperte quæ sentimus animo, tum facimus, tum loquimur apud amicos, & quidquid in pectore clausum est, id præ nobis serimus, Vultus enim ab animo discrepans personæ verius est, quam vultus. Et eleganter à Seneca dictum est in Cæsarem, vt personam malit, quàm faciem: id est, vt videri malit, quàm esse. M. Tullius Tusculanarum questionũ quinto scribit Epicurum tãtummodo personam induisse philosophi. Martialis;

Mentiris iuuenẽ tinctis Lentine capillis.  
Tam subito coruus, qui modo cygnus eras.

Nõ omneis fallis, scit te Proserpina canũ,  
Personam capiti detrahet illa tuo.

Neque semper tamen persona sonat in malam partem, Etenim cum scribit M. Tullius in Officiis: Ponit enim personam amici, cum induit iudicis: non significat fictum amicum, aut fictum iudicem. Est autem tractum à personis histriouum.

*Vtere curru, de asinis nihil laborans.*

*Ἀπορίμω τῆς οὐκ ἀμάχης τῶν δ' ὄνων ἄδεν μέλοι.*  
id est,

Vtere plaustris tuis, asinosq; ne curaueris.

Verus est trochaicus tetrameter. Hoc prouerbio monebant, vt suarum quisque rerum curam ageret, hisq; srueretur, alienarum negligens, atque incurius, Hinc ducta metaphora, quod quibus plaustrum est domi, nihil necesse habent deportandis onibus asinos aliunde conducere.

*Lybica fera.*

*Λιβυκὸν θηρίον*, id est, Lybica bestia. Refertur à Diogeniano, Dicebatur olim in hominem vastum callidum, versipellem, variis moribus, aucipiti que ingenio. Quod genus por-

tentum Cicero Catilinam fuisse testatur. Inde natum quod in Libya varix ferarum species sepe numero miscantur: atque ita noua quædam hinc môstra spectaculo produci solcant, Romam à prouinciæ præsidibus deportata.

*Semper adfers Libya mali quippiam.*

*Εὐδὲμ* fonte fluxit & illud: *ἀεὶ φέρει τὸ λιβυκὸν κακόν*, id est, Semper adfert Libya mali quippiam, quod inde Romam, vt diximus monstra deportantur. Hinc & in mores, ingeniumque gentis detorqueri potest: si quidem vt est regio venenorum ferax, ita gentis pestilens ingenium. Peculiaritrr cõueniat iã scædistragos, ac pastorum nouatores.

*Semper Africa noni aliquid apportas.*

*Ηὐρις* simillimum est illud Plinianum, quod in historia mundi refert, Libyã semper aliquid noui adferre. Quod quidem ideo dicebatur, quod in siticulosa regione ad vnum aliquem rituum plurimæ ferarum species bibendi gratia conuenire cogãtur: inibiq; varia mixtura violentæ Veneris, varias monstrorum formas, subindeque nouas nasci. Porro Plinius sumpsit ab Aristotele, apud quem refertur lib. de generatione animalium 2. c. 5. Anaxilas apud Athenium lib. 4. festiuiter ad rem detorsit:

*Ἡ μοισικὴ δ' ὤππερ λιβυκὸν πρὸς τῶν θεῶν,  
Ἀεὶ τι κακόν, καὶ ἐπιαντὸν τῆς θυσίας*, id est,  
At musica itidem vt Astra terra per deos  
Semper quotannis bestiam aliquam edit nouam.

Scimus Græcum versus posteriorem non constare, sed ita habet editio Aldina, nec satis diuinamus quomodo restitui possit, nisi forte pro καὶ ἐπιαντὸν legendum est ἐπιαντῆ, tamen si ne sic quidem constat metrum: forsalle θυσίας omittendum, & pro καὶ ἐπιαντὸν reponendum, & pro καὶ ἡνικατὸν. Quadrabit in homines lubrica fide, semperque nouandarum rerum auidos.

*Afra auis.*

*Λιβυκὸν ὄρνιθον*, id est, Libyca auis. Refertur à Suida de prægrandibus, quod ex ea regione deportentur aues immani magnitudine. Horatius de præclaua vsurpauit:

Non



Non Afra auis descendat in ventrem meū  
Iucundior, quam lecta de pinguisimis  
Oliu ramis arborum.

Nam gallinas prægrandes olim mittebat  
Africa, quas easdem Numidicas aues ap-  
pellant. Acron videtur de Struthione fen-  
tire, quæ & ipsa auis mira mole corporis  
esse fertur. Nostra quidem sententia non  
inepte iacietur & in hominem peregrino  
cultu notabilem. Et Plautus alicubi Pænū  
aue[m] vocat, ob manicas alarū instar vtrin-  
que pensiles. Proverbium extat in auiibus  
Aristophanis. Interpres indicat conuenire  
in barbaros, ac meticulosos. Sunt enim ho-  
mines prægrandes fere timidiores. Teren-  
tius hic nebulo magnus est.

Boni pastoris est, tondere pecus, non deglubere.

HODIEQUE vulgo celebratū durat, vbi quis  
est exactior durior, atque instantior. Quid?  
Num & pellem vis? Quasi conueniat lana  
contentum esse. Id adagii Tiberius Cæsar,  
auctore Suetonio aut reperit, aut certe vsur-  
pauit: Nam is admonitus ab amicis, vt pro-  
uincialibus augetur vestigalia, rescripsit,  
Boni pastoris esse, tondere pecus, non de-  
glubere. Est autem deglubere, detrahere pel-  
lem. Tractum à rusticis, qui deglubere vo-  
cant, siliquam, aut folliculum excutere, &  
granum sua nudare tunica: vnde & Catul-  
lus in obscenum sensum detorsit, vt dicat  
virum à muliere deglubi. Et Auleiana Fo-  
tis ait se viuos homines solere deglubere.  
Tondent igitur, qui ita spoliant, vt sortem  
relinquant, vnde res possit crescere. Deglu-  
bunt, qui nihil reliqui faciunt. Nam lana  
detonsa renascitur. Cure detracta nihil est,  
quod deinde possis auferre. Alexander Ma-  
cedonum Rex, cognomēto Magnus, senten-  
tiam eandem diuersa extulit metaphora.  
Cum enim quidam admoneret, longe plus  
vestigalium à ciuitatibus auferri posse, re-  
spondit ad hunc modum: καὶ κριωδὴν μισῶ  
τὸν ἐκ εἰζῶν ἐκτέμνοντα τὰ λαχαια. id est, Et  
olitorum odi, qui radicitus herbas excidat.  
Denique hoc ipsum ἀπὸ εἰζῶν καὶ ἀπαρδί-  
ζεν, & item apud Latinos radicitus, stirpiū  
tenus, à stirpe, ab ima stirpe, atque id genus  
aliæ metaphoræ, proverbii naturam resip-  
lunt.

Lucri bonus est odor ex re qualibet.

FACETA quidem, sed tamen pestilens illa.

vox Vespasiani, qui cum ex lotio vestigal-  
faceret homo turpiter auidus, superque  
eo facto à filio admoneretur, quod è re tam  
putida lucrum faceret, paullo post collectā  
pecuniam, filii naribus admouit, rogauit-  
que ecquid illa puteret? Vnde Iuuenalis:  
- Lucri bonus est odor, ex re

Qualibet.

Ad quod adludens, Ammianus lib. 22. di-  
xit: Et lucrum ex omni odorantes occasio-  
ne. Iam & Ennians ille versiculus, non in  
sermone[m] modo, verum etiam in aunos  
& vitam hominum penitus abiit.

Vnde habeas, curat nemo, sed oportet ha-  
bere.

Quin illud ab Horatio dictum: εἰρηναῖος  
ferio sequimur,

O ciues ciues querenda pecunia primū,  
Virtus post numinos.

Cephisofodorus apud Athenzum libro 3. do-  
cet apud poetas celebres ac sapientes viros  
iuueniri sententias quasdam improbatas,  
velut illud apud Archilochum: πόντ' ἀνδρῶ  
ἀποσκολύπτειν, id est, Quemvis hominem  
excoriare siue spoliare. Apud Theodorum  
illud: κηδέν μὲν πάλιν ἔχειν, ἐπαίνει δὲ τὸ  
ἴσον, id est, Quod iubet plus æquum habere,  
laudare tamen quod æquum est. Apud Eu-  
ripidem: πῶ γλώττων ὁμομοκέναι φάται, id  
est, Quod dixerit, linguam iurasse, quo  
de nobis alias dictum est. Apud Sopho-  
clem:

Τοιαῦτα τοῖσι, πρὸς χάριν τε κέρβια  
Λέγω, σὺ δ' αὐτὸς ἔπειροί σοφὸν τὰ μὲν  
Δίκῃ ἐπάει, τὰ δὲ κέρβια ἐν ἔχῃ. id est,  
Ad gratiam tibi ista dico, haud impetro,  
At ipse, vti solent facere prudentes viri,  
Laudato iusta, ceterum lucro heres.

Idem alibi dixit: μηδὲν εἶναι σὺ κέρβει κέρβι,  
id est, Nullum esse malum, quod cum lu-  
cro cōiunctum sit. Apud Homerum, quod  
facit Iunonem insidiātem Ioui, quod Mar-  
tem fingit adulterum. Hæc Athenzus. Mi-  
rum autem populum indignari poetis aut  
histrionibus, si quando talia recitat in thea-  
tris, cum magis debuerit indignari quis-  
que sibi, quod ea sequeretur in vita, quo-  
rum commemorationem in teatro ferre  
non poterat.

Lucrum pudori præstat.

Κέρβος ἀχαιῶν ἀμείνων, id est, Lucrum pudori  
præstat.

præstat. Plautus in Pseudolo : Nimio illud quod pudet facilius fertur, quâ illud quod piget. Eûdem sensum aliter extulit in Trinummo: Pol pudere, quàm pigere, præstat, totidem litteris. Sententia bono viro indigna, eoq̄ue illic à lenone dicitur, hic à sene. Sed commodè ad persuadendum sententiâ etiam parum probam arripuit. Alioqui longe satius rei iactura, quam famæ dispensium accipere. Huc adlusit Terentius in Phormione: Non te pudet vanitatis? Non dum ob rem. Quin & hodie vulgato pro- uerbio iubent valere pudorem, vbi de pecunia res agitur. Plutarchus in commentario de audiendis poetis, refert à poeta quodam, senarios hos:

Τὸ μὴ δίκαιός τινι δόκειν ἄρνεο,  
 Τὰ δ' ἔργα τὸ πᾶν δρωίτω, ἔνθα κερδαίης.  
 id est,

Opinionum spernito iusti, ac virum  
 Quidvis agentem sequere, cū spes lucri.

Refert & hunc ex Sophocle:

Τὸ κέρδι' ἡδύ, καὶ ἀπὸ ψόδων ἔν. id est,  
 Dulce est lucrum, profectum & à mendaciis.

*Bata tum hyeme, tum æstate bona.*

Βῶτα κἂν θέρα, καὶ ἐν χειμῶνι ἀγαθόν, id est, Bæta tum in æstate, tum hyeme bona. Suidas qui huius adagii meminit, adscribit Bætam vestis pellicæz. genus, quod in vtrunque tempus videatur adpositum. Nam hyeme depellit ventos, æstate solem. Iulius Pollux libro de rerum vocabulis septimo, inter vestes coriaceas meminit & bætz: quâ ait tunicam fuisse prælongam, quæ totum contegeret corpus. Conuenit igitur de re ad multa vsui futura; veluti de litteris, quæ iuuenes iuxta ac senes ornant. Aut Philosophia, quæ in rebus prosperis arcet ab insolentia, in aduersis præstat, ne frangamur animo.

*Anicularum deliramenta.*

Ἐρεῶν ὄβελος, id est, Anicularum deliramenta. De nugis inanibus, cuiusmodi solêt esse futuri verulæ, cum iam serus vitio vitii zeta accedens, nugacitatis morbum conduplicat. Extat prouerbiū apud Platonem in Theæteto: τᾶντα μὴ γὰρ ἐστὶν ὁ λεγόμενος ἔρεως ὄβελος, id est, Nam hæc quidem sunt, quod dici solet, anicularum nugæ. Itidem

Cicero in oratione pro domo sua dixit anilem superstitionem.

*Ante pedes.*

ANTE pedes esse dicitur, quod obuium, quodq̄ue vel præsens adest, vel imminet. Terentius:

Isthuc est sapere, non quod ante pedes modo est

Videre, sed etiam illa, quæ futura sunt prospicere.

Sic Pindarus in hymno vltimo: τὸ δὲ πρὸ ποδῶς ἄρρον αἰὶ χρόμα πᾶν. id est, Quid ante pedes est semper melius. Lucianus in Pseudologista: καὶ τὰ κοινὰ ταῦτα καὶ τὰ ἐν ποσὶν ἀγνοῦν. id est, Et quod hæc communia, quodq̄; hæc passim obuia ignores. Philostratus in Phœnice: Βαδίζεις δὲ ποῖ, μὴ τίωρ τε καὶ ὑπὲρ ποῖντα τὰ ἐν ποσὶ. id est, Quo vadis autem? sublimi vultu, cunctaq̄ despiciens, quæ sunt ad pedes. Et περὶ ποδῶν dicitur, quod iam instat, imminetq̄; ἐμπόδιον esse dicitur, quod obstat, ἐκ ποδῶν cōtra, προκυλινδιδῶν τῶν ποδῶν est aliquoties apud Platonem, id est, ante pedes prouolui, quod veluti expositum est. Veluti de republ. 4. πᾶλαι ὡ μακάριε φαίνεται πρὸ ποδῶν ἐξ ἀρχῆς κυλινδιδῶναι, καὶ ἐν ἑωρῶμεν ἀρ' αὐτό, ἀλλ' ἡμῖν κατὰ γλαυδῶτατοι, ὡσπερ οἱ ἐν ταῖς χερσὶν ἔχοντες, χροῦσιν ἰνίστε ὁ ἔχρησι. id est, Iam dudum ὁ beate videtur rursus ante pedes volui, nec videmus illud, sed fuimus ridiculi, quemadmodum solent, qui cum manibus teneant aliquid, tamè querunt quod habent. Non dissimili figura Maro dixit, In manibus:

In manibus terræ, non hic te carmine longo,

Atque per ambages & longa exorta tenebo.

*Albo rete aliena captans bona.*

PROVERBII speciem habet, quod ait Plautus in Persa: Ne isti faxim vsquam appareant, qui hic alboreti aliena oppugnant bona. Rete vocat calumnias quadruplato- rum, & parasitorum. Album dixit, adludens ad codicillos, & dicas, syngraphasq̄; quibus lis intenditur, peragiturque. Nec omnino displicet, vt ad album prætoris, quo leges & litium formulæ proponebantur, respexerit. Nam leges etiam Solon araneorum retis similes esse dixit.

V u

Ad summ

*Ad suum quemq; questum equum est esse callidum.*

**A P V D** Plautum est prouerbialis sententia in Truculento, tum in Asinaria:

Ad suum quemq; questum, equum est esse callidum.

Quæ si transferatur paullo longius, plusculum habuerit gratiæ. Velut alius est pecuniæ appetens, alius famæ studiosus, alius voluptatum audis, alius litterarum sitiens, alius pietatem sectatur. Quisq; aduigilat ad id, quod expetit.

*Vel acum inuenisses.*

**A P V D** eundem. Menæchmis prouerbialis hyperbole, de re diligenter vestigata: Acum credo inuenisses, si acum quæres. Nam acus inuentu difficillima, quod ob exiguitate: facile fallat oculos quærentis.

*Subuentanea parit.*

**Υπνέμια τίκτει**, id est, Subuentanea parit. De vanis ac frivolis inuentis. Translatum ab auibus, quæ Veneris imaginatione concipiunt oua, sed inania, hoc est, vnde non gignatur fœtus. Aristophanes in Auibus:

Τίκτει πρώτιστον ὑπνέμιον νόξ ἢ μελανόπτιστος ὄρνις. id est,

Parit primum subuentaneum nox nigripennis ouum.

Hos conceptus potissimum accidere in his auibus, quæ sint neque veloces, neque aduicis vnguibus, cuiusmodi sunt perdix, gallina, demonstrat Aristoteles libro de generatione animalium tertio, causam esse quod excremento magis abundant. Volaces & aduncas nec salaces esse, nec hęcίδας, quod in his excrementi seminalis pars, in pennas & in vngues abeat. Concipiuntur huiusmodi fœtus aliquoties audita maris voce, sicuti fit in pdicibus, aliquoties ex affricu pulueris, aliquoties feminis ob inopiam maris inter se salientibus. Auctor & Plinius. Eaq; oua Græci ὑπνέμια, id est, subuentanea, siue ζιφύρια vocant, à vento fauonio. Vnde quæ vana sunt, ἀνεμίδια, dicuntur. Plato in Theæteto: ἀλλὰ φέρεθ' ἂν αὐτὸ κοινὸν σκεψόμεθα γόνιμον ἢ ἀνεμίδιον τυγχάνει. id est, Sed age iam illud communiter dispiciamus, solidus ne partus sit an subuētaneus. Et Homer. Κικλὸν δ' ἀνεμύλια βέλλει, dicta inania, & ventis similia significans M. Tullius in epistolis

ad Atticum, ἀνεμοφόβητα, vocat inania, quæ ventis ferantur, de gladiatoribus: De ceteris, quæ scribis ἀνεμοφόβητα, lacias me quotidie certuorem.

*Phrynondas alter.*

Φρυωνίδας ἄλλος, id est, Phrynondas alter. De improbo. Huius meminit Lucianus in Pseudomante, inter nobiles facinorosos. Phrynonidas cum esset hospes Athenis, in negotiis Peloponnesiacis versabatur, homo versutus, maleficus, impostor, summus malorum rerum artifex, vt hominis vocabulum in rei transierit appellationem. Etenim quoties insigniter malum & sceleratum accipi volebant, Phrynondam appellabant. Sic Aristophanes in Amphiarco,

Ἄμικρε, καὶ φρυωνίδα, καὶ ποιηρὸς σὺ, id est, Scelerate tu, ac Phrynonda, & impurissime.

Vfus est & Plato in Protagora. Meminit horum & Aeschynes aduersus Ctesiphontem, ἔτι φρυωνίδα, ἔτι εὐρύβατος, ἔτι ἄλλος ὁ δειὸς πάποτε τῶν πάλαι ποιηρῶν τοῖς μαί, καὶ γὼς ἐγένετο. id est, Nec Phrynondas, nec Euribatus, nec alius quisquam veterum improborum vnquam talis magus, & impostor fuit.

*Sus per rosas.*

Ὑς διὰ ῥόδων, id est, Sus per rosas. Quamquæ in aliis exemplaribus scriptum inuenitur, Ὑς διὰ ῥόδων. Nobis neutra scriptura satis probatur: sed legendum arbitramur, διὰ ῥοιδῶν, ἀπὸ ῥῆσις, vt sit nomen diminutiuum. Rhœæ vero vero Græcis dicuntur mala punica. Eudemus prouerbium citat ex Cræteris fabula, cui titulus: γέτορις, iudicans dici solere de agrestibus, & intractabilibus. Quemadmodum sus per mala commodè duci non potest.

*Asinus auis.*

Ὀρὸς ὄρνις, id est, A sinus auis. Est apud Aristophanem in Auibus. Sumptum ab omine quodam. Quidam enim cōsultus de eo, qui aduersa laborabat valetudine, forte fortuna conspexit asinum surgentem à lapsu, simulq; alium quendam audiuit dicentem: βλέπε πᾶς ὄρνις ἂν ἀρίστη, id est, Vide quo pacto asinus cum sit, surrexit. Id omnis arripens ille, protinus respondit, fore vt valetudinarius

tudina: ius ille reualefceret. Itaque iocatur Aristophanes, quasi & asinus auis esset, & auri non nihil haberet. Nec hoc prouerbiū e Comedia natum est, sed à vulgo ad iocum detortum, & à comico vsurpatum. Dicitur non intemptiuè, cum ex indicio quopiā ridiculo quidpiam colligimus.

Sisyphi artes.

Σισύφης μηχαναί, id est, Sisyphi artes. Dicebantur vasa, verutaq; consilia. Aristophanes ἐκ χειρὸς τῶν:

Ἐπ' ἐξάνοιγε μηχανὰς τὰς σισύφου. id est, Dein callidos deprome Sisyphi dolos.

Porro vt Sisyphus in altitudine prouerbiū abiicit, Homericus ille versus in causā fuit:

Σισύφῳ δὲ κέρδις ἐπιχθονίων γίγεται ἄδραν. id est,

Sisyphus in terris, quo nō astutior alter. Rursus Iliados ἔστι:

Ἐσθλὸν σισύφῳ σκευδέρδις γίγεται ἄδραν.

Ab hoc genus duxit Vlysses, quem Homerus vbiq; vstrum & callidum facit.

Homo Thales.

Ἀλλεπῶ θαλῆς, id est, Homo Thales Ironia prouerbialis in stultum, qui sapiens haberi studeat. Aristophanes in Auibus:

Ἀλλεπῶ θαλῆς μέτων, id est, Homo Thales Meto.

Idem in Nebulis:

Τιδὴ τ' ἐκείνοι τὸν θαλῆν θαυμάζομεν, id est, Qua gratia illū proinde suspicimus Thalem?

Fuit enim Thales vnus ἐ septem Græciæ sapientibus. Est & apud Plautum: Salue Thales: cum stultum significet.

Sardanapalus.

Σαρδανάπαλος, id est, Sardanapalus, Huius cognomen ob insignem hominis mollicie abijt in prouerbiū. Aristophanes in Auibus: τίς ὁ σαρδανάπαλος ἔσσι, id est, Quis hic Sardanapalus? Fuit autem Sardanapalus Anacyndaraxis filius, rex; Nini Persicæ regionis, qui eodem die Tarsum pariter, & Anchialē, duas Ciliciz ciuitates obtinuit: ceterum deliciis vsque adeo effeminatus, vt inter eunuchos & puellas, ipse puellari cultu desidere sit solitus. Apollodorus, vt citat Aristophanis interpres, tradit eius sepulcro epitaphium huiusmodi litteris assyriis insculptum fuisse: ἔδωκε, πίη, ὄχθου, ὡς τῶ

ἄλλα ἔδωκεδὲς ἐστὶν ἄξια, id est, Ede, bibe, vt ere Venerem, nam cetera sunt nihil. Suidas hac forma refert ex Callisthene: σὺ δὲ ὡς ξίη ἐδίη καὶ πίη καὶ πῶλτι, ὡς τῶν ἄλλα ἀνθρώπων, ἔκδωκε τῶν ἄξια, id est, Tu vero holpes, ede; bibe, lude, tanquam ceteras res humanas, huius non faciens.

Quid tandem non efficiant manus?

ARISTOPHANES in Auibus:

Τιδὴ τὰ πόδες αὐτῶν ἀνεργασίατο, id est, Quid est, quod haud effecerint demum pedes?

Interpres ostendit adlusum esse ad huiusmodi prouerbiū:

Τιδὴ τὰ χεῖρες αὐτῶν ἐργασίατο, id est, Quid denique est, quod manibus effici haud queat?

Admonet nihil esse rerum omnium, quod arte, quod industria nō efficiatur. Ceterum quod scripsit Aristophanes, apte terserit in milites ignauos, quibus omne præsidium & spes salutis non in manibus, sed in pedibus sita est.

Testa collisa sessa.

TESTA testæ collidi dicitur, cum duo conflictantur vtriusque malo. Aristophanes in Pace:

Καὶ πῖδος πλεῖς ὑπ' ὀργῆς ἀτελεκτιστῶν πῖδω. id est,

Ac recalcitrans per iram testa testam vullnerat.

Talis est fere conflictatio regum, inter se belligerantium, qualis ollæ cum olla collisione. Nonnunquam perit vterq;. Certe neuter absq; grauissimis damnis discedit.

Animus est in coriis.

ARISTOPHANES ἐν εἰρήνῃ:

Ἡ πάντοτε ταῦτ' ἀλλῶ συγγυμνῶν ἔχει.

Ὅπως γὰρ ἡμῶν ἦν τὸ π' ἐν τοῖς σκῦτεσι. id est, In his quidem sum lapsus, at veniam dabis,

Nam mens profecto nostra tum in coriis erat.

Quamquam alias huius prouerbii meminit. Simillimum est illi Terentiano: Animus est in patinis. Item illud, quod legitur apud Athenzum libro, Dipnosophistarum primo:

Ὅυδ' ἂν λέγει τις, ἔδωκε μὲν μάθειν ἂν, Ὅυδὲ γὰρ ἐστὶ τ' ἑρκαπέζης πλοσίον. id est,

Ne quis loquatur, capere nunquam quibimus,

Nam mens quidem ipsa mensæ adhæret proxima.

Interpres admonet huius prouerbii, ἐπιπύτυ βλίπεις, de his, qui iam ad bellum spectant: quemadmodum alio demonstratum est loco. Licebit uti, cum ob sollicitudinem erit aliquis ad id, quod agitur in presentia, parum attentus.

*Quibus nec ara, neque fides.*

ARISTOPHANES ἐν ἀχαρηδύσι:

Οἱ σὶν εἶτε βωμὸς, εἶτε πίστις, εἴδ' ὄρεθ' ἔμνη. i. Quis nec ara, nec fides, nec vlla durant fœdera.

De vehementer perfidis. Dicitum est in Spartanis, quorum perfidiam taxauit Euripides:

Ἐπὶ ἔργῳ ἔνοχοι θάλα βελούτῃα. id est, Spartæ incolæ, dolosa consultamina.

Nunc in aulicos non omnino pessime quadrat.

*Salem lingere.*

Ἀλα λέχεν, i. Salē lingere dicuntur qui perquam tenuiter visitant. Sic enim Persius:

Vare regustatum digito tenebrare salinum,

Contentus perages, si cum Ioue viuere pergis.

Diogenes cum à Cratere prædiuite quodam inuitaretur, vt ad se veniret, vsurus hospitio suo, suaque liberalitate, respondit se malle salem Athenis lingere, quam apud illum opiparis mensis frui. Itidem Plautus in Curculione: Hodie apud me nunquam delinges salem.

*Pedere thus.*

Βόλειν λιβανωτόν, i. Pedere thus. Prouerbii speciem habet. Accommodabitur in hos, quorum & vitia placent, aut ipsis, aut aliis impendio amantibus. Facit enim hoc φιλαυτία, vt vnicuique sua placeant, arrideantque etiam si sint putidissima. Facit itē hoc amor immoderatus, vt polypus etiam Agnē delebet Balbinum: veluti scripsit Horatius. Aristophanes in Pluto:

Οἱ λιβανωτόν γὰρ βόλει. id est,

Non soleo thura pedere.

Quadrabit & in adsentatores, turpissima pro honestissimis laudantes.

*Pro cæco ex oculis est.*

ΟΜΝΕΣ huiusmodi facietiarum formulæ pertinent ad adagiorum naturam, cum videtur corrigere quod dictum est: sed altero verbo, quod vel idem polleat, vel magis etiam lædat: veluti si quis dicat: Non furatus est, sed inuolauit. Non furatus est, sed rapuit. Aristophanes in Pluto:

Μῶνδ' κέκλοφας ἀλλ' ἤρπακας, id est, An non furatus es, sed rapuisti?

Idem in eadem fabula:

Ἀντί γὰρ τυφλὸν ἐξωμμάταται, Luditenim seruus ambigua voce ἐξωμμάταται, quæ declarat & oculis donatum Plautum, & exoculatum.

*Præius lupus ouem ducat γχοrem.*

ARISTOPHANES ἐν εἰρήνῃ:

Ἐρίν κεν λύκῳ οἶν ἴμενωϊ. id est,

Antelupus sibi iunget ouem.

De his, inter quos insanabile dissidiū. Consimili figura dixit Horatius:

- Sed prius Apulis

Iungentur capræ lupis.

Plautus in Pseudolo: Vt manelis lupos apud oues linquere, quam hos domi custodes. Ad rem relatum erit lepidius: quod genus si dicas, nō coherere pecuniæ studium, cum studio litterario, adq; eam sententiam accommodes prouerbum.

*Sphondyla fugiens pessime pedis.*

IDEM in eodem ferme loco:

Ὡς ἢ σφονδύλη φεύγῃσκα πομπῆτατον βδά. i.

Vt feles quoties fugitat, male pedere facta est.

In eos quadrabit, qui discedunt non citra infamiam. Sphondyla insecti genus, odoris terribilissimi. Plinius lib. 27. cap. 13. meminit Sphondyle serpentis, quæ radicibus arborū sit infestissima: ceterum genus quod nā sit, non explicat. Est autem serpens huiusmodi species, exiguo corpore, & subnigro, quæ emoriens grauissimum odorem emittit. Hesychius docet apud Atticos sphondylen dici felem. Est apud Aristophanem γαλῆς δ' ἐρμύτ' ερον, de acido ventris flatu.

*Nunquam efficies vt resse ingrediantur cancri.*

ARISTOPHANES in Pace:

Οἶπ' οἶπ'

Οὐποτε ποιήσεις τὴν καρτίον ὄρεα βελίξεν,  
 Οἶδ' ἐπὶ τῷ περὶ κέντι ποιήσεις ὕστερον ἄδιν. i.  
 Ambulet vt cancer recta, haud effeceris  
 vnquam,  
 Necquidquam efficies, vbi res erit ante  
 peracta.  
 Hoc velut oraculum poeta factus pronun-  
 ciat, quod à natura sit insitum, nullo corri-  
 ges negotio. Nam canceris genuinum obli-  
 ges ingredi. In quorum altero carmine tā-  
 git adagium, quod superius dictum est:  
 Adum ne agas.

Κορυβαντιῶν.

Κορυβαντιῶν, pro insanire dixit Aristopha-  
 nes in Vespis:  
 Ἀλλ' ἢ περὶ φρονέας ἐτεὸν ἢ κορυβαντιῶς. i.  
 Aut vere insanis, aut corybantiaris.  
 Hanc vocem frequenter vsurpat Lucianus  
 in Timone epistolis saturnalitiis, Lexipha-  
 ne, Hermotimo. Sumptum est à Coryban-  
 tibus Cybeles cultoribus, qui sacro corre-  
 pti furore cymbala pulsant, alios item in si-  
 milem agentes rabiem. Quod idē alias vo-  
 cat: κοροδομοῖαν, quasi malo duci genio.

Calculo mordere.

Τίφω δάκνον, id est, Calculo mordere, dicen-  
 tur qui suffragio lædūt, aut vlciscuntur ho-  
 minem. Aristophanes ἐν ἀχαρηδύσι:  
 Βλέπῃσιν ἄδιν ἄλλο πλὴν ψήφο δάκων. i.  
 Spectantid vnum, vt mordeant suffragio.  
 Siquidem hac via potissimum plebei vindicabant, si quid essent ostensi, refragaban-  
 tur in concione, cum calculis ferretur suf-  
 fragia. Proinde mordebant nō dente, quod  
 tuum non erat, sed calculo.

Charybdis, Barathrum.

HYPERBOLAE prouerbiales sunt & hæ,  
 cum hominem maiorem in modum eda-  
 cem, bibacem, rapacem, heluonē, Charyb-  
 dim, aut Barathrum vocamus. Aristopha-  
 nes in Equitibus:

Καὶ τὴν ἐλατὴν καὶ ἀράραγα, καὶ χάρυβδι δὲ πει-  
 γῆς. id est,

Et Thelonen & Barathro, & rapinæ gur-  
 gitem.

Huc adscribendum opinamur, quod Dio-  
 genes, auctore Laertio, ventrem τῷ βίβη κα-  
 ρυβδῶν, id est, Facultatum Charybdim voca-  
 uit. Horatius de lurcone quodam:

Ingluuias, & tempestas, barathrumque  
 macelli.

Lingua seorsum inciditur.

ARISTOPHANES in Pace:

Ἡ γλώττια χωρὶς τέμνεται. id est,

Lingua ipsa seorsum inciditur.

Interpres, admonet prouerbialiter dictum.

Sumptum autem ex Homero Odysseæ γ.

Ἀλλ' ἄγε τέμνετε μὲν γλώττιας. id est,

Eia age iam linguas incidite.

Eiusq; sententiz Callistratum citat aucto-  
 rem. Rursum in Pluto:

Ἡ γλώττια τῷ κίρκου τέττω τέμνεται. id est,

Præconibus horum lingua præcidi solet.

Callistratus, vt citat interpres, tradit olim  
 in sacrificiis linguam exactam præconibus  
 dari solitam, Nam alioqui sunt qui dicūt,  
 ex victimis Mercurio deberi linguam. Est  
 autem in Aristophanis verbis ἀμφιβολία,  
 non infaceta, quod lingua vtrolibet referri  
 potest, vel ad bonos, vel præcones. Interpres  
 admonet adlusum esse ad prouerbiale di-  
 ctum: ἡ γλώττια τῷ κίρκου. id est, Lingua præ-  
 conī, Quo recte videbimur vsuri, cum præ-  
 mīi nonnihil deberi significabimus, qui in  
 conficiendo negotio pro sua virili in partē  
 adiumento fuit, aut δὲ πρὸς γέλιου dandum læ-  
 ta nunciāri. Sic enim vocat Homerus mer-  
 cedulam, quæ dari consuevit lætum adferē-  
 tibus nuncium. Apud Plutarchum Antipa-  
 ter, cum incidisset mentio de Demade iam  
 senio imbecilli φραδοῦς, Velut, inquit, ex  
 immolata victima, solus venter & lingua  
 superest. Apparet linguam ceu prophanū  
 membrum sacris adhiberi non solere. Et  
 Pittacus Amasidi regi mittit δὲ victima lin-  
 guam, vt membrum pessimū & idem opti-  
 mum. Præcones autem habent linguam ve-  
 nale, & in sacrificiis admovebant popu-  
 lum vt linguas faueret. Plautus in Prologo  
 Pœnuli: Exerce vocem, quam peruis, &  
 colis. Nam nisi clamabis, statim te obre-  
 pet fames.

Non capis somnum, nisi hoc, aut illud feceris.

SUNT duæ figuræ prouerbiales, quibus intē-  
 perantem, atq; impotentem rei cuiuspiam  
 cupiditatem significamus. Altera est apud  
 Aristophanem in Vespis, huiusmodi:

Ἡ μὲν ὑπὸ τῆς πρώτης καθίζηται ἑυλας

Υπὸ δ' ὄρεϊ τ' ἡ νυκτὸς ἄδιν πασσάλων. id est,

Ligno nisi fors primus ille adfuderit

Somni videt nil nocte, non vel paspalam.

Primum lignum dixit, primum graduum.

V u 3 Paspalam

Paſpalam autem Græci vocant minutiffimum aliquem farinæ puluifculũ. Ad eundem modum Iuuenalis :

- Quibusdam

Somnum rixa facit.

Altera eſt apud Maronem in Bucolicis :

Quod ſi non aliqua nocuiſſes, mortuus eſſes.

*Ventre pleno melior conſultatio.*

PLUTARCHVS Sympoſiacoꝝ libro ſeptimo, citat hoc carmen :

Γαςρός ἀποπλέης βλάη καὶ μὴ τις ἀμείναν. i.

Conſultatio tum melior, cum expleueris aluum.

Cum fames interpellat, non vacat deliberare, propterea quod conſultatio moram deſiderat, & animi tranquillitatem, at fames bilem acuit. Poſteſt & huc torqueri, prius agendum quod inſtat & vrget, deinde de futuro deliberandum. Congruet & in illos, qui bene poti conſultant de rebus grauiſſimis, quem morem Herodotus libro primo tradit fuiſſe Perſis. Item Perſus :

Ecce inter pocula quæruntur

Romulidæ faturi quid dia poemata narrent.

*Anno ſenior ſio.*

QUOTIES aliquid nobis magnopere moleſtum ſignificamus, ſeneſcere nos etiam vulgo dicimus. Ariſtophanes in Ranis :

Μὴ νῦν ποίση. ὡς ἐγὼ διώμην,

Ἢταν τὶ τῶτων τῶν σοφισμάτων ἴδω,

Ἢτὸν ἐνικνῶ πρὶ τὸ βῦτερόν ἀπὲρ χρομαί. i.

Faxis caueto, quippe quoties conſpicer

Iſtiusmodi negotiorum quidpiam,

Diſcedo, crede, ſenior anno protinus.

Tædio vero, moleſtiaq; conciliari ſenium indicat etiam Homerus :

Αἰΐφα γὰρ ἐν κακότητι βροτοὶ καταγνέσκουσι. id eſt,

Illico mortales inter mala multa ſeneſcunt.

*Tauricum ſueri.*

Βλέπειν ταυριδὸν, id eſt, Tueri taurine, pro eo, quod eſt: torue. Ariſtophanes in Ranis :

Βλέπειν δὲ ταυριδὸν ἐγὼ φασ καί τω. id eſt,

Itaq; ore prono conuertetur tauricum.

Plato demonſtrat hunc Socrati fuiſſe morem, taurinis oculis obucri. Et Vergilius bouem toruam vocat :

- Optima toruæ

- Forma bouis.

*Expedit habere plura cognomina.*

ARISTOPHANES in Pluto:

Ὡς ἀγαθὸν ἐς ἐπιουρίας πολλὰς ἔχειν. i.

Vt expedit, ſi plura habeas cognomina.

Conuenit in eos, qui multa ſimul profitentur, quo quæſtum faciunt vberiore. Auſ qui diuerſarum ſunt partium. Quemadmodum veſpertilio in apologis aliquando mus eſt, aliquando auis. Dictum eſt autem in Mercurium, cuius varia ſeruntur cognomina. Vocatur enim *τροφῶς*, vel quod bene verat negotia, vel quod ſubdolus ſit, ac verſipellis: *ἐμπολῶς*, quod auctioribus, ac mercimoniis præſtit: *ἡγρόν*, quod vix dux, ut apud Homerum Priamo: *δῶλι*, quod impoſituræ, præſtigiarumque repetitor: *κεδῶς*, quod lucris augeat negotiatores: *ἐγαθή*, quod in certaminibus præconis vice fungatur: *δίακονος*, quod decorum miniſter. Feruntur item & Bacchi per multa cognomina: Proverbium non inſcite torquebitur & in iſtos.

*Λιμοδωρεῖς.*

*Λιμοδωρεῖς.* In proverbiorum collectaneis, quæ Plutarchi nomine ſeruntur, huiusmodi reperitur fabula: Cum aliquando Peloponneſus annonæ laboraret inopia, quidã vigente fame, collectis ſarcinis, inde demigrarunt: ii cum incertis ſedibus huc atque illuc vagarentur, recepti ſunt in ciuitatem à Tripolitit. Tripolis autem ea in Rhodo eſt. Nomen igitur inditum illis, vt dicebatur *λιμοδωρεῖς*. Heſychius addit ex auctore Didymi eos, qui iuxta Oetam ac colebant, ſic vocatos, quod ob terræ ſterilitatem frequenter cum fame rem habebat. *Δωρεῖς* Græce dici videntur à dono & eundo. Itaq; qui vagantes famem adferebāt *λιμοδωρεῖς* dicti ſunt. Alioqui Dore non ſunt in Peloponneſo, ſed inter Locros & Aetolos, auctor Strabo lib. 9. Quadrabit igitur in eos, qui fame adacti, aliquo demigrant. Feſtus Pompeius admonet homines exili re, tenuique fortuna dictos olim Canalicolas, quod circa canales fori conſiſterent.

*Tribus bolis.*

PLAVTVS in Curculione: Si vis tribus bolis, velim chlamidẽ. Tribus bolis, dixit pro compendio, quaſi tribus verbis. Nam bolus Terentius accipere videtur pro eo, quod

Græci

Græci vocant βλωμῶν . Quod autem continuo deuoratur, tribus bolis edi dicitur.

*Velut umbra sequi.*

Ωπερ σιά ε̄ πιδωαι, id est, Velut umbra sequi. Dicitur qui nusquam deest. Nam umbra corpus adfectatur, velit, nolit. Plautus in Casina: Decretū est mihi quasi umbra quoquo ibis tute, persequi. Vnde adfectas indiu duos, umbras vocamus, & vitro comitātes ad conuiuium, vt indicatur est alibi, in prouerbio Vmbræ M. Tullius lib. Tusculanarum quæstionum 1. Et si enim nihil in se habeat gloria, cur expetatur, tamen virtutem tanquam umbra sequitur.

*Ne nummus quidem plumbeus.*

NUMMVM plumbeum hyperbolè prouerbia Ji, pro minimo pecuniæ ponunt. Plautus in Casina: Cui homini hodie peculi nummus non est plumbeus. Idem in Trinummio: Cui, si capitis res fiet, nummum nunquam credam plūbeum. Confine illi, quod est apud eundem in Captiui duo:

Neq; ridiculos iam terunci faciunt. Quamquam hoc alio dictum est loco.

*Satietas ferociam parit.*

NICOLAUS Stobzus in collectaneis suis hanc sententiam prouerbii titulo citat: τίκτηει κηρῶ μὴ ὕβρειν, ἀποὸδύσεια δὲ μετ' ἔξοσις αἰνοῦν. id est, Parit facietas ferociā, impericia cum potestate coniuncta, insaniam. Tollit animos opulencia, quod si ad insaniam accedat potestas, iam res ad insaniam vsque procedit. Concinit cum illo: Fœnū habet in cornu. Pindarus in Olympiis inuertit sententiam, dicens ὀβρειν κέρει μετέρα. id est, Ferociam matrem satieratis. Sed reprehēditur ab interprete, qui magis approbat Homeri versum:

Τίκτηει τοκόςῳ ὕβρειν τὰν κακῶν ὄλβος ἔποιτο. id est,

Fautum copia gignit, opes vbi prauus adeptus.

Ceterum hunc versum non legimus apud Homerum, nec videtur illi γνησιῶ, certe, quod cōstat, exstat in sententiis Teognidis.

*Quid cæco cum speculo?*

Τὶ τυφλῶν καὶ κατόπτρω, id est, Quid cæco cū speculo? Finitimum illi: Nihil cum fidibus graculo. Citatur à Stobzō versiculus ex Epicharmo:

Τὶς μὴ κατόπτρω καὶ τυφλῶ κοινοῖα, id est, Lumimbus orbo, cum speculo quid est rei? Quorsum opus est libris illitterato? quo regnum iuueni stulto? quo diuitias ei, qui nesciat vri?

*Miseram messem metere.*

MALAM metere messem, est pro malefactis luere pœnas. Non admodum abhorret ab eo, quod alibi retulimus: Vt sementem feceris, ita & metes. Stobzus hoc carmen citat ex Euripidis Ione:

Καὶνὴν ἐφέλακτε ὧ κακοὶ τιμὰς βροτοί, Καὶ κατὰ δὲ πλεῖστον πάντοθεν θυγαῖνοι, Σὺ μὲν κτ' ἂ μὴ δίκαιος καὶ δίκαιός μὲ, Ἐπειτ' ἀμᾶβι τῶν δὲ δύστρον βίη. id est, At nunc honores ὀσcelesti accersistis, Et opes paratis aucupantes vndiq; Promiscue per fas, nefasq; postea Messem metitis ob ista tristem, & asperā.

Aeschylus in Persis:

Υβρις μὴ ἔρανεῖσ' ἐκέρπωσι σάχμα Ἀτρὴ, ὀβρειν πάγκλαυσον ἔξαμὰ βίη. id est, Florens enim spicam tulit ferocia Noxæ, vnde prorsum scibilem messem metit.

Plato in Phædro: ποῖον τίνα οἶσι μετὰ ταῦτα τῶν ἑπιτορῶν κερπὸν ὄν ἔσπερι βερίρειν. id est, Qualè putas postea rhetorice messem mesfura est, quam seminavit. Aristoteles rhetoricorum tertio, citat ex Gorgia: σὺ δὲ ταῦτα ἀκέρως μὴ ἔσπερας, κακῶς δ' ἐβίρας, id est, Tu quidem hæc turpiter seminasti, & misere mesuisti.

*Venimus ad summam lineam.*

EURIPIDES in Antigone:

Ἐπ' ἀκρῶν ἦκομεν γερχημῆν κακῶν. id est, Deuenimus summam ad malorum lineā.

Item Horatius:

Venimus ad summum.

De linea stadiorum, & lusuf, dictum est alibi non vno loco.

*Saburratus.*

PLAVTVS in Cistellaria, nouè quidem, sed admodum eleganter dixit saburratus, pro onustus cibo. Sumpta metaphora à nauibus, quas onerant arenis, aut argilla, ne iactentur, vacillentq; in fluctibus. Quod inter adagia non retulissimus, nisi etiam vulgo passim diceretur. Plauti verba sunt hæc: Idem mihi, magnæ quod parti est vitium mulie-



mulierū, quæ nunc quæstum facimus. Quæ ubi saburratæ sumus, largiloq; ex templo sumus: plus loquimur, quam lat est. Venuſtius fiet, si longius detorqueatur: veluti si quis aures saburratas dicat, alicuius multiloquio. Aut animus philosophiæ præceptis saburratus, ne rerum tempeſtate iactetur.

*Palpari in tenebris.*

Ταλαφῆν ἐν τῷ σκοτώ, id est, Manu tentare in tenebris. Dicuntur qui rem obscuris vestigant coniecturis. Aristophanes in Pace:

- Πρὸς τὴν μὲν ἔν

Εὐκλαφῶμιν ἐν σκοτώ τὰ πρᾶγματα,

Νωιδ' ἀπαντα πρὸς λυχίον βυλβύσομιν. i.

- Antichæ negotia,

Velut in tenebris manibus attentanimus,

Nunc ad lucernam cuncta pensabimus.

Adlusit poeta ad Hyperboli artificium, qui ex lychnopolâ, id est, lucernario factus fuit Imperator. Vsurpat idem prouerbium Plato in Phædone. Quod quidem & hodie dicitur de coniecturis incertis, ψαλλῶν.

*Muscas depellere.*

MUSCAS depellere, etiam hodie vulgato iocodicitur, qui otioso, atque inuicili fungitur officio. Aristophanes in Vespiis:

Ἄλλὰ φυλάττει δὴ καὶ χερσὶ ἔχων καὶ τὰ μύσας ἀπαμύνει. id est,

Imo cauet præ manu habens, etiam muscas depellere curans.

*Simia fucata.*

Τίθνη & ἀνάπλευς ψιμνίς, id est, Simia plena fuci. De deformi anu, fucata tamen, & metreticis culta lenociniis. Nam ψιμνίον Græcis appellatur color ille, quo quondam metretices, nunc honestæ etiam, si diis placet, matronæ faciem oblinunt, quo senectam, ac formæ vitia dissimulent. Aristophanes ἐπιταῖς ἐκκλισιαῖς ἰσῆσις.

Ῥώτερον τίθνη & ἀνάπλευς ψιμνίς,

Ἡ γράς ἀνεγκλίαι παρὰ γὰρ τῶν νεκρῶν, id est,

Utum ne variis picta fucis simia?

An anus ab imis huc reuersa manibus?

Potest ad rem accomodari, veluti si quis turpem causam, orationis phaleris adornet, ut honesta videatur. πῶκίλην est fucis, aut blanditiis fallere. Vnde πῶκισμός. Aristophanes in Equitibus:

Οἱ μοι τέλεις οἷσις πῶκισμοῖς με περιελάνθησι. i.

Me miserum cuiusmodi pitheciformis me circum agis.

*Ζοφοροδότης. & similia.*

PLUTARCHVS in Symposiacis ostendit olim cognomina quædam prouerbiali ioco iactata fuisse in eos, qui serius ac cunctatius ad conuiuium accederet. Dicitos enim tum κωλύσι δ' εἰπὺς, tum ζοφοροδότης, ἐπὶ τρεχιδ' εἰπὺς. Quorum nominum rationem si coniectare licet, hanc esse putamus, quod qui cunctarentur adire, hi, quod aliis essent in mora, impedimento esse videbantur, quo minus illis cœnare liceret: deinde quod lentitudine sua efficerent, ut conuiuium ad noctem vsque proferretur, Tertium cognomen κατ' ἀντίφρασιν, attribuiti apparet. Negat autem apud Plutarchum quispiam Pittacum ab Aleço Zophorodotidem appellatum, quod serius iniret conuiuium, sed quod sordidis ac plebeis computationibus gauderet. Antiquius autem inelegans, ac parum vrbani habebatur, si quis ad conuiuium rogatus, tardius aduenisset. Vnde Polycharmus in apologia, quæ vitæ suæ rationem reddit Atheniensibus, il lud in laudem suam interposuit: ἀνδρες ἄνθρωποι τὰ λαλῶν πρὸς τῶντοῖς ἔδ' ἐποτὶ κληθεῖς ἐπὶ δ' εἰπὸν ὕσατο & ἀφικύμην, id est, Ad hæc insuper Athenienses, nunquam ad cœnam accersitus, post tæpus accessit. Huius opinionis Battus quidam scurra nō illepidè causam aperuit apud Cæsare. Conſuevit enim is qui tardius veniret ad conuiuium, ἐπιθυμοδότης appellare, quasi dicas, cōuiuiorum appetētes, propterea quod cum essent occupati negotiis: ob cœnarum tamen cupiditate non excusarent iis, à quibus rogarentur. Huiusmodi serme Plutarchus. At Terentius in Sexercuciante, indicat in ciuile fuisse, statim & ante tempus adesse conuiuiam, cum Chremes ait illos iam dudum præsto esse domi suæ, seq̄ue ipsum in mora conuiuis esse, nimirum indicans cōtra fieri solere. Apud Aristophanem in Cōcionatricibus huc adluditur aliquoties, ἐπὶ τὸ δ' εἰπὸν ἔρχομαι. id est, Ad cœnam venio. In eadem, ἐπὶ τοῦ μελὸς τι μελοδότην κῶν, id est, Accinā melos aliquod cœnaticū.

*Cui ista adridens, meis ne gauſeat.*

ARISTOPHANES in Nubibus:

Ὅς τις

Ὅστις δὲ τῶτοισι γινῆ , τοῖς ἐμοῖς μὲ χαίρει-  
τω .  
id est,

Proinde risum cui ista pariunt, is meis ne  
gaudeat.

Proverbii speciem habet, quo licebit uti, cū  
ingens interesse discrimen significabimus  
inter nostras & aliorum rationes. Græcus  
versiculus claudicat vna syllaba. Plenus erit,  
si pro γελᾷ legas γελᾷ. Contrarium huic il-  
lud Maronis:

Qui Baniū non odit, amet tua carmi-  
na Meū .

Deiis, quæ eiusdem sunt farinæ, & ex æquo  
contemnenda .

Βωμολοχός, Βωμολοχὸς Ἰεῖδα.

Βωμολοχοί, proverbiali conuicio dicebantur  
scelēsti, & improbi. Quod nominis olim  
inditum videtur iis, qui obuersantes circū  
aras, victimis tendere consueuerūt insidias:  
aut qui ob id rem diuinam facerēt, quod ex  
aliorum accusatione compendii non nihil  
auferrent. Nam huiusmodi mortaliū non  
Iupiter audit apud Lucianum in Icarome-  
nippo. Dicuntur item βωμολοχοί, qui cum  
res diuina peragitur, non faciunt vota diis,  
sed nugas inanes deblaterant. Qui mos ho-  
dic magnatibus præcipue placet. & illud ad-  
modum ciuile putant, si inter sacrificandū  
ad sidue cuiquam ad aurem obganniant. Ari-  
stophanes in Nebulis: καὶ βωμολόχος .

Idem in eadem fabula:

Εἰ δὲ τίς αὐτὸν βωμολοχὸς ὄσεται, ἢ κάμψαι τι-  
να κάμπιν .  
id est,

Si quis eorum bomolochum egerit, & fle-  
xum aliquem flexerit .

Quamquam in hoc ipso κάμπιν τινα κάμ-  
πτει subest proverbii color. Idem in Equi-  
tibus: ὡ ἐν μὲ, νυῖ βωμολόχος ἐξ ὄρετι, sentiens  
aduersarium excogitasse quiddam egregie  
scelēstum, quod βωμολόχοι appellat, quasi  
insigniter adulatorium. Vox deducta vide-  
tur a βωμὸς altaris, & λόχος insidiis, quod nec  
illie desunt, qui cibos suffutentur, aut men-  
dicando petant. Hinc translatum est ad ab-  
iecte adulantes ventris gratia. Vnde dicta  
sunt βωμολοχὸν ματα καὶ βωμολοχὸν ματα pro  
sordidis adulationibus. Interdum βωμολό-  
χος vox tribuitur aruspicius, diuinis, tibici-  
nibus, & huic hominum generi quod ni-  
dorem altaris sequitur. Deniq; vocis vsus  
transiit ad omnes, qui improbis artibus ve-  
nantur quæstum .

Prius, quàm gallus iterum cecinerit.

Ἐρινὶ τὸ δὲ βῦτερον ἀλεκτῶν ἐφθέγγετο, id est,  
Prius, atq; gallus canet iterum cristiger.  
Græcus versiculus cōstabit, si pro ἀλεκτῶν  
legas ἀλεκτῶρ, id est, Admodū nianc & Au-  
telucano. A prisca consuetudine sumptum,  
qua noctis deliquium & accessum diei, gal-  
li cantu metiebantur, gnomonibus hora-  
riis nondum repertus. Gallus autem tribus  
interuallis canit, prænuncians diem. Qua  
de re Plinius, lib. 10. cap. 21. Et hi nostri vi-  
giles nocturni, quos excitandis in opera  
mortalibus, rumpendoque somno natura  
genuit. Norunt sydera, & ternas distinguūt  
horas interdiu cantu. Cum sole eunt cubi-  
tum. Quartæ; castrensi vigilia ad curas la-  
boremque reuocant. Nec solis ortum in-  
cautis patiuntur obrepere. Diemque ve-  
nientem nunciant cantu, ipsum vero cantū  
plausu laterum. Hæcenus Plinius. Cur au-  
tem id addicat gallis, Democritus apud M.  
Tullium cōcoctionem in causa esse putat,  
quod id temporis cibus à pectore depulsus  
in omne corpus digeritur. Poetz ab fabulā  
referunt, cuius meminit Luctanus in Gal-  
lo. Sed magis adridet Ambrosii Leonis No-  
lani ratio. Hic in quætionibus suis gallo-  
rum cantum à peculiari quadam salacitate  
proficisci putat. Esse enim hoc animal præ  
ceteris gallinis deditum, ac velut vxorium,  
mireq; sollicitum de sobole quàm maxime  
propaganda, adeo vt vnus gallus complu-  
ribus gallinis perficiatur, tantamq; turbam  
vnicus maritus impleat, tum pro feminis,  
ac pullis acerrimè depugnet. Porro cantum  
gallorum ab imaginatione Veneris profici-  
sci, vel illud satis arguit, quod prius quàm  
ineundis gallinis maturi sint, sileant. Ex re-  
liquis item aubus pleræque in coitu, coi-  
tus ve desiderio vocem edunt, vt: Anates,  
Passeres, Hirundines, Perdices. Vox autem  
maris in auium genere tantam vim habet  
ad incitandam Venerem, vt quædam hæc  
audita tantum, concipiant oua. Quo in  
numero sunt perdices. Gallus itaque dila-  
bente iam per viscera cibo, somnoque difce-  
dente, quo tempore corpora sua sponte con-  
citantur, ad Venerem statim gallinarū me-  
minit, quoq; copiosior sit fœtura, cantus il-  
lecebra prouocat. Quod aut subinde canit,  
in causa est, quia galli somnus est interse-  
ctus, inuicemq; perpetuus, maximeq; cū vi-  
gent

gent ætate, vt intelligas & hoc à salacitate proficisci . Sed vt ad interpretationem adagii recurramus, veteres initiũ diei à prima mediæ noctis inclinatione ordiebatur, proximum tempus gallicinium vocabant , qd' id temporis lucem multo ante præsentientes incipiunt canere . Tertium conticinũ, cum & galli cõticescunt , & homines etiam eum quiescunt . Quartum diluculum, cum incipit dignosci dies . Quintum mane, cum clarus iam dies exorto sole . Itaque secundus gallorum cantus, multo solis exortum ante uenit . Hinc Iuuenalis :

Quod tamen ad galli cantum facit ille secundi

Proximum antediem caupo sciet .

Consimiliter Aristophanes in Concionatricibus:

Ρόθεν

Οὐδ' ἐμὰ δ' ἴα τὸ τ' ἰλθεις, ὅτι τὸ δ' ἄλλοτερον  
Αλικτερυῶν ἐφέγγετο. id est,

Minime gentium .

Ne si quidem te illo adpulisses tempore ,  
Cum gallus iterum caneret .

*Ne alij quidem caput.*

PROVERBIALIS hypertoliz, Οὐδὲ σκοροδὺς κίφα λην δ' ἐδωκεν, i. Ne alij quidem caput dedit. Aristophanes in Vespis :

Οὐδὲ εἰς ἄλλο σκοροδὺς κίφα λην τοῖς ἐφ' ἡτοῖσι δ' ἴδωσι. id est,

Nemo vel alij caput addit coctis .

Conueniet in sordidum , & impendio parcum .

*Ruminare negotium .*

Ἀναμῶσσι δαῖτα τὸ πρᾶγμα, i. Ruminare seu remandere negotium: dicitur qui suo cū animo uerfat, etiam atq; etiam expendens: sumpta metaphora ab animalibus, qui cibum in os reuocatum denuo mandunt , atq; ita demum in alterum ventrem traiciunt . Nā id non accidit nisi iis, quibus duo sunt ventres. Aristophanes in Vespis :

Μολὶς τὸ πρᾶγμα ἔγνωσαν ἀναμῶσσι μῆνοι. i.

Vix caussa cognita est, vbi ruminauerant . Id etiam appellant ἀναπιμπάζειν . Vsurpat hoc adagium & Lucianus quodam in loco .

*Mordere labrum.*

Ἐδίσταντ' ἀλάμνῳ, id est, Comedere labra, vel hoc diebus temporibus vulgò dicitur, qui sto-

machatur, animoque ringitur, sumptum ab indignantium gestu . Aristophanes in Vespis :

Υπ' ὄργης τῶν χέλιμιν ἐδίωον. id est,

Comedens labra præ iracundia .

Sic & Homerus Odysseæ v.

Οἱ δ' ἄρα πάντες δ' ἄρ' ἐν χέλεισι φώτισι. i. Ast hi labra suis presserunt dentibus omnes .

*Lesbiari.*

Λισβιάζειν antiquitus polluere dicebant. Aristophanes in Vespis :

Μέλλασσαι ἴδῃ λισβιάζειν τὴν συμπίπασιν. i.

Quæ combibones iam suos contaminet .

Aliud turpitudinem quæ per os peragitur, fellationis, opinatur, aut irrumationis, primum à Lesbiiis auctoribus fuisse profectam, & apud illos primum omnium feminam tale quiddam passam esse Interpres huius rei testem citat Theopompum in Vlyse: ἵνα μὴ τὸ παλαιὸν τῆτο καὶ θρυλλόμενον δὲ ἡμετέραν σομάτων εἴπω σέφισμα, ὃ φασὶ παλαιῶν λισβίαν ὄρεειν. id est, Vt ne vetus illud, ac vulgò iactatum inuētum ore nostro proloquar, quod aiunt Lesbios reperisse. Citat & Stratum in Tioilo :

Μηποτ' ὦ παῖφνός ἐς τ' αὐτὸ μόνης

Ἀλλὰ περὰ δ' ὅς τῆς λισβίαις χάρειν ἔα. i.

Nequando filii Iouis hucusque peruenias, verum hoc Lesbiiis relinquas, ac valere sinas . Senaii duo videntur, sed non nihil deprauati . Innuit . idem Aristophanes : ἐν ἑκακισιαζήσους .

Δοκῆς δὲ μοι καὶ λάβδ' ἀκατὰ τῆς λισβίαις. i.

Mihi ad videre labda iuxta Lesbios . Adulsi autem ad communem litterā, quæ prima est & Lesbiiis, & obsceno verbo λαχάζειν. id, ni fallimur, tale quiddam est Grecis, quale fellare Latinis . Nam vox etiam nummanet, tametsi reus iam olim e medio sublata arbitramur .

*Pyrhichen oculis præ se ferens .*

Ἐνέριχον βάλειν, id est, Tumultum ac bellum vultu præ se ferre, inde dictū, quod Pyrhiche saltationis genus est, quod ab armatis pueris peragebatur, vt testis est Athenæus libro Dipnosophistarum 14 . ostendens in ca belli imaginem representari, impetum & ardorem adorientium, & celeritatē fugientium . Et Aelius Spartianus in Adriano, Militares, inquit, pyrhichas populo frequen-

ter exhibuit. Tranquillus item Pyrrhiches meminit: Pyrrhichen saltauerunt. *Αἰτὰ Βιθυμική;* principum liberi. Iulius Pollux libro quarto, capite 14. inter varia saltationum genera commemorat *ἑμμέλαια* tragicorum, *κρηθῶνα* comicorum *σκηνιδία* satyricorum, *πυρρικήν* ac *τελισίαν*, quas *ἑσπρίδας* vocat, quod armati saltarent, vnde *εἰρισμὸν* dictum indicat, quod gladiis perageretur, & *ποδισμὸν*, quod mira pedum celeritate corpus circumagerent. Idem commemorat & alia saltationum genera quæ belli habebant imaginem: *κώμων* & *τετρακώμων*, quæ ait Herculi fuisse sacra. Rursus aliam quam *καρῶν* dixere, quæ ab ipsa armis peragebatur. Plato De legibus septimo, docet duopotissimum saltationis genera fuisse, alterum bellicum ac tumultuosum quod Pyrrhiche dicebatur, alterū moderatius, quod *ἑμμέλαια*. Pyrrhichen scribe his verbis: *Πυρρικήν αὖ τις ὁρέως προσαγορεύοι τὰς τε δολαβείας ποσῶν πληγῶν καὶ βολῶν ἐκδύσει καὶ ὑπέξει πόσῃ, καὶ ἐκπύδῃσιν ἐν ὕψει, καὶ σωταπανώσῃ μιμνήμεν. καὶ τὰς τοιαύτας ἐν αἰτίας τὰς ἐπὶ τὰ δρασκά φερομένας αὐ χήματα, ἵτε τὰς τὸν δόξαν βολαῖς καὶ ἀκοντίων καὶ πικρῶν πληγῶν μίμηματα ἐπιχειρήσας μιμῆσαι, τότε ὁρῶν ἐν τῷ τοῖστον καὶ τὸν ἀγαθὸν σωματικὸν καὶ ψυχικόν, ὁ πόταν γίγνεται μίμμησιν ὄνθυρεῖς ἄς τὸ πολὺ τὸν τῷ σώματος μελῶν γιγνόμενον, ὁρῶν μὲν τὸ τοῖστον, τὸ δὲ τῷ τοῖστον, ἐκ δὲ βῶν ἀποδέχμενον. id est, Pyrrhichen recte appellaueris, quæ vitationes omnium plagarum aciaculorum deflectione corporū, omnique credendi ratione, submissione ac subsultibus in altum imitatur. Rursum his contrarios gestus, qui conducunt ad corporis motus, agilitati parandæ idoneos, qui tū in arcuum iaculationibus, tum in hastilium missionibus, denique in omnium plagarū impetitionibus simulacta pugne studet imitari, simulq; rectitudinem interim & robur bouorum corporum atq; animorum, quoties sit imitatio, quæ adhibita plerumque confert ad corporis membrorum firmitatē, rectum quidem hoc, quod autem his contrarium est, non vt rectum approbatur. Meminit & scholiastes in Iliados Homericæ π. commemorans tria saltationum genera, Pyrrhichē, Sicinniu, quæ pertinet ad sacra, & Scordacismū, qui sit indecorus & prophanis conueniēs. Pyrrhiche Cretensiu erat, & in armis peragebatur. Vnde Homerus vi-*

rum in belli muniis agilem intelligi volēs, saltatorem appellat *ὄρχυσην τερέοντα*. Hoc pugnæ genus eleganter depingitur ex Xenophonte apud Athenæum libro primo: *Αἰτήσασιν πρῶτοι θεαταῖς, καὶ πρὸς αὐλοὺς ἀρχαυῶτο σὺν ὅπλοις, καὶ ἄλλοιτο. ὑφίλατε καὶ κήφως, καὶ τὰς μακρῶρας ἐχρῶντο. τέλος δὲ ὁ ἕτερον τὸν ἕτερον πᾶσι ὡς πᾶσι δοκεῖν πεπληγῆκε τὸν ἄνδρα. ὁ δὲ ἔπεισε τικτικῶς πῶς, καὶ πᾶσι τὴν ἀνέχερον. καὶ ὁ μὲν σκυλίσσας τὰ ὄπλα ἕτερος ἐξείσας, ἄσων τιτῆλλον, ἄλλοι δὲ τῶς θεακῶν, τὸν ἕτερον ἐξέφερον, ὡς τεθνεώτα, ἢν δὲ ἄδεν πιπτοι βῶς. I. Surrexerunt autem primi Thracæ, & ad tibiam saltabant, subsiliebantque in altum, idque leuiter, interim videntes gladiis. Tandem alter alterum seriebat, sicut omnibus videretur hominem percussisse. Ille vero artificio quodam cadebat, moxq; omnes exclamabant. Tum is qui percussisse videbatur cum alterum armis spoliasset, exibat, canēs sitalcam. Porro ceteri Thracæ, aliterum efferebant veluti mortuum, cum nullo esset affectus malo. Refert illic & alia saltationū genera, si quis auct ea cognoscere. Denique Homerus Iliados π. Cretensem quempiam bello strenuum, ὄρφνην appellat, hoc est, saltatorem, ob Pyrrhichen, de qua diximus, Thracibus familiarem. Ita scholiastes commemorans tria saltationum genera, Pyrrhichen bellicam, Sicinniu in sacris accommodat, & σκῶρδακισμὸν sordidam ac prophanā. Aristophanes in Auibus :*

- Αγγελοσ.

Ἐλθεῖ πρὸς ἡμᾶς ὁ δούροσ πυρρικήων βλεπων. i.

- Nuncius

Accurrit ad nos, Pyrrhichen oculis tuens. Vnde & pedi Pyrrhichio nomen, quod impetum habet militis ruentis in prælium, & vel a Pyrrho Achillis filio, quod Plin. lib. 7. cap. 56. sentire videtur, scribens, Armatam saltationem Curetes docuerit, pyrrhichen Pyrrhus, vtramque in Creta. Vel vt putat Athenæus, a Pyrrhico quodā Lacedæmonio: sunt enim bellacissimi Lacones, apud quos peculiaris erat hæc saltatio. quæ mox a quinto anno pueri discabant, quod illi vocant *πυρρικήζην*: & Pyrrhichistæ dicuntur hoc genus exercentes. Vel ab ignea vi nomen habet. Iulius Pollux eo quem mox citauimus loco, ait Pyrrhichen eandem esse cum Telestia, & vtroque fuisse iudices hoc genus certaminum. Quin hoc ipsum, si quis tumultantem & ira exandescentem dicat

dicat *πυρρὴ χίλιεν*, non carebit proverbiū specie. Simili tropo Timodes apud Aristophanem.

*Μισῶν λόγος ἀνθρώπος, εὐδαιμόνιοι Ἀντίθετον εἰπὼν ὄφιν, ἀλλ' ἄρα βλέπων.* i. Sermonis ofor homo, nihil contra loquēs Vmquam, sed ore p̄ferens Martē truci. Idem poetæ dicunt torua tuens: & Græci ὑπὸ δ' ἄρα βλέπων.

*Non est oleum in lecytho.*

*Ἐλαιον ἔχει ἐν τῷ λυκίῳ.* id est, Olei liquor nequaquam inest in lecytho. Scilicet cum significamus non esse precibus locum apud inexorabilem. Refertur apud Aristophanem in Anibus. i Est autem adlusionis ad vocem. Nam ἔλαιον oleum significat, & ἔλεος misericordiam, & haud scimus an altera ab altera sit deriuata.

*Magis gaudes eo qui senectam exiit.*

*Γέγηθε μᾶλλον ἢ τὸ γῆρας ἐκδύς,* id est, Gaudet magis, quam qui senectam exiit. De vehementer hilari, ac gestienti gaudio. Aristophanes in Pace:

*Ἠδέομαι γὰρ καὶ γέγηθε, καὶ πέπορθε καὶ γέλω*

*Μᾶλλον ὑτὸ γῆρας ἐκδύς, ἐκφυγὼν τὴν ἀσπίδα.* id est,

Gaudeo siquidem, atque lætor, atq; pedo, & rideo,

Qui clypeum suffugerim, magis ac senectam qui exiit.

Ductum est à serpētibz & cicadis, qui statim temporibus exiunt senectutem, ac veluti renascuntur.

*Hic bonorum vitiorum est morbus.*

*Αὐτῆς χειρὸς ἐστὶν ἀσπίς ἢ νόσος,* id est, At iste sane morbus est probi viri.

Suidas propemodum vt proverbiale citat. Extat autem apud Aristophanē in Vespis. Vti licebit, cum id probro datur, quod magis laudi duci oportebat. Finitimum illi ex Euripidis Aulidensī Iphigenia:

*Καλὸν γέ μοι τ' ἀνάσσει ἐξενόστιας.* id est, Mihi opprobriū probum, honestum scilicet.

*Βατταρίζεν.*

*Βατταρίζεν*, dicebantur vulgo qui balbutirēt, quibusq; hæsitans esset & impedita lingua,

quod Græci *τταυρίζεν* appellāt. M. Tullius ad Atticum libro sexto: τ' *εμπαρόξεν τ' ἐμπεδόν* ἀπὸ δ' ἄερος, ἰδοὺ μοι τὰ ἐμπαταρίζεν. Quod vitium ex humore immo dico nasci docet Hippocrates. Probat Galenus comment. 6. vnde in pueris ac temulentis fere accidit, quamquam addit & alias causas, indicans potissimum fieri in τ, & ρ, pro quibus sonant τα. vnde fit vt zgre suum ipsorum vitium pronunciant, *ταυλισιν*. De pueris cur magis balbutiant, quam viri, quærit Aristoteles, Sectionis 11. problemate 30. Distinguit autem illic philosophus, *τταυλότητα*, & *ιχοφωνίαν*. Traulosin autem definit, cum quis litteram quampiā non potest exprimere, non quamlibet, sed certam aliquam. Hanc Theodorus vertit *βλασταία*. *ταυλότητα* vero, cum littera quæpiā aut syllaba supprimitur, veluti cum *πιπύσει*, dicitur pro *πισύσει*, hanc Theodorus vertit balbutiem *ιχοφωνίαν* vero, cum non valent expeditæ syllabam syllabæ contexere pronuncians, quam Theodorus vertit linguæ hæsitantiam. Quæ vitia frequentius accidunt pueris, vt dictum est, senibus ac vino lentis. vnde Flaccus balbam senectutem vocat. In causa putat Aristoteles virum imbecillitatem, quæ non queat animo subseruire. Etiā si Tullius *βατταρίζεν* accipere videtur propemodum pro estutare. Inde translatum ad eos, qui nugæ deblaterāt. Vnde *βατταριστοί* nugacitatem vocant, vocem à Batto quorpiā Thebano mutuati, cui vox fuerit exilis, linguaque parum articulata. Cui Pythia dixit, *βᾶπ' ἐπιφωὴν ἔλθεις*, id est, Batte ad vocem venisti. Auctor Hefychius, addens quibusdam videri vocem imitativam, qualis est *φλοῖστος*, aliaque innumeræ. Dicunt & *βατολογία* multiloquentiam, à Batto quorpiam poeta, cui mos erat in poematis eadē subinde inculcare. Vtriusque meminist Suidas. Verū hæc nihil ad sensum Ciceronis. Nobis magis apparet dictum fuisse *βατταρίζεν* pro dolo malo agere, quod apud Cynicos vulpes dicitur, *βᾶσκαρος*, teste Herodoto, vt Latini quoque dicunt Vulpinari. Battarus enim dux fuit deducendæ in Cyrenen coloniz. De pessillimo dictum est nobis alias.

*Vnde excoquat seum.*

*Πλάτυσ* in Captiui duo, proverbiali dicitur hyperbole: Vnde excoquat seum se nec

ner, opes significans copiosissimas. Tameſi locus hic non videtur vacare mendo. Ratio trochaici carminis admonet optimæ legendum, non optimæ. Plautinus verſus hic eſt, ita vt in vulgatis circumfertur codicibus: Quid diuitiæ, ſunt ne optimæ? Vnde excoquat ſeuum ſenex. Seuum autem, vel vt alii ſebum, eſt pingue pecudum durius, quod Græci *σέβη* appellant.

*Iactare iugum.*

**I**ACTARE iugum, eſt incommodè ferre ſeruitutis neceſſitatem. Trãſlatum à bubus, nondum aſſuetis iugo. Iuuenalis: Nec iactare iugum vita didicere magiſtra. Simile illi: Contra ſtimulum calcitrare. Congeminatur enim infortunium, quod ſeras impatientius, minuitur animi æquitate. Quemadmodum ait Plaurus: In mala, animo ſi bono vtare, adiuuat.

*Vt in Velbro olearii.*

**V**T IN Velbro olearii: Prouerbialis ſimilitudo de iis, qui conſpirarunt, remq; gerunt ex compoſito. Plaurus in Captiui duo:

- Vna res,

Omnes compaſto rem agunt, quaſi in Velbro olearii.

Velbrum autem, auctore Varrone, locus erat Romæ, quo olearii diſtrahebãt oleum. Mos eſt autem huic hominum generi, vt inter ſe de pretio conſpicerent, quò pluris vendant.

*Manticulari.*

**F**ESTVS Põpeius oſtendit poetas hoc verbo manticulari vſos pro ſucù ſacere, ac ſubdolè agere. Citatq; Pacuuium ita loquentè: Ad manticulandum aſtu aggreditur. Trãſtum autumat à manticulis, quas ſures atrectare ſolent, nimirum quò ſurẽtur. Equidem magis arbitramur hinc ſumptam metaphoram, quod qui in conuiuio diſſimulant, mantilibus tegunt faciem, velut extergentes. Vnde in Sermonibus Horatii:

- Mappa compeſcere riſum.

Plaurus item in Captiui duo, pro pallio latebraque poſuit, qua dolus regi poſſit: Nec mendacis ſubdolis mihi vſquam mantelũ eſt meis: Nec ſycophantis, nec ſucis vllum mantellum obuium eſt. Equidem neſcimus num ad hanc pertineat forma, quod legitur apud Origenem homilia in Ezechielẽ

quinta: Qui dixit proximo ſuo: Ignofcit nobis peccata noſtra deus. Si quidem, & in talibus ſacramenta ludimus viciffim nobis pollicentes. Mappam mittere deus: id eſt, teget noſtra ſagitia, miſſa mappa. Verum quoniam Græci codicis non adest copia, ſuper hac re præſtiterit Academicum agere. Docti, quibus adest, locum huic excutient à nobis admoniti. Vtitur eodem dicto Tertullianus libro aduerſus Valẽtiniãnos; Sed mappa, quod aiunt, miſſa,

*Auro habet ſuppactum ſolum.*

**P**ROVERBIALI figura dixit Plautus in Bacchidibus:

Sed diues ne eſt iſthic Theotimus?

Etiã rogas? qui foccis habeat auro ſuppactum ſolum.

De prædiuite, cui tanta ſuppetat auri vis, vt pedibus calceat. Solum enim pro infima crepidatum parte poſuit, aut certe pro pauimento.

*Ad aras.*

**Ε**νι βωμῶν, id eſt, Ad aras. Refertur in collectaneis, quæ Plutarchi titulo ſeruntur, nec explicatur. Equidem opinamur perinde valere, quaſi dicas, ipſo in negotio, iuxta prouerbium, quod nobis alio dictum eſt loco, quo vetatur ad aras conſultare.

*Samiorum laura.*

**Σαμίων λῶναι,** id eſt, Samiorum laura. Diſturbatur in turpibus addictos voluptatibus. Laura apud Samios angiportum quoddam erat, in quo cupidæ, popinariæq; venditabantur à mulierculis in hoc paratis. Extat, & hoc adagium in commentariis, quæ Plutarcho inſcribũtur. Refert idem Athenæus ex Clearcho lib. 12. addens hoc inuentum fuiſſe Polycratis Samiorum tyranni, eamq; ciuitatis corruptelam fuiſſe commentum ex Sardium cubito, qui Dulcis prouerbio dictus eſt, auctore Platone.

*Tenarium malum.*

**Τενάριον κακόν,** id eſt, Tenarium malum. Si quid crudelius ſcẽitur eſſet in famulos, Tenarium malum vocabant, propterea quò olim Lacedæmonii captiuos, qui in Tenarium conſugerant, reductos capitis adſecerunt ſupplicio. Eſt autem hoc loco Tenarus oppidum quoddam Laconicę, cuius incolæ

colæ Tznaritz vocentur & eiusdem regionis promontorium, in quo spelunca, per quam aditus erat ad inferos.

*Lesbius Prylis.*

Ο λέσβιος πρύλις, id est, Lesbius Prylis. Plutarchus in adagiorum collectaneis, si modo non fallit titulus, tradit hoc prouerbiū per similitudinem sumptum. Prylin enim fuisse Mercurii filium, ac diuinandi peritum. Quamquam πρύλις Græce, militem peditem significat.

*Agas asellum.*

**A G A S** asellum. Hoc adagii quoniam muti lum refertur, non satis liquet, quid sibi velit. Refertur autem à Ciccone lib. De oratore 2. ad hunc quidem modum: In hoc genus coniiiciuntur proueria, ut illud Scipionis, cum Asellus omnes prouincias stipendia merentem se peragrasset gloriaretur, agas asellum, & cetera. Hactenus Tullius. Neque vero liber referre, quæ in hunc locum adfert Omnibonus, interpret alioqui non omnino malus. Tamen visum est ipsum adagiū in medium proponere, quo doctus saltem vestigandi ministrarem occasione. Fortasse legendum: Agaso asellum. Nam veteres elidebant vocales more Græcorum etiā in scriptura. Atque ita sensus erit, vnumquemque facere quæ se digna sint. Deporat nepotes, decoquit turco, digladiatur miles, peierat leno, mentitur aduocatus. Siquid hoc ipsum agasonis vocabulum, in cōtempus abiit prouerbiū, id quod apud Græcos festiuus est, ob sermonis ἰδιώμα. Nam Diores asinum vocant, non ὄιον, ut ceteri, sed κίλλον, & agalonem, non δὴλατιν, sed κιλλικτήρα, veluti testatur Iulius Pollux libro De rerum vocabulis 7. Fortassis huc pertinet quod scripsit Flaccus Epist. 19. ad Lollium,

- Adimum  
Thraxerit, aut olitoris aget mercede caballum.

*Samium comatum.*

Τὸν ἐν σάμῳ κομήτην, id est, Samium comatum dicebant eū, qui ante ignauus habitus, præclarior expectatione sese gessisset in negotio. A iunt pugilem quempiā apud Samios fuisse, qui cum ab aduersariis haberetur lu-

diario, quod comatus esset, commissum eū illis vicit. Vnde in prouerbiū abiit, quoties quis certamē suscipit cum iis, quos præter opinionem experitur sese viribus superiores. Non dissimile quod admonuit Sylla. Cauendum à puero malè cincto. Recensetur in Plutarchi collectaneis.

*Seruum haud veho.*

Δῖλον ἔκ ἄγω,

Εἰ μὴ νικαυμάχῳ τὸν πόδι τῶν κρεῖων. id est,

Seruum ego haud veho,

Nisi qui prius pro carnibus certauerit, Certamine in nauali.

Id est, non admitto seruum, nisi multis magnisque spectatum experimētis. Est autem carmen hoc apud Aristophanem in Raais, à nobis alio citatum loco. Admonent interpretes duplicem esse lectionem: τῶδι τῶν κρεῖων, & τῶδι τῶν κρεῖων, id est, pro carnibus, & pro cadaueribus. Pro carnibus accipiunt, pro vita: carnem enim corpus appellant. Porro serui cum pugnant, quoniam nullas habent possessiones, pro vita duntaxat dimittant, Qui legunt κρεῖων, haec adserunt fabulam. In prælio nauali, quod actum est apud Arginusas, superiores extiterunt Athenienses, veteruntq; ne cadauera caesorum tollerentur, & hac quoq; de re digladiatum est. In hoc autem bello serui egregiam operam nauasse leguntur, quapropter & libertate donati sunt. Recensetur prouerbiū in Plutarchi collectaneis.

*Tertium caput.*

Τερίτη κεφαλῇ, καὶ τρίτῳ ἐγκεφάλῳ. i. Tertium caput & tertio cerebro. In onerum baiulos dictum, qui non humeris modo, verum & capite gestant onera. Extat in iisdem, quæ modo citauimus, collectaneis. Apte corquebitur in homines variis distractos negotiis.

*Ut Corinthia videris.*

Ακορνθία ἔοικας χοιροπαλίσειν, id est, Corinthia videris corpore quæstū factura. In mulierem intempestiuus libidinātem. De mulieribus Corinthi prostantibus dictum est alibi. Dictum est autem χοιροπαλίω, nouo quidem verbo, quod nobis indicat quæstū facere corpore. χοῖρος enim naturam muliebrem significat. Extat & hoc in iisdem collectaneis.

Cynthia

*Cyrtia iactura.*

*Κυρτία ἄτυα*, id est, Cyrtium malum. De magnis dispēdiis & expilationibus dicebatur. Cyrtus insula quæpiam est, de regione Apuliz, cuius incolæ longævi perhibentur esse propter mel, quo plerumq; vescuntur, vicini Sardoniz insulę. Nam eius illic summa cōpia, quemadmodū auctor est Stephanus. Hęc olim nauigantibus erat inaccessa, propter prædonum, ac piratarum circa illam frequentiam. Atq; hunc vulgo proverbiū intrebuit Plin. lib. 4. cap. 12. nominat Cyrtum, sed diuersam à Corsica, cum Strabo tradat Cyrtum esse, quàm Romani dicunt Corsicam, insulam ægre habitatam, ob locum asperitatem, & regionem multis locis imperitiam, sed præcipue quod qui montes obtinent, ac latrocinis viuunt, feris ipsis sine effraiores. Et quibus si quādo aliquot capti per duces Romanos, Romā deducantur, dictū mirum quā serinum quiddam ac bellinum præ se ferant. Nam aut sibi mortem consciscunt, aut si viuunt, stoliditate & amentia sic fatigāt dominos, vt quā tu locumq; emptos, tamē emisse peniteat. Talis enim Corsica, nūc vniuersis laudatissimis instruit Romanas delicias. Ob immanitatem igitur latrociniorum ac gentis feritatem dicta est *Κυρτία ἄτυα*, quemadmodum dictum est Cilicium exitium, quod alibi retulimus. Meminimus huius adagii superius in Cyrtia terra.

*Rapina Cotyrijs.*

*Ῥαπινὰ Κοτυρίοις*, id est, Rapina Cotyrijs. Cotytia festum quoddam erat apud Siculos, in quibus ex more placentulæ quæpiam, & arborum scætes ramis alligabantur, eaq; diripienda proponebantur. Refertur in Plutarchi collectaneis, nec expovitur. Quamquam facile liquet dici solitum de bonis temere profusis, direptisque.

*Que ex antiqua.*

*Τὰ ἐκ παλαιῶν*, id est, Quę ex antiqua, subaudiendum Tyro. Perinde valet, quasi dicas summam molestiam, extremumq; malum. Tyrum enim, quę cognominata est vetus, diuisione composita, *πικρὺν τυρὸς*, Alexander expugnatam, & ex insula comportatis aggeribus redditam continentem, crudeliter traiecit, plurimisque affectis incommodis, vn-

de proverbiū, *τὰ ἐκ παλαιῶν*, quo significabant tantum malorum, quantum antiqua Tyrus pertulisset. Recensetur & in Plutarchi collectaneis, atque item Zenodoti. Historia est apud Q. Curtium.

*Triceps Mercurius.*

*Τρικέφαλος Ἑρμῆς*, id est, Triceps Mercurius. Dictum videtur in ambiguos accipites quę, aut vehementer astutos. Ad hunc modum fingebatur antiquitus Mercurius, vel quod plurimum vim habeat oratio, vel quod idē Deus iudex viz, proinde in singulis capitibus inscriptionē habebat, quo duceret hæc via, quo rursus illa. Huiusmodi Mercurii simulacrum primus posuit Proclides, auctor Philochoro.

*Danacę.*

*Δαναίων*, id est, Danacę, sic appellabatur nūmulus ille, qui Charonthe perfoluit, naulū pro transmissione Stygię paludis, cuius meminuit Lucianus in Charonte. Apuleius itē in fabula Psyche. Refertur in collectaneis Plutarchi, nec indicatur quis. Nobis videtur recte vsurpandum, si quis iubeat senem parare *Δαναίων*, innuēs prope esse, vt emigret è vita. Aut si quę vsque adeo nihil reliquisset dicat, vt ne Danacę quidem super fuerit. In hunc sensum vsurpat Iuuenalis Satyra tertia, qui hunc nummulum trientem vocat: Nec sperat cænoni gurgitis alium. Infelix, nec habet quem porrigat ore trientem.

*Vt Bagas confisissii.*

*Βάγας ἔσσκας*, i. Vt Bagas stabas. In stupidum & elinguem dicebatur. Bagaserat quispiam ad similes attonito, stupidoque & insulso. Commemoratur in Plutarchi collectaneis, haud scimus num legēdum sit Bagoas pro Bagas: is Eunuchus fuit. Et est hoc genus timidum, & imbellē.

*Cancrum ingredi doces.*

*Καρκίνον δεῖνὰ βροδίαν διδάσκας*, id est, Cancrum recte ingredi doces. De eo, qui docet indocilem. Refertur in iisdem collectaneis. Finitimum, vel idem potius cum illo, nō paullo superius retulimus ex Aristophane, in proverbio: Numquam efficies. Pertinet ad genus *ἀδωκῆτων*. Aethiops Æalbas, &c. Siquidem



Siquidem animal hoc non ingreditur nisi obliquo corpore, & in omnem partem mouet gressum. Dicitum putant *καρῖνον* quasi *καρῖνον* à mouendo capite. Dicitur & capite gignere.

*Mare exhaustis.*

*Θάλασσαν ἀντλαῖς*, id est, Mare exhaustis. De eo, qui conatur, quod effici non possit. Nam montes utcumque perfodiuntur, at mare non possit exhaustiri.

*Canes timidi vehementius latrant.*

**Q. CURTIUS** lib. 7. demonstrat huiusmodi prouerbium apud Bactrianos vulgo iactatum fuisse: Canis timidus vehementius latrat, quàm mordet. Thraconum est turgidis minis dira moliri: At Chremes ad rem gerendam promptior. Sic & Athenienses ad bene dicendum, quàm ad grauius agendum accommodatiores fuisse leguntur. Nec Asiatici promptum fuit dicere, nec Vlyssi bellare. Et Lacedæmonii verbis parcissimi, virtus longè præcellerunt. Et apud Homerum Græci taciti pugnam ineunt, sed vim spirantes, cum barbari immani clamore accurrerent. Deniq; mulieres lingua melius, quàm viri belligerantur. **Q. Curtius** eodem in loco subiicit allegoriam huic, similem: Altissima quæque flumina minimo sono labi.

*Homeri versus aliquot prouerbiales.*

**TANTVM** honoris antiquitas habebat Homero, quemadmodum testatur Macrobius, ut singuli pene versus illius prouerbii vice celebrarentur, quorum nos nō nullos sparsim in hoc opere recensuimus, præsertim quos in auctorū litteris vsurpatos deprehendissemus. Nuncitaque nobis videtur pretium, si ex omni Homericæ poësis corpore, seligamus quosdam versiculos, qui prouerbii speciem ita præ se ferant, ut dubitandum non sit, quin hi certe ex illorū numero fuerint, quos antiquitas adagionum instar vsurpauerit. quamquam aut nullum fere carmen est huius poëtae, quod non possit ad aliquam prouerbii rationem detorqueri, tamen nos è plurimis pauca quædam decerpere maluimus: partim ne quis nos in re tamquam ascita, nimium diligentes dicere posset: partim quòd magis arrident

in hoc genere, quæ sibi quisque velut adoptauit. Itaque sat habuimus in paucis aliquot, quemadmodum accommodari debeant, viam ostendisse. Atque in his ipsis, quamquam cum carminis vsu indicauimus, qui cum nobis scribentibus venisset in mentem, tamen nihil vetuerit, quo minus idè carmen ad varios vsus adsciscatur. Neque vero idem permiserimus in reliquis poësis, nisi quis in Maronelicere putet, quem Latinum Homerum optimo iure dixeris: sed facit hoc Homeri diuinitas quædam, ut deceat, quidquid ex illo quocumque pacto mutuum sumperis, etiamsi, quod in Centonibus fieri solet, ad longe diuersam sententiã verba detorseris. Quamquam autem scimus nisi non ad futuram gratiam, nisi quis vsurparet Græce, tamè ne non intelligerentur à nonnullis, vertimus hæc quoque. Sed iam referre accipiemus.

*Non probantis.*

*Ἀλλ' ἂν ἄτρεΐδῃ ἀγαμέμνονι ἔδοκε θυμῷ. i.*

At non Atreidæ sic est Agamemnoni visum.

Vsurpatur à Luciano seu prouerbialiter in Lapithis. Recte utemur, vbi rem quidem fatebimur honestam factu, verum diuersa placere iis, quorum libido plus valet, quàm æquitatis ratio. Siue cum quis tyrannico more sequitur, non quod dicet æquitas, sed quod animo collubitum sit. Siue cum vnus aliquis à ceteris omnibus dissentit. Sumptum est autem ex Iliados Homericæ lib. 1. vbi & iteratur hic versiculus:

*Ἐνδ' ἄλλοι μὲν πάντες ἐπὶ θυμῷ μισοῦσ' ἀχαιῶν,  
Ἰδ' εἶδ' αὖθ' ἑρῆα, καὶ ἀγλαὰ δ' εἶχ' ἄπο παῖκα.  
Ἀλλ' ἂν ἄτρεΐδῃ ἀγαμέμνονι ἔδοκε θυμῷ:  
Ἀλλὰ κικύβ' ἀφίση, κρηταῖο δ' ἐπὶ μύθῳ ἔτελλε.*

At reliquæ Danaum placet hæc sententia turbæ,  
Sacrificio ut habeatur honos, ac splendida dona  
Accipiant, at idem hoc Agamemnoni nō ita visum est,  
Quin male dimittit, ac dicta fera in super addit.

*Refusanis laudem immodicam.*

*Οὔτοι ἔγωθ' ὄϊός εἰμι, τίμ' ἀεμνάτοισιν ἴσθ' κας.*  
id est,  
Nullum

Nullum ego sum num̄, quid me immor- talibus æquas?

Plutarchus in commentario, cui titulus: Quo pacto quis intelligat se profecisse, mo- ner, vt hoc Homericum carmen semper ha- beamus in promptu, tanquam pharmacū aduersus venenū adulationis, aut vbi quis nos magnificentius, quàm pro merito lau- dat. Vsurpatur à Luciano in Icaromenip- po. Carmen extat Odyssæz. II. sub persona Vlyssis loquentis ad Telemachum filium.

*Cauteis clancularias insidias.*

Μὴ τίς σοι φθύγοι μεταφρέω ἐν δόρυ πύξῃ. id est, Ne quis te à tergo fugientem cuspide fi- gat.

Cum significamus circumspicius agendū, ne quis noceat imprudenti. Diogenes vsur- pauit mutata vocula in adolescētem formo- sam, qui incustoditē dormiebat,

Μὴ τίς σοι δὴ δῶντι μεταφρέω ἐν δόρυ πύξῃ. Sunt autem apud Homerum Iliad. O. ver- ba Diomedis Vlyssēm fugientem reuocan- tis ad pugnam. Item Iliados χ.

Ὁ μὴ μοι φθύγοι μεταφρέω ἐν δόρυ πύ- ξῃς.

Αλλ' ἴδὺς μὲ μωῶτι δια' στήθεσιν ἔλασσον. i.

Numquam mi à tergo fugienti inhxeris hastam,

Sed prompto potius aduersa, in pectore torque.

Hoc licet vsurpare, cum quis non detra- hat apertum certamen.

*Inbenis aperte loqui.*

Si quem admohebimus, vt proferat dolo- ris, aut odii causas, neque celet in animo, non illepidè dixerimus illud ex primo Iliad- os libro:

Ἐξουδκ. μὴ κ' ἴδῃς νόω, ἵνα εἰδομὲν ἄμφο. i.

Esq̄uitor, ne ceclato, quo nosimus ambo.

*Pollitentis se promissis vt præstiturum.*

Si significantes promissorum fidem non irritam futuram, sed re præstitutos nos, qd̄ verbis simus polliciti, vsurpare poterimus versus hos ex eodem libro:

Ὁ μὴ ἐμὸν παλιώμετο δῶδ' ἀπατηλὸν.

Ὁ μὴ ἀτελεύτητον γ' εἶ, τίμη κερκλή κατα- νύσω. id est,

Nec reuocanda, nec irrita, vana ve dico fu- tura

Quæcunque annuero & promisero verti- ce moto.

Dicuntur autem à persona Iouis ad The- tidem.

*In absurde locutum.*

Vbi quis videtur absurdum quidpiam di- xisse, siue cum verbū aliquod videbitur per imprudentiam elapsum, quod satius erat reticuisse, locus erit illi, quod pluribus lo- cis apud Homerum reperitur, & nomina- tim Odyssæz libro primo:

Ῥῶδὸν σὶ ἔπος φθύγε ἔρεος ὀδύτων. id est, Dentis claustra tui quæ vox clapsa reli- quit?

Laudatur hic versus ab A. Gellio Noctium Atticarum lib. 1. cap. 15. qui pulchre admo- neat parcè loquēdum esse, quod natura lin- guam vallo dēctum cinxerit, & septo labio- rum, cum aures parulas dederit.

*Que sero contingunt, magnifica.*

Quoties intelligi volumus famā, aut præ- mium aliquod serius quidem contingere, verum hoc præstantius, ac durabilius, quo- ditius dilatatum, vt tarditate stabilitate, per- petuitateq̄ue compenset, non alienum fue- rit Homericum illud ex Iliados secundo li- bro vsurpare.

Ὁ ψιμὸν ὀφίτελις οὐκ ἔκλειος ἔκ' ἀπολῆται.

Quem versus Cicero ita vertit,

Tarda & sera nimis, sed fama & laude perenni.

Verba sunt Calchantis animum addentis Græcis vt perdurent: quamquam enim victoria belli decimo demum anno conti- gerit, eius famam tamen immortalē fore.

*Consulendum & consilijs parendum.*

Cum admohebimus quempiam, vt vicissim & rectum consilium aliis det, & ab aliis acci- piat: aut vt & secum rem diligenter perpen- dat, & alienam sententiam auribus attentis audiat, non intempestiuum erit illud ex eo- dem libro:

Αλλὰ ἀναγ, αὐτοῦ δ' ἄν' μῦθος, πείθει τ' ἄλλω, id est,

Ipse age rex bene consulto, & pareto vi- cissim.

*Non interpellandus famelicus.*

Quoties innuemus non esse confabulādi- cium,

otium, nisi prius placaverimus latrantē & iratum, ut ait Horatius, ventrem. Aut ubi significabimus aliquem, simulatque sit adsecutus, quod ex petebat, iam ad alia conuerti, non inepte proferemus versiculum hunc ex eodem libro, & alias apud Homerum sollemnem:

Αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιος καὶ ἐδύτος ἐξ ἔρον ἔντο. i. At postquam his potus exempta cupido, cibique.

Id Vergilius ita reddit: Postquam exempta fames, & amor, compressus edendi.

Fatis impudendum.

C V M hominem quempiam culpa liberabimus, eamque vel in fatum, vel in fortunam reiciemus, usurpare licebit quod inibi dicit Priamus ad Helenam:

Οὐτοι μοὶ αἰ τίη ἐσσι, εἴονυ μοι ἄπειρ ἐσιν. i. Nil tibi ego imputo, verum ipsis magis impudens diuis.

Diu dissimulatum aperientis.

I N eum, qui quod diu dissimulauit, tandem irritatus eloquitur, non inconueniē detorquebitur illud, quod in eodem loco dictum est de Vlysse?

Ἀλλ' ὅτι δ' ἔ' ὄπατε μέγαν ἐκ σῆθεος ἴει. i. Ast ubi iam promittit prægrandem de pectore vocem.

M. Iorum obliuio.

Q V I deprecabitur omen aliquod parum faustum, aut qui iubebit obliterari memoriam malorum, non intempestiuiter usurpabit illud ex eodem libro:

Τὰ δὲ πάντα διοὶ μὲ ταμάλικα θεῶν. id est, Irrita dii superi ventis hæc omnia tradat.

Ex minimis iniis maxima.

A D indicandum maximas similitates non numquam ex leuissimis iniuriolis nasci, non secus atque ex minutissima scintillula grauisimum incendium, mire congruet illud ex eodem libro de Eride, id est, dea contentione:

Ἦτ' ἄλιν μὲ πρῶτα κορίσσειται, αὐτὰρ ἔπειτα.

Ὀψοῦ αἰ ἐστέρει κατὰ καὶ ἐπὶ χθονὶ βαίην. i.

Quæ primâ exigua surgit, verū illico cœlū Attingit capite. in terris vestigia ponens.

Hunc locum Vergilius Aeneidos 4. detorsit ad samam.

Parua metu primo, mox sese attollit in auras, Ingrediturque solo, & caput inter nubila condit.

Alieno sero præsidia.

S I quæras inuere, quod sero sit quispiam & improba moliat, id eum non facere demestricis viribus fretum, verum alicuius potentioris sultum præsidio, qui clanculum illi suppeditat & animum & opem, quemadmodum vulgus nostratum suspicatur duccem Gelrix tot iam annos negotium successere nobis, dissimulatis Gallorū suppetijs, illud accommodes licebit eodem ex libro:

Οὐκ ὄψ' αἰδύει δὲ τὰ δὲ κούηται, ἀλλ' ἄγε ἄγκυ.

Ἔστω δ' ἀνοκῆταιν νεφέλη εἰλυμένος ὤμος. id est, Ista quidem hic nequaquam audent sine nuntio, verum

Adstat diuum aliquis, humeros caliginē tectus.

Arripe negotij curam.

A D M O N E N T E S aliquem, ut diligenter negotium capessat, & gnuiter rem aggrediat, utemur hoc ex eodem loco carminis, quo Aeneas hortatur aurigam suam:

Ἀλλ' ἄγε νῦν μάστιγα καὶ ἦναι σιγαλόιντα δίξω. id est,

Quin age nunc scuticamque manu, depicteque lora.

Corripce.

Aequa concertatio.

C V M significabimus duos ex æquo paratos ad discceptandum, iuxta ve, licebit accipere dare carmen illud ex eodem libro:

Τὴ μὲν δ' ἡ χερσὶ τε καὶ ἔρχεται ὀφείοντα, Ἀντίοι ἀλλήλων ἔχεται μμῶων τε μαχέσθω. id est,

Illi inter sese, iam iam pugnare parantes Obdunt, pariterque manus, præcutaque pila.

Instigare currentem.

Q V I significabit instigari quempiam ad id ad quod suapte sponte propendit, usurpabit illud ex eodem libro, quemquam & alias apud eundem poetam occurrit:

Μάστιγόν δ' ἵππος, τὰ δ' ἐκ βούρῃσιν κίρην. id est,

Cædit equos scutica, ast illi vel sponte volabant.

Sumptum

Sumptum abaurigis.

Ad vitium paratus.

HO M I N E M ad utramq; fortunam instru-  
tum, ludicris pariter ac seriis accommoda-  
tum, aut qui norit eum bonis pariter ac ma-  
lis conuenire, notabimus hoc carmine, quod  
est in Iliados H.

Οἱ δ' ἐπὶ δ' ἐβλάσθησαν οἶδ' ἐπ' ἀρεστῶν, νομῆσαι  
ἔειπ.

Novi equidem clypeum dextra, lzuaque  
mouere.

Muneribus res agitur.

QUI dicit non esse locum recte factis, &  
aquis rationibus, sed largitione & adfenta-  
tione rem omnem peragi poterit illud ac-  
commodare ex Iliados I,

Δάμοισιν τ' ἀγανοῖσιν, ἐπισσὶ τὲ μάλι-  
χίοισι.

Et donis permagnificis, & lenibus dictis.

Quo quidem in carmine muneribus non  
temere prior datus est locus.

Alieno auxilio potentes.

QUI alienis praesidiis freti facinus aliquod  
egregium, aut qui alieni praetextu nominis  
aliquid faciunt, in eos adposite torquetur  
ex eodem libro, quod ibi dictum est de Teu-  
cro fratre Aiacis Telamonii. Nam is sub  
frateruo latitans clypeo, sagittas aliquot  
mittit in Troianos:

Ἐγὼ δ' ἀρ' ὑπ' αἰέντος σάκῃ τελαμωνιά-  
δαο.

Constitit Aiacis iclypeo septēplice tectus.

Cauidum a potiore.

QUI se negabit rem habere velle cum ho-  
mine longē potentiori, quicq; magnopere  
possit edere, rectē accommodauerit illud  
eodem libro.

Οὐ γὰρ ἐγὼ γ' εἰέλομαι δὴ κρονίωι μάχι-  
δα.

Cum Ioue ego sane nolim certamē inire.

Subitum remedium periculi.

CUM indicabimus rem in extremum disci-  
men adductam, actumq; fuisse ni subita sa-  
lus, seu deo quopiam immissa protinus af-  
fussisset, illud ex eodem libro, tum alias saepe  
conueniet:

Εἰ μὴ ἄρ' ὄν' ἰδοῖτε πατὴρ ἀδελφῶν τε θεῶν τε, ἰ.  
Ne illico sensisset, genitor diuinaq; ho-  
minumque.

Perplexus, animique consternati.

IN eum, qui periculoso negotio consterna-  
tur animo, nec rationem inuenit, qua expli-  
cet sese, quadrabit illud ex eodem libro:

Νέστορα δ' ἐκ χειρῶν φύγον Νίκα σιγαλάν-  
τα.

Fugere ē manibus mirandæ Nestori ha-  
benæ.

Litem incipere.

IN eum qui iā prouocatus aggreditur con-  
uiciis agere, congruet illud ex Iliados κ.

Εἴλετο δ' ἄλκιμον ἔγχος ἀκχεμένον δ' ἔϊ  
χαλκῷ.

Hastam corripuit robustam cuspide a-  
cuta.

Cui diuersum illud: Hastam abiecit, quod  
alibi retulimus ex Ciccone.

Ausculsa & perpende.

QUOTIES significabimus nos aliquid di-  
cturos, quod ad rem pertineat, quodque ra-  
tum ac certum futurum sit, conueniet illud  
ex eodem libro, quamquam & alias apud eū  
poetam saepius obuium:

Ἄλλο δ' ἐ τοῖ ἔρεα, σὺ δ' οἷ φρεσὶ βάλλι-  
σῆσι.

Immo aliud quiddam, tu mente recon-  
dito, dicam.

Non statim discernendum.

QUI significabit interponendam moram  
prius, quam decernatur, & rem in posterum  
diem reiciendam, accommodabit illud ex  
eodem libro, quod Phœnici cum legatis ad  
reconciliandam gratiā misso ab Agamem-  
none respondit Achilles.

- Ἀμ' ἢ καὶ φανακίμει  
Φρασσομέθεα.

- Aurora vbi crastina surget  
Consultabimus,

Hinc apparet sumptum celebre Græcis pro  
uerbium: ἐν νυκτὶ βχλῆ, id est, In nocte consi-  
lium, quod alio diximus loco.

Nemo cogendus amicus.

CUM innues aliquem non esse ad negotiū  
accersendum, praeter animi sententiam, aut  
non esse collocandum officium in eum, qui  
nec agnoscat, nec accipiat libenter, accom-  
modum fuerit quod eodē in libro de Phœ-  
nice dixit Achilles:

Ἢ τοῖ ἐτάλοισιν, ἀπάικῃ δ' ἔτι μιν ἄλω.

Si volet, inuirum hunc haud quaquā abduxero quoquam.

*Euenit mihi male.*

CVM scelerato cuipiam euenit, quod omnes imprecabantur & optabant, locus erit ille ex eodem libro:

Θιοι δ' ἐτέλειον ἐπαρξας. id est,  
- Explerunt inimica precamina diui.

Verba sunt Phœnicis narrantis omnia mala accidisse sibi, quæ pater olim fuerat imprecatus.

*Nec dignus qui me intueatur.*

QVI contemnet omnino quempiam, ut ignauium, multoq; sese inferiorem, non inclegantem illud ex eodẽ libro detorsit, quod in Agamemnonem dixit Achilles:

Οὐ δ' ἀν' ἔμοι γέ  
Τιτλαὶ κύνειός περ ἐὼν, εἰς ὅτωι δ' ἰδέσθαι. ii.

- Haud ille quidem ausit,

Quamuis perfricta sit fronte, mihi ora tueri.

Quod idem etiam hodie vulgo dicitur. Est autem indicium animi consilii, non audere recta faciem intueri eius quæ læseris. Hinc est quod Menelaus in Iphigenia Aulidensi iubet in præmis, ut Agamemnon obtueatur sese, videlicet inde facti collecturus primū argumentum.

*Cauendum ab eo qui semel imposuit.*

QVI se negabit habere velle commercium cum eo, à quo semel sit deceptus, vsurpabit illud ex eodem libro:

Οὐδὲ τί οἱ βυλάς συμφράσασμαι, ἔδδ' μὲν ἔργον.

Ἐκ γὰρ δ' ἡ μ' ἀπότισσι καὶ κλέψαι, δ' δ' ἀνέτ' ἄντις.

Ἐπαπόφοι πέσειν, ἄλις δ' ἐοἶ, ἀλλὰ ἔκλειθ' Ἐξέτω. id est,

Hoc ego cum nihil aggrediar, neq; enim expedit vniquam.

Quippe vbi frustratus semel est, ac fraude sefellit,

Non iterum mihi verba dabit stulto, semel illi hoc

Sit fecisse satis, quin posthac ille quiescat, Ac valeat.

*Amicorum est admonere minime.*

SENTENTIA prouerbialis videtur, quæ legimus Iliados A.

- Ἀκεῖ δὲ παρὰ φίλους ἐστὶν ἑτάρος. id est,  
- Bonus est affatus amici,

Admonitoris.

Hanc licebit vsurpare, si quando dicemus amici munus esse, ut amicum si quid erret, liberius admoneat.

*Vnum multorum instat.*

QVOD eodem in libro dictum est in laudem medici idem torqueri poterit ad quemcumque virtute præstantem. Carmen est huiusmodi.

Ἰατρὸς γὰρ ἀπὸ πολλῶν ἀντάξιός ἄλλων. i.

Vir medicus multis aliis æquandus honor est.

Festiuiter hoc in Eryximachum torquet Alcibiades, cui iubenti negat se posse obistere, quod vir medicus multorum instat sit. Festiuus erit si transferatur ad res animi. Veluri Plato libro de Republica quarto: ἴαν τὸ λιγύμιον ἐν μέγα φυλάττωσι. id est, Si illud vnum magnum quod dicitur seruauerint. Indicat illud ἐν μέγα fuisse prouerbiale: Vide prouerbiū; Multa nouit vulpes, &c. Bona mens igitur πάντα ἀντάξιός ἄλλων. & eruditio & bona fama, πολλὰν ἀντάξιός ἄλλων.

*In voti compositem.*

VBI quis affectus est quod affectabat caperebatque veluti si quis sacerdotii spe munus principi mitteret, eoque sacerdotio fauore principis potiretur, quadrabit illud ex eodem libro:

Καὶ βάλων ἔδδ' ἄρα μιν ἄλιον βέλος ἔφυγε χερσός. id est,

Attigit, è que manu non irrita missa sagitta est.

*Eurym in fabula.*

CVM forte fortuna in medio sermone interuenit is, cuius fiebat, conueniet illud ex Iliados K.

Οὐπω πᾶν ἔρητο ἔπος, δ' ἔ' ἄρ' ἄλυσεν ἀντοῖ. id est,

Iamq; aderant ipsi nondum sermone peracto.

*Aliter cum aliis agendum.*

QVI significabit cum aliis blandius agendum, cum aliis asperius, ut cuiusque fuerit ingenium, aut fortuna; dignitasq; allegabit illud ex eodem libro,

Ἄλλων μελιχίος, ἄλλων στερεὸς ἐπίσσι. Νῆϊος.

Νέκιον . id est, Verbis hunc placidis, contra asperioribus illum Increpuere.

Concordia fulciuntur opes etiam exiguae.

SENTENTIA proverbiale est ibidem huiusmodi:

Συμφετὴ δ' ἀρετὴ πλείων ἀνδρῶν καὶ μάλα λιγυρῶν.

Coniuncti pollent etiam vehementer interces.

Hac conveniet uti, si quando significabimus non esse contemnendam amicitiam, aut similitatem multorum, etiam si fuerint alioquin imbecilles, & quorum singulos quis facile contemnat. Nam quemadmodum, ut ait Ovidius:

Et quæ non profunt singula, multa iuvant;

Ita quæ non lædant singula, multa nocent,

Extra periculum ferox.

IN TIMIDVM & ita demum ferocem, si procul absit à periculo, vel in obrectatorem clancularium, qui coram nō ausit congreddi, quadrauerit illud ex eodem loco:

Αἰδρῶν δ' ὑσμικτῶν ἕκασ' ἰσάμενος πολέμιζον.

Pugnare gnarus verum eminus & procul hoste.

Simile est illud Demosthenis in oratione de corona: ἔτος οἰκίως ἡμᾶς εἰδέχοιτο: ὡς ἔ τῶν ὀπλιτῶν, καὶ τῶν ἰππέων ἔτασ, εἰς τὰς οἰκίας καὶ τὸ ἄστυ εἰδέχεται πῶς στρατεύον ἐπὶ παῖδας καὶ γυναικάς, καὶ τὰ τιμωτάτα. i. A deo familiariter nos acceperunt, ut cum adessent armati & equites, in zedes atque in civitatem reciperent exercitum ad liberos & vxores, & ad ea quæ sunt carissima. Extra telorum iactum ante recensuimus, cui conlarium est Intra tela. M. Tullius in Verteram actione quarta. Non ego à Vibone paruo nauigio inter fugitiuorum, ac praedonum, ac tua tela venissim? quod Græci dicunt ἐν τῷ βελῶν.

Quisquis fuerit.

QVEM VIS citra vllam expectationē hominem indicabimus hoc versiculo, qui est in eodem libro:

Ὅς ἐπιτὸς τ' εἶν, καὶ ἔδοι δ' ἡμίτερος ἀκτιῶν.

Qui modo mortalis sit edēs cerealia dona.

Veluti si quis dicat humanas leges alibi alius esse, ceterum legem naturæ omnium esse communem, ὡς ἀπὸ τῶν ἑν.

Iuuenta a viribus polles.

AD vires plurimum momenti adfert ætas iuuenta. Ad id facit illud ex eodem loco de Aenea:

Καὶ δ' ἔχει ἡβῆς ἄνθος, ὅτε κράτος ἐστὶ μέγιστον.

Flos quoque adest æui, cuius tunc maxima vis est.

Ægre quidem, sed facimus tamen.

CVM ægre quidem, & non sine plurimis incommodis agimus quidpiam, sed tamen facimus, adacti necessitate, conveniet illud ex Iliados Z.

Καὶ μάλα τερρόμενοι πῆρ, ἀναγκάων γὰρ ἐπείγεα.

Quamuis afflicti nimium, sed fatum ita cogit.

Quod alibi diminutum, ex æquatur alibi.

IN eum in quo desideratur virtutis aliquid, sed cuius iacturam alia quapiam dote compenset. Veluti si quem intelligi velimus parum eloquentem, sed admirabili tamen iudicio: aut qui sit indoctus quidem, sed bene nummatus, competet illud ex eodē loco, quem modo citauimus ex Iliados K.

Ὅς δὲ τι εἶδος μὲν ἔην κακὸς, ἀλλὰ ποδῶν κίς.

Qui ore quidem deformis erat, pedibus tamen acer.

Misera defensio tenuissima.

QUI significabit minus eos lædi posse, qui concordes sese mutuo defendunt: contra omnium iniuriæ obnoxios illos, qui dissident factionibus intestinis, accommodabit illud ex Iliados ε.

Γραυρότεροι δὲ πολὺ φείβεσθον, μέμνητο γὰρ αἰς.

Αλλήλοις ἀνὸμιλον ἀλεξέμεναι πόνον ἀπὴν. i. Multo turba minor perit, quod in agmine semper

Mutuam opem sibi ferre, malumq; arcere studebant.

Qui cum contemptu vite inuadunt.

IN eos qui gladiatorio, sicut ait Terentius, animo quempiā impetunt, ut aut perdant

aut pereant, conueniet illud ex Iliados M.

Αγροτέροις σύσεισι εὐκότες. id est,

- Similes agrestibus apris.

Tradunt enim venatores, hos prouocatos  
recta impetere prouocantam, nec lancea  
vitata.

*Alijs prospiciens, non sibi.*

Si libebit in quempiam iocari, qui cum ar-  
tem diuinandi professus, alijs sua mala prae  
dixerit, ipse suum malum non potuerit prae  
uidere, non inconcinuiter accommodabi-  
mus illud ex Homeri Bœotia:

Αλλ' ἔνθ' οἰωνοῖσιν ἐνύστατο κῆρα μέλαινα, ἰ.

At non auguriis factum sibi detulit atrum,  
Quod imitatus Maro:

At non auguriis valuit depellere pestem.

Dicitum est de Eunomo Mysorum duce, pe-  
rito quidem auguriorum, ac nihilominus  
ab Achille occiso.

*Ne depugnes in alieno negotio.*

IN vi significabimus nos nolle nosmet ad-  
miscerenti alienæ, quæ nihil ad nos perti-  
neat, sed permittiros, ut ipsi inter sese suo  
decertent periculo, quorum agitur nego-  
tium, veruiculo fuerit locus ex eodem libro:

Οἷος ἀμφ' ἐλίτη, καὶ πτόμισσι πάσι μάχε-  
σθαι. id est,

Proque Helena, proque omni re decerne-  
re solos,

Dictum de Menelao & Paride singulari cer-  
tamine congressurus.

*Prudentia coniuncta cum viribus.*

IN eum qui norit idē & alijs imperare quid  
sit agendum, & ipse persequi cum est opus,  
quod alijs imperat, apte quadrabit illud ex  
eodem libro:

Αμφότερον βασιλεύς τ' ἀγαθὸς κρατεῖς τ' ἀχ-  
μητής. id est,

Eti iuxta ductor bonus, & certamine pol-  
lens.

Sunt enim qui imperatorem agere norunt,  
at militem prestare non norunt.

*Pauciloquus, sed eruditus.*

IN eum, qui pauca quidem, sed tamen au-  
ditu digna loquitur, conueniet illud ex eo-  
dem libro, quod illic dicitur de Menelao  
bœuiloquo Laconum more, verum suauilo-  
quo & arguto:

Ραῦρα μὲν, ἀλλὰ μάλα λιχέας, ἐπειτ' πολυ-  
μυθός, id est,

Non is multa quidem, verum argutissi-  
ma, quippe  
Pauciloquus.

*Duobus malis vestigare difficillimum.*

Εἰ δ' ἢ δὴ μὲν πόλεμος τὲ δ' αἶμα, καὶ λοιμὸς ἀ-  
χέως. id est,

Iam pariter subigit, bellumque & morbus  
Achiuos.

Si quando dicemus eundem hominem duo-  
bus, aut plurimis præmi malis. Est apud Ho-  
merum Iliados 1.

*A fronte simul & occipitio.*

CUM indicabimus admirabilem reū om-  
nium cognitionem, aut singularem pruden-  
tiam, quæ constat non præsentium modo  
scientia, sed & memoria præteritorum, & fu-  
turotum prospicientia, recte verum hunc  
ex eodem vsurpabimus libro:

Ὅς ἔδ' ἠν τὰ τ' ἰόντα καὶ ἐσσομένοια, πρὸς  
ἔντα. id est,

Qui scit præterita, ac præsentia, postquam  
futura.

Vergilius vertit ad hunc modum:

Quæ sint, quæ fuerint, quæ mox ventura  
trahantur.

*Noctui & noctibus.*

Si quando demonstrata præteritorum malo-  
rum causa, comminabimur, futurū ut acce-  
dant maiora, nisi quis respiciat, non in-  
tempestiuiter vsurpabimus verum hunc Ho-  
mericum ex eodem libro:

Τῆνυ' ἄρ' ἀλαγὲ ἐδάκετο βόλος, ἥδ' ἔτι δ' ἰ-  
σα. id est,

Phæbus ob hæc mala multa dedit, atque in-  
super addet.

Veluti si medicus ostenso morbi periculo,  
moneat ægrotum reualefcentem, ut tempe-  
ret ab immodica Venere, alioqui reditura  
cum sanore malum.

*Ingens discrimen.*

QUOTIES ingens discrimen inuenimus  
inter homines, aut res plurimum inter se  
diuersas, aut immensum interuallum in-  
ter se iunctos, eleganter accommodabimus  
illud ex eodem libro:

Ἐπειὶ μάλα πολλά μεταξὺ

Ὀὐρα τὲ σπείνεται βάλασ τὰ τὲ ἠχίεσσα. ἰ.

• Sunt in medio sita plurima, montesque,  
Vmbrosi,

Vmbrosi, fretaque horrifono clamosa si-  
gore.

*Qui paratus ad resistendum.*

**QVI** significare volet se nequaquam detra-  
dere certamen, sed abunde suppetere, quo  
partes tueatur suas, vsurpabit illud ex Iliad-  
os v.

Τῶ μοι δ' ἄρα τὰ ἔστι καὶ ἄσπίδες ὀμφαλοῖσ-  
σαι

Καὶ κ' ὄφρες καὶ βράχνης λαμπρὸν γαυδῶντες. i.  
Et mihi sunt hastæ teretes, clypei que ro-  
tundi,

Tum galeæ, tum thoraces procul igne mi-  
cantes.

*In discrimine apparet qui vir.*

**DE** RE periculosa difficultique & huiusmo-  
di, quæ vitum cordatum ac strenuum requi-  
rat, conueniet illud, quod eodem libro dici-  
tur ab Homoneo Cretenſium duce:

Ἐπ' ὃ, τέθειλός ἀνὴρ ὄστ' ἄλκιμος ἔξε φα-  
ίειν.

Illic qui vir iners, qui strenuus ipsa do-  
cet res.

Ad idem facit quod proximo carmine con-  
sequitur:

Τὸ μὴ γὰρ τέ κωκὸς τρέπεται χερῶσ' ἀλλυθῖς  
ἄλλῃ.

Cuius alias nobis facta mentio.

*Non cedendum malis.*

**SI** quando admonebis, non oportere cede-  
re vel aduersariis, vel inſul- bus aduerſe for-  
tunæ, aut non esse certandum cum fugitiuis,  
non inſcite detorſeris illud ex eodem libro:

Οὐκ ἂν ἐν ἀνχρῆν ὑπὸ δὲ πείσοι βέλος δδ' ἐν  
τοτᾷ,

Ἀλλὰ κεν ὃ σέ πω ἢ νηΐουσ' ἰκίσει id est,

Ne feriat iaculum ceruicem aut terga, sed  
ipſum

Aut ventrem, aut pectus feriat aduerſa  
ſagitta.

*Ipſe ſibi perniciem accerſiuit.*

**IN** cum, qui ſibi pertinaciter accerſit malū,  
cui veluti ſato deſtinatus ſit, congruet illud  
ex eodem libro:

Τὸν δ' ἄγε μοῖρα κηκὴ θεοῦ τῶ τοῦ τέλοσ δέ. i.

Iſtum mortis in exitium mala Parca tra-  
hebat.

*Vltra vires nihil aggrendendum.*

**QVI** dicet non eſſe ſuſcipiendum negotiū,

ad quod peragendum non ſuppetant vires,  
non inconcinniter illud accommo dauerit  
ex eodem libro:

Παρ' ὄνικων δ' ἄκ' ἔστι καὶ ἐσσύμειον πολυμί-  
ζην.

Vires ultra nemo queat bellare, licet ſit  
Quantumuis animo promptus.

Verba ſunt Paridis ad Hectorem.

*Ocyor accipit e.*

**ADMIRANDAM** celeritatem hyperbola  
prouerbiali licebit indicare, quæ eſt in eo-  
dem libro:

Θάσσοις ἰρή κών.

Pernices magis accipit e.

Venustius fiet, ſi ad famam, aut ingenium,  
aut nuncium, aut eiſmodi quidpiam de-  
torqueatur.

*Ancipitis animi.*

**ANIMVM** ancipitem & incerti conſilii, li-  
cet iudicare verſiculo, qui eſt Iliados ε.

Ὡς δ' γέρον ὄρα κεν δαυζόμενος κατὰ θυμὸν

Διχθέδρια.

Sic ſenior verſans animo, diſquirit vtroq;  
Nutans.

Id Maro ſic eſt imitatus:

Atque animum nunc huc celerem, nunc  
diuidit illuc,

Rurſum Iliados π.

Διχθὰ δὲ μοι κραδίη μέμονε φρεσὶν ὀρθοῦ-  
σιντι.

Huc animus mihi verſanti inclinabat &  
illuc.

*Omnia ex ſententia cedunt.*

**IN** magnopere fortunatos, quibus & recte  
& ſecus inſtituta feliciter cedunt, congruet  
illud ex Iliados ρ.

Τῶ μὴ γὰρ πάντων βέλι' ἀπτεται, ὅς τις δ-  
φείη,

Ἡ κηκὸς ἢ ἀκαθὸς, ζῶς δ' ἔμπης πάντ'  
ἰβύνα.

Spicula cuncta horum feriunt, ſeu torſe-  
rit illa

Ignauus, ſeu vir fortis, quia Iupiter ipſe  
Dirigit.

*Improbis miſce.*

**IN** improbum, & ſubinde redeunt, etiam ſi  
Iupiter repellatur, quadrabit illud ex eode-

Καὶ οἱ μὴν θάρος ἐνὶ στήθεσιν ἔηκιν,

Ἡ τὲ κ' ἔργου μὲν, μάλα πέρ χροὸς ἀνδρομέ-  
νου.



Ιχανά δακίεν. id est, Atque illi muscæ vim intra præcordia misit.

Quæ quâvis de pelle viri sit sæpe repulsa, Adfultat morsura tamen.

Deo fortunaq; committo.

Qui fortunam experiri statuerit, euentû negotii fortunæ committens, in hunc conuenierit illud ex eodem libro :

Ἡσὺ γὰρ καὶ ἐγὼ , τὰ δ' ἔειπεν δὴ πάντα μέλισσα. id est,

Torsero & ipse, Ioui fuerint hæc omnia curæ.

Consilium in melius commutandum.

Si quando iubebimus mutare consilium, ut pote scdum ac stultum, aut reprehendemus quidpiam ut inconsulte factû, vsui fuerit ex eodem libro :

Τὶς τῶν θεῶν ποιεῖ ἕκ βυλλῆν Ἐν στήθεσιν ἔθηκε καὶ ἐξέλετο φρονῆς ἔδρας. i. Quis tibi consiliû submisit inuitile tandè Diuorum, sanamq; exemit pectore mēe ?

Alia datur, alia negantur.

Quoties è duabus naturæ dotibus altera contigit, altera negata est, veluti si cui forma decus adsit, desit ingenii laus. Siue cum è duobus postulatis alterû duntaxat impetratur, quadrauerit illud ex Iliados π.

Τῷ δ' ἕτερον μὲν ἔδωκε πάτερ, ἕτερον δ' ἀνέηδον. id est,

Annuit hoc illi diuû pater, abnuuit illud. Hunc versiculum vsurpat Plinius in epistola quadam. Dicitur est autè de Achille, qui in votis, quæ facit pro Patroclo suis armis inuituro prælium, duo quædam rogatur, alterum vt cum laude pugnaret, alterum, vt peracta pugna referret arma, incolumis & ipse. Quorum alterum annuit Iupiter, nempe vt fortissime pugnaret. Ceterum Achillis arma non retulit, nec incolumis rediit. Festiuiter abusus est hoc carmine Stratonicus citharædus, qui cum audisset quendam cithara canentem, subiecit hunc Homeri versum :

Τῷ δ' ἕτερον μὲν ἔδωκε πάτερ, ἕτερον δ' ἀνέηδον.

Ac mox alio quodam rogante, cur ita diceret. Quoniam, inquit, male canere cithara dedit, ceterum bene canere voce abnuuit. Ita ferme Athenæus lib. 8.

Victoria non incrementa.

Facit hoc tum corruptela iudicium, tum patronorum rapacitas, vt fere litigantium utreq; partes pleclantur, adeo vt non ratione peniteat etiam eum, qui vicit litem. In hoc igitur conuenit illud ex Iliados ρ.

Ὅδ' δ' οἱ γὰρ ἀναιμῶτι' ἔμαχοντο. id est, Nec hi sine sanguine pugnam Miscebant.

Re opitulandum, non verbis.

Cum re opus est, nihil profunt verba, veluti si quis egeat pecuniariis superpetiis, quosum attineat huic aures explore dictis? Rursum in consultationibus, in iudiciis, rationibus agendum est non ui. Ad id faciet Homericum illud ex Iliados π.

Ἐν γὰρ φιερί τέλος πολέμου, ἐπέω δ' οὐ βυλλῆν. id est,

Verba in cōsilio, valet in certamine iobus.

Apri prouincia.

In eum, qui prouinciam suscipit, suis apta viribus, abstinens a negotio, cui sit impar, veluti si quis episcopatum accipiat, summit pontificium recuset, conueniet illud ex eodem libro :

Ἐλετο ἄλκιμα δ' ἔχε τὰ οἱ παλάμῃσιν ἀρήσει, Ἐγχοσ δ' ἔχ' ἔλετ' οἷον ἀμύμονος ἀπαιδ' ἀο. i.

Quæ manibus quadrent, ingentes corripit hastas

Quaslibet, ast hastam solam non sumit Achillis.

De Patroclo dictum, qui cû Achillis armis esset indutus, ab hasta tamen abstinēbat, quæ ea grauior esset, quàm vt quisquam Græcorum regere posset præter vnum Achillem. Quod idem in Odyssæa de arcu Vlyssis finxit Homerus.

Pudor & metus.

Cum abstinetur à re quapiã, quod ea tum inhonesto factu videatur, tum vero minime tuta locum habet illud ex Iliad. σ.

Ἰχε γὰρ αἰδῶς, καὶ δέος. id est,

Nam pudor atque metus vetuit. De conglobata acie dictum, quæ ne sese duceret, partim pudor obstabat, partim metus. Pudorem autem ingens addere calcatur ad fortiter agendum, indicat in eodem lib. cum ait :

Αἰδομένων δ' ἀνδρῶν πλείους σόοι π' ἐφέτασιν. id est,

Plures

Mures sunt salui atque cadunt his, quis pudor adfit.

*Qui obricescit.*

In eum, qui metu attonitus, aut stupefactus admiratione tacet, aut cui non est, quod re spondeat, quadrabit illud ex Iliados e. Διὸ δ' ἐμὴ ἀμφεσθ' ἐπέων ἄββι. id est, Illum corripuit stupor, atq; infantia linguar.

*Mors omnibus communis.*

Quia dicit omnibus ex æquo moriendum, nec ullis viribus arceri fati necessitatem, citabit illud ex Iliados σ. Οὐδέ γάρ τιδ' ἔβη Ἡρακλῆος φύγε κῆρα. id est, Nec vis Herculea fatum euitavit acerbum.

*Aliis alijs in rebus præstantior.*

Quia dicit alium alia dote præcellere, accommodabit quod in eodẽ libro dictum est de Polydamaute & Hectore.

Ἀλλ' ὁ μὲν ἀρμύδοισιν, ὁ δ' ἔχρει πολλὸν ἱίκα. id est,

Hic dictis, hasta longe præstantior ille.

Eandem sententiam fufius explicat Iliad. v. Polydamas loquens Hectori:

Ἐκτορ ἀμύχαν' ἔσσι παρὰ ἔπτοισι πτόιδου. Οὐκίκα τοι πτόβ' ἔσκακε θεὸς πολέμια ἔργα, Τάνκα τῆ βαλῆ ἰδέλεις περιδμενα ἄλλον, Ἀλλ' ἄπος ἅμα πάντα δμωπίσται αὐτὸς ἐλέδαι.

Ἀλλὰ μὲν γὰρ ἔδρακε θεὸς πολέμια ἔργα, Ἀλλὰ δ' ὄρχυζῶν, ἐτέρω κίθαριν, καὶ αἰοδῶν, Ἀλλὰ δ' ἐρῆβέσσι τίθει νόον ὑρῶπα ζῶνς Ἐδλόν, id est,

Hector non potis es desistere pectora dictis.

An quia Dii donāt factis præcellere belli,

Vis in concilio reliquis præcedere sensu?

At non cuncta potes vnus simul omnia ferre,

Quippe Deus dedit huic virtute excellere belli,

Huic laudem chorez, citbaram illi, & carmina blanda,

Rursum alii mentem præclaram in pectore, magnus

Iuppiter inscruit.

*In periculo negotio non est dormiendum.*

Vbi monebimus in re ardua non esse cessandum, congruet quod subinde repetitur apud Homerum Iliados π.

Ὀλίγη δ' ἀνάπνοσις πολέμοιο. id est,

.Exigua est interspiratio belli. Poterit trahi vel ad litem forensem, vel ad simile negotium odiosum, & laboris plenum.

*Mens leuia.*

FREQVENTER hominum mens leuia est, & pessima pro optimis sequuntur, optima pro pessimis repudiant. Ad hanc sententiam facit illud ex Iliados σ.

Ἐκτορ μὲν γὰρ ἐπὶ κῆσαν κακὰ κριτόωντι, Πηλεὺς ἄμαυτι δ' ἀρετῆς, ὅς ἐδλῆν φερέτω βελῆν. id est,

Consilium Hectoreum laudabile inutile quisque, Nemo Polydamantis, at hic dabat vtile solus.

*Verbis pugnas, non te.*

FACILE est conuictis altercari, verum te vincere difficile. Ad eam sententiam quadrabit illud ex Iliados v. dictum ab Aeneæ congressuro cum Achille:

-Ἐπεὶ σάφα οἶσα καὶ αὐτὸς.

-Ἡ μὲν κριτομῆς ἢ γ' αὖστω μνῆσασθαι. i.

-Siquidem noui probe & ipse.

Et petere probris inimicq; dicere dicta.

Paullo post repetit copiosius eandem sententiam:

Ἐστὶ γὰρ ἀμφοτέρωσι δειδέεια μνῆσασθαι πολλὰ μολ', ἔδ' ἀνίμυς ἐκτόν(υ)σ' ἄχθ' ἄροπο.

Στρεπτη δὲ γλῶσσ' ἐστὶ βροτῶν πολίτες δ' εἰ μῶδι,

Γεντοιοι, ἐπίων δὲ πολὺς νόμος ἔνθα καὶ ἔνθα Ὅπποιοι κ' εἰπιδάειπος, τῶν δ' ὑπακῆταυς. i.

Ambobus siquidem probra dicere plurima promptum est,

Quorum vnus haud portet centum ratis obstita remis.

Est hominum quia lingua volubilis, omnigeniq;

Insunt sermones, variiq; & pascua dictis,

Hinc atque hinc, multzque vices, sed quia

Dices, talia redduntur tibi dicta vicissim.

*Ne quid moueate verborum strepitum.*

Qui monebit aliquem, ne seuis verbis, ac minis deterreatur, quominus experiat, accommodabit illud ex eodem libro, ab Apolline dictum Aeneæ:

Ἀλλ' ἰδὺς φέρε χαλκῶν ἀτρεέα, μῖδ' ἐσὲ πάμπαν

Ἀδύγαλέως ἐπίσσει ἀποτρεπέτω κ' ἀρεῆ. i. Quia

Quin rigido ferro magis obuius ito, nec  
viquam  
Te sczuis dielis deterreat ille minisq;.

*Cibo opus duraturis in labore l*

**I N I T V R I** bellum, ne omnino icium sint,  
ne viribus destituantur. Id trahi poterit ad  
studium litterarum, ad exercitum pietatis,  
atque alia complura. Ad id congruent ver-  
sus Homericus, ex Iliad. τ.

Ὅν γὰρ αἶψα πρὸς ἅπαν ἄβρις ἥλιον καταδύντα  
Λημῶσσι τοιοῦθ' ὠκίσταται ἄντα μῆχιδαί;  
Εἰ πρὸ γὰρ θυμὸς γέ μιν ἄντα πολυμίξεν,  
Ἀλλὰ τε λάβρα γὰ βαρύνεται, ἠδὲ κίχαιεν  
Δίψα τῆς μίμῃς, βλαβίτ' αὖ δὲ ζεγῆκαί' ἴοιτι.  
Ὅς δ' εἰ κ' ἀνὴρ οἴνοιο κορυσσάμην, καὶ ἰδωδ' ἄς  
Αἰδράσι δ' ἄσμενέισσι πανμίξεν, πολυμίξεν,  
Θάρσαλοί τε ἠδ' ἠτόροί τε φρῖσιν, ἔδ' εἰτι γὰρ  
Γρῖν κἀμια, πρὶν πόντας ἐρωῶσαι πολέμοιο. i.  
Nam quis ad occasum vsq; valebit solis  
abortu

Impassus iugi durans configere pugna?  
Pectore enim quamuis sit prompto ad bel-  
ligerandum,  
Sensum membra grauant tamen, ac sitis  
atra, famesq;  
Corripimus, genusq; labant tendentis in  
hostem.  
Rursus erit quicq; satur, vinoq; ciboq;,  
Is demum potuit configere perditus hosti.  
Huic animus viget vsq; ferox, neq; mem-  
bra laborant  
Huic prius, ac victor bello submouerit  
omnes.

*Omnibus armis praesidijsq; destitutus,*

**H O M Y N E M** inermem & omnibus destitu-  
tum: praesidijs indicabimus hoc versu, qui  
est Iliados φ.

Γύμν' ἄτερ κερσίδος τε, καὶ ἀσπίδ' ἔδ'  
ἔχ' ἔγχ' id est,

Et Clypeo simul, & Galea nudatus, & ha-  
sta.

*Frustra habet qui non vsitur.*

**S I** quem increpare voles, quod ingenio, di-  
uitiis, litteris non utatur, cum habeat, con-  
ueniet illud ex eodem Iliad. φ.

- Τί νυ τ' ἔχοι ἔχεις ἀνυμῶλιον ἄντας, id est,  
Cur frustra tibi iā gestatur inutilis arcus?

*In fugitium.*

**V B I** quis impotenti animi cupiditate ad  
rem quāpiam instigatur, praecipue parum

honestam, vel magis si quis turpiter fugiat,  
in hunc quadrabit, si dixerit:

Τέτοι' ἠλωσάμην ἄγε, id est,  
Hunc cynamya rapit.

Sic enim in eodem libro Iuno de Marte  
prelio fugiente:

Καὶ δ' αὖθ' ἠλωσάμην ἄγε Βροτολογῶν ἄ-  
ρην. id est,

Pestiferum Martem rursum exagitat Cy-  
namya.

Id est, musca ranina:

*Cum dicit non pugnandum.*

**Q V I** mouebit non esse pugandum cum  
genio, cum superis, cum magnis principibus,  
vsurpabit illud ex eodem libro:

- Οἳοί δ' εἰτε φέρεται ἀνδρῶν. id est,  
- Verum homines Diis inferiores.

De θεομαχῶν diximus alibi. Pindarus in Py-  
thiis hymno secundo, sententiam hanc sic  
extulit: Χρηθ' ἄρ' ἰσθ' ἑὸν ἐκείνων. id est,

Opotter aduersus Deum non contendere.

*Vnde facta tarda, sed grauis.*

**V B I** qui diu multa patrauit impune, tan-  
dem in extremum malū adducitur, semelq;  
dependit superiora flagitia, congruet illud  
ex eodem libro:

Νῦν δ' ἀβρόα πᾶν' ἀποτίσεις. id est,  
Nunc cuncta lues semel adglomerata.

Verba sunt Achillis ad Hectorem.

*Omissis iugis rem experiamur.*

**Q V I** conuicis amissis iubebit ipsa re peri-  
culum fieri, ut vincat, aut vincatur, non  
intempertiuiter accomodauerit illud ex  
eodem libro:

Βέλτερον αὖτ' ἐρδίζουελαν ἔμην ὅτι τήκεται  
Εἰδοίμεν ἠποποιεῖσθαι ὄλβου πρὸς ὄρε-  
ξην. id est,

Sed praeter pugnam committere commi-  
nus, vt mox

Vt Iupiter esse velit laudemq;, decusq;  
Perspicuum fiat.

*Metus infamiae.*

**C V M** dicemus nos hominum de nobis opi-  
nione, rumoribusq; commoueri quo mi-  
nus metem nos consilium, conueniet illud  
ex eodem libro, praeterea Iliados ζ. quod  
frequenter vsurpat Marcus Tullius in Epi-  
stolis ad Atticum:

Αἰδέσθαι τῶας ἢ τῶας ἀεὶ ἐκαστοῦ πειλάς. i.  
Troianos ac Troianas, veterisq; pudetq;.

Verba sunt Hectoris pudore nolentis in vt  
bem recipere sese, ne quis opprobretur illi,  
imputaretq; Troianorum interitum.

*Aliam*

*Aliam ætatem alia decent.*

*Ex habitu bonum vitium præferret.*

QV I iam aliam ætatem significabit, nec idem decere canum, quod iuuenem aliquã do decuit, vsurpabit illud ex eodem libro, quamquam & alias iteratum :

ΑΛΛ' ὅτι δὴ πρῶτον τε κάρη πρῶτον τε γέρον. i.

Verum vbi iam, canumque caput, incanaq; menta.

*Quod alijs vitio veritas, ipse ne fecerit.*

QV O D damnaturus sis in alijs, in te ne admiseris. Ad id faciet illud ex Iliados τ.

Καὶ δ' ἄλλω νημιστῶν ὅτις τοὶ ἀντὶ γέρε. i.

ῥοι.

Imò adeò si quisquam alius patrare pararet

Tale aliquid, damnaretis vitioq; daretis.

*Aut ipse fuisti, aut tui simillimus.*

S I quando per iocum indicabimus eundem aliquem fuisse, qui tamen se fuisse eat inficias, veluti si quem incuses, quod inter bios comperuerit, isq; sese neget fuisse, venium alium quempiam : non illepide detuleris illud ex eodem libro, quod de Patrocli spectro dixit Homerus :

Ῥαὶ τῶν μέγας, τε καὶ ὄμματα καλ' εἰνεῖ.

Καὶ φωνῆν, καὶ τοῖα πρὸς χροὶ εἴματα ἔσω. i.

Cuncta ipsi similis, vocemq; , oculosque decoros

Corporis atque modum ; & talem gestabat amictum.

*Audiens non audit.*

S V N T quidam, qui si quid parum placet, id scire dissimulant, veluti cum negant sibi redditas litteras, quibus com monebāt officii sui, quod tamen malint effugere, quam prestare, in hos quadrabit illud ex Iliad. τ.

Ὡς δ' ἀϊοντι ἔοικας. id est,

Dissimulans audisse.

De Antilocho dictum, qui Menelaum reuocantem à cursu, cum audiret, perinde tamen quasi nō audisset, ita celerius etiam curtebat :

Ἀντίλοχος δ' ἔτι καὶ πόλυ μᾶλλον ἔλαυσε,

κίρρην ἐμπάτρεων, ὡς δὲ ἀϊοντι ἔοικας. i.

Quin etiam cursum Antilocho magis accelerabat

Instigans stimulis, audire que dissimulabat.

11)

QV I dicit ex ipsa oris figura videri probū hominem, citabit illud ex Odyssæ primo :

• Οὐ μὲν γὰρ τι κακῶς εἰς ὤπα ἔθηκε. id est,

• Ex specie minime improbus ipsa

Esse videbatur.

M. Tullius in Verrem lib. 8. Is erat Apromnius, qui vt ipse non solum vita, sed etiam corpore atque ore significat, immensa aliqua vorago est, aut gurges vitiorum turpitudinumq; omnium.

*Abfit clamor in colloquio, aut iusu.*

QV I iubebit in conuiuio, colloquio teperari à vociferatione, accommodabit illud ex eodem libro :

Νῦν μὲν δαυήμενοι τερπόμεθα, μὴ δὲ βοητῶς ἔσω. id est,

Nunc hilares cœnemus, & omnis clamor abesto.

*Grata nouitas.*

S I quando dices nuperrima quæque vulgo maxime placere, nō intempetuum fuerit illud ex eodem libro :

Τὴν γὰρ αἰδῶν μᾶλλον ἐπελεῖσθ' ἄθροποι,

Ἡ' τις ἀκαρότισσι νωτᾶτι ἀμφιπέληται. i.

Cantio enim hæc hominum longe est celeberrima vulgo

Et gratissima, quæ nuperrima venit in aures.

Accinit huic Pindarus olymp. hym. 9.

Αἴτη δὲ παλαιῶν μὲν οἶνοι ἀνδρῶν δ' ὕμνων νεωτέρων. id est,

Lauda vinum vetus, sed nouorum hymnorum flores.

Sentiens gratiores esse hymnos, qui res nuper gestas celebrant, quam qui prisca tractant. Pleraq; commendat nouitas, potissimum apud imperitos. Contra in scriptis antiquitas conciliat gratiam, nouitas inuidiam: vnde Flaccus in Epistolis :

Indignor quidquam repretendi, non quia cialle

Compositum, illepideve putetur, sed quia nuper.

Ac ceteris ferme in rebus fauor nouitatis, superiorum obliterat gratiam. Simile fastidium est humani ingenii in his quæ nobis ad manum sunt. Miramur enim exotica, cum interdum domi habeamus meliora. Id potissimū vsu venit in medicis : nostros fastidimus,

fastidimus, licet eruditos, belluam è longinqua barbarie profectam suspicimus. Itidē pharmacopolæ magno emunt herbas è longinquo aduectas, cum interdum meliores nascantur in horto vicini. Id eleganter notauit Alexis apud Athenzum lib. 3.

Ἐρῶν ἀλλοτρίαν, παρορῶμεν συγγενῆς. i.  
Alienum amamius, proximum contemnimus.

*Mulier pudica ne sola sis vsquam.*

CVM admonerimus non conuenire, vt pudica mulier sola, citraz; testes cum uiris colloquatur, vsui fuerit illud apud Homerum frequens de Penelope:

Οὐκ οἶ. ἅμα τῆ γι καὶ ἀμφίπολοι δὴ ἔποντο. i.  
Haud sola, ast illam famulæ binæ comitatz.

*Fatale vitæ tempus exactum.*

IN decrepitos, quorum ætas iam exacta uidebitur, quadrabit ex eodem libro:

Ν. πρὶν οἱ κατὰ βῆξ ὑπερῖον ἢ ἡλιον  
Ἰδ.ον. id est,  
Demētes, vt qui sacros tibi maxime Phæbe  
Absumpseret oues.

Nam per solis boues, aunos fatales, vt opinamur, innuit poeta.

*Non luctus, sed remedio opus in malis.*

IN malis non lamentis, sed auxiliis utendū. Ad id conueniet illud ex Iliados α. quam quam aliis item iteratum locis:

Οὐ γὰρ τις περὶ ξίς πέλται κρυερόιο γόιο. i.  
Quippe nihil miseri fletus lamētrave profuit.

*Adhuc aliquis Deus respicit nos.*

CVM in rebus vehementer afflictis, negabimus nos prorsus abiicisse animum, verum esse spei non nihil, cōueniet illud, quod in eodem libro dicitur à Priamo:

Ἄλλ' ἔτι τις ἢ ἴμοιο θεῶν ὑπερχει χεῖρα. i.  
Numen adhuc aliquod dextram mi ob-  
tendit amicum.

*Mors optima rapit, deterrima relinquit.*

OPTIMA mors eripit è medio, relinquit deterrima. Proinde uidemus quosdā prorsus inutiles Tithoniā ætatem uiuere, paucissimos egregio præditos ingenio, ad senectutem peruenire. In hanc sententiam quadrat illud ex eodem libro:

Τὸς μὲν ἀπ' αἰὸς ἄρισ, τὰ δ' ἐλίχθη πάντα  
ἀλεηπτω,

Τὸς αὐτ' ἀρχισαῖτε χοροῖν τῆσιν ἄριστοι,  
Ἀριων δ' ἄριστων ἐπιδομῖοι ἀπακτύρις. id est,  
Sultulit hos Mauros, reliqua at mala pro-  
bra relicta

Mendaces, saltatores, primi q; choreis  
Ducendis, agnis, atq; hæc dis diripiendis.  
Strenui.

*Celebre est illud Maronis:*

Optima quæquæ dies miseris mortalibus  
zui

Prima fugit, subeunt morbi, &c.

Concinit & Theocritus in Epitaphio Bio-  
nis:

Ταῖς ἡμφωσιν ἔδοξε αἰ τὸν βατραχον ἄδαι,  
Τοῖς δ' ἔγω ἔφρανοιμι, τὸ γὰρ μέλθ' ἢ καλὸν  
ἄδαι. id est,

Sic visum est nymphis semper canit im-  
proba rana,

Huic neque ego inuideo, nec enim bona  
carmina cantat.

*Domini manendum.*

INVTILE diutius abesse domo, relictis  
possessionibus. In eam sententiam quadra-  
bit illud ex Odyssæz Γ.

Καὶ σὺ φίλθ', μὴ δὴ δὴ δ' ὄμωσ' ἀπο τῆλ' ἀλλο-  
λισσ.

Κτήματατι προλιπὼν, ἀνδρες δ' ἐν σοῖσι δέ-  
μοισι. id est,

Tu quoque amice domo diuturnus abesse  
caueto

Rebus itemq; uiris intra tua tecta relictis.

Item Hesiodus:

Οἶκοι βέλτερον εἶναι, ἐπὶ βλαβερὸν τὸ δὴ-  
ρεφι. id est,

Esse domi præstat, quia dānosum foris esse.  
Refertur ex Euripide carmen hoc:

Μακάριθ' ὅς τις βύτχων ἴκοι μένει,

Ἐργή δ' ὄφρατ' καὶ πάλιν ναυτίλλεται. i.

Beatus is, qui in prosperis manet domi,  
Nam sarcina solo quæ tenetur, deuenio  
Potest falso committi.

*A sacris abstinentæ manus.*

VULGO quoque creditum est, fatum in sa-  
re ci, qui sacris rebus, ac Deo dicatis manus  
iniecirit: aut qui pios homines, aut eccle-  
siungentes sacris ministeriis oppugnarit;  
veluti Pontificem Romanum, episcopos,  
abbates, etiam si parum fuerint piis moni-  
bus. Id propemodum iam olim dictum est  
ab Homero Iliados P.

Οππὶτ' αἰρή ἔδραε πρὸς δαίμονα φητι με-  
χιδω,

Οἷ τε θεὸς τιμὰ τὰ καὶ οἱ μέγα πῦμα κολῶν  
Cum

Turpis iactantia.

Sine ope diuina nihil ualemus.

NON est generosi animi iactare sese de his, quæ fortiter, aut feliciter fecit. Super hoc ita Menelaus eodem in libro:

Οὐ μὲν καλῶν ὑπέβριον ἄχρητὰ ἄσθαι. id est, Haud sane pulchrū sese iactare superbe.

Prior occipras.

VBI quis lucrum celeritate præripuit cuiuspiam, conueniet illud ex Iliados χ.

Μὴ τις κωδ' ἄρειτα βελῶν. ὁ δὲ δ' ὄντες ἔλθῃ. id est,

Ne quis præriperet iaculans, laudemque decusque.

Atque ita serior ipse ueniret. iamque secundus.

Dictum de Achille, qui reliquis Achiuis innuit, ne quis iaculum mitteret in Hectorē, quo sibi gloriam totam seruaret.

Νεὶ δὲ γὰρ κείνῳ ἀπὸ τῆς θανάτου.

NE MO tam carus superis, ut illorū fauore mortē euitarit. Hūc sententiæ suffragabitur Homericum ex eodem libro testimonium:

Ἄλλ' ἦτοι δαίκετον μὲν δούτων ἔδδ' εἰσπέε, καὶ φίλων ἀνδρῶν δ' ὄνεται ἑλακμῆν, ὅππῃ τικν δ' ἄ.

Μοῖς δ' ἄλλοι καβέλισι τικηλῆρες θανάτοις. i. At uero mortem communiter omnibus æquam

A dilecto homine, neque dii depellere possunt,

Quem funesta dies fati iam iam urget acerbi,

Deus unde cumq; iuuat, si modo propitiis.

DIVS ubiq; præsens adest, si faueat: neque referat ubi gentium agas illo propitio. Ad hanc sententiam accommodes licebit ex eodem libro:

Ἐὶ καὶ θεὸς κ' ἐθέλων καὶ τιλοδὲν ἀνδρῶν σκῶσαι. id est,

Si libeat seruare procul quoque numina possint.

Fatum immutabile.

DIVINA decreta non commutantur, humane leges pro tempore variantur, quemadmodum & mores & voluntates. Ad id cōgruet illud ex eodem libro:

Οὐ γὰρ τ' ἀψα θῖων τρέπεται νόσ' αἰ ἐνέστων. id est,

Non etenim diuum mens vertitur astrico farum.

MANCA est omnis mortalium industria, omnisq; conatus, nisi fauor adspiret diuinus. At id accommodare licebit Homericū illud ex eodem libro:

Ἐάντις δ' ἐὼν χατέεσ' ἀνθρώπων. id est, Mortalis diuum auxiliū desiderat omnis.

Industriam adiuuat Deus.

IN aggrediundo negotio, quædam humana ratione prouidentur, quædam fortunæ commoditas, ipsæque res suppediat. Id est apud Homerum, cum alias aliquoties, tum hoc quem modo citauimus libro.

Ἐλέμαχ' ἄλλὰ μὲν αὐτὸς ἐνὶ φρεσὶ σῆσι νόσας, Ἄλλὰ δ' ἐκεῖ δ' ὄμων ὑποθίσεται. id est,

Hæc partim ipse tuo. perpendes peccore tecum,

Partim diuum aliquis tibi suggeret.

Ætate prudentiores reddimur.

SI quando negabimus nobis eadem probari iam natu grandioribus, quæ quondam ob ætatis incertiam adriserunt, sed usu rerum auctam prudentiam, congruet illud ex eodem libro:

Ἐγὼ δ' ἐτιμῆπιος ἦκα Νῦν δ' ὅτε δὴ μέγας εἰμὶ, καὶ ἄλλων μῦθον, ἀκούων

Ἐρωτάνομαι, καὶ δὴ μοι ἀέξεται ἐνδοθὶ θυμὸς. i. Erat adhuc puer, asti ubi iam sum

Grandior, & reddit me aliorum oratio doctum,

Ipseq; grandescit mi animus. Dicitur ad procos à Telemacho.

Ozius esto.

SI quem iubebimus animo otioso esse, tantum curare cuticulam, negotium aliis curæ futurum, accommodabimus illud ex eodem libro:

Μή τι τοῖ ἄλλο ἐν ζήεσσι κακὸν μελέτω ἔργον τε ἔπος τε, Ἄλλὰ ἐπίεμιν καὶ πινέμιν ὡς πάροσπιε. id est,

—Tute caucto Aut dicti, aut facti cruciet tua pectora cura

Quin tranquillus, edasq; bibasque ita ut ante solebas.

Cedendum multis iudini.

QUI suadebit non esse pugnandū vni cū multis,

multis, & vbiq; multitudini morigerandum, adducet illud ex eodem libro:

Αλλάξει αὐτὸ κακὸν πότμον ἐπίποιο,  
 Ἐπιπόισσι μάχοιο. id est,  
 Atcesset mox ipse sibi crudelia fata,  
 Si multis pugnare velit.

Iidem proci paulo superius:

- Αργαλιον δὲ  
 Διφρασι καὶ πλιόισσι μαχίσαομαι ποθὶ  
 δαυι. id est,

- Cum pluribus ardua res est  
 Depugnare viris inter coniuuia solos.

*Deus viscescit.*

**C V M** significabimus nobis in presentia deesse facultatem depellendi, verum optare, vt superi puniant aliquando, vsui fuerit illud ex eodem libro:

Ἐγὼ δὲ θεὸς ἐπιβάσομαι αἰὲν ἔοντας,  
 Αἰεὶ ποθὶ ζῆλος δ' ὄσει πάλιν τε ἔργα γινέ-  
 σθαι. id est,

At si equidem immortales implorauero diuos,  
 Si fors Iupiter ipse vices aliquando reponat.

*In tempore caemenda parua mali.*

**Q V O T I B S** admonebimus, vt multo ante occurratur malo, prius quam oppresserit nos: aut cessandum à peccando prius quam ingruat diuina vindicta, vsui fuerit illud ex eodem libro:

Ἀλλὰ πολὺ πρὶν  
 Φραζώμεθα ὥσπερ καταπύσσοντες. id est,  
 Verum nos multo ante modum, sinemq;  
 velimus.

Ponere.

Verba vatis minantis proci Vlyssis reditū.

*Domesticum malum.*

**A D** significandum priuatum, ac domesticū malum, quod ad alios nihil attinet, conueniet illud ex eodem libro:

Ἀλλ' ἐμὸν αὐτῷ χρεῖος, ὅμοι κακὸν ἔμπροσθεν  
 οἴκου. id est,

Porro malum nostras quod in aedes incidit, vnum

Ad me pertinet.

**M.** Tullius in actione in Verrem 5. domesticum ac vernaculum crimen appellat, qd̄ intra parietes admissum nondum peruenit in publicum rumorem.

*Senum prudentia.*

**I N** senem plurimarum rerum vsu peritum,

quiq; multa meminerit superioribus aetate seculis, quadrauerit illud ex eodem libro:

- Ραλῶα τε πολλά τε εἰδῶα. id est,  
 - Qui antiquaq; multa q; norat.

*Premenda occasio.*

**Q V I** significabit modis omnibus instandum esse, nec omittendam è manibus semel oblatam occasionem, accommodabit illud ex Odyssæa d̄.

ἤ μεις δ' ἀσμφύτως ἐχίμεν μάλλον τε πιό-  
 ζαν. id est,

Vos premitte, & vinculis magis atq; strigite captum.

Quod quidem detorquere licebit ad id, cū dicemus imperus animi, hoc magis ac magis esse coercendos, rationis moderamine quo magis effereuefcunt, & ad malum sollicitant.

*Cum principe non pugnandum.*

**Q V I** significabit arduum, principem à priuato superari: aut difficillimum vincere naturam, vsurpabit illud ex eodem libro:

Ἀργαλιος γὰρ τ' ἐστὶ βίος βροτῶν αἰδῶσι δ' αἰ-  
 νου. id est,

Ardua res homini mortali vincere numè.

*Ingens discrimen.*

**I N G E N S** interuallum, veluti, si quis sentiat plurimum interesse inter pecuniarum studium & sapientiam, hoc versu licebit significare ex eodem libro:

Τόσπον αἰδῶσι ὄσπον τε πανμυρίη γλαφυρή  
 νῆος.

Ἦμισιν ἢ λιγύς εἶρος ἐπιπνεύσει ὄπιδεν. id est,  
 Tantum aberat, quantum cursu ratis acta diurno

Conficiat spatii, quam prouchat aura secunda.

*Aperter, simpliciterq; loqui.*

**S I M P L I C I T E R** & aperte dicturos nos, citraq; ambages significabimus hoc carmine, quod est in eodem libro:

- Οὐκ ἂν ἔγωγα

Ἀλλὰ παρ' ἐξ ἑπιτομῆ παρακλιθῶν, εἰδῶ ἀπει-  
 τισα. id est,

Non facis te dissimulans decepero fictis.

*Rerum omnium vicissitudo.*

**V A R I A E** fortunæ vices, & nunc lecta contingunt vnicuique, nunc tristia: Ad eā sententiam applicabitur illud ex eodem libro:

- Ἀγῶ

Α τὰρ βέδς ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλω,  
Ζὺς ἀγαθὸν τε κακὸν τε δίδοι.  
Nunc huic, nunc Iupiter illi  
Nunc Ieta immittit, nunc tristitia.

*Qui nocere potest, & idem prodesse.*

IN medicos imperitos, qui non raro venenium pro remedio ministrant, quadrabit illud ex eodem libro, quod usurpavit in Pseudomante Lucianus, estque pluribus apud Homerum locis:

Φάρμακα, πολλὰ μὲν ἰσθ' ἀμειγμένα, πολλὰ δὲ λυγρὰ. id est,  
Pharmaca mista, salubria multa, at noxia multa.

Idem quadrabit in hominem & bonis & malis instructum artibus, qui vel iuvare possit, si velit; vel ledere:

*Arripienda que offeruntur.*

SOI ET MENTIS est, multisque locis iteratus vetulus hic:

Οἱ δ' ἐπ' ὀνεικ' ἔτοίμα προκείμενα χυρὰς ἰαλάων. id est,

Quisquis sibi appositus, si quid foret utile promptas  
Admouere manus.

Quem torquere licebit in tutores, qui rem nacti pupillorum manus iniiciunt, interque se partiti sibi vindicant. Aut in simile hominum genus inuadentium & inuolantium aliena.

*Principum sautor necessarius.*

VBI quis inuitis principibus, conatur explicare sese è malo quopiam: aut lite, à qua non possit explicari, nisi adiutus illorum sautor, conueniet illud ex eodem libro dictum in Aiacem Oilcum:

Ἐπὶ ἀέκωτι βίαν φυλάει μύγα λαύμα βαλάσσις. id est,

Laclabat sese spatiofi ex æquoris altis  
Emersurum vndis, inuito numine diuū.

*Negotium non arsum.*

QUI recusat munus, aut prouinciam sibi parum acedmodam: aut qui negabit accessere velle sese quempiam ad id munus, ad quod gerendum idoneus non videatur, usurpabit illud ex eodem libro:

Ἐπὶ πῆος δ' ὄς ἰθάκην ἔν' ἄξομαι. id est,

Ceterum equos Ithacam non duxero,  
Verba sunt Telemachi recusantis, equos

quos Menelaus offerebat dono, quod Ithacensis insula non esset opportuna alendis equis, qui ppe petricola, minimeque pacis apta.

*Coniuium non coniuuium.*

IN eum, qui accumbit quidem in conuiuio, verum spectator duntaxat eorum, quæ odponuntur: nam hoc pacto quidam sordide magnifici conuiuas suos tractant, quadrabit quod in eodem dictum est de Penelope:

Κατ' ἄρ' αἴσιτο, ἀπασθ', ἰδύσιος, ἔδ' ποτιτθ'. id est,

Incenatus, & impastus potuque ciboque Accubuit,

*Vndecumque lucrum captans.*

IN aduocatos, in calumniatores, in malos medicos, qui captant vndecumque; si quis incidit in castes, quem possint explicare, cõgruet illud, quod in eodem libro:

Αἰεὶ γὰρ ποδὶ νῦν ὀν ἀλώμνοισι χυλῆσκαον Γναμπτοῖς ἀγκίστραισι, ἕτεροι δὲ γαστέρα λυμός. id est,

Semper enim quaqua patet, insula, piscibus hamo  
Insidiabatur, ventrẽ fames enecat atra.

*Munerum corruptela.*

IN eam qui rem auro, donisq; aggregatur, nõ infestiuiter torserit illud ex eodem libro dictum de Mercurio sumente caduceum:

Εἰ λαιτο δὲ ῥ' ἄβδον τῆ τ' ἀνδρῶν ὀμματα ἑτάγα.

Ωτ' ἰδέλας, τὸς δ' ἄντε καὶ ὑπνώτας ἐγείρα. i. Corripuit virgã, qua mulcet lumina sono, Quoruncumque velit, soluit quoque lumina somno.

Quadrat enim pulchre in munera, quod de virga Mercuriali dictum est, quibus velut expergefiunt iudices, antea seu dormitantes, & rursus infesti placantur, vt in causa velut obdormiscant, conuiueantque Aristophanes in Concionatricibus, ait deos quoque capi donis, eosque manibus stete supinis,

Ὅταν γὰρ δὴ χῶμιδα δίδονται ἀγαθὰ Ἐσπινοὶ ἐκ τείοντα πλὴν χαρῆς ὑπτιαν,

Ὅχι ὡς τὶ δίδουσι ἄλλ' ὅπως τι λήψεται. i.

Nam cum precamur largiantur vt bona, Manum supinam porrigentes stant, velut

Nihil daturi, sed recepturi magis.

Interpres admonet, statuas deorũ olim fore supinis manibus finge solere. Supinam autem



autem appellat repandam, velut ad excipiē- dum compositam.

*Principes inter se noti.*

**Q V I** dicit mutuum principum, aut erudi- torum inter ipsos esse notitiam, etiam si di- versas, longeque distitas habitent regiones, vsurpare poterit illud ex eodem libro:

Οὐ μὲρ τ' ἀγνώστis θεοῖ ἀλλήλοισι πέλονται  
Λέγονται, εἰδ' αἰτίαι, ἀποπέσει δάματα κίαι. i.  
Non ignoti inter se sunt diu morte ca-  
rentes,

Quamquam semoti diuersa in sede mor-  
tentur.

*Periculum ne temere subeat.*

**N E M O** longam navigationē suscipit ani- mi causa, sed adactus graui quapiā necessi- tate: aut nemo diuturnum, grauemque labo- rem capessit tenere. Ad id congruet illud ex eodem libro:

Τίς δ' ἂν ἐκὼν τόσων διαδέχεται ἄλμυρον  
ἕδωρ. id est,

Quis tantum salis laticis percurreret vitro.

*Si Deus voluerit.*

**D E** re futura, cuius exitus pendeat à Dei sa- uore: nam etiam vulgo dicunt omnis caus- sa, si deus voluerit: id Homericò versu lice- bit explicare, si quando iocabimur apud cruditos:

Αἴκε τίσιγ' ἐβέτοσι τοῖ θεῶν δὴρὸν ἕχασιν. i.  
Dis ita si visum fuerit, quos gestat olym-  
pus.

*Snaeco, quod ipse facturus essem.*

**C V M** alteri damus consilium, quo non gra- uemur ipsi vti in simili causa, conueniet il- lud Calypsus ex eodem libro:

Ἀλλὰ τὰ μὲν νότω καὶ φρεσσομαι, εἴσο' ἂν  
ἐμοί τε

Ἀυτῇ μὲ δόμην, ὅτε με χρεώ τῶσον ἦκαι id est.

Sentio, suadeboque tibi, quibus haud gra- uer vti

Ipsa, mihi similis si qñ occurreret vsus.

*Non abijcis animum.*

**D E** eo, qui ne afflictiſſimis in rebus spem, aut consilium abijcit: quem admodū apud Maronem; Latinus rerumque reliquit habenas. sed de recipiendo se vteumque; cogitat, appositè dicitur, quod inibi dictum est de Vlyſſe:

Ἀλλ' εἶδ' ὡς χείρις ἐπελήβης παρόμλιος  
πίρ id est,  
Ac neque sic licet afflicto obliuia cepit  
Nauigii

*Malis mala succedunt.*

**I N** cum, qui variis exerceatur incommodis- tibus fortunæ, nunc morbo, nunc rapinis, nunc aliis, atque aliis malis, conueniet il- lud ex eodem libro:

Ἄλλοτε μὲν τε νότος βορέη προβάλλεται  
φίρειδαι,

Ἄλλοτε δ' αὐτ' ὄρεος ζεφύρου εἴξεσσι δία-  
κει. id est,

Tradebat noxus hunc boreæ quandoque re-  
hendum,

Nunc rursus Zephyro iactandum tradi-  
dit eurus.

Ausonius in epigrammate eleganter dixit: Catenatos labores, quod negotium ex ne- gotio seritur. Cui contrarium est quod ait Pindarus Olymp. 8. εἰδ' αὐτ' ἐπ' ἐδωλὸς ἔργα θελοὶ δόμλι. Optat vt Iuppiter velit illi be- nefacta benefactis cumulare.

*Hospitis habenda cura.*

**Q V I** dicit hospitem habendam esse ratio- nem vsurpabit illud ex eodem libro:

Αἰθῶος μὲν τ' ἐστὶ καὶ ἀθανάτοισι βίοισι  
Ἀνδρῶν ἴς τις ἵπταυ ἀλάμλιος ὠπτιε ἔργα  
κῶ. id est,

Nam diuis reuerendus & immortalibus il-  
le est,

Quicumque appulerit multis erroribus  
actus,

Nunc vti ego.

*Diuitie non semper optimis coniungunt.*

**Q V I** dicit opes non semper cordatissimis, sed pro fortunæ arbitrio, nunc huic, nunc il- li contingere, citabit illud ex Odyſſæ Z.

Σὺς αὐτὸς νείμει ὄμβρον δόμπτισ ἀνθρώποισι,  
Ἐδωλοῖς δ' ἐκαλοῖσιν, ὅπως ἐθέλησιν ἐκείσιν. i.

Iuppiter emittitur opes mortalibus ipse,

Sic visum vt fuerit, cuicumque, bonoues,  
maloue.

Dicuntur à Nausicaa, ad Vlyſſem mendica- tem: nec illum ob inopiam habet despe- rari, quæ fortunæ sit imputanda, non homi- ni, si is modo fuerit alioqui cordatus.

*Munus exiguum, sed opportunum.*

**C V M** munus indicamus, precio quidem perpsissimum, sed tamen accipienti pro tem- pore, gratissimū, veluti si quis pauē porri-  
gat

gat de vita periclitanti, citabimus illud ex eodem libro :

Δόρις δ' ὄλιγα τε φίλατε. id est, Exiguum munus, gratum tamen. Idem carmen extat in §.

*Suo quisque studio gaudet.*

Qui dicit aliis studiis alios teneri, & unquamque suo victitare quaestu, profereat illud ex eodem lib.

Ὅς γὰρ φαίνοσσι μέλι ἰός ἢ δὲ φαρί τετρα, ΑΛΛ' ἴσοι καὶ ἔριμα' ἑστῶν, καὶ νῆς εἴσαι. i.

Nam Phacibus haud cordi iacula, atque pharetra,

Sed remi, tabulisque ratis compactilis equis.

Adhuc illi: Tractant fabrilta fabri. Pindatus in Pythiis hymno decimo, καὶ γὰρ ἔτερον ἔτερον ἔρωσ' ἐκίσε φρένας, i. Aliis aliarum rerum amor pupugit mentem.

*Dimittere sese ad aliorum mediocritatem.*

Val quis moderatur data opera vires suas, ad aliorum mediocritatem. Veluti si quis praceptor tradat auditoribus, non quantum ipse docere possit, sed quantum illi capere possint, conueniet illud ex eodem lib. de Nausicaa sic habenis moderatè cursum muliarum, ut pedissequae, & Vlysses pedibus consequi possent:

Ἦ δὲ μάλ' ἀνόχθων ὅπως αὐ' ἐποίητο πεζοί, Ἀμφίπολοι' ὀδυσσεύς τε, τόω δ' ἐπιβῆλλον. id est, ἰμαδ' ἄνν.

Hæc ita lora regens, pedes ut comes iret Vlysses

Tum comitum quoque turba, modo, rationeque certa Instigat scutica.

*Mibi curæ erit hoc inegotium.*

Cum admonebimus quempiam, ut omne negotium in nos reiciat ipse securus, nobis rem curæ futuram, conueniet illud ex Odyssææ H.

Ἄλλ' ἰδί σιγῇ, τόισιν, ἐγὼ δ' ὀδὸν ἤγεμονόσω. id est,

Quin tacitus procede, viz huius ego fuerodux.

*Aliud cura.*

Cum negabis esse causam, cur aliquis aut dubitet, aut sollicitus sit exempto scrupulo, accommodabitur illud ex eodem lib.

Ἄλλοι δ' ἄλλοι τοί μελέτω φρεσίν. id est,

Alcinoo cures aliud.

Itè Terent. Atqui iam repperi, aliud cura

*Molestus interpellator ventis.*

Ventis improbus interpellator, non sine unquam quempiam obliuisci sui. Id ad ægestatem torqueri poterit, quæ mortales ad omnia tum facienda, tum ferenda solet compellere. Sicutem Vlysses in eod. lib.

Ὅν γὰρ τι σπυρῆ ἐπὶ γαστρὶ κωλύτερον ἄλλο

Ἐπλετοῦτ' ἐπέλασσε το μύσασσάι ἀνάγκη,

Καὶ μάλα τετραμλίον καὶ ἐπὶ φρεσὶ τάντ' ἔχεν. id est,

Non est improbius res altera ventre molesto,

Quippe vel inuitum meminisse sui iubet, & si

Valde animo crucieris, & angat pectora micror,

*Vulgus suspicax.*

Suspiciosum vulgus, & plerisque malam in pattem interpretatur. Homerus in eodem libro:

Δύσζυλοι γὰρ τ' εἰμὲν ἐπὶ χθονὶ φύλ' ἀνθρώπων. id est,

Quippe homines plerique sumus male suspiciosi.

*Nemo cogendus officij causa.*

Nullys hospes retinendus aduersum animi sententiam, & inuitus. Nemo cogendus, ut cuiusquam vitatur beneficio, si nolit. Ad hanc sententiam accommodabitur illud ex eodem libro:

Εἴν' ἐέλδον τέ μένοις, αἰκόνοτα δ' ἐσ' ἄτις ἐρῆξι. id est,

Si maneat sponte, inuitu nemo retinebit.

Dicitur ad Vlysses ab Alcinoo Phæacum tyranno.

*Malum bono pensatum.*

Quoties natura dotem aliquam egregiam largitur, eandem aliquo vitio pensat: aut cum quis beneficium suum aliquo vitiat maleficio, quadrabit illud ex Odyssææ Θ. de Demodoco musico dictum:

Τὸν ποδοῖ μὲν ἐφίλουσε, δ' ἰδ' δ' ἀγαθόντε κκόντε.

Ὀφθαλμῶν γὰρ ἀμείρεσε, δ' ἰδ' δ' ἠδ' αἶψα ἀνδ' ἴν. id est,

Hunc alios ultra dilexit musa, deditque atque boni, atque mali quiddam, nam iu

mina ademit,

At dedit emulcere suavi pectora cantu.

*Omni certaminis genere.*

**CVM** innuemus omni certaminis genere congressum esse, veluti si quis dicat, in omni disciplina disputatum acriter, cōueniet illud ex eodem libro:

Ρύξτε πάλω μοσώη τέ κ' ἄλλωσιν ἰδὲ πρὸ δ' ἔσθιν. id est,

Et pugnīs, pedibusque, & saltibus, atque palæstra.

Item ubi quis ostendit se nullum detracta re certamen; sed ad quoduis ingenii experimentum paratum esse, conueniet illud ex eodem lib.

Δὲν ἄγε περιβήτω ἐπέμ' ἔχολῶσσι λίην, Ἡ πύξ ἢ εἰ πάλη, ἢ καὶ ποσὶν ἔτι μεγαλω. i. Huc age, quandoquidem grauius mihi concita mens est,

Qui uolet, experiatur, pugnīs siue palæstra, Sine pedum cursum malie, nihil ipse reculo.

*Antiquis debetur ueneratio.*

**CVM** summis & inuictis, vel cum antiquis non est certandum, qui uelut extra aleam hominum positi uidentur, sed his uictro cedendum: ueluti si quis neget sese, cum M. Tullio de eloquentia uelle conficiari, cum mediocribus non recusare, uelut pugnabit quod eodem in loco dicitur ab Ulysse:

Ἀνδράσι δὲ προτέροισιν ἐσιγέ μιν ἄκ' ἐβελίωσα. Οἷο' ἠρακλῆι ἔτ' ἀνρίτω οἱ χαλίην. id est, Cum maioribus haud subeam certamina, uel cum

Herculea uirtute, uel Euryto Oechaliæsi.

*Flagitiorum surpex exitus.*

**CVM** res perperam instituta, male cedit, conueniet illud ex eod. lib.

Οὐκ ἄριτ' ἀκακὰ ἔργα. id est, Haud bene succedunt facta improba.

Dicitur est de Martis adulterio deprehelo.

*Patria sua cuiusque iucundissima.*

**VNICVIQVE** sua patria iucundissima, que cumque contigit. Homerus Odysseæ I.

Ως δὲ γ' γλυκίον ἢς πατρίδος δὲ τῶν ἄλλων Γίγηται. id est,

Ut nihil est patria proprolis uel parentibus uili

Dulcius.

*Fuga uisior.*

**QVI** dicet tutius esse fuga uincere libidine, quam cōtra pugnando, poterit accōmodo dare, qd de Charybde dicitur est Odysseæ M.

Οὐδὲ τις ἐς ἄλκην, φυγίην κέρεισιν ἄριτ' αὐτῆς. id est,

Non est uilla medela, procul fugere optimum ab illa.

*Alia commi tendat, alia celanda.*

Non temere quiduis apud quemuis effutendum, ac nec familiaribus arcana omnia proferenda sunt uerum alia communi care conueniet cum amicis, aut uxoribus, alia celare. Ad hanc sententiam quadrat illud ex Odysseæ Δ.

Ἀλλὰ τὸ μὲν φᾶσαι, τὸ δὲ γ' ἄν κερειμύτιον εἶναι. id est,

Dicendum est aliud, contra est aliud reticendum.

*Fœmina nihil pestilentius.*

**NISI** L fœmina pestilentius, hanc sententiam eodem in libro sic effert Homerus:

Ως γὰρ αἰνοτέρων κ' κώτερον ἄλλο γυναικός. i. Vsq̄ uadeo nihil improbius, muliereque petus.

Frequenter apud antiquos poetas male audit mulierum genus.

*Cum amico non certandum emulacione.*

**CVM** amico & benemerito nō est suscipiendum certamen, ne quid obsecratur amicitie propter emulacionem huiusmodi comitem contentionum. Id inuuit Homerus in Odysseæ Θ. cum Ulysses excipit Laodamantem, quod hospes esset:

- Τίς ἂν φιλόσφι μάχοιτο. id est, - Quis namque benigno cum hospite pugnet?

Locum etiam habuerit, ubi dicemus hostis esse munus cedere iis, apud quos diuersatur, etiam si possit uincere. Nam in ibi ista tim subnectitur huiusmodi sententia:

Ἄφρον γὰρ κείνος γέ κού ἔτι θείος πέλει ἀνίη. Οἷσι θεοδόκω ἐρίσθαι προφέρεται ἀέθλω. i.

Vir siquidē uicors est ille, nec unius assis, Quisquis ad euentum certaminis euocat

illum quem penes hospitio stuitur, rectorque iuuatur.

*Aspera uita, sed salubris.*

**IN** uita rationem, durin sculam quidem, sed tamen ad rectam morum institutionē idoneam, conueniet illud ex Odysseæ I. di. Cum de Ithaca:

Τερχῆ ἀλλ' ἀγαθὴ κερτορέφθ, id est, Aspera, sed iuuenum nutritrix bona.

*Conflyta*

*Consilij simul & facti valens.*

IN hominem consilio pariter ac viribus excellentem, conueniet illud Odyssæ 3.

Οἷος ἐκαίη ἐν βραδυμυλίῳ ἡδὲ μάχιδαι. i.  
Is cuiusmodi erat seu pugna, consilijoue.

*Abhorrentis, ac desistantis.*

CUM dicemus nos vehementer à vitio quopiam abhorre, illud ex libro eodem vsurpare licebit,

Εχθεῖ γὰρ μοι καίη δμῶ κείσσο πύλασι. i.  
Is mihi iuxta iniuisus, vt attilimina Ditis.  
Idem carmen extat in Iliados I. sub persona Achillis. Hic ab Vlysse dicitur.

*Quod adest, boni consule.*

QUI admonet oportere boni consulere, quidquid à fortuna conceditur, vsurpabit illud ex Odyssæ 3.

Εὖ δὲ δαίμονι ξάνη καὶ τέσπε τοῖσδε,  
Οἷα πάρεσι. θιός ἢ τὸ μὲν δῶσαι, τόδ' ἴασει,  
Ὅτι κινῶ ἔμω ἐβέλει. δαίωται γὰρ ἅπαντα. i.

Hospes sume cibum, & quorum data copias, scum his  
Pacse animum, nã fors dabit hæc, rursus illa negabit

Vt eum que est animo lubitum, valet omnia qui rpe.

HIS verbis Eumæus subuleus Vlysssem inuitat, vt cibos viles & rusticanos qualescun que essent, boni consuleret. Transferretur ad omnem hominis vitam, quoties admonemus, vt quemcun que statum fors dederit, in eo lætè, tranquilleque viuamus.

Apud Athenæum libro 10. refertur hic senarius:

Ἐπὶ τοῖσ παρεῖσι τὸν βίον διαπλακεῖ. id est,  
Quæ przsto sunt, in hisce vitam nestito.  
Isostrates in oratione de pace: εἶργει τοῖσ παρεῖσιν, ait plerisque hominibus esse difficilimum: & hinc est, quod bellum malunt, quàm pacem.

*Officium ne collocaris in inuitum.*

INSTAR iniuriz fuerit, si quis officium collocet in inuitum. In eam sententiam Homerus Odyssæ O.

Γσον τοῖσ κακὸν ἐδ' ὅς τ' ἔκ ἐβέλοντα νέεσσαι  
Ξεῖνον ἐποτρυνῶ, κἢ ὅς ἐσσύμλυν καταρῆκη.  
Χρήσανον παρέοιτα φίλων, ἐβέλοντα δὲ πέμ-  
παν. id est,

Iuxta peccat uterque vel is, cui extruditur hospes

Inuitus, vel qui remoratur abire volentem.

Hospes donec adesse volet, tractare benigne

Conuenit, emittendus vbi discedere q̄ret,

*Bona spes ostensa.*

CUM bona quæpiam spes effulget alicunde, perficiendi quod proposuimus, conueniet illud ex eodem libro:

Ὡς ἀρά κ' ἐπίπτι ἐπίπτατο δεξιῶι δ' ἄρ' ἰσ.  
Sic fato felix à dextris aduolat ales.

*Arrogantia non ferenda.*

IN eos, qui in toleranda sunt arrogantia, non inscite torquetur illud ex eodem libro ab Eumæo dictum in procos:

Τὸν ὕβρις τε βίητι σιδήρειον ἔραον ἦκε. i.  
Horum visque animusque, serox, contingit olympum.

Idem in P. dicitur ab Vlysse ad Eumæum.

*Domus optima.*

INFELICISSIMUM incertis vagari sedibus, quemadmodum faciunt semper ἀνέστοι, peregræque viuentes. Huic ad stipulatur eodem libro:

Ἐλαγκτοσώμης δ' ἔκ' ἔστι καπώτερον ἄλλο βρετοῖσιν. id est,

Nil miserabilius, quàm incerta sedevagari.

Trasferri poterit ad eos, qui circumaguntur quibuslibet opinionibus, aut qui subinde mutant amicos, aut institutum vitæ.

*Non omnibus contingit.*

NON cuius sit potestas cum regibus colloquendi: aut non omnibus contingit diuinarum litterarum penetrare mysteria. Ad hunc sensum non inuenustè defleceat illud ex Odyssæ P.

Ὅν γὰρ πῶ παντέσσι θεοὶ φαίνονται ἐπαργῆς. i.  
Haud cuius manifesta videntur numina diuum.

*Auſtoritas diuinitus.*

DIVINITUS contingit, vt idè homo nunc magnifiat, nunc despiciatur. Ad id facit illud ex eodem lib.

Ραῖδιον δὲ θεοῖσι τοῖσ ἔραον δνρωῖ ἔχρασι,  
Ἠ' μὲν κούσιναι ἐκτὸν βροπῶν, ἢ δὲ κακώσαι. i.  
Est procliuè deis, amplius quos claudit Olympus,

Reddere vel despectum hominem, aut adiungere honorem.

Y y 2 Tollenda

*Tollenda mali occasio.*

**QVI** suadebit, vt mali submoueat<sup>r</sup> occasio, non absurde citabit illud ex eodem lib.

- *Αὐτὸς γὰρ ἐφέλκεται ἀπὸ τοῦ σίδερος.* id est,  
- Quippe viros ferrum illicit ipsum.

Ita diuitiæ prolucunt ad luxum, consuetudo puellarum ad amorem.

*Vbi cognitum est quod eras occulsum.*

**VBI** res, quæ magno studio celebratur, fuerit aliquo pacto deprehensa, quadrabit illud ex eodem libro:

- *Ἡ τῆς σφῆτὸς ἔπι βίῳ, ἢ ἔτιδ' ὄν' αὐτὸι. i.*

Siue illis de hoc aliq̄s deprodidit index, Siue ipse videre.

*Abstinenda vis à regibus.*

**QVI** dicet haud temere manum immittendam in reges, potentes, aut viros deo dicatos, adducet illud ex eodem libro:

- *Δεινὸν δὲ γένος βασιλῆιον ἐστὶν κτείνειν.* id est,

- Res dira, ac plena periculi est, Regale occidisse genus.

*Domesticum dissidium.*

**AD** detestandum dissidium domesticam, & mutuum contubernium inter ipsos discordiam, insidiasque, conueniet illud ex eodem libro:

- *Οὐκ ὄσκη κακὸν ἔπτεν ἀλλήλοισιν.* id est,  
Impia res moliri inter sese mala.

*Qui eget, in turba versetur.*

**ETIAM** hodiernis temporibus vulgo iactatur fabula de cæco mendico, qui iubebat ministris, vt eo se duceret, vbi maxima esset hominum procella, addens sententiam populari ioco celebrem: Ibi questum esse, vbi sit hominum frequentia. Homerus item Odysseæ.

- *Ἐπὶ τῶν βέλτερον ἐστὶ κατὰ πρόσω, ἢ ἐκεῖ ἄγερος*

*Δαῖτα πτωχῶν.* id est,

Mendicæ præstat populosa per oppida cenam

Mendicare suam, quàm ruri.

*Officium humilium.*

**CUM** quis reculat munus tanquam humilium, parumque sese dignum, applicabit illud ex eodem Odysseæ.

- *Ὅν γὰρ ἐπὶ σταβμοῖσι μένει ἔτι πηλίκος ἡμῖ. i.*

Nam vt maneam in stabulis iam nō mea postulat etas.

Verba sunt Vlyssis ad subulcum.

*Vitanda potentium offensæ.*

**QVI** dicet formidandæ diuitum & principum offensas, propterea quod quantumlibet leuiter offensi, grauiter indignantur, & vt ait Plautus, Plumbeas iras gerunt, accommodabit illud ex eodem lib.

- *Χαλιπαρὸν δὲ τ' ἀνάκτων εἰσὶν θυμὸν καὶ.* id est,  
Sunt formidandæ regum, offensæque minimeque.

*Princeps indiligens.*

**INDILIGENS** pædagogus corrumpit puerum, malus præceptor vitiat discipulum, rex improbus populum item corrumpit. Ad hanc sententiam facit illud ex eodem libro:

- *Αὐτὰρ μῦθα κακοῦ φείσασθαι νομῆες,* id est,  
At corrumpit oues pastor malus.

Dicuntur ab Eumæo subulco ad caprariū:

*De alieno liberalis.*

**DE** alieno facile largimur, de nostris non item. Hanc sententiam protulit Antinoüs in eodem libro:

- *Ἐπεὶ ἔστις ἐπίχριστος, ἔδ' ἐλευτὸς Ἀλλοτρίων χάρισσοῦμαι.* id est,

- Nam res largiti alienas

Haud res vlla vetat, neque enim piger. Seneca epistolarum libro. 2. epistola 16. Non est quod mireris animum meum, adhuc de alieno liberalis sum. Ita Mitio in Adelphis, Aeschino dicenti: Fac, promissi ego illis. Respondet: Promissisti autem? De telargitor puer.

*Pauper, sed ingeniosus.*

**IN** hominem tenui cultu, sed egregio tam corpore, quadrabit illud ex Odysseæ.

- *Ὅϊν ἐν ἄρκιων ἂν γέρον ἰπυγώϊδα φάσαι. i.*  
Quos profert senior panis è vilibus armos.

Dictum est de Vlyssæ certaturo cum Iro. Lucianus in Hercule Gallico, torquet ad senem ingenio, facundiaque præcellentē.

*Insantia comes inuidia.*

**QVI** monebit, ne quis insolentius iacet vel fortunæ munera, vel naturæ dotes, ne, quādo Nemesis exaudiat, auferatque, non intempestiuiter vsurpabit illud ex eod. lib.

- *Ἄλλ' ὄγε ἰσηθ' ὄρα βίῳ ἔχοι ἔτι δίδοισι. i.*  
Possideat tacitus, si qua adsunt munera diuum.

*Versotenus amicus.*

**IN** cum, qui simulat oratione beneuolentiæ, ceterum

ceterum longe diuersa patans in animo, quadrabit illud ex eodem libro:

Θελοι δὲ ἐυκλον  
Μελιχίους ἐπέισσι, νόσος δ' ἐστὶ ἀλλὰ μλιθινκ. i.  
Animum przymollibus isti

Lenibat dictis, at mens diuersa parabat.

*Nihil recusandum quod donatur.*

**S**i quando dices nullum esse recusandum munus, quodcumq; offertur, aut adripiendum esse, quoties obtigerit alicuius occasio commoditatis, conueniet illud ex eod. lib.

Οὐ γὰρ καλὸν ἀνυπαδου δόσει ἐστίν. id est,  
Donum recitare haudquam decet.

*Nouit mala et bona.*

**I**n eum, qui per gratiam vsuq; rerum, iam delectum habere potest fugiendorum atque experendorum, congruet illud ex eodem libro:

Δὴ γὰρ ποίκα καὶ οὐδ' ἕκαστα  
Ἐδάκτε καὶ τὰ χεῖρα. id est,

Insudum siquidem, nouiq; & sentio cuncta

Quae bona, quaeque mala.

Hac figura vel hodie nihil vulgatius.

*Neque enim ignari sumus.*

**V**bi quis ad tolerantiam praesentium incommodorum, animat se praeteritorum malorum recordatione, non infestiuiter usurpabit illud ex eod. lib.

Ἐλάττει δὴ κατ' ἴν καὶ κατ' ἴρον ἄλλο πόντ' ἔτλης. id est,

Obdures anime, & quondam grauiora tulisti

Id emulans Vergil. ait:

Opassi grauiora, dabit deus his quoque finem.

Durate, & vosmet rebus seruate secundis:

Consimiliter Horatius in Odis:  
O' sortes, maioraque passi

Mecum saepe viti.

*Danda venio lapsa.*

**Q**ui dicet aliquando dandam veniam, si quid erratum sit per incuriam, neque enim hominis esse, vt semper exactam praeter diligentiam, usurpauit illud ex Odyssae r.

Ἄλλ' ἔγωγ' ἴως ἐστίν ἀνπίστ' ἐμυλίω αἰέν' Ἀερώποισ. id est,

Haud quaquam fieri potis est, vt peruigil vique

Mortalis duret.

*Non quidnis continget quod optaris.*

**Q**ui negabit omnia contingere homini que

sperarit, animoq; conceperit, accommodabit illud ex eodem lib.

Ἡ τὸ μλι δὲ ερωτ' ἀμικχατοὶ, ἀκροτ' ἀμυδοὶ  
Γίγιοιτ' ἔδδ' τ' πάντα τελέται ἀερώποισ. id est,

Friuola scilicet existunt, & inania quaedam somnia, nec quodcumq; vides, sic cecinit omne.

Atque hoc in loco subiungit pulcherrimum illud de duabus somniorum portis figmentum, quod in sexto Vergilius recitat.

*Gaudium dolori iunctum.*

**C**um pariter accidit, quod & gaudemus, & doleamus, quod genus, si cui parentes opulenti vita decesserint, partim ex cruciatu morte suorum, partim gaudet hereditatis obuentu, atque accessione libertatis, conueniet illud ex eodem libro:

Ἦν δ' ἄμα χέμα καὶ ἄλλ' ἔλεφ' ἔρετα. id est,  
Lætitia huic mortisq; simul praecordia cepit.

*Mala senium accelerant.*

**Q**ui dicet senectam non esse metiendam annis, propterea quod ii, qui se multis laboribus, curisq; discruciant, ante diem consenscunt, usurpauit illud ex eod. lib.

Ἀψα γὰρ ἐν κακότητι βροτοὶ καταγνοσκησι. id est,

Quippe repente homines curisq; malisque senescunt.

*Vita mortalium breuis.*

**Q**ui monebit dandam operam, vt apud posteros honestae vitae memoriam relinquamus, que perpetuo viuat, nam hanc vitam angustis circumscriptam esse terminis, accommodabit illud ex eod. lib.

Ἀτ' ερωπι δὲ μινωθέσθισι τελέτ' ἔσσι. id est,  
Ast hominis breuib; spatiis constringitur zuum.

*Verisimiliter mensiens.*

**I**n eum, qui fallum perinde quasi verum sit, narret, quadrabit illud ex eodem libro:  
Ἴσκι δ' ὄδ' ἔκα πολλὰ λέγων ἐνυμοισιν ὄμοικ. i.  
Plurima narrabat figmenta simillima veris.

Dictum de Vlysse. Notatur & apud Platonem, quod Homerus Vlysem induxerit mendacem, Achillem contra veracem.

*Sibi malum reperis.*

**I**n eum, qui suolzdatur inuenio, quadrabit illud ex Odyssae φ.

Οἷ τ' ἀντὶ πρῶτω κακὸν δὴρετο οἶνο βρέειν . i .  
Qui sibi perniciem , vel primum reperit  
ipse

Vino victus

Dicitur est de Euritione , qui primus inue-  
nit usum vini , peremptus à Lapithis .

*Qui continet arcantum .*

IN eum , qui celat arcantum sibi cōmissum ,  
neque cuiquam effutit , quadrabit illud in  
Odissæ φ .

- Τῆ δ' ἄπειρ' ἔπιτο μύθῳ . id est ,

- Huic pennis dicta carebant .

Hoc est , haud longius auolabant .

*Mortui : non conuiciandum .*

VICTO non insultandum , nec in mortuum  
vltra congerenda conuicia . Huic suffraga-  
tur Homerus in eodem libro :

Οὐκ ὄσιν καταίτοισιν ἐπ' ἀνδράσιν βυχετά-  
κῶσαι . id est ,

Haud fas est super occisis iactare teipsum .

Vlysses ita , de procis extinctis .

*Focus luculentus in ædibus .*

PRIMUM domus ornamentum est , vt luceat  
focus , proinde qui in cedes immigrant , no-  
uas , aut in diuersorium ingrediuntur , an-  
te omnia iubent ignem incendi . Quod ex  
Homeri χ . sumptum videtur , apud quem  
Vlysses :

Ἐνὶ αὐτῷ μοι πρῶτιστον ἐνὶ μεγάροισι γενέσθω . i .  
Nunc ante omnia mi luceat in ædibus  
ignis .

Item illud celebratum :

Αἰθόμενος δὲ πρὸς γεραρῶτερόν οἶκόν ἰδέ-  
σθαι . id est ,

Scilicet accenso domus est ornatioꝝ igni .  
Quo quidem vesiculo videtur impendio  
delectatus Plutarchus , adeo subinde vsur-  
pat , & in varios detorquet vsus : in com-  
mētario De virtute & vitio . refert ad opes ,  
potentiam gloriam , quæ tum sunt iucun-  
diora , si adit animus à molestia liber . Rur-  
sum in libello , quem Amatorium inscri-  
psit , detorquet ad amantis animum longe  
splendidiorem , si calor amoris eum inflam-  
marit .

*Qui iure perierunt .*

IN eos , qui suo merito pereunt , conueniet  
illud ex eodem libro .

Τῆσδ' ἐὶ μοῖρ' ἰδέμασσι βίων , καὶ χέτλια  
ἔργα . id est ,

Hos fatum & malefacta , neci exitioque  
dederunt .

Dicitur de procis :

*Senum prudentia .*

DE senibus quidem , attamen ob rerum pe-  
ricitiam nō in idoneis ad negotium aliquod  
conficiendum , apte dicitur illud ex eodem  
libro :

Καὶ πολλοὶ πέρ' ἴδντες ἀναγκῶν πολέμια . i .  
Actas cana quidem , sed non in idonea  
bello .

*Imperator bonus , & idem robustus miles .*

REFERT Plutarchus in commentario de  
fortuna Alexandri , si modo is liber illius  
est , cum in conuiuio propositum esset , qui  
nā inter versus Homericos maxime pro-  
bandus videretur , aliis alios preferētibz ,  
Alexander huic carmini palmam tribuit ,  
quod extat Iliados γ .

Ἀμφότερον , βασιλεύει τ' ἀγαθὸς , κρατίζει τ'  
αἰχμητής . id est ,

Dux bonus , ac miles præpollens viribus  
idem .

Nam hoc & Agamemnonis laudē expres-  
sit , & Alexandri virtutem est vaticinatus .  
Quamquam nostra quidem sententia , non  
magnum habet momentum in principe  
corporis robur , plurimum autem consi-  
lium & prudentia . Proinde grauiter Ti-  
motheus , cum rhetores Charetem quen-  
dam efferrent laudibus , iuuenem corpo-  
ris viribus insignem , censentēque eiusmo-  
di belli ducem Atheniensibus esse querē-  
ndum , Haudquaquam , inquit . Nam istius-  
modi quidem optarim , qui culcitras &  
stragulas sit exercitui deportaturus : at du-  
cem velim , qui à fronte pariter , atque à ter-  
go sit oculatus , & quem à pendendo quid  
veile factu sit , nulla impediatur animi per-  
turbatio .

*Capram caelestem orientem conspexerunt .*

Αἶγα πτῷ θρανίον ἐπιέλλασσαν ἰδίασαντο . i .  
Capram caelestem ex orientem aspexerunt .  
Hoc dici solitum in eos , quibus omnia fe-  
liciter , eaque animi sententia succederent :  
propterea quod antiquitus opinione vulgi  
comprobaturum est , qui capram illam Iouis  
altricem , & ob id in syderum relatum nu-  
merum conspexissent quidquid votis con-  
ciperent , eius compotes futuros . *Qua de*  
sc

relatius dictum est in adagio *ἀμολβείας κέρας*. Hoc autem extat in Plutarchi collectaneis. Idem in libello de poetis audiendis: *διδάμιαν πολυαγρόν ἔρασιον αἶμα πλαστοφόρον ἡέρι φων*. id est, Felix multorum agrorum possessor, celestem capram opum largitricem alens. Quamquam apud Athenarum lib. 9. Antiphanes, opinamur, commemorat capram celestem inter animantia apta mensis: *ἡέρι γοῦ ὑλιβάτας, αἶε ἔρασιον, κείος τομίαις*. id est, Hircus syluester, capra caelestis, aries castratus.

*Capra ad festum.*

*Αἶε εἰς τὴν ἱορτήν*, id est, Capra ad festum. Dicitur solum, ubi quis in tempore ad negotiū aliquod accederet. Aut ubi quis commode in suam perniciem offert sese. Nam in festis maxime Bacchi, capram immolabāt. Refertur in iisdem commentariolis.

*Mox sciemus melius vate.*

*Τὰ ἐισομέα μάντεω ὑπέστρεον*. id est, Mox melius ipso vate rem cognorimus. Ad eum modum dicebat, qui rem nō coniecturis diuinabant, sed experimento deprehendere tentarent. Nihil enim experimēto certius. In iisdem extat Plutarchi collectaneis. Sumptum autem ex Sophoclis *Antigona*. At Titus Livius belli Punici secundi, libro secundo, euentum appellat stultorum magistrum.

*Tinctura Cyzicena.*

*Βάμμα κυζικινόν*, id est, Tinctura Cyzicena. Dedecus non eluendum appellabatur apud Atticos. Dicebaturque in eos, qui metu quidpiam indecore facerent. Nam Cyziceni duobus nominibus notati sunt, timiditatis, & molliciei. Recensetur in iisdem collectaneis. Meminit & Hesychius, addens Cyzicenos ob molliciem notatos, quod Iones essent. Eadem ferē Aristophanis interpretis. Stephanus addit eos fuisse graues Tyrhonorum praedationibus. Extat apud Aristophanem in *Pace*:

*Ἄνδρες δὲ μὴ χεῖδ' ἔχοντα τὴν φοινικίδα, Τυπικῶν αὐτὸς βίβαπται βάμμα κυζικινόν.*  
id est,

Sicubi pugnare oportet, atque ferre palmulam,  
Ipsum eum tinctura tingit mox ibi Cyzicena.

Solent autem tincturae insignes à locis habere cognomen. Nec enim vbiuis quilibet color tingitur feliciter. Simili modo dictum est *εμβάμμα σαρκακόσιον, & βάμμα σαρκωτικόν*. Id parcemia detorsit ad mores hominum. Est enim estimatio rumoris; consequens hominum vitam, velut tinctura quaedam. Vnde carbone notari dicitur qui damnantur. Et notum est illud Ennianum apud A. Gellium, *Quae tincta malis, aut quae bona dicto*. Aristophanis interpres indicat Lacedaemonios puniceis tunicis vti solitos, ne ab hoste sentirentur vulnerati, ob coloris similitudinem. At ignaui mollesque pallescunt. Addeimus quod est apud Herodotum libro 4. Cum Aethiopum rex conspexisset à Rege Persarum missam vestem purpuream, rogauit tincturae rationem. Eam cū ab Ichthyophagis didicisset: *δολερὸς μὲν ἀνθρώπων ἐφ' εἶναι, δολερὰ δὲ αὐτῶν τὰ ἱμάτια*. i. Nō solum ait homines esse sudolos, sed & vestes illorum esse dolosas.

*Servabis bouem.*

*Βυκολήσας*, i. Bubulcus eris. Hoc velut enigmata significabant exilium. Siquidem qui per ostracismum eiciēbātur, in Argiuam exulatum ibant. Ac illic bos erat zeus insigni magnitudine. Refertur in Plutarchi collectaneis. Hesychius testatur extitisse in Phlasmate Menandri.

*Embarus sum.*

*Εμβαρὸς εἰμι*, i. Embarus sum. Dicitur est olim de insano, delirioque. Refertur autem adagionem ad huiusmodi fabulam: Olim Pitaeus insula fuit, id quod ipsum est vocabulū adhuc indicat, *περὶν* enim trāsmittere est: in ea, cum Nunychus principatum obtineret, templum instituit Dianae, cui cognomē additum Munychiz. Dein cum versus Dianae sacer quidam ibi repertus, & ab Atheniensibus interfectus esset, fames ingruit: itum est ad oraculum, quāsitumque malo remedium. Respondit deus, ita demum finem mali futurum, si quis filiam immolasset numini. Vnus autē repertus est Embarus, vsque adeo demens, qui polliceretur se filiam immolaturum, ea lege, vt sacerdotium in posteros suos traduceretur. Itaque puellam solempni ritu ornatam sacrificauit. Fit & huius mentio in Plutarchi collectaneis.



## Colophonium suffragium.

Κολοφώνια ψήφος, id est, Colophanium suffragium. Vsurpatur in epistola quapiam Platonis ad Dionysium. Adagium est verbis magis, quàm re diuersum ab illo, quod in secunda retulimus Chiliade: τὴν κολοφῶνα ἠπέθεικεν, id est, Colophonem addidit. Adagionis originem explicant in hunc modum: Cum olim Colophonii domesticis seditionibus tumultuarentur inter sese, euenit, vt aliquot ex illis mutatis sedibus, ad Smyrnæos demigrarent. Dein accidit, vt cum bellum gererent Smyrnæi, ac sæpenumero victi discessissent, tandè adhibitis Colophonis, quos in ciuitate receperant, extiterint superiores. Vnde institutum est, vt quemadmodum Smyrnæi non vicerant in bello, nisi Colophoniorum accessione, ita nec in suffragiis vincerent, nisi illorum calculum adiungerent. Proinde cum Ionii duodecim ciuitatibus imperarent, quarum vna Smyrna in publicis consiliis, siquando Smyrnen sium æquales fuissent calculi, pars ea vincebat, cui subscripsissent Colophonii illi, quorum opera vicerant in prælio. Nec abhorret ab his, quæ refert Iabenus scriptor Græcus. Duodecim Ionix ciuitates conuenire solitas: id concilium Panionium dicebatur: in quo si forte calculis hinc atque hinc partibus nihil decerni poterat, accessebantur Colophonii, qui victoriam adferbant vtrique parti fuissent suffragati. Itaque prouerbiū quadrabit, cum significabimus iudicium, aut suffragium alicuius plurimum in re quapiam valere. Huius adagii nobis facta est mentio.

*Mihi ista cura futura sunt, &c.*

Ἐμοὶ μάλιστα τὰντα καὶ λυσιπλόκοις. id est, Curæ ista mihi erunt, ac puellis candidis. Senarius ex oraculo ductus in popularem sermonem. Cum Brénus Gallicis copiis intruderet in Delphos, Delphi consuluerunt oraculum, quid opus esset, facto. Responsum est, hoc, quod modo retulimus carmine. Paulo post visus A pollo cum duabus puellis, Pallade ac Diana. Nam & his sana sunt apud Delphos, Conuenit vti, siquando significabimus nihil esse periculi, negotium in curæ futurum, ad quos pertinet. Refertur in Plutarchi ebbletaneis. Cicero vertit Græcum carmen De diuinatione primo: Ego providebo rem istam, & abx virgines.

## Festum male as habens.

Ἐστὴν πολλὰν ἔχουσα, id est, Festum multas habens, subaudiendum molestias, aut occupationes, dictum in eos, qui magnas componerent sarcinas, aliquò profecturi. Ventiustius erit, si desectatur ad quosdam, qui nihil agunt, quamuis exiguum, nisi magnò molimine, longa cunctatione, miro apparatu, ita vt sæpenumero tum se, tum reliquos omnes defatiantur apparando, priusquam quidquà incipiant. Natum ab iis, qui festa solent adire. Nam iis mos, multa suppellectilem vna, secum conuehere, vasa, vestes, sacra, panes, atque id genus alia multa, ne quid deesset ad solemnitatem pertinens. Extat in isilem collectaneis.

## Nihil aliæ ciuitates ad Crotonem.

Μάταια τὰλλα πρὸς κροτωνὰ τὰςτα. id est, Sunt reliqua præ Crotone friuola oppida. Theocriti interpres meminit huius prouerbi. Licebit accommodare ad rem, aut hominem vsque adeo præcellentem, vt reliqui cum hoc collati, nihil esse videantur. Natum fortassis est à pugilum Crotoniatum excellentia, quorum erat Milo, de quo dictum est alias, nempe in prouerbio: Croton salubrius.

## Canis panes somnians.

SVNT quibus prouerbiāli figura dictum videat illud apud Theocritum in Piscatoribus. Καὶ γὰρ ἐν ὕπνῳ Πῆσα κνάν ἄετος μοι τὸ βῦται, ἰχθὺς ἀ καὶ ἰών. id est, Siquidem omnis Panes in somnis canis ariolatur, ac ipse Pisceus.

Sensus est, vnicuique; ea per somnum occurrere, quæ in pensis desiderat, quibusque magno opere deditus est. Aristoteles non solum homini, verum etiam ceteris animantibus somnia tribuit, etiam si id in canibus evidentissimum: quippe quos audimus sæpenumero dormientes venationem somniare, quæ res haud difficile deprehenditur ex ratione latratus, quæ edunt sopiti. Proinde nobis rectius quadraturum videretur, si pro ἄετος legatur ἀεγῶς, aut ἀεγας; id est, agros, aut venationes. Verum hoc tantum eruditus pensitandum proponimus, super hoc pronunciaturis, vbi codicem emendatorem erunt nacti. Nobis adhuc non contingit. Ex somniis autem qui ariolentur

uentura, ne nostris quidem temporibus defunt, quamquam nō probat Aristoteles.

*Canis.*

Ἀδρες ἄχων, id est, Canis, pro eo quod est, nugaris, ineptis, frustra loqueris. Est autē Atticæ linguae figura, sicuti πῶλες ἄχων, id est, Ludis, huc iocaris. Etenim qui canunt, nō agunt rem seriam, sed tantum, vt aures deliniant voluptate mox peritura.

*Aethiops non albefcit,*

Ἀίθιοψ δ' ἄλβκωιται, id est, Aethiops non canescit. De is dici solitum, qui nunquam mutatur sunt ingenium. Quidquid enim naturam, id hanc facile mutatur. Ferrur Aethiopicus apologus de quodā, qui empto Aethiopi, cum eum colore arbitraretur non natiuum esse, sed domini superioris accidisse neglectū, assidua lotura faciem diuerxavit, ita vt morbum etiam adiungeret, colore nihilo, quān antea fuerat, meliore. Ferrur & epigramma Luciani nomine:

Εἰς τι μάτην ἵπτερες δ' ἑμας ἰσθικὸν ἰχιοτέχνης.

Ὅν δ' ὠλεσται δινοφείρον ἤκτα καβαλίσσαι, ἰ.

Abulis Aethiopem frustra quin desinis

artem?

Haud vniquam efficies, nox sit vt atra, dies.

*Annas clibanum.*

Ἄννας κείβανον, id est, Annas clibanum, subaudi reperit. Haud nos fugit, hoc alio loco relatum à nobis, verum quoniam toties alia nobis occurrit specie in prouerbiorum collectaneis, libuit admonere, trifariam esse scripturam. Alibi legitur, & quidem plerisque in locis, ἀνθρώπος κείβανον, id est, Homo clibanum. Quam equidem lectionem arbitramur esse deprauatam. Nec obscurū, vnde deprauandi occasio, us qui Græcas litteras norunt. Alibi inuenitur, ἄννος, vt vir fuisse videatur. In quibusdam est scriptū, ἄννας, vt mulieris, aut certe barbaricum sit vocabulum. Clibanum autem accipimus, nō hunc vulgatum (quid enim hoc admittendum; aut nouum?) sed testaceum illud, qui incluso pane, ponitur in clibanis vulgaribus, in quibus panis, aut etiam pisces, aut carnes paullatim lento vapore decoquantur.

*Archilocum teris.*

Ἀρχιλοκὸν πατρίς, id est, Archilocum teris,

sen calcas, de maledico dicebatur. πατρίς autem dictum est, vel quod maledicus aliud videretur in euolendis huius poræ carminibus, vel quod huius vestigiis ingreditur. De Archiloco testatur & Horatius.

Archilochum proprio rabies armauit Iambo.

Equidem suspicamus hoc idem esse eum illo, quod alibi posuimus: ἀρχιλοκὸς πατρίς, id est, Archilochi patria, deprauata voce, πατρίς in πατρίς.

*Non inest illi dentale.*

Γύες δ' ἐν εἰν αὐτῶ, id est, Gyes non inest illi. Dicit consuevit de quopiam, ad rem aliquā parum vtili. Sumpta est metaphora ab aratro, cuius pars est γύες. eam nonnulli putant esse, pro Latino dentale vocant. Et quoniam præcipua videtur, si absit, nihil confici potest aratro. In hunc sensum vsurpauit Hesiodus, πείρες δὲ γύες. Ceterum Homerus pro iugere posuit, agrū πειρώδον τέγων appellans, id est, centum iugerum.

*Gigantum arrogantia.*

Γιγάντων ἀπειρία, id est, Gigantum amentia. Dicebatur, vbi quis viribus suis cretus, temere, nulloque consilio res non tentandas moliretur: Tractum à notissima gigantum fabula. Prouerbiū admonet, inauipicato cedere, quæcunque citra consilium, aduersus deos, aduersus pietatem, aduersus ius & equum, per vim instituuntur. Horatius in Odis:

Vis consilii expertus, mole ruit sua,

Vim temperatam dii quoque prouehunt In maius.

Homerus item Iliados ↓. elegatissima sententia demonstrat, in omni negotio nimio plus habere temeritatem, consiliumque quā corporis vires,

Μὴ τι τοὶ δ' εὐτόμος μὲν ἀμείνων ἢ εἰ βίηφι,

Μὴ τι δ' αὐτὲ κυβερνήτης ἐλοδοπι πόντος

Νῆα βόην ἴδουε ἐρεχθόμενι ἀνεμοισι,

Μῆτι δ' ἠνιόχῳ περιγίνεται ἠνιόχοιο. id est,

Consilio sane multo, quā robore præstat, Hirsutam quicumque parat succidere syluam:

Consilio rursum naucler\* in equore nigro Dirigit vndiagam, nauim χαπραυτίβου αυτρίς.

Consilio auriga aurigā vincitq; præitq;. Aristoteles lib. de Rhetoricis secundo citat hunc

hunc versum trochaicum tacito auctoris nomine:

Θατὰ κρή τὸν θατὸν, ἐκ ἀθάνατα τὸν θατὸν φρονεῖν, id est,

Non decet mortalis vt qui est, curet immortalia :

Sed magis mortalis vt qui est, cogitet mortalia .

*Per ignem incedis.*

Ἐν πυρὶ βῆβηκας, id est, Per ignem incedis, i. versaris in periculo negotio. Est apud Astophanem in Lysistrata,

Κὰν μὲ κρή θία τὸ πυρὸς  
Θέλω βᾶδίζεν. id est,

Velim & per ignē incedere, si fuerit opus.

Horatius in Odis :

Periculosa plenum opus aëz

Tractas, & incedis per ignes

Suppositos cineri dolofo.

Tradunt etiam in eum quadrare, cui celeriter absolendum est negotium . Qui per ignem incedit, minus læditur, si suspensis pedibus properet . Confine quod ille dixit apud Senecam Declamator : Per spinas ingredior .

*Fortis in alium fortiozem incidit.*

Ἐδλως ἰὼν ἄλλυ κρή πονος ἀντίτευχυ . id est, Forti alius potior contigit, ac melior.

Dici solitum, vbi quis nimium fretus suis viribus, aliquando nanciscitur, à quo vincatur . Sumpsum putant ab Hyllo Herculis filio, & Euehemo Aegæate . Ita Zenodotus. Suidas huiusmodi verba recenset, tacito auctoris nomine : ἔσι μὲν γὰρ ὅτι καὶ ταυτόματον ἀντίπραξι ταῖς ἐπιβολαῖς τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν . ἔσι δὲ ὅτι πάλιν κατὰ τὴν παροιμίαν,

Ἐδλως ἰὼν ἄλλυ κρή πονος ἀντίτευχυ . id est, Fit nonnunquam, vt iuxta proverbiū, ipsa per se res bonorum virorū conatibus obsistat. Fit rursus interdum :

Forti vt contingat fortior, ac melior .

Sententia potest videri ducta ex Iliados χ. vbi Hector incidit in Achillem :

Γρήδεις μὲν ἰδλως ἔφθυγε, θίακ δὲ μιν μὲν ἀμάνων. id est,

Fugit qui prius acer erat, cui iam acrior instat.

*Insania non omnibus eadem.*

Μανία γ' ἔπασιν ἴμοια. id est,

Haud est eadem vefania cunctis.

Hemistichium heroicum, sicut & illud superius, extat in eisdem collectaneis. Sensus est, nullum esse mortalem, qui non in aliqua re desipiat . Quamquā alius alio modo labore, hic avaritiæ, ille libidinis : hic ambitionis, ille inuidiæ. Quod copiose demonstrat Stoicus Damascippus apud Horatium in Sermonibus . Et in hac hominis calamitate mira ludit varietate natura . Inter hos, qui mente lapsi sunt, alii sibi videntur cornibus taurinis, alii naso prelongo, alii vasa victilia, nonnulli se credunt esse mortuos, alii sibi videntur esse principes, alii doctissimi Philosophi . Arguius ille solus plaudebat in theatro, credens se miras audire tragædos . Athenæus lib. 12. refert de quodam Atheniensi, qui persuasum habebat omnes naues, quæ appellerent in Pireum, esse suas, easque recensebat, dimittebat, ac deducebat, & appellentes tanto gaudio excipiebat, ac si omnium rerum, quas vehebant, esset dominus : si quid perisset, non amplius quærebat : si incolumes pervenissent, gaudebat, multa interim eū voluprate vitam agens, donec frater eius Crito à Sicilia aduectus, tradidit illi medico, cuius opera liberatus est insania . Ceterum ad se reuersus dicere solet, se nunquam vixisse iucundius .

*Hydrus in dolio.*

Ἰδρος ἐν τῷ πέλω, id est, Hydrus in dolio . Proverbum hoc nondum apud vllum veterū auctorum reperimus, neque Græcum, neque Latinum, & haud scimus an de vulgo sumptum sit, neque enim libet credere vtrum eloquentem, & in litteris non postremi nominis ex sese commentum esse . Nam refertur ab Antonio Sabellico in epistola quadam familiari . Addit & fabulam proverbiū parentem, huiusmodi : Rusticus quidam cum sensisset mumi vinum in dolio conditum, admiratus quid esset rei, circumspicere cœpit, num qua rima extillaret liquor : vbi nihil eiusmodi compersisset, pergit vici nos in suspicionem apud sese vocare, ne sese absente vas relinerent, vinumq; poritarent . Obsignat itaque diligenter dolium ad opus exiturus . At reuersus signis illæsis, viniū nihilominus imminui videt . Tum vero fortunam agricolarum deplorare, quibus non in vite solum, verum etiam in doliis calamitas præsto esset . Ad extremū exhausto

hausto dolio hydrus in imo repertus est vini potor. Ea res in vulgi iocum abiit. Admonet Plin. lib. 10. c. 72. serpentes quamquam exiguo indigant potu, tamen vinū, cum est occasio, præcipue appetere. Iuuenalis de muliere vinosā Satyra sexta:

- Tamquam alta in dolia longus  
Deciderit serpens, bibit & vomit.  
Adagium ipsum haudquaquam inegās, nec aspernandum. Quod si quem nihil mouet recēs auctor, licebit vsurpare, cum quis occultā calamitate premitur, causā atque auctore nō extante. Aut cum diuturni mali tandem auctor deprehenditur. Porro serpente, quem Græci vocant hydron, Latini natricem vocant, quod in aquis degat. Ex vlcere huius morſu facto defluit copiosus humor aquosus, & graue olēs. Ita Dioscorides lib. 6. Plin. lib. 6. ca. 23. tradit apud insulas quasdam ante Persidem, hydros marinos vicenū cubitorū terruisse classem.

*E' Massilia venisti.*

Ἐμασσαλίας ἦκας, i. E' Massilia venisti. Suidas ait dici solitum de iis, qui cultu patris viris decoro vterentur. Quod Massiliensibus luxu perditū, muliebrem serme in modum ornarentur, comis vnguento delibutis, capillisque religatis. Huic assine quod refert Athenæus Dipnosophistarum libro 12. *παλῦτακας εἰς μασσαλίαν*, cuius nos alibi mentionem fecimus in prouerbio: Natiues Massiliam, & quid super hoc sentiremus, explicuimus.

*Tibicines mente capiti.*

ΑΘΗΝΑΕΥΣ lib. Dipnosophistarū 8. pro uerbio iactatum scribit apud prisicos, tibicinibus nihil esse mentis: *λόγος γὰρ παλαιός ὡς ὄτι.*

Ἄσ' εἰ μὴ ἀυλητῆρ βραϊνόων ἐκ ἐπέσιων,  
Ἄλλ' ἄμα τῷ φουσάν κ' ὡ νόος ἐκπέταται. i.  
Dietum enim est peruectustum, quod  
Dii tibicinibus nunquam mentem inseruere.

Sed simul ac statim, auolat illico mens.  
De hoc hominū genere plura diximus in pro uerbio: Tibicinis vitam uiuis.

*Dulce bellum inexpertis.*

Et elegans cum primis, & multorum litteris celebratum adagium est: *γλυκὺς ἀπειρῶ πόνερος*, i. Dulce bellum in experto. Id ita

reddit Vegetius libro de re militari 3. cap. 14. Nec confidas satis, si tyro prelium cupit, inexpertis enim dulcis est pugna. Citatur ex Pindaro: *γλυκὺ δὲ πόλεμος ἀπειροσιν, ἐμπείρων δὲ τὸς ταρβῆ προσιόνταν κερδία πιστῶς*. i. Dulce bellum inexpertis, ast expertus quispiam horret, si accesserit cordi supra modum. Sunt quædam in rebus mortalium, quæ quantum habeant discriminis ac malorum, non intelligas, nisi factō periculo.

Dulcis inexpertis cultura potētis amici, Expertus metuit.

Bella res & splendida videtur, inter aulicos obambulare proceres in regis versari negotiis, at senes, quibus vsu penitus cognita res est, ab ea felicitate libenter abstinent. Suaue videtur, amare puellas, sed iis, qui nondum senserunt, quantum amori insit amari. Ad eisdem item modum accommodari poterit, ad quoduis negotiū multo cum periculo, multisque coniunctum malis, quod nemo velit capessere, nisi iuuenis, & rerum imperitus. Si quidem Aristoteles in rhetoricis hanc adfert causam, cur iuuentas sit audacior, contra senectū timidiore, quā illis imperitia rerum confidentiam pariat, his multorum experientia malorum timiditatem & cunctationem. Quod si quidquam est in rebus mortalium quod cunctanter aggredi conueniat, certe bellum est.

*Argiuos fures.*

Ἀργείους δὲ εἶ, id est, Argiuos vides, id est, stupentibus & attonitis oculis. Sumptum opinamur ab Oreste, furiis agitato. Helychius non nihil lucis aperit, admonēs eos, qui inter helotes essent alicuius auctoritatis, ac splendidi, solitos appellari Argiuos, sunt enim helotes in Peloponneso, & Peloponnesi primaria ciuitas est Argos. Ambitionis igitur erat, quod Argiui quam helotes appellari maluerint. Nō ignoramus, apud Lacedæmonios helotas vocari seruos, quod ex gente subacta seruos sibi constituerint. Et fortassis ex his quibus hæri magis fidebant, Argiui dici maluerunt, quā helotes. Similem affectum & hodie deprehendas in quibusdam, qui nati in obscurossimo pago, præclare cuiuspiam vrbs cognomen adsciscunt. Aristophanes in Pluto *μακρόν βλέπων* dixit eodem sensu. Refertur à Suida pro uerbii nomine.

*Argiui*

*Argini fures.*

*Ἀργεῖνι φῶρες*, id est, Argini fures. De Palā improbis. Nam Argini furacitatis infamia laborabāt antiquitus. Exat & hoc apud Suidam. Videtur autem adlusum ad vocem ipsam. Argos enim Græcis significat ignavum & otiosum. Tales vero solent alii furis. Latini vulgo, hēto, sicuti videtur, per iocum vocabulo Lauerniones appellant, homines furaces: quod fures sub tutela Lauernæ deæ essent: in cuius luco obscuro atque abdito. Soliti sunt furto sublata prædantiq̄ defodere. Auctor Festus.

*Mars rex.*

*Ἀρεὺς τυράννης*. id est, Mars rex. Suidas interpretatur congruere in principem, qui vi, non legibus Rēpublicam tractat. Zenodorus ortum putat à Timotheo Atheniensis Imperatore, qui multa felicissime gessit aduersus Persas & Asianos, & sub cuius ductu florebat Attica. Vnde dictum est Mars rex. Hesychius prouerbiū recenset tantum. Indicat Suidas aliquando Græcis ἄρεϊ dici ferrum ipsum. Itaq; potest hic esse sensus prouerbii: ferrum rex, quoties res vi geritur.

*Attagen.*

*Ἀτταγῆς*. Suidas indicat hoc cognominis, prouerbiali ioco dici solere in seruos stigmatice: quod hæc avis plumas habeat, variis colorum notis distinctas Aristopha. in Auib.

- *Εἰ δὲ τυγχάνει τις ὑμῶν δραπετὺς ἐπιγμένῳ*,  
- *Ἀτταγῆς ἔστ᾽ παρ᾽ ἡμῖν ποσὶλος κικλήσεται*.  
Siquis è vobis erit fugitiuus atq; ultus notis.

- Attagen is sane apud nos varius appellabitur.

Quamobrem eam auem ibidem appellat *πτεροποιῶν*. Ad eundem modum *ταῦρος*, id est pauones appellant Græci nitidius cultos, & versicoloribus amictos. Ceterum de Attagena plura dicemus in prouerbio: Attagenis nouilunium.

*Tenedius homo.*

*Τενεῖδιος αἰθρῶπος*, id est, Tenedius homo, Plutarchus in adagionum collectaneis, ait dici solitum de homine retrico, formidabilique aspectu. Originem, sicuti plerumque alias, variè tradunt. Suidas ait regem quempiam Tenedi fuisse, cui nomen Tenes, qui legem tulit, atque induxerit mortem, vt

à tergo iudicis: adstaret quispiam securim tenens, videlicet in hoc paratus, vt qui perperam quid iudicio dixisset, opinamur mēdaciū, aut falsum testimonium, eū protinus securi feriret. Hoc interpretamentum seime conuenit cum eo, quod ante comme morauim⁹ in adagio: Tenedia securis. Alii tradunt in hunc modum, haud tamen cum his pugnantia. Cygnus Neptuni filius. pater Hemithez & Tenez, noueram liberis suis induxerit. Euenit autē vt Tenes apud patrem in simularetur à nouerca, quod se de stupro interpellasset: id cum ille verum esse crederet, iuuenem in capsam inclussit, vnaq̄ue Hemitheam sororem, quod fratrem fati comes esse desideraret, simulq̄ue in mare precipitauit. Id scripinum delatum est Leucophrynem, cui postea Tenedo commutatum vocabulum, videlicet à Tene, Cygni filio. Qui progressu temporis nactus impertum eius loci, quod modo diximus exemplum induxit, vt in tribunalibus adfisteret, qui securim in caput accusantis vibratam sustineret. Quod si quis fuisset calumniz conuictus, eum protinus viuum securi dissecaret. Id spectaculi quoniam formidabile videbatur, in prouerbio abiit: vt Tenedius homo diceretur, qui minaci truciq̄ue esset aspectu. Pausanias in Phocicis variat nonnihil in narratione, qua de re nobis dictum est alio loco in prouerbio: Tenedia securis. M. Tullius lib. 2. epist. ad Q. fratrem. Tenediorum igitur libertas Tenedia securi præcia est, cum eos præter me & Bibulum, & Calidicon & Fauonium nemo defenderit. Sentit libertatem rigide, & in totum negatam.

*Tenedius patronus.*

*Τενεῖδιος σωμῆγορος*, id est, Tenedius aduocatus. Eodem è fonte profectum est & hoc dici solitum de eo, qui compendio causam expedit, litisq̄ue nodum ocus dissecat. Dictum à Tenedia securi, de qua prius dictū est, Suidas ait apud Tenedios duas secures suspensas ostendi. Aristoteles apud eundē, illud addit, præterea, quæ recensimus, in Afferina, is est locus quispiam in Tenedo, siuuiolum esse, in quo cancrorum testis, nauigiorum vtantur vice. Eas ita dissecant, vt securis speciem præ se ferant. Prouerbii mōminit & Stephanus in locorum catalogo, addens dici solitum de aduocato rigido & roq̄ue;

duroſque: quod illic non eſſet tutum quid-uis garrere in iudicio .

Εγκώτις ἡμέρα.

Εγκώτις ἡμέρα. Plutarchus in collectaneis, ſi modo verax eſt titulus, tradit hoc dici ſolium de his, qui conuiuium agunt, aut exhibent. Idq; hinc manaſſe, quod olim apud Cæos mos fuerit, vt qui magistratum inirent, epulum exhiberent populo . Quod ſi quando plutes fuiſſent magiſtratus, dies inter ſeſe diſtribuebant. Itaque eum ſibi occurrerent, rogabant τις ἡμέρα, id eſt, Quis dies? Ea vox in vulgi iocum ceſſit. Videtur autem vox ἑγκώτις, data opera ridicule cōſtata ex his verbis, ἐν κείῳ τις, id eſt, in Ceo quis, ſubaudi dies .

Verſatilis Artemon .

Ὁ περιφόρητος ἀρτέμων, id eſt, Verſatilis Artemon. Extat in iſdem collectaneis. Aiunt dici ſolium de his, quorum gratia vehementer decertetur. Nam Artemonem adoleſcentem fuiſſe quempiam certatim adleſcentem fuiſſe mulieribus ob inſignem formā, quem ſuſpicamur ob id dictum περιφόρητον, vel quod circumferretur in ore omniū verſans, vel quod paſſim obambulare, vel ut oſtentans ſeſe . Alii malunt Artemonē machinarium fuiſſe fabrum, in arte præcellentem, temporibus ſerme Periclis. Qui cū claudus eſſet, paſſim ſuas machinas circumferebat. Athenæus in duodecimo Dipnoſophiſtarum libro referens hoc prouerbiū, citat auctorem Chamæcleoutem Ponticum, qui teſtatur Artemoni περιφορίτης, cognomen additum, quod prædelicis in lecto circumferretur, ſiue quod is poſtea cœperit voluptariam ac mollem agere vitam, cum antea pauper fuiſſet. Ex Anacreonte citat hæc de eodem: Τὴλὸν μὲν ὄχων πρὸς πλὴρησι βόδς νεπλάστον ἄλιμα κενὸς ἀσπίδος, ἀρεπὸ βλοισιν καὶ ἐβλοπὸ βροισιν ὀμίλειαν κίβδ' κλον δὲ εἰς κωβιον, πολλὰ πέραν μὲν ἐν δ' ἐρετὶ τιδέας ἀχέειν, πολλὰ δὲ ἐν τρεχῶν, πολλὰ δὲ κόμην πᾶν ἄν' ἐκ τετιλιμίνου, id eſt, Tenuem quidem habens circumlatera bouis recentem amiſtium mali clypei, cum panum cauonibus & proſtitulis conſuetudinem agens, inſynceram inueniens vitam: ſæpe vt ſuperet, in haſta ponens ceruicem, ſæpe ruſum in tota, ſæpe vero comabarbaq; reuul-

ſus. Qui bus ex verbis apparet dictū in hominem ſui diſſimilem, ac moribus inæqua libus præditum, qualē reheribent fuiſſe Alcibiadē, qui, vt reſert Sætyrus, apud Iones deliciabatur, vt illos quoq; vinceret: apud Thebanos exercitiamētis corporis erat quouis Bœoto Bœotior: apud Theſſalos eſt que ſtris rei ſtudio ſuperabat ipſos: apud Lacedæmonios temperans ac patiens, magis ipſis Lacedæmonibus: in Thracia Thraces ſuperabat vinolentia. Id & cum laude fieri poteſt. Ceterum περιφορίμια probroſe dicitur, qui ſeſe per omne rerum genus voluit. Indicat Pollux lib. 6. Plutare. indicari fuiſſe claudum quempiam, qui vehiculo circumferretur, cum alioqui meticuloſus eſſet ac plerumq; deſideret domi duobus ſamulis ſcutum æreum ſupra caput ſuſtinentibus, ne quid ex alto decideret in caput. Quod ſi quando cogebatur exire, vehiculo utebatur, ſed humili, meru ruinæ. Huuſmodi quedā reſert Plutare. in vita Periclis. Proinde dictum v̄ in molles, ac meticuloſos. Quin & Pli. lib. 3. c. 8. inter Polycleti opera meminit Artemonis, qui dictus ſit περιφόρητος. Aduſum autem eſt ad Artemonem nauticum, quo vela circumferuntur, & onera tolluntur ἐ nauibus. Nā hodie nauæ ad vtumque vtuntur antenna. Nam Artemon Græce proprie eſt machina tollendis oueribus apta, quam Latini, ni fallimur trocleam appellant. Et ſic compoſita eſt, vt facile circumuoluetur.

Placiadæ.

Πλακιάδου καὶ Στέλιου, id eſt, Placiadæ etiam ſtelzum. Plutarchus in iſdem commentariis oſtendit dici conſueuiſſe de deprehenſis adulteris, & contumelioſe, ſicuti merentur, tractatis. Vicus eſt quidam Atticæ regionis, cuius incolæ Placiadæ vocantur. Apud hos moris erat, vt qui fuiſſet in adulterio depreheſus, ignominioſas pœnas daret, impactis in pudendam corporis partem raphanis, qui apud illos miræ magnitudinis eſſe dicuntur. Quod ſi raphani forte non fuiſſent ad manum, ſtelzo utebatur, id eſt, ligouis ligno. Non ignoramus hoc alio nobis dictum loco, ſed mutilatū, eoq; duximus operæpretiū hic integrè repetere.

Iuſtitie oculus .

Δίκης ὀφθαλμῶς, id eſt, Iuſtitiz oculus, dicitur ſyncerus

ſyncerius & incorruptus iudex, aut ipſum etiam iudicium . Adagii meminit Suidas, Sumptum apparet ex illa Chryſippi deſcriptione apud Aulum Gellium lib. 14. cap. 4. in qua iuſtitiæ oculos tribuit acres, rectos atque immotos: quod eum qui recte ſit iudicaturus, non oporteat huc aut illuc ab ho- neſto oculos deſlectere. Celebratur hic ſena- rius prouerbialis:

Ἐστὶ δίκης ὀφθαλμὸς ὅς τὸ πᾶν ὄρεα . id eſt, Eſt oculus æquitatis omnia intucens.

*Inſtitia iuſtior.*

Δίκης δὴ παύτερον, id eſt, Iuſtitia iuſtior. Prouerbialis hyperbole de vehemēter integris & incorruptis . Veteres enim iuſtitiam deā faciebant : cuius imaginem eleganter, depinxit Chryſippus apud Aulum Gellium.

*Quantum ex Bacch. malibus .*

Ὅσον ἐν διονυσίῳ, id eſt, Quantum ex Dionyſiis ſiue Bacchanalibus . Suidas prouerbii loco refert, ſed perturbatius, vt adſolet. Antiquitus apud Grecos conſueuerūt annos ac numerum accedentem à Dionyſiis numerare, quemadmodum ex Olympiadibus . Iterabatur autem Dionyſiorum feſtum tertio quoque anno Vnde Vergilius, *Triæterica vocat* . Suidas ſic integre receiſet: Ἐφαυτὰ χεῖδὸν τοσούτων ὄσον ἐκ διονυσίων . id eſt, Ex hoc prope tantum , quantum ex Bacchanalibus, addit dictum de rebus vehemēter expectendis, atq; expectatis. Ad hoc facit quod refert ex auctore quodam ὠδὸν ὀνίσις, κῆτὰ μὲν ὄξος ἀμβροσίης καὶ νέκταρος . id eſt, O Bacchanalia, ipſa quidem redolēt ambroſiam, & nectar .

*Mercator eſt .*

Ἐμπορὸς εἶσι σκῆπτρό μὲν, id eſt, Mercatorem ſe adſimulat . Dicendum in eum, qui ob timiditatem cauſas commentitias prætexit, ne cogatur ſubire diſcrimen . Suidas ex Ariſtophane citat, apud quem tum in Pluto, tum in Eccleſiazuſis quiſpiam inducitur, loquens in hunc modum, vt dicat ſeſe fingere mercatorem eſſe, quoties ad bellum ire iubetur, quod negotiatores non cogentur exire : quoniam expediebat illos relinquere, quo de commeatu proſpiciant. In Pluto ſic habet locus :

Γωργὸς εἶσι μιλαρχολᾶν μ᾽ ἔτως οἶε, Ἀλλ᾽ ἔμπορος, καὶ σκῆπτρό μὲν ὄταν τῆκε . i.

Num cultor agri es ? me ne ſic fuſere putas ?

Negotiator ? Simulo ſi quando eſt opus .

Alter ſic habet :

Ἀλλ᾽ ἔμπορος εἶναι σκῆπτρομαι . id eſt,

Quaſi ſim negotiator, ita memet gero .

Donum quodcumq; dat aliquis proba .

Δῶρον δ᾽ ὅτι δ᾽ ὧτις ἐπαίνα . id eſt,

Donum quodcumque probato .

Prouerbiuſ admonet boni conſulendum eſſe munus, aut officium conſilii ve, quod offertur ab amico . Vnde natum ſit indicat Strabo geographus libro 6 . Cum Achilī iuſſi eſſent oraculo Crotonem eōdere, miſſus eſt Myſcellus quidam , qui ciuitatis futurum locum conſideret. Is cum iam Sybarim ædificatam cerneret, videreturq; iſo- cus magis idoneus repetiit oraculum, conſuluitq; deum, num ſas eſſet hanc pro illa condere. Numen ad hūc modum reſpondit:

Μύσκελλε βραχύνωτε πάρις σείει ἄλλο μὲν τδύων .

Κλάσμετα κερδύεις . δρόν δ᾽ ὅτι δ᾽ ὧτις ἐπαίνα . id eſt,

Eos verſus interpres vertit in hunc modū: Terga breuis Myſcelle tuo de pectore onnitte .

Cetera perquirens, fruſtra en venaris iniqua .

At rectum quodcumq; datur tu laude probato .

Extat idem in collectaneis adagiorum, ſed multo deprauatiſſimum . Quamquam ex vocum veluti ruinis huiuſmodi lectio colligi poterit :

Μύσκελλε βραχύνωτε περιεὶν ἐν ἄλλο μὲν τδύων .

Ὀδ᾽ ἀλλ κερδύεις, δ᾽ ἄρον δ᾽ ὅτι δ᾽ ὧτις ἐπαίνα . id eſt,

Diuerſa inquirēs à numine Myſcelle giber ,

Captas friuola, quod datur, æqui conſule donum .

Myſcellus dictus videtur ob erurum exilitatem, quæ habebat murinis ſimilia, Bra- chynotus ob dorſum contractū . Diximus alias Crotonem ſaluberrimam fuiſſe, Sybarim peſtilentem. Refert & alia Suidas de oraculis Myſcello redditis, ſed quæ non ad modum faciunt ad enarrationē prouerbii.

*Ichorus.*

Ἰθὸρος Suidas ait vocem prouerbialeſ fuiſſe, in eum qui velut inſigurator hortatorq; forſe

foret aliis. Translatum opinamur à nau-  
tis, quod remigantes naucleri vox animat  
ad gnaviter laborandum: siue ab equorum  
curiu. Piuarchus in Sympofiac decade  
feptima, problemate quinto fcribit, *ἰππο-  
δορον* appellatam cantionem ad incitandas  
equas. Confimilia tradit de præceptis con-  
nubialibus. Nam *δορον* Græcis est impetu  
infilire. Vnde & apud Homerum *δορον*  
*αἴρας* appellatur ab adfultu citato. Apparet  
Græcam vocem compofitam ex *ἰεῖ* valde,  
& *δῶρον* incitare.

*Ne allia comedas, & fabas.*

*Ἦκε μὴ φάγη σκῆροσκα, μὴδὲ κιάμβας*, id est, Ne  
edas allia, & fabas. Prouerbiali videt ænig-  
mate dictum, pro eo quod est, ne bellis, ne  
ye in iudiciis adfis. Nam in bellum infere-  
bantur allia, commeatu militaris: In iu-  
diciis fabas estabant, ne obdormiscerent.  
Hæc quidem Suidas. Etiamfi magis puta-  
mus referendum ad calculos fabarios, qui-  
bus antiquitus ferebantur suffragia.

*Mortuus per somnium, vacabis curis.*

*Θεὸν κὰδ' ὕπνῳ φροντίδων ἔση δῖχα.* id est,  
Curis vacabis mortuus per somnium. Ver-  
ficulus vulgo iactatus apud Græcos, ex su-  
perstitiosa in somniorum obseruatione.  
Existimabant enim eum, qui se mori som-  
niaffer, à curis molestiisque liberatum iri.  
Quod mors, finem doloribus imponere vi-  
deatur planeque imponit his, qui hinc in  
meliorem demigrant vitam. Fortassis ad  
eandē pertinet sniam, quod alibi retulimus.  
*Νικηρὸς ὄρεων, νέκρωσιν ἔξαις περὶ κρημάτων.*

*Animus heptabocus.*

*Θυμὸς ἑπταβόαιος*, i. Animus heptabocus,  
siue ira heptaboca, de forti magnoque &  
inuisito dictum. Epithetum sumptum à  
clypeo Aiæcis, quem Homerus *ἑπταβόαιον*  
appellat, quod septem bonum tergoribus  
esset obductus, atque ob id impenetrabilis.  
Et Ouidius:

• Dominus clypei septemplex Aiæ.  
Sumptum est adagiū ex Ranis Aristoph.

*Ἄλλ' πνιόντας δῶρον ἢ λόγχας καὶ λαβροφά-  
γους τρητάλαιας.*

*Καὶ πνιόντας καὶ κρημίδας, καὶ θυμὸς ἑπτα-  
βόαιος.* id est,

Sed spirantes spicula & hastas, albasque  
in vertice cristas.

Adde his galeas, adde his ocreas, animos  
quoque septibouinos.

*Semper Ilio mala.*

*Ἄει ἰλίω κακὰ*, id est, Semper Ilio mala. De-  
vehementer calamitosus & afflicus. Troia-  
norum excidium poetis multa tragœdia-  
rum argumeta ministravit, atque hinc pro-  
uerbium. Refertur ab Eustathio in quartū  
Iliados librum. Stratonicus rogatus, cur  
nollet apud Ilienses viuere, respondit: *ἄει  
ἰλίω κακὰ*, id est, Semper Ilio mala. Auctor  
Athenæus lib. Diapnosophistarum octauo.  
Quamquam is locus non vacat mendo.

*Libera Corcyra, caca vbi liber.*

*Ἐλευτήρα κόρυρα, χεῖλ' ὄπως θέλεις*, id est, Cor-  
cyra libera, proin caces, vbi velis. Cum si-  
gnificamus libertatem quiduis agendi. Ci-  
tatur ab Eustathio in Dionysium, sed ma-  
gis quadrabit, vbi significabimus impuni-  
tatem esse maleficis. Hic non absurde pu-  
tamus referri posse quod Plutarchus nar-  
rat. Chii quidam cum, apud Spartanos pe-  
regrinarentur, à cœna non solum moue-  
runt, verum etià incacarent in sellas epho-  
rorum. Primum diligenter inquisitum est,  
qui nam essent tanti facinoris auctores, da-  
turi nimirum pœnas si ciues fuissent. Ce-  
terum vbi compertum est factum à Chiis,  
Spartani dicebant: Chiis licere intempe-  
rante agere.

*Decernetur equa Theffalica.*

*Ἐπιφανῆται ἵππος θεσσαλικῶν*, id est, Decerne-  
tur equa Theffalica de summo premio di-  
cebatur, propterea quod antiquitus prima-  
laus fuerit equarum Theffaliæ. Id quod sa-  
tis indicat oraculum Aeginensibus reddi-  
tum. Citat Eustathius in secundum Ili-  
ados librum, Suidas refert, haud dum sci-  
mus ex quo nam auctore: *ἰππῶσι μὲν ἐν θεσσα-  
λίῳ καὶ θρακίῃ, τοξίται δὲ καὶ τὰ κρημότερα  
τῶν ὀπλων ἐν ἰνδία καὶ κρήτη καὶ κρηία.* id est,  
Equites in Theffalia Thraciæque, sagitta-  
rii atque armatura leuior in India, Creta  
& Caria. Finitimum est illi, quod alio di-  
ctum est loco: Pellenea tunica, Lepidius  
erit per ironiam.

*Canis viuens è magdalia.*

*Κύων ζῶν ἀπὸ μαγδαλίας*, id est, Canis viuens  
è magdalia. Eustathius in Iliados librum  
quartum ostendit dici solitū in parasitos,  
& alieno



& alieno victitantes cibo. Magdaliam dicit, quasi dicas surfurem, & manuum purgamentum. Ceterum apud alios auctores conperimus scripam vnicam dictionem, velut apud Helychium : ἀπομαγδαλίη, inquit, σία ἐν ᾧ τῆς χῆρας ἀπμάτῳ το ἐν τῆς εἰπίοις, βελόντις ἢ τοῖς κυσῖν ἀναλύοις ἀπὸ δῆπιων. i. Apomagdalia adeps, in quo abstergebāt manus in conuiuio, id proiciebant canibus, cū à cœna discederent. Iulius in Pollux lib. De rerum vocabulis 6. c. 14. οἱ δὲ πάλαι τοῖς καλῶμενοις ἀπομαγδαλίαις ἐχρῶντο, αἱ ἔσεν τὸ ἐν τῷ ἄρτῳ μαλακῶν καὶ τοῦ τῶδε, εἰς δὲ ἰποψοδάμλιοι, τοῖς κυσῖν αὐτὸ παρῆβλον, ὅθεν καὶ λακιδωμόιοι κινῶσιν ἀπομαγδαλίαν καλῶσιν. id est, Veteres autē utebantur apomagdaliis, sic enim vocabant id, quod est in pane molle ac pinguius, in quō absterfo obsonio ipsum canibus abiciebant, vnde & Lacedæmonii apomagdaliā appellānt cynada. Aristopha. in Equitibus :

Υπερβαλεῖ δαίτη οἶμα τχῶσιον, ἢ μάτῳ γὰρ Ἀπομαγδαλίας σιτέμλιος, τοῖς τας ἐτρεφέν. Iactat Halantopola superaturum se Cleonem impudentia & malis artibus, aut alioqui frustra pastum apomagdaliis euasisset tantum. Cui respondet Cleon :

Ἀπομαγδαλίαις, ὡς περικῶν, ὡς παμπόνηρ, πῶς ἐν

Κωδὸς βορέην σιτέμλιος μάχη σὺ σωμακῶ φάτω. id est,

Apomagdalias ritu canis, scelestē, quo ergo pacto tu victitans canis cibo, cynocephalo repugnās ? Apomagdaliarum mentio fit & apud Plutarchum in Lycurgo, quo quidem loco an interpret affecutus sit sensum sermonis, non satis nobis liquet, Græca sic habent: δακμῆζῶσαι δὲ τὸν βελόμνον τῆσσοσιτιζ μεταχέν ἔτω φασι. λαβῶν τῶν τῆσσοσιτῶν ἕκαστος ἀπομαγδαλίαν εἰς τῶν χῆρας, τῆς διακῶν φέροντες ἀγγεῶν ἐπὶ τῆς κίφαις, ἕκαστος σιαπῆκαδῆπερ ψύφον, ἢ μὲν δακμῶζων ἀπλάς ὁδὲ κρινῶν σφόδρα τῆ χαρῆ πῆσας. ἢ γὰρ πεπισμῖν τῆς τῆσσημέως ἰχθῶν νημι, γὰρ μίαν ἰύρωσι τοιάυτην, ἢ προσδῖχονται τὸν προστόντα, βελόμιοι πάντας ἡδόμεως ἀλλήλοισ σωμαίωι, τὸν δὲ ἔτωσ ἀποδοκμαδῆτα κικαδῆ εἶδω λήγασιν, καδῆσ ἰχθῶν καλιτῶν τὸ ἀγγεῶν, εἰς ὃ τας ἀπομαγδαλίας ἐμβῆλασιν. id est, Eum vero qui vellet esse conuiuii particeps, aiunt hunc in modum probare solitos : Vnusquisque conuiuiatum

apomagdaliā in manum sumptam, veluti calculum tacite coniciebat in vas, quod minister gestabat in capite, alius quidem simpliciter probans, alius vero iudicans, vehementer manu premendo. Nam pressa tantundem valet, quantum calculus perforatus. Quod si vel vnam talem compererint, non admittunt ingressum, volentes vt omnes lubentes inter sese conuiuant. Porro qui hoc modo probatus erat, caddisatum appellabant. Nam caddus dicitur vas, in quod coniciunt apomagdalias. Lapsus autem vertit hunc in modum: Qui autem se conuiuii participem fieri velit, sic probari. Deinde singuli apomagdaliā fumentes in manum ministro vas super capite ferente, silentio quasi calculum immittebant, qui reprobaret simpliciter, qui vero approbaret, manu vehemēter imprimens. Nam quæ apomagdalia pressa fuerit, perforati calculi vim habet. Quod si quam ex his minus pressam offenderint, non admittunt ingredientē: quippe qui velint omnes inuicem iucunde congredi. Qui vero sic reprobatus fuerit caddisatū dicunt. Caddisus namq; vas vocatur, in quod apomagdalias immittunt. Hæc si quis conferat cum his quæ scribit Plutarchus, intelligit Græcum exemplar ab eo secutus est Lapsus, fuisse diuersum ab eo quod nobis dedit nuper officina Aldi. Ceterum de apomagdaliis quæ ante conuiuium dabātur abstergendis manibus, meminit nonnihil & Athenæus lib. 9. Itē lib. 4. tradit, apud Arcadas fuisse moris, vt à cœna sacrificarent. nō quidem lotis manibus, sed iure seu offā absterfis, & quo se absterferat quisque, id secum aufererat: id faciebant ob terrores nocturnos, qui in compitis solent accidere. Sic ille. Et arbitramur sane non inutile remedium aduertus canes in compitis adremiens viatorē. Arbitramur huc respexisse Aristophanem in Equitibus, cū Cleoni obiicit, quod alii egrégiis viris in exilium actis ipse delicatissimo hordeo abstergeret manus:

Κάκῃσ μὲν φάγει τῶ γῆν, σὺ δ' ἀουλλῶν ἀπομάτιας. id est,

Atque ille quidem patriam liquit, dum tu abstergeris Achilleis.

Interpres addit hordei genus Achilleum dici, veluti generosius, quo minus micum est Theologis Achilleum argumentum vocari quod efficax sit, ac refutatu difficile.

Ficm

*Ficus post piscem.*

Σίκον μὴ ἰχθῶν, ἀκαίριον μετὰ κρέα. id est, A pisce ficum, à carnibus legumina. Athenzus in Dipnosophistarum libro tertio meminit huius. Quadrabit vbi dicemus aliis alia congruere. Quemadmodum & vulgo iubent ab esu carniū apponi ca- scum: ab esu piscium, nuces.

*Ficus auibus grata.*

Σίκον φίλ' οὐίτιδι, φίτ' ἔσαν ἐκ' ἐίλασιν. i. Fici gratæ auibus sunt, quæ plantare re- culant.

Carmen heroicum citatur ab Atheno con- tinenter eodem quo modo diximus loco. Quadrare videtur in voluptariis, ac fugitâ tes honesti laboris, cum tamen appetat emolumentum.

*Ingressi Iunonium.*

Βαδίζον ἥρῶν ἐμπιπλιγμένον, id est, Incedere complicatum Iunonis sacrum. Extrat & hoc apud Athenzum lib. Dipnosophistarū duo decimo. Dicitur apparere in fastuosum ac lentum quorundam incessum, quem notat, & Horatius in Sermonibus:

Ut si Iunonis sacra ferret.

*Volentem bouem ducito.*

Τὸ θέλωτα βοῶν ἔλαμει, id est, Volentem bo- uem agito. Vtere illorum opera, qui ex ani- mo faciunt. Stultitia est, venatum ducere inuitas canes, vt ait Plautus. Refertur ab in- terprete Theocriti. Diximus in prouerbio: Præsentem mulge.

*Habes.*

ΗΛΑΒΕΤ, proverbialiter dicitur; cum obti- git alicui quod expetiuit, aut quo dignus est. Habet quod amet, similes habent labra lactucas. Sumptum autumant ab aucupan- tibus, piscantibus aut venantibus: quibus teuerlis ficaiunt: ἔχεις, i. Habes ne ali- quid? Citatur ex Aristophanis Nebulis. Se- neca tragicus in Agamemnone: Habet, pe- ractum est. Terentius in Andria: Egomet continuo mecum, certe captus est, habet. Donatus ostendit proprie de gladiatoribus dici, quos prius alii vidēt, quam ipsi se sen- tiant esse percussos. Ex ea acclamatione na- tum videtur prouerbium.

*Hercules hospitatur.*

Ηρακλῆς φιίζεται, id est, Hercules accipitur. Dicituratum, vbi quis diutius in conuiuio commorari videretur: propterea quod qui recepissent Herculem hospitio conuiuioq; his multum temporis erat opperendum, donec ille satur esse. Nam famelicum com- mouere parum erat tutum. Nec facile satu- rabatur edax, adeo vt legatur solidos etiam boues vno deuorasse conuiuio. Vnde Græcis ἀδ' ἀφ' ἄγρος dicitur est: & huic Larū auem consecrarunt, & ipsam βροφάγος. Legitur & certamen inisse cum Lepreo quodam vter citius bouem conficeret. Hæc aliaq; permul- ta refert Athenzus lib. 10. de huius edacita- te: addens & Thasio cuidam athletæ, cui no- men Theagenes, tum & Miloni Crotonia- tæ bouem vno die confectum fuisse. Tales coniuæ contingant hostibus.

*Etiā in deorum cetera.*

Κὰν διατ' ἀγορᾶ, id est, Etiam in deorum cetera, seu concione. Quidam interpretantur de maiorem in modum probis & equis: quidā de vehementer maledicis. Addunt locum quempiam esse in Eleusine, vicinum Ana- ctoro, vocatum θεῶν ἀγορᾶν, in quem non ingrediebantur, nisi bene ominantes: vnde de quopiam præter modum maledico dice- bant: ἔτος κὰν θεῶν ἀγορᾶν διατφ' ἴμεθα, id est, Hic vel in deorum concione male ominata loquetur.

*Calliphanes.*

Καλλιφάνης, Calliphanes. Ridicula quædam huius hominis ambitio, prouerbiali ioco fecit locum. Aiunt enim hic fuisse poetæ morem, vt diuersorum carminū & oratio- nū initia conscriberet, ad tres, aut quattuor versus, eaq; pronunciaret, ostentaretq; quo- com mentum ignorantibus, multisciis & eruditus videretur. Meminit huius Athe- nus Dipnosophistarum lib. 1. aitq; cogno- men fuisse Parabyconis. Neq; vero desunt his nostris temporibus id genus imposto- res litterarii, quibus hoc modo studiū est, ex summis aliquot diuersæ professionis au- ctoribus locos aliquot insignes, nec eos ad- modū vulgatos ediscere. Quibus instructi, nō verentur in cōciliabulis quænis quantū- libet eruditū adoriri. Atq; illud assequun- tur

tur prompte decantandis illis locis suis , vt imperitis plane Solones esse videantur. Cū quibus tamen Solonibus, si terciū aut quartum congregiare, deum immortalem nihil, infantius, nihil indoctus, videlicet, thesauris illis semel effusus.

*Cauda blandiri.*

Κέκω σάων, id est, Cauda blandiri dicitur, qui spe commodi cuiuspiam adulantur. Aristophanes in Equitibus:

Ὅς κέκω σάων, ὄποι' αὖ δειπνῆς ἀπιτρῶν,

Ἐξείδ' τω σαρ' ἀφ' ὄν ὄπρ σὺν πρ ἄλλοι σε χάσκας. id est,

Qui cauda adludēs eum cenam obseruat, amica,

Te spectante alio, tua edulia deuorat ille. Pro eodem frequenter vsurpat ἀκέλλων, quod canum est, auribus, cauda; totoq; corpore blandientium, in Equitibus,

Τὰ μὲν λόγ' ἀκέλλαι μὲν, id est, Oracula quidem blandiuntur hęc mihi.

Ὡπείπερ item ab animante dictum est, si Græco etymologico credimus. Thos Græcis lupi genus est. Blandiuntur enim & lupi quidam more canum. Thos refert Plinius libro 8. capite 24. de luporum quidem genere, sed qd homini sitamicum animal, An hinc dicatur ὠπύων, dubito.

*Crater litium.*

Κρατὴρ κακῶν, id est, Cratera malorum. De re præmolesta, siue de homine litium auctore. Aristophanes in Acharnensibus.

Κρατὴρ κακῶν, τριπτήρ δ' ἰκῶν. id est,

Crater malorum, sector litium: Calumniatorem significans, & quadruplatorem.

*Lampon iurat per anserem.*

Λαμπὼν ὄμνει τὸν χῆνα, id est, Lampon iurat per anserem. Ita loquebantur, vbi quis decipere tentaret iureiurando. Lampon sacrificus, quispiam fuit ac vates, & oraculoꝝ auctor. Is solutus est per anserem iurare, tamquam per auem auguralem. Vel quod olim ita instituerat Radamantius, ne per deorū aliquem iuraretur, sed per canem, anserem, id quod Socrati familiare apud Platonem. Tradunt hoc Lamponē auctore factum, vt Athenienses coloniā miserint in Sybarim. Adagii meminit Aristoph, in Auibus: λέμ

πὼν δ' ὄμνει τὸν χῆνα τὸν χῆν ὄταν ἐπατῆ τις τι. id est, Lampon etiam nunc iurat per anserem, vbi quis fallit in aliquo.

*Palpo percutere.*

ΠΑΛΠΟ, percutere dicitur, qui blanditur, ac spem inanem verbis iniicit. Plautus in mercatore: Liberum caput tibi faciam, pau eos menses Palpo percutis. Egon' ausim vltquam quidquam facinus saltum p̄loqui: Idem alibi: Mihi obtrudere non potes palpum. Trāslatum ab equisonibus, qui plausu manus blandiūtur equis. Verg. 3. Georgicon libro:

Tum magis atq; magis blandis gaudere magistrū.

Laudibus, & plausu sonitum ceruicis amare.

Horatius in Satyris:

Cui male si palpere, recalcitrat vndique tutus.

*Eximere è manib; manubrium.*

ΕΞΙΜΕΡΕ, proverbiale dixit Plautus: Eximere è manu manubrium, pro eo quod est, iam paratū facere quiddam, extorquere peragendi facultatē. Locus est in Aulularia, Capio sustem, obtrunco gallum, firem manifestarium. Credo ego ædepol illi mercedem gallo pollicitos coquos, si id palam fecisset, exemi ex manu manubrium. Trāslatum ab eo, cui iam vibrato gladio percussuro, repente capulus excutitur è manibus.

*Alybantis hospitis munera.*

Τὰ δῶρα τῆς ἀλύβαντος εἶναι, ἢ τὰ τῶ ἀλυβαντῆς εἰσὶν εἶσα, id est, Munera Alybantis hospitis, aut Alybantii amici xenia. Eustathius interpres Homer, putat rectè proverbio dici posse, quoniam sit vt aliquis falsò iacet se magna largitum esse, seu verbis duntaxat, non repræstet beneficium. Nam apud Homerum vlt. Odyssez lib. Vlyses ignoto habitu cum Læerte patre colloquēs, adsimulat se Alybantium esse Aphidantis opulentissimi viri filium, & quondam Vlysem exceptum hospitiō, muneribus amplissimis donatum à se dimisisse:

Εἰμὶ γὰρ, ἰν' αἴτῃ, ἐξ ἀλύβαντος, ὄθι κλυτὰ δ' ἄμα τόξα τόξα  
τίος ἀφίειδ' αὐτος πολυπυμνοῖ δ' ἀο ἀνακτοσ.  
Αὐτὸς ἔριμ' ὄνομ' ἐστὶν ἐπίγειος. id est, Sum

Sum ex Alybäte oriundus, vbi mihi splen-  
 dida testis,  
 Regis Aphidätis proles Polypomenidai,  
 Est mihi nomen Eperitus.

Ac paullo superius.  
 Τὸν μὲν ἐγὼ πρὸς δ'ὼματ' ἄγων ἐνέβησκα,  
 Ἐυδέως φιλέων πολλῶν κατὰ οἶκον ἑόντων,  
 Καὶ οἰδῶρα πρόρον ξανθία διαίωκα.

Χρυσὸν μὲν οἰδῶν ἐνέβησας ἔπειτα τάλαυτα,  
 Δῶκα δ' ἐοικητῆρα πομπήγυρον ἀνδριμέβητα,  
 Δῶδικα δ' ἀπλοῖδας χλαύνας, τὸ σπυρ δὲ τάλ-  
 πιας.

Τόσσα δὲ φάρια καλά, τὸ σπυρ δ' ἐπὶ τοῖσι χι-  
 τῶνας,  
 Χωρὶς δ' αὐτὲ γυυλάκας ἀμύμοιαι, ἔργα εἰ-  
 δνίας

Τέσσαρας, εἰδ' αἰλίμας ἄς ἤθειεν αὐτὸς ἐλέ-  
 στα. id est,

Hanc equidem testis induxit, acceptique  
 benigne,

Solliciteque fovens ex his, quæ plurima  
 nostris

Aedibus exuperant, atque hospita mune-  
 ra deinde

Adieci, tali dare quæ decuisset amico.  
 Auri cælati tribui septena talenta,

Donavi pateram ex solido depictam ar-  
 gento.

Bis senas textu donavi simplice lenas,  
 Pallia ad hæc totidem adieci, totidemque

subuclas,  
 Insuper ancillas nitidas, atque arte ma-  
 nuque

Quattuor egregias, sibi quas delegerat  
 ipse.

Fungus.

PLAUTVS in Bacchidibus, fungum di-  
 xit pro stupido impensq; credulo. Vel qa  
 fungus per se insipida quæpiam res est; vel  
 quod mollis ac fragilis, vel quod subito pro-  
 rumpat. Plantina verba sunt hæc: Adcon  
 me fuisse fungum, ve qui illi crederet? Idem  
 in eadem fabula. Quicumq; vbi vbi sunt,  
 qui suere, qui que futuri sunt posthac stul-  
 ti, stolidi, fatui, fûngi, Bardi, buccones, blen-  
 ni; solus ego omnes ante eo stultitia.

Eurycles.

Eυκλῆδης, Euryclis vulgato cognomine dice-  
 batur, qui de se suisq; in commodis aliquod  
 diuinaret. Nā hoc nomine vates fuit quif-  
 piam ἐτασρημένος cognominatus, hinc ni-

fallimur, quod ex astris vera prædicere  
 παρα τὸ ἐτάζειν. Meminit & Suidas, quam-  
 quam apud hunc ἐτασρημένος scriptum est;  
 id est, diuinus siue ventriloquus. Refertur  
 in collectaneis adagionum Plutarcho in-  
 scriptis. Vsurpatur autem à Platone in So-  
 phista. Taxans enim eos qui perplexis &  
 absurdis rationibus produnt suam ineptiā  
 addit: ἢ ἄλλων δ' ἔονται τῶν ἐξελεγχόντων, ἀλ-  
 λὰ τὸ λεγόμενον οἴκοθεν τὸν πολέμιον καὶ ἐναν-  
 τιασόμενον ἔχουτες ἐντὸς ὑπαφειγόμενον ἴσ-  
 περ τὸν ἀτοπον ἔνφυκλα περιφύροτες ἀεί πο-  
 ρεύονται. id est, Non opus est aliis, à quibus  
 redarguantur, sed domi, quod dici solet, ha-  
 bent hostem, qui contradicat, intus submur-  
 murantem tamquam absurdum illum Eu-  
 ryclem circumferentes semper incedunt.

Si quis iuxta ciuitatem clypeus.

Εἴ τις πρὸς πόλιν αἰγίς, id est, Si quis circum  
 urbem clypeus. Hoc scommatis iaciebat in  
 eos qui spatium ac dissolute ciuitatem obi-  
 rent palantes. Refertur in Plutarchi colle-  
 ctaneis, nec explicatur.

Rupta ancora.

Κράδης ῥαγίσαις, id est, Rupta crada. Diceba-  
 tur de his qui repente tamquam magnum  
 quiddam facturi prodissent: deinde falsa  
 omnium expectatione turpiter & indeco-  
 re se gessissent in negotio. Translatum à tra-  
 gœdiarum histrionibus, qui si quando num-  
 men inducendum est, derepente machinis  
 quibusdam sublatis, in summa scena appa-  
 rere consueverunt, veluti in acre pendētes,  
 hamo quoquam à tergo in cingulū adfixo  
 suspensi. Nam his non numquam euenie-  
 bat, vt sorte fortuna rupta ancora, qua susti-  
 nebantur, deciderent, non sine magno spe-  
 ctatorum risu, suoq; tum malo, tum dede-  
 core. Porro crada hoc loco non ficulnam ra-  
 mum indicat, quemadmodum alias: sed vn-  
 cum illud æs, quo vincū tenebantur actors  
 in machina. Iulius Pollux lib. 4. cap. 19. do-  
 cet κράδην, appellari solitum in comœdia,  
 qd in tragœdiis dicebatur μηχανή. Fuisse ve-  
 ro non dissimile ficti, siquidē Attici ficti ar-  
 borē κράδην vocāt. Quamquā quarumlibet  
 arborū rami non numquā cradz dicuntur.

Suam quisque hominem meminit.

PLAUTVS in Mercatore, Suam quisque  
 homo se meminit. Sententia prouerbialis,  
 Zz 2 notans

notas communem hominum morem, qui in alieno negotio dormitant, in suo quisque & vigilat & attentus est. Vnde recte mox apud Gellium Ennius:

Hoc tibi sit argumentum semper in proutu situm,

Ne quid exspectes amicos, facere quod per te queas.

In eandem sententiam extat bellissimus Aesopii apologus de Cassira auicula: quae negavit vllum esse periculum, donec res alienis manibus esset commissa. Adlusit ad proverbium Plautus in Pseudulo: Ita ne tentas, an sciamus nos meminisse nostra? Eodem adlusit Terentius in Phormione: At si tantum rem reliquisset decem, &c. Quidquid cordi est, facile meminimus, & plerumque obliuionis mater est negligentia.

*In vitruuius dormire oculum.*

PLAUTUS in Pseudulo: De istha re in oculum vitruuius conquiscesito. Sensem habet eundem cum eo, quod superius retulimus: In vitruuius dormire aurem. Captus est autem à Comico iocus ex nouatione verborum. Proinde consequitur illico: Oculum vitrum, an ne in aurem? Et respondet nouator? At hoc peruulgatum est nimis. Notatur interim commune hominum studium in huiusmodi dictis subiunde nauandis.

*Corinthijs non indignatur Ilium.*

Κορινθίους δ' ἐμύμψεται τὸ Ἴλιον. id est, Inculcat haudquaquam Ilium Corinthios. Hoc carmine clam exprobramus ignauiam alicui, qui ita se gesserit, vt hostes nihil habeant, quod illi magnopere indignentur. Est autem carmen Simonidis, quod velut in contumeliam suam scriptum iniquo animo tulisset Corinthios scripsit Aristoteles lib. R. her. 1. quod in bello Troiano, non admodum egregiam operam nauasse viderentur. Potest & huc detorqueri, veluti si quis ita insulte scripsisset aduersus bonas litteras, vt eas sua infantia commendasset potius, quam infamasset: κορινθίοισι, &c. Plutarchus in vita Dionis aliquanto diuersus interpretatur adagium: Ἀγάγη ἄπειρο δὲ σιμωνίδης φησὶν ἠσθόσσι σενικίων, τοῖς κορινθίοις ἐμύμψειν τὸ Ἴλιον, ἐπιγράφει δὲ σασι μετὰ τὸν ἀχαιῶν, ὅτι κακείνοις οἱ τῶν γλακκῶν ἐξ ἀρετῆς κακῆνδοιο γεγενηότες σιωπηλῶν προθύμους. id est,

Sane quemadmodum inquit Simonides Sossie Senecio Corinthijs non indignatur Ilium, quod vna cum Achiuorum copiis venissent ad bellum, propterea quod illis quoque promptis animis fuissent auxilio, Glauci comites, & ipsi à Corinthijs oriundi. Ex his Plutarchi verbis liquet illud sentire proverbium, leuius offendi oportere, si quando leserint qui quondam sint beneficii, sed presentem offensam superioribus officiis condonare.

*Maras.*

Μάρας, id est, Maras. Hoc nomine ferunt fuisse quempiam apud Beicam Syriæ ciuitatem, ditissimum quidem illum verum nihilominus humanum & officiosum in omnes tum ciues, tum hospites. Vnde vulgo receptum, vt id vocabuli tribuisset vicis, qui ad multorum vilitatem nati viderentur. De hoc longiuscula narratur fabula in Grecorum collectaneis, sed nobis sat visum est attigisse, ne male collocaremus operam. Nam proverbium adulterinum & suppositum esse videtur.

*A Nannaco.*

Ἀπὸ ναννάκων, id est, A Nannaco. Cum significamus rem ab extrema usque antiquitate repetitam. Nannacus rex ante Deucalionem fuisse narratur, qui diluuium futurum prouiderit. De quo mentionem fecimus & alibi. Meminit huius & Stephanus in dictione ἰκόνια, referens alterum ob eodem ortum proverbium. ἐπὶ ναννάκων κλάουσαι, id est, Sub Cannaco flere. Etiam si in Stephano pro ναννάκων legimus ἀννάκων. Latini consimili figura dicunt, Ab Aboriginum saeculo repetita, & perinde quasi cum Euandri matre loquaris. Non discrepat ab hoc illud: πρὸς βύτιον καὶ πρὸς, καὶ ἀχαιῶν τὰς δὲ φησὶ πρὸς λίπες, id est, Antiquior Cadro, & antiquiora diphthera loqueris.

*Asinus ad sibiam.*

Ὀφθ' πρὸς ἀνάδον, id est, Asinus ad tibiam. Dicendum ubi quis ea quae scite dicuntur, nec animaduertit, nec intelligit, nec laudat. Sunt enim animantia quaedam, quibus nonnullis musices sensus inesse videtur: vt equis, anibus serpentibus. Asinum nihil mouet cantus. Germani est, illi: δὲ πρὸς λύρας, id est, Asinus ad lyram.

*Orestis*

*Orestis pallium texere.*

Ορέστη χλαῖναν ὑφάειν. id est,  
 .Orestis texere lœnam,  
 Dicebatur qui munus pararet abufuro. Nā  
 Orestes per insaniam vestes dilacerabat. Est  
 hemistichiiū heroici carminis decerptum  
 ex Aristoph. in Auiibus:

Εἴτε δ' ὀρέσθη χλαῖναν ὑφάειν, ἴνα μὴ ξίγων  
 ἀποδύνη. id est,

Postea Orestis texere lœnam, vt ne horridū  
 lus spoliaret quem.

Scholium admonet Orestem λαποδύκτης,  
 quempiam simulando insanīā in tenebris  
 aggredi solere homines, eosq; vestitu spo-  
 gliare. Vnde non inepte dicitur, vbi quis  
 admonet dandum aliquid homini furaci,  
 ne rapiat. Adagium non est natum ex Ari-  
 stophane, sed ab illo est affectatum. Nā hac  
 periphrafi notat hyemem.

*Pandelestias sententias.*

Πανδελείας γνώμας, id est, Pandelestias sentē-  
 tiam, appellat in deterioribus Cratinus, vt  
 citant, morosam ac molestam. A Pandeleto  
 quopiam sycophāta, ex eorum genere, qui  
 quo quæstum faciunt, dicas impingunt grā-  
 des, vt ait Phormio Terentianus, & simili  
 studio ferunt suffragia.

*Sibylla viuacior.*

SIBYLLÆ viuacitas prouetbio locum fe-  
 cit. Propertius Elegiarum lib. 2.

At me non ætas mutauit tota Sibyllæ.  
 Sibyllæ ætatem pro quantumuis longa po-  
 suit. Hanc Vergilius. Aeneid. lib. longæuā  
 sacerdotem vocat. Et Seruius eum enarrās  
 locum, adscribit Apollinem amore Sibyllæ  
 captum, ei poscendū quod vellet arbitrium  
 dedisse, illam haustis arenis, tantum popo  
 scisse vitæ. Id Apollo fieri posse respondit,  
 si Erythræam insulam relinqueret, num-  
 quam eam reuisura. Venit itaque Cumas,  
 vbi corporis viribus defecta, in sola voce vi-  
 tæ retinuit. Quod vbi cognouissent illius  
 ciues, incertum inuidia, an commiseratio-  
 ne, epistolam ad eam miserunt, creta anti-  
 quo more signatam. At illa visa terra pa-  
 tria, in mortem resoluta est. Ita vati suæ  
 verba dedit Phœbus.

*E flamma cibum petere.*

TERENTIUS in Eunuchodixit in parasitū,

eiusmodi esse, vt vel è flamma cibum pete-  
 ret, hoc est, quiduis cibi causa passurum, fa-  
 cturumque. Explicat prouerbiū Catuli  
 lus in epigrammatis:

Bononiensis Rusa Rufulum fellat,  
 Vxor Meneni, sæpe quam in sepulcretis  
 Vidistis ipso carpere è rogo cœnam,  
 Cum deuoluntum ex igne, prosequens pa-  
 nem  
 A semiraso tonderetur vstore.

*Reddidit Harpocratem.*

CATULLVS in Epigrammatis prouerbialit  
 specie dixit: Reddidit Harpocratem, pro  
 eo quod est: Imposuit silentium. Carmen  
 est huiusmodi:

Gellius audierat patrum obiurgare so-  
 lere,  
 Si quis delicias diceret aut faceret.  
 Hoc ne ipsi accideret, patrum perdespuit  
 ipsam

Vxorem, & patrum reddidit Harpocra-  
 tem,

Quod voluit fecit: nam quamuis irrumec  
 ipsum

Nunc patrum, verbum non faciet pa-  
 trus.

Harpocrates Deus ita apud veteres finge-  
 batur, vt digito admoto ori, silentium in-  
 diceret, qualis & apud Romanos dea An-  
 getona.

*Qui probus Atheniensis.*

PLATO libro De legibus primo refert pro-  
 uerbiū: τότε ἔπειτα πολλὰν λεγόμενον, ὡς ὀ-  
 σσι ἀένωνων εἶσιν ἀγαθὸν διεκφερόντων εἰσὶ τοῖς  
 τοῖς θεοῖς ἀλκίβητα λέγεται. id est, Et quod  
 vulgo dicitur, ex Atheniensibus qui probi  
 sint, eos egregie probos esse, verissime dictū  
 videtur. Sentit autem Plato, in male insti-  
 tuta, maleque morata Republica qui boni  
 sint, eos natura & insignite bonos esse. Quip-  
 pe qui neq; fingere putandi sunt probitate  
 nimirum inter improbos, quibus morū si-  
 militudine poterant etiam commendari:  
 neq; corrumpi queant deprauatis aliorum  
 moribus, & vitiōrum cōtagio. Simili argu-  
 mento Simo Terentianus colligit probita-  
 tē filii sui. Deflecti potest ad vitam alicūā,  
 aut studii genus ad perniciem inuitans.

*Digna Cedro.*

DIGNA Cedro dicuntur, quæ promerentur

immortalitatem, & eiusmodi iudicantur, vt posteritati consecrari debeant. Horatius in Arte poetica?

- Speramus carmina fingi

- Posselinenda cedro.

Persius item:

- Et cedro digna locutus.

Sumptum ab arboris natura, cuius succo quæ sunt illita, non sentiunt cariem. Nam hac arte Numæ libros, cum essent cartacei, durasse ad annos quingentos triginta quinque, terræ in fossos, narrat Plinius libro decimo tertio, capite decimo tertio. Idem libro decimo sexto, cedrum inter æternas materias commemorat. Dioscorides ait maxime probari succum huius arboris, crassum, pellucidum, & odore vehementiore, quiq; non defluit, sed guttus concresecit. manetq;. Vim habet diuersam, vna corpora corrumpt, mortua seruat incorrupta. Vnde à non nullis dictam esse tradunt, κρεῖττον ζών, id est, Cadaueris vitam. Eodem pertinet illud:

Nec scambios metuentia carmina, nec thus.

Item Martialis:

Ne nigram cito raptus in culinam, Cordylas madida tegas papyro.

Et Horatius:

Aut fugias Vticam, aut vnctus mitteris Ilerdam.

Telemachi olla.

Τελεμάχου χύτρα, id est, Telemachi olla. Meminit huius adagionis Athenæus libro 9. tradens Telemachum Acharnensem fuisse quempiam, qui plerunq; visitarit fabris. Vnde coniecere licet in sordidos dici consecuisse.

Aliares sceptrum, alia plestrum.

HAUD omnino contenderimus esse prouerbium, sed tamen ipse sermonis habitus colorq; adeo similis est prouerbio, vt vix similior sit ficus ficui, quod Stratonicus citharædus regi Ptolomæo respondit, pertinacius secū arte canendi disputanti: ἔτερον ἔστιν ὡ βρασιλίδ σκίπτρον, ἔτερον δὲ πλάκτρον. id est, Alia res est, ὁ rex, sceptrum, alia vero plestrum. Locus erit vtendi, quoties diues ac potens, fortuna sua fretus, velut ex equo disputat eū erudito, cum multo aliud sit diuitem, aut fortunatum esse, aliud litteratū.

Quæ dolent, ea molestum est contingere.

ΑΜΡΗΤΙΣ in Ampelurgo apud Stobæum;

Ενδὸς ἀνὰ τυχήν ἄνθρωπον τὸ ποῖος,

Ἡκίστα τῆτοις πλοσικχζων ἴδ' ἐτου. id est, In quibus homo est non admodum felix locis,

Minime suæ est admouere ad hæc manum.

Vnusquisque inuitus audit sua incommoda, maxime ea, quæ sint cum aliqua infamia coniuncta. Veluti turpitudinem generis, vitium formæ: proinde ciuilitatis est, nemini suum resticare vulnus, nec vlcus tangere.

Aurum igni probatum.

Οχρεσὸς τῷ πυρὶ δοκιμασθεὶς, id est, Aurum igni probatum dicitur is, cuius fides rebus aduersis explorata spectataq; est. Vtitur hac similitudine M. Tullius in epistolis familiaribus libro 9. Pindarus item in nemeis hymno quarto: Οχρεσὸς ἐψίμεν ἄνους ἐδείξαν ἀπίστας. id est, Aurum costum omnino nitorem ostendit. Rursum in Pythiis hymno decimo: παρῶτι δὲ χρεσὸς ἐν βρασιλίδ πρίπει καὶ τόσ' ὀρεῖς. id est, Experimenti vero aurum in indice relucet, & mens recta.

Theognis:

Ἐπίστας δὲ μὲ πᾶσιν ἐπ' ἔγγρασιν, ὡσπερ ἄπικτρον

Χρεσὸν ἐνυθρόν ἰδ' εἶν, τηβόμενον βρασιλίδ. i. Omnibus in rebus me comperies velut aurum

Purum, dulce rubens, indice cum atteritur.

Idem alibi:

Εἰς βράσιμον δ' ἐγῶν παρὰ τηβόμεν' τι μὲ λίβδ' α

Χρεσὸς ἀπικτ' ἔων, καλὸς ἀπὸς ἀν' ἔση. i. Venit vbi ad cotem, & confertur in indice plumbo.

Purum aurum cum sit, totum erit egregium.

Est autem illud auro non citra miracula peculiare, vt igni non solum non fiat deterius, sed magis ac magis enitescat. Idem enim is, qui vere bonus est, obiectus malorū procellis, illustrat animi virtutem, non amittit. Plinius lib. 33. scribit ob eam præcipue causam aurum omnibus metallis prælatū, quod vni rerum nihil igni depercat, tuto etiam in incendiis durante materia. Quinimo, quod sæpius arserit, hoc magis proficiat ad bonitatem. Idque argumentum esse probi auri, si similiter rubeat, vt ignis, atq; ipsum obrizum appellant.

LXXXIII

*Lunam detrahit.*

Τὴν σελεύνην κατακοῦσθαι, id est, Lunam detrahit. Consuevit dici de eo, cui res vehementer aduersæ viderentur. Interpres Apollonii in librum quartum, natū autumat ab Agloanice Hegemonis filia, quæ cum ob astrologia peritiam, lunæ defectus præsciret, iactabat sese lunam è cælo deducturū in terras. Eam vocem tam arrogantem audiuit Nemesis, Ἰμοχὴ; pœnas sumpsit. Atque hinc prouerbii origo.

*Leonis vestigia querit.*

Τὸ λέωνος ἰχνηλεῖσθαι, id est, Leonis vestigia queris. Dicterium in eum, qui verbis feroc esset, re timidus. Ductum ab apologo quodam Aesopico, quo narrat venatorem quendam pastorem obuiū rogasse, num cubi leonem vidisset, ut eum sibi commostraret. Atque eum respondisse: Equidem tibi leonis vestigia mox ostendero: neque enim procul absunt. Tum ille satis est, inquit, ne que enim ultra quidquam requiro. Conuenit cum eo, quod alio positum est loco: ἄρα κτε παρῶν τὰ ἰχνηλεῖσθαι, id est, Cum visus adsit, vestigia queris.

*Non vna vehit nauis.*

Ὅτι μία ναὺς ἄγει, id est, Non vna vehit nauis. Prouerbii personam ante se gerit. Quo conueniet vti, quoties maiorē hominum multitudinem significamus, quàm ut eos vna nauis possit capere. Veluti si quis dicat: τὴς ἀπιδ' ἑνὸς ἔμια ναὺς ἄγει. id est, Indoctos non vna nauis vehit. Est autem apud Theognidem:

Τὴς δ' ἔχ' ἀβρίσας δ' ἰζήμενος, δδ' ἐπὶ πάντας τὴς ἀβρίσας, ἔς ναὺς μὴ μίαν πάντας ἄγει. i. Hos non inuenies homines scrutatus & inter  
Omnes, quos sane non vehit vna ratis.

*Hornæ messis.*

Ἰ. ΛΥΤΥΣ in Mostellaria, hornam messem prouerbiali figura dixit, pro maximo eum lumento, quasi, tantum lucri, quantum eo anno sit prouenturum in agris. Comici verba sunt hæc:

Iam pridem me Castor frigida non laui magis lubenter,  
Nec vnde me melius mea Scapha rerer ædificatum.

Hæc dicuntur à persona puellæ. Tum lena; oprans vt ex eius forma, quam plutumum commodi capitur:

Euentus, inquit, omnibus velut hornas messis fuit.

Id puella quippe simplex, quid sibi vellet, non satis intelligens. Quid, inquit, ea messis attinet ad meam lanationem? Huic figuræ confine est illud eiusdem in Curculione: Vindemia hæc huic anui non satis est soli: significat adeo bibacem, vt vniuersum vinum, quod eo sit prouenturum anno, parum sit illius siti.

*Glaucoi comeſa herba habitat in mari.*

Γλαυκὸν φαγὸν πῶς ἄν ἐν θαλάσῃ, id est, Glaucoi comeſa herba habitat in mari. Ductum apparet per iocum de iis, qui cum perierint, tamen vulgo creduntur viuere. De Glauco Græci fabulam adferunt huiusmodi. Glauco quispiam fuit Anthedonius piscator, natandi peritia longe omnium primus. Is quo magis esset miraculo, commentus est imposturam huiusmodi: Enatabat è portu spectantibus Anthedonibus, donec iam extra prospectum esset. Ibi reuersus in terram cecessit in locum aliquem semotum, atq; in eo dies complures commorabatur. Deinde cum videretur, redibat nans in portum, spectantibus iis, qui stabant in litore. Mirantibus autem amicis ac sciscitantibus, vbi nam gentium tam diu commoratus esset, ad simulabat marinis fluctibus interim versatum esse sese. Auxit miraculum altero commento. Hybernis mensibus, cum ceteri piscatores nihil piscium capere possent, ille ciues rogabat, quosnam pisces adduci vellent. Quosq; iussissent, aduehebat, videret iam ante paratos in hunc usum, atque alibi conclusos. Euenit tandem vt hic impostor à bellua quadam marina deuoraretur. Quæ fuit eius comædiæ finis. Porro cum nō rediret ex more, populari fama iactatum est, Glaucum gustata herba factum immortalē, & in mari vitam agere. Interpres Apollonii poetæ consimilia tradit de Glauco, piscatorem fuisse, qui cum aliquando multitudine piscium quos cœperat, defatigatus esset, onus in media abiecti visus. Ibi vero res accidit mira dictu, vnus è piscibus iam moriens gustata herba reuixit. Id Glauco obseruans, eadem herba comeſa, immortalis est redditus. Tandem cædio vi-



te semet abiecit in mare. Sunt qui prodant eum versum in Deum marinum, sunt qui in piscem: de quo complura tradidit Athenaeus libro septimo, apud quem alicubi citatur Alexis: ἐν ἀπυλαυκαμίνο. Quod si reliquas fabulas Graecolorum de Glauco cupis cognoscere, lege septimum Athenaei librum, qui usque ad nauseam vomitumque garrir de Glauco pisce, de Glauco demone, sed non licet tantum nugarum hic repetere. Hoc commentum animo pæne reclamante adscripsimus; subolet enim Graecum scriptorem, quisquis is fuit, in hoc finisse procerbitum, quo fabulam hæc liceret commemorare. Maluimus tamen hoc operæ ludeæ, quam quibusdam parū eruditus ansam calumniandi præbere, quod præterierimus id quod in excusis etiam Graecorum commentariis habeatur.

*Pergræcari.*

SI apud Graecos proverbia sunt: χαλκιδίζαν, λιτοβιά, κερτιζαν, id genus alia complura, quid est quo minus habeatur adagium apud Latinos, quod in Mostellaria dixit Plautus: Pergræcari, pro eo quod est, geniale agere vitam? Nam quid sit Pergræcari, ipsa Plauti verba satis indicant:

Dies, inquit, noctesque bibite, pergræcamini.

Amicos emite, liberate, pascite  
Parasitos, obsonate pollicubilibiter.

Hæcenus ille: Marcus Tullius in Verrem actione tertia: Fit sermo inter eos, & invitatio, ut Graeco more biberetur. Graecorum gens male audit passim apud poetas Latinos, & item apud Ciceronem, non solum quasi voluptatibus addicta, & effeminata deliciis, verum etiam quasi lubrica fide. Siue quod olim Romanis adhuc rudibus, & antiquam illam obiectibus severitatem, Graecorum elegantia luxur videbatur. Siue quod studiorum æmulatio, ac mutuuum odium in causa fuit, ut eiusmodi probra de Graecis conscriberent. Siue quod vere Graecorum nonnulli tales fuerunt, quales eos depingit Iuuenalis, id quod non inficiatur & Lucianus in libro de mercede studentibus, ut ex illis gentem omnem æstimaucrint.

*Conos artoxya.*

Κοῦς ἀρτοξία, id est, Conos artoxya. De similibus & inter sese respondentibus, quidam

eruditi putant Conon pistorium esse instrumentum, non dissimile Artoxyς, quod panarium scalprum videtur significare. Ceterum ex his, quæ mox sequuntur apud Suidam, apparet Conos munuscula quæpiam fuisse, quæ pueris dono darentur apta pueri, cuiusmodi sunt armillæ. Proinde vide, ne competat in eos, qui vili leuique munusculo compensant operam alicuius.

*Ne ligula quidem dignus.*

Κορδύλας ἢ ἄξιον, id est, Ne ligula quidem dignus, dicebatur homo nequam, & nullius precii. Quod proverbi durat etiam hodiernis diebus apud Latinos vulgo iactatum. Tamest magis arbitramur piscis cordulæ vilitatem proverbio fecisse locum. Is est pelamis, nisi quod minor, ut testis est Plinius lib. 32. cap. 11. Cordylarum vitiatem ostendit & Martialis lib. 11. Epigram. 50.

Prima tibi dabitur veteri lactuca mouedo  
Vtilis, & porris fila resecta suis.

Mox verus & tenui maior cordyla lacerto,  
Sed quam cum rutæ frondibus duaregant.

Mox poeta preciosa memorat, ut fallat sordalem:

Mentiar vt venias: pisces, conchylia, sumen,

Et cortis saturas atque paludis aues.

*Iuxta nauem.*

Κατὰ ναυῶν, id est, Iuxta nauem dicuntur, quæ digesta sunt ordine, quæque quadrata ac congruunt, propterea quod instrumenta nauium suo quæque loco reponi solent. Addubitamus quidem, num in his verbis sit proverbium, quæ adscribuntur: κατὰ ναυῶν ἄριστα, id est, Iuxta nauem carbasa. Neque enim omni nauigio quæuis vela congruunt.

*Iuxta cubitum profecit.*

Κατὰ πῆχυον ἐπέδησθαι, id est, Iuxta cubitum profecit. De eo dicebatur, qui promotus esset ad meliora: siue cum quis ordine legitimo progreditur: siue cum magnis proficit accessibus. Cubitus enim & modum significat, ut intelligas nihil transiliendum, & modum grandisculum, ut accipias incrementum amplius. Nam mi-  
nuta

nuta latis digitis, aut palmorum porrectu metiri consueuimus.

*De tuo capite aguntur comitia.*

PROVERBIALI figura dixit Plautus in Aulularia:

Ibo intro, ubi de capite meo sunt comitia. Deliberabatur enim, ducturus ne esset puellam, nec ne, quam amabat. Sumptum est à comitiis Romanorum, in quibus populi suffragiis noui magistratus creabatur. Itaque cum statuitur de re quapiam, à qua pendeat felicitas alicuius, tum de capite illius fieri comitia recte dicuntur.

*Vsque ad rauim.*

QUEMADMODUM Græci dicunt, ἀχρὴς, id est, vsq; ad satietatem, ita Plautus, & quidem lepidius dixit, vsque ad rauim, pro eo quod est, improbe, sæpius, clamose, adeo ut vox etiam toties vociferanti rauescat. Est in Aulularia ad hunc modum:

Huccine detrusisti me ad senem parcissimum,

Vbi si quid poscamus, ad rauim poscamus prius

Quam quidquam detur.

*Cereri sacrificant.*

ITEM quemadmodum Græci dicunt: ἐστὶν ὄβριον, id est, Lari sacrificant, ita Plautus prope modum indicat apud Latinos dici solere: Cereri sacrificant, si quando in cõuiuio vinum deesset, propterea quod in huius sacris nefas esset inferre vinum, sicut apud Græcos in quarundam deorum sacrificiis, ve ostendimus in proverbio: ἡπαλιὰ σὺ λα. Locus est in Aulularia. his ferme verbis:

Ceteri mi Strobile hi sunt facturi nuptias?

Qui? Quia temeti nihil adlatum intelligo.

*Inutilior Blace.*

Βλακὴς ἀχρὸς τρεῖς, id est, Blace inutilior, aut nequior. In hominem nihili, nulliusq; bonæ frugis dicebatur. Sumptum à pisce vsque ad eo vili, insipido, ac male olenti, vt à canibus quoque fastidiatur. Est autem piscis non dissimilis Siluro: si quid credimus Græcarum etymologiarum sarragini. Numquã enim audiuimus canes esse piscium auidos. Et si silurus is est, quẽ vulgus appellat Stu-

tionem, hic inter pisces vel primas tenet. Addit locum esse iuxta Cumas, palustrem opinamur ac sterilem, cui nomen Blacia, vnde de suspicatur ortum prouerbiũ. Hesi-chius & piscem pro blace blaciã vocat. Adidit, in Alexandria tributum esse dictum Βλακκισμὸν, quod illic pendunt astrologi, eo quod blaces, hoc est, fatui ad illos com-mentent, petentes ex astris oracula. Illud constat, etiam homines stupidos, ignaues, molles & insipidos dici Βλακας, vnde Βλακὸν βεν, molliter & ignauius agere, & Βλακκῖος pro stulte & insulse. Apparet ab hac voce Latinos dixisse Flaccos, & flaccidos, & flaccescentes: ἀλλὰ τῶν Βλακῶν ἄλλω.

*Αλιπτήριος.*

Αλιπτήριος, vulgo dicebatur, qui per vim raperet aliena. Natum ex euentu huiusmodi. Temporibus Aetolici belli, tanta frumentariz rei penuria incidit Atheniensibus, vt pauperes coacti fame captiuorum farinam diriperent, inde vox traduci cepit ad hominem quocumq; modo sceleratum. Plutarchus in commentario de curiositate, diuersam huius nominis originem reddit. Nempe cum Athenis fame vehementer laboraretur, & hi qui iussi fuerant, frumentũ non efferrent in publicum, sed domi clanculum molerent ac noctu, curiosi quidam obambulantes obseruato malorum strepitu, eos prodiderunt: atq; hi quidẽ Aliterii dicti sunt, quemadmodum & Lycophantæ. Verum ab hoc commento diuersa memorat in Problematibus, volens Aliterium à fugiẽdo dictũ. Nam Græcis ἀλιεῖω, vt quique significat, mollo & fugio: eoq; vocabulo scribit notatum eum qui tante fuisset improbitatis, vt quisquis eum effugere valuisset, is felix haberetur: Aristophanes in Equitibus, Aliterios appellat eos, qui violarunt templum Palladis: ἐκ τῶν ἀλιτηρίων σὲ φημι γενομένη τὸν τ' ἀεῖ. id est, Aio te esse de numero Aliteriorum, qui deæ arcem inuasertunt. Interpres multat recensens hoc quoque commemorat. Cy-lon quidam per tyrannidem occupauit arceem, ac deprehensus est spoliare templum Mineræ. At ipse quidem effugit nactus opportunitatem, ceterum illius amicos qui ad arcam deæ confugerant, inde retractos occiderunt Athenienses. Vnde qui violassent supplices, ἀλιπτήριω, dicebantur. Etenim q̄ violatẽ deẽ τẽπλο supplices inter fecerãt, postea supplicio capitis affecti sunt. Denique

Deniq; & Ceres dicta est *ἄλιτρία*, & Iupiter *ἄλιτρίος*, quod in publica fame seruassent molitores ne farina diriperetur. Quin & illud admonent, *ἄλιτρίος* dici, qui frustratur spe sua, nec perficiunt quod tentarunt. Ambiguitas hinc est, quod *ἄλιτ* duo significat, molo & aberro: vnde & *ἄλιτ* error. Porro vt *ἄλιτρίος* vsurpatur pro sacrilego & impio, ita *ἄλιτρίων* dicuntur qui sacrilegiū committunt.

*Piscis nequam est, nisi recens.*

**PISCIS** nequam est, nisi recens, manet in hunc vsque diem vulgo celebre. Dicitur autem peculiariter in hospitem, aut vulgatē amicum, qui primo quidem aduentu non ingratus est, ceterum ante triduum exarsū putet. Plautus: Quasi piscis itidem est amator lenæ, nequam est, nisi recens. Iocatur apud Alexidem quispiam citante Athenæo, quod cum non nulli frugaliore abstinerēt ab iis quibus esset anima, ipse nihil huiusmodi attulisset, nempe mercatus pisces mortuos. Arhodie qui vendunt, tremore manus assimulant viuere, ante biduum mortuos.

*Nihil homini amico est opportunū amicium.*

**GRATISSIMUM** est officium, quod præstatur in tempore. Contra intempesium officium, plerumq; molestum esse solet. Plautus:

Nil homini amico opportuno amicium.  
Eduerso nihil differt ab inimicitia, intempesiua beneuolentia,

*Asinum in rupes protrudera.*

**PROVERBIUM** olet, quod scribit Horatius in Epistolis:

Qui male parentem in rupes protrusit  
asellum.

Quadrabit in quosdam peruerso natos ingenio, qui cum ipsi non sapiant, nolint tamen bene consulentium monitis obtemperare. Hi sunt etiam vltro quo tendunt impellendi, vt vel malo docti tandem agnoscant stultitiam suam. Natum est a rustico quopiam, qui cum asinum suum per Alpes niuibus obiectas duceret, isq; fræno non obediret, iratus in rupes protrusit:

Et merito, quis enim inuitum seruare laborat?

*Videris mihi labda.*

*Δοκῆς δὲ μοὶ καὶ λάβδα κατὰ τῆς λισβίης*, i. Mihi videre & labda iuxta Lesbios, sellatricem indicat velut ænigmate primæ litteræ, quæ communis Lesbios, & vitio quod ei tribuitur genti, quemadmodum indicauimus alibi. Sumptum ex Aristophanis Concionatricibus.

*Postica fanna.*

**PERSIUS** posticam fannam, prouerbialiter appellat clanculariam irrisionem, à gestu ridentium aliquem a tergo:

Posticæ occurrite fannæ.

Idem:

O Ianc à tergo quem nulla ciconia pinxit,  
Nec manus auriculas imitata est mobilis  
albas,

Nec linguæ tantum sitiat canis Appula  
quantum.

Nam huiusmodi gestibus, ab occipitio derident quidam.

*Coruus serpentem.*

*Κόραξ τὸν ὄφιν*, id est, Coruus serpentem, vbi quis suo ipsius inuento perit. Sumptum ex Apologo quodam Aesopi. Coruus eliciens serpentem in aprico dormientem conspicatus rapuit, à quo morsus perit. Cognatum ei, quod alias retulimus, *κορών τὸν σκορπίον*, id est, Cornix scorpionem. Torquere licebit & in hominem ob edacitatem periclitantē: veluti Diogenes Cynicus, comeso polypo crudo perit.

*Cæni hasta.*

*Τὸ κανίος δόρυ*, id est, Cæni hasta. Cæneus Elati filius, Lapitharum rex prius fuerat elegans puella, & puella conuersus est in virū, adueniente Neptuno, quem ad coitum admitterat. Cui illud etiam donatum est, ne saucius vllis vulneribus fieri, ferrove occumbere posset, quemadmodum refert Ouid. 12. Transformationum libro. Ferunt hunc ceterasse cum Apolline. Præterea morem huic fuisse, vt qui ad sese venirent, iuberet per suam hastam iurare, vnde prouerbiū aræptum, vt indicat narrator Apollonii in Aragonautionum primo libro. Quem locū adducit Eustathius in primum Iliados librum. Is addit illum cum esset ætatis suæ hominum præstantissimus, fixo in medio foro iaculo, præcepisse diis, vt numerarentur  
qua

qua ferocia offensus Iupiter pœnas de illo sumpsit. Cum enim bellū gereret cum Lapithis, essetq; inuulnerabilis; hoc pacto deiecit hominem, Lapithæ quercus & abietes in eum iaculantes deiecerunt illum in terram.

*Pepones.*

Πέπωνες, i. Pepones, prouerbiali conuicio dicuntur homines molles & effeminati, patmōq; viri. Homerus Iliados B.

Ω πέπωνες, κακ' ἐλέγχ' εἰ, ἀχαιῶδες, ἔκ' εἴ' ἀχαιῶνι. id est,

O pepones, mala probra, Achiuq; nō enim Achiui.

Eustathius in septimū huius operis librū, ostendit similitudinem sumptam ab eo fructu, qui simulatq; maturuit, dulcis quidem est, verū flaccidus, & inutilis. Quamquam eadem vox aliquoties non conuiciātis est, sed blandius & amicus appellantis, veluti Iliados Z.

Ω πέπων ὦ μινίλαε.

O pepon ὦ Menelae.

*Ἐνποκόνηλος.*

ΓΡΑΕCΙ prouerbiali conuicio sordidos & inpendio patcos, ἐνποκόνηλος appellāt, ducto cognomine ab iis, quibus sordes in vnguib; insident, nec tantillum sumptus facere volunt, vt tonfori dent nummulum, qui repurget vngues. Nam ἐνπος proprie sordes eas significat, quæ in summis vnguib; manus ac digitorum colliguntur, & κόνηλος articulum digitorum. Iul. Pollux lib. 6. cap. 4. eisdem vocat τρυγούβις, quasi sece viucentes. Quidam adagium sic esse rūt: ἀχέσμαι ἀντὶ τῶ ἐνπω, id est, Molestæ sunt mihi illius sordes. Latini item immoderatam parrisioniam, hoc est, vitii luxui contrarium, sordes appellant: hominem ei vitio obnoxium, sordidum.

*Iuuenari.*

IUVENARI dixit Horatius, tum nouetum prouerbialiter, in Arte poetica. Græci item νεάζειν, νεανίζειν, νεανίσκειν, consimili modo vsurpant, pro eo quod est iuuenum more iactantius, inconsideratius, inconsultius agere, aut si quid aliud ei ætati peculiare videtur. Quod quo longius traducetur, hoc fuerit venustius: vt si quis orationem floridam phaleratamq; dicat νεανίζειν, Eiusdem

est formæ νεανίζειν, pro gestu cultuque representare mulierem. Ob inscitiam rerum & impotentem affectus ætas illa magis elubrica, vnde νεανικῶς factum dicunt Græci, quod maiore imperu, quam iudicio gestū est. Bassilius in epistola quadam: Καὶ ἐν ταύτῃ δὴ κλονῶσι τὰς ἄπαι κατηγετιμύνας τὸν ἴσα ἀιθροπονδῆ εἰς τὸ τέλειν ἐφθακίας τῆ ἡλικίας μετρεῖν, τῆς τῶ ὀφειδῆ καὶ σελύβιδου, ἢ παροιμίᾳ φησιν. Id est, Et hic nimirum, qui nondum perfecti sunt secundum interiorem hominem, nec adhuc ad perfectum ætatis modum peruenerunt, circumagi, ac fluctuare dicit prouerbiū. Reperitur & νεανίζειν, pro eo quod est iuuenilia facere. Sic vsus est Hyperides, in oratione contra Manticheum, & Lyfias aduersus Nicarchū tibicinem. Laberius citante Nonio pro eodem dixit: Adolescenturire, Incipio adolescenturire, & nescio quid nugarum facere.

*Laudant vt pueri rauonem.*

PROVERBII faciem habet, quod scripsit Iuuenalis in auaros, qui carmina laudant duntaxat, nihil autem largiuntur poetæ:

-Dicit laudator auarus

Tantum admirari, tantum laudare disertos,

Vt pueri Iunonis auem. Idem alibi:

-Probitas laudatur & alget.

Notior est metaphora, quam vt oporteat explicare. Ouidius alicubi de pauo:

Laudata ostendit aus Iunonia pennas,

Si tacitus spectes, illa recondit opes.

*Ἀδουκπατίας.*

Ἀδουκπατίας, olim appellabatur formidolosus. Clearchus in Vitis, vt citat Zenodorus ait quorundam epati vitium quoddam accidere, quod eos timidos reddat, atque hinc prouerbio iactatum cognominis scomma. Viderur autem composita vox: ἀπὸ τῆ ἀδουκίας καὶ ἡπαρ, quod pallentem plerumque quibus epas est vitiatum, id quod apparet in amantibus. Pallor autem formidolosis conuenit.

*Emori risu.*

PROVERBIALES hyperbolæ sunt & illæ: Emori risu, Desuere risu, pro vehementer ridere. Homerus Odysseæ Z.

-Ἀτρε μνηστῆρας ἔγχεαι

Χῆρας

Χάρος ἀκρόμυσι γέλω ἔκβαλον id est,  
 Deinde procorum splendida turba  
 Præ risu emoriens nimio sustollit ad alta  
 Astra manus.  
 Usurpauit & Terentius in Eunucho: Omnes risu emoriri.

*Hipparchi murus.*

Ἰππάρχου τείχος, i. Hipparchi murus, dicebatur res quæpiam, quæ magnis constaret impensis. Hinc natum, quod Hipparchus Pisistrati filius Academiam muro sepelit. Atque huius rei nomine, magnam pecuniam ab Atheniensibus exegit. Auctor Suidas.

*Hodie nullus, cras maximus.*

Οὐδὲ μὲν ἄρ' εἶς, ἄνριον δ' ὑπεριεύγας. id est,  
 Qui nullus hodie, cras erit vel maximus.  
 De eo, cui repente, præterq; spem ingens alij quis honos accesserit. Et vulgo, qui ex infima conditione ad dignitatem euehuntur, & nihilo dicuntur emeruisse. Extat apud Aristophanem in Equitibus.

*Samiorum mala metuis.*

Τὰ σαμίων ὑποπτύβες, id est, Samiorum metuis mala. Dictatum de iis, qui metuerent proditionem. Narrant, Athenienses olim in Samios quoscumque cœpissent, inlemtentius seuisse, atque alios interemisse, alios confixisse fama, id est supplicij genus. Samii vicissim si quos cœpissent Atheniensium, hos ad eundem modum excruciabāt. Unde prouerbiū Samii litterati. Nā Suidas indicat hoc dici solitum de his, qui metuerent in medicabiles calamitates. Idem indicat. Samen dici genus calamitatis Samiæ, quod Athenienses notas infames inusserint Samiis captis, mox Samii vicissim Atheniensibus. Duris Samius scriptor multa tragice exaggerat de crudelitate Periclis, & Atheniensium in Samios, quæ Plutarchus putat magna ex parte conficta in inuidiam Periclis & Atheniensium. Simili figura dictum est illud: τὰ μαργύτων κικιά.

*Pygmeorum acrothinia colosso adaptare.*

Ἀκροθίνια τὸν πυγμαίων κολοσσῶ ἐφαρμύζων, i. Acrothinia Pygmeorum colosso accommodare dicebantur, qui inanem ac stultam sumerent operam, aut qui præter decorū mi-

nima maximis adaptarent. Veluti si quis rem seuuolam & minutam amplissimis copiosissimisq; laudibus prosequeretur. Philostratus in Niceta: ἠγρόσει δὲ ἀκροθίνια πυγμαίων κολοσσῶ ἐφαρμύζων. i. Non intelligebat autem sese Pygmea acrothinia colosso accommodare. Quamquam Suidas hunc locum citans πυγμαίων, dicit, non πυγμαίων. Meminit dagin Eustathius in Odyssæ φ. Colosso dicuntur vase prodigiosaque magnitudinis statue. Nam hinc vox Græcis dicta putatur, quod illarum proceritatem visus humanus non adsequatur. Pygmeorum qui longissimi sunt, duos pedes & quadrantem non excedunt. Unde & nomen inditum putantâ cubitali proceritate. Est autem gens extremas Aegypti partes inhabitans, agriculturali dedita, bellum subinde gerens cū græuis. Belli causa est, quod grues sublegunt femina, famemq; inducūt ei regioni. Ita scholiastes in tertium Iliados. Horum femine quinto anno pariunt, octauo sterilesunt. Pygmeorum meminit Iuuenalis Saty. 13. Et in hos plurimus iocus in Græcorum epigrammatibus. Porro acrothinia Græcis primitiæ dicuntur, quod hæc soleant è summo acervo tolli. ἀκρον summum, & εἶναι στρωμεντοριον acervi dicuntur.

*Dij tibi dent tuam mentem.*

Dij tibi dent tuam mentem, in insanum congruit. Quid enim precemur infelicitus scelestis hominibus? Martialis:

Dii mentem tibi dent tuam Phileni.

Horatius:

Quid facias illi? iubeas miserum, esse libenter.

Quatenus id facit.

Contra Demea Terentianus: Mentem meliorem vobis dari.

*Cura esse quod audis.*

Ad prouerbii speciem accidit Horatianum illud:

Cura esse quod audis.

Conuenit in diuites, qui ita demum felices fuerint, si id studeant esse, quod audiunt ab adulatoribus. Carmen Horatii sic habet:

Tu recte uiuis, si curas esse quod audis.

Iactamus iā pridē omnis te Roma beatū, Sed vereor, ne cui de te plus, quam tibi credas.

*Causus enim metuit, & c.*

**Q**U I non ex animo, sed mali metu continent à maleficio, in eos quadrabant hæc pro-  
verbiales eiusdem metaphorse:

Causus enim metuit foueam lupus, ac-  
cipiterque  
Suspectos laqueos, adopertum miluius  
hamum.

Nam aliis alix tenduntur insidiz, lupi fo-  
uea frondibus contacta capiuntur. Vnde apud  
Plautum seruus minatur se leoni, cui  
nomen Lycus, foueam effossurum. Simi-  
lis est illa de fuste: Vertere modum formi-  
dine sustis.

*Si coruus possit tacitus pasci.*

**S**I breuis apologus auctore Fabio parœmię  
genus est, cur nõ illud etiam prouerbis an-  
numeremus; quod scripsit Horatius:

Sed tacitus pasci si posset coruus, haberet  
Plus dapis, & rixæ multo minus inui-  
dizque.

Quidam existimant mutuo sumptum ex  
Apologo, quem in libro de deo Socratis re-  
fert Apuleius, de coruo prædam nacto, quã  
vulpes ita intercepit, dum arte persuadet il-  
li, vt canere incipiat. Quadrat in eos, qui si  
quid bonæ rei nacti sunt, continuo iactant  
ostentantque atq; ad eum modum efficiunt,  
vt alii tum obliuiscuntur, quo minus eiusmodi  
plura commoda nanciscantur, tum que na-  
cti sint, interuertant.

*Clauam extorquere Herculi.*

**Q**U I sibi vëdicare conatur quod alius iam  
potentior occupauit, non infacetè dicitur  
clauam velle Herculi extorquere. Idq; iam  
pridem apud eruditos prouerbii vice cele-  
bratur. Natum est autem ab apophthegma-  
te Maronis, cui cum Zoili quidam vitio da-  
rent, quod non paucos versus Homeri pro  
suis usurpasset, respõdit, hoc ipsum magni-  
ficum esse facinus, vel Ioni fulmen eripere,  
vel clauam extorquere de manu Herculis.  
Macrobius, libro Saturnalium 5. de Maro-  
ne, qui sic usurpauit Homericã, vt fecerit  
sua: Quia cum tria hæc ex æquo impossibi-  
lia putentur, vel Ioni fulmen, vel Herculi  
clauã, vel versus Homero subtrahere, quod  
& si fieri posset, alium tamen nullum dece-  
ret, vel fulmen præter Iouem iacere, vel cer-  
tare præter Herculeã robore, vel canere quod

cecinit Homerus, hic opportune in opus,  
suum, quæ prior vates dixerat transferendo,  
fecit vt sua esse credantur.

*Bis interimitur qui suis armis perit.*

**M**I N V S est prouerbialis, incertum cuius,  
Senecæ titulo celebratur, sed falso. Bis in-  
terimitur qui suis armis perit. Magis do-  
lent incommoda, quibus ipsi dedimus occa-  
sionem. Natum apparet ex Aesopico apolo-  
go. Hunc Gabrias quidam versibus Iambi-  
cis complexus est ad hunc modum:

Βλείπει τοσάντος αϊτός τρεβέν πάλα,  
Αλγών δὲ λοιπὸν ἴσο πολλὰ δακρύων.

Βλείπει δ' οἶσόν ἄπιν ἐπιτρωμένον.

Βαβαί, πτέρων μὲ τὸν πτερωτὸν ἄλλαι. id est,  
Quondam icta pectus Aquila vulnus in-  
spicit,

Multumque lacrymans præ dolore con-  
stitit.

Pennatum vt autem spiculum cernit,  
pape,

Ait, alme aligeram graui exitio dedit.

Adagium Græcum, quod ex hoc item apo-  
logo sumptum est, alio diximus loco.

*Mulierem ornat silentium.*

**S**OPHOCLES in Aiace flagellifero:

Γυναιξὶ κόσμον ἢ σιλή φρεσ. id est,

Decus addit vsque feminis silentium.

Sententia prouerbialis, quam Seruius in  
primum Aeneidos citat ex Sophocle. Mu-  
lier animal natura loquax, nulla re magis  
cohonestatur, quàm silentio, maxime apud  
viros, cum de rebus seriis agitur. Sum-  
ptum est ex Homero, apud quem est non  
semel illud:

- Μῦθος δ' ἀνδρῶσι μάλιστα, id est,

Fueritque viris oratio curæ.

*Imitator Nepæ.*

**I**M I T A R I Nepã dicitur, qui retrocedit.  
Id erit prouerbialis, si torqueatur in eum,  
qui in deterius vsque degenerat: ἐπιτὰ μὲν  
δραβῆλα. Nam Nepæ, quem admodum au-  
ctor est Festus Pompeius, Afrosrum, sydus,  
appellatur cancer, vel, vt quidam putant,  
scorpius, qui & ipse retrogradus est. No-  
nius Marcellus negat eam vocem aliud si-  
gnificare, quàm scorpium ex M. Tullii Do-  
ctibus libro quinto: Serpere anguiculos,  
natare anaticulos, volare merulas, cornibus  
vti videamus boues, nepas aculeis, suam de-  
niquè

nique cuiq; naturam esse ad viuendum du-  
cem. Citat & Manilius;

Ad sydera veſtam

Erigonę, icſuq; nepam, ſpolioq; leonę.  
Hęc Nonius. At ſi nepa nihil eſt, quàm  
ſcorpium, mirum cur Cicero maluerit dice-  
re nepam. Quamquam ſcorpium quoq; pec-  
culiare eſt retrocedere, ſi quid offendant, &  
cancer icſu vulnerat. Plautus in Caſſina,  
Retrouerſum cedam ad parietem. Imita-  
tor Nepam.

Quod alijs conditit coquus aliter condiam.

Vbi quis rem omnem nouat ac pertur-  
bat, conueniet Plautinum illud ex eadem  
fabula, nou dubium quin prouerbiali di-  
ctum forma:

Ibo intro, vt id, quod alius conditit co-  
quus, ego nuncuiciſſim

Vt alio pacto condiam, quidquid prandii  
eſt, vt paratum ne ſiet;

Sietq; ue ei paratum, quod paratũ nõ erat,

Odi puerulos, præcoci ſapientia.

APVLIVS in apologia ſecunda, verſicu-  
lum hunc ex poeta quopiam citat, ceu vul-  
go celebrem:

Odi puerulos præcoci ſapientia.

Vulgo inualuit opinio, vt credãt pueruloſ  
maturius ſapientes, aut nõ fore vitales, aut  
dementes futuros, ſimulatq; ad ætatẽ matu-  
ram peruenerint. Plin. lib. 7. refert Catonẽ  
Cenſorium velut ex oraculo prodidiſſe, ſe-  
nilem iuuentam præmatũrę mortis eſſe ſi-  
gnum. Et apud Senecam lib. controuerſia-  
rum 2. controuerſia prima, Ceſtius de inge-  
nio Alſi Flauii prædicare conſuevit, tam  
mature magnam ingenium non eſſe vitale.  
Talem puerum Sophocles ἀνδράπαιδα  
vocat. Citatur autem hiſ verſiculus ab in-  
terprete Pindari in Pythiis hymno ſecũdo,  
τὸν ἀνδράπαιδα δεσπότης ἀπώλιſſα; id eſt,  
Puerum virilem, dominus ipſe perdidit. ἀν-  
δράπαιδα vocat, quod ætate puer, viri ſa-  
pientia præditus eſſet. Adaptare licebit ad  
diſcipulum qui in ipſis ſtãtum rudimentis  
ſibi placeat. Ariſtoteles libro Rhetic. 2. refert  
hanc ſententiam ex poeta quodã:

Οὐχ εἶ ποδ' ὅστις ἀρετῆφ' ἔχει πέφυκ' ἀνὴρ  
Paideiſ περὶ αὐτῶν ἐκδιδάσκειται σοφῆς: i.  
Quiſquis ſapit, non vñquam oportet,  
plus ſatis

Docẽdo puẽtos, mox philoſophos reddere,

Δύρεος ἵππος.

Δύρεος ἵππος, id eſt, Duræus equus de clande-  
ſtinis inſidiis dicebatur, aut vbi repẽte com-  
plures appaerent, qui latebant antea. Sum-  
ptum ab equo Homericò, in quo Græcorũ  
proceres abditi, repente proſilientes Troiã  
cõperunt. Hunc Homerus Durateũ appel-  
lat, vt Odyſſez Θ. quod trabis eſſet con-  
textus:

Αἶσα γὰρ ἦν ἀπολιέδου ἐπὶν πόλιſ ἀμφικα-  
λύφῃ  
Δυράτειον μὲν ἵππον, ὃδ' εἶατο πάντα ἀ-  
φῖſοι

Αρείων, τῶν ὅσσι φοῖον καὶ κῆρα φέροντες. i.  
Fatũ enim erat peritura urbem, ſimul  
ingrederetur.

Durateus præceſſus equus, qui clauſerat  
omnes

Primores Danaum, luẽtumq; ue necemq; ue  
ferentes

Troiãnis.

Plutarchus in vita Themiftoclis, narrat il-  
lum aliquando dono rogafſe equum à Philo-  
de nutritore equorum. Eum is vbi negaf-  
ſet, comminatum fuiſſe ſe breui ex illius do-  
mo facturum equum Δυράτειον, ſignificans  
ſe crimina ipſius ac domesticorum prolaru-  
rum in lucem. Nec inſcitum fuerit, ſi quis  
ludum alicuius eruditi, Durateum equum  
appellet, quod ex eo breui tempore ſummi  
viri prodierint. De laudatis viris qui ſubito  
alicunde emerſerunt apud eruditos frequẽs  
eſt, vt ex illius domo velut ex equo Troiã-  
no prodiſſe dicantur. M. Tullius Philippi-  
ca ſecunda, ad egregii facinoris ſocietatem  
reſult: In huius me conſilii ſocietate tam-  
quam in equum Troianum includi cum  
principibus non recuſo. Ariſtophanes in  
Auibus prouerbium detorquet in empha-  
ſim roboris ac magnitudinis:

Ἴππον ὑπὸ τῶν μεγέθων ὅσον ὁ Δυρεος.  
Interpres admonet adluſum ad equũ æρεũ  
inſigni magnitudine, qui in acropoli ſtabat  
Palladi dicatus à Charidemo, quod ipſa te-  
ſtabatur inſcriptio. Verum iſ ad imitationem  
equi Troiani cõpoſitus erat. M. Tal-  
lius actionẽ in C. Verrem ſexta Troianum  
equũ accipit pro extrema calamitate: Quẽ  
concuſum factum in opnido puratis: quẽ  
clamorem? quem porro ſterum mulierum,  
qui viderent equum Troianum introdu-  
ẽtum; urbem captam eſſe dicerent, &c. Por-  
tas

tas per quas introductus fuerat equus Durus, Homerus Iliados γ. σκαπός, hoc est, sinistras appellat, quod læua mente Troiani e-  
strum illum induxerint in ciuitatem. idem  
pro Muzæna dicit equum Troianum intus  
esse, cum sentit reipublicæ periculum esse à  
ciuili discordia: Intus, inquit, intus est in-  
quam equus Troianus, à quo nunquã me  
consule dormientes opprimemini. Idè pro  
M. Cælio: An equus Troianus fuerit, qui  
tot inuictos viros muliebri bellum gerètes  
tulerit, ac texerit?

*Cum ad sit via, semitam quaeris.*

Ὁδὸν παραδοῦν τὴν ἀτραπὸν ζητεῖν. id est,  
Cum præsto sit via, tu requiris semitam.  
Citatur ab Eustathio in Odyssæ N. Est au-  
tem ἀτραπὸς, semita, quæ diuersa sit à via  
plaustrorum, quam regiam vocant. Conue-  
niat adagium in tergiversatores, qui quo  
præfens negotium suffugiant, diuerticula  
captant.

*E culmo spicam conijcere.*

ΕΥΣΤΑΘΙΟΥ Odyssæ ξ. enarrās hunc  
versum, quem nos alio citauimus loco:  
ξ. Αλλ' ἐμπης καλαμῶν γέτ' οἴμα κεί τοροῦντα  
Γινώσκων,  
Ostendit Ulysses ad prouerbiū adlusisse,  
quod plene sic efferatur: ἐκ καλάμῳ δ' ἄλος  
ἐστὶν ὁ περιειρημένος σπικῶν. id est, Ex culmo per-  
spicitur spica demissa. Etiam in senecappa-  
ret cuiusmodi fuerit iuuenis. Meminit hu-  
ius loci Aristoteles libro Rhetoricorum in  
dicis per metaphoram senectutem dictam  
culmum.

*Βυσσοδομῶν.*

Βυσσοδομῶν frequentier est apud Homerū;  
non citat prouerbiū speciem, pro eo, quod  
est alto pectore moliri quidpiam, & clancu-  
lum in animo struere, insidias. Translatum  
à fundamentis ædificiorum, quæ profunde  
iaciuntur. Odyssæ P.

Ἐδλ' ἀγορεύοντες κακὰ δὲ φρεσὶ βυσσοδο-  
μῶν. id est,  
Dicebant bene, sed mente alta praua strue-  
bant.

*Idem alibi:*

• Δόλον φρεσὶ βυσσοδομῶν. id est,

• Fraudem alta mente volutans.

*Arcessitum malum.*

Ἐπιπυδὸν κακῶν, i. Arcessitū malum dicitur,

cuius ipse tibi causam præbueris. Home-  
rus Odyssæ Σ.

Ἡ τὰ χαίρεος ἄϊρος ἐμπυδὸν κακῶν ἔλα. i.  
Næ innox perditus Icus habebit, quod sibi  
querit

Utrò malum.

*Eurymnus.*

Ἐὐρῦμνος, i. Eurymnus, dictus est olim prouer-  
bio, qui per calumniã conaretur fidos ami-  
cos inter sese committere. Nam hic eū mo-  
liretur ferere dissidium inter Castorè & Pol-  
lucem, alterum apud alterum in simulans,  
post deprehensus, utrique grauissimas pœ-  
nas dedit. Hoc autem fere solet accidere iis,  
qui malis artibus student dirimere eos,  
quos insolubili vinculo natura copulauit,  
ut vxorem & maritum, parentem & filium,  
ac fratres. Fit enim ut hî redeant in gratiã,  
& præteritæ similitatis pœnas utrique repe-  
tant ab auctore. Id euenit Athenis Hyper-  
bolo, qui Niciam, ac Alcibiadem conatus  
est committere.

*A furiis oriundus.*

Ἐφηνίων ἀπορροῦς, id est, A furiis profectus.  
Olim dicebatur terra, sed à ue specie, quiq;  
μαλινῶν βλεπεί, quemadmodum ait Aristot-  
phâtes. Item quod noxium & exitiale sit, id  
à furiis ortum aiunt, quemadmodum Ajax  
in tragœdia,

Ἄρα δὲ ἐφηνὸς τὰτ' ἐχάλασθε εἴφορος? id est,  
An non mucronem hunc furia cudit tar-  
tari?

*Similes videntur captiuis ex Pulo.*

*Εἰκασι*

Τοῖς ἐκ πάρα λαοῦσι τοῖς λακωνικοῖς. id est,  
Captiuis mihi

Similes videntur è Pulo Laconicis.

Est apud Aristophanem, ἐν νιφέλαις. Dicit so-  
litum de iis, qui vultu sunt miserâdo, nem-  
pe pallidi, squalidi, macilenti. Pylus ciuitas  
quæpiam Laconicæ, quam obsessam Cleon  
expugnauit. Qui vero superfuerant à cæde,  
secum abduxit Athenas, extenuatos, confe-  
ctos, pallidos, de formi specie. sicuti consen-  
taneum est accidisse, tum ob diutinam obsi-  
dionem, præsertim in insula deserta, quæ re-  
rum necessariatum copiam maligne suppe-  
ditabat, tum quod post expugnatam urbem  
complures dies in vinculis habiti fuissent.  
Hæc ferme Xenodotus. De Pulo dictum est  
nobis



nobis alias in prouerbio, Pylus ante Pylū.

*Γυργαθον φουᾱς.*

*Γυργαθον φουᾱς*, id est, Gyrgathum spiras, in insanum frustra que vociferantem iaciebatur. Gyrgathus lectus est, in quo paralytici, mentes que capti, quique vocantur demoniaci, vincti iactant sese, multa minitant, sed frustra. Conuenienter igitur in atrocis sine viribus iras. Hesy chius indicat Gyrgathon dici vas quoque in quod pistor coctos reponit panes. Græca vox à voluendo dicta videtur.

*Byzeni libertas.*

*Βυζηνος παρρησία*, i. Byzeni libertas, vbi quis audacius liberiusque loquitur. A Byzeno quodam Nertruni filio, cui mos fuerit mirari in dicendo libertate vti. Stephanus comme morat *βυζην* Scythiæ ciuitatem, vnde Byzeni. Eius gentis peculiare est intrepide loqui.

*Ἀχρεώγυλος.*

*Ἀχρεώγυλος*, prouerbiali nouerq; composito verbo dicebatur nugator, quiq; rebus inperitis oblectaretur. Nam *ἀχρεώγυλος* perinde sonat, quasi dicas, temere ridentem, quod vitii vel stultitiæ signum est, vel dementiæ.

*Ἐπιτήμιον ἀρραται, quæ plantæ frugifera fuit.*

*Ἀντίκα καὶ φυτὰ δὲ τὰ ἀμείλιτα ἕρπητ' ἔσονται;*

*Protinus apparet quæ fructum planta datura est,*

Vel in pueris elucet indoles futuræ probitatis. Protinus in discipulo presentire licet profectum futurum.

*Πετὴς sus.*

*Ἀπόβλιπτος καὶ τάλαντον καὶ γέμος*, id est, Perijt mihi sus, & talentum, & nuptiæ.

Dici suetum, vbi quis frustratus perdidisset opesam impensam. Natum à quodam, qui cum apparatusset ad nuptias omnia, non est eas adsecutus. Ad fine illi: Oleum, & opesam perdidit.

*Ἀμφιθαλὴς ἔρως.*

*Ἀμφιθαλὴς ἔρως*, id est, Vtrinq; florens amor, olim dicebatur, quoties vterque pariter esset incolumis, ac mutuo responderet amio.

re. Nam dimidiati dicimur, quoties amicus distrahitur, velut altera pars nostri. Exstat apud Aristophanem in *Avibus* in calce fabulæ. Talem amorem in Eunuchos operat Phædria: Vtinam esset mihi pars æqua amoris tecum. Congruit huic Pindariæ illud in *Pythiis*: φιλέων φιλέοντ' ἀγωνάγαντα προφείκω. i. Amans amantem, & ducens ducentem libenter.

*Ex amphithero bibissi.*

*Ἀμφιθίτω ἐπιπίνω*, id est, Ex amphithero bibisti. Dicebatur in eum, qui meracius ac largius potaret. Amphithero enim erat potuli genus, ita factum, ut quauis ex patre positum staret, nullumque certum haberet fundum. Probabilius est quod inter varia addit Hesy chius, Amphitheron esse poculum, quod ob magnitudinem ambabus tollitur ac reponitur, id Hollandi nauæ vocant busam.

*Pronomi barba.*

*Προνομὸς πόγων*, id est, Pronomi barba, de prælonga dicebatur. Aristophanes in *Concionatricibus*.

*Ἀργύριος γοῶ τὸν προνομὸς πόγων ἔχω Λέλιθε.* id est,

Hucusque latuit ergo Pronomi Argyrhium Gestare barbam.

Pronomus tibi cen quispiam fuit prolixæ barba, gestamine non admodum adpositio professione. Quandoquidem tibi cenium molliciem etiam prouerbia norant. Argyrhithus exercitus dux quispiam fuit effeminatus & cinædus, nihil habens viri præter barbam. Taxatur eodem in loco, Epicratis oratoris cuiusdam barba, cui ob id ipsum vulgari ioco cognomen inditum σακισφόρος, teste senario, quem Aristophanis interpres citat ex Platone comico:

*Ἀναξυπίνης ἐπικρατὸς σακισφόρε.* id est,

Barbam ob similitudinem scutum vocat, & alibi, ἅπαντα καὶ μίση σακὸς πρὸς τὴν γνάθον ἔχουσα. Aristophanes in eundem.

*Κάγω' ἐπικρατὸς εἰς ὀλίγον καλλίονα.* id est, Mihi barba multo pulchrior, atque Epicratis.

Est frequens iocus apud Lucianum in barbam philosophorum. Item apud Horatium:

*Justit*

-Iussit sapientem pascere barbam.  
Martialis item in huiusmodi quendam io-  
catur.

*Omnibus vestigijs inquirere.*

Ἐπιῖχιστοῖς ζῆταιν, id est, Omnibus inquirere  
vestigijs dicitur, qui summa cura, summaque  
diligentia re peruestigat. Metaphora sum-  
pta est à venatoribus M. Tullius actione in  
Verrem quarta: Ex istis etiam tu retribus  
effugere te posse confidis? Cum te nos nõ  
opinionè dubia, sed tuis vestigijs persequa-  
mur, quæ tu in tabulis publicis ac recen-  
tia reliquisti. Rursum in eadem: Vt omnes  
mortales istius auaritiæ non iã vestigia, sed  
ipsa cubilia videre possint. Item actione  
sexta: Illos ego accusatores puto fuisse, qui  
huiusmodi hominum furta odore, aut ali-  
cubi leuiter presso vestigio persequantur.  
Nam nos quidem quod facimus in Verre,  
quem in luto volutatam totius corporis ve-  
stigijs inuenimus. In Oratione pro Cluen-  
tio: Quid? Albiana pecunia, vestigijs ne  
nobis odoranda est, an ad ipsum cubile vo-  
bis ducibus venire possumus? Et paullo  
post: Cluentij nummus nullus iudici datus  
ullo vestigio reperitur. In Pisonem: An ve-  
ro tu parum putas inuestigatas esse a nobis  
labes imperij tui, stragesq; prouinciæ? quas  
quidem nos non vestigijs odorantes ingres-  
sus tuos, sed totis volutationibus corporis,  
cubilibus persecuti sumus.

*Apros immisere fontibus.*

Ἐπιῖχιστοῖς ζῆταιν, id est, sibi accersit, optat ve perniciem adla-  
tura, in hunc quadrat Vergilianum illud:  
Et liquidis immisi fontibus apros.  
Neque enim id sine prouerbij specie dictum  
apparet. Siquidem apri non tantum bibunt  
è fonte impressis pedibus, verum etiam vo-  
luntant sese.

*E canis podice.*

Ἐκ κωδῆς προκτῆ, id est, E canis quod. Dictum  
videtur à Luciano, pro eo quod est, rebus  
anxiis atq; angustis, quod ea pars arctior  
sit huic animanti, quam obrem & excernit  
difficilius. Nã asinum suum finit his verbis:  
ἔπιπυκα θείος πατρῶν ἐόντων καὶ ἀναθήματα ἔδω-  
κα, μὰ δῖα καὶ ἐκ κωδῆς προκτῆ, τῆτο δὴ τὸ τῆ-  
λόγος, ἀλλ' ἐξ ὄντος πατρῶν, δῖα μικρῶς, πόνον,  
καὶ ἔτω δὲ μόλις οἰκᾶς ἀνασωθῆς. id est, Hic  
dies seruatoribus rem diuinam feci, donaq;

suspèdi, nimirum non è canis podice, quem  
admodum vulgo dici consuevit, quin ma-  
gis ex asini curiositate, post multum denique  
temporis, idque etiam vix domum incolu-  
mis reuerfus. Vulgo iactatur & in Zenone,  
teste Laertio, quod in canis postico de Re-  
publica conscripsisset, vel quod nimis an-  
xie, vel quod inepte. Verum de hoc prouer-  
bio meminimus alibi.

*E canis dignoscitur auis.*

REFERTUR & hoc à quibusdam, etiam  
si nobis nondum apud idoneos auctores re-  
pertum. E cantu dignoscitur auis, alioqui  
non indignum quod in prouerbiorum ordi-  
nem adlegatur. Sensus congruit cum illo:  
Qualis vir, talis oratio. Iactatur vulgo si-  
millimum huic: E plumis auem dignosci,  
è cultu spectari vitam, & ingenium ho-  
minis.

*Canis sapiens in lapidem.*

Κύων εἰς τὸν λίθον ἀγωνοκτῆσα, id est, Canis  
indignans in lapidem. Competit in eos,  
qui mali sui causam imputant, nõ ipsi au-  
ctori, sed alteri cui piam. Veluti si quis ira-  
cundiz vitium iuuentæ, non stultitiz attri-  
bueret, vnde proficiscitur. Plato lib. de Re-  
pub. s. damnans eos qui cælorum, cadaue-  
ra despoliant, ait hos perinde facere, vt solè  
canes sapientes in lapidem, eo qui iecit o-  
misso. Pacuuius apud Nonium in armorum  
iudicio. Nam canis cum est percussus lapi-  
de, non tam petit illum qui in se iecit, quã  
eum ipsum lapidem, quo ictus est, petit.

*Profundum sulcum.*

Βαθῆσαν ἀνλακα, id est, Profundum sulcum.  
Refertur & hoc in adagionum collectaneis,  
addunt dictum de iis, qui cogitationibus  
rem expenderent. Sumptum est autem ex  
Aeschylj tragœdia, cui titulus ἐπιτὰ ἐπι-  
θύβας. In qua versus hi dicuntur de Am-  
phiarao,

Βαθῆσαν ἀνλακα δῖα φρονῶν καρπὸν μῆλιος  
Ἐξ ἡς τὰ κίθρα βλαστάνει βυλδύματα. i.

Sulco è profundo pectoris fructum metens,  
Rectæ vnde cogitationes germinant.

Citatur aliquot locis in Moralibus à Plu-  
tarcho, & à Platone, secundo de Republica  
libro. Adlusit ad hoc prouerbiu aliquot  
locis Marcus Tullius, vt in epist. ad Atticum  
lib. 4. Ne βαθύτης mea, quæ in agendo appa-  
ruit,

ruit, in scribendo sic occultior. Rursum libro quinto: Admirabere meam βεβύτητα, cum salui redierimus, tanta mihi μελέτη huius virtutis datur. Rursum libro 6. episto. 1. Nam nulla re sum delectatus magis, quam meā βεβύτητα in Appio tibi, liberalitatem in Bruto probari vehementer gaudeo. Nobis videtur recte quadraturum & in eos, qui se metiuntur non aliorum opinione, sed ex recte, secus ve factorum conscientia.

*Herniosus vsque ad gulam.*

Ἡρνίος ἄχρι τῆς μέγιστης, id est, Herniosus vsq; ad gulam.

Quadrat in vehementer herniosum. Carmen est apud Aristophanem in Equitibus: Ἡρνίος γινώσκω δὲ τι σὺ μέγιστη τῆς μέγιστης. i. Sis herniosus oportet ipsam vsq; ad gulam. Aristophanis interpretis ostendit fuisse & apud Diphilum.

*Benignior pellace vulpe.*

Ἐπλεῖον ἰλακὸς ἀμύλης ἀλώπηκος. id est, Pellace quanto est blandior vulpecula. De eo, qui commodi sui causa simulat benevolentiam. Archilochi vulpeculam commemorat Plato lib. de Rep. 1. ἄκ' ἔν' ἐπισθ' ἢ τὸ δοκεῖν, ὡς δ' ἄλλοι μοι τοιοῦτοι, καὶ τῶν ἀλόων βίαται καὶ κίριοι βύδαιμονες, ἐπὶ τῆσθε δὴ τρεῖς πτόσθ' ὄλας, πρόθυρα μὲν ἢ χύμα κύκλω τῶνδε ἑαυτὸν πικραγαφίην ἀρετῆς περιγραπτέον, τῶν δὲ τῆσθε φάτ' ἀρχιλόχου ἀλώπηκος ἑλπίεον ἔξοπίσθ' ἐστιν, id est, Itaque postea quam opinio, quem admodum declarant homines sapientia præditi, etiam ipsam veritatem cogit, quod felicitatis est proprium, ad hanc sane profus incumbendum est, ac sibi quisque ceu vestibulum ac virtutis vim bram circumponere debet, sed ita, ut sapientissimi Archilochi vulpem à tergo trahat. Hæc ibi Glaucos, laudans iniustitiam, quo Socratem ad iustitiam prædicationem excitet. Archilochi vulpeculam commemorat & diuus Basilus, cum alias, tum in libello ad nepotes suos, & Philostrat' in imaginibus. Multi sunt apologi de vulpis astutia, ex his quis sit Archilochi, non satis liquet.

*Non vs prius ledam, sed vs iniuriam retaliem.*

SENARIUM hunc quidam ex Olynthia Menandri citant, quidam ex Thersita Chæremonis:

Ὁ δ' ἄκ' ὑπέρχων, ἀλλὰ τι μωρῶμενος. id est, Ut qui prior nolim malo lacerare.

Sed iam datum malo retaliem malum. Conuenit cum illo Terentiano: Sic existimet, responsum, non dictum esse.

*Non nauigamus ad Hippolaitas.*

Ὁ δ' ἰππολαΐτας περισσὰς πλώμεις. Equidem ad hunc modum reperitur scriptum in vulgatis exemplaribus, verum ex his verbis non videtur quæ sententia possit excalpi. Quid si legas: Ὁ δ' ἰππολαΐτας περισσὰς πλώμεις, id est, Non nauigamus ad eximios Hippolaitas, vt sit admonitio parcius vtendum esse rebus presentibus, neque enim nauigari ad eum locum, vnde rerum eiusmodi copia exuberat, vt quod temere p'degeris, facile possis sarcire. Itam in Græcorum commentariis hoc tantum adscriptum inuenitur, ἐπὶ τὸν βραχέα κικημῖνων, id est, De iis, qui pauca possident. Hippola vero vetustissima ciuitas fuit Laconicæ, non procul à mari, quâ olim consentaneum est ob portus commoditatem, mercimoniis floruisse. Meminit huius Pausanias in Laconicis his quidem verbis: καὶ ἐπὶ θαλάσῃ ναὸς ἐστὶν ἀφροδίτης καὶ ἀγαλμα ὄρθ' ἐν λίθῃ: ἐν τῆσθε ἄποχόρτῃ τρηκόντα σταδίων, εὐρείας ἄκρα τεινέρας, καὶ πόλιος, ἐπιπλάς ἐστὶν, ἐν δὲ αὐτῆς ἀνωτὸς ἰερὸν ἰππολαΐτιδος. id est, Et ad mare templum est Veneris, & statua recta lapidea. Hinc recedenti stadia triginta ostia summa Ταναρι, & ciuitatis Hippolæ ruinae sunt. Et in his Minceruz phanum Hippolaitidis. Meminit huius vrbs & Stephanus. Ne quam prætermittamus coniecturam, & illud excutit lector, num pro Hippolaitas legendum sit Hippobotas, is est populus Chalcidensis, cuius meminit Plutarchus in vita Periclis, olim opibus, gloriaq; cum primis clarus. Nam ipsum nomen, ab agrorum fertilitate inditum est, quasi dicas equorum altricæ, quorum regionem pulsus indigenis, & deducta colonia occuparunt Athenienses. Huius rei mentionem facit & Herodotus in Terpsicore.

*Epiphylides.*

REFERTUR & hic senarius Aristophanicus, de comœdia, quæ inscribitur. Ranz in prouerbia:

Ἐπιφύλλιδες ταῦτ' ἐστὶ καὶ συμύλματα. id est, Epiphylides sunt hæc & ampullæ meræ. Eum

Eum aiunt conuenire in blandiloquos, & phaleris verborum instructos magis, quàm egregis factis. Epiphyllides enim Græcis dicuntur minutiore botri maioribus adhzrentes. Callistratus omnes minutulos racemulos Epiphyllidas appellari scribit, quod sub pampinis lateant. Nam hinc nomen, quod foliis adhzreant. Est autem id luxuriantis arboris argumentum. Theocritus in Aita meminisse de pustulis naso innatis, quæ mendacem arguunt. Id suo loco dicitur.

Ἀπ' ἀκροφυσίων.

Ἀπ' ἀκροφυσίων, prouerbialiter dicebant pro eo, quod est, recens ab officina profectum, perinde quasi modo productum à follibus, æriarîq; fornace. Nam ab his sumpta metaphorâ. Aristophanes:

Ῥῆμα τὰ τε κομψὰ καὶ παῖγνια ἐπιδεκνίχῃ  
Γάρτα ἀπ' ἀκροφυσίων καὶ ἐπὶ κινὰ βδύμα-  
των. id est,

Diſtaq; splendida, & lusus ostentare, omnia à follibus, & archetypis. Porro cinnabemma vocatur exemplar, & simulacrum, ad cuius imitationem pictores, ac statuari signū effingunt, ac repræsentant. Vnde quod nuper natum est: id ἀπ' τῶν κινὰ βδύματων. venire dicitur.

Super se hæc omnia Leparge.

Αἰῶσαι τὰ δὲ πάντα λίπαγε. id est,

Super hæc te cuncta Leparge. Hemistichium heroicum dici solitum in eum, cui ne post laborem quidem exhaustū datur respirare. Transumptum à bubus, quibus persunctis iam agricolandilabore, laboris etiam reliquus est, ut aratrum, reliquaq; instrumenta domum referant. Ea solent imponi, qui sit è duobus robustior. Taurum autem λίπαγον appellat, ob cædotē pili. Videri possunt verba asini sub onere collabentis ad bouem, qui rogatus ut sarcinæ partem reci peret recusauit, moxq; desiccante asino, coactus est totam sarcinā vna cum asini pelle gestare.

Laqueus auxiliari videtur.

Ἀμύνει ὅς ἔοικεν ἢ πύκνῃ, id est, Laqueus ita ut videtur & bono fuit. Dicitari consuevit, quoties incommodum alicui verteretur in bdnum. Veluti si quis Turca bello captus, secuiret apud Christianos, isq; hac occasio-

ne nostræ religionis sacris initiaretur. Aut si diues ad inopiam redactus, hac occasione fieret ex luxurioso sobrius, ex impio pius. Huc pertinet quod philosophus ille, Zeno, ni fallimur, dicebat, se tum prosperè nauigasse, posteaquam naufragium fecerat.

Ἀμύσι πίναν.

Ἀμύσι πίναν, dicuntur qui haustum auideq; bibunt, nec inter bibendum spiritum reciprocant, sed potum in aluū non secus atq; in dolium infundunt. Sonat autem ἀμύσι quasi dicas, citra suctum. Traduci poterit ad eos qui sermonem nullo delectu, nimis auide accipiunt. Aut qui immodica lectione obruūt ingenium, cum magis expediat, subinde cogitationem admiscere lectioni. Similis potatio Græcis dicitur ἀμύσις, qd̄ inter bibendum labia non clauduntur.

Amphidromiam agis.

Ἀμφιδρομίαν ἀγεις, i. Amphidromiam agis. Adagium ad varios vsus poterit accomodari: vel ad eos, qui pueros ostentant, ac circumferūt, aut munuscula captāt, ambiuntq;. Sumptū à prisca consuetudine, qua mulieres quæ in partu adfuisse, & obstetriciādo iuuissent, quinta post die manus ablueresolent, ac puerū cursu laribus circumferre. Eoq; die munuscula missitabantur à cognatis, sc̄ piç plerumq; & polypi, decimo à partu die nomen indebatur infanti. De munusculis huiusmodi meminit & Terētius in prima Phormionis scena. Et Plautus in Truculento, in qua fabula Phormesum meretrix Dinarcho cupienti accumbere in sacrificio pro puero accititio, iubet potius illud agar, quod quinto die fieri consuevit. Quāquam Helychius & Amphidromiam septimo die scribit celebrari solitam. Plato in Theæteto, τὰ ἀμφιδρομικὰ, vocat genere neutro. Idē facit Ephippus apud Athenæum lib. Dipnosophilistarum nonq.

Canens vitæ palmum.

Ἀδων τὸν ἀνθηκῶν τῷ βίῳ πρὸς ἄνθω, id est, Canens vitæ palmum ad anethum. De parco dictum, qui te tenui leuiculaq; transigit vitam, atque interim existimat se laute viuere. Morem hunc quibusdam esse videmus, ut cum nihil apponant in mensa, qd̄ edi possit, ne ieiunium omnino conuiuium appareat, varias narrant fabulas, aut cantillent, ut his modis ciborum obliuionem inducant conuiuii.

*Qui non litigat, celebs est.*

**DIVVS** Hieronymus tamquam prouerbio iactatum citat: *Qui non litigat, celebs est.* Indicat adagium rixosum esse omne coniugium, nec esse trāquillam vitam, nisi cēlibatu. Iuuenalis:

• Semper habet lites, alternaq̄ue iurgia lectus,  
• In quo nupta iacet: minimum dormitur in illo.

Adspulantur huic sententiæ versus aliquot prouerbiales,

• Χειμῶν κατ' ὄρας ἐστὶν ἀδ' ῥαῖσιν γυνί. id est,  
• Mulier in zibus atra tempestas viro.

Item:

• Ζῆλος γυναικὸς πάντα περιπολεῖ δόμον. i.  
• Incendit omnem femine zelus domum.  
• Οὐδὲν γυναικὸς χείρον ἔστι τ' καλῆς. id est,  
• Muliere nil est peius, atque etiam bona.

Sed Hesiodus, vt modestius, ita verius optinatur.

• Οὐ μὲν γὰρ τι γυναικὸς ἀνὴρ λήζει ἄμεινον  
• Τῆς ἀγαθῆς, τ' δ' αὐτὴ κακῆς χείριον ἄλλων. id est,

• Sors potior muliere proba, non obtigit vquam.

• Villa viro, contraq̄ue mala nil tetrius vquam est.

*Præstat vni malo obnoxium esse, quam diuobus.*

**ARISTOPHANES** in Concionatricibus senarium hunc prouerbiale refert:

• Ἐπὶ γὰρ σωεῖσθαι κρείττον ἢ δυοῖν κακοῖν, id est,  
• Vni atq; geminis præstat inuolui malis.

• Quoties verumque malum euitari non potest, danda tamen opera, quo declinemus alterū, & in id, quod minus habeat incommoditatis incurramus.

*Chiua.*

**ΧΙΟΣ ἀποπειτῶν**, id est, Chiua cacans. Aristophanis interpret in Pacem, indicat prouerbio iactatum in eos, qui contaminarent, conspurcarentq; ciuitatem. Nam hac occasione cōsueuerunt calumniā struere Chiis. Vnde nō perperam accommodabitur & in illos qui captata occasione calumniantur aliquem. Quemadmodum lupus Aesopicus agnum accusat, quod sibi bibenti turba ritaquam. Aristophanes in ea quam modo citauimus fabula:

• Ἡ πόλις ἢ χίαι δὴ τὸν σὺν πρακτὸν ὀφλίσσῃ. Probabile est adagium ab euentu natum, quem refert Plutarchus in apophthegmatibus: Laconicis: Chii cum apud Lacedæmonios peregrinarentur, post cenā vomuerunt in curia Ephororum, quorum apud eam gentem erat summa auctoritas, quū & in horū cathedras in quibus sedere cōsueuerunt, incacauerūt. Ac primum quidem diligenter inquisitio facta est, qui nam hoc designasset scelus, seueriter animaduersuris, si quis ciuium hoc perpetrasset. Vbi senserunt id à Chiis factum, per præconem edixerunt, Chiis permissum esse intempe-  
rante agere.

*Furari littoris arenas.*

**LITTORIS** arenas furari dicitur, qui rem ab omnibus neglectam & incustoditam tollit. Ouidius in Amoribus:

• Ille potest vacuo furari littore arenas,

• Vxorem stulti quisquis amare potest. Conueniet cum illo, quod alibi retulimus ex Aristotele: ἐν εὐραῖς πλὴν ὑδρείων, id est, In foribus aequalem. Aptius per negationem vsurpabitur prouerbium, vt, *Quis littoris arenas furetur?*

*Colubrum in sinu fouere.*

• Οφὶν πῶς ἄλλω ἀλλῆπειν, id est, Serpentem in sinu fouere, dicitur, qui completitur amore, studioq̄ue prosequitur hominem ingratum, & aliquando per occasionem nociturum. Sumptū est ab apologo quodam, qui Aesopi nomine fertur. Eum Gabrias quidam iambis expressit in hunc modum,

• Ἐθαλπὲ τις γενορὸς ἐν κλῆπις ὀφιν  
• Πρακρῆς ἐπὶ δὲ βίεμας ὄπιτο.

• Ἐπλήξει τὸν θαλψατὰ κάκτεαν τὰχος.

• Οὕτω κακοποιεῖσι τὸς διεργέτας. id est,  
• Sinu fouebat quidam agricola viperam Gelu rigētē, at hæc calorem vt senserat, Ferit fouentem, moxq; perimit vulnere. Ingrati ad hunc benemeritos tractāt inodum.

Est & alter apologus, de gallina fouente serpentis oua, quam admonet hirundo, ne in suam perniciem foueat.

*Præter Sibyllam leges nemo.*

**DIVVS** Hieronymus irridens Iouiniani stylum, vt perturbatum & obscurum, scribit Plautinarum litterarum illud in eum quadrā-

quadrare: Has præter Sibyllâ leger nemo. Est autem hic locus in Pseudolo Plautina, ubi quidam litteras ab amica scriptas irridens, notulis male concinnatis, cuiusmodi ferme scriptura mulierû, Quzrunt, inquit, hæ litteræ sibi liberos. Alia aliam scandit. Has quidem pol credo nemo nisi Sibylla legerit, interpretari alium posse neminem. An obsecro hercle, habetq; gallinæ manus? Nam has quidem gallina scripsit.

*Nihil profuerit bulbus.*

ATHENÆVS Dipnosophistarum lib. 2. senarium hunc prouerbii nomine refert: Οὐδὲν σ' ὀφέσει βολβός ἀν μὴ ἔχῃς. i. Neruis carentem iuuerit bulbus nihil.

*Martialis item:*

Nihil aliud bulbis, quàm satur esse potes. Bulbus autem ad irritandam Venetrem valet. Licebit ad verecundio rem vsu m trahe re: Nil prodesse studium, ni vis adsit ingenii.

*Quæ dantur.*

M. TYLLIVS libro epistolarum ad Atticum sexto: Απογνῶς ἀλλῶς εἰ ἀπέστῃ ἐπαπῶν, Αἰχρότοι δὴ ῥὸν τειτέιν. Meq; obiurgauit veteri prouerbio: τὰ μὲν διδόμενα. Vtitur eodem & alio quodam loco. Non admodum liquet quid sibi velit, nisi quod contice telicet, τὰ μὲν διδόμενα, versus esse poetæ cuiuspiam: est enim hemistichium iambicum, quod admonet, quod a fortuna datur, id boni consulendum esse, & ferendū æquo animo, quod mutari non queat. Plato in Gorgia videtur indicare prouerbium: ἰὼ δὲ ἐψύδεν καὶ ὡς εἰκεν ἀνάγκη μοι κατὰ τὸν πάλαιον λόγον τὸ παρὸν δὲ ποιεῖν, καὶ τῆτο δὲ ἔχασται τὸ διδόμενον παρῶσα. id est, Nunc autem mendacio delusus sum, atque vt videtur, necesse est mihi iuxta vetus prouerbiū, Quod ad est boni consulere, idque quod abs te datur accipere. δῶρον δ' ὅτι δῶτις ἐπάσσει, alibi dictum est. Eodem pertinet: Vt possumus, quando vt volumus non licet.

*Sidera addere celo.*

ADDERE celo sidera, pro eo quod est, adiungere, quibus ipsis summa est copia, prouerbiali schemate dictum, vel illud sat signi fuerit, quod Ouidius secundo Elegiarum amatoriarum libro, duobus prouerbiis intertexuit:

Quid folia arboribus, pleno quid, sidera celo,  
In ficta collectas alta quid addis aquas?

*Pamphili surium.*

Παμφίλῃς ἰοστρισμός, id est, Pamphili sublatio. Pamphilus hic veteris comœdiæ comicis notatus est, quod ærarium ex pilafset. Conuenit in peculatores, qui è publico suffurantur.

*Pegaso velocior.*

Πεγῶσα ταχύτερος, id est, Pegaso velocior. Hyperbole prouerbialis de præuocibus. Nota fabula de equo alato. Ita Pindarus Olympiæ hymno 9. καὶ ἀγάνορος ἰππευθῶσσαν καὶ νῆος ὑποπτερες. id est, Velocius & genitoso equo, & alata naue.

*Crepitu probabis.*

Πλατάγη δοκίμασις, id est, Plataga probabis. De is qui ridicule explorant alterius in se se animum. Sumptum à vulgari ioco pularum, quæ imposito pollicis, medioq; digito papaueris folio palmam illidūt: quod si crepuerit, amoris argumentum est, sin minus, uon amantis indicium. Id Suidas indicat fieri solere folio papaueris, aut anemone, quod πλαταγῶνιν dicitur, à πλατᾶσσειν, id est, à strependo. Adlusit ad prouerbium Ammianus libro decimo quarto. Quod cū vere & ex animo dicitur, solet amor ex leui crepitu monstri. Vnde locus erit prouerbio, ubi ex dicto simplici reprehēditur animus hois. Apud alios πλαταγὸν reperimus, pro instrumento, quo mouemus strepitū, & πλαταγῶνι pro crepitu mouere.

*Multa decet fames.*

Πολλῶν λιμὸς γίγνεται διδασκαλος. id est, Fames magistra est artium complurium.

*Ouidius:*

Ingenium mala sæpe mouent.  
Peritius: Ingeniq; largitor  
Venter negatas artifex sequi voces.

*Multorum festorum Iouis glandes comedit.*

Πολλῶν πανηγύριων δῖος βελάντων ἔφαγεν, id est, Multorum festorum Iouis glandes comedit: De sene longoq; plurimarum rerum vsu docto, perinde valet quasi dicas, multas vixit Olympiadas. Quercus autem Ioui sacra

cræ: unde nuce iuglâdes. Simili ioco & hodie dicunt nostrates, Comedit multa oua paschalia: senem indicantes.

*Prodicto doctior.*

**Προδικὸς σοφώτερος**, id est, Prodicto doctior. Aiunt hunc Prodictum in diiudicandis litibus & arbitriis inter dissentientes amicos, acerrimi fuisse iudicii. Aristophanes in Centauro, citante Suida:

Ἐγὼ γὰρ ἔτις ἠδίκηκε, θέλω δ' ἴκην

Δοῶμαι πρὸς δίκον.

id est,

Ego namque si quis præter æquū fecerit, Prodictum volo negotium cognoscere.

Subest autem adlusio ad vocabulum nominis: Prodictus enim veluti præiudicatorem sonat, qui ante de lite pronunciet, quam ad iudices delata sit. Fuit huius nominis & sophista quidam, cuius meminit Plato locis aliquot.

*Mendico ne p.ventes quidem amici sunt.*

**Πτοχῶ φίλοι δὲ εἰ γινώσκεις**, i. Mendico ne parentes quidem amici sunt. Diuitiz conciliant amicos. Paupertas nec illos habet amicos, quos natura coniunxit. Tantum valet in hominum vita, cuius momentum oportuit esse leuissimum, si res non ex nostris cupiditatibus, sed ex vfu metiremur.

*Malus ianitor.*

**Πηλοῦ κακὸς**, id est, Ianitor malus, id est, indiligens præfectus, aut custos. Natum à diæto Thericyonis cuiusdam, qui cum videret Philippi copias, Isthmicas angustias occupasse sic ait: κακὸς πηλοῦς ὑμᾶς ἀκορῖνέου ἢ πηλοπόποσος ἔχει, id est, Malos ianitores vos ò Corinthii Pelopónesus habet. Si quidem angustias locorum, Græci pylas, id est, portas appellant. Refertur à Plutarcho in apophthegmatis.

*Audi chelidonem.*

**Ψύξ χελιδόνος**, id est, Audi chelidonem, id est, in tempore curato tua negotia. Quidam à superstitione quondam otiū autumant, cui nomen Chelidoni. Nam aiunt huic fuisse morem, obseruatis prodigiis colligere iterum exitus. Atq; huius opinionis auctor citatur Musæus Patricis, ἐν τῷ περίπλῳ. Non nulli malunt ad aem hitundinem referri, quod stridula sit auis, ac lugubris, siue quod Veris prænunciet aduentum.

*Ominabitur aliquis te conspecto.*

**Σὲ δ' οἰωνίσσων ἄν τις ἰδῶν**, id est, Qui te conspexerit, auguriū poterit capere. Dici consuevit in deformis, sædōsque aspectu. Veteres ex primo hominis occurſu sumebant omen. Occurrere formoso, felix omen habebatur: occurrere deformati nigriq; contra. Romanus quidam imperator, Hadrianum opinamur, vt erat omnium superstitionū obseruantissimus, ex Mauri cuiusdā scurræ occurſu, mortem ominatus est. Ille iussus abire, dictum addidit ominosus: Totum viciſti, totum fecisti, nunc deus esto. Nam imperatores defuncti, solemnibus quibusdam ceremoniis referebantur in numerum decorum Iuuenalis:

Et cui per mediam nolis occurrere noxiæ.

*Non admodum mifces.*

**Ο μάλᾳ κινῆς**, i. Nō admodum mifces, id est, non multum potes neque prodesse, neque nocere. Pericles dictus est totam mifcuisse Græciam eloquētia sua, quod arbitrato suo versaret omnia. Et apud M. Tullium omnia mifcere dicuntur, qui immodica potentia perturbant rempublicam.

*Asini cauda.*

**Οὐκ ἔρετ τῶν κινῶν ἡ ποίη**, id est, Asini cauda non facit cribrum vbi quis ad hoc, aut illud dicitur inutilis. Cribrum è pilis equi nis fieri consuevit, non è vilis asinix caudæ. Sulpiamur hoc ex huius ætatis fece sumptum ab Apollolio.

*Ipse craterere.*

**Ἀντῶ κρητῆρ ἰγὴ κακᾶ**, id est, Ipse craterere contingant mala. Distitari solitum de iis in quos incidit quod per insidias in alios molebantur. Craterem enim quasi malorum fontem vocat, vnde Κρητῆρ κακᾶ, i. Crater malorum, de quo dictum est alias.

*Giutta vini.*

**Σταλαγμὸς οἴνου μείσις χορῶν ὑδατος ἢ μίγνυται**, i. Giutta vini non mifcetur aqua sæpius infusa. Cum paullulo boni nimia mali vis admifcetur. Diluitur enim, & euanescit, si pauxillum vini plurima conumpas aqua.

*Vos portetisο τῆρα Ταγεῖον capite.*

Τὰν υἱὸν ὑπερίψας τὸ τάλυε τὸν ἀπὸ τῶ δὲ ρώτα ἔπιπυ,

ἦτο, id est, Taurus porrecto vltra Taygetum capite bibit ex Eurota, de re vehementer absurda. Simillimum illi: Quid si celi ruat? Natum ex apophthegmate Geradę Lacedæmonii: is ab hospite quopiam interrogatus, quę pœna foret adulteri apud Lacedæmonios, negavit vltos esse adulteros apud Lacedæmonios. At instans ille, quid si quis existeret, inquit, quam pœnam daret? Is, inquit, taurum maximum dependeret, qui producto vltra Taygetum monte capite, biberet ex Eurota. cumq; hospes adridens, & vnde taurus tam ingens? Lacedæmonius vicissim, at vnde apud Lacedæmonios adulteri? Refertur à Plutarcho in vita Lycurgi.

*Ad cribrum dicta.*

Τῶ ἀπίνοσκήνω, i. Ad cribrum dicta. Quę vera compertaq; videri vellent, ad hunc appellabant modum. Finitimum illi: τὰ ἐκ τρήποδος, sumptum a diuinationis genere, quod suspensio circumactōq; cribro peragebatur, quę admodum alias indicauimus ex Aristotele & Luciano.

*Ionis tergus.*

Διὸς κώσθιον, id est, Iouis tergus. De re sordida quidem, sed tamen in vsum aliquem seruata. Nam olim victimę pellem seruabant in pompis Eleusinis circumferendam, vel substernendam pedibus eorum, qui piaculo quopiam tenebantur ad expiationem.

*Mala vltro adsint.*

FERTUR & huiusmodi sententia in prouerborum collectaneis: διζήμενοι τ' αγαθά μέλις παραγίνεται, τὰ δὲ κακά σου μὴ διζήμενοι id est, Bona vix accedunt iis qui quęrit: mala vel non quęrentibus obtingunt. Idē & vulgo dicunt idiotę, neq; tamen non vere: Mala vltro adesse, vel inuocata. Et tamē passim vitiis nostris adcerimus bellum, lites, morbos, quasi sua fronte parum adsit malorum.

*A vicinis exemplum habens.*

Ἐκ τῶν γειτόνων ἔχῃσι τὸ παράδειγμα, id est, A vicinis sumunt exemplum. Qui faciunt quidpiam aliorum exemplo prouocati. Vicinus enim vicino morbum suum adfricat, & malorum commercio reddimur deteriores. Huc nimirum adlusit Terētius in Andria:

Quid isthuc tam mirum est, de te si exemplum capit?

*Myfortisus es.*

Ἐλαχίς τὸ μ, id est, M littera tibi forte obigit. Aenigma in stultos. Nam Gręce μωροὶ hanc initialem habent. Cum aliquādo Dionysio M. in fortibus obuicisset, quidā per iocum ait: μωρολόγῃς, διονύσιε. Stulta loqueris Dionysi. At ille detorquens alio: μωρομάχισσα μὲν ἔν, inquit, singulari proinde cerea mine depugnabo. Ad hunc quidem modū refertur in collectaneis Gręcorum, sed mendose, quod liquet ex Plutarcho, qui narrat Dionysium respondiisse μοναρχήσωμεν ἔν, quę interpretes vteruntq; Monarchę erimus, decepti scripturę vitio. Legendum enim μοναρχήσωμοισῶν, vt μὲν sit vnica dictio, quę non inferat tantum, sed aduerteret potius. Corrigit enim alterius diuinationem, & subiicit, imō potius ero monarcha: quis enim sic loquitur, erimus monarchę. Ad hęc μοναρχήσωμεν, nō sonat, erimus monarchę, sed simus monarchę. Postremo si legas ἔν, vt sit inferentis, non corrigentis, quid aliud dicit? Dionysius, quām ideo se fore monarcham, quod stultus esset?

*In Pythij templo cacare.*

Ἐν πυθίῳ χέσαι, id est, In Pythii templo cacare dicebatur, qui rem nefariā & periculosam faceret, quod Pisistracus tyrannus extracto templo inscripserat, ne quis inibi ventrem exoneraret, & aduenam quendam deprehensum è medio sustulit.

*In terra pæperem.*

Ἐν γῆ πέπεισαι μᾶλλον ἢ πλαχυνῶτα πλεῖν. i. Egere præstat in solo, quām diuitem Sulcare fluctus. Satius est paullulū habere tutō, quām multum cum periculo. Nec placebant cuidam opes de sinibus pendentes, multo minus quas eripere ventis in manu est. Proverbium admonet certam fortunam, licet modicam, incertis quamlibet amplioribus anteponendam.

*Inter pueros senex.*

Ἐν πᾶσι μὲν γέρον, ἐν τοῖς δὲ γερῶσι πᾶς, id est, Inter senes puer, idem at in pueris senex. Conueniet in hominem grandiuulū, maiorem quam vt puer videri possit, maiorem quām



quam ut vir. Dicitur est autem ab æmulis in He: mogenem iheorem. Accommoda- reliecit in hominem sic eruditum, ut in- ter idiotas videri possit doctulus, inter eru- ditos indoctus.

*In sola Sparta expedit senescere.*

*Ἐν ὡχρετῇ μόνῃ λυσι τελεῖ γερῶσκειν*, id est, Vna in Sparta expedit senescere. Dicitur est, quod apud Spartanos summus honos senibus habebatur olim. Torqueri poterit ad quoslibet, penes quos virtus in precio sit. Refert Plutarchus in Laconicis, sed incerto auctore. Dicitur est autem à quodam hospite, cū videret apud Lacedæmonios iuuenes tantū honoris habere senioribus M. Tullius in Catone maiore, similem sententiam adscribit Lyfandro: Lyfandrum, inquit, Lacedæmonium dicere aiunt solitum, Lacedæmo- ne esse honestissimum domicilium senectu- tis. Nusquam enim tantum tribuitur æta- ti, nusquam est senectus honoratior. Nota est historia de sene, cui cum ingresso thea- trum nullus Atheniensem daret locum, so- li Lacedæmoniorum legati canicem illius reueriti, & assurgendi officio venerati sunt, & inter ipsos honoratissimum locum cesse- runt: cui facto cum applauderet Athenien- sium populus, quidam è Lacedæmoniiis di- xit, Scire quidem populum Atheniensem quid deceat, sed negligere. Narratur à mul- tis, nominatim à Valerio Maximo lib. 4. capite quinto.

*Ne maior thylaco adcessio.*

**L**ΥCΙΑΝΟΣ in Encomio Demosthenis: σοι δ' ἴσως δὲ λάβει τ' ἢ περιόμιας κτῶμα ἐπὶ τῆ ἀσιμμετερίῳ ἐπαγαγέσθαι, μὴ σοὶ μέζον προσκόιτο τοῦ πύγαγμα τῆ βυλακῶ. id est, At tu fortasse vereris ne in te torqueatur illud prouerbiale diciturum. de male responden- te proportionem, nempe, ne tibi thylaco ma- ior sit adcessoria sarcinula. Thylacus enim culeus est siue mantica parata gestādis one- ribus. Neque ignoramus in vulgatis exem- plaribus esse τοῦ πύγαγμα, non τῆ πύγαγμα. Verum nisi scripturam mutaris, nulla sen- tentia potest elici. Est autē ἐπίσαγμα à σάπῳ, velut oneris adfertura. Translatum autem a mulionibus, qui præter legitimum onus, vascula quædam superimponunt. Ergo cū digressio longior est quàm ipsa res, uti lice-

bit hoc prouerbio. Basilius idem aliis ver- bis expressit libro de Spiritu Sancto: ἡ ἔρω- γε ἐν τῷ ἐπεισόδιον παλλαπλάσιον ἐν τῷ κτ- φαλῶ. id est, Ad istum alioqui modum adcessorium multo maius esset ipso pria- cipali.

*Acarnicis equi.*

*Ἀκαρικοὶ ἵπποι*, id est, Acarnicis equi, diceban- tur equi maximi. Finitimum illi, cuius meminit etiam Aristoteles: ἵππος θεσσα- λικῆ, id est, Equa Thesalica. Vergilius item in Georgicis tribuit primam laudem equis Epiroticis:

· Eliadum palmas Epirus equarum.  
Acarnanes enim sunt iuxta Epirū, quemad- modum & Thesali. Conueniet uti de te- quapiam eximia, aut insigni premio.

*Contribulis factus serua ordinem.*

*Γεινῶς γενοῦς τίρεν πλὴ τάειν*, id est, Tribulis factus serua ordinē, id est, postea quam ascit- us es in ordinem aliquem fungere tuo of- ficio, quemadmodum & ceteri faciunt. Nat- tum à tribubus Atheniensū. Populus Athe- niensis distributus erat in tribus duodecim, ad mensū numerum, iursum vnaquæq; tri- bus in triginta genera, quemadmodum voc- cant, ad dierū numerum, vnde γεῶρα voca- bātur, non coniuncti sanguinis propinqui- tate, sed in eandem tribus partem asciti.

*Glaucus alter.*

*Γλαῦκος ἄλλος ἵππε βρωτος*, id est, Glaucus al- ter ab equis deuoratus. Quadrahit in homi- nem alendis equis exhaurientem facultates suas. A fabula natum, qualis fertur & de Actæone.

*Gorgonem Perseus aggreditur.*

*Γόργονα πειρόνδς ἔχεράσαστο*, id est, Gorgonem Perseus adortus est. Vbi quis egregium fa- cinus inceptat. Notissima fabula est. Ne hoc quidem prouerbium adscripturi era- mus, nisi repertum esset in Tribcorum colle- ctaneis.

*Vincula Tyrthena.*

*Δισκοῖτιν ἔξηννοι*, id est, Vincula Tyrthena, dicebantur odiosa negotia quibus distringe- batur aliquis. Traductum à vinculis, qui- bus Tyrtheni captiuos vinciebant graui- bus & molestis.

*Diu delibera.*

Διὸν βυλλίει, id est, Diu delibera. Non statim aggrediendum negotium. Carmē integrum fertur huiusmodi :

Διὸν βυλλίει, ἰὲ ἔχῃ καὶ πολλὰ ἀμύνων. i. Cōsultatu diu, multo ut præcellere possis. Lente cōsultandum, at vbi statueris, matutē quod opus factō faciendum est. Qui secus faciunt, iis non rarō solet euenire. Iatonicum illud, ut festinantes in principio, festius perueniant ad finem.

*Epimenideum corium.*

Ἐπιμίδειον δέριμα, id est, Epimenidia pellis. De xē' reposita, miraculique loco seruata. In nō nullis codicibus scriptū offendimus. Epimeliidū, sed deprauate, ni fallimur: adscriptum erat huius pellē adseruari additā, cui rem sacrā apud Lacedæmonios. Indicat autē Eudemus tractū ab Epimenide Crete si, qui legitur ppetuo somno dormisse quadraginta septem, aut si Laetio credimus, quinquaginta septem annos, neque paucos postea superuixisse. Vnde consentaneum est huius reliquias, ut miraculi monumentum seruatas fuisse.

*Volaticum iusurandum.*

Ταχυβλάμους ὄρα. Ad eū modū appellabant iusurandum irritum, qd̄ euanesceret uolaretq; simulacūque pronunciatum esset, cuiusmodi sunt amantiū. Hæc sentētia magis adridet Suidæ. Quamquā Aristarchus apud Eudemū. κατ' ἀντίφρασιν accipit, quasi tardum oporteat esse iusurandum, neque temere proferendum: neque enim statim euanescere, si quid iuraris.

*Superatus es a gallo quopiam.*

Ἡτῆσθης τινὸς ἀλκίτρυβος, id est, Superatus es a gallo quopiam. Locus prouerbialis in seruos qui dominos a tergo sequuntur, suplices videlicet & abiecti, cuiusmodi solent esse galli superati in pugna. Nā hæc auis videtur silere solet, canere si vicisset, ut auctor est Cicero in Diuinationibus. Addit gallum in pugna superatum vltro sequi victorem. Sumptum est ex Aristophane, nisi nos fallit memoria. Refertur ab Eudemo.

*Βατακάρης.*

Βατακάρης, De pinguibus dictū & impotentibus, Eudemus meminit, addēs esse legen-

dum κατὰ συζῶν. Quibus verbis quid sibi velit, nondum satis liquet, nisi sensit exprobratam ingenii tarditatem. Etenim quæ vi uido sunt ingenio, caput erigit. Capite esse deiecto hædioris ac legnioris animi signū esse solet. Nā Græca vox hinc dicta est. βετῆς enim vt indicat Helychius, apud Tarentinos pronum significat, & κέρε caput. Vnde βετῆρι Thracibus dicuntur Bacchi, Bacchi numine afflatæ, quæ & Bassarides dicitur, vt indicat Eymologicus. Hinc vox deducta ad meretricem, quæ se prostermit quibuslibet. Apud Athenæum libro quarto, κερβεβούτης dicitur, qui crapula grauatū habent caput. Cōueniet in temulentum ac somnolentum. Quæ admodum vsurpauit diuus Bassilius in epistola quadam.

*Ex æquo partire.*

Ἐρίσθ διδῶν πᾶσιν, id est, Ex æquo da omnibus. Translatum ab iis, qui cōiuiuium, aut hæreditatem partiuntur. Quadrabit in iudicem, aut principem, quem oportet æquabilius reddere.

*Ἐπαύλια δῶρα.*

Ἐπαύλια δῶρα dicebantur magnifica munera. Sic enim appellabantur apud Græcos, quæ postero post nuptias die, sponsæ pater adducebat sponso ac sponsæ, pompæ cuiusdam specie. Præcedebat enim puer, candida toga, facem gestans ardentem; post hunc canistrifer, post hunc longa ferries adportantium aurum, pulues, smegmata, lecticas, petines, lectos, alabastros, sandalia, serinia, vnguentaria, interdum & dotem ipsam. Ad dunt & ipsum diem a nuptiis secundum ἑπαύλιαν, quod sponsa tum inducatur in cubile. Adagiū accommodari poterit & in eos qui iactant suam beneficentiam. Opinamur autem hæc esse, quæ iure consulti vocant παράφρα.

*In pedes retrocedit.*

Ἐπὶ πόδ' ἀναχωρεῖ, id est, In pedem retrocedit, de eo qui metu dat locum potēntiori, & reuocat se in tutum, ab athletis aut gladiatoribus sumptum videtur. Hoc est quod Latini dicunt referre pedem. Quadrabit & in eos, qui mutant institutum.

*In armis accissas.*

Ἐπὶ τοῖς ὀπλοῖς ἀκκίζεσθαι, id est, In armis accissas.

lat. In eum qui sibi placet, seseq; quasi contemplatur in armis suis. Conueniet in quē uis sibi stulte placentem. Refertur præter alios etymologico. De Accone muliere quæ ad speculum inepte sibi blandiebatur, dictum est alibi in prouerbio<sup>o</sup> Acciffare.

*In Lipsydrio pugnas.*

Ἐπὶ λεψυδρίῳ μάχη, id est, In Lipsydrio pugnas. Lipsydrium locus erat haud procul a Parneih, quem manibus euerant tyranni, qui profugerant ex urbe, prius conciderant Alcemonidae, sed in hos obfessos, victosq; à Pisistrati copiis obliqua cantio canni cæpta est huiusmodi: αὐτὸν λεψυδρίον προδοσέταυρον οἷς ἀνδρας ἀπώλειτας, μάχιδ' ἀγαθὸς γὰρ καὶ ὑπέρβειος ὅποτε ἔδειξεν ὅτι ἠπείρω ἔσαν. id est, Heu heu Lipsydrium, locorum proditor, quales viros perdidisti, ad pugnandum idoneos & claros, cum ostenderent e qualibus essent orti maioribus. Prouerbiū dictum in strenuos, & bellicosos viros. Locus nomen habet ab aquarum inopia.

*Desertum intueri.*

Ἐρημον ἐμβλέπειν, id est, Desertum intueri, dicebatur, qui fixis & attonitis intueretur oculis. Metaphoram mutuati sunt ab iis qui pelagus immensum, aut solitudinem taciti intueūtur. Multis adest hoc oculorum vitium, vt paullo longius femora non exacte videant. Iis si quando dicendum est in hominum frequentia, quoniam in neminem certo figunt oculos, desertum intueri videtur. Citatur Aristophanes ex Poliydo.

*Esse promus.*

Ἐστὸν ταμίαις, τὰλλα δ' ἐὶ βλακειών, id est, Sis condus, in reliquis cuis escto, si liber. Aiunt dictum in eum, cui felicitas immerenti contigisset, peculiariter in eunuchos. Suidas indicat Athenis fuisse magistratum decemuiris cōmissum, qui pecunias in arce Palladis positas seruarent, quas sacras & publicas appellabant, vna cum ipso Palladis simulacro, ac reliquis templi ornamentis. Erant & Tamix triremium, qui præfectos triremibus solēt comitari, veluti custodes. Is magistratus interdum furacibus cōmitabatur, cum oportuerit incorruptos atque integræ fidei viros ad id adfiscere, quasi nihil referret qualis surcipias prouinciā, mo-

do commissa sit. Solent autem reges gazas suas, & vxores eunuchis committere.

*Ephemeris vitæ.*

Ἐφημέρη ζωὴ, id est, Ephemeris vita. De iis, qui statim emoriuntur aut pereunt: ab animantibus, quæ sic appellantur, quod ultra diem non viuunt. Aristoteles libro de natura animalium 5. prodit ad hūc modum de Ephemeris: Hypanis, inquit, fluiuius apud Cimmerium Bosphorum sub solstitio fert veluti folliculos acinis maiores, quibus quadru pedes volucres erumpunt, quod genus animalis in postmeridianum tempus vsque uiuit & volat, mox declinante sole mariescit & languet, mox occidente emoritur, vita nō ultra vnum diem peracta, vnde ἔφημερον appellatum. Retulit similia Plinius lib. 11. cap. 36. nisi quod ait animal dictum ἠμερόβιον. Aristotelem citat M. Tullius Tusculanarum quæst. lib. 1. addēs Hypanim ab Europæ parte profluere in Pontum.

*Canis mendico auxilians.*

Κύων τῷ πτωχῷ βοηθῶν, id est, Canis mendico auxilians. Vbi quis nobis aduersatur & diuerfis studet partibus is, cuius auxilio nitēbamur. Nam canes infesti sunt mendicis, velut ἑμοτέχιοις, nisi si quando frusto panis corrumpuntur.

*Iuppiter aquilam deligit.*

Ζεὺς ἐτὸν εἴλετο, id est, Iuppiter aquilam deligit. Vbi quis adfiscit sibi p̄claros, suisq; rebus accommodos. Poetæ hūngunt aquilā Ioui fulmen porrigere, quod hæc auis omnium altissime subuolet, nec ictu fulminis lædatur. Eiusdem vsus est opera in rapiendo catamyto puero.

*Aut minus animi, aut plus potentie.*

Ἡφροῖτι ἥλασσον ἢ δύνανται δεῖν μείζον, id est, Oportet aut minus animosum esse, aut plus posse. Conuenit in feroces, quorum arrogantia non suppetant vires. Aut qui non timent iritare, quem vincere non possunt. φροῖτι accipi potest pro sapere: qui sunt humili fortuna, iis multa dissimulanda sunt: quandoquidem quod vident perperam fieri, non queant vetare, & quod lentum fieri oportere, non possunt efficere. Plurarchus in Laconicis tribuit Archidamo Zeuxidami filio, cum filium videret præcipitatus

tius & inconsideratius pugnantem cū Athe-  
nienſibus: ἢ τῆ δυνάμει προδίδεις, ἢ τῶ φρονί-  
ματος ἰφείς. id est. Aut adde viribus, aut de-  
trahe animo.

*Felicitas à Deo.*

Θεὸς δὲ δῶρον ἐστὶν ἐντυχεῖν βουτῆς, id est,  
Felicitas datur deum homini munere.  
Vt res nostræ bene cedant, id in nobis sitū  
non est, sed à superum arbitrio pendet. Ho-  
minum est conatus, dei est euentus.

*Hystrix seta.*

Θεὸς ὕστριχος, id est, Pilus hystricis, dici pote-  
rit, dicitur acriter in quempiam tortū.  
Ab animante sumptū, cui mos iritato, pin-  
nas aculeatas, quibus illi tergum in horret,  
teli ritu eiaculari, etiam procul, idq; facit  
inventa cute. His igitur ora canum vrgen-  
tium figit. Est autem hystrix de genere Eri-  
naceorum, nisi quod huic lōgiores aculei.  
India & Africa potissimum hystrices gene-  
rat, vt auctor est Plinius lib. 8. cap. 35.

*Aleer Ianus.*

Ἰάνος ἄλλος, id est, Ianus aleer. Quadrabit vel  
in prouidum ac circumspēctum, vel in an-  
cipitem & perfidum. Perſius:

O Iane à tergo, cui nulla ciconia pinſit.  
Sumptum à Iano bifronte, cuius notior est  
fabula, quam vt sit hoc loco percensenda.

*Vestes circumfers ignem.*

Ἐματιῶ τὸ πῦρ περιτέλλας, id est, Veste cir-  
cumfers ignem, vbi quid ridicule sit. Aut  
vbi ouis suum ipsius malum fouet, veluti  
scortum, aut adulatorē, aut fictum amicū.

*Erinns ex tragedia.*

Ἐρινός ἐκ τῆ τραγῳδίας, id est, Erinns ex trage-  
dia. De scædis aniculis. Sumptum ex Ari-  
stophanis Pluto, quo loco dictum est de  
penia:

Ἰσὼς ἔρινός ἐστιν ἐκ τραγῳδίας. id est,

At forſan est Erinns ex tragedia.  
Strabo Geographiæ lib. 4. tradit inſulas ef-  
ſeio. in oceano Gaditano, noſte Caſſiteridas  
quarū vna proſus inculta ſit, in reliquis habi-  
tare hoīes colore ſulco, tunicis vtentes ad ta-  
los vsq; dimiſſis, pectoribus cingulo obuini-  
ctis, baculos manu geſtātes, ī ſumma, pſimi-  
les furis tragicis. Quibus ex verbis apparet  
hoc habitu furias ī tragediis induci ſolere.

*Aequalitas haud paris bellum.*

Ἰσα πόλεμονδ ποιῆ, id est, Aequalitas bel-  
lum haud parit. Aequalitate continetur  
concordia. Inæqualitas discordiarum est  
mater. Est Solonius apophtegma, quem-  
admodū ſcribit Plutarchus in huius vita,  
admonens dictum hoc fuiſſe vulgo celebre,  
τὸ ἴσον πόλεμονδ ποιῆ.

*Piscis primum a capite ſacet.*

Ἰχθὺς ἐκ τῆ κεφαλῆς ὀλῆν ἀρχεται, id est, Piscis à  
capite primum incipit putere. Dictū in ma-  
los principes, quorum contagione reliquū  
vulgus infectur. Apparet ab idiotarū vul-  
go ſumptum.

*Etiā Bætylum deuorares.*

Καὶ Βαίτυλον ἀνκατὰ πῶνις, id est, Etiā Bæty-  
lum deglutires. In voracē & omnia coquen-  
tem. Nam Bætylus dicitur ſaxum illud ſa-  
ſciis obuinctum, quod pro Ioue deuorauit  
Saturnus, vt teſtatur est Heſychius.

*Malum vas non frangitur.*

Κακὸν ἄγγις ἀκλαται, id est, Malum vas non  
frangitur. Qui deterior, is non numquam  
viuacior, & in periculis tutior. Simili me-  
taphora dicunt & hodie vulgo, malam her-  
bam non perire.

*Etiā quercus bæccatur.*

Καὶ δῶς μωνός ἐγένετο, id est, Etiā quercus  
Menas facta est. De iis qui vix deliniuntur.  
Ab Orphei fabula, quercus ſua cithara de-  
mulcent is. Mænades enim ſunt mulieres  
affiatæ Baccho.

*Vita molita.*

Ἀλλυμμένος βίος, id est, Vita molita, ſiue vi-  
ctus, vt ita loquamur, ſarinatus. Suidas in-  
dicat adagium varie accipi. Quosdam vſur-  
pare de vita priſcorum, qui glādiibus veſce-  
bantur, fortalliſ ob id qd illis ſeculis igno-  
tus adhuc eſſet carniū & piſcium eſus, ſo-  
laq; glandium farina victarent mortales.  
Alios de his quibus citra laborem vita lau-  
ta contingeret, propterea quod aliquandiu  
poſt frumenta reperta, ſarinæ faciendæ ra-  
tio neſciretur. Est autem farina paratior, ſi  
cui libeat veſci. Alioqui proſcindendum  
aruum, ſerendum triticum, metendum, ex-  
cutiendum, molendum, pinſendum. Non-  
nullos de iis qui in magna rerum, quas de-  
ſiderarent

siderarent affluentia, vitam agerent, ut adsi-  
nes sit illi quod alio positum est loco, & γὰρ  
ἀκων ἐστίν, id est, Non enim spinæ. Cæsar Co-  
mentariorum lib. 1. Trium mensium ino-  
lita cibaria sibi quemque domo efferre iu-  
bent. Huc adludere videtur Aristophanes  
in Equitibus, cum Cleon populo blandiēs  
ita loquitur:

Ἄλλ' ἀλφειτὶ κῆσαι πορῶ ἐσκίνασμένα. i.  
At ego paratas tibi farinas iam dabo.

Cui responderet altera persona:

Ἐγὼ δὲ μαζίσκος γέσκαμμαγγμένασ  
Καὶ τῶ ψοῖο πτόν, μὴδὲν ἀλλ' εἰ μὴ δῖε. id est,  
Bene maceratas ego dabo tibi mellulas,  
Piscemque coctum, nil aliud, quàm ve-  
scere.

Hoc posterius pertinet ad prouebium, qd  
ante retulimus: Victus maceratus. Rursus  
in eadem fabula cum Cleon offerret μαζίσ-  
κος μαγγμένασ, alter respondet:

Ἐγὼ δὲ μυσίλασ, μὴ μυσίλημένασ.  
panem intelligens iam iure maceratum, ac  
madefactum, & ob id paratū esui. Ac mox  
offert vinum iam temperatum, ut statim  
possit bibi:

Ἐχει καὶ πῖνι κε κραμμένον τρία καὶ δύο. i.

Dilutum habe, quod ebibas, tria, ac duo.  
Nam olim vinum non bibebatur nisi aqua  
dilutum, quod apud Germanos inusuetum  
est. Optimam autem temperaturam existi-  
mabant, si duobus vini cyathis duo aquæ  
adderentur. Porro quæ parata sunt, ea gra-  
tiora esse paullo post declarat populus. Cū  
enim alter lactaret se suo periculo rapuisse  
quod dabat, alter coxisse, responderet:

Ἄπιδ' ἔγὰρ, ἀλλὰ τῷ παραθέτος ἢ χαεῖσ.  
significans illi deberi gratiam, qui cibum  
paratum apposuerit.

*Malum est bonum.*

Κακὸν τὸ καλὸν ἔστι μὴ καιρῷ τήχη. id est,  
Bonum malum fit, tempore haud datum  
suo.

Nihil gratum, quod intempestiuum. Phar-  
macum in tempore datum, saluti est, secus  
datum, mortem adfert. Citatur apud Athe-  
næum libro septimo hic versiculus ex Ti-  
mone:

Ὅστιν ἔστιν, ὅστιν δὲ γαμῖν, ὅστιν δὲ πιπυῖται. i.  
Tempus amandi, tempus habendæ coniu-  
gis, est quod  
Rebus ab his tandem moncat desistere  
tempus.

*Caricum sepulchrum.*

Καρικὸς τάφος, id est, Caricum monumentū.  
De re magnifica sumptuosaque Sumptum  
à Mausolei sepulchro, quod est apud Caras.  
Plinius libro 36. cap. 5. ostendit opus hoc  
inter septem orbis miracula commemora-  
tum, idque potissimum ob artificum famā.  
Patebat ab austro & septentrione sexagenos  
ternos pedes. Breuius a frontibus, toto cir-  
cuitu pedes quadringentos vndeicim. Atro-  
lebatur in altitudinem viginti quinque cubi-  
tis. Cingebatur columnis quadraginta sex.  
Ab oriente exlaunerat Scopas, a septentrio-  
ne Bryax, à meridie Timotheus, ab occasu  
Leochares. Opere nondum absoluto perit  
Atemisia. Latini huiusmodi monumenta  
vocant mausolea. Martialis libro primo:  
Aere nec vacuo pendientia mausolea,  
Item Propertius libro 3.  
Nec Mausolei diues fortuna sepulchri.

*Malum minus.*

Κακὸν γὰρ δῶρον ἴσον ἐστὶ ζημία. id est,  
Minus malum est perinde vti dispendiū.  
Noceat, non iuuat, qui largitur noxia. Velu-  
ti si quis adulescenti subministret pecuniā,  
aut stulto committat impetium.

*Inani spe flagrat.*

Κεῖσιν ἐλπῖσι θερμαίνεται, id est, Inanibus  
spebus incenditur. In eum, qui frustra sibi  
magna pollicetur. Spes enim stultis addit  
animos, etiā si procul absint. Sapiens etiā  
si sperat, dissimulat. Decerptum apparet ex  
Sophocle, apud quem Ajax ita loquitur:

Οὐκ ἂν περιμνησθῆνός λόγου βροτόν  
Ὅς τις κενώσιν ἐλπῖσιν θερμαίνεται. id est,  
Haud emero virum mente nulla prædi-  
tum,  
Quemcumque inanes spes mouent & in-  
citant.

Aeschines contra Timarchum: ἐλπιδῶν κενῶν ἐμπλήσας. id est, Posteaquam illum im-  
pleisset inanibus spebus.

*Voluitur doliium.*

Κεῖλιθῶν ὁ πῖθος, id est, Reuolutum est do-  
lium. In eum qui commouetur alieno exē-  
plo, siue instinctu ad stulte quid faciendū.  
Nam doliū facili impulsu quo velis volui-  
tur. At sapiens tetragono similis, semper si-  
xus & immotus. Apparet esse natū ab histo-  
ria de

ria de Diogene in publico ciuitatis tumultu voluente dolium, quam refert Lucianus lib. de conscribenda historia.

*Ceram auribus obdis.*

Κερόν τοῖς ὠτίων ἐπαλίφειας, id est, Ceram auribus oblinis. In eos qui recusat audire vel æqua, vel iniqua. Natum ab Vlyssis cera, qua suas ac lociorum aures obturat apud Homerum, aduectus Sireuarum cæcilenas.

*Corui luscinij honoratiores.*

Κόρυς ἀδ' ὄνων ἀδ' ὀσιμῶν τειροῖ, id est, Corui luscinij honoratiores. Cum in docti doctis præferuntur, improbi probis, blaterones eloquentibus, rapaces ac furaces cordatis & integris viris. Aut :um plus tribuitur improbitati & audaciæ, quam eruditioni ac sapientię.

*Commune naufragium.*

Κοινὸν ναυάγιον τοῖς πάσι παραμύθιον, id est, Cōmune naufragium, omnibus solatiū. Multo facilius fertur malum, quod nobis est cū omnibus, aut cum multis commune Quin & hodie iactatur inter Scholasticos : Misertum est solatiū habere calamitatis sociū.

*Cyparissi fructus.*

Κυπαρίσσης καρπός, id est, Cyparissi fructus, de verbis dictū magnificis, ceterum inutilibus. Prouerbiū fluxit a natura arboris, quam Plinius libro 16. scribit, natu morosam esse, fructu superuacua, baccis toruā, foliis amarā, odore violentā, ac ne vinbra quidem gratiosā. Hactenus Plinius. Atque huiusmodi cum sit, tamen proceritate, vnde & conifera vocatur a poetis, ac propeuo virore, neque non nascēdi difficultate, nouum aliquem fructum polliceri videtur. Theophrastus autem lib. de causis plātarum 1. scribit semen cupressi adeo esse minutum, vt vix oculis percipi possit. Neque enim huius esse fructum totum id qd pilæ speciem gerit, sed quod cono innascitur, perquam tenue & exile, laticis semini proximum, quod pilula sua dehiscente dilabatur, nec legi nisi ab experto potest.

*Ματτυάριον.*

ΑΘΗΝΑΙΩΣ, Dipnosophistarum libro 14. refert cibi genus, primum à Thessalis repperum, sed quod Athenis quoque fuerit in deliciis, cum subessent imperio Macedonij, quorū lingua dicebatur ματτυά, a Græcā voce ματτω, quod est pinso, siue macero: vnde dicta sit μάττα, quæ & ipsa prouerbio lo-

cum fecit, vt ἐπεμαζῶν dicebantur, qui lautius viuerent : post quidquid esset opparū & elegans in cibis, ματτυά, dicebant, etiā in auibis, piscib⁹, oleribus ac fartis, & ματτυάριον, qui suauiter viuerēt. Citantur in testimoniū verſus ex Alexide.

Σκιάζειτ' ἰναχίδου προπασσινε τὸ

Λέπειν ματτυάριον.

id est,

Facite opparatus, & epulis incumbite, Lepamini atque mattayz etc.

Ceterum Atticis λέπειν dicuntur, qui intemperanter indulgent Veneri, huc ni fallimur adludentibus, quod λέπειν sonet deglubo, quæ vox et Latinis vsurpatione facta est obſcœna. λέπος enim Græcis pellem significat. De Mattyis qui plura volet cognoscere, legat sinem 14 libri, quem modo citauimus, & mattyis explebitur affatim. Tot auctoribus Athenæus docet qd sit mattaya. Idem lib 4. tradit apud Lacedæmonios ματτυνν dicta bellaria quæ post αἰκλον, id erat cōuiuuii genus, apud illos dabantur, quæ quidem & ἐπαἰκλα vocabantur. Meminit huius cibi & Martialis lib. 9. Mattya sola iuuant.

*Ματιολαχός.*

Ματιολαχός vulgato cōuicio dicebatur ligulator, & in minimis etiā rebus exquisitus. Quin & Helychius indicat quod pusillum sit, id Græcis dici μάτιον. Aiunt autē esse cibi genus. Equidem in commentariis Græcorū inuenitur μάτιον vocari, quod est minimū, aut genus mensuræ. Proinde quadrat in eos, qui per fraudem minimis e rebus sectantur cōpendium : ἀπο τῆς ματῆς καὶ λοχῆσαι, nisi manus a λιχην. Vsurpatur ab Aristophane in Nebulis, inter multa epitheta, quibus virum improbum notat. Interpres tā varie exponit, vt satis fateatur se nescire, scribens dici de eo qui malignum dar mensuram, de parco ac sordio, de eo, qui cogitat inania, siue nanciscitur friuola.

*Post Marathonem pugna.*

Μετὰ τὴν μακροβίον μάχη, i. Post Marathonē prælium. Vbi quis post calamitatē in aliam nouam rursus incidit. Marathon locus est Atticæ, crebris cladibus insignis, vbi acerrima pugna fuit cum Persis. Refert Herodotus libro 6. Simile huius: μετὰ πύλινον ταραχῆ, Post bellum tumultuosum.

*Ne visies musicam.*

Μὴ κακῶς γινῆ τὴν μουσικῆν, i. Ne visies musicā, id est, ne loquaris discrepantia, ne noua moliaris. Plutarchus in Apophtegmatibus refert

ita

ita loquutum Emerepen, in Phrynidis can-  
toris organo duas ex nouem incidentem  
fides, quod septem satis esse duceret.

*Astutior coccyce.*

Μιχαὶκώτερος κόκκυκος, id est, Coccyce astu-  
tior, dicebatur, qui astu sibi consuleret. Sū-  
ptum ab auis ingenio, oua subiicientis in  
nidos alienos, maxime palumbium, de qua  
abunde Plinius & Aristoteles.

*Hesperidum mala.*

Μῆλα ἐπερίδων δ' ἠρῶσαι, id est, Mala Hesp-  
ridum largiri, qui magna splendidaq; largi-  
rētur. Nota est fabula de malis aureis. Huc  
adlusisse videtur Maro noster in Buc. carm.

Aurea mala decem misit, cras altera muttā.

*Solz Lacedæ viros pariunt.*

Μόνου λῆκωναι ἀνδρας τίκτῃσι, id est, Solz La-  
cænz viros pariunt. Apud Lacedæmones  
fortissimi viri nascebantur, & apud eosdem  
matres seuerè patos educabant. Natum est  
prouerbium ex apophtegmate Gorgus La-  
cænz Leonidæ vxoris, cui cum peregrina  
quæpiā dixisset: Μόνου τῶν ἀνδρῶν ἀρχιτε ὡ-  
λῆκωναι, id est, Sole viris imperatis Lacedæ-  
moniz: respōdit: Μόνου γὰρ τίκτομιν ἀνδρας,  
id est, Solz enim parimus viros. Refert Plu-  
tarch, in vita Lycurgi.

*Myrteam coronam ambis.*

Μυρτινωῦ, id est, Myrteam cupere dicebatur,  
qui tyrannidē, aut magistratum ambiret.  
Nam olim principes myrtis corollis coro-  
nabantur, si quidem Suidæ credimus.

*Præuertit ancoræ iactum deus.*

Ἀλλ' ἀντέπισσε πλῆ ἐπ' ἄγκυραν βίσι. id est,  
Sed anteuertit ancoræ iactum deus.  
Cum res præter spem euenit. Traductum  
a nautis, quibus accidit læpenumero, vt cū  
parant sese vt ancoram iaciant, in portum  
appulsuri, repellantur a ventis, & in mediā  
sempetatem reuocentur.

*Pro Delo Calauriam.*

Ἀπὸ δ' ἄλλ' πλῆ καλαυρίαν, id est, Pro Delo Ca-  
lauriam. Est in fabulis: Neptunum cū La-  
tona permutationem fecisse, vt illa Calla-  
uriam insulam Neptuno concederet, possi-  
deret Delum, proq; dato Tænarō reciperet  
Pythonem. Est autem Callauria exigua in-  
sula, haud procul à Creta. Pausanias in Co.

rinthiacis tradit Calauriam olim fuisse sac-  
ram Apollini, Delphos Neptuno, hos in-  
ter se commutasse loca. Meminit eius rei  
Strabo quoque lib. 8. Tæzen, inquit, sacra  
Posidoni, i. Neptuno est, vnde & Posidonia  
dicta quondam. Eminent autē e mari ad quin-  
decim stadia: ne ipsa quidem obscura ciui-  
tas. Huius portui dicto Pogon imminet  
Calauria, exigua insula, circūit stadiorū  
triginta. Hic erat asyllum Neptuno factū.  
Et sama est hunc deum commutatione fa-  
cta cum Latona, data Delo recepisse Cal-  
auriam, cum Apolline vero, pro Pythono rece-  
pisse Tænarum. Ephorus autem ipsum re-  
fert oraculum:

Ἴσοι τοι δ' ἄλλοτε καλαυρίαν τε τιμῆδω,  
· Ρυθὰτ' ἠγαθέην, καὶ τὰισον ἠνεμίστεα. id est,  
Nil refert Delos fuerit ue Calauria culta,  
Python ue excellens, an pernia Tænarus  
auris.

Ea res in puerbium abiit, quoties manus  
manum lauat, & officium officio pensatur.

*Antiquior Codrus.*

Πρὸ βῦτ' ἠρῶς κόδρος, de priscis, & ob antiqui-  
tatem admirandis. Codrus antiquissimus  
Atticæ rex, cuius alibi nobis facta mentio.  
Ad hunc genus suum referebant, qui gene-  
rosi videri volebant.

*Hirundo totos schænos anteibit.*

Πρὸ στωτὶς χελιδὼν ὄλγος χοίνας παρεῖται, id est,  
Hirundo quæpiam totos schænos præteri-  
bit. Vbi quis immenso vincit intervallo.  
Nam χοίνας Græcis mensuræ genus, quæ si-  
cut existimat Herodotus libro 2. sexaginta  
complectitur stadia. Quemadmodum & do-  
cet Hermogenes in libello cui titulus τῶν  
μυθῶν δυνάτωτος, ostendēs esse verbum Aeg-  
gyptium, quemadmodum parasanges Per-  
sicum. Etiam si Plinius libro 12. cap. 14. qua  
draginta stadia tribuit schæno, quæ efficiat  
passuum quinque milia. Rursus idem lib.  
5. cap. 10. scribit schænum patere stadia tri-  
ginta, vnde varietas videtur accidisse scriba-  
rum vitio. Quāquam suspicamur hoc lo-  
co Chelidonem pro vito accipiendum, cu-  
ius alibi facta est mentio, qui haud scimus,  
an cursu celeritateq; præcellerit.

*Nihili cocio est.*

ΠΛΑΥΤΟΣ in Asinaria: Vetus est, nihili co-  
cio est. Dictum videtur in eos, qui pollicen-  
tur in futurum, nec exhibent rē presentē.  
Laberius

Laberius apud Gellium cocionem peruul-  
gato verbo dixit, quem veteres arilolatore  
dixerunt. Dicuntur autem hæc apud Comi-  
cum à leuia, quæ predicabat sibi oculatas ef-  
se manus, atque id demum credere quod vi-  
deret. Quod autem alii legunt coactionem,  
id neque carminis ratio patitur, nisi voca-  
lem elidas. Ex Festo Pompeio propemodū  
licet coniciere coactionem esse legendū. Ait  
enim coactiones appellatos a cunctatione,  
quod in emendis vendendisque mercibus  
tarde perueniant ad iusti precii finem. Pro-  
inde apud antiquos primam syllabam, per  
u litteram, non per o scribi solitam huic  
adstipulatur quod scribit Anneus Seneca li-  
bro epistolarum 11. differens non esse ces-  
sandum a benemerendo, quod aliquando  
inciderimus in hominē ingratum. Ex post  
malam, inquit, segetem serendum est. Se-  
pe quidquid perierat ad sidua infelicitis soli  
sterilitate, vnus anni restituit vbertas. Est  
tanti, vt gratum inuenias, experiri & ingra-  
to. Nemo tam certam habet manum, vt nō  
sepe fallatur. Aberrent, vt aliquando hæ-  
reant. Post naufragia, maria tentantur. Fœ-  
neratorem non fugat a foro coactor. Cito  
inerti otio vita torpedit, si relinquendum  
est, quidquid offendit. Hactenus Seneca.  
Quo loco num coactor legendum sit, nec  
ne, studiofis expendendum relinquatur.  
Iuxta etymologiam cuntio sine cunctio,  
aut mutata littera contio dicendum esset,  
ni quod Festus Pompeius ostendit eundem  
esse coactionem & cocionem. Is in dictione  
Arulator, consentit cum Gellio, confirmās  
eundem esse cotionem cum arulatore. Ari-  
latores autem dici a voce Græca ἀρις, id est,  
tolle, quod merces eas sequatur, ex quibus  
si quid ceciderit lucri, possit tollere.

*Non nauigas noctū.*

Ὀὐκ ἐνὶ πλοῆς, id est, Non noctu nauigas. De  
eo, cui nihil est certi, quod sequatur, pro-  
pterea φ nocturnis temporibus certius nau-  
vigant nauæ, pp stellarum notas, de quibus  
alias dictū est. Chrysippus, vt citat, negatio-  
nem detraxit, ἐκτὶ πλοῆς, manēt, sicut qui  
dem arbitramur, eadem snia. Nā quid alio-  
qui fuerat memorandū, si Chrysippus citra  
negationem extulisset? quasi vero non idē  
iuris sit in quauis oratione. Quamquā au-  
tem nauæ noctu stellarū indicia sequuntur  
longe tamen certior interdū nauigatio.

*Mores hominum regioni respondent.*

Καὶ τῶν φυτῶν τὰ ἀέρματα, καὶ τῶν ἀνθρώπων  
ἃ βίοι τὰς χώρας συμφομοιοῦται. id est, Et plā-  
tarum semina, & hominū mores ad regio-  
nis habitum respondent. Refertur & hoc  
in Græcorum prouerb. collectaneis natum  
ab apophtegmate, cuius meminit Plutar-  
chus. Vt triticum in non nullis agris dege-  
nerat in aliud genus, soli vitio: ita pro qua-  
litate regionis variantur hominum inge-  
nia. Mōtani asperi fere sunt & inhumani.  
Litorales ferme prædones & immites. Cam-  
pestres molles & humani. Herodotus in cal-  
ce libri vltimi, satis declarat primum e Cy-  
ri responso natum esse. Etenim cum Persæ  
rerum potiti postulerent, vt ex aspera re-  
gione, quam tum incolebant, transferren-  
tur in commodiorem ac feraciore, annuit  
quidem, sed admonitis vt posthac sese para-  
rent ad seruiendum, non ad imperandum:  
φιλέν γὰρ ἐκ τῶν μαλακῶν χωρῶν μαλακὸς γίνε-  
σθαι. Ὁν γὰρ τοι τις αὐτῆ γῆς εἶναι κερρόντε θανα-  
μασὸν φύσιν, καὶ ἀνδρας ἀκαθάρτα πολέμια. id  
est, Ex mollibus enim regionibus molles  
homines nasci solere. Neque enim eiusdē  
esse terre fructum egregium producere, &  
viros in re bellica præstantes.

*Cum cane simul & lorum.*

Σὺν τῷ κῶλῳ καὶ τὸν ἱμάντα, id est, Vna cum ca-  
nelorum quoque. Clausula est heroici car-  
minis. Eudemus idicat dici, quoties simul  
omnia pereūt, vt nihil omnino sit reliquū,  
ne spes quidem recuperandi quod periit.

*Te ipsum inspicere.*

Μὴ τοῦ μόνῳ ἀλλὰ καὶ τὸ σὺν φύλος σκόπει. ἰ.  
Age non meum, verum & tuum inspicio  
genus.

Tener in tragedia quapiā in Agamoneē  
sibi generis vitium probro vertētem, quod  
noctus esset, regerit huiusmodi conuiciū,  
quod & ipse genus duxisset à Clisthene esse  
minato. Stultū est in alterum dicere, quod  
in te possit retorqueri. Adagium refertur à  
Plutarcho.

*Ne mihi vacuum abstergas.*

Τὴν εὐοκρίτους in Syraculis:  
Μὴ φνὶ μελιτῶδες ὅς ἄμῶν κερτρεὸς εἶναι,  
Πλῆς ἐνδὸς, ἐκ ἀλέγω, μὴ μοι κτείνῃ ἀπομάχης, ἰ.  
Ne quisquam existat Proserpina, quæ do-  
minum, vno

Excepto



Excepto, agnoscamus, ego id non curo, cauto,

Abstergas ne mi vacuum.

Subesse puerbium videtur in eo quod ait: *Μὴ μοι κικεῖν ἀπομάχης*. Subaudiendum autem *γυθῖον, χεῖρα*, aut simile quiddam. Apparet esse comminantis, aut timentis alapa, aut colaphum. Nam locus nondum satis liquet. Eruditis itaque relinquimus excutiendum diligentius. *ἀπομάχτην*, dicuntur & plaste, qui argillam oblinunt, dum fingunt imaginem. Solēt quidam simulare officium, quasi velint aliquid sordium a mala abstergere, & interim imprudenti illinūt aliquid sordium. Quemadmodum inducunt Bacchum facie, gypso, & uuarum succo oblita. Interpres tamen homo nec admodum doctus, nec diligens, mauult subaudiri mensuram, fortasse *χοῖνα*. Quod in mensura redundat, abstergetur terete baculo. Fallit igitur qui nondum plenam absterget, ita simulans aliquid redundare. Sentit se non esse illi ancillam, ut ab eo debeat obiurgari. Heri offensi defraudant seruos suo dimēso, hoc est, ni fallimur, quod ait, non sum sollicita, ne mihi mensuram vacuum abstergas.

*Cum sis nanus, cede.*

*Νάνος ὡν ὄπρεκε*, id est, Nanus cum sis, cede. De pusillis dictum. Nani enim homunciones appellantur infra modum humani corporis, & prodigiosæ breuitatis. Iuuenalis: Nanum Atlantæ vocamus.

*Νάνος* enim Græce dicitur quasi *μὴ ἄνω*, quod non excreseat in altum. Citatur Theophrastus, qui senlerit nanos dici, quibus pudendum membrum sit iusto maius, quod in hoc hominum genere inueniri probabile est. Quadrabit in tenues & humilis fortunæ homunculos, ac quemadmodū ait Horat. moduli bipedalis, qui potentes sumptu conantur æquare.

*Nocte lucidus, interdum inutilis.*

*Ἐν νυκτὶ λαμπρὸς, ἐν φάει δ' ἀνωφελής*, id est, In nocte lucens, luce vero inutilis.

De præposteris qui sapiunt, ubi nihil est opus, cui opus est, ubi dormiunt. Ceterū magis videtur competere in eum qui inter indoctos videatur aliquid esse litteris, inter eruditos nihil sapiat. Aut inuertendum est prouerbum:

*Ἐν φάει λαμπρὸς, ἐν νυκτὶ δ' ἀνωφελής*. Sumptum à gemma quadam, cuius alibi scimus mentionem.

*E Tantalii hortu fructus colligis.*

*Ταντάλην κῆπον τρυγᾷς*, id est, Ex Tantalii hortu fructum colligis, id est, ea consecraris, quæ nusquam sunt, aut quibus frui non licet. Quod quidem apposite dicitur in mundanis addictos voluptatibus. Nam iidem his veluti temulenti fruuntur, egregie felices sibi videntur. Verum simul atque resipuerunt, iam velut experrecti, intelligunt omnia illa nihil fuisse, nisi mentis non admodum sanæ somnium.

*Telenico pauperior.*

*Τελεινὸς πεινέστερος*, id est, Telenico pauperior. Nam is vsque adeo notæ paupertatis fuit, ut Scriphii verbum inde finxerint, *dicantῆς; τελεινῶτα* pro euacuate.

*Telenicia echo.*

*Τελεινὸς ἠχώ*, id est, Telenicia echo, recte dicitur oratio fatui. Sic enim vocant crepitū vasculorum inanium. Sumpto epitheto ab eodem, de quo modo diximus Telenico. Quamquam Plutarchus inter argute dicta Epaminondæ, meminit Tellenis cuiusdam pessimi tibicinis, cui dissimillimus fuerit Antigenidas. Expendat igitur lector an ab hoc malit deductum prouerbum. Etenim de Tellenis cantilenis alias nobis dictū est,

*Terebintho stultior.*

*Τερεβινθα ἀνοήτερος*, id est, Terebintho demertior, in stupidum sibi que placentem, quod arbor ea late porrigat ramos, quod est insolenter ostentantium sese, ad hæc nigrore insignis, foliis crassis. Succo item pingui & resinoso, tum alias alia specie. Parit quidem cum vite, sed dissimilena scetum.

*Muria Semyr amidis.*

*Τείχι σμυραμίδος*, id est, Muri Semyramidis, de muris inexpugnabilibus dicebatur, egregie que munitis. Ouidius libro Metamorphoseon quarto:

Ubi dicitur altam

Cothilibus muris cinxisse Semyramis urbem.

*Manum ad mouere.*

*Τὴν χεῖρα ἐπιβάλλειν*, i. Manum apponere dicebantur,

cebantur, qui sese insinuarent in rei cuius-  
piam egregiæ communionem. Translatū  
a sacris, in quibus nonnunquam fieri so-  
let, ut alii rem diuinam facientibus, alius  
aliquis adueniens, admota victimæ manu,  
fiat & ipse particeps sacrificii.

*Patris est filius.*

Τὸ πατρός ἐστὶ τὸ παιδίου, id est, Patris est fi-  
lius. Ita loquuntur, ubi quis mores imita-  
tur patrios. Et in genere, eius filium vo-  
camus quemlibet, quem moribus expresse  
rit, quod liberi serè parentes referre soleat.  
Hæc titulum Varro vni ex Menippeis in-  
didit, citante Nonio Marcello. Varronis  
autem tituli serè prouerbiales sunt. Philo-  
stratus in Aristide commemorat, sophistā  
hoc prouerbio notasse Alexandrum, quod  
patris ambitionem imitaretur.

*Paruo empras carnes.*

Τὸ ὄνομα κρέας οἱ κνῆς ἐδίδεον, id est, Paruo  
empras carnes, carnes edūt. Quidam putriā  
emunt obsonia, ne plusculum insumant  
nummorum. Ea cum nullus attingit, ca-  
nibus aliquoties edenda seruantur. Sapit  
& hoc vulgus horum temporum.

*Qui domi compluitur.*

Τὸν οὐκ ἔβρι βρεχόμενον ἔδει εἰς οἶκόν ἔρειν. id est,  
Qui domi compluitur, huius nec deū qui-  
dem miseret, vulgo Græcis iactatum. Sen-  
sus est cum modis omnibus suo malo vi-  
deri dignum, qui sit vsque adeo ignauus, ut  
nec domi suæ possit à pluuia tutus esse. Eius-  
dem farinae cum superiore prouerbium.

*Tragicus Theocrines.*

Τραγικός θεοκρίνης, Tragicus Theocrines.  
Vsurpauit hoc adagium Demosthenes ad-  
uersus Aeschinem. Theocrines primum  
tragædiarum actor fuit. deinde calumniator,  
& sycophanta. Vnde Demosthenes in  
oratione pro Ctesiphonte. Aeschinem tra-  
gicum Theocrinem vocat. Extat eiusdem  
aduersus hunc Theocrinem, oratio, quā  
quam nonnulli Dinarcho tribuunt. Vtus  
est hoc prouerbio diuus Hieronymus, ni  
fallimur, in epistola ad Furiam, de viduitate:  
Vbicumque viderent Christianum, ita-  
tim illud de triuio: τραγικός διακρίνης. Hoc  
conuicii iaciebant in Christianum, quasi  
sanctimoniz simulator magnificis verbis  
aliorum vitam criminaretur.

*Tragicum malum.*

Τραγικὸν πᾶν ὄν, id est, Tragicum malum, di-  
cetur ingens, cuiusmodi finguntur in tra-  
gædiis. Nā ab iis abstinet comœdia. Quin-  
tilianus duo facit affectuum genera: quos-  
dam enim atrociores esse, hos amat tragœ-  
dia, quosdam mitiores, his vitur comœ-  
dia: ac tragicos quidem πᾶντες vocant, co-  
micos ἕκαστος. Tragœdia semper habet tristem  
exitum: Comœdia lætum. Vnde Plautus  
citante Festo Pompeio, Comœdicè dixit  
pro suauiter: Fuge, heus alitisti & dulcè, &  
comœdicè.

*Cæcum auribus ac mente.*

Τυφλὸς τὰ τ' ὄτα, τὸν τ' ὄν, τὰ τ' ὀμματα ἄ. i.  
Tu simul & aure, & mente, & oculis cæ-  
cus es.

Quadrat in hominem plane stupidum,

*Cæcum infomnium.*

Τυφλὸν ὄνειρον, id est, Cæcum infomnium,  
de re friuola vanaq;. Quædam enim in-  
somnia portendunt aliquid, quædam ina-  
nia sunt, quemadmodum sunt & bruta sul-  
mina.

*Asinus non curio.*

Τῶν δ' ὄνων ἔμοι μίλαι, id est, Ceterum alinos  
nil moror. Congruit in eum, qui domesti-  
cis contentus opibus, non querit aliena:  
Nam cui plaustrum est domi, huic non est  
opus alinis cōducitibus, carmen integrum  
alibi citauimus.

*Plurimum calculus vincit.*

Τῶν πλείονων ψήφῳ κικάζει, id est, Plurium cal-  
culus vincit. Quoties in consilio ceditur  
multitudini. Plin. in Epist. quæritur, nu-  
merari sententias, nō expendi. Et Liuius:  
Pars, inquit, maior meliorem vicit.

*Pistillo nudior.*

Υπὲρ γυμνότερον, id est, Pistillo nudior. De  
vehementer tenui. Cognatum illi: πηλο-  
δης γυμνότερον, id est, Paxillo nudior. His  
enim cortex detrahitur.

*Pillo caluor.*

Υπὲρ φαλακρότερον, i. Pistillo caluor. Pro-  
uerbialis item hyperbole, de magnopere  
glabris. Nam ima pistilli pars, calui cra-  
nium referre videtur. Transferri potest ad-  
insigniter egenos, aut simplices, ac dissimu-  
landi ignaros.

*Subterratum.*

Υπόχαλκτον χερσίον, id est, Subterratum auris  
dice-

dicitur homo nequaquam syncerus, sed aliud præ se ferens, aliud intus occultans. Sumptum à nomismatis adulteratis.

*Nihil de vitello.*

Νεοτῆ δὲ ἐν μοι δίδω, id est, Nihil mihi de vitello dedisti. Quadrat in eos, qui imperiant deteriora, meliora sibi seruantes. M. Tull. in lib. De diuinatione 2. narrat huiusmodi fabulam, vnde consentaneum est hoc mutuatam esse prouerbum: Quidam somniarat se videre ouum ex lecti cubicularis fascia pèdeus illigatum, id somnium cum ad coniectorem tetulisset, responsum est thesaurum indicari: proinde foderet eo loco quo se somniarat ouum videre: vbi fodisset, reperit aurum argento circumiectum. Misitque paululum ex argento cōiectori, dissimulans inuentum aurū. Coniectō accipies, Nihil ne, inquit, de vitello?

*Queruli in amicitia.*

Οἱ φιλομεμφεῖς εἰς φίλων καὶ δὲ φνεῖς, id est, Qui queruli sunt in amicos, non sunt ad amicitiam idonei. Connuere ad amicorum vitia, hæc res & iungit, iunctos & seruat amicos. Sententia videtur desumpta ex Herodoto. Constat tamen trimeter si legas: οἱ φιλομεμφεῖς, εἰς φίλων καὶ δὲ φνεῖς. Nec tamen videmus quid sit φιλομεμφεῖς. Si legitimus φιλομεμφεῖς, addenda est coniunctio, οἱ δὲ φιλομεμφεῖς, ita constabit verus, Qui querulus est, amicitia haud accommodus.

*Cleomenes superat cubile.*

Ὁ κλεομένης τῆς κοίτης ὑπερέχει, id est, Cleomenes cubile superat. De eo qui magis abundaret rebus superuacaneis quam necessariis. Ductum apparet à quopiam, corpore, quàm prolectuli modo, maiore. Sicut & Iuuenalis:

Lectus erat Codro, Procul minor.

*Vterque ambo.*

Ὁ μὲν ἕκαστος ἀμφοτέρω, ὁ δὲ ἀμφοτέρω δίδω, i. Vterque ambo, ambo uenter. Instar enigmatis est, cuius meminit Plutarch. in Moralibus, & extat in Græcis Epigrammatis. E duobus fratribus, quorum alteri nomen erat ἕκαστος, alteri ἀμφοτέρω, illo bonæ frugis erat, hic nequam. Hos cum Philippus vidisset, hoc in eos iocatus esse fertur, Quadrabit in duos aliquos, quo-

rum alterius nequitiam, alterius probitas compensat.

*Os inest orationi.*

Ὅστι ἐνεσι τῷ λόγῳ, id est, Sermoni inest os ac vigor. De oratione non inani, sed solidas habente sententias. Dicitur hoc Themistocli tribuitur, videtur è poeta quopiam desumptum. Est enim iambicus Dimeter. Quinilianus item rerum inuentionem appellat orationis ossa. Sumpta similitudine ab animantium corporibus, quæ ossibus sustinentur, colligantur, neruis, vestiuntur carnibus, & pelle, coherent anima, mouentur actur.

*Fluuius non semper fert secures.*

Ὅτι καὶ ποταμὸς ἄσινος φέρεται, id est, Non semper secures fert fluuius, id est, non protinus tibi speres idē, quod aliis feliciter celsit. Natum ab apologo Aescopico: Cuidam cecidit syluam, securis è manibus excidit. Mercurius inuocatus reddidit argentum. Neganti suam esse, reddidit auream. Hanc quoque suam esse negati, ferream tandem restituit, & illas insuper donauit. Alius quidam eundem euectum sperans, data opera, passus est elabi securim. Ea cum perisset, nec Mercurius imploratus adfuisse, expostulanti, prior ille respondit ad hunc modum: καὶ καὶ ποταμὸς ἄσινος φέρεται. Quam hic apologus varie narratur in aliis commentariis, nempe adfuisse Mercurium, & prolata aurea securi rogasse, nū ea esset quæ perisset, atque eo protinus affirmante suam esse, Mercurium offensum hominis impudentia, nec ferream restituisse.

*Non est Dichyrambus, si bibat aquam.*

Ὅτι ἐὰν δίδωραμβὸς ἀνὸς ὕδατος πίνω, id est, Haud Dichyrambus est, aquam si potitet. Non adeit hilaritas, cum deest vinum: languet poetarum ingenium, ni vino concelescat. Vnde, teste Flacco:

Laudibus arguitur vini vinosus Homerus.

Ennius ipse pater, numquam nisi potus ad arma

Prosilii dicenda.

Nulla placere diu, nec viuere carmina possunt.

Quæ scribuntur aquæ potioribus.

Quin, ut refert in Symposiaci Plutarchus, Aeschylus tragedias suas potado scripsit.

Excitat

Excitat enim vini calor inueniendi vim, quæ torpet nonnumquam in ieiuniis, mouet phantasias, addit imperus, subministrat fiduciam. Addit Gorgiam non recte suam tragœdiam Marti tribuisse, cum Baccho magis sit adscribenda. Dithyrambi canebantur in honorem Bacchi, qui & ipse *δι-θηρῆμβος* dictus est, quod bis natus velut è duabus ianuis prodierit.

*Post acerba prudentior.*

*Παρὰ τὰ δαινα φορημώτερος*, id est, Post mala prudentior. Finitimum illi :

*Ρίχ. ἐν δὲ τε νήπιος ἔγνω.*

Plato in Sympolio, *ἂ δ' ἦ καὶ σοι λέγω ἀγαθὸν μὴ ἕξασπα τᾶ δῶαι ἰσσοῦ τῆς, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ἡμετέρων παθῆναι γινώσκων ὄλα βλαβῆναι, καὶ μὴ κατὰ τῶν παροιμιῶν, ὡς περ νήπιος παθόντα γινώσκω*, id est, Quæ sane & tibi dico Agathon, ne ab hoc fallaris, sed meis doctus malis caueas, neque, quemadmodum habet proverbium, stulti more malo accepto sapias. Congruet in eum, qui suo malo redditus est caucior.

*Pausone mendicior.*

*Πένωνος πτωχότερος*, id est, Pausone mendicior. Pauson pictor quispiam fuit, insigni tenuitate, quemadmodum apud Iuuenalē Codrus. Hunc notat Aristopha. in Pluto, apud quem enim Penia exclamasset : *ὦ πόλις ἄργος κλύεθ' ἴα λέγει*, id est, O vrbs Argos, quod ait audi : respondet Chremylus : *πάντα καὶ κἀλε τὸν εὐσσοτον*, id est, Pausonē adhibe tibi conuiuiam.

*Υἱερα Hyperbolium.*

*Υπερ τὸν ὑπερβολον*, id est, Vincit Hyperbolium. Hyperbolus quispiam erat, mirum in modum appetens litium, Unde conuenit in eos, qui simili laborant morbo. Plutarchus in vita Alcibiadis, Thucydides Peloponnesiaci belli lib. 8. & Aristophanes in Equitibus ostendit Hyperbolium fuisse hominem modis omnibus improbissimum, nec vlla re clarum, aut potentem, nisi vitio lingue. Præterea M. Tull. lib. De claris oratoribus, ita scribit de Saturnino : Homo simillimus Atheniensis Hyperboli, cuius improbitatem veteres Atticorum comœdiz notauerunt. Aristophanes præter alia scribit & hoc de hyperbolo :

*Ἄδρα μοχθηρὸν, παλίτην ὄξιν ὑπερβολον. i. Improbum virum, atq; ciuem vapam acidumque Hyperbolium,*

*Sus in volutabro cani.*

*Υς λυσαμὴ εἰς κλυσιμβορβόρος*, id est, Sus lota rediit ad volutabrum luti, cum quis iterat iam expiata flagitia, sicut indicauimus alibi : D. Petrus epist. 2. c. 2. Canis reuersus ad suum vomitum, & sus lota in volutabro luti. Adsimile huic Prouerb. 26. de eo, qui iterat stultitiam suam, id est, peccatum.

*Mendax Atraphaxis.*

*Τὸ δῶν πλιὰ ἀτραφάξις*, id est, Referta mendaciis Atraphaxis. De tumidis ac ventosis. Atraphaxis oleris genus, quod celeriter in altum surgit. Latinis atriplex dicitur, affinis, ni fallimur. betarum generi, quæ & ipsa subito grandescunt alioqui fatuæ. Id quod indicat & Theophrastus in historia plantarum, lib. 1. ca. 5. Eadem herba ab eodem, lib. 7. cap. 1. recensetur inter eas, quæ celeriter proueniunt, nempe die à saturo octauo. Est caule grandire, sed molli carnosaque Suidas admonet dictum in Cleonem, qui falso calumniaretur equites in concilio: cui cum fides haberi videretur, dictum est : *τὸ δὲ ἀτραφάξις πλιὸν εἶναι τῷ βελῆν*, id est, Concilium plenum esse mendaci Atraphaxi: quo dicto simul notata est & Cleonis in castimniando vanitas, & populi fâcilitas in credendo. Est enim illud proprium calumniæ, èleuissimò malo subito maximam excitare tragœdiam. In hæc ferme sententiam Suidas. Adagium sumptū est ex Equitibus Aristophanicis.

*Infige plagam ab aratro.*

*Πῶι τῷ ἀρ' ἀρόρης*, id est Infige plagam aratri: siue, impinge vomerem, cum iubebitus strenue pugnare licet sine arte. Natū aiunt ab huiusmodi fabula, quam narrat Pausanias lib. Elia 2. Glaucus quidam Carystius cum terram aratro proscindenti forte fortuna vomis excidisset ab aratro, sublatum aptauit manu vice mallei. Quod vbi cōspexisset pater Demylus, iuuenē produxit in Olympia, ad pugilum certamen: verum vbi iam artis imperitus, plagis afflitus pene deficeret, pater exclamauit : *πῶι τῷ ἀρ' ἀρόρης*, admonens, vt sic poteret hostem, admodum vomere feret vulnere terram. Hac voce rediit animus iu-

ueni, vicitq;. Idem postea bis vicit Pythia, octies Nemea, item octies Isthmia, auctor Pausanias.

*Summis ingredi pedibus.*

**Q**ui clanculum, aut cautim, ac pedetentim, quod aiunt, conatur aliquid, summis pedibus ingredi dicitur. Græci iucundius efferunt aduerbio composito, ἀκροποδῖτι. Idē valent illa: Suspenso gradu, & suspensis pedibus. Traductum a gestu eorū, qui sic ingrediuntur, vt strepitum pedum nemo sentiat: aut q; vix diffisi, cautim & leniter figurę vestigia. Aliquāto diuersus est, quod est apud Platonem in Lachete: καὶ εἰδὲ ἄκρο ποδὶ ἐπιβάνοντας, id est, Ne summo quidem pede ingredientem, quod pertinet ad illam formam: Summis labris degustare, Summis digitis attingere.

*Cælum digito attingere.*

**PROVERBIALI** nimirum hyperbole, digito cælum attingere dicuntur, qui longe supra mortalium conditionem, ac diis proximi esse videntur. M. Tullius ad Atticum lib. 2. Nostri autem principes digito se cælum putant attingere, si nulli barbari in piscinis sint, qui ad manū accedat. Cognatum illi, quod alias ex eodem retulimus: In cælo est. Ad consimilem modum Horatius:

Quod si me lyricis vatibus inseris,

Sublimi feriam sidera vertice:

Ouidius:

Huic tu cum placeas & vertice sidera tangas.

Et apud Theocritum in Hódæporis:

Ὅτι πὸς ἦδ' ἄ.

Αἰσάμεν τὸν ἄμρον, ἐξ ἑρῶν ὀνύμην ἀλδύμαϊ.

Agnum quādo tuli, vobis in sidera abibo. Lydimachus cum ad Thraciam peruenisset, velut occupatis extremis regni finibus, Nunc, inquit, Byzantii ad me veniit, posteaquam cælum attingo lancea. Eam vocē auferentissimam ita castigavit Pasiades Byzantius, qui tum forte aderat, vt diceret: Abeamus, ne lanceæ mucro cæli pertūdat.

*Corinthiari.*

Κορινθιάζοντες veteres vulgato ioco dicebant eos, qui scortationibus ac lustris indulgerent, qui ve lenocinium exercerent. Summum est à meretricibus Corinthianis,

de quibus suo loco dictum est. Tantus enim illic honos habebatur meretricibus, vt, quemadmodum ex auctoribus docet Athenæus, illic in templo Veneris profiterent, atque in solemnibus precibus illud addi solet, vt dii auerent meretricum numerum. Quin & illud refert, meretrices sacro Veneri, civitatem extremo periculo laborantem seruasse placata Venere. Prouerbii meminit huius Stephanus de vrbibus, Aristophanis adlegans Cocalum.

*Si tanti vitrum, quanti margaritum?*

**DI**VS Hieronymus in epistola quadam ad Demetriadem virginem: Solent miseri parentes, & non plenę fidei Christiani, deformes, & aliquo membro debiles filias, quia dignos generos non inueniunt, virginitati tradere: si tanti, vt dicitur, vitrum quanti margaritum? Vitrum eodem complexulis alijs locis, vsurpatur & à Tertulliano in libello ad martyres. Hoc dicto summa rerum inæqualitas significabatur. Inter gemmas prima laus olim fuit vitriolibus, vitrum vilissimum: & tamen gemmas non nihil imitatur. Si tanto studio curas, vt viuat corpus, quāti est danda opera, quod viuat animus? Si nihil non facis, quo placeas homini principi, quanto magis euitendum, vt placeas principi deo? Si tantis sudoribus parantur opes petuntur vel vsu, vel furto, cui non magis incumbimus, vt cælestes opes adcumulemus? In his & huiusmodi locus erit prouerbio.

*In culmo arare.*

Ἐπι καλῶν ἀρῶν, id est, In stipula arare, dicuntur, qui labore nunquam intermissa vim mentis exhauriunt: aut qui nunquā desinūt ab amicis petere quod debet. Sumpta metaphora à nimium avidis agricolis, qui segetē non patiuntur vnuquam interquiescere: sed assidua cultura succum omnem soli exhauriunt, statim à messe, nouam ingredientes sementem. Suidas citat ex Lysia.

*Taciturnior Pythagoris.*

Σιωπαλιώτερος ἔσομαι τῶν πυθαγόρα τελευτήσῃ. Taciturnior ero, quāti hi, qui Pythagor-

re sunt initiati. De vehementer taciturnis vsurpari solet. Sumptū à Pythagoræ schola, in qua quinquenne silentium indicebatur auditoribus, quam *ἐξιμβίαν* vocant, à cohibendo sermone. Suidas prouerbii titulo refert, & Zenodorus in collectaneis.

*Attagenæ nouilunium.*

*Ἀττάγης νοσιμίας*, id est, Attagenæ nouilunium. Refertur à Suida: nec explicatur, nisi quod è diuersis locis hand difficile coniectura colligit potest, dictum fuisse in turbam abiectionum & seruilium hominum. Siquidem Attagen auis est palustris, versicoloribus plumarum maculis distincta: unde seruum hominem stigmaticum, & cui tergum ob plagarum vibices, variis pūctis esset picturatum, Attagenam vocabant. Porro ad nouam lunam, sic enim Græci vocant initium mensis, cum Kalendas non habeant, & serui distrahebantur apud Athenienses, & militum delectus agebatur.

*Viuus, vidensque.*

**Q**UOD in Ennucho dixit Terentius: Viuus, vidensque; pereo, M. Tull. indicat prouerbiali figura dictum esse. Sic enim scribit in oratione pro P. Sextio: Ille Cyprius miser, qui semper socius, semper amicus fuit, de quo nulla vquam suspicio durior adferatur, aut Imperatores nostros allata est, viuus, vt aiunt, & videns est cum victu suo, ac vestitu publicatus, Vsurpat aliquot locis & D. Hieronymus. **Q**uin & illud quoque cum victu suo, ac vestitu prouerbium sapit.

*Præstat habere acerbos.*

**M. TVLLIUS** in dialogo De amicitia. Scitum est. n. illud prouerbium Catonis: Multo melius de quibusdam acerbos inimicos mereri, quam eos amicos, qui dulces videntur. Equidem, vt præclaram esse sententiam fatemur, ita prouerbium esse negamus. Primum, quod nullam omnino prouerbii speciem præ se ferat: deinde quod prouerbia vulgi sunt, nō huius aut illius. Unde legendum arbitramur: Scitum est enim illud Catonis, aut illud verbum Catonis: tamen adscribendum putauimus, ne quis indiligentia præmissum existimaret.

*Columnas rumpere.*

**ABLIANVS** prodidit in Samo quondam

fuisse animalia vasta magnitudine, Neades vocantur, quorum voce terra rumpere. Unde prouerbium natum in clamosis & improbeloquaces, vt postes, & columnas dicantur rumpere. Vfus est eo Vergilius in Philitum rabulam, & obrestorem. Itē Iuuenalis:

Frontonis platani conuulsaque marmora clamant.

*Leporis vita.*

*Λιγὸς βίον ζωῶν*, id est, Leporis vitam viuere dicuntur, qui semper anxii trepidique viuunt. Quod id animal omnium prædæ expostum, ne somnum quidem capit, nisi oculis apertis. Demosthenes in Aeschinē: *Λιγὸς βίον ἔχει δέδιωτος καὶ τρέμων καὶ ἀεὶ πλεγάσεται προσδοκῶν*. id est, Leporis vitam viuere, timens ac tremens, ac semper expectans vt vapulares. Vfus est & Plutarchus in libello: *πρὸς φιλοπατριᾶς*, quem pridem Latinū reddidimus. *λαγῶν δειλοτέρη*. scripsit Athanasius in apologia 1. & apud Strabonem: Phrygiis leporibus timidior, de quo dictum est alias per occasionē.

*Visti non audens hiscere.*

*Νικώμειοι ἄνδρες τῆ ἀρχαίᾳ δέδιτται*, id est, Qui vincuntur silentio victi sunt Plutarchus in libello, cui titulus: Quo pacto quis vilitatem capere possit ex inimicis, citat ex Pindaro. Conuenit cum illo, quod alibi retulimus: Quid, nisi dolor victis? Est autem verbum perquā elegans *ἀρχαίᾳ*, vbi quis non audet hiscere, à verbo *γρῆσαι*, de quo non semel dictum est.

*Theristica facies.*

*Θερσίστην βλέμμα*, id est, Theristica facies. De prodigiose deformi dici solitum, quod Homerus scripserit hunc omnium, qui ad Troiam venissent, fedissimum fuisse. Ac totum hominem à capite, quod aiunt, vsque ad pedes ita graphice depingit, & corporis vitia & animi morbos, vt dicas, pessimū ingenium in domicilio se digno habitasse. Locus apud Homerum est Iliad. lib. 2. notior quàm vt hic referat adducere. Venustus erit, si ad animum transferatur: veluti si de formoso, sed moribus improbo dicas: Si corpus aspicias, Nireas est: si animū, plusquam *θερσίστην βλέμμα* reperies. Adagii mentionem fecit Suidas.

*Picifer.*

*Κισσοφόρος*, id est, Picifer, vulgare conuicium videtur

Videtur in hominem infimum & despiciatissimæ sortis. Siquidem Demosthenes in oratione pro Ctesiphonte dicit Aeschinē hoc nomine abaniculis compellatum, quē admodum & λινοφόρος, quod picas & vannos capite baiularet. Nam his in mysterijs Bacchanalibus utebantur, quod ea avis sacra sit Baccho, & vannus in omnibus mysterijs adhibebatur. Vide Maro.

- Et mystica vannus Iacchi.

*In numerato.*

IN numerato habere, si ad animi rem transferatur, prouerbii rationem habuerit, velut Octavius Augustus, vt refert Seneca, pronunciauit de Vinitio oratore, quod ingenium in numerato haberet: propterea quod in caussis agendis ingenio esset præsentissimo, & quidquid aliis præstaret diuina cogitatio, id illi prima statim animi intentio daret. Sumptum est ab his, qui res suas ad certissimum calculum redegerunt, hoc est, ad pecuniam numeratam. Quintilianus in sexto: De actore, inquit, facile dicente ex tempore dictum est olim, ingenium eum in numerato habere. Vide prouerbium: Numero dixisti.

*Quantum habet.*

QUANTVM habet quisque, tanti fit. Quod scripsit Horatius in lib. 1. Serm. Satyra 1.

Nil satis, inquit, quia tanti, quantum habes, sis.

Item Iuuenalis satyra tertia.

Quantum quisque sua nummorum seruat in arca,

Tantum habet & fidei.

Non recensuissemus inter proueria, ne quis clamaret nos sententias collegisse, nō adagia, nisi D. August. in libro de disciplina Christiana nominatim prouerbii titulo citasset. Vnde & illud prouerbium, inquit, Quantum habebis, tantus eris. Quamquā & Horatius satis indicat vulgo iactatam sententiam eo quod eadē Satyra præcessit:

At bona pars hominum decepta cupidine falso.

Vsurpat & Apuleius in Apologia: Tanti re vera estis, quantum habetis. Videtur ex Euripide venisse in vulgi sermonem. Cuius & hunc versum inter ceteros refert Seneca:

Vbiq; tanti quisque, quantum habuit, fuit.

*Imis ceris eradere.*

IMIS ceris eradere, pro eo, quod est: Delere penitus, sic vt nullum omnino memorie pristinae vestigium extet. Sumptum ab his, qui in ceratis scriptitant tabulis. his mos est ita nonnunquam versum stylum per summum æquor ceræ ducere, vt qualiacūque tamen priori scripturæ remaneant vestigia. Aliquoties funditus delent, Conueniet in profundam obliuionem vel amicorum, vel pristinae fortunæ, vel si quid est simile.

*Macilenta manu pinguem pedem.*

MACILENTVS in opere quod inscripsit. Opera, & dies, velut ænigmatate quodam explicuit paupertatem:

Λεπτὴ δὲ πῶχων πόδα χειρὶ πέλεις. id est, Gracili autem manu pinguem pedem premas.

Manus enim gracilescunt fame, pedes intumescunt frigore. Carmen sic habet:

Μὴ σὲ κακῶς χαμῶν ἀμχαλὴν καταμείβῃ Σὼ πίνῃ, λεπτὴ δὲ πῶχων πόδα χειρὶ πέλεις. id est,

Ne te deprendant inopem mala tempora brumæ,

Atque pedem premere incipiat manus arida pinguem.

Venustius erit, si longius transferatur ad viaticum parandum senectuti, aut similia.

*Non semper erit æstas.*

AD eundem ferme sensum pertinet & illud ex eodem libro:

Ὀὐκ αἰὲ θέρθ' εἰσοῖται πρὸς θεὸν καλλιᾶς. i.

Æstas nō semper fuerit, cōponite nidos.

Non semper virebit ætas, para, quo se recipiat senectus. Aut, non semper erit prospera fortuna, munias animum philosophicæ decretis, quo fortunam aduersam possis contemnere. Admonet & Cato agricolas: Cogitent, quā longa sit hyems. Notus est apologus de formicis exprobrantibus cicadæ, quod totam ætatem nihil aliud, quā cecinisset otiose, eoque mendicaret in hyeme. Hoc dictum oportuit adolescentum pilis inscribi. Neque enim tantum admonet parandam esse rem in senectam. verum etiam eruditionem, virtutem, honestam famam, quæ præsidia sunt optima senectutis.

*Cum ex ossis sumo rodit pedem.*

CONSIMILI figura significauit egestatem in eodem opere:

. Or

- Or' ἀνοσιός ἐν πόδι' α τέρδ' α. id est, Quando pedes edit ipse suos is qui caret offe.

Ex offe vocat Polypum, quod offibus caret. Is creditus est nonnullis sua brachia rodere, cum deest cibis. Est enim edacissimus, quamquam Plinius existimat id illi accidere à conchis, verum præcisâ renasci credit, quemadmodum caudas lacertis. Alceus apud Athenæum lib. 7.

Ε' δ' α' ε' μαντὸς πολύτης, id est,

Comedo meipsum more Polypi, Vnde & αὐτοφάγος dicitur. Verum hoc opinionem & Athenæus reiicit.

Centum plaustrum trabes.

TAM simile est proverbio, quam est ouum ouo, quod scripsit Hesiodus in eodem opere, cui titulus: ἔργα ἢ ἡμέραι,

- Ἐκατὸν δὲ τε δ' ἔρα δ' ἀμάξυς. id est,

Cētum autem lignis plaustrum compingitur vnum.

Et tempestiui teremur, cum significabimus id, quod à nobis petitur, magno constare. Facile enim alienis vitmur, non expedientes quanti constituerit ei, qui præbet. Carmen Hesiodi sic habet:

Ῥιθίων γὰρ ἐπ' ὄρει πέν, βόι δ' ὄς νοὺ ἀμάξυ  
Ῥιθίων δ' ἀπατινάδω, πύρα δ' ἔργα βύετοςι,  
Φοί δ' ἀνιερ φρένας ἀφνειὸς πύξω δ' αὐ ἀμαξ  
ἔω

Νῆπιθ, ἔδ' ἐ τὸ γ, οἶδ' ἑκατὸν ἢ τε δ' ἔρα δ' ἀμάξυς. id est,

Nam dictum est procliuè, dato plaustrumque bouesque

At procliuè negare, sed en tauris labor instat,

Cogitat, est animo diues, cōpingere plaustrum

Stultus & haud nouit, centum id compatibile lignis.

Itaque quoties ad id, quod molitur aliquis, pluribus admniculis opus est, velut ad gerendum magistratum, ad scribendum, libitū ad munus concionandi, ad instituenti familliam, ad longinquam peregrinationem, non ineptè vlturpabimus Hesiodi verbum: ἑκατὸν δὲ τε δ' ἔρα δ' ἀμάξυς.

Araneas eicere.

HABET illud quoque proverbiū speciem, quod est apud eundem in eodem opere:

Ε' κ' δ' ἀγγέων ἐλασσεως ἀράχνηα. id est,

Valis eicias, quæ nectit aranea telas.

Sic enim significat inanitatē & inopiam

etiam hodie. Ad eundem modum Catull.

- Nam tui Catuli

Plenus sacculus est aranearum.

Quo dicto nunc nihil est vulgo vulgatius. Lucianus in Pseudologista: ἀράχνηα & ἀράχνηα μέγα. i. Carie & araneis differata.

Muris circumcurrentibus.

Τῶν τοίχων περιτρεχόντων, id est, Parietibus circumcurrentibus. Plutarchus in Symposiacis decade septima problemate quinto, indicat muliebri fuisse proverbium, quo secretum significabant, muris videlicet testes & arbitros arcentibus. At bonorum virorum huiusmodi voluptates etiam aclusus aut oportet esse, ut nihil elegant vallo parietum. Licebit vti, cum significabimus aliquid ali monstrari, & ob id captari secretum.

Κρεσσβόλα.

IN eodem opere problemate secundo, doctet homines præfactos, & asperis moribus, & intractabiles κρεσσβόλας vocari solitos, quam vocē haud satis commode verteris Latine. Sumptam autem metaphorā ab agricolis, apud quos semina quæ prius quam in terram decidat, iucidunt in cornu bouum, κρεσσβόλα, dicantur, παρα' τὸ ἐς κρεσσβάλλω. Hæc autem provenire ceteris multo duriora, vnde & ἀτρεσμοα vocantur. Qui scripsit etymologicum, indicat hanc vocem semel duntaxat vsurpatam à Platone, sumptamque à leguminibus, quæ nec igni, nec aqua mollescāt: cuiusmodi quædam videmus admixta leguminibus minuta nigraque. Locus est apud Plat. lib. De legibus 9. Quo quidem loco videtur interpretis ignorasse quæ sint κρεσσβόλα. Verum enim legumina fulminis tactu prædura, quasi dictum esset κρεσσβόλα. Porro cur id accidat, ut semina quæ in cornu bouum impeerint, aut non proveniant, aut proveniant sicciora durioraque Plutarc. hanc adfert causam, quod ea quæ à manu calida statim excepta terra fouentur, magis adiunatur calore, qui seminibus est amicus. At quæ in cornua iucidunt, proiecta magis videntur quam seminata, & mora frigus coligunt. Theophrastus dubitat num friuolum sit quod de cerasbolis iactat agricolæ.

Respublica virum docet.

Ε' β' λ' ἄνδρα διδάσκει, id est, Respublica virū docet. Significat neminem ad rem gerendam



dam idoneū esse posse, nisi qui sit vsu exercitatus. Plutarchus citat ex Simonide, tam etsi hemistichium carminis heroici. *Quantum tibi diu versatus in agro, non fies idoneus administrandæ republicæ nisi vixeris in foro, in curia, in frequenti populo.* Adlusit huc Socrates Platoniceus, cum inuitatus ad loca amœna in agris, respondit se cupidum esse discendi, arbores autem nihil docere.

*Faber cum sis.*

PLUTARCHVS in præceptis civilibus, senarium hunc haud dubie proverbialem, ex Euripide citat:

Τίτταν γὰρ ἴων, ἂν ἐπρατίης φυλαγικά. i.

Cum sis faber, opera haud facis fabrilia. Congruet in eum, qui tentat ad quæ non est idoneus, vel ob imperitiam, vel ob naturam alienam, veluti si quis infans & ad persuadendum ineptus, suscipiat legationem: aut indiligens dispenset rem domesticam: aut senex, siue inualidus militiâ capessat. Iamdudum & illud Horatianum cessit in proverbium, quod hinc imitatum videtur, Tractant fabrilia fabri.

*Aquam igni miscere.*

INTER proverbia, quibus ἀδύνατος significamus, referendum & illud: πῦρ ὕδατι μιγνύμεν. id est, Ignem aquæ miscere. Plutarchus in libello, cui titulum fecit: πρὸς τὰ ψυχρὰ, adducit huius proverbiij testimonium, studens probare aquæ propriū esse frigiditatem, potius quàm aeris. Pugnât autem utraq; qualitate ignis cum aqua: quippe calidus & siccus cum humida & frigida. Narrat eodem in loco morem fuisse apud Persas, ut supplex in fluium descenderet, ignem gestans, minitans ne consequeretur quæ petebat, se ignem misurum in aquam. Atque ad eum modum impetrabat quidem quæ rogabat, sed multabatur, quod minatus esset se facturum id, quod esset contra eorum naturam. Nā aqua hostis est ignis, eum quæ semper extinguit. Id supplicandi genus apud barbaros maximum habebatur, & in quo non esset fas reculare quod petabatur. M. Tull. Philippica 13. Prius vnda cum flamma redibit in gratiam. Rursus prius vndam flammam quæ ut ait poeta quispiam, prius deniq; omnia, quàm aut cum Antoniis Respub. aut Antoniū cum Repub. redeant in gratiam.

*Velut è specula.*

Ὡς ἀποσκοπῆς, id est, Velut è specula. Similitudo proverbialis, cum quis re velut oculis subiectam, totam vndiq; contempletur. Siquidem ex alto commodissime spectantur omnia, propterea quod nihil obstat, quod impediât prospectum. Vtitur Plutarchus in libello, cui titulus: De Romanorum fortuna.

*Velut in cratere.*

Ὡς ὠρεῖ ἐκ κρήνης φιλοτιμία, id est, Velut in cratere philotesio. Proverbiale & hæc collatio, qua significabimus res antea turbulentas componi, sedariq; & prius inter se inimicos in gratiam redigi. Dicitur autē crater philotesius, quem in conuiujs porrigunt alijs alij, seu amicitie symbolum, ac pignus. Veluti qui silram alieni desponderet futuro genero prelibans φιλοτιμία κρήνην porrigebat. Scythæ quoque amicitias, quarum sunt pertinacissimi, crateres conciliabant, ut testatur in Toxaride Lucianus. Quin & ΧΑΡΙΣΤΥΣ ipse nostræ religionis princeps, arcanam illam cū suis amicitiam poculo consecrauit.

*Sero venisti.*

Ὁψι ἦλθες, id est, Sero venisti. Competit in eos, qui post tempus rem aliquam aggrediuntur, veluti si iam ætatis vitio frigidus uxorem parat ducere, aut grandior litteras addiscere. Natum ex craculo, quod Pythiæ vates edidit cuidam consulenti, num deberet ad rempublicam tractandam accedere: ὁψι ἐμὴ ἡλθείς ἀρχὴν τοῦ διαγωγίου ἐλημύθη, καὶ πρὸ ἔργου στρατηγίας κόπτος ἐγέναι, id est, Sero venisti, me de principatu & rei publicæ administratione consulens, & alieno tempore militia pulsas ianuam. Meminit Plutarchus in commentario, cui titulus: ἐπὶ τῆς βυτιῆς πολιτικῆς.

*Prius antidotum, quàm venenum.*

ΔΙΟΥΣ Hieronymus aduersus Rusticum respondens, Quomodo eorum præfationes librorum, quos nescias, accuses, quæ quodam vaticinio futuræ calumniæ responderunt, impletes proverbium, Prius antidotum quam venenum, subaudi adlubes. Cōueniet vti, quoties aliquis se purgat antequam accusetur. Antidotus. n. aduersus venena datur, Hanc nemo sumit, nisi gustato veneno. Quamquæ sunt qui se præmuniant antido-

antidotis, ne noceat, si fors contingat sumere toxicum. Quemadmodum fecisse legimus Mithridatem.

*Statua taciturnior.*

His etiam temporibus in proverbio est: Statua taciturnior. In hominem vehementer infantem, ac tacitum. Vfus est hac hyperbole Hora. in epist. ad Iulium Florum: - Statua taciturnius exit

Plerumque & risu populum quatit.

Idem Iuuenalis diuitem quempiam, sed infantem & indoctum, Mercurii statuz similem facit:

Truncoq; simillimus Hermæ.

Consimili forma diuus Chrysostomus lib.

τῷ 1 εἰς οὐκ 6. de tardo & stupido: τῶ δὲ τὸ μίαιτερον τῶν λιείνων ἔστιν ἡ δαιμονία, id est, Tum illud, quod Græci dicere solemus, à faxeis nihil differet. quod & alibi retulimus. Xenophon in Symphosio: ἐκείνων γὰρ μὲν ἂν ἢ πῶν φανὴν ἀκρίστας, ἢ τῶν λιείνων. id est, illorum igitur vocem minus audias, quam faxearum statuarum. Statuz frequenter habent speciem sapientum, & eloquentiū victorum, ipsæ tamen nihil loquuntur.

*Hoc nouerim prius quam.*

PLUTARCHVS in libello, cui titulus: Philosophum maxime debere disputare cū principibus, irridens eos qui duplicem facerēt philosophiæ rationem: alteram in affectibus sitam, quæ à Mercurio Hegemone, id est, ductore proficisceretur: alteram in esseferendo positam, quam Diadorus Mercurius, id est, nuncius largiretur: ἑῶλον ἔστιν, inquit, καὶ ὑποππτεῖται τῶν ταυοί μιν ἡδὲν πρὶν εἰσαγαγεῖν γερονέτω. id est, Frituolum & obsoletum est coniungaturque cum illo: Hoc noueram antequam Theognis natus est. Vsurpat idem in eandem sententiam, in libello, cui titulus: τῶ δὲ τὸ μὴ χρῆν ἐμμετρησῶν τῶν πρῶτων, citans è comico quopiam. Aul. Gel. lib. 1. Noctium Atticarum, c. 3. citat ex Lucilio. Cōtra patriam, inquit Cicero, arma pro amico sumenda non sunt. Hoc profecto nemo ignorauit, & prius quam Theognis, vt Lucilius ait, nasceretur. Non est dubitandum, quin hic senarius sit proverbialis, quo rem frigidam & ineptam significabant. Apparet sumptum à Theognide tragicædiarum scriptore, quem frigidissimum

fuisse testatur Suidas, & ni fallimur memoria, Plato. Nam fuit huius nominis alter quoque cuius extant sententiæ.

*Phocensium desperatio.*

Φακίαν ἀπόρροια, siue φακική ἀπόρροια, id est. Phocesium, siue Phocica desperatio de stultis & insanis consiliis dici solitum admodum Stephanus. Verum ex Plutarcho Chæronēsi continere licet dici solitum, vbi desperatis rebus ad extrema consilia veniretur. Natum est autem ex euentu huiusmodi: Atrox odium & irreconciliabilis similitas, atq; vt Plutarchi dicamus verbis, ἡ πόλεμος ἔστι πόλεμος erat inter Thessalos & Phocenses: quod hi primores illorum in suis urbibus, ad vnū omnes eodem die trucidati sunt, illi vicissim illorum obsides ducento, quinquaginta in crucem sustulissent. De inde Thessali contractis omnibus copiis, per Locrenses irruerunt, edicto promulgato, ne cuiquam prouectioris ætatis parceretur: pueri cum mulieribus in seruitutem abducerentur. Daiphantus itaq; qui fuit vnus è tribus, quibus Phocensium res erat commissa, suafit vt viri quidē Thessalis obuiā irent, cum illis consistituri, ceteræ mulieres vna cum liberis, ex vniuersis Phocice congregatas, in vno quopiam loco seponerent, congesta ingenti lignorum materia: & adhibitis custodibus mandarent, vt simulac intellexissent sese victos in prælio, continuo pueros & vxores in recto igni exurerent. Id reliquis cōprobantibus, exurgens quidam negauit equum fieri, ni consilium hoc, vxorum quoque suffragiis comprobatum fuisset: quod si non placeret, nõ esse cogendas. Itaque mulieres, vbi rem cognouissent, ipsæ inter se habito consilio, Daiphantum collaudarunt, qui rectissime consulisset Phocensium rebus: Eadem autem videri & vxoribus & liberis eorum. His ita peractis, congressi cum Thessalis Phocenses, superiores extiterunt. Ac de ceterum quidem illud Græci Phocensium desperationem appellarunt, quod etiam si feliciter cessisset, tamen temerarium parumque cordatum videretur. Huiusmodi ferme Plutarchus. Similia serò narrat Pausanias in Phocicis. Meminit & pro uerbii, quod ait ex hoc euentu dici solent: ἐπὶ πάντων βυλδύματων ἀναλγύτων, hoc est, de omnibus consiliis quæ carent dolore.

Memi-

Meminit & Stephanus indicans dici solitum: *πρὸ τῶν τὰ ἀναγκῆ βεβλημένων.*

*Extremum occupet scabies.*

**O L I M** pueri cursu certantes, clamare solebant: Occupet extremum scabies, adhortantes hac voce singulos ad eursum, ac male precantes ei, qui fuerit omnium postremus. Id deductum est in adagium, quo vtebantur, qui significarent sese quocumque modo velle vincere, neque commissuros, vt inter postremos sint. Ita qui per fas nefasque rem auget, possunt alio vocanti respondere: Extremum occupet scabies.

Quamquam nihil vetat, quo minus in bonam partem detorqueamus, vt si qui summis viribus adnititur, ne ab æqualibus, eruditione, aut recte factis aut officiis ab amico superetur, dicat: Occupet extremum scabies. Hoc igitur prouerbum pueris acceptum ferimus, quemadmodum & illud: *τὴν κατὰ στυγὸν ἔλα.* Vtus est Horatius in Arte poetica:

Occupet extremū scabies, mihi turpe relinqui est.

Originem Acron indicat.

*Ἡμέρη κρηθ.*

**VULGARI** ioco fures dicti videntur *ἡμερή κρηθα*, quod interdiu dormiant, noctu vigilent. Sic enim Hesiodus in Operibus, ac diebus:

*Μὴ ποτε σ' ἡμερήκοιτος ἀπρ' ἀπὸ χροίμαθ' ἔλκται.* id est,

Ne solitus dormire die tua tollere possit. Aperte torquetur in tollionem, & furacē. Est & piscis eiusdem nominis, vt indicat Suidas, Rhoca opinamur.

*Νε vni naui facultates.*

**QVIN** illud etiam ad prouerbiorum classem, si longius deflectatur, referendum videtur, quod est in eodem opere:

*Μὴ δ' ἐπὶ νηυσὶν ἅπαντα βίον κόλλησι τίθεισαι.* id est,

Ne bona tu pandis ratibus semel omnia mades.

Ne quid aggrediaris, in quo sint vniuersa periclitanda. Non omnis statim alea iaciēda est. Periculosa est nautica negotiatio. Naufragiū enim tollit omnia. Tutius est cum terra commercium. Alibi retulimus

dictum Laconis, qui negabat sibi placere diuitias, quæ penderent a sunibus.

*Vrit absque torre.*

**VERSVM** hunc ceu prouerbialem subinde Plutarchus vsurpat:

*Εὐρεσ ἀτέρ δ' αἰλοιο καὶ ὁμῶ γέρω δ' ὠκεν,* id est, Exurit sine torre, grauique dat illa senectæ.

Nempe vxor improba, quæ moribus suis senium viro prematurum conciliat. Idem lepide transferetur ad auaritiam, ad ambitionem, ad inuidiam, amorem obscenitatis, similiaq; aui mi vitia, quibus obnoxii torquentur & contabescunt.

*Adhuc calum voluitur.*

**QVOTIES** significabimus adhuc superesse spem, & nondum omne tempus, quod melioris fortunæ solet occasione adducere, exactum esse, conuenient illud Theocriticum ex Charitibus:

*Ὅπως μή τις ἀγῶν ἔκαμ' ἀρεσῶς, ἢ δ' εἰσιν τῆς.* id est,

Nō dum defessus prouoluere desit æther Menses, atque annos.

Quod enim vnus annus negat, alter vltro defert.

*Multa rotæ voluentur.*

**PROVERBIALITER** extulit, & ad eandem pertinet sententiam, quod proxime conscribitur:

*Ἰσθμὸν κινήσῃτιν ἔτι τροχὸν ἀρεματος ἰπποῖ.* Permultis voluetur adhuc rota mota caballis.

Id est, Multum adhuc temporis restat, multæque rerum incident mutationes. Quod quidem adagium & hodie nostrati vulgo in ore est, Frigidius enim est quod quidam interpretantur de certaminibus Olympiacis, de quibus illic non agit poeta in carmine Bucolico.

*Ne nomen quidem.*

**PROVERBIALI** figura dictum est & illud in eadem Ecloga.

*Βοῆς δ' ἔτι μὴ δ' ὄνομ' ἔην,* id est,

Vltcrius nec nomen erit belli atque tumultus.

*Cernus canes trahit.*

**INTER** adagia quibus *ἀδωῶτατον*, seu preposterum quiddam significamus, adnumerandum & illud, quod est apud Theocritum in Thyrside:

Τὸς κύνες δ' ἔλαφ' ἔλασ. id est,  
Canes ceruus trahit.

Præposterum enim est, vt ceruus venetur  
canes. Carmen Theocriti sic habet:

Δάφνις ἐπεὶ ἐνάσκει, καὶ τὼς κύνες ὡς ἔλα-  
φ' ἔλασι. id est,

Postquam Daphnis obit, ceruus trahat ip-  
se molossos.

Ad consimilem formā Vergilius in Phar-  
maceutria:

Nunc & oues vltro fugiat lupus.

*Bubo canis Iusciniæ.*

ITEM illud quod proxime consequitur:

Κίβ' ὄρειαν τοὶ σκῶπε: ἀηδ' ὄσι γαρύσαντο. i.

Bubo quoque montanus philomenis occinat  
ipsis.

Cum in fans suadere conatur eloquētis, aut  
increditus docere doctissimum.

*Ne vidis quidem oleum.*

ΕΛΟΓΑ cui titulus: νόμῳ, sciat prouerbia  
libus sententiis ac figuris, quarum de nu-  
mero primum est illud:

Καὶ πῶκα τῶν ἔλαιον ἐν ὀφθαλμοῖσιν ὄπω-  
πα, id est,

Et quando ille oculis, oleum conspexerat  
vniquam?

Conueniet in eos, qui sunt artis alicuius  
prorsus rudes, & imperiti. Veluti si quis  
profiteatur rem medicam, qui numquam  
didicerit quidquam illius artis, venuste no-  
tabitur hoc versu:

Καὶ πῶκα τῶν ἔλαιον ἐν ὀφθαλμοῖσιν ὄπω-  
πα, id est,

Vngebantur enim athletæ, quod membris  
eualerent curioribus, vnde per oleum si-  
gnificant certamen. Quamquam scholia  
declaraunt quosdam hoc ad arborem refer-  
re, quod in Olym piacis oleastro siue olea  
coronari solebant.

*Et me mater &c.*

ITEM illud, quod in eadem sequitur:

Κίμ' ἔφαθ' ἀματρὴ πολλοῦ δ' ὄνικ' ἠμὲν ἀμεί-  
νω. id est,

Me quoque Pollucem mea mater vincere  
dixit.

Cum quis anteponitur, aut æquatur iis,  
cum quibus nullo modo conferendus est.

Matres enim amore cæcutiunt in filios, &  
formosissimos putant, qui sunt deformes,  
fortissimos, qui sunt ignauissimi. Porro  
Pollux pugil optimus fuisse creditur, teste  
Flacco:

Castor gaudet equis, ouo prognatus eodē  
Pugnis.

*Sua lupis, vt insaniant.*

RVRSVM in eadem:

Γέσσαι τοὶ μίλων καὶ τὼς λιπὸς ἀντίκα λυσ-  
σῶν. id est,

Hoc quoque Milo lupis mox persuadeto  
rabire.

Vbi quis animum inducit ad rem stultis-  
simam, quam non aggrediretur, nisi insa-  
nus. Nam lupi insaniunt vel sua sponte, ve-  
luti si quis tyrannum insuget ad crudeli-  
tatem, cum plus satis fastidiat suopte inge-  
nio. Rabies proprie canum est, vnde Scho-  
liastes Theocriti putat hoc velut absurdū  
proponi. Sed canes aliquando rabiunt, lu-  
pi numquam non rabiunt.

*Rore pascentur.*

IN hominem prætenui corpore, quadrabit  
illud ex eodem Idyllio, quod dictum est in  
vitulam macram:

Μὴ πρῶκας τιτίζεται ὡπαιρὸ τίτιξιν,

Dores enim rore appellant πρῶκα, quod  
πρωί, id est, mane cadat. Porro cicadas rore  
ali, testis est Plinius libro 11. ca. 36. Ore ca-  
rent, sed habent in pectore situloso quid-  
dam aculeatum linguis simile. Eo rorem  
lambunt. Cum excitatæ subuolant, reddūt  
humorem, quod solum argumentum est  
illas rore pasci. Neque enim ad excremen-  
ta corporis vllum foram est. Vnde Maro:

Dumque thymo pascentur apes, dum ro-  
re cicadæ.

Venustius erit, si transferatur ad ingeniū,  
siue stylum ieiunium & aridum. Aut per  
ironiam, in hominem vehementer obceso  
corpore.

*Tuam ipsius terram calca.*

CUM iubebimus cuiquam, vt suo loco se cō-  
tineat, neque se recipiat in nostra, quadra-  
bit illud ex eiusdem Hódæporis:

Τὰν σαυτὸ πατιῶν ἔχει τὰς δ' ῥέας. id est,

Quin propriam calcans terram, querceta  
teneto.

Conueniet, vbi parum fidemus alicui, nec  
volemus in domesticam recipere consue-  
tudinem.

*Ne fascines.*

Ἦνα μὴ βασκαίης μί, id est, Ne me fascines.  
Dici solitum vbi quis rem suauē nactus,  
præsentibus impartit aliquid, ne solus  
fruens alios contristet. Indicat hoc Aristo-  
teles sectionis vigesimæ problemate 24.

Vbi.

Vbi de mensa communi aliquis sibi priuati sumeret aliquid, intuenti communi- cans dicebat, ne me fascines. Itaque sum- pruri cibum prius edebant rutam, ceu re- medium aduersus fascinum. Tum enim metuebant noxam fascini, quoties vel au- dius vescerentur, vel alicuius incommodi suspitione tenerentur, aut cibum haberet suspectum quem cupiebant. Ita fiebat, vt semper cum perturbatione vel biberent vel ederent, flatu simul hausto: qui si expelli- tur, simul exit cib⁹, si retinetur, mouet tor- mina. Itaque ruta prius comesta, & stoma- chum & reliquum corpus calfacit, vt spiri- tus ille inclusus discuti atque abigi possit. Vnde & illud prouerbiale quidam habet, ruta opus est, vbi significabimus periculū cuiuspiam incommodi, quemadmodum de baccare, & apio diximus alias.

*Non omnis fert omnia tellus.*

VT Vergilianum illud: Non omnis fert omnia tellus, prouerbium erit, si traduca- tur ad diuersas ingenii dotes, aut nō quid- vis à quouis esse petendum: ita prouerbii rationem habebit illud Theocriticum, ex Cyclope:

Ἄλλα τὰ μὲν εἶρεται, τὰ δὲ γίγνεται ἐν χει-  
μῶνι. id est,

Illa quidem producit hyems, illa educat æstas.

Cum significabimus aliud agendum inue- ni, aliud seni, aliis atque aliis temporibus diuersis moribus vtendum. Quid autem quæque ferat tellus, eleganter describit Ver- gilius in Georgicis, & Hermippus apud Athenæum lib. primo.

*Dum virent genua.*

NEC illud caret prouerbii specie, quod est apud eundem in Thyonicho:

Ψοίεν τὶ δὲ αἰς γόνυ χλωρῶν. id est,

Quando virent genua, tum aliquid facia- mus oportet.

Studendum bonis litteris, dum adhuc vi- get ingenium.

Ducenda est, vxor sed iuueni. Consimilem ad modum Horatius:

- Dumque virent genua,

Et decet, obducta soluaturs frōte senectus.

Quamquam hæc ipsa figura, genu viret, prouerbialis est, quoties iuuentutem signi- ficamus.

*Neque pessimus, neque primus.*

MEDIOCRITATEM hoc pacto significare licebit.

Οὐτὲ κακίος

Οὐτὲ πρῆτος.

Id est,

- Neque pessimus, at neo

Primus,

Lepidius fiet, si ad ingenii laudem transfe- ratur. Nam apud Theocritum in Thyoni- cho de milite dictum est, qui seipsum mo- deste iactat.

*Scit quomodo Iupiter duxerit Iunonem.*

IN curiosos, & quid quisque domi faciat peruestigantes, conueniet illud ex Syracu- sanis:

Γάντα γυναικὶς ἴσασσι καὶ εἰς ζῆλον ἡγάγθη  
ἴσεν. id est,

Novit seminecum genus omnia, nouit & illud

Iunonem quo pacto duxit Iupiter olim. Scholiastes Theocriti putat significari futi- uas Iouis, & Iunonis nuptias, quales de- scribit:

Ἐἰς δὲ ἰὸν φοιτῶντες φίλως ἐλάβοιο τοκίαι. i.  
Coniugii subire thorum clam vtroque pa-  
rente.

Adiungit fabulam, quam retulit Aristote- les quidam in libro, quem scripsit de tem- plo Hermiones. Iuppiter insidians soror- is pudicitiz, cum forte vidisset illam se- motam ab reliquis diis: nam ne diis quid- em virginibus tutum est obambulare so- las: seipsum vertit in cuculum, consedit- que in monte, qui prius dictus erat Thro- nax, nunc Coccyx dicitur. Eo vero die Iu- piter excitauit ingentem tempestatem. Iu- no itaque sola peruenit in montem, con- seditque eo loci, vbi nunc est Iunonis Te- liz, hoc est, pei sectæ templum. Cuculus au- tem ob tempestatem horridus ac tremens deuolauit, cōseditque in Iunonis genibus. Eum Iuno misera texit veste sua. Hic rex deorum repente è cuculo factus Iupiter, Iu- nonem complexus est. Cumque illa meru- matris recusaret coitum, Iupiter promisit se ducturum illam in vxorem. Hinc natū existimant prouerbium. Addit huius Iu- nonis simulacrum in templo fuisse collo- catum hac imagine, vt in throno sedens sceptrum dextra teneret, in cuius fastigio sederet cuculus, vix credimus hanc fabu- lam

Iam apud veteres inueniri, sed suspicamur ab orioso quopiam grammatico fuisse cō-  
stitam. Adeo sapit anile quiddam. Huic  
simillimum est quod scribit Plautus in  
Trinummo : Sciunt quid in aurem rex  
reginæ dixerit, sciunt quid Iuno fabulata  
cum Ioue: quæ neq; futura, neque facta,  
tamen illi sciunt.

*Vbi pauseris, impera.*

**I**n eadem Ecloga:

- Πασσάμην ἐπιτάσσει, id est,  
- Præcipito postquam satiaueris esca.

Ad eum modum respōdent mulieres cui-  
piam obiurgāti, quod loquaciore essent,  
& silentium imperanti. Conueniet vbi  
quis imperiosior est in eos, de quibus nihil  
est meritus.

*Gallus in suo serquilinis plu-  
rium potest.*

**Q**uod scriptū est in ludicro Senecæ, pro-  
uerbii speciem habet: Intellexit, inquit,  
neminem parem sibi Romæ fuisse, illicq;  
non habere se idein gratiæ, Gallum in suo  
serquilinio plurimum posse. Adlusit ad  
Claudium Imperatorem Lugduni natū.  
Hodieq; de cane vulgo dicunt, eū in suo  
serquilinio plurimum audere: in alieno  
timidiores sumus omnes, in suo quisq; re-  
gno ferocior est, & animosior.

*Isthmum perfodere.*

**I**sthmum perfodere dicebantur, qui ma-  
gno quidem conatu, sed irrito molirētur  
aliquid. Ductum ab Isthmo Corinthiaco,  
qui efficiebat, vt naues lōgo & ancipiti am-  
bitu iuxta peninsulam circumagerentur.  
Vnde complures illum adorti sunt, qua-  
erat angustissimus, perfodere, nempe De-  
metrius Rex, Dictator Cæsar, C. princeps,  
Domitius Nero, infausto, vt omnium pau-  
ruit exitu, incepto. Auctor Plin. lib. 4. c. 4.  
Tranquillus ostendit, idem tētatum à Ca-  
ligula. Philostratus in vita Apollonii ne-  
gat Neronem destitisse victum operis diffi-  
cultate: sed quod timeret, ne admissum ma-  
re, perituram Aeginam portenderet, aut  
res nouas in Imperio Romano coortu-  
ras: nam id prædixerant Aegyptii vates.  
Quin & vetustissimus scriptor Herodotus  
lib. historiz suo primo, prodidit Cnidios  
Isthmum qua angustissimo spatio, nempe  
quinque stadiorum spectabat continētē,  
perfodere adortos, quo insulam facerent,  
perterum ichos scopulos in fodientū ocu-

los resiliisse, deinde Delphicum Apolliniē  
ab eis consultum trimetris respondisse:

Ἰσθμὸν δὲ μὴ πρυγᾶτε, μὴδ' ἄρισσεται.

Zōis, ἰσθ' ἔθεκε νόσον, εἰς ἔθ' ἄγειρο. id est,  
Neque cingite Isthmum mœnibus, neq;  
fodite.

Nam si Ioni id visum, locasset in salo.

Denique Nicanor Seleucus aggressus est  
Isthmum, qui dirimit Euxinū, & Caspiū  
mare, nec perfecit, à Ptolemæo Ceraunū  
interfectus.

*Lingere salem.*

**O**lim tenuis fortunæ hominibus sal pul-  
mentarii vice fuit, vti nunc quibusdam est  
acetum. Quæ res & in prouerbium abiit,  
tæsti non satis liquet cuiusmodi fuerit.  
Sed præsterit ipsius Plinii verba sup hæc  
re subscribere ex libri trigemiprimi ca-  
7. Varro, inquit, veteres etiam pulmenta-  
rii vice vsos, auctor est. Estasse enim salem  
cum pane & caseo, vt prouerbio apparet.  
Persius in satyra 5.

- Iura. sed Iupiter audiet. heu heu

Vare regustatum digito teiebrare salinū,  
Contentus perages, si viuere cum Ioue  
tendis.

Hoc est, vitam ages pauperitiam.

*Sellissare.*

**Σ**ελλίζεν proverbiali ioco dicebantur, glo-  
rioli, fastuq; præsumpti. Suidas admonet  
sumptum à moribus Selli cuiuspiam qui  
cum re esset perquam tenui, tamen affecta-  
bat haberi diues. Torqueri poterit & in  
eos, qui se doctrine iactitant, ac venditant  
opinionem, cum à litteris sint alieni. Hely-  
chius indicat Græcis idem significare: σε-  
λλίζου καὶ σελλίζου. Quia voce semel at-  
que iterum vsus est Plato in Gorgia: &  
σελλός dicitur, qui sigma crassius profert,  
qua de re nō nihil attigimus in prouerbio:  
ἢ σελλῆν ἔπιθεῖν. Addit Helychius non-  
nunquam σελλίζεν, idem esse quod ἀκ-  
ζουθέν, videlicet adtipulans Suidæ.

*Cecidis & Buphonorum.*

**Τ**ὰ κκεῖδ' καὶ βυφονίων, id est, Cecidis & Bu-  
phoniorum, de re magnopere prisca, & ob-  
vêtustatem iam pridē obsoleta, desueta. j.  
Aristophanes in Nebulis:

Ἀρχαῖα δὲ καὶ δὴ πολλῶν, καὶ τετίβων ἀν-  
μισα,

Καὶ κκεῖδ' καὶ βυφονίων. id est,

Prisca hæc sane atque obsoleta canis, nec nō  
oppleta cicadis,

Ac Ceci de cum Buphoniis.

Siquidem Cecides peruetustus quispiam Dithyramborum poeta fuit, cuius scripta iam situm olebant, vnde in iocum vulgare abiierunt. Queinadmodum iure videntur hodie, qui immodica & intempestiua affectatione vetustatis, è duodecim tabulis, ex Ennio, Lucilioque perunt sermonem, perinde quasi cum Euandri matre loquantur: nec vllum verbum elegans esse putant, nisi quod sit ab vsu vulgi, & nostro seculo procul remotum. Item Buphoni festum quoddam erat apud Athenienses, ob vetustatem neglectum iam ac desitum, sic appellatum à cæde boum. Adagio licebit per iocum vti cum significabimus aliquid ceu nimis prisicum negligi.

*Serenitati nubem inducit.*

NON tam ouū ouo simile, quam illud prouerbii faciem præ se fert, quod refertur à Plutarcho in commentario de dignoscendo adulate ab amico, *ὁδία γὰρ ἐπὶ γερφῶ*, id est, Serenitati nubem inducit. De eo, qui inter pocula ludosque virulentum aliquid admiscet, quod offuscata hilaritate frontem corrugat, superciliaque contrahat. Ad eundem modum Horatius libro 3. Ode. 15. de anu deformi, quæ se puellarum choris admiscebat.

Et stellis nebutam spargere candidis.

*Μορῶ γκαμμοί.*

OLIM homines macie prætenues, vesculi, ac decolores, proverbiali ioco *μορῶ γκαμμοί* vocabantur. Lucilius. Vix viuo homini ac monogrammo. Rursum idem alibi: Quæ pietas monogrammi. Nonius Marcellus ductum autumat à pictura, quæ prius quàm coloribus corporatur, vmbra fingitur. Nō perperam quidem Marcellus: Venustius tamen erit adagium, si ad veterum picturam respiciamus: quæ primitus omnium consensu, ab vmbra hominis lineis circumducta cepit initium, quod vocant declinare. Deinde singulis coloribus pingi coæptum est, easque picturas: *μοροχρωμίας*, appellabāt. Mox ars distinxit sese, & inuenit lumen atque vmbra, ut quædā eminere, quædā abdi premiq; viderentur. differentia colorum. Deinde adiectus est splendor quem aliū à lumine nolunt esse, medium tamen inter lumen & vmbra proinde eundem Τόνον

vocant. Nam commissuram ac transitum colorum, *αρμογή* appellant. Huiusmodi serme Plinius libro 35. capite 5. Conueniet igitur in hominem deformem, nullo aut eodem vultu colore, cuiusmodi priscoi erant imagines. M. Tullius libro de natura deorum 2. Non enim venis & neruis & ossibus continentur: nec elctis, nec potionibus vescuntur, ut aut nimis acres, aut nimis concretos humores colligant. Nec his corporibus sunt, vt aut casus, aut ictus extimescant, aut morbos metuunt, ex defatigatione membrorum. Quæ verrens Epicurus, monogrammo deos, & nihil agentes commentus est. Illi autem pulcherrima forma præditi, purissimaque in regione cæli collocati, ita feruntur, moderanturque cursus, ut ad omnia conseruanda & tuenda consensisse videantur. Monogrammos appellat Cicero informes, nullaque specie.

*Aliorum medicus.*

MANET hoc dictum his quoque seculis celebratissimum, quod refertur à Plutarcho in commentario de dignoscendo adsentatore ab amico, è poeta quopiam.

*Ἄλλων ἰατρὸς αὐτὸς ἐλαττο βέβαιον.* id est,

Aliis medetur, ipse vlceribus scatenens.

Vt ut eo & in cōmentario, quem inscripta aduersum Coloten. Conueniet in hos, qui aliis sapiunt, nō sibi, aliis oculati sunt & cauti, non sibi: alios consulari norunt, ipsi sua mala non ferunt æquo animo.

*Lapsana viuere.*

LAPSANA viuere lepide dixeris eos, qui per parce, nimiumque tenuiter viuunt. Contentaneum est enim iocum illum militarem in popularem fabulam abuisse, quo Cæsariani milites alternis versibus exprobrabant, quod apud Dirachium lapsana vixissent. Est autem lapsana, olus syluestre ac vulgare, passimque proueniens, trium foliorum, ex Brassicariū ni fallimur, genere. Verum si quis forte requiret, Plinii verba sunt hæc libro 19. capite 8. Nec non olus quoque syluestre est trium foliorum, Diui Iulii carminibus, præcipue iocis militariibus celebratum. Alternis quippe versibus exprobrare lapsana se vixisse apud Dirachium, præmiorum parsimoniam caullitates. Est autem id cyma syluestris. Hactenus Plinius. Idem libro 20. cymam inutilem esse dicit, & concoctu difficilem. Cymam autem

autem interpretatur in caulibus dici delicia-  
tore, teneriore & cauliculum, qui  
& in lappis & asparagis grati habet. Dio-  
scorides ait Lappanam Romanis & napiū  
dici, cuius folia simul & caules elixi com-  
duntur: putat hanc itomacho magis ami-  
cam quam lappathum, cuius meminit Ho-  
ratus, de cœna frugali loquens:

Aur herba lappathi, prata amatis, & graui  
Maluz salubres corpori.

*Haud contra ostium.*

Οἰκταῖ ἕνεκεν, id est, Haud contra ianuam,  
pro eo, quod est, non proprie ad rem, & ap-  
te ad id, de quo agitur, prouerbiali certe fi-  
gura dictum est ab Aristotele, libro Physi-  
corū quarto: Οἰκτῶν μὲν ἔνδον κατὰ ἕνεκεν πρὸς  
τὸ πρόβλημα ἀπατῶσιν. id est, Isti quidem  
igitur hand contra ostium occurrunt que-  
stioni. Argyrophylus ἔκταῖ ἕνεκεν vertit,  
non recte, neque non recte tamen id qui-  
dem. Perinde valer, quasi dicas: Ad scopiū.  
Illud expende lector, num hoc adagium il-  
li sit ad sine: τῆς ἄν ἕνεκεν ἀμάρτοι, id est, Quis  
abierit a ianua?

*Climacides.*

Κλιμακίδης, id est, Scalulæ, per iocum vocari  
poterunt, qui se diuitibus ad quiduis ob se  
quii submitunt, etiam si sordidissimum  
sit. Sic autem vulgato conuicio sunt appel-  
latæ mulierculæ quædam Cypriæ, adulatri-  
ces apud Syros, quod regum vxoribus sub-  
mitterent sese, vt per eas ceu per scalas cur-  
sum conscenderent. Meminit Plutarchus  
in libello de discernendo adulatore ab ami-  
co. Et Athenæus libro Dipnosophistarum  
sexto. Et Valerius Maximus rerū memora-  
bilibium libro nono, capite primo.

*Valeat amicus cum inimico.*

Ἐξέτω φίλος σὺν ἐχθρῷ, id est, Valeat amicus  
cum inimico. Quadrat in eos, qui toti ad  
se spectant, nec amici magis quam inimici  
rationem habent: cuiusmodi fertur Timō  
ille Misanthropos. Plutarchus in commen-  
tario quem, modo citauimus, Εἰ μὴδ' αὖ μὴ  
σκαμὸς ἐπανδρῶν τὸ, ἐξέτω φίλος σὺν ἐχθρῷ.  
id est, Si nequaquam placet illud, Valeat  
amicus cum inimico. Est autem Græcis he-  
misticium carminis trochaici.

*Manica.*

Μανικὰ Phrygio prouerbio dicebantur in-  
gentia, egregiaque facta, ducta voce à Ma-  
ne quodam prisco apud ipsos rege, quæ se-

runt virum fuisse præpotentem, & admira-  
bili virtute præditum. Auctor Plutarchus  
in libello de Osiride. Quin & Latini insa-  
num vocant, quod est præter vulgarem mo-  
dum. Insanire libet. Et: Insano iuuat in-  
dulgere labori.

*Ruta cæsa.*

NE in rutis quidē & cæsis, hand dubie pro-  
uerbiali specie dictam est à Cicerone li-  
bro de Oratore secundo, pro eo quod est:  
Nulla in parte. Sed dicit te, cum ædes ven-  
deres, ne in rutis quidem & cæsis, solitum  
tibi paternum recepisse. Quo quidem lo-  
co illud obiter admonendum, in vulgatis  
Tullii codicibus perperam pro recepisse,  
legi reliquisse, id quod satis liquere potest  
ex Nonio Marcello, qui in dictione recep-  
titius, hūc ipsum Ciceronis adducit locū.  
Est enim hoc loco recipere idem, quod exci-  
pere. Porro quid sibi velint ruta cæsa, nam  
verba sunt peculiariter iureconsultis, abun-  
de patet ex Pandectarum lib. 19. Lege 18.  
Si ruta, inquit Vlpianus, cæsa excipiantur  
in venditione, ea placuit esse ruta, quæ, eru-  
ta sunt, vt arena, & similia: cæsa ea esse vt ar-  
bores cæsas & carbones, & his similia. Gal-  
lius autem Aquilius, cuius Mela refert opi-  
nionem, recte ait frustra in lege venditio-  
nis de rutis & cæsis contineri, quia si non  
specialiter venierit, ad exhibendum de  
his agi potest. Neque magis de materia cæ-  
sa, aut de cæmentis, aut de harena cauend-  
um est venditori, quam de ceteris, quæ  
sunt pretiosiora. Meminit & in Topicis  
de rutis & cæsis M. Cicero: Nam ne præte-  
rirem aliquid, quod ad argumētū in omni  
ratione reperendum pertineret, plura for-  
tasse, quam abs te desiderata erant, sum cō-  
plexus: feci quæ quod sæpe liberales vendi-  
tores solent, vt cum ædes, fundum ve ven-  
derint, rutis & cæsis receptis, concedant ta-  
men aliquid emptori quod orandi causa  
apte, & suo loco positum esse videatur: Me-  
minit & in Partitionibus. Et cum signifi-  
cabimus inclementius tolli omnia, neque  
quidquam fieri reliqui, venuste dicimus,  
ne rutis quidem ac cæsis receptis, vt iure-  
reconsultorum more loquamur.

*Aetna, Athon.*

Αἰτνα & Αθωνem montes in molestis,  
cæditi; prouerbium abiisse, testatur Luci-  
lius apud A. Gell, lib. 16. c. 9. etiam si locus



is deprauatus habeat. Lucilii versus, quos adducit, sunt hi :

Verum hic ludus ibi, susque, omnia, de que fuere.

Susque & de que fuere inquam omnia ludus iocusque.

Illud opus durum, vt Setinum accessimus finem ἐπι το' λαπόν, vt alunt, Montes Aetnae omnes atque asperi Athones. De Aetna Siciliz monte dictum est, quod gigantem sua mole premat, iuxta poetarum fabulas. Siue quod crebris incendiis grauis ac perniciosus olim esset accolis. Vnde & M. Tullius in Catone maiore, dixit onus Aetnae grauius. De Atho vero, quod ob ingentem celsitudinē, umbra sit molestus, quam in Lemnum vsque trecētis distitam stadiis mittit, alibi diximus. Pomponius Mela tradidit huius cacumen altius, quam vnde cadant imbres : eius rei coniecturam ex eo colligi, quod de aris, quas in vertice sustinet, non abluuntur cinis, sed quo relinquuntur aggregere manet. Obstat & nauigantibus, quod toto longe dorso procedat in pelagus, qua continenti adhæret. Vnde & à Xerxe perrossus. Athenæus lib. 10. comme morat Erysiichthonem quendam inexplētæ voracitatis, vulgo dictum fuisse βορῆς ἄτρικα, id est, Voracitatis Athonem.

*Immune venire.*

IMMUNE Latini vocant, quem ἀσύμβολον Græci, nempe eum, qui nihil confert ad conuiuium. Horat. in Odis.

Nardi paruus onyx eliciet cadum.

Non ego te meis

Immune meditor tingere poculis

Plena diues vt in domo.

Sed plusculum habebit gratiæ, si transferat ad res animi, puta doctrinam, versus, aut simile quidpiam. Aulus Gell. lib. 6. c. 13. indicat vocem hanc in prouerbiū abiisse: Ne omnino, vt dicitur, immune & asymboli venirem, conuectabamur ad cenulam, non cupedias ciborum sed argutias quæstionum. Terent. in Phormione: Tene asymbolum venire vñctum atq; lautum è balneis? Apud Athenæum Ephippus eleganter dixit immune manu:

Ἀλλ' ἄλλοι εἰσελεύοντο νὴ Διὸς ἰμάνη, Ἀσύμβολοι χεῖρα προσβάλλει βορῆ. i. Ingressus alienum edere discere obsonium, Eduliisq; porrigere immune manu.

*So terichilectis.*

APPARET Soterichilectos in vulgarem iocum abiisse de re vili priscaque & minima ambitiosa, & iudis artificii. Sic enim Seneca Ennians de Cethego versus irridens: Qui huismodi versus amat, inquit, licet sibi & eosdem admirari & Soterichilectos. Aul. Gell. nam ab hoc ista referuntur lib. 10. cap. 2. Dignus sane Seneca videatur lectione ac studio adolescentium, qui honorem & colorem veteris orationis Soterichilectis cōpararit, quasi minimæ scilicet gratiæ, & relictis iam contemptisque Coniecture licet Soterichum fabrum fuisse quempiam, cuius opera prisca illam & rudem simplicitatem præ se tulerint. Nam Romæ postea argentea triclinia diuitibus in vsu fuisse, testatur Pl. lib. 33. c. 11. Huiusmodi inter pictores fuisse Fuluium, Rutubæ, & Placidianum, in sermonibus indicat Horat. lib. 2. Satyra 7.

Veletum Pausiaca torpes in sane tabella, Qui peccas minus, atq; ego, cum Fului, Rutubæque.

Aut Placideiani contento poplite, miror Prælia rubrica picta, aut carbone.

*Peribis, si non feceris.*

VBI quis in eum redactus est locus, vt nec aggredi rem possit citra magnum incommodum, neque tutò omittere, conuenit illud ex oraculo profectum: deinde populari, vt solet, sermone iactatum: Peribo, si non fecero: si saxo, vapulabo. Refertur ab Aulo Gellio, lib. Noctium 3. c. 3. e Plautina comœdia, cui nomen Fretum. Versus Plautini sunt hi:

Nunc illud est, quod Arietini responsum magnis ludis:

Peribo, si non fecero: si saxo, vapulabo.

Porro quæ nam sit historia redditi oraculi, Gellius ipse testatur sibi non liquere, & in hoc hos Plauti versiculos enotasse, vt hanc historiam quæreret. Sunt autem versus iam-bici tetrametri catalectici. Vnde dicit verbum, adiectum opinamur ab interpretante, submouimus. Nam in vulgatis codicibus scriptum est, magnis ludis dicitur.

*Ex se fingit velus aranæus.*

PROVERBIALIS videtur & illa collatio, aranæ ex sese textentis telas, & homines ex seipso comminiscendis mendacia. Sic enim Plutarchus in libello, cui titulus de Osiride: Οἱ αὖ πομπῶ καὶ λογογενεφικαὶ ἀπαρῆσθαι οἱ ἀρχαῖοι

διὰ τὰ ῥαυτὰ γυνῶντες ἀφ' ἐπιπῶν ἀπαρχὰς διυπο-  
 εἶτας ἐφάραστο καὶ ἀπαίρεισι. id est, Qualia  
 poetæ & oratores, velutaranei gignentes  
 ex seipsis nullis suggesta, exordia texunt,  
 producuntque Plinius tradit maiores ara-  
 neas in terra caavernarum exigua vestibula  
 præparare, minimas non texere: tertium  
 genus erudita operatione esse cõspicuum.

Orditur, inquit, telas, tantique operis mate-  
 riz vterus eius sufficit: siue ita corrupta al-  
 ui natura stato tempore, vt Democritò pla-  
 cet, siue est intus quædam lanigera fertilitas:  
 tam moderato vngui, tam tereti filo, & tam  
 æquali, deducit itamina, ipso se pondere  
 visus. Texere à medio incipit, circinato or-  
 be subtegmina adnectens: maculasque pa-  
 ribus semper interuallis, sed subinde crescẽ  
 tibus, ex angusto dilatas indissolubili nodo  
 implicat. Nec abhorrent ab his, quæ Aristo-  
 teles refert libro de natura animalium no-  
 no, addens araneos, mox vt editi sunt, sula  
 mittere, non ex interioribus, velut excre-  
 menta, quemadmodum sentit Democri-  
 tus, sed de summa corporis parte, veluti  
 corticem, aut in morem Histricis de cute  
 spinas iaculantis. Non texunt autem, ne-  
 que veniuntur, nisi feminæ. Mas fruendi co-  
 mes est, non laborandi.

*Boue venari leporem, & similia.*

Τὸ βοὶ τὸν λαγὼ κωπηγετεῖν, id est, Boue lepori  
 rem venari, dicuntur qui rem absurdã, stu-  
 tam, ac præposteram aggrediuntur. Plutar-  
 chus in commentario de animi tranquillitate:  
 Οὐδὲ γὰρ ὁ τοξοῦεν τῷ ἀρότρω βλάβει-  
 νος καὶ τῷ βοὶ τὸν λαγὼ κωπηγετεῖν, δυστυχὴς ἐ-  
 στί, ἃ δὲ γὰρ γρίφοις καὶ σαγήναις ἐλάφους μιλάμε-  
 θύοιτο, μηδὲ εἰς δάμων ἐναυτιῆται μοχθηρὸς,  
 ἀλλὰ ἀβελτηρία, καὶ μοχθηρία τοῖς ἀδυνασταῖς  
 ἐπιχτηθεῖσιν. id est, Neque enim qui aratro  
 velit iaculari, ac boue venari lepori, infor-  
 tunatus est. Neque ei, qui piscatoriis reti-  
 bus certuos non ceperit, vllus malus aduer-  
 sator genius, sed stulticia & pueritas, ag-  
 grediuntur quæ fieri non possunt. Nõ quid  
 uis est accomodum ad omnia, veluti si quis  
 homini studiis & otio nato, bellum, aut re-  
 publicam administrandam mandet. τῷ βοὶ  
 τὸν λαγὼ κωπηγετεῖ. Aut si quis stupido & in-  
 sulso iudicia committat. Citat in eodem  
 libello versus, ni fallimur, Pindari: ἐν ἄρμα-  
 σιν ἵππος, ἐν δ' ἀρότρω βῆς, παρὰ καυῷ δ' ἵθυ-  
 να τὰ κίτρα δ' ἐλάφης, καὶ πρὸς δὲ βλάστοι φόνου

κῖνα δ' εἰ τλάκμον ἐξινερεῖ. In curribus equus,  
 in aratro vero bos, nauem autem præuertit-  
 tur quàm ocyssimè Delphinus. At apro pa-  
 ranti mortem, canis est fortis inueniend-  
 us, nam hæc quoque prouerbii speciem  
 habent.

*Ab digrammate.*

PLUTARCHVS in libello de discrimine  
 inter adulatorem & amicum: ὁ δὲ κλάξ ἀφ'  
 εἰδὸς διαγραμματος αἰεὶ τὸ ἦδύ, καὶ πρὸς χάρην  
 εἰωθὸς ὑποκρίεται, ἔτε ἔργον οἶδεν ἀντιτεῖνον, ἔτε  
 ῥήμα λυποῦν, ἀλλὰ μὲν ἰον παρέπιται βλάστο-  
 να, σαυάδων αἰεὶ καὶ συμθεγγόμενος. i. Adula-  
 tor autem ab vno digrammate semper id,  
 quod iucundum est, quodque blandiatur  
 solitus succinere, neque factò resistere nouit,  
 neque verbo contristare, sed tantum obse-  
 cundat volenti, semper illi concinens & cõ-  
 sonans. Palam est prouerbii specie dictũ esse  
 ἀφ' εἰδὸς διαγραμματος, Est autem digram-  
 ma pictura, descriptioque philosophorum,  
 qua rem exponit oculis, vt perinde valeat,  
 quasi dicas, de eadem formula.

*Non filius Achillis.*

IN TER carmina nobis lium poetarũ, quæ à  
 doctis vice prouerbiorum vsurpantur, hæc  
 quoque referri posse videntur:

Οὐ πῦξ ἀχιλλεύς, ἀλλ' ἀχιλλεύς αὐτὸς εἶ. i.  
 Haud satius Achille, verum Achilles ip-  
 sus es.

E tragœdia quapiam, aut comœdia sum-  
 ptum videtur. Est enim versus trimeter iã-  
 bicus. Vsurpatur à Plutarcho in eodem com-  
 mentario, quem inscripsit, qua ratione sic  
 adulator ab amico dignoscendus. Aut enim  
 adulatorem modis omnibus sic amicũ imi-  
 tari, vt illud in eum dici possit: Οὐ πῦξ ἀχι-  
 λέως, &c. Itidem Terentianus Parmeno in  
 Gnathone Thrafonis orõni subseruientẽ:  
 Hem alterum hunc ex hoc natum dicas.

*Vlysses pannos exuit.*

IN eodem, quem modo diximus, commen-  
 tario Plutarchus hũc Homericum versum  
 vsurpat, non siue specie prouerbiali, ex O-  
 dyssæe χ.

Αὐτὰρ ὁ γυμνὸν ἔακίον πολὺ μῆτις ὀδυρ-  
 σῖός. id est,

Vilibus at pannis mox est exutus Vlysses.  
 Accomodare licebit iis, qui genere vite su-  
 bito cõmutato, & pauperibus diuites, & quæ

Ccc lldis

lidis nitidis, e tristibus hilares existunt. Nā Vlysses simul atque pannos, in quibus medicum apud procos egerat, exutus, magnificis vestibus ornatus esset, repente vilus est alius. Plutarchus torquet in adulatorē, qui Polypi more omnium studiis sese accommodat: adeo vt qui paullo ante apud amicum philosophiæ deditum, prolixam barbam ac pallium gestarit, assidue versans in libris, nihilq; crepans nisi numeros, rectangulos & triangulos Platonis: si forte fortuna in amicum incidit, voluptatibus addictum, continuo mutata figura velut à Circe transformatus, Sardana palus fiat.

*In durum, & implacabilem.*

IN hominem impendio rigidum & implacabilem recte torquebitur illud Homericū, ex Odyssæ K.

Σοὶ δὲ τίς ἐν στήθεσι ἀνώλιτος νδός ἐστ'. id est, At tibi non vniquam placanda in pectore mens est.

Plutarchus in commentario de dignoscendo ab amico adulatorem, ait hunc versum obiici solitum Antonio ab assentatoribus, quod Cleopatrz effictum amanti, non responderet in amore.

*Asinus balnearis.*

Ὁ ἄσινος βαλνεῖος id est, Vt asinus balnearis. Dicitur est in eos, qui ex suis laboribus ipsi nihil fructus caperent. Plutarchus in libello: τῶν φιλοπληθῆς, Οὐδὲν ἰὼ πᾶσαν, ἄσινος βαλνεῖος ἕλκα καὶ φρίγανα κατακομίζων, αἰὶ καπνὸν καὶ τέφρας ἀισιμπλάμιος, λυτρε δὲ μὴ μετέχων, μὴ δὲ ἀλίαις, μὴ δὲ καθαρῶν. id est, Nihil inde capiens commodi, velut asinus balnearis, qui ligna & sarmenta deferret, semper fumo ac fauillis oppletus, numquam autem particeps balnei, neque temporis, neque mundicie. Loquitur de diuite parco ac sordido, qui cum sit onustus diuitiis, non fruitur tamē.

*Lychmobij.*

APPARET LYCHMOBIS prouerbiali ioco dicitur, qui lucernariam vitam duceret, vt torqueri possit vel in nocturnum potorem, vel hominem supra modum studiosum, qui quemadmodū dicitur de Demosthene, plus absumat olei, quam vini: vel in sordidū & parcum, quasi de lucernario oleo victitantem. Seneca lib. epist. 22, epist. 122, dicitur

ostendit in lucifugam quendam, cuius tota vita erat prepostera, adeo vt quidquid hominum vulgus in terditu solet facere, id ille faceret noctū. Sub noctem expersiscabatur, diluculo ibat cubitum. In quem ita iocatus Varus lepidissimus fabulator, vt eum diceret admodū frugaliter viuere, quippe qui nihil insumeret nisi noctem. Et quibusdā illum sordidum & auarum dicētibz, Vos, inquit, illum & Lychnobiū dicetis. Est autem in ioco vox ambigua, vt intelligas eum vsque adeo sordidum, vt lucernas etiam absumeret: vel adeo parcum, vt lucernis victitaret. Ceterum adlusum est ad vitam hominis preposteram, cuiusmodi describit in eadem epistola, & Butem quendam Attilium.

*Quasi Sutriniū eant.*

SUTRINI peruectustum Etruriæ oppidum. Id olim sececerat à Romanis, cū quibus inierat societate. Camillus ad id delectus à Senatu, vt eos cogeret ad fidem. Is ne in apparando commeatu multum temporis tereretur, vtq; Sutrii ipsa celeritate opprimerentur, edixit, vt singuli milites triū dierum commeatum secum exportaret. Id deinde verum est in prouerbiū, quod vsque pari consuevit, quoties aliquis suo sumptu nauat operā aliis. Sic enim interpretatur. Festus Pompeius in fragmentis quibusdā, quæ Romæ inueniuntur. Arbitramur eandem esse historiam quam aliquanto aliter narrat Titius Liuius libro ab vrbē condita 6. Plauta in Cassina, Tum quoque facito, vt veniant, quasi eant Sutrium. Iuber Aclsimus, vt suos ad se le mirtat, sed suopte cibo instructos. Notum est carmen Catulli, quo Fabullum ad cœnam vocat, sed ita vt ipse se cum adferat quidquid ad lautam cœnam pertinet.

*Αὐτολήκνοι.*

Αὐτολήκνοι, vulgato verbo dicebantur, qui non ex animo, sed ventris causa colerent amicos, inde conficta voce, quod sponte ad Lecythum commearat, & inuocati præsto essent in conuiuio. Eisdem παραίτας quoque vocatos fuisse testatur, & ab Eupolide, τοὺς τῶν τάληνοι καὶ μετ' αἰμοφορίας. id est, Circum sartaginem & post prandium amicos dictos fuisse. Plutarchus in libello cui intitulus: Quo pacto qs dignoscere possit adulatorem ab amico: καὶ πλὴν καὶ καὶ πλεῖστον λαλῶ

λοιτούς αὐτολοκάθους τῶν τριγώνων καὶ τρι-  
 πύλων καὶ μετὰ τὸ κατὰ χεῖρας ὄσων, ἀκρομέ-  
 τας, ἄς τις εἴπει, κλάκας νομίζονται, id est, Sed  
 ne quem admodum vulgus hominum facit  
 Autolecythos istos, qui vocantur, ac mensa-  
 les, quiq; tum demum audiunt, postea quā  
 aqua manibus infunditur, sicuti dixit qui-  
 dam, existimemus adulatores. Vfus est eo  
 verbo Demosthenes in oratione aduersus  
 Cononem. Interpretes varie exponunt: vel  
 de his qui ad quiduis perpetiendum parati  
 sunt, vel de pauperibus, qui præter lenticu-  
 lam nihil possident: vel de iis, q̄ facile sunt  
 ad depromendam pecuniam, quod quidā  
 soleant in lenticulis pecuniam recondere,  
 atque aliis item modis, quorum nihil con-  
 uenit cum sententiâ Plutarchi. Apud Athe-  
 nazium libro 4. vocantur ἄλλοτρηφάγοι, qui-  
 bus dulce est aliena viuere quadra. Refert  
 ibidem quiddam non illepidū: ὄρδα disci-  
 patione quæ nam aquarum esset optima,  
 cum alii præferrent Lernæam, alii Pirencā,  
 alii aliam, Carneus iuxta Philoxeni senten-  
 tiam dixit: τὸ κατὰ χεῖρας ὄσων ὄσων, sua-  
 vissimam aquā quæ manibus infunditur,  
 quod ea declarat cenam esse paratam, cum  
 conuiuator iubet: cōuiuas laurare. Cōgruit  
 cum eo, quod alibi dictum est: Feruet olla,  
 viuūt amicitia.

*Melitæus catulus.*

Μελιταῖον κωμῖδιον, id est, Melitæus catellus,  
 dicebatur is, cuius opera nulli serix rei cō-  
 ducebat, sed duntaxat animi causa aleban-  
 tur, cuiusmodi non melioris, est multitu-  
 do in diuitum familiis. Aliorum canum  
 varius est vsus. Sunt quibus edium custo-  
 dia delegata est, vt noctibus aduersus fu-  
 res excubias agant. Hi vocantur ὄκρη. Sūt  
 quorum opera in venatibus vitur, qui θη-  
 ρυντικῶς dicuntur. Sunt quorū nullus est vsus,  
 nisi vt cum otiosis ac delicatis matronis lu-  
 sissent, qui nostris quoq; temporibus, mirū  
 quam sint in deliciis. Atque ἡ μελιταῖον vo-  
 cantur, nimirū ab insula Melita, inter Cor-  
 cyram nigram & Illyricam sita. Auctor Pli-  
 nius lib. 3. capite vltimo. Idem Strabo &  
 Stephanus. Horum meminit Aristoteles  
 Sectionis decimæ problemate 14. iudicans  
 eos omnibus membrīs pusillos gracilesq;  
 fuisse, & hac dote commendantur, quæ ad-  
 modum sunt qui sine nanis & pumilioni-  
 bus non possunt viuere. Apud Lucianū in

Lapithis γελωτοποιος Alcida mantem Cyni-  
 cum, μελιταῖον κωμῖδιον vocat. Athenæus li-  
 bro 12. scribit Sybaritis vehementer in deli-  
 citis suis fuisse canes Melitæos. Qui quidem hoc  
 esse videntur in genere canum, quod nani,  
 & pumiliones inter homines. At Massinif-  
 sa merito laudatur, quod pro simiis & caru-  
 lis maluit pueros alere, vsq; ad annum ter-  
 tium, deinde remittebat eos suis parētibus.  
 Sed intolerabilius est quod apud Britānos  
 complures alunt greces vsorum ad salta-  
 tionem, animal vorax & maleficum. Cuius-  
 modi sunt & simiæ, licet minus voraces.

*Illico hyems erit.*

ARISTOTELES in problematis sectio-  
 ne tertiadecima, refert hunc versum, nullo  
 citato auctore, sed veluti vulgo iactatum:

Εἰ δ' ὁ νότος βορέαν προκαλέσσειται, αὐτίκα  
 χεμών. id est,

Illico hyems sit vbi Boream accesserit  
 Auster.

Causam hanc adfert, quod Notus suapte  
 natura nubem & imbrem affatim colligat.  
 Proinde si hoc tempore Boreas adcesserit,  
 congelascunt omnia huius rigore, atq; ita  
 protinus hyems. Adicit in eodem proble-  
 mate carmen alterum consimili fere sen-  
 tentia:

Εἰ βορέας πᾶλλον καταλήψεται, αὐτίκα χε-  
 μών. id est,

Mollelutum Boreas si prenderit, illico  
 hyems fit.

Id tamen vulgo simpliciter dictum appa-  
 ret, tamen nos eo defectere poterimus, vt  
 dicamus ingens periculum imminere, si  
 malum malo successerit. Veluti si qui im-  
 modice discruciat sese studii laboribus, a-  
 mare et incipiat: aut si qui prius principi-  
 parum gratus fuit, in plebis et odii veniat  
 aut si regi vehementer leni, placidoque suc-  
 cedat admodum rigidus, aut contra. Nam  
 huiusmodi subitæ mutationes, maximos  
 rerum motus solent excitare.

*Eundem calcem omni pedi inducere.*

GALBNVS Therapeutices libro nono: ἐκί-  
 νοι μὲν ὅ τι τῶσιν ἐτείσασιν, ἀλλὰ καὶ κατὰ  
 πᾶσι παρομίω, ἐν καλαπῶδι πάντα ἐπὶ ποδῆσιν.  
 id est, Isti quidem igitur neque inquirunt,  
 neque sciunt. Quin magis iuxta pro-  
 uerbum, eodē calciamēto calcant oēs. Lo-  
 quitur de quibusdā medicis imperitis, q̄ non

habita ratione morborum, eadem remedia admodum omnibus, cum diuiciosa mala diuersam curationem desiderent. Non dissimile illi, quod aliud dictum est loco: Scis simulare cupressum. Ad hanc formam pertinet, quod adducit Hieronymus in prima præfatione commentariorum, quos edidit in epistolam ad Ephesios: Nec ad instar imperiti medici vno collyrio omnium oculos velle curare.

*Cochlea vita.*

**Κοχλίας βίωσις**, id est, Cochleæ vita. De iis, qui parce paruoque viuunt, aut contracti a negotiis, luceque forensi semoti. Notū est animal, vnde sumpta est metaphora. Plutarchus in libello: *περὶ τῆς φιλοπλητίας*. σὺ δὲ σοσαῦτα πρᾶγματα σιωχῆσαι, καὶ τὰ ῥᾶπτις καὶ τροβῆσις σικυτὸν, κοχλίας βίωσις ζῶν διὰ τὴν μικρολογίαν. id est, Tu vero tantum molestiarū sustines turbas, ac torquens teipsum, cum ob parsimoniam cochleæ vitæ viuas. De Cochleis que cum calcetur, succo vicitant suo, alias retulimus ex Plautina Captiui duo.

*Bello paria.*

**Ἐκ πολιμίας**, id est, Ex hostium regione. Vbi quis immodice inlumeret. Solemus enim celerius ac temere profundere, si quid hostibus sit ereptum. Quod quidem adagium & hodie passim audiuius vulgo dicitari in Lurcones & heluones. Plutarchus in libello cui titulum fecit: *ὕμνα παραγγέλματα, ἐμπύλαδω παρῆτι τοῖς τὸν πολυτελῶν, καὶ ἀπολαύσῃ, καὶ ἐπεὶ πολιμίας ἀφ᾽ ὁδῶν ἐπισιτίζομεθα*. id est, Impleri apud alios, cibis sumptuosis, fruique velut ex hostili regione raptis, ampliter sese cibo onerantes. Usurpat idem Symposiacæ decadis septimæ, problemate sexto. Satyrus apud Athenæum lib. 4. id genus homines depingit his verbis: *κατατρίχοντες τὸν ἄγρον, διαρπύζοντες τὴν οἰκίαν, λαφυροπωλοῦντες τὰ ὑπάρχοντα*. id est, Proculcantes agrum, diripientes domum, pro spoliis vendentes facultates. Nam λαφυροπωλῆν, est prædas hostibus detractas subhasta vendere. Atque ea solent minoris estimari, veluti aliena. Hinc Græcis λαφύρα dicuntur, qui luxu prodigunt rem familiarem, vt indicat Athenæus lib. 11. & eiusmodi profusio λαφυροσύνη dicitur, & λαφυροσύνη prædari, aut intemperanter profundere seu deuorare, vt indicat Suidas. Νᾶ λαφύρα spolia dicuntur, viuis hostibus detracta, quemadmodum σπύλα mortuis.

*Panis lapidosus.*

**ἸΛΥΒ** si quis prouerbum esse negabit, cū hoc eundem non admodū digladiabimur, certe dignum est, vt assidua usurpatione in adagiorum cōtubernium coarctetur, quod refertur à Seneca lib. de beneficiis 2. Panis lapidosus. Sic enim Fabius Verrucosus appellabat beneficium, ab homine duro asperitate datum, quem esurienti necessarium sit accipere, durum & acerbum esse. Ita quidā cunctatione, toruitate vultus, asperitate orationis, ostentatione molesta, corrumpit beneficium, vt nemo sit accepturus, qui possit eo carere.

*E patroclis domo venit.*

**Ἐκ πατροκλῆσις**, id est, E Patroclis domo. In sordidos, sumptum à moribus Patroclis cuiusdā Atheniensis, prædiuitis quidē, verum impendio parci sordidior; que vetus comædia talem ferme depingit, qualem Plautus Euclionem, teste Aristophanis interprete, cuius verba Suidas quoque refert, qui & prouerbum esse vult. Est autem in Aristophanis Pluto. Is cum esset squalidus, incultus & sordibus oblitus, rogatus vnde venisset: *Ρόθιν δὲ φρεσὸν αὐχμῶν βαδίζεις*, id est, Vnde igitur adeo sordidus squalensque venias dicitur.

Atque ille respondet :

*Ἐκ πατροκλῆσις ἔρχομαι*  
*Ὅς ἐκ ἐλάστῃ ἔξ ὀδῶντις ἐγένετο*, id est,  
E Patroclis domo,  
Qui haud lauit vnquam posteaquam natus est.

*Tam in procliu, quam imber.*

**ΝΟΝ** absque prouerbii specie dictum est illud à Plauto in fabula, cui titulus est Captiui duo:

Tam hoc tibi in procliu quam imber est quando pluit.

Nam procliu proprie dicitur, quod ex alto deorsum propendet. Arduum est autē onera submoliri in altū, deorsum vero vel suapteselsum deuoluuntur.

*Et post malam segetem ferendum est.*

**ΕΟΥΔΙΜ** non pugnam esse prouerbum, et si prouerbii simillimū est, illud epiphonema Senecæ, lib. epistolarū vndecimo. Et post malam segetem ferendum est. Quo licet vti, quoties res parū ex animi sententia

tia cecidit, & significabimus non esse desistendum a conatu. Quamquam Seneca loquitur de iis, qui refugiunt in vllum hominem beneficiū collocare, quod semel inciderint in ingratum. Eiusdem generis est, quod eodem subnectitur loco: Post naufragium maria tentantur.

*Spes seruat afflictos.*

**PLUTARCHVS** in libello de ratione vitæ, indicat vulgatum fuisse prouerbiū, de spe, nec tamen explicat, quod nam id fuerit: Τὴν πλείονα δὲ μαλακίαν ἢ ἀκερσίαν σωμάτων ἔχουσα παροϊμία ἐλπίς ἀναπίθει καὶ προσαίγεται βαδίζον ἀνασάντας ἰταμῶς ἐπὶ τῶν σωθήσεων. id est, Plerosque vero spes intemperantiz mollicieque patrocinate prouerbio adducit huc, vt relictis stratis, ad consuetam redeant vitam. Quod autem sit illud prouerbiū quod intemperantiz suæ præterunt homines, declarat in his que sequuntur: ὡς οἱ οὐκ κραιπάλην δὲ κραιπάλην ἐξελίγεται καὶ διαφορῶσαντας. id est, Tamquam vinum vino, & crapulā crapula eiecerint ac discusserint. Ex his apparet Plutarchum adlustifad prouerbiū: Clauum clauo pellete. Quod quidem & hodie manet æque celebratum inter compositores. Addunt iocum de pilo canis rabidi, & experiuntur faciē multum exitialem. Quamquam & obiter ad lusum est ad hoc quod extat in sententiis e comediiis, vt apparet collectis:

Ἄνε ἀτυχῶν, σώσεται τῶς ἐλπίσι. id est, Spes seruat hominē, rebus in duris bona.

Notum est illud Nasonis:

Spes bona dat vires, animum quoque spes bona firmat.

Viure spe vidi qui moriturus erat.

Deinde Pindariū illud apud eruditos præne cessit in prouerbiū:

Ἐλπίς γρηγορόφος. id est,

Spes altricis senectæ.

Sic enim Plutarchus in libello de tranquillitate animi: ἢ τῶν μόνων ἰδίῳ καὶ βιβιωτικῶν τῆς πινδαρικής γρηγορόφης ἐλπίδος. i. Et memoriam iucundiozem, ac firmiorē, Pindarica spe, senectæ altricis. Refert autē hunc Pindari locum Plato lib. de Republica 1. ὅτι ὁς ἂν δικαίως καὶ ὀσίως τὸν βίον διακράτοι, γλυκίαν ἀκερσίαν ἀγάλλοιτα, ἢ γρηγορόφης νοσοῦν ἐλπίς, ἢ μάλιστα θνατῶν πολλῶν τροφῶν καὶ κνιβρωῶν. id est, Propterea quod qui iuste pieque vitam peregerit, huic dulcis cor-

exhilarans, senectutis altricis, familiaris est spes, que maxime versatilem mortaliū mentem gubernat.

*Tria saluberrima.*

**IN** eodem opere, quandoquidem nullo auctore refert, videtur & hoc prouerbio fuisse iactatum. Sed præstat ipsius verba transcribere: ὁθεν ἀρίστα λέλεικται τῆσφιν ἀπορίων, καὶ πόνων ἀκούων καὶ ἀσέριματος ἔστις σωτήρησιν, ὑγενοτατα εἶναι. id est, Vnde optime dictum est, vclci citra saturitatem, non refugere laborem, naturæ semen conseruare, esse saluberrima.

*Admoto capite.*

**PLUTARCHVS** in libello, cui titulus: πῶς ἀντὶς διακρίνει τὸν κόλακα τῶν φίλων, versum hunc qui apud Homerum frequenter obuius est, ceu prouerbialē vsurpat.

Ἀρχιχῶν κεφαλῶν, ἵνα μὴ πυνθῶσιν οἱ ἄλλοι. i. Admoto capite, reliqui ne audire valerent.

Admonet eo loco, si quid obiurgandus est amicus, vt id fiat primum in temporis, dein de comiter & amice magis quam aspere, postremo clanculum semotis arbitris: ὁθεν ἀρίστα μὲν ἔχει, τὸ ἀρχιχῶν κεφαλῶν. id est, Vnde optimum est illud: Admoto propius capite. Pro eo Liuius lib. ab vrb. condit. 10. dixit conferre capita, Consules velut delibetabundi capita conserunt.

*Cur cessatum est.*

**EODEM** in commentario vsurpat & hunc Homeri versum ex Iliados A.

Τυδείδην, τὶ παθόντα λιλάσμεθα θυρίδος ἀλκῆς. id est,

Dic quid nam acciderit nobis, vt Martia virtus

Tydidē exciderit animis.

Licebit vti, quoties communem culpam apud amicum agnoscemus, & in re quapiā male cessatum esse significabimus.

*Abiciendum procul.*

**CVM** vitium aliquod, aut rem alioqui noxiam admonerimus procul abiciendam esse, conueniet versus ille, ni fallimur, Homericus:

Εἰς ὄρεσιν εἰς ὄμα πολίφθορον βαλάσσης. i. In montem tumidas ve fremētis in equo-xis vndas.

Sic & Horatius ī Odis, libro tertio Oda 14.

Vel nos in capitolium,

Quo clamor vocat, & turba fauentium.

Vel nos in mare proximum

Gemmas & lapides, aurum & inntile,

Summi materiam mali

Mittamus, scelcerum si bene pœnitet.

Contra Theognis non opes, sed ipsam pau-

perstatem iubet, *εις μεγαλοτα πόντον ῥίπτειν.*

id est, In immensum mare proiicere. Item

hominem vehemēter pestilentem in extre-

mas insulas deportandum dicimus.

*Testudinem equus insequitur.*

**PLVTARCHVS** in libello quem scripsit aduersus Stoicos: Πολλῶ δὲ τῷτο χιτλιώτερον ἔστι καὶ μάλλον ἀπέρηκται τῶν ἰωϊῶν, τὸ μὲν δὲν ὑπὸ μὲν εὐδὲς περιεκαταλαμβάνει τῶν, μὴ δ' εἰχε- λῶντο, τὸ τῶ λόγῳ φασί, μετὸ πιδεὶ δὲ ἰώκος ἀδρα- σῆ τάχως ἴππος. id est, Multo vero illud indignius, & à cogitationibus seiuuētius, nihil à quoquam comprehendī, nec si testudinē, id est, quod prouerbio dicitur, a tergo insequatur Adraști celer equus. Conueniet uti, cum rem præpostere, & absurde geri significamus. Finitimum est illi, quod alias à nobis dictum est: Testudinem Pegaso cōparas, & Citius testudo leporem præuertet.

*Subior Melitide.*

**Μεωρότερος μελιτίδης**, id est, Stultior Melitide. Melitides vnus est e felicissimis illis fatuis, quos Homerus suo carmine nobilitauit. Hic iam euersa Troia, venisse legitur auxiliū laturus Priamo, ut meminit Eustathius decimum Odysseæ librum enarrans. Lucia nus in Amoribus: μελιτίδην ἢ κόρησαν οἶμα με πρὸς θεῶν, id est, Melitidem aut Coræbum me putas per deos? Prouerbium refertur a Zenodoto, docens hunc comicorum conuiciis fuisse traductum ob stultitiam, nec potuisse numerare supra quinque, & ducta uxore nouam nuptam non attigisse, veritū ne se illa accusaret apud matrem. Commemoratur eodem in loco & alium quendam insigniter stultum, qui dubitaret ex vtro parente fuisse natus. De Melitidis sodali Coræbo meminimus alibi. Pausānias admonuit, Coræbum vna cum Butalione ac Melitide ab Aristophane inter fatuos numerari. Eadem Suidas, adserens hoc carmen ex Aristophane:

*Τίως δ' ἂν βιλτριώτατο κειχωδῆς, μεμλίος-*

*ου, μελιτίδου κάθηται.*

id est,

Haecenus abiectissimi, in hiantes Mama- chuthæ, Melitidæ desident.

*Non pluit &c.*

**PLVTARCHVS** in causis naturalibus, refert hunc versiculum prouerbio iactatū apud priscos:

*Μακρὴ νυκτὸς ὕει, ἢ κεν τέκε ἀγροτέρη σὺς. ἰ.*  
Iam non nocte pluit, quæ sus fenum edit agrestis.

Quærit autem, cur domesticæ sues sæpius idque incerto tempore pariant, contra feres semel duntaxat, atque iidem ferre debent. Hi sunt initio ætatis, quæ pars anni minimum est obnoxia pluuiæ præsertim apud Græcos. Non alium equidem videmus pro uerbis vsu, nisi si quis significare velit exacto vere, aut autūno, serenitatē fore. Quod si libebit longius etiam detorquere, per iocum licebit uti, cum significabimus, vbi hoc aut illud euenierit, quod breui sit euenturum, sinem malorum nobis fore.

*Electro lucidior.*

**Ηλεκτρες διαφγγέστερος**, id est, Electro pellucetior. De re magnopere dilucida, aut de forma supra modum nitida, quod electrum miro quodam more pelluceat. Vnde Vergilius, liquidum appellat:

- Liquidum ve potest electro.

Luciani in Amoribus: *ηλεκτρες φασι, ἢ τῆσ σιδωνίας ἐλέγ διαφγγέστερος.* id est, Electro, ut aiunt, aut Sidonio vitro pellucetior. Sidonio autem vitrum vocat, quod ea ciuitas artificio vitri fuerit olim nobilis.

*Tam perit, quam extrema faba.*

**FESTVS** Pompeius ostendit prouerbio dici solere. Tam perit, quam extrema faba, propterea quod extremæ fabæ plerumque aut proterantur, aut decerpantur a prætereuntibus. Quadrabit igitur in hominem, seu rem omnibus oīum iniuriis expositā.

*Tyria maria.*

**TYRIA** maria prouerbio dicebatur, de re magnopere tumultuosa, periculique plena. Festus Pompeius inde natum adagium indicat, quod Pœni Tyro oriundi adeo potentes maris fuerunt, vt per hos omnibus mortalibus nauigatio esset periculosa. Citatque Afranium qui scripserit de quorū, quod

quod Tyria maria conciret, hoc est, ingen-  
tes turbas excitaret.

*Aliera manu fert aquam &c.*

Τῇ μὲν ὕδωρ φορεῖ, τῇ δὲ ἐτέρῃ τὸ πῦρ, id est,  
Altera manu fert aquam, altera ignem. In  
cum torqueas licebit, qui cum corā sit blan-  
dus, occulte noceat. Aut in bilinguam, &  
nunc laudantem, nunc vituperātem, aut in  
diuersa sentientē. Finitimū illi Plautino:

Altera manu fert lapidem, panem ostentat  
altera.

Refertur adagium a Plutarcho, in commen-  
tatio de primo frigore: τῇ μὲν ὕδωρ ἐφέρει  
δολοφρονέουσα χερεῖ, τῇ δὲ ἐτέρῃ τὸ πῦρ. id est,  
Altera quidem aquam gestabat dolosa ma-  
nu, altera vero ignem. Loquitur autem de  
muliere diuersis & contrariis instructa. Mi-  
tum est autem idem dictum hodie totidem  
verbis in ore esse vulgo.

*Papula papyria.*

**P**APULA Papyria, Sisinius Capito scri-  
bit prouerbio dici solitum, si quando vole-  
bant significare se negligere minas aliquo-  
rum: hoc tantum reperimus in fragmentis  
Festi Pompeii. Suspiciamur esse natum a Pa-  
pyrio pratextato, a quo mater comminan-  
do plagas, frustra conata exscalpere, quid  
actum esset in senatu. Proinde Papiiri legen-  
dum, non Papyria, nisi mauius subaudire le-  
ge, ut sit comminantis pœnam legis Papy-  
riæ. Aut ni magis placeat, ut intelligas de  
Papyria, vxore Paulli Aemilii, quæ repudia-  
ta est a marito, cum repudii causam nemo  
scire potuerit. Quid enim facias? diuinan-  
dum est, vbi non succurrunt auctores.

*Quasi nullus cani.*

**S**APIT & hoc prouerbium, quod apud  
eundem ad populum dixit Scipio Aemilia-  
nus: Nobis, inquit, reiç; publicæ, presidio  
eritis, quasi nullus cani. Nam nullus est col-  
late canium venaticorum, coriaceum, confu-  
xum clauis ferreis eminentibus aduersus in-  
pecum luporum. Ad hunc igitur modum,  
certum firmumq; presidium significabimus.

*Non liberat podagra calcens.*

**P**LUTARCHVS in commentario: τὸ  
τῆς ἐνὲν μύλων, refert huiusmodi sententiam,  
cecu vulgo iactatam, alioqui ipsa quoque fi-  
gura prouerbium præ se ferentem: Οὐτε

ποδάγρας ἀπαλλάττει κακτίκιος, ὅτι δακτύ-  
λιος πολυτελῆς πορειωνίχης, αὐτὴ διάδημα κίφα  
λαχίης. id est, Nec podagra liberat calcen-  
sus, nec preciosus anulus vnguium vitio  
quam πορειωνίχην vocant Latini redouiam,  
nec diadema capitis dolore. Plutarchus vi-  
tur ad hunc modum: si diuitiæ, reliquaq;ue  
fortunæ munera, non tollunt morbos cor-  
poris, quanto minus mederi possunt ani-  
mi malis?

*Vno digitulo.*

**V**NO digitulo, summam negotii facultatē  
significabant. Terent. in Eunucho: Qui mi-  
hi nunc vno digitulo fores aperis fortuna-  
tus, Næ tu istas saxo calcibus sæpe insula-  
bis frustra. Hieronymus in dialogo Lucife-  
riani & Orthodoxi, Hanc igitur hastam,  
quam totis viribus misisti, de qua nobis mi-  
nitaris, vno, ut aiunt, digitulo repellā. Huc  
pertinet & illud, quod alibi dictum est: Mi-  
nimo prouocare, cum significamus, nos vel  
nullo negotio posse vincere.

*Muli Mariani.*

**M**ULI Mariani, castrensi prouerbio dictū  
sunt varicosi milites, qui ex C. Marii ducis  
instituto, in furca tabella interposita, sua  
onera portare consueuerunt, ut testatur &  
Festus Pompeius. At Plutarchus in vita C.  
Marii originem adagii bisariam refert: cū  
Marius imperator nulites cursu, variisq;ue  
ac longis itineribus, gestandisq;ue oneribus  
exerceret, atque illi iam assueti, non graua-  
tim tacitiq;ue ea ferrent, castrensi ioco ἡμῶ-  
νοι μαριανοί, id est, muli Mariani dicti sunt.  
Hinc translatum est in quosuis, qui facile  
parent imperatis. Meminit adagii & Lu-  
lius Frontinus libro Stratagematon quar-  
to hisce verbis: Caius Marius recidendorū  
impedimentorum gratia, quibus maxime  
exercitus agmen oneratur, vasa & cibaria  
militum in fasciculos aptata surcis impo-  
suit, sub quibus & habile onus & facilis re-  
quies esset, vnde & in prouerbiu m tractum  
est, Muli Mariani, nimirum ob laborū tole-  
rantiam, quod Homerus, κμῖονος ταλκέρους  
identidem appellat. Sunt qui diuersam ada-  
gii originem referant. Cū enim Scipio Nu-  
mantiam obsidens statuisset inspicere non  
arma modo militum, verum et equos, mu-  
los, & currus, quo pacto hæc quisq; sibi ha-  
beret exercitata atq; appata, Marium pro-  
duxisse equū pulcherrime ab ipso nutritū,



præterea mulum habitudine corporis, mæfuetudine ac robore, longe ceteris antecel-  
lentem. Itaque cum imperator Marii in-  
mentis delectaretur, ac subinde horum fa-  
ceret mentionem, tandem factum est, ut io-  
cosalaude, qui in officio se præstaret assi-  
duum patientem ac industrium, mulus Ma-  
rianus diceretur. Et hanc alteram prouer-  
bii originem refert Plutarchus in vita Ma-  
rii, quam modo citauimus. Seneca in ludi-  
cro libello, quem scripsit in Claudium Cæ-  
sarem, mulos perpetuarios nominat. Festi-  
nius erit, si detorqueatur in hominem im-  
menso studio, aut perpetuis negotiis vech-  
ementer districtum.

*Osculana pugna.*

**F** **X** **S** **T** **V** **S** Pompeius indicat Osculanā pu-  
gnam prouerbio dici solitam, quoties victi  
vincerent. Idque inde natum, quod Vale-  
rius Leuinus imperator, prius a Pyrrho vi-  
ctus, paullo post eundem regem deuicerit.  
Citat Ticinium, qui huius adagii fecerit  
mentionem. Quamquam hic quoque locus  
mutilus, ac truncus est apud Festum.

*Oscæ loqui.*

**O** **S** **C** **E** loqui vetusto prouerbio diceban-  
tur, qui turpiter parumque pudice loque-  
rentur. Ab Oscorū moribus adlusionem sum-  
pta, quod apud eos spurcarum libidinum  
impunitus vsus fuerit, vnde & obscena di-  
cta quidam putant, quæcumque factu dictu  
ue turpia sint, etiam si refragatur Festus Pō-  
peius. Citat autem Ticinium quendam, qui  
scripsisset ad hunc modum: Oscæ, & Volscæ  
fabulantur, quia latinè nesciunt.

*Sero molunt deorum mole.*

**P** **L** **V** **T** **A** **R** **C** **H** **V** **S** in commentario, cui  
titulus: τὸ πρὸ τῶν ὑπὲρ τῶν βίαις βραδείας τιμω-  
ρημένοι, ὡς ἐχ' ὄρα, τὴν χρεῖστον ἐνεσι, τοῖς δ' ἐ-  
πὶ τούτοις ἀλὲν λεγόμενος μύλοις τῶν βιῶν. id  
est, Itaque non video, quid nam utilitatis  
insit istis deorum molis, quæ sero dicun-  
tur molere. Ceterum ex his, quæ præcedunt  
eodæm in loco, colligere licet dici solitum  
de his, qui licet serius, tamen aliquando pe-  
nas dant malefactorum, vindicari deo.

*Tribus verbis.*

**T** **R** **I** **B** **V** **S** verbis pro paucissimis dicere  
prouebiale est. Diuus Hieronymus in dia-

logo Luciferiani, & Orthodoxi, Tribus, et  
aut, verbis, rem istam grandem dissoluiti.  
Itē Geta Terentianus in Phormione negat  
quosdā tria inter se commutaturus verba.  
Pindarus in Nemeis hymno 12. τρεῖς ἐπι-  
δικαίσεις. id est, Tria verba sufficient. Ta-  
met si nos non fugit hic interpretes super-  
stitiosus philosophari de tribus verbis. M.  
Tullius pro Cluentio, Accusabat autē Scā-  
mandrum verbis tribus: venenum esse de-  
prehensum, &c. consimili figura, sexcenta  
dicimus pro multis: Proinde sexcentis mi-  
hi dicas scribito. Contra verbo rem expedi-  
re dicitur, qui paucis explicat: & ne syllaba  
quidē, attingere, qui nihil omnino memi-  
nit. Ita Galenus in Erasistratū opinatur:  
πῶς δὲ δι' ἀδελφῶν, τὰς μὲν τὴν πέντεως ἀποτυ-  
χίας διατρέχουσιν ὡς πολλοῖτε εἰσὶ καὶ κατὰ πολ-  
λὰς γίνονται προφάσεις, ὑπὲρ δὲ τῶν ἀμάρ-  
τίας σφαιλαμάτων, ἔδ' ἀχειρὸν ἀλλὰ βῆς μίς φέγγ  
ἐάμινος, id est, Qui sit ut non pudeat, quod  
cum de concordionis vitiis distinxerit, &  
quod multa sint, & variis ex causis accidat,  
ne generandi sanguinis defectibus, ne vno  
quidem verbo, ne vna quidem syllaba locu-  
tus sit?

*Incita equum iuxta nyssam.*

Κέντη τὸν πῶλον πρὸ τῶν νύστων, id est, Sti-  
mula equum iuxta lineam siue metram, di-  
cebatur vbi sermo loquentis aberraret ab  
eo quod esset institutū. Natum videtur ex  
Iliados Homericæ ψ. Vbi Nestor multis  
verbis docet filium Antilochum quomodo  
debeat equos regere, addit & hoc:  
Ἐν νύσση δὲ τοῖ ἐπιπὸς ἀριστέρος ἐχέμεθ' ἄνω.  
Ceterum equum laeuum, constringat linea  
metæ.

Sumptum ab equestri cursu, qui inter præ-  
scriptas metas ac lineas agebatur, quas τῶν  
silire nefas erat. Ad quod haud dubie Fa-  
bius adludit, in vndecimo Institutionum  
oratoriarum libro, referens Cassium Seue-  
rum lineam poscere solitum, aduersus eos  
qui in aliena transirent subsellia, veluti  
qui præscriptum limitem egrederentur. Fi-  
nitimum illi τὸ ἐπὸς, τῶν ἰλαίων. id est, Ex-  
tra oleas. Item illi: ὑπὲρ τὰ ἰσοκαμμένα πε-  
δῶν. Vsurpauit prouerbio titulo Gregorius  
Nazianzenus i oratione de sancto pascha:  
ἀλλὰ τί τῶτων ἡμῖν τάχα ἐνεπίποις τῶν φι-  
λεῶτων καὶ θερμοτέρων, κέντη τὸν πῶλον πρὸ  
τῶν νύστων, καὶ τῆς ἐορτῆς φιλοσόφου. i. Sed hic  
fortassis

fortassis aliquis nobis dixerit ex his qui a-  
 mant dies festos, ac calidiores sunt, incita  
 equū iuxta Nyssam, ac de festo disserere. Vti-  
 tur eodem proferbio in oratione de nata-  
 tali IESU CHRISTI. Idem variauit nōni-  
 hil in oratione contra Eunomianos: μηδὲ  
 κενὰ περὶ ἵππων θέρμοι καὶ δυσκάρκιοι τὸν ἐπι-  
 βᾶτην λογιζομένους ἀπαρξήσαντες, καὶ τῶν καλῶς  
 ἀγχοῦστων δὲ λαβείων ἀποπτήσαντες πῶρρον  
 τῆς νόστου θέωμεν. id est, Ne velut equi ferui  
 di & intractabiles, postea quam rationem  
 ceu fessorem excusserimus, & religiosam  
 cautionem pulchre nos septis cohibētem,  
 procul à meta curramus.

*Præstat inuidiosum esse &c.*

Nihil tam vulgari sermone iactatū, quam  
 hæc sententiā, præstat inuidiosum esse quā-  
 miserabilem. Nam invidia fere comes est  
 felicitatis, miseratione calamitatis. Est au-  
 tem apud Herodotum in Thalia, vbi Pe-  
 rtiander ita loquitur filio, σὺ δὲ μὲθ' ὄσω  
 φρονέειδαι κρείσσον ἐστὶ, ἢ οἰκτιρεῖδαι. id est, Tu  
 vero doctus, quanto satius sit, inuidiosum  
 esse quam miserandum. Extat epigramma  
 Græcum Palladæ in hanc sententiā:

Ο φθόνος οἰκτιρῶν κκατὰ πένθειρον ἐστὶν ἀμεί-  
 νων,  
 Οἱ βρακκοῦνομένοι λαμπρὸν ἔχουσι βίον,  
 Τὸς δὲ λίαν ἀτυχεῖς οἰκτιροῦσιν, ἀλλὰ τὸ  
 εἶναι  
 Μῆτ' ἄρα οὐδ' αἰών, μήτ' ἐλευθερῶν ἔργων.  
 Ημεῖς τὴν γὰρ βίον, ἐπεὶ τὰ μὲν ἄλλα πέ-  
 φικεν  
 Κινδύων ἐπαγεῖν, ἔχεται δ' ἴβριον ἔχει. i.  
 Peior liuore est miseratio, Pindarus in-  
 quit,

Nam sunt felices quos petit inuidia.  
 Horum nos contra miseret, quorum aspe-  
 ra fors est.  
 At mihi donari non cupio alterutrum,  
 Vt nimium felix, vel sim miserabilis vllt.  
 Nam præstat cunctis rebus adesse modū.  
 Quandoquidē celsæ vicina pericula sorti,  
 Imaque deprimitur non toleranda ferēs.  
 Est autem apud Pindarum primo hymno  
 Pythiorum.

Ἄλλ' ὡμωσ, κρείστων γὰρ οἰκτιρῶν φθόνος,  
 Νῆ παρὶεν καλὰ, νόμα δ' ἰκαῶσ πῶδ' αἰλίω σκα-  
 τον. id est,  
 Verum tamen melior est commiseratione  
 inuidentiā.

Ne omitte honesta, gubernā iusto clauo  
 exercitum.

Rursus in Nemeis hymno octauo, ὄψον ἔ-  
 λογοὶ φθοροῖσιν, ἀπτεται ἐσλάν ἀλιχέρισσι  
 δ' ἔκ ἐρξῆ. id est, Obsonium est inuidis ob-  
 trectatio. Atingit autem honestos, cū dere-  
 rioribus uon contendit. Rursus Pythiorū  
 vndecimo:

Ἰχθὲ τὸ γὰρ ὄλβος ἄ μείονα φθόνον  
 Ο δὲ χάμχα πρῶν ἀφαντον βέρμι. id est,  
 Habet enim felicitas haud minimam in-  
 uidiā.

At qui humilia spirat, in obscuro fremit,

*E nassa escam petere.*

ADMODVM certe prouerbiali figura dictūm  
 est Plauto, citante Festo Pompeio:

Numquam hercle ex ista nassa hodie escā  
 petam.

Et Cicero ad Atticum libro quintodecimo,  
 epist. vltima. Ex hac nassa exire constitui, nō  
 ad fugam, sed spem mortis meliorem. Est  
 autem nassa piscatorii vas genus, quo pos-  
 tea quam intrarit piscis, exire non potest.  
 Vnde prouerbialia fuerint & illa: In nassam  
 incidere, & E nassa elapsus.

*Nec mulieris, nec gremio credendum.*

IDEM Festus indicat huiusmodi prouer-  
 bium vulgo dictitatum fuisse, Nec mulieris,  
 nec gremio credi oportere: quod illa incerti-  
 ti, ac leuis sit animi, & plerumque fiat, vt in  
 gremio posita, cum in obliuionē venerint,  
 exsurgentibus procidant. Idem sinui com-  
 missa decidit, nisi cingaris. Itaque. M. Tul-  
 lius silentium promittens, ait: In sinu est,  
 nec discingor.

*Vna cum templis & aris.*

PLUTARCHVS locis aliquot in Symposia-  
 cis significat antiquitus fuisse more, vt quo-  
 ties vniciupiam deo res diuina fieret, on-  
 nibus simul vota fierent, videlicet ne Ca-  
 llydonii suis tragædia renouaretur. Inuo-  
 cantes autem deos, addebant hæc verba ceu  
 solemnia: ἅμα σὺν ναοῖς ἃ βωμοῖς. id est, Vna  
 cum phanis & aris. Non admonet quidem  
 ille palam, esse prouerbium, tamen ita vide-  
 tur vsurpare, vt coniciere possis, prouerbio  
 dici solitum, cū nihil omnino prætermis-  
 sum vobant significare. Quemadmodum  
 & hodie vulgo dicunt, Vna cum vestibus &  
 calciamentis. Et: Demigratunt vna cū sar-  
 cinis & impedimentis.

*Meru.*

*Mercurius superuenit .*

Ο Ἡρμῆς ἔπασιέλθων, id est, Mercurius superuenit. Ita loqui consueuerunt, si quando silentium oriretur in conciliabulo multorum, significantes, non esse fas loqui Mercurio præsente, qui sermonis sit auctor. Ominosum & hodie putatur, si quâdo in cœtu, aut conuiuio, subitum omnium silentium fuerit obortum. Refertur adagiū à Plutarcho in commentario : τῶν τῆς ἀδολοχίας. Ad fine est illi, quod alibi dictum est: Lupus in fabula.

*Dulce potum cum abest custos.*

Γλυκὴ ὀπίρα φύλακος ἐκλειποτός . id est, Custos ubi deest, dulce potum est scilicet. Senarius est prouerbialis, quo licebit uti cū significabimus impunitate malos ad peccandum prouocari. Sumpta metaphora à pueris & adolescentibus, qui sibi non tēperant, quo minus furentur roma, si fenserint abesse custodem. Vtitur Plutarchus in libello quē inscripsit, ἔρωτικόν, in philosophos, qui sub prætextu philosophiæ, libidini suæ seruiunt : πρόσφασις ἔν φιλικῆ καὶ ἀρετῆ . κοίταται δὲ καὶ ψυχρολυτῆ καὶ τῆς ὀφρῆς ἄρει, καὶ φιλοσοφῆν φησι, συμφρονῶν ἔξω δὲ τὸν νόμον, ἔτακνυται καὶ καὶ ἡσυχίαν.

Γλυκὴ ὀπίρα φύλακος ἐκλειποτός . id est, Igritur occasio amicitia ac virtus est. Sordidatur autem puluere, frigidaque lauat, at tollit supercilia, ac philolophari se prædicat, & foris sobrius est ob legem, deinde nouitum clanculum.

Potum suauē est, tunc ubi custos abest. Et Pindarus in Isthmiis hymno sexto: Τὸ δὲ πᾶρ δὲ ἰκανὸν γλυκὸν πικρότατον μίνε τι λυδῶν. id est, Id quod præter honestum dulce est, manet finis amarissimus.

*Sanior es pisce.*

PROVERBIALITER haud dubie dixit Iuuenalis: Sanior es pisce. Nam ad eum modum, hodieque; vulgo loquuntur, tam sanus es, quam piscis. Id inde sumptum est, quod creditum est, pisces non sentire morbos. Quamquam huic sententiæ refragatur Aristoteles libro de natura animalium 8. atque hunc secutus Plinius lib. nono. Si quidem ægrotare pisces hoc argumento colligunt piscatores, quod aliquoties inter eiusdem generis præpingues ac vegetos, aliquot capiūt

extenuatos, ac languentibus similes, coloreque immutato. Quamquam vniuerso piscium generi non incidit pestis, quemadmodum frequenter accidit hominibus, ac ceteris animantibus, non cicuribus modo, verum etiam feris.

*E Creta raptus.*

PLUTARCHVS in commentario De puerorum educatione: καὶ τῆς μὲν βήβησι καὶ τῆς ἡλιδι φλυκτίον ἔρωτας καὶ τὸν ἐκ κρήτης καλῆμι τον ἀρηπαγῶν, τῆς δὲ ἀθήνησι καὶ τῆς ἐν λακιδῶ μοι ζυλατίον. id est, Thebanorum quidem ac Helienisii amores oportet fugere, eumque qui vocatur à Creta raptus, Atheniesium vero & Lacedæmoniorum imitari. Apparet furtium amorem his verbis olim significatū fuisse, quod aliquoties illinc virginē à negotiatoribus aducherentur.

*Euparyphus ex comœdiis.*

ADMODYM prouerbiali figura dixit Plutarchus in Symposiacis: ὡς πῆρ ὀπίρα εὐφῶ ἐκ κομῶδίας, hominem significans magnifice vestitum, ac magnam seruorum turbam post se trahendam. Nā huiusmodi finguntur in comœdiis milites gloriosi. Quorum insigne est chlamys purpurea, quemadmodum indicat Donatus. Ita Lucianus de milite: τὸν εὐπαρυφὸν λέγω τὸν ἐν χλαμῶδι. id est, Euparyphum illum dico, illum chlamydatum. Vnde diuites omne splendide cultos, εὐπαρυφῶς appellāt Græci, quod ipsum prouerbiale quiddam habet. Nam Paryphis vestimenti genus est, cuius meminit Iulius Pollux libro septimo. Id vtrinq; purpuram habebat assutam, quod virgæ purpureæ inter textæ vesti, Ionū lingua Paryphi vocantur. Idem admonet εὐπαρυφῶν nouæ comœdiæ verbum esse. Contra tenues & humiles nullo cultu insignes tunicati dicuntur. Corælius Tacitus in dialogo de oratoribus: Quos sapiens vulgus imperitum & tunicatus hic populus transeuntes nomine vocat & digito demonstrat. Similiter Horatius: Vilia vendētem tunicato seruta popello. Nam prætexta nobilium erat, & tota ciuiū erat insigne. M. Tullius contra Rullū: Iam vero qui mutus erat tunicatorum illorum. Item pro M. Cælio: Nobis quidem olim annus erat vnus ad cohibendum brachium toga constitutus, & vt exercitatione ludoque campæstri tunicati uteremur.

*Tranquillo*

*Tranquillo quilibet gubernator est.*

SENECA in epistola quadam ad Lucilium: Alioqui gubernatoris artem adeo non impedit tempestas, vt ostendat. Tranquillo enim, vt aiunt, quilibet gubernator est. At autem illic fortunam aduersam, ac rerum difficultatem, non solum non obesse sapienti, verum etiam virtuti esse in his maxime proferre sese, quæ rebus secundis ac pacatis latebat. Non magnum est administrare rem publicam, cum omnia pace constant.

*Neque Lydorum catycas.*

Μίττε λυδῶν κάρυκας, μίττε μασίγων ψόφους, id est, Neque Lydorum condimenta, neque flagrorum crepitus. Constabit trochaicus tetrameter catalecticus, si addas articulum: Μίττε τῶν λυδῶν, & κάρυκας per geminum cappa legimus apud Helychium & Athenzum. Helychius indicat κάρυκην dici essam è sanguine variisq; condimentis confectâ. Athenzus hunc versiculum adducit:

Ἐίωθας εἰς ταυτὸν κάρυκον ἐν, μέλι, Σμῖθ' ἀλιν, ὡκ. πάντα γὰρ τὰν κατὰ. id est, Miscere in vnum consueuisti, mel, ad hæc Similaginem, oua, cuncta enim contraria. Vnde κάρυκον εἶναι pro miscere varias rerum species, & κάρυκον σμικτα pro cibis varie conditis, & κάρυκον εἰς cõditura exquisitior. Sed quibus rebus quibusque modis genus hoc edulii conficiatur, serio declarat libro duodecimo, dicens hoc inuentum esse Candauli, qui hinc sibi nomen celebre peperit. Suidas refert adagium, nec exponit. Coniicere licet dici solitum, quoties medioerem vitæ rationem, aut conditionem significarent, quæ pariter & a summis delictis, & ab extremis malis abesset. Legimus enim Lydos luxu delictisq; fuisse corruptissimos, adeo vt ludis nomen dederint: de Tyrhenis certum est, ad tibicem modos solere seruos cedere, summam molliem cum summa scuitia coniungentes. Venustius erit, si ad animi res transferatur, velut ad orationem, nec omnino rusticam necoperosius expositâ. Vnde κάρυκον εἶναι dicuntur, non solum qui variis condimentis inficiunt cibos, verum etiam, qui sermonem multiplici verborum, & figurarum lenocinio condiunt.

*Tamquam de narthecio.*

PROVERBII simillimum est & illud Ci-

ceronis in secundo De finibus bonorum libro, tamquam de narthecio, pro eo quod est, ex parato, & ad manum. Nam narthecium, vocat pyxidem, vnde pharmacopolæ deprobrunt medicameta. Verba Ciceronis sic habent: Iam doloris medicamenta illa Epicurea, tamquam de narthecio promant, si grauis, breuis: si longus, leuis.

*Quod non opus est, asse carum est.*

CATONIANA velut oracula videntur apud veteres in prouerbum abiisse, nõ secus atque illa Apollinis, Nofce te ipsum, & Ne quid nimis. Quorum de numero commodissime dictum est quod in epistola quadam ad Lucilium refert Seneca, Quod nõ opus est, asse carum est. Vult autem Cato diligetem patrem familias vendacem esse, non emacæ, & emere nõ quod opus est, sed quod necesse est. Nam quod non opus est, inquit, asse carum est: hoc est, quantumuis paruo emptum, tamen carum est, si nec opus est eo. Vocat necesse, quo carere non possis, velut arator aratro: opus quod vsu futurum sit, si quis habeat, sed eiusmodi tamen, vt carere possis. Porro quod opus non est, id est proflus superuacaneum & inutile. Potest ad coplures accommodari sententias: vt si quis dicat artem quãpiam minimo negotio posse disci, quæ tamen nihil sit frugis allatura, responderi posset: Quod opus non est, asse carum est.

*Nunc suum ferrum in igni est.*

EIUS ferrum in igni esse dicebatur, cuius negotium iam ageretur. Præmollitur enim ferreum igni ad eundem. Ita Seneca in ludicro libello, quæ scripsit de morte Claudii imperatoris. Hercules enim qui videret ferrum suum in igni esse, modo huc, modo illic cursabat, & aiebat, Noli mihi inuide-re, mea res agitur: deinde si quid vuleris inuicem faciam, manus manum lauat. Adlusit eo, quod Hercules quoque ex homine factus esset deus, id quod ambebat Claudius. Alexander Magnus interrogatus quomodo potitus esset Græcia, respondit, μηδὲν ἀναβαλλόμενος: id est, Nil recrafinans. Refert Homæri Scholiastes Iliados β.

*Ne bos quidem percas.*

IAM ante prouerbiis aliquor nobis declaratum est quantum vtilitatis adserat bonus vicinus,

vicinus, quantum incommodi malus. Sed quæ conducunt ad vitæ felicitatem, iterum atque iterum ex pedis inculcare, quo penitus infingantur animis. Neque enim ea res tantum habet locum in paradisi ædibus aut fundo, sed in omni pœne vita: ut quod Portius Cato prodidit de comodo vicino habendo, nō solum ad agricolas pertineat, verum etiam ad vnumquemq; nostrū. Etenim si quis iam provecior ætate vitæ totius cursum relegat, comperiet maximam bonorū malorumq; partem à bonis malisq; vicinis fuisse profectam. Heshodi carmen Columella tamquam proverbiale refert:

Μὴδ' ἂν βῆς ἀπόλοιτ' ἐμὴ γείτων κακὸς εἶν. ἰ.  
Nec bos intereat, vicinus si improbus ab sit.

At levis est bouis iactura, si cum his malis conferatur, quæ capiuntur ex improbis conuictoribus, ex fucatis amicis, ex vxoribus & famulis parum fidelibus. At Catonis quidē sententiam non nulli reiiciendam esse duxerunt, quod in nobis situm non est, qualē habeamus vicinum, quem non numquam morsalizq; diuersæ causse nobiscum mutant. Id tamen negari non potest, sapiēter tamen à Catone præceptum est, ut agricola quantum in ipso est, curet habere bonum vicinum, nec bonum tātum, sed & commodum. Bonus enim esse potest, qui tibi commodus non sit. Id ut contingat, duæ res potissimum adiuvabunt, diligentia in parando agro, & commodi mores erga vicinum. Freqüenter enim habemus malum vicinū, quod ipsi nos præbeamus malos vicinos. Quemadmodum igitur, ut elegāter scribit Columella, sapientis est fortuitos casus magno animo sustinere, ita demētis est ipsum sibi malam facere fortunam. Quod facit, qui nequam vicinum suis nummis parat, cum a primis cunabulis, si modo liberis parentibus est oriundus, audisse potuerit:

Οὐδ' ἂν βῆς ἀπόλοιτ' ἐμὴ γείτων κακὸς εἶν.  
Quod non solū de boue dicitur, sed de omnibus partibus rei nostræ familiaris, adeo quidem ut multi prætulerint carere penatibus, & propter iniuriā vicinorum sedibus suis profugerint. Nisi aliter existimamus diuersum orbem, vniuersas gentes petiisse relicto patrio solo, Aethyos dicimus & Hiberos, Albanos quoque, nec minus Siculos, & ut primordia nostra contingamus Pelagos, Aborigenes, Arcadas, quam quia ma-

los virgines ferre non potuerint. Ac ne tantum de publicis calamitatibus loquamur, priuatos quoque memoria tradidit, & in regionibus Græciæ & in hac ipsa Hesperia detestabiles fuisse vicinos: nisi Autolycus ille potuit cuiquam tolerabilis esse conterminus, aut Auentini montis incola, Palatinis vllum gaudium finitimis suis Cacus attulit. Malum enim præteritorum quā præsentium meminisse, ne vicinum nostrū nominemus qui nec arborem prolixioremsare nostræ regionis, nec inuiolatum seminarium, nec pedamentū annexum vineæ, nec etiam pecudes negligentius pasci sinit. Iure igitur, quantum nostra fert opinio, M. Portius talem pestem vitæ cœsuis, & in primis futurum agricolā præmonuit, ne sua sponte ad eam perueniret. Hactenus quidē Columella declamatoria quadam eloquentia, simul & Catoni patrociniatus est, & nos docuit, quanta pestis sit malus vicinus. Tamen si Cato non solū de vicini moribus sentit, verum etiam quam lauta sit res. Vicini inquit, quo pacto niteant id animaduertito. In bona regione bene nitere oportebit. Interdum enim nitor arguit agri bonitatem, in solo vero parū fertili declarat industriā agricolæ. Porro quemadmodum diligens vicinus exstimulat ad studium bene colēdi, ita vicinorum luxus et ignauia corrumpit vicini familiam. Itidem & præpotens vicinus opprimit propinquum pauperem, & supra modū tenues vicini semper aliquid abradunt, siue precibus, siue furto. Iam cū morosis & improbis vicinis numquam rixam non est, nunc de finibus, nunc de damno dato, nunc de stillicidio, nunc de semita acta ve, nunc de prospectu, aut de lumine. Quod si fortuna nobis dederit talē vicinū, nec liceat mutare, reliquum est, ut nostram commoditate reddamus illum ex malo bonum, certe caueamus ne laceffitus fiat incommodior. Turpissimum enim fuerit si nostris moribus ex cōmodo vicino faciamus incommodum. Videlicet hoc est quod præcipit Cato: Vicinis bonus esto. Et ne satis esse putares, si ipse temperes ab iniuria vicini, adingit: Familiam ne siueris peccare. Mox indicat, quid utilitatis capiatur ex bonis vicinis: Si te, inquit, libenter vicinitas videbit, facilius tua vendes, operas facilius locabis, operarios facilius conductes. Si ædificabis, operis, iumentis, materia iuuabunt.

Si quid

Si quid bona salute vsus venerit, benigne defendent. Olim igitur qui fundum proferibebant venalem præconem, edocebant, quibus dotibus esset ager commendabilis, quam salubri, cælo, quam commodo situ, quam fertili solo, quam bene ædificatis villis. Sed vir acerrimi ingenii Themistocles, cum fundum vèderet, iussit huiusmodi dotibus & illud adiici, quod haberet bonū vicinum. Id factum primum risu iocoq; multitudinis acceptum est, mox intellectum est hanc agri commendationem esse præcipuā. Plurimum itaque refert ad totius vitæ communitatem, qualem quisque vicinum sibi deligat, cum quo pacto, qui cõtingit vtatur. Princeps qui diuionem ambit, quam sine maximo negotio, summoque diuionis auitæ dispendio tueri non possit, malam viciniam sibi adiungit. Rursus qui cordatos ac fidos consiliarios, qui magistratus integros & reipublicæ amantes adfiscit, bonos vicinos adiungit. Neque minimum interest quas nationes in adfinitatem adglutinet. Qui dotis aut honoris gratia sponsam adfiscit incommodis moribus, aut cui sint cognati procaces, malos vicinos sibi adiungit. Qui cum improbis inicitamiciz fœdus, malam viciniam adferat. Prima igitur cautio sit in deligendo, postrema in fugiendo, quod corrigi non potest. Quamquam ne fuga quidè debet carere cautione. Alioqui in vitium ducit culpæ fuga, si caret arte: neq; raro fit, vt odio mali præcipitemus nos in aliud grauius malum. Raro pœnituit amiciz, qui iudicio delegit amicum. Et sæpe nostra culpa sit, vt referatur amicitia, quod amicis bonis vtamur non bene, tum quod parum commodos amicos nec ferre nouimus nec emendare. Neque vero leuius peccant, qui cum incidit in amicos pestilentes, nesciunt sese subducere, sed aut herent his quos oderit clanculum aut non dissuunt amicitiam, sed abrumpunt. Obstreperunt vndiq; querimoniz, deplorantium sibi ad studiorum cultum deesse Meccenates. At qui Meccenas non ita amplexus est Vergilium aut Horatiū, nec Mevio Bauione sicut Meccenas. Illud primum agat adolescens, vt egregium aliquod specimen cui pignus de se præbeat, non periturum quod in ipsum conferatur. Nec satis esse putet, qui buscumq; rationibus abstulisse munus vel prædam verius. Non est im-

probitate petendi ambièda benignitas, sed litteris ac moribus semper in melius proficientibus. Sic inuitat fundus agricolam ad vberiorementem. si quod creditū erat, bona fide multoq; cum scœnore reddat. Nec est subinde mutandus patronus, vt relicto quem defatigasti, quæras integrum, & vna quereu excussa, sub alia colligas. Sic vni aut duobus seruiendum est, quasi sis perpetuo iisdem vsurus. Nunc quā multos videmus qui suis moribus & litteras odio, & patronos pudore inuidiaq; onerant. Est quidem non nulla gratitudinis pars litteris distisq; celebret nomen patroni, sed magni refert quo quem modo laudes. Vana laudatio fidem abrogat etiam vera prædicantibus: itaq; sit, non vt lector melius sentiat de laudato, sed prius de laudante. Immodicæ laudes conciliant inuidiam potius, quàm gloriam. Iam qui laudibus vehunt ea quæ bonorum ac sapientum iudicio damnantur, laudando vituperant. Primum quod abfers ad Encomium sit verum: deinde quod verum est sic tractetur vt fiat etiam verisimile. Absint autem poetarum quorūdam hyperbolæ, quibus ex homine cum liber, deum faciunt: hæc virtutes potissimum depinguntur, quæ fauorem ac beneuolentiam conciliant, quod genus sunt pietas, integritas, pudicitia, modestia, benignitas, morū candor ac facilitas. Nihil est humano ingenio inuidenti, nihil hominum iudicis morosius. Proinde si quid attingendum erit earum rerum quas vulgus sic miratur vt inuideat possidentibus, id arte tractandum est, ne fascinatio sit metuenda laudato. Nullus inuidet opulento, qui quod vel ex benignitate fortunæ, vel sine fraude partum possideat, sic habet, vt dispensator sit potius quàm dominus. Neq; quisquam inuidet potenti qui potens est reipublicæ commodis, qui quantum eminet dignitate, tantum se submittit modestia, comitate vincens etiam humiles. Nullus inuidet formoso, qui nature dono pudorem, ac pudicitiam adiunxit. Nullus inuidet valenti aut lógno, qui magno plurimorum bono valet, ac viuic. Quod si cui deest ingenium aut ars ad hæc pro dignitate tractanda, abstinere potius quam velut malus pector bonam formā imperitia sua reddat deteriore. Alexander ille fortasse morosius, qui nullius manu pungi sustinebat nisi Apellis. Nemo tamen

egregio,

egregio corpore, à Fuluo Rutubaque pingi cupiat. Quod emittis in lucem publicam, tale sit, vt posteritatis memoriam polliceatur. Deniq; sicuti temperanda laudatio, vt hoc officium non appareat esse tributum eius animo quem laudas, nulli enim minus expectunt aut sustinent etiam laudari quã qui maxime promerentur: sed ipsi potius virtuti, quam nolentem etiam sequitur sua gloria, sed aliis ad similia studia prouocandis. Sic & vtiliter laudabitur qui promeritus est, & citra periculum inuidiã, aut adfensationis suspicionem. In defunctorum autẽ laudes vberius effundenda est vis eloquẽtiẽ, cum iã mitior est inuidia, & minor adulationis suspicio. Hactenus ostendimus quomodo studiosi suis patronis cõmendari queãt. Nũc paucis attingamus quibus rationibus & studiis ipsi fauorem omnium valeãt conciliare. Multis enim in locis iam linguã bonã que quas vocant litterã magna flagrant inuidia: quod quidem sit partim culpa maiorum, qui putant auctoritati suã detrabi si quid noue eruditionis accedat iuuentuti, contenti que his que pueri didicerunt, alia nec doceri patiuntur, nec sustinent discere, vel quia piger, vel quia pudet: partim etiam eorum vitio, qui hęc vetera noua inuehũt. Sunt enim in hoc ordine quidam intolerabili insolentia, qui simul atque tenuerint duodecim verba Latina & quinque Gręca, Demosthenes ac Cicerones sibi videntur, effutiunt ineptos libellos, non numquam & virulẽtos, liberales disciplinas omnes miro fastu aspernantur, & in harum professores scurriliter debacchantur. Postremo res omnium & publice & priuatim erunt feliciores, si suo quisque vicino bonum præstiterit. Vt ad puerbium redeamus congruit illi, quod alibi commemoratũ est, Aliquid mali propter vicinum malum, quod vsurpauit Demosthenes in oratione contra Calliclean: *ἄλλο κατὰ τὸν ἄλλο κακόν ἐστιν καὶ πλεονέκτης τυχῆν*. id est, Non erat quidquam o Athenienses perniciosius, quã in probum vicinũ, nec suis contentum, esse natũ.

*Caput artis, decere quod facias.*

QUINTILIANVS libro Institutionum oratoriarum II. videtur veluti vulgo celebratũ adducere: Caput est artis decere quod facias. Ipsius verba sunt: Vnum etiam his

adiciendum est, cum præcipue in actione spectetur decorum, sæpe aliud alios decere. Est enim latens quædam in hoc ratio & inenarrabilis: & vt vere dictum est, caput esse artis, decere quod facias, ita nec sine arte esse, nec totum arte tradi potest. Hactenus Fabius. Id vsurpare licebit, non solũ vbi quid fiet parum decore, veluti si cantiller aut lustret seuex, si præcat & obiurget iuuenis: verũ etiam cum negabimus quibuslibet quiduis esse decorum. Quod sæpe numero videmus euenire, vt quod ab hoc dictum aut factum placet vniuersis, si idem tenet alius, etiam si doctior peritiorque, nemo tamen ferat. Id cum quotidie videamus accidere, tamẽ cur accidat, ratio reddi non potest.

*Domus recta.*

ANNVS, Seneca libro epistolarum familiarium, decimo sexto: Videbimus quod parum rectum sit, quod parum structum, quod non huius recentis politurę. Cum cũcũ spexeris omnia, nullas videbis angustias inanes. Desit sane varietas marmorum, & conscissura aquarum a cuniculis interfluentium, & pauperis cella, & quidquid aliud luxuria, non contenta decore simplici misceretur, quod dici solet, domus recta est. Hactenus Seneca. Quod si locus non vacat mendo, significat vulgo domum rectam vocari, non quidem opulentam & ambitiosam, sed cui nil desit iustę suppellectilis. Ad eundem modum M. Tullius Græcorum linguam ambrosę meretrici confert, quę multo luxu superfluat: Latinorum honestę ac pudicę matronę, cui nihil deest, quod ad honestã pertinet mundiciem.

*Non est beatus, esse qui nesciat.*

IDEM in eodem opere versiculum hunc ð poeta quopiam allegat Comico: Non est beatus, esse qui se nesciat, haud dubiũ quin populari sermone iactatum, cum auctoris nomen nõ adscripserit. Sensus est, haud esse satis, vt adsit felicitas, nisi felicitatem tuã intellexeris. Huc adludens Vergilius:

O fortunatos nimium, bona si sua norint Agricolas.

Eodem pertinet, quod Martialis inter felicitatis calculos hunc quoq; commemorat. Quod sis, esse velis.

Quid enim felicitus libertate? Atqui videas non

non paucos qui sortem deplorent suā, qđ in principum aulis locum non inueniant: miseris se putant, quod seruire non liceat. Verum vt beatus non est, qui se non putat beatum: ita bis miser est, qui cū animi malis sit infelix, tamen sibi videtur felix. Et enim vt qui sanus est, & sibi videtur ægrotus, non fruitur suo bono: ita qui morbo tenetur, non intelligens suum malum, longissime abest à sanitate: quippe qui vsquæ adeo sanus non sit, vt sit etiam insanabilis.

*Amicus certus in re incerta cernitur.*

M. TULLIUS in Lælio, senarium hunc ex Ennio citat prouerbii specie:

Amicus certus, in re incerta cernitur.

Quo significatum est, amici fidem in rebus aduersis explorari. Nam quod cum periculo coniunctum sit, id dubium appellat, pro quo Ennius posuit incertum, affectans *ἐν τῷ κινῶν & προστονομασίῳ*, quibus schematis impendio delectatus est, atq; adeo non ipse solus, sed & omnis illa ætas vsque ad M. Tullium. Plautus item, cum amicum pronunciat, qui in redubia iuuat.

*Auarus nisi cum moritur, nil recte facit.*

OMNES ferme Publicanas sententias videmus pronerbiorum vice fuisse celebratas, nec iniuria sane. Nihil enim illis fugi potest nec argutus, nec iucundius, quorum hic vnus est:

Auarus nisi cum moritur, nil recte facit.

Etenim qui sese pecuniz studio addixit, nulli commodus est dum viuít. Sola mors voluptatem & emolumentum adfert hæredi.

*Bona nemini hora est.*

ARRISTO & hic:

Bona nemini hora est, quin alicui sit mala.

Ita fortuna temperauit res mortalium, vt quod huic lætum est, alii pariat dolorem: quod alii lucro est, alii damnum adferat. Nemo ditescit, nisi malo alterius. Nemo vincit in bello, nisi exitio alterius. Nisi malis pro alicui legere alicubi.

*Sapiens sua bona secum fert.*

Οσοφός ἐν ἀντὶ πρὸς φίλον τὴν ἑστίαν, id est,

Sapiens opes sibi secum habet semper suas, à Bianthis apophthegmate natum, qui rogatus, cur nihil exportaret rerum suarū ex incendio patriæ: Ego vero, inquit, omnia mea bona mecum porto: significans ea que vere nostra sunt intra nos esse, velut eruditionem, ac virtutem. Vt rursum que vere mala sunt nostra, non licet effugere, quantumlibet commutetur locus.

*Citius Telegoræ donarim.*

TELEGORAS apud Naxios prædius qui spiam ac præpotens erat, cui quod quotidie multa missirarentur, vulgato sermone receptum est, vt venditores paruo licitantibus dicerent: *μᾶλλον προίλοιμι τῷ τελεγόρῳ δόναι.* id est. Malim Telegoræ dare. Refertur apud Athenæum libro Dipnosophistarum octauo ex Aristotele. Rem longius prosecuti sumus in prouerbio: Nullus malus magnus piscis. Nec videtur quis vsus adagionis esse posse, nisi si dicamus officium rectius gratuito collocari penes probos ac magnos, quem mercede penes improbos ac viles.

*Hecateæ cena.*

VETERES cœnam perpercam & impendio frugalem Hecateæ cœnam appellabant, quod apud inferos tenuissimo victu, minimoque cibo, eoque vilissimo viuirit, iuxta poetarum figmenta. Si quidem vmbre plebeæ malua portoq; viuirit, Hecateæ Mærides ac Triglidas pisces, apud nos cõtemptrissimos, habet in deliciis, vt sibi sacros. Vnde & Athenis locum esse dictum Trigla, atque inibi simulacrum Hecates Triglanzinæ. Alii Triglam illi sacram putant ob no minis rationem à ternione dicti, cū triformis sit & Hecate. Extat apud Athenæum libro septimo, meminit & octauo. Meminit & Lucianus alicubi. Verum illud expendat eruditus lector, an prouerbiu accipi possit de cena illa, quam singulis mensibus in triuuis Hecateæ collocabant diuites, duriebant pauperes. Cuius rei meminit etiam Aristophanes in Pluto:

Ἦρα τῆς καὶ ἐκάτης ἔρεσι τὸ το πύρισμα,  
Ἐἴτε τὸ πλῆθειν, ἔἴτε τὸ πανά βέλτιον, φρο  
γὰρ αὐτῆ  
Τῆς μὲν ἔχοντος καὶ πλῆθειντος δ' ἄπεινον κα  
τὰ μικρὰ προσάγειν,  
Τῆς δὲ πίνοντας τῶν ἀνθρώπων ἀρτοζῶν, πρὶν  
καταβῆναι. id est,

Hoc



Hoc ex Hecata si vis didicisse licebit,  
Vtrum potius, ditem esse, ne egenū, quan-  
doquidem iubet illa

Hos quibus est res quoque benignā men-  
se vno ponere cœnam,

Ceterum egenos hâc prædari prius, ac de-  
ponere possunt.

Quo quidem loco in hanc sententiam scri-  
bit interpres: Olim in triuiis venerabantur  
Hecaten, quod eadem tribus nominibus ap-  
pelletur, Luna, Artemis & Hecate. Ceterū  
sub nouilunium diuites mittebant cenam  
vespere, veluti cenā Hecatæ in triuiis. Pau-  
peres autem esurientes diripiebant ac deuo-  
rabant quæ erant apposita, dicentes quod  
Hecate comedisset. Itaq; congruet, vbi res  
per tumultum diripitur.

*Mens videt, mens audit.*

Νῆς ἔρα καὶ νῆς ἀκούει, id est, Mens videt, mens  
audit. Hemistichium prius videtur carmi-  
nistrochaici, tetrametri, catalectici. Refer-  
tur ab Aristotele quasi vulgo iactatum Se-  
ctionis vndecimæ problemate 33. vbi pro-  
posita quæstione cur noctu acrius audiam⁹  
quam interdium, inter alias causas & hâc red-  
dit, quod interdium animus variis negotiis  
distrahitur: qui nisi sit presens, nec corporis  
sensus officio suo fungatur, adeo vt men-  
te alienata, nec corporis dolore interdum  
sentiam⁹: & ipsi sumus experti in crucia-  
tu dentium, aut calculi, multo leuiorē red-  
di doloris sensum, si possis animum in ali-  
quam cognitionem alienam intendere.  
ἔραται τὸ νῆς ἔρα καὶ νῆς ἀκούει. Noctu vero,  
quoniam oculorum sensus quiescit, & ani-  
mi cogitatio tranquillior est, tum aurium  
meatus non minus patent nocte quam in-  
terdium, nec minus capaces sunt sonori, sed  
eos facilius etiam renunciant animo, quod  
tunc nullis actionibus distrahetur, nec ocu-  
lorum sensu auocetur, quemadmodum in  
die fit, vt acutior sit aurium sensus. Locus  
erit adagio; vbi iubemus quempiam atten-  
tum esse, quemadmodū dicimus, Hic esto,  
& Isthic sum. De mente peregrinante nobis  
dictum est alias.

*Thymbra visitans.*

Θυμβροφάγοι, id est, Thymbra visitantes ada-  
gio dicebantur, vel qui tutius ac liberius  
vitam agerent, vel moribus essent parum  
blandis, vel qui hilariter citraq; sollicitudi-

nem paruo contenti viuere, quod Thym-  
bra, quam eandem cunilam dicunt, herbæ  
genus sit, quam Plinius non distinguit a Sa-  
tureia, Columella distinguere videtur:

Et Satureia, inquit, Thymi referens;  
Thymbrosq; saporem.

Est autem saporis subamari, in agris passim  
prouenit, & pratenus ad remedia præstan-  
tior est hortensi, vt ductor est Dioscorides,  
locis gaudens petricosis. Hortensis eibis a-  
tior. Prouerbiū recessit Suidas, & Hely-  
chius. Fertur Epaminondas mi re frugalem  
vitam egisse, itaq; de prandio parco tenuiq;  
dixisse: τὸ τοῦτον ἄριστον, ἔχωρεῖ προδοσίαν.  
id est, Tale prandium non recipit proditi-  
onem. Sensus autem dicti geminus est, vel  
quia nemo molitur insidias rebus modicis,  
vel quia qui modicis contenti sunt non fa-  
cile corrumpuntur, vt prodant rem publi-  
cam. Amphias apud Athenzum lib. 10.

Εὐταίεῖς γὰρ δ᾿ ἄπρον ἔποιε παροσίαν. id est,  
Vbi cœna frugi est, nulla debacchatio.

Græcus trimeter videtur corruptus inuer-  
sione duarum dictionum: Restituetur si le-  
gas: δ᾿ ἄπρον γὰρ εὐταίεῖς. & subdit ex Alexi-  
de, Ex prolixis conuiuuis primū nasci scom-  
mata, è quibus fere plus est doloris quam  
voluptatis. Hinc maledictum. Id re gerit-  
ur ac reciprocatur in dicentem. Mox à  
verbis ad verbera. Non ita qui Thymbra  
visitant.

*Doryphorematis ritum.*

GRÆCI δορυφῶρημα vocant satellitium  
illud ex barbarorum sece conductum, quod  
olim tyranni ad custodiam corporis adhi-  
bebant, nunc à regibus magis fastus quam  
tutelæ gratia alitur: In tragœdiis igitur sic  
addebatur regū personis δορυφῶρημα, vt ad-  
stantem modo, nihil etiam loquerentur. Vn-  
de qui taciti assident, δορυφορέματος τῶρον  
adesse dicuntur. Sic Athenæus libro quintο  
περιεβάλλοντες τινα λῆγον περὶ σιγῆτος, καὶ γὰρ  
καὶ τῶρον μὴ παρῆναι δορυφορέματος τῶρον.  
cum iniiceret sermonem quandam Pifistra-  
tus: Neque enim oportet hunc adessee more  
Doryphorematis: hoc est, tacitum & nihil  
adferentem in medium. Vsurpatur à Lucia-  
no in libello De conscribenda historia, his  
quidem verbis: εὐκωὶ ὦ φίλων, ὡς μὴ μένος ἄ-  
φρωνος εἴνεν ἐγὼ πολυφῶνα, μὴ δ᾿ ἄπειρ κώνικον  
δορυφῶρημα κενῆδος σιωπῆς παθητικῆς εἰσέμην. id est,  
Igitur amici, ne solus essem mutus in tem-  
pore

portam vocali, neq; veluti comicum Doryphorem ians cum silentio obambulare.

*Musicam docet amor.*

PLUTARCHVS adducit & hoc adagium trochaico versu expressum :

Μουσικήν ἐρωσ ἀιδάσ ἔσ, καί τις ἀμωσὺ τὸ πρῶν. id est,

Musicam docet amor, & si fuerit indoctus prius.

Sensus est amorem ad industriam excitare animum, artiumq; & omnis elegantie magistrum optimum esse. Socrates in conuivio Platonis, putat animam immersam corpori, velut expergisci amoris stimulis, & hinc primos ad honesta impetus capere, tamquam excusso veterno. Vnde deum hunc idem Plato πικρὸς ἐπιχρηάτης appellat, quod nihil non experiatur. Si quidem est taciturno reddit loquaculum, è verecundo stupidoque comem ac blandum, è negligente diligenter. Nam Musicen hic sentit litteras, quas antiquitas nouem Musis dicabat. Adlusit ad prouerbiū Bion in Bucolicis, qui cum multis versibus docuisset Musas semper esse comites amoris, subiicit:

Μάστιγος ἐγὼν, ὅτι μὴ βωσ ὄν' ἔπειτο πᾶσιν ἄλλοις. id est,

Testis ego dictum hoc haud vnquam fallere quemquam.

Potest & ad verecundiorē vsum detorque ri prouerbiū, si dicas non mediocrem esse gradum ad discendum, amasse præceptorē, potest & ad pium, si dicas caritatem esse virtutum omnium magistrā, quæ nisi adsit, nihil recte feceris.

*Sicyon arrodens vxor lacernam texe.*

ATHENAEVS lib. Dipnosophist. 3. heroicū hunc vt prouerbiale adducit:

Τὸν σικυὸν τρώγασα γύναι, πλὴν χλαῖων ὕφαναι. id est,

Arrodens Sicyon vxor subtexe lacernam.

Apparet esse verba mariti iubentis, vt vxor tenui contenta victu, perageret opus suum. Nam Sicyon seu Sicyos bulbi genus est, aut certe péponis: non nulli putant cucumeris. Hermolauus Barbarus Corollariis in Diostoridem, cap. 366. videtur aliud diuinare, scribens ex Aristotelis sententia, plerasque textrices esse impudicas: An Sicyos Venetiam temperet nescio.

*Tetigit lapidem à cane morsum.*

PLINIUS lib. 29 cap 5. de veneno rabidi canis agens: Tanta, inquit, vis mali est, vt vrina quoque calcata rabiosi canis noceat, maxime hulus habentibus. Remediū est fimum caballinum, aspersum aceto, & calcatum in vino appositum. Minus hoc mirretur, qui cogitet lapidem à cane morsum, vsque in prouerbiū discordiæ venisse. Hæc Ateus Plinius. Cuius è verbis coniiicere licet, vulgo creditum fuisse, si quis lapidem à cane morsum contigisset aut calcasset, eum iracundiorem euadere, & ad dissidia propensum. Fortassis ita dicebant in hominem conuiciatorem ac rixosum: Hic lapidem calcavit à cane morsum.

*Erecti.*

ATHENAEVS in Dipnosophistarum libro quinto. Κατὰ θυμᾶσιον, ὅτι περηνεῖσι κακῶν βεβρωῖτες ὑπὸ τῷ μέθῃ, ὁπότε τι τῶν ἀγομένων θεοσαμείων, πρῶτες ἐξενέφομην, θεοὶ τὸ δὴ λεγόμενον, ἀνίσταμενοι, id est, Et quod dictū iactū, cū depressi essemus, & capite grauato temulætia, quoties spectastemus aliqui eorum, quæ inferebantur, omnes expergiscbamur, recti, quod dici solet, surgentes. Ac commodum erit, vbi significabimus aliquē toto pectore attentum ad rem quampiam. Erigunt enim se totos, & summis nō numquam insistant pedibus, qui auscultant aut spectant audius.

*E clibano boues.*

PROVERBIUM sapit quod scripsit Aristophanes: ἐν ἀχαρνέσσι.

Εἰ τ' ἐξέμεινεν, παρτίθει δ' ἡμῖν ὄλλας  
Ἐκ κριβαῖος βῆσ. id est,

Accipit inde, & apposuit totos boues

E clibano nobis.

Vsus erit, quoties esteremus splendore conuiuui, aut insignem edacitatem. Consimili figura vocabant Hecatomben, id quod aliquanto post sequitur apud eundem poetā: καὶ πολυπόδ' αἰ ἐκατόμβην, id est, Et polyorum hecatomben.

*Sequitur perca sepia.*

ATHENAEVS libro 7. nullo auctore refert huiusmodi prouerbiū: ἐπιτωπὶ περκα μελωνέρα, id est, Comitem sibi ducit sepia percam. libr. 10. ex Aristophane adducit,

ducit, nec addit in quæ sensum solet vsurpari, nisi quod videtur dictū de improborū societate. Apud eundem paullo inferius adducuntur his versus Numenii, qui de piscibus prodiderit:

Φυλίδης ἀλφειῶν τε καὶ ἐν χροῖσιν ἔτυρον  
Σκορπίον, ἢ πέρκασι καὶ ἐγκυλίω μελάγρον.

Feri puer.

**A T H E N A E V S** lib. Dipnosopistarū 15. demonstrat olim prouerbio solitum acclamari ἰν παῶν, quo significabant quempiam suo munere defunctum. Itidē sermo, quem admodum nos absolutæ virtuti gratulâtes dicere solemus: Ματὲ ἀνιμῖδ, ματὲ virtute. Narrat enim, cum quispiam de conuiuio discessisset probe potus, ac magnopere somnolentus, ceteros in eum acclamasse ἰν παῶν. Huius adagii fieri mentionem apud Clearchum in prouerbiis, quod ab huiusmodi natum euentu tradit: Cum Latona Apollinem ac Dianā ex Chalcide Delphos deportaret, iamq; ad Pythonis specum venisset, & draco concitus in eos prouolaret, Latona puellam vlnis baiulans, Apollinis præsidium implorans, clamabat, ἰε παῶ, cum is forte fortuna arcum teneret, ac perinde valere, ἰε παῶ, quasi dicas, ἀφιεπαῶ, id est, mitte ac percute fili. Non nullos deflexis nō nihil vocibus efferre. ἰε παῶν, idq; prouerbio dici solere, quoties in rebus afflictis opem imploramus. Rursum alii putant acclamari hoc pacto feliciter suo perfunctis munere, & eo quod expetebant potitis. Ceterum ob adfuetudinem non videri prouerbiū, quod his vocibus solemniter vterentur in sacris Apollinis.

Ἰν παῶν, ἰν παῶν, ἰν παῶν.

Vnde & ἰαμβικὸν ἑξήμετρον οἰτῷ existimât, quod & ipsum impetum ac celeritatem habet. Etenim si producas priorem in ἰν, carmen erit hexametrum heroicum: si corripas, iambicum. Porro quod apud Athenēū in ἰε & ἰν nunc aspiratur, nunc tenuis est, nō scimus an librariorum incuria factum sit. Quidius in Arte amandi videtur vsurpasse pro acclamatione, qua gratulantur victori votiç; compoti:

Dicite io Pzan, & io bis dicite Pzan,

Decidit in cassis præda perita meos.

Pulchre fallit vulpem.

Φαλλῶνα καλῶς τῷ ἀλπίεα, id est, Decipit

pulchre vulpem. Suidas recenset duntaxat, nec explicat. Apparet dictum in eum qui dolis captaret astutum, cuiq; frustra tenduntur insidiz. Nam παλῶνα est arte illectare. Vnde & columbz exoculatæ, quas aucupes in reti ponunt, quo subsultantes, reliquas deceptas alliciant, παλῶνα dicuntur. Et qui feris tendunt casses, παλῶνα vocantur. At vulpem dolo circumuenire difficile est.

Aus piscem olet, aus florem.

**A U T** piscem olet, aut timallum. Ambrosius Hexameron lib. 5. cap. 2. testatur dictū in eum qui bene oleret, quod timallus piscis sit odore gratissimus, & æque fragrans eiusdem nominis flos. Sed præstitit Ambrosii verba subscribere: Neq; te inhonoratū nōstra prosecutione timalle dimittam, cuius flore nomē inoleuit, seu Ticini vnda te fluminis, seu amœni. Atresis vnda nutritis, flos es. Denique sermo testatior, quod de eo qui gratiam redolet suauitatem, dictum facete sit, aut piscem olet, aut florem: ita idē pronunciatum est, piscis odor esse, qui floris. Quid speciei tua gratius? quid suauitate iucundius? quid odore fragrantius? Quid mella fragrant, hoc tu corpore tuo spiras. Verum haud scimus an pro timallo apud Ambrosium legi debeat tithymallus, cuius varia genera recenset Plin. lib. 26. cap. 8. cuiusq; subinde meminit Dioscorides locis diuersis.

Equi dentes in spicere donati.

**S V N T** quedam & hodie vulgo iactata, non indigna quæ veteribus adagius annumerentur, quod genus est illud, nō oportere equi dentes in spicere donati. Cum significamus æqui boniq; consulendum, qualecumque est quod non emitur, sed gratis donatur. Siquidem equum empturus dentes inspiciat, in quibus gratis indicia certissima sunt, ne circumueniatur. At incivile sit idem facere in equo donatio. Vsus est tamen hoc prouerbio D. Hieronymus in præfatione commentariorum, quos scripsit in epistolâ Pauli ad Ephesios. Parum, inquit, eloquens sum, Quid ad te? Disertiolem lege. Nōdigne Græca in Latinum trāsfero, aut Græcis lege, si eius linguæ habes scientiā, aut si tantum Latinus es, noli de gratuito munere iudicare, & ut vulgare prouerbium est, equi

equi dentes inspicere donati. Hactenus Hieronymus.

*Amicitias immortales esse oportet.*

**T. LIVIUS** libro decimo de bello Macedonico & Asiatico, cuius fragmentum debemus aureæ Magontiz, scribit in hunc modum: Vulgatum illud, quia verum erat, in proverbum venit: Amicitias immortales, inimicitias mortales esse debere. Sic enim leges esse, vel ipse sermonis tenor admonet. Recte quidem admonet proverbum, verum eo rediere mores mortalium, ut similitates sint immortales, amicitiam plus quam vitæ: plusque possit vna Ate quam centum Lite, atque omnium tardissime senescat ira, benevolentia ad quamvis leuem occasionem interea: quæ si farciatur, ne quidquam coit & rescinditur. In hanc sententiam citat cæcumenum Aristoteles Rhetoricorum libro 2. quod alibi, ni fallimur, retulimus:

Οὐδ' αἰς ἐραστῆς ὀφείλει φίλος id est, Non est amicus quisquis amare desit.

Citat ibidem & alterum cæcumenum:

Ἀθάνατον ὄφειν μὴ φύλακτε θνητῶν. id est, Ne maneat immortalis ira te penes,

Mortalis ipse cum sis.

*Ad bonam frugem.*

**Q. V. T.** commutatis ad meliora studia moribus respiciunt, proverbio dicebatur ad meliorem frugem sese recipere. Vixit M. Tullius in actione pro M. Cælio: Et se ad bonam frugem, ut dicitur, recepisse, grauesque homines atque illustres fuisse. Item Plautus in Trinummio, certum est ad frugem applicare animum. Lampridius in Heliogabalo, Milites se parafuros dixerunt, si ad bonam frugem rediret. Vnde frugi & bonæ frugi dicuntur, qui suo funguntur officio, præsertim serui quos ad operam præstandam alimus. Vlpianus ad legem Aquilianam cap. In de Neratius. Sed si bonæ frugi seruus intra annum mutatis moribus occisus sit. Item Titul. de quibus rebus ad eundem indicem earur. Cap. si quis seruo. Interesse fructuarii videtur, bonæ frugi seruum esse. Rursum in digestis libro 11. Titulo de Seruis corruptis, paragrapho, Quod ait prætor. Sed verum ita demum tenetur, si bonæ frugi seruum perpulit ad delinquendum. Plautus in Cassina: Credo pol esse, si tu frugi bonæ es. Rursum in Pseudolo, Cupis me esse

nequam, tamen ero frugi bonæ. Nequã oportuit frugi. Nequam enim nulli est vsus. Et ita frugi hominẽ dicimus, quem admodum nequam, vtraque voce indeclinabili. Columella de re rust. lib. 1. Eiusdem agilitatis homo frugi melius quam nequam faciet. Et in Declamationibus, frugi filius opponitur luxurioso. Hinc & frugalis dicitur. Sumptum videtur ab agris, qui cultu redduntur frugiferi.

*Per manus tradere.*

**Q. V. O. P.** successione quadã ab aliis ad alios devenit, per manus traditur: quod de traslatum videtur ab his qui nauim aut palustrum exonerent. Idem frequenter hæc in militia, velut in commetario belli Ciuili primo: Saxo, inquit, prærupta multis locis iter impediabant, ut arma per manus necessario traderentur, militesque inermes subleuati alii ab aliis magnam partem itineris conficerent. Rursus belli Gallici lib. 7. Quidam ante portam oppidi Gallus per manus sibi ac picis traditas glebas in ignem è regione turris proiciebat. In eodem: Non nullæ de muris per manus demissæ. Item libro 8. Tale consilium sui recipiendi intulerunt: factes vbi confederant, per manus stramentorum ac virgultorum, quorum summa erat in castris copia, inter se traditos, ante aciem collocauerunt. Verum hic nullus est tropus. Qui quoties accedit, transit in speciem pro uerbalem, quomodo frequenter obuium est apud auctores. Velut apud Fabium lib. 12. Non ea modo quæ cõscripta sunt historiis, aut sermonibus velut per manus tradita, quæque quotidie aguntur nosse, verum ne ea quidem quæ à poetis ficta sunt negligere. Item Liuius lib. ab vrbe condita 5. Etiam si nobis cum vrbe simul posita, traditæque; per manus religiones nullæ essent. Idem lib. 9. Tum disciplina militaris iam inde ab initiis vrbis tradita per manus, in artis perpetuis præceptis ordinatæ modum venerat. M. Tullius in oratione de prouinciis consularibus: Nam ut C. Iulius omnibus à senatu eximiis ac nouis rebus ornatus, per manus hanc prouinciam tradat ei, cui minime vos velitis. Quin & Iureconsultis per manus tradi dicitur, quod de manu in manum datur. Veluti Papinianus libro Pandectarum 29. Titulo De iure codicillorum, Quod per manus traditum est, codicillis

D d d 2 heredi-

hæreditatem dari nõ posse rationem illam habet, & cetera. Plautus in Trinummo: E manibus dedit ipse inhi in manus: de epistola loquitur. Fit autem iucüdius, quoties ad res animi prouerbiu accommodatur, quemadmodum cum dicimus institutum, aut opinionem, aut consuetudinem, aut disciplinam aliquam, per manus traditam ad nos venisse.

*De manu in manum.*

**V**T non arbitramur idem esse cum superiori, ita non vsquequaque dissimile est, quod scribit Cicero libro Epist. famil. 7. Totum deniq; hominẽ tibi trado de manu. vt aiũt, in manum tuam istam & victoria & fide præstantem. Traduntur enim & qui commendantur, Terentius: Hanc in manum dat. Item Horatius:

..Vt tibi se laudare ac tradere coner. Itẽ:  
Hunc hominem velles si tradere.

*Mira de lente.*

**R**ODOLPHVS Agricola vir immortalitate dignus, libro Dialectices 3. testatur apud Græcos prouerbio dici solere, egregia de lente, quoties res humilis & pusilla magnificis laudibus attolleretur: perinde quasi lentem minutum ac vile legumen splendidis encomiis efferas. Opinamur Græcis efferrĩ hũc in modum: *δραδ τρεβι φακίς,*

*Non vna manu capere.*

**O**υ τῆ ἑτέρε λαπτέον, id est, Non vna tantum manu capiendum. De re lubrica variaq; captiueque difficult. Nam huiusmodi solemus vitamque admouere manum. Vfus est Plauto in sophista: *δραδ ἄν ὡς ἀλαβίς λέγειται τὸ ποικίλον εἶναι τῆτο τὸ ἐπιόν, καὶ τὸ λεγόμενον, ὃ τῆ ἑτέρε λαπτέον,* id est, Vides igitur vere dici, bestiam hanc esse, variam, neque (quod dici solet) vnica manu capiendam. Sumptum est à venatu, in quo feræ quædam miris artibus ex ipsis venantium manibus frequẽter elabuntur, quibus ad similem putar hominem sophistam, ad elabendum omnibus doctis inlustrum.

*Omnes laqueos effugere.*

**I**n eodem dialogo non dissimilem huic allegoriam adducit, veluti prouerbio iactatam: Difficile omnes laqueos effugere. Quod ipsum à venatu translatum est, in quo sic vn-

dique sepuntur exitus, vt necesse sit feram in aliquas insidias incidere: *δρεβι γὰρ ἡ παρομιά, τὸ τὰς ἀπίστας μὴ ῥάδιον εἶναι διαφύγειν,* i. Siquidem recte habet prouerbiu, quo dicitur, haud facile esse omnes laqueos effugere.

*Hostis domesticus.*

**R**VRSVM in eodem domesticu hostem prouerbio solitum dici testatur, vbi malum non aliunde proficiscitur, sed ex nobis ipsis nascitur: velut cum quis ipse se prodit, aut redarguit, ipse sua bili aut liuore sese conficit: *δὴ ἄλλω δέονται τὸν ἐλιγχόταν, ἀλλὰ τὸ λεγόμενον, οἰκοβεν τὸν πολέμιον καὶ ἐναντιοσθένει ἔχοντες,* id est, Non opus habent aliis qui redarguant, sed iuxta prouerbiu, cum domi hostem habeant, qui que sit aduersarius &c. Agit, de sophista, qui cũ sit loquax, ipse ex sese præbere solet quo reuincatur.

*Capere ciuitatem.*

**P**LATO in eodem dialogo significat prouerbio dici solere: Capere siue expugnare ciuitatem, qui rem difficilem esset adsecutus. Neq; enim ciuitas primo statim impetu capitur. Illic hospes animar Thegetu, vt qd instituit, persequatur, eo quod quæ ad leuiores difficultates aut hæret, aut resilit, nõquam aliquid perficiet in eo quod est dispersionis caput. Verba Platonis sic habent: *Θαρεβι ὡς ἐὰν τι χρεὶ τὸν καὶ σμικροῦτε δωρομιοεῖς τὸ πρόδιον αἰε πείναι, τὴ γὰρ ὄρ' ἀπομῶν ἐν τῆτοις, δρεάσειν ἄν ἐν ἄλλοις, ἢ μὲν ἐν ἐκείνοις ἀνύτων, ἢ πόλιν ἐς τῆ προδίων ἀπαυδεις ἡχολή πρὸ τὸ κατὰ τὴν παρομιάμ λεγόμενον, ὅτε τοῦτος αἰ ποτε ἔλοι πόλον,* id est, Consideret oportet Thegete, fore vt qui vel paulullu aliquud poterit, semper vltra progrediaur. Quid enim facturus sit in aliis qui in his animum desponderit? aut nihil in illis efficiens, aut retrocedere etiam compulsus: haud vquam ille talis, vrbem, quod dici solet, caperit. In bello facile est in excursionibus, aut pagorum incendiis aliquid designare: at munitiones vrbes expugnare perdifficile est. Simile est illi: Timidi nunquam statuerunt Trophæum.

*Dinum excipio sermonem.*

**P**LATO libro de Repub. 6. demonstrat prouerbii vice in ore fuisse vulgo: *ἐπὶ ὄφειρω λόγον,* id est, Dinum excipio sermonem,

nem, quoties, gloriosus, aliquid dictum est, omnis gratia deos excipiebant, qui nihil non possunt, & quibus nemo praescribit. Platonis verba subscribemus: Ούτε γάρ γίνται ἄτε γέγονι δὲ δὴ μὴ γίνται, ἀλλ' ἄλλοι ἄλλος τῆος ἀρετῆν, παρὰ τῆν τῆτων παιδ' εἶναι πτωχῶν δ' ἄμεινον ἀνθρώπων, ὡς τῶν ῥα, θεῶν μέντοι κατὰ τῆν παρουσίαν ἐξείρω λόγον. id est, Neq; enim sunt, neq; fuerunt, neq; futuri sunt mores aliter ad virtutem instituti, quam ad horū institutionem. De humanis loquor amice, ac diuinum iuxta prouerbiū, excipio sermonem. Apparet esse fragmentum carminis iambici:

Θεὸν ἐξείρω λόγον, fortassis ex Homero natum:

Θεὸ δ' ἔτε πάντα δύνανται. id est,

Diui tamen omnia possunt.

Accommodari potest ad summos principes, veluti pontificem, aut cardinales, aut monachos.

*Vna pertica.*

**VNA** pertica, pro eo quod est eadem opera. Plinius Secundus lib. 8. epist. 2. Nam regione, inquit, tota, & nouitas remissionis, & forma laudatur, ipsi etiam, quos non vna, vt dicitur, pertica, sed distincte gradatimq; tractauit. Quanto quis melior & probior, tanto mihi obligatior abit, expertus esse non apud me: ἐν δ' ἢ ἢ τμη ὑμῶν κακῆς δὲ καὶ δ' ἄλλος, id est, Vir malus ac fortis pretio ducuntur eodem. Sumptum videtur ab his, qui metiuntur agros, Perticam posuit pro decem peditibus. Nam Seruus Sulpicius, vt indicat Festus Pompeius, dixit perticam esse felineam, qua diuiduntur agri, & versus est Homericus, lib. Iliad. 9. quem alibi recensimus atque exposuimus.

*Pulmo prius venisset.*

**PRIUS** prius venisset, dictum est olim in lentos ac cessatores. Opinamur quod pulmo cum perpetuo moueat, numquam tamen loco se promouet. Plautus in Epidico: Dii immortales, foccos iussi adimere pedibus. Pulmo enim, quod perhibent, prius venisset, quam tu aduenisti mihi.

*Quis multum obsuit.*

**SICUT** eiusdem artificis est egregie mentis, & vera dicere, ita eiusdem est prodesse plu-

rimum ac ledere. Id olim prouerbio iactatum fuisse testatur Thucydides lib. 6. in oratione Alcibiadis: ἔχον δ' ἂν πῶν πάντων πρὸς βελλ' ἔμεινον λόγον, ὡς εἰ πολέμους γε ἂν σφοδρῶς ἔβλαπτον, καὶ ἂν φίλους ἂν ἰκανῶς ὠφελεῖν, ἢ. Dictum videlicet illud, quod ab omnibus usurpatur, quod si hostis cum essem vehementer nocui, etiam si sim amicus magno perire quauiero prodesse.

*Non vulgari ancora nititur.*

**DE MOSTHENSIS** in oratione pro Ctesiphonte: Οὐκ ἐπὶ τ' αὐτ' ὄρηαι τοῖς πολλοῖς, id est, Non audent ancora nititur qua vulgus, significans illum nouis, minimeq; vulgaribus praesidiis niti. Suidas admonet esse prouerbiū, & subaudiendum ancoram.

*Non pluris, quam simias.*

**SIMIA** ridiculum animal, & vulgo contemptum, non vni prouerbio locum fecit. Dion Prusensis in lib. De Troia non capta: Quos ego, inquit, non pluris facio, quam, vt dici solet, simias.

*Aspis à vipera.*

**TERTULLIANVS** lib. aduersus Marcionem 3. prouerbii titulo refert: Aspis à vipera, cum pessimus, à pessimo sumit mali quidpiam. Definat, inquit, nunchæreticus à Iudeo, aspis quod aiunt à vipera mutuari venenum. Refertur autem inter Diogenis apophthegmata, qui conspiciat duas feminas inter se cōferentes clam sermonem, protulit versiculum, è comœdia quapiam sumptum:

Ἀσπίς παρ' ἐχίδνης φάρμακον δ' ἀνείζειται. i.

Sumit venenum à vipera aspis mutuo.

Vtriusque serpentis venenum immedicabile, pariterq; noxium, nisi quod viperae morsus magnis enecat cruciatibus, aspidis adeo nullum adfert dolorem, vt nec voluptas desit, si Plinio credimus. Est autem aspidis genus, quod absque morsu, conspuens hominem veneno, perimit, vnde Græcis dicta πῦρ. Vfus erit quoties qui per se malus est, contagio mali sit deterior.

*Neque intus neque foris.*

**IRENÆVS** lib. 1. cap. 9. refert hoc prouerbiū, dicens hoc quadrare in mulierculas quasdam, quæ cum intelligerēt se fuisse delusas à discipulis Valentiniani, non tamē se commitebant

mittentur ecclesie, vt remedio pœnitentiæ reciperentur in confortium vnde discesserant, sed inter vtrumq; degentes, nec Valentinianis adhærebant, nec ecclesie sese reconciliabunt. Simili figura dicunt hodie, neq; caro est, neque piscis, de homine qui sibi vitæ, nec vllarum est partium.

*De toga ad pallium.*

**C**ERTÆ speciem habet prouerbii quod refert Tertul. in libello de pallio: Hæc nimirum indignitas erit à toga ad pallium, cuius duplex erit vsus: vel cum ad diuersum vitæ genus sese contulerit aliquis: vel cum à fortuna honestiore ad humiliorem, velut si quis è præfecto sunt prædagogus, è consule rhetor. Toga Romanorum erat, pallium Græcorum. Post pallium cœpit esse gestamen philosophorum. Cōsine illi: Ab equis ad alinos.

*Fuit & Mandroni ficulna nauis.*

**Εἴητο καὶ μάνδρα σικίνα ναῦς**, id est, Fuit & Mandroni ficulna nauis. In eos dici solitū, qui præter meritum ad felicitatem atq; opes euecti, pristinae conditionis non meminerunt, sed presenti rerum successu insolentius abutuntur: ita vt fere mos est τοῖς νεοπλοῦτοις, id est, iis qui ad nouas diuitias ex infima fortunæ conditione prouenerunt. A Mandrone quodam sumptum, qui indignus & immerens, ex nauiculario factus est imperator. Nauim autem ficulnam per contemptum dixit. Nam ficulnam in genere vocant Græci, quidquid imbecille, aut contemnendum significare volunt.

*Lupus in fabula.*

**H**oc prouerbium solitum est dici, quoties is, de quo cōfabulatio est, de improviso interuenit, Quod inde sumptum putat Donatus, interpretes Tertii, quod lupus ei quæ prior videri, vocem adimere dicitur, vt cū cogitatione in qua prius fuerat simul & vocem amittat & verba. Nec desunt qui huius seu rei, seu opinionis causam philosophicam reddere conentur, videlicet quod lupus natura sit hostis homini, & ideo spiritus: quosdam ac vim natiuam ab illius oculis proficiscentem in eum quem conspexit inopinato, vires illius obstupescere, atque hinc esse subitum silentium. Donatus huc pertinere putat quod alibi citatū est àuo-

bis Theocriticum illud *λύκος εἰδύς*. Rursum illud Maronis: Lupi Mœrim, videre priores, cum vocem per ætatem ademptam pastor quereret. Sunt qui ex nutricum fabulis natum existimant, quæ narrat ludificato puero terrore lupi, verum lupum à cauea paullatim venisse ad limen cubiculi: Nam est & in apologis, matrem, vt puerum vagientem compefceret, lupum frequenter inelamasse, vt nisi desineret plorare, deuorandum auferret. Tandem lupum spe prædæ venisse: sed frustra hiantem abiisse, hæc tantum sententia doctiorem, nō esse fidem habendam feminae pollicenti. Nam hoc opinamur, seu sit Donatus. Locus enim in libris euulgatis non videtur carere mendo. Tertiā opinionem reiicit Donatus, quæ putat hinc natum; cum in Neuiana fabula repræsentaretur, quomodo Romulus & Remus aliti sint à lupa, repente verum lupum actioni interuenisse: quo factum vt subitū esset totius fabulæ silentium, quod talis spectator inexpectatus interuenisset. Sic vsus est Terentianus Syrus in Adelphis, silentiū in nauens Ctesiphoni, quod Demea pater adolefcentis, quem ruri esse credebat, præter expectationem adesset. Festiuius etiā vsus est Plautus in Stichis. Atque eecum, inquit, tibi lupus, in sermone prærens. esuriens adest. Loquitur enim de parasito Gelasino, qui fratribus de ipso cōfabulantibus derēpente interuenit. Addit enim prouerbio gratiam, adlusio ad hominis edacitatē: quem admodum apud Theocriticum, ad nomen adolefcentis, de quo dicitur, *λύκος εἰδύς*. Vtitur & M. Tullius epist. ad Atticum, lib. 13. De Varrone loquebamur, lupus in fabula. Venit enim ad me. Fere fit autem vt quoties interueniat, de quo colloquimur, obmutescamus: propterea quod siue laudabatur, pudet in os dicere, quod recte narratur de absente: siue vituperabatur, timemus offendere.

*Prolixius Iliade.*

**Μακρότερος τῆ ἱλιάδος λαλῶν**, id est, Prolixiora Iliade loquens. Refert Iulius Pollux, libro dererum vocabulis 6. cap. 26. adiungens ei quod alibi docuimus, competere in homines vehementer garrulos, τοῖς ἐκ δῆσῶν καλῶν. & ἀεὶ βίος ἀυλός. sic enim ibi refertur. Hunc in sensum vsus est & Aeschines in Demosthenem, qui locus nobis alibi cita-

tus est. Non dissimile est huic, Ilias malorū. Sed quoniam hoc congruit immensis malis, quod nunc referimus immodicæ loquacitati, separare visum est ob vsum diuersū. Est autem Ilias nobile opus Homeri, quo Troiz, captæ historiam libris vigintiquatuor explicat, cum Vergilius duodecim libris complexus sit; quod ex utroque opere visum est decerpere.

*Apud nouercam queri.*

Qui deplorant infelicitatem suam apud eos, qui nihil auxiliū sint laturi, vel gauisuri magis conuercantur malis, apud nouercam queri dicuntur, quod nouercæ fere malè velint priuignis. Ballio leno in Pseudolo Plauti:

Nam isthuc quod nunc lamentare, nō esse argentum tibi,

Apud nouercam querere,  
Leno pro se suppositi nouercam. Quod dictum Pseudolus simulans se non intellegere.

Eho, inquit, an vtrūquam huius nupsisti patri?

*Animus habitat in auribus.*

**V**TERES animo sedem in oculis dedere, plerique in corde. At Herodotus in Polymnia, iuxta vulgi sermonem vt videtur, docet animum habitare in auribus, qđ qui bene audiunt, voluptate adficiantur, qui seculs, exacerbenur. Herodoti verba subscribemus: Καὶ οὐ τὸ τόχῃ ἐπιτίθητο, ὡς ἐν τοῖσιν ὠτίων ἀνθρώπων οἰκοῖ ὁ θυμὸς, ὃς χρεῖσά μὴ ἀκρόσας τίς τῶν ἐμπιπλῆει τὸ σῶμα ὑπὸνυκτῆ δὲ τῶν τοῖσιν ἀνοιδέει, i. Et nunc illud sane discito, quod in auribus hominum habitat animus: qui cum bona audierit, voluptate corpus implet, cū his diuersa, molestia adficiat. Opinamur hunc esse sensum adagii, qđ ex his quæ audimus maxime placatur, aut irritatur animus. Nam hac potissimum iter est ad animum hominis. Comiter ac blande dictum, sepe atroces iras vertit in beneuolentiam, & asperior sermo prouocat capitales inimicitias. Quin & cōiutio quidam iugulantur, non aliter quam ferro aut veneno. Proinde pestilentissimum homicidarum genus est, quod hoc scæculo potissimum regnat, qui venenum aspidum portant in lingua, & qui idē peragunt lingua, quod sicarii ferro.

*Inscitia confidentiam parit.*

**A**μβλία μὴ θεσπός, λογισμὸς δὲ ὀκνὸν φέρει, i. Inscitia quidem confidentiam, prudentia, vtro cunctationem parit. Extat apud Thucydidem libro Peloponnesiaci belli secūdo. Diuus Hieronymus in epist. ad Enagrium ita refert: Imperitia confidentiam, eruditio timorem creat. Refert & Plinius Epistolarū lib. 4. Sicut ἀμβλία μὴ θεσπός, λογισμὸς δὲ ὀκνὸν φέρει, ita recta ingenia debilitat verecundia, peruersa confirmat audacia. Vtitur eodem & Lucianus in Nigrino, vt dubiū non sit, quin hæc sententia fuerit olim vtgermone pertrita. Cognitio rerum reddit hominem cunctantiorē ad aggrediendū negotium. hinc nimirum est, quod iuuentus audacior est, quàm senectus: & vt docet Quintilianus, fortius dicunt qui minus habent artis: cum interm cordatus orator ac periculum intelligens initio trepider. Et qui minus sapiunt, minus habent pudoris. Et qui nondum didicere, quid sit scire, nullius rei sibi non arrogat sciētiā. Deniq; maxime bellum adfectant, qui, quid sit bellare, numquam experti sint.

*Non statim finis apparet.*

**H**ERODOTVS in Polymnia, significat hoc olim prouerbio dici solitum: Non statim cum principio apparere rei exitum: καὶ τὸ πάλαιον, inquit, ἔπος ὅς ὄν εἴρηται, τὸ μὴ ἄμα ἀρχῇ τὸ τέλος καταφάνειναι, id est, Et vetus adagium, quo recte dictum est, non statim cum initio apparere finem. Conueniet in quorundam præpropetas spes, qui negotio vix cepto, statim arbitrantur se rem factam habere, cum sepe exitus non respondeat initiis. Vulgi iocus est in Batauum quendā, qui iussu lumere catapotia, rogauit medicum quid essent effectura. Cum medicus respondisset fore, vt moueretur alius, deuo rauit, moxque non dum egresso medico, clamauit se cacaturire, nimirum suspicans statim apparere finem vna cum principio. Alter quidam eiusdem sapientie, cum a parentibus missus esset in Galliam, vt Gallicæ disceret, cum illic egisset quadruidum, querebatur apud suos, quod nō dum loqueretur Gallicæ, putans hanc vim habere solum ipsum, vt quifquis adisset Galliam, illico Gallicæ loqueretur. Sunt & huiusmodi quidam, qui simulatque filius triduo versatus



est in ludo litterario, mirentur eum non dum scire litteras, queranturq; operam simul & impensam perisse. Poterit ad seria torqueri. Rebus honestis strenue vacandū, ut olim liceat egregiorum laborum optima messem metere. Semper in hac vita recte faciendum, olim non defutura premia, etiam si nō contingant in hoc mūd.

*Philippide tenuius.*

**ΑΤΗΝΑΚΥΣ** lib. Dipsosophi. 12. ostēdit Philippidem comœdiarum scriptorem sic tenui fuisse corpore, ut etiam *φιλιππίδων* dixerint, pro maeruisse. Refert autē prouerbium ex Aristophonte: *ἐν ἡμέραις αὐτῶν τρεῖς ἰχθυότρον ἀποφαίω φιλιππίδων*. id est, Intra triduum graciliorem illū reddam Philippide. Rursus ex Menandro: *Ὁ λιμός ἡμῶν τὸν καλύτερον δάκνυ φιλιππίδων λιπτότερον ἀποδείξει κερὸν. i.* Vestrum vbi fames formosulum hunc momorderit,

Reddet cadaver macrius Philippide.

Rursus ex Alexide citat hoc dictum: *φυκτιρίδιον φιλιππίδων λιπτότερον*, id est, Poculum Philippide gracilius. Accommodabitur non inuenisse ad orationem ieiunam, aut disputationem otiosæ subtilitatis.

*Que semel ancilla, nunquam hera.*

**ΥΤ** vulgo iactatum refertur in Græcis epigrammatis, libro primo, titulo Palladæ:

*Μὴ ποτὲ δὲ γλυθὸσκαγαυῆ δέσποινα γένοιο*

*Ἐστὶ πρόροιμακόν.* id est,

Si qua ancilla semel fuit, haud vniquam dominetur,

Ut prouerbium habet.

**VIDE TUR** ideo dictum, quod qui ex humili fortuna subuehantur ad res amplas, soleant esse ceteris insolentiores, minusq; tolerabiles, quàm qui felices nascuntur.

*Exurere mare.*

**ΑΔΜΟΝΥΙΜΥΣ** *ἀδύνατα* ferme pertinet ad cognitionem prouerbiorum. Quod genus est illud, quod refert Vergilius *Aeneidos* lib. 9.

Maria ante exurere Turno,

Quàm sacra dabitur pinus.

Nec dissimile est quod habet Propertius:

Tu prius & fluctus poteris siccare marinos,

Astraq; mortali detrahere astra manu.

*Obediensia felicitatis mater.*

**ΑΕΣΧΥΛΥΣ** *ἰν ἑπτά ἐπιθήβαις.*

*Ἐταρχία γὰρ ἐστὶ τῆς εὐτυχίας*

*Μητρὸς, γυνὴ σωτήρος, ὡς ἔχει λόγος.* id est,

Felicitatis mater obedientia,

Cōiuxq; ut aiunt, sospitatoris Iouis.

Fiugit poeta Iouem sospitatore, cuius beneficium contingat salus: huic esse vxorē: cui nomen *πειταρχία*. id sonat obedientiam sed proprie qua paremus magistratibus ac principibus: ex horum coniugio natam esse filiam, cui nomen *εὐτυχία*, id est, felicitas. Principis est consulere salutem civium, Id conatur bonis & aquis legibus, populi est his obtemperare, si velit esse felix. Sed utinam non essent Ioues *ὄλεθροί*, quibus vxor esset *κρηνὴ*, & filia *δυσυχία*.

*Ver ex anno tollere.*

**Ἐκ τῶν ἑταρχῶν τὸ ἔαρ ἐξάγειν**, id est, Ver ex anno tollere dicebatur, qui id quod in negotio quopiam erat præcipuum tollerit. Meminit Herodotus in Polyhymnia: Lacedæmonii & Athenienses missis in Siciliam legatis, petebant à Geloue Syracusano & societatem & suppeticas, aduersus Xerxem belhūm inferentem Græciæ. Nec recusauit Gelou, modo se imperatorem vel maritimarum rerum vel terrestrium copiarum constituerent:quam conditionem cum repudiarent legati, iussit eos illico discedere, ac renūciare Græcis: *ὅτι ἐκ τῶν ἑταρχῶν τὸ ἔαρ ἀντὶ ἑταρχου*, Ver ipsis ex anno sublatum esse, videlicet illud subindicans, suum exercitum præcipuum esse Græciæ florem et robur, qui si decesser, defuturum illi qd' esset præcipuum. Ver enim anni præcipua pars est. Meminit Aristoteles lib. Rhetor. 3. inter metaphorarum genera. Rursus rhetoricorum libro 1. ostendit hoc dictum esse Periclis in epitaphio qui dixerit: *τῶν νόμιμα ἐκ τῆς πόλεως ἀνεηρέδωσάντες τὸ ἔαρ ἐκ τῶν ἑταρχῶν ἐξαρτίβη* id est, Iuuentutem è Repub. sublatam esse perinde ac si ver ex anno tolleretur. Postest deflecti longius, ut dicatur vel eximere anno, qui linguarum ac bonarum litterarum peritiam sustollant è scholis.

*Etiā st. Caro dicat.*

**ΠΛΥΤΑΡΧΩΣ** in vita Catonis Uticensis, narrat tantam Catonis apud populū sui fuisse fidem, & auctoritatem, ut de rebus incredibilibus

incredibilibus prouerbio diceretur: Τὸ το  
μὴ εἶδ' καὶ τῶνος λέγοντος πῶσόν ἐστιν, id est,  
Ituc incredibile est, etiam si dicat Cato. Et  
orator quidam cum hyperbolicos diceret  
vni testi nō esse credendum, adiecit, ne Ca-  
toni quidem M. Tullius epistola ad Atti-  
cum lib. 2. Quid Cato ille noster, qui mihi  
vnus est pro centum millibus. Similis erat  
auctoritas Aristidis apud Athenienses ac  
Xenocratis, cui vni populus remisit iusu-  
randum, cum alioqui nullus illic testis ad-  
mitteretur absque iureiurando. Huic adhi-  
nus est: Nec iurato istuc crediturus sim.

*Qualis heræ, sales pedissequæ.*

**HVIC** simillimam est peruetus adagium,  
libro Epistolarum ad Atticum quinto, epi-  
stola vndecima: Si verum est, inquit, illud  
ἠποία ἢ δὲ ἄσπικα, τοῖσι καὶ θεραπυειδῆς. id est,  
Qualis heræ, tales & auicillæ. Quamquam  
nec hoc multum abest à senario,  
Δὲ ἄσπικα, τοῖσι καὶ θεραπυειδῆς.  
Plato libro de Repub. 4. ἢ ἄκ' αὖ τ' ὁμοιον ὄν  
ἴμοιον παρῆκαλῆ, id est, Aut non semper qd  
est simile, simile adcersit.

*Bibere mandragoram.*

**IN EST** vis somnifica mandragoræ, adeo ut  
enecet etiam largiore potu, si Plinio credi-  
mus, histor. mundi lib. 20. capite. 11. Dio-  
scorides indicat radicē vino decoqui ad ter-  
tiam partē, ex eo colato sumi cyathū aduer-  
sus insomnium. Datur & scēdis aduersus  
intolerabilem cruciatum. Quin & sedti im-  
mista herba, glandis vice, somnum facit.  
Hanc Pythagoras ἀνθρωπώμορφον appellauit  
quod radix imitetur hominis formam. Vn  
de Columel. in carmine semihominē dicit:  
Quamuis semihominis vesano gramine  
facta.

*Mandragoræ pariat flores.*

Eandem circæā appellant, quod radix illius  
amatoriis veneficiis credatur utilis. Vnde  
qui cessant in officio dormitantque multā  
mandragoram bibisse dicuntur. Sic vnus est  
Iulianus in epistola quadam ad Callixenē:  
Οὐ φανένται πολλὴν πᾶν μὲν δ' ἄρα γὰρ ἰκτὸς  
πικρῶς, id est, An nō videret multam hausit  
semādragoram? Vsurpat & Demosthenes  
in Philippica 4. ἀλλὰ μὲν δ' ἄρα γὰρ ἰκτὸς  
πικρῶς, id est, Similes videmur his qui mān-  
dragoram biberunt, aut aliud simile phar-

macum. Itidem qui dormitant in negotio  
sub mandragora dormire dicuntur. Lucia-  
nus in Timone: ὅπνου κατὰ πρῶτον μὲν δ' ἄρα  
γὰρ καὶ ἴδεις, id est, Quando quidem ve-  
luti sub mandragora dormis. Hoc non dis-  
simile est illi, quod alibi retulimus: Bibe  
elleborum,

*Ne pictum quidem vidit.*

**QVEM AD MODUM** de vehemēter igno-  
to dicimus, ne natum quidem noui, sic di-  
cimus, ne pictum quidem vidit. Multas. n.  
vrbes & res, atque etiam homines numquā  
nobis respectas, ex pictura vtcumque no-  
uimus M. Tull. libro de finibus bonorum  
vltimo. Dicit eadem omnia & bona & ma-  
la, quæ quidem dicunt, qui numquam phi-  
losophum pictum, vt dicitur, viderunt.  
Plautus in Asinaria: Nam neque vnuquā fi-  
ctum, aut pictum, neque scriptum in poe-  
matis, vbi lena bene agat. Venustus etiam  
fiet, si longius transferatur. Rethoricam ne  
pictam quidem vidit. Virtutem ne pictam  
quidem. Nam pinguuntur hæc quoque.

*In angulo.*

**Ἐν γωνίᾳ**, id est, In angulo fieri dicitur, quod  
fit in occulto, reperitur esse apud Platonem  
in Gorgia: Τὸν λοιπὸν βίον βιάσθαι, μετὰ μαθη-  
κῶν ἐν γωνίᾳ τριῶν ἢ τετραγώνων συβρίζοντα, i. Re-  
liquum vitæ degere cum adolescentulis tri-  
bus aut quattuor in angulo susurrantem.  
Item Lucianus in concione deorum: μηκέ-  
τι πονερίζετε ἢ ἐπι, μηδὲ κατὰ γωνίας συσσεφύ-  
μενοι, πρὸς ἄς ἀλλήλους κεινολογεῖτε, id est, Ne  
post hac susurros miscere ò dii, nec ad angu-  
los conuersi, aliis alii ad aurem conspirate.  
M. Tullius libro de oratore primo: Quibus  
ego de his rebus omnibus in angulis con-  
summendi otii causā, vt differant &c.

*Callidum mendacium.*

**CALLIDUM** facinus, θεράδ' ἔργον, pro  
audaci dici, mouimus alias. Simili figu-  
ra dici solere callidum mendacium pro au-  
daci & imprudenti, docet Plautus in Mu-  
stellaria:

Callidum hercle audiuī esse optimū men-  
dacium.

Aut non est mentiendum, aut est fortiter  
mentiendū: alioqui mox deprehēditur, qui  
verecunde mētitur. Quem admodū Aeschyl-  
us Terentianus: Non istas, quod sciam.

*Mudi*

*Muti citius loquentur.*

*Sinapi visitare.*

**A**D ἀδ' ἠώτων genus pertinet & hoc quod habet Plautus in Persa: Muti prius loquentur quam ego.

Nec hoc, inquit, cuiquam homini dicerem edictum est mihi

Magnopere, nec cuiquā homini credere. Omnes muti vt prius loquerentur hoc, quam ego.

*In transfennam inducere.*

**I**N transfennā inducit, qui dolo fallit. Plautus in Persa: Hūc ergo hodie hominem in transfennam doctis ducam dolis.

Itaque huic insidiaz paratae sunt, prope aggreddi virum.

Ab auctupibus sumptum est, qui intra cancellos escam spargunt insidiantes auiculis. Vnde & hodie qui dolo captus est, intra trā fennam esse dicitur. Huic simillimum: In foueam, & in laqueum inducere, quorum alibi meminimus.

*Ab transfenna cibum petere.*

**A**B transfenna cibum petere dicitur, qui periculo proximus est. Plautus ī Bacchidibus. Nunc ab transfenna hic turdus lumbricū petit.

In senem dicitur, legentem epistolam, per quam erat fallendus.

Ab eadem metaphora sumptū, cuius modo meminimus.

*Omnes adhibere machinas.*

**M. T V L L.** lib. Epist. ad Brurum, Ad reliquos hic quoque labor mihi adcessit, vt omnes machinas adhibeam ad tenendū adolescentem, itē Plato de legibus lib. 7. Οἰκοῦν φραμλί ἄπασαν μηχανήν ἐόν μηχανήν, id est, Ita quae dicimus oēm adhibendam machinā. Rursum in eodem: πᾶσαν μηχανήν προσφέροιν, i. Oēm machinam ad mouens. Sumptū est ab his, qui summa vi oppugnant arcem aut oppidum, nullum machinaz genus nō ad mouentes, nihilq; relinquūt intentatū.

*Leo cordula vincetus.*

**L V C I A N V S** in libello de mercede seruicibus: Νῦν δὲ τὸ τῶ λόγῳ, ἐπὶ τὴν κρήνην δεθείς ἀνακαὶ κατὰ περισύρομαι, id est, Nunc autē quod dici solet: Leo filo vincetus, sursum ac deorsum circumferor: cum quis exiguo cōmodo captus, apud aulicos ostentatur passim, quod princeps tantum, aliat virum.

**T R I S T E S** ac supra modum tetrici sinapi visitare dicuntur, quod hodieq; vulgo utitur est. Plautus in Truculento:

Si Acastor hic homo sinapi visitet, Non censeam tam tristem esse posse.

Aristophanes in Equitibus coasimili figura dixit, Tueri sinapi,

Κἄβλιψι νᾶπυ, καὶ τὰ μέτωπ' ἄσιπασσι. i. Torum tuens, vt qui sinapi visitant,

Frontem seueram contrahebat, Interpres Aristophanis admonet napy semen esse, vnde fiat sinapi. Huius vis est cetero lacrymas, eoq; Eunius apud Macrobiū triste vocat.

Nec triste quzerit sinapi, neque mestum cœpe.

Decœpis alias nobis est dictum.

*Arcus sensus rumpitur.*

**P L Y T A R C H V S** in libello, cui titulū fecit. An sit leni administranda Respub. Τόσον μλί, inquit, ἔς φασίν ἐπιτενοῦμεν ξύγυται, ψυχὴ δὲ ἀνιμίει, id est, Arcus, quem admodum aiunt, cum intenditur, rumpi solet, contra animum cum remittitur. Refertur autem in epitaphio Theophrasti, qui tantisper viguit dum esset in labore: simulatq; remisit studium, interiiit.

Οὐκ ἄρα τῶτο μάταιον ἔπος μερέτωρ τιν' ἐλέχθη

Ῥῆγινδα σοφὸς τόσον ἀνιμίειον.

Δὴ γὰρ καὶ διόφρατος ἔως ἔπῳνει μλί, ἄπῳ

Ἦν δ' ἔμας, ἔτ' ἀνεθείς, κατῳνει παραμελής. Frangi n̄ studii tenium laxaueris arcum. Viridici sane verba fuere viri.

Namq; ue opere assiduo valuit Theophrastus, & idem

Laxato studio, membra solutus obit.

*Nec Apollo quidam intelligat.*

**Q U O D** vehementer esset obscurū, & intellectū perdifficile, id negabant vel ab Apolline posse intelligi. Athenæus libro Dignosoph. 3. Τί δὲ ἢ ἐπιστολὴ δπλαῖ, νομίλω ἐγὼ μὴ τὸν πύθιον διαγνῶναι, id est, Quid autem sibi velit epistola arbitrator equidem, nec ipsum Apollinem intelligere. Adducit inibi senarium ex Antiphane,

Ταυτὶ δ' ὄτ' ἐστὶν δδ' ἂν ἀπόλλων μάθει. id est, Nec Apollo, quid sibi hæc velint, intelligat.

*Deliti-*

*Destitutus ventis remos adhibe.*

CUM res non succedit, ut volumus, ad alia præsidia confugiendum est, aut cum fortuna est aduersa, tum magis ad laborandum. Refert adagiū Hermolaus in epistola quadam Græca, quæ Politianicis admixta est: καὶ τὸ πνεύματος ἀμαρτῶν φάσιν ἐπὶ τὰς κώπας χῶρει, id est, Et destitutus ventis, ad remos, quod aiunt, te confer.

*In pace Leoner.*

ARISTOPHANES in Pluto:

Οἶκός σου μὲν λέοντες, ἐν μάχῃ δ' ἀλώπεκός.

Cum leones sint domi, iidem in Marte sunt vulpeculæ.

Aristophanis interpres ostendit prouerbiū iactatum in Lacones, qui in Asia infelicitatem gesserant.

Οἶκοι λέοντες, ἐν ἐρέτῳ δ' ἀλώπεκος. id est, Domi leones, in Epheso vulpeculæ.

Ad hoc nimirum adlusit Comicus. Plutarchus in comparatione Syllæ & Lylandri refert hanc sententiam tamquam vulgo iactatam in principes. Sic enim de Lylandri frugalitate prædicat:

Ἄλλ' εἰ δέ τις ἄλλος ἐκπεθουγῶς τῆτι τὸ περικτον,

Οἶκοι λέοντες, ἐν ὑπὸ πικρῶν δ' ἀλώπεκος. id est, Immo si quis alius effugerat illud, quod vulgò circumferuntur:

Domus leones, sed foris vulpeculæ.

OLIM fortasse sic emergebant potentes, post & domi & foris leones esse cœperunt, aut si quod animal leone violentius. Cōueniet in eos qui præpostere se gerunt: ibi se roces, vbi nihil erat opus: ibi fugaces, vbi res poscebant virum: aut qui in suos æui, non itidem audent aduersus inimicos, quæ Ciceroni obiicit Sallustius, videlicet, quod cōtumeliosus in amicos, supplex inimicis. Aut in illos qui simulata mansuetudine pueniunt ad tyrannidem.

*Certissima paupertas.*

SENTENTIAM prouerbialem refert Iunius Columella libro de re rust. 12. cap. 2. Præparatis igitur receptaculis, oportebit suo quidq; loco generatim, atque etiā specieatim non nulla disponere, quo facilius, cum quid postulabit usus, recipere possit. Nam vetus prouerbiū est, paupertatē cer-

tissimam esse, cum alicuius indigeas, uti eo non posse: quia ignoretur vbi proiectum iaceat, quod desideratur. Hactenus Columellæ verba retulimus. Sentit autem, ni fallimur, si quis habeat domi, quod cum vtendum est, inueniri non potest, cum magis egere eo quod habet, quam si non haberet. Etenim, qui non habet, rogaticunde cōmodato: qui habet, vbi ventum est ad articulum quo sit vtendum: nec suum habet, quod vbi sit, nescit: nec alienum habet quo possit uti.

*Mercator nauigat, & expone.*

STRABO lib. Geographiz suæ 14. refert huiusmodi prouerbiū: ἐμπορεὶ κατὰ πλοῦσον, ἐξείλαθ, πάντα πέρηται, id est, Mercator ad nauigā, expone, omnia diuendita sunt. Ait natum à Cilicibus olim piraticam exercitibus, quorum præcipuus quæstus erat ex māncipiis, quæ propter opportunitatem loci facile capiebantur, & celerissime distrahebantur, quod Delus quæ non procul aberat emporium præstaret, & amplū & pecuniosum, ut illic eodē die præsentem pecunia, multa mancipiorum milia distrahi possent & auehi. In causa erat illud quoque, quod Romani ex Carthagine Corinthoq; subuersis vehementer locupletati fuerant, eoq; pluribus mancipiis uti cœperunt. Si quid habet prouerbiū, præter rei gestæ memoriā, poterimus uti, quoties significabimus rei cuiuspiam esse tantam auditatem, ut nulla copia sufficiant: præsertim si quid mali sit, quod expetitur:

*Nisi crura fracta.*

M. TULLIUS in Philippica 13. docet prouerbio fuisse iactatum in C. Plancum, eum petire non posse, nisi crura ei fracta fuissent. Is incenderat curiam, ob quod facinus cum esset eiecus in exilium, tamē post armatus ausus est redire in urbem. Adagiū autem ductū est ab his qui ob scelera subiguntur in crucem, tantaq; est malitię viuacitas, ut nec illie mori possint, nisi fractis cruribus mors acceleretur. Iocatur autem Cicero Planco fuisse fracta crura, cum legibus esset adempta potestas redeundi in ciuitatem. Et tamen vixit ac rediit. Adscribemus M. Tullii verba: Sequuntur alii tribumti, C. Plancus in primis, qui si senatū dilexisset, numquam curiam incendisset: quo

sceleris

scelere damnatus, in eam urbem rediit armis, a qua exceserat legibus: sed hoc ei comune cum plurimis dissimillimis. Illud tamen verum quod in hoc Plinico Prouerbii loco dici solet, perire eum non posse, nisi crura ei fracta essent, fracta sunt, & viuit. Hoc tamen, ut alia multa, a quibus fertur acceptum, Hactenus Tullii verba recesimus. In quorum postremis iocus est in aquilam, quo significatur armata manus. Nam vexilla Romanorum precipua habebant aquilam. Meminit & in oratione pro Roscio Amerino: Sin autem sic ageris, ut arguas aliquem patrem occidisse neque dicere possitis, aut quare aut quomodo, aut tantummodo sine suspitione latrabitis crura quidem vobis nemo suffringet: sed si ego hos bene noui, literam illam cui vos utique eo inimici estis, ut etiam eas omnes oderitis, ita vehementer ad caput adigent, ut postea alium neminem nisi fortunas vestras accusare possitis. Quidam putant hic significari de quo dictum est in prouerbio de. præfigere: sed magis videtur sentire de τ. quod crucis habet imaginem, & in cruce suffixis solent frangi crura. Et hæc quidem littera rei absoluebatur, sed interini actor referebat notam calumnie & impudentiæ, qui crimen atrox obiecerit, quod nullis argumentis probare valebat.

#### Cuculus.

**O L I M** qui fuissent in re quapiam parum honesta deprehensi, vulgari probro Cuculi dicebantur. Id ortum a vinitoribus, qui sepius cõpissent putare vineam, nec hoc minus absoluisent, priusquam audiretur ea auis, velut cessationem exprobrans agricolis. Huius vocem imitantes viatores deridebant vinitores. Ita Plinius lib. 18. cap. 26. In hoc temporis intervallo quindecim diebus primis agricolæ rapienda sunt ea, quibus peragendis ante æquinoctium non suffecerit, dum sciat inde natam exprobrationem sædam putantium vites per imitationem cantus alitis temporari, quem cuculum vocant. Deducus enim habetur opprobriumque meritum, falcem ab illa voluere in vite deprehendi, ut ob id petulantia sales etiam cum primo vere ludantur. Auspicio tamen detestabiles videntur. Adeo minima queque in agro naturalibus trahuntur argumentis. Porro quos Plinius petulantia sales appellat,

apud quasdam nationes & hodie licet agnoscere. Vernis enim mensibus, cum auditur coccyx, si tamen hie est cuculus, id quod sentit Gaza, coniugati mutuis salibus inter sese ludunt, dicentes, tibi canit hæc auis, significantes, uxorem parum vigilanter custoditam. Quin & Plautus in Asinaria, sic facit vxorem conuiciantem marito in amica deprehensio. At etiam cubat cuculus, surge amator, id domum. Ac mox: Cano capite te cuculum vxor ex lustris rapit. Horatii sermonum libro primo Satyra septima:

Tum præcæstinus falso multumque; suæti.  
Expresla arbusto regerit conuicia, durus  
Vindemiator & inuictus, cui sæpe viator  
Cessisset, magna compellans voce cuculum.  
Hæc nimirum congruunt cum his que scribit Plinius, probro solere obici vindemiatoribus, si cuculus eos deprehendisset putantes vineam. Eum Horatii locum sic explicat Porphyrio. Nam solent leuia rustici circum arbuta vindemiantes a viatoribus cuculi appellari, cum illi prouocati tantum verborum amaritudinem in eos effundant, ut viatores illis cedant, contenti eos cuculos iterum appellare. Acron hæc adfert, Hoc autem ipsa re nouimus, quod viatores sæpe vindemiatores conuicia agant cum transierint, & illi respondent, ita, ut cuculum cum appellent, quasi pigrum, & recitant hoc custodibus, eo quod semper assideant. In his Porphyriionis & Acronis verbis, videmus mendas aliquot subesse. Cum his conuenit illud Plautinum. Etiã cubat cuculus, quod grauatim surgeret adfessor puellæ. Quin arbitramur in conuicio cuculi, adlusum ad vocem cubandi. Vnde proleuia in verbis Porphyriionis fortasse legendum lenti. Iam quod quidam ex cuculo faciunt cucullum, ex aui vestem, nihil est necesse, cum hæc vox penultimam habeat productam, apud Plautum in carmine trochaico:  
At etiam cubat cuculus, surge amator, id domum.

#### Ac mox,

Cano capite te cuculum vxor ex lustris trahit.

Trochaicus est. In Pseudolo pro generali conuicio videtur usurpasse, Quid spes cucule viues. Nisi forte, lacrymantem ac singultientem amatorem cuculum appellat, quasi κοκκίον, similiter in Mercatore, Ιθῆσις, hio non credam qui obssequitur patri, huic non

non vt mero cuculo. Itidem in Persa, Tua quidem cucule caussa non hercle si os præciderim tibi, metuam morticine.

*Arator nisi incuruus, præuaricatur.*

**P R O V E R B I I** speciem habet quod refert Plinius lib. 18. ca. 19. Arator nisi incuruus, præuaricatur. Præcipit vt arator aruum primum rectis sulcis profcindat, mox & obliquis subigat, id fieri vix potest, nisi toto corpore incumbat labori, vnde & Vergilio dictus est curus arator. Ceterum præuaricari est à recto sulco diuertere. Vnde & in causis præuaricari dicuntur, qui causam diuersam adiuuant. Videlicet hoc est quod ait Plinius. Inde translatum hoc crimen in forum: Ibi itaque caueatur, vbi inuentum est. Transferti potest ad quemuis, veleno nisi periturus est, præuaricatur. Mules nisi impius est, præuaricatur. Conueniet in negotium, quo absque magnis sudoribus peragi non potest.

*Metiri digitis.*

**Q V I** rem accuratius expendit quam oportet digitis metiri dicitur, veluti si quis cum amico rationem ineat, vter in alterum plus contulisset officiorum M. Tullius in paradoxo tertio: Poetam non audio in nugis, in vitæ societate audiam ciuem digitis peccata dimententem sua: Si sunt vilia breuiora, leuiora qui possunt videri, cum quidquid peccetur, perturbatione peccetur rationis atque ordinis. Adlusit huc Cicero, quod poetæ carminis pedes digitis metiri soleant, vnde & Horatius:

Legitimumque sonum digitis callemus & aure.

Non oprimus autem poeta videtur, qui non statim animum iudicio deprehendit carminis vitium.

*Salem & caseum edere.*

**P L I N I V S** libro 21. ca. 7. indicat prouerbum, quod tamen non refert. Siquidem inter laudes salis & hoc refert. Varro etiam pulmentarii vice vfos veteres auctor est, est asse enim salem cum pane & caseo, vt prouerbio apparet. Cõiicere licet tale fuisse dictum, nihil conuiuio decrat, habuimus salem panem & caseum. Aut ne sis sollicitus quo me apparatu accipias, præter salem panem & caseum nihil requiram. De Xenocratis caseo dictum alibi.

*In agro surculario capras.*

**V A R R O** de re rust. lib. 1. cap. 2. dictum hoc veluti legem agricolariam adfert: Colonus in agro surculario ne capras compascat. De flecti potest ad eos qui noxiarum rerum aut hominum admixtu corrumpunt teneram etatem, veluti si quis sacris virginibus adiungat iuuenes lasciuos, aut adolescentibus addat lasciuas puellas. Aut si quis studiis admisceat voluptates studiis inimicas. Nam capra plantis omnibus non vulnere tantum: sed & veneno dentium pestiferum est, præsertim oleæ & viti, vnde & Baccho immolatur vindictæ gratia, Mineræ nihil caprini generis, quod vitis ille repertor dicitur, huic sacra est olea.

*Oportet agrum imbecillioem esse.*

**C O L V M E L L A** lib. 1. ca. 3. testatur apud Afros huiusmodi prouerbum fuisse celeberrimum, oportet agrum imbecillioem esse quam agricolam. Hoc ænigma sic explicuit Vergilius, specie non minus prouerbiali:

— Laudato ingentia rura,

Exiguum colito.

Sed præstat ipsa Columellæ verba adscribere. Adhibendum modum mensuramque rebus, idque vt non solum aliud acturis, sed & agrum paraturis dictum intelligatur, ne maiorem quam calculorum ratio patitur emere velit. Nam huc pertinet nostri poetæ sententia:

— Laudato ingentia rura,

Exiguum colito.

Quod vir eruditissimus traditum vetus præceptum numeris signauit. Quippe acutissimam gentem Pœnos dixisse conuenit, Imbecillioem agrum quam agricolam esse debere, quoniam cum sit colluctandum cum eo, si fundus præualeat, allidi dominum. Nec dubium quin minus reddat laxus ager non recte cultus, quam angustus eximie. Conueniet in eos qui student imperio profertendo, cum hoc ipsum quod habent non possint administrare, aut qui suscipiunt munus, cui gerendo sunt impares. Congruet cum eo, quod alibi retulimus: Spartam natum es, hanc orna.

*Ab ipsa messe.*

**N O M** est animus conuertere in hoc opus, quidquid aliquam prouerbii speciem habet.

Pauca

Pauca quę sese casu obtulerunt visum est non præterire, præsertim si commodius & argutius dicta videbantur. Quod genus est illud apud Senecam epistolarum lib. 3. epistola 22. Ab ipsa messe discedā? Agit enim de his qui vel commodis vel spe commodorum detinentur, quo minus semet explicata negotiis, quasi deserturi agrum, cū instat messis. Quam multi sunt in principum aulis, quos tædet eius vitæ, disfruenturq; libertatis desiderio, verum istis ad libertatem aspirantibus reclamant cupiditas: Tam magnas spes relinquā? Ab ipsa messe discedā?

*Cum sarcinis enatare.*

Nec minus commode dictum est in eadē epistola: Nemo cum sarcinis enatit, id est, nemo sese recipit in libertatem, nisi contemptis præmiis seruitutis. Non enim potest ea dere occupationes, qui curarum auctoramentum non potest negligere. Congruit cum eo, quod alibi retulimus ex Martiale: Totis pilea sarcinis redemi: rursum cum apologo, quem adducit Horatius de vulpe pasta in camera frumentaria.

*Dofones.*

PLUTARCHVS in vita Paulli Aemylii tradit Antigonom regem. Demetrii nepotem, eo quod benigne promitteret omnibus, nec præstare promissa, populari ioco dictum fuisse Dofonem, quasi latine dicas Dabonem, quod ille qui diuis petentibus respondere solet δῶσω, id est, Dabo. Tales sunt χαροδοιοι, de quibus alibi nobis dictum est. Ouidius:

Promittas facito, quid enim promittere lædit?

Pollicitis diues quilibet esse potest.

Huiusmodi Dofonibus sciant aulæ principum. Cras, mox redi.

*Humeris sustinere.*

QUORVM auctoritas diligentiaq; plurimum valet in conferuanda salute cuiuspiã, ii dicuntur humeris sustinere M. Tullius pro L. Flacco: De summa Reipubl. taceo, quã vos vniuersam hoc iudicio, vestris inquam humeris Iudices sustinetis. Ammianus Marcellinus lib. 16. Vbi bellorum indantium molem humeris suis quod dicitur vehens, scindebatur in multiplices curas. Huic adfinē est: Humeris referre. Cice

ro pro domo sua: Dicebas te tuis humeris me custodem vrbis in vibem relaturum. Ab hac metaphora dicuntur Atlantes Reipublice, qui eam suis humeris sustinent, alioqui collapsuram.

*Arceam ex cloaca facere.*

QUI rem hominemve nihili laudibus magnificis attollunt, dicuntur arceam ex cloaca facere M. Tul. pro Cn. Plãcio: Nunc venio ad illud extremum quod dixisti, dum Planctii in me meritum verbis extollerem, me arceam ex cloaca facere, lapidem sepulcro venerari pro deo: neque enim insidiarum periculum vllum neque mortis fuisse. Hactenus Cicero. In cuius verbis & illud prouerbii figuram habet: Lapis è sepulcro, de homine nullius potentie.

*Archimedes non potest melius describere.*

ARCHIMIDES Syracusanus geometra fuit celeberrimus, nusquam non intentus figuris geometricis, adeo ut pingens sit interfectus. Ex quo prouerbii specie dictum est illud, quod est apud M. Tullium in oratione pro A. Cluentio: Si vt tu dicis, gratie conciliandę causa, quadraginta istorum accessio milliũ quid valet? Si vnos dicimus, vt quadragena millia nummũ sedecim iudicibus darentur, non Archimedes potuit melius describere. Solent enim geometre mathematicas figuras in puluere depingere.

*Porta itineri longissima est.*

M. VARRO libro de re rust. i. cap. 2. subindicat vulgo dici solere, Portam itineri esse longissimam. cuius arbitramur eundem esse sensum, qui est illius: Dimidium facti qui cepit habet. Quin & hodie dicunt bonam itineris partem consecutam ei, qui portam egressus sit: semper enim est quod iter apparentem remoretur, & si nihil sit negotii, remorantur amicorum affectus: apud nostrates autem non creditur profectio futura felix, nisi dies aliquot dati fuerint conuiujs & comotationibus amicorum. Varronis verba subseribemus: Vultis igitur interea vetus prouerbium, quod est: Romanus sedendo vincit, vsurpamus dum iste venit? & simul cogitans portam itineri dici longissimam esse, ad subsellia sequentibus nobis præcedit.

*Deorum*

*Deorum concio.*

Θεῶν ἀγορᾶ, id est, Deorum concio, siue curia. Hesychius indicat dici solitum in eos qui libere magnaque cum auctoritate loquuntur, perinde quasi dii loquantur hominibus. Addit Athenis esse locum huius cognominis. Conueniet in diuites aut prepotentes, qui non numquam cum stultissime loquuntur, tamen freti opibus ac potentia, pro oraculo volunt haberi quidquid dixerint. Cognatum est illi, quod alibi retulimus: Argenti fontes loquuntur.

*Camarine loqui.*

**H**YIC non dissimile est, quod extat apud eundem: καμαρινός λέγειν, id est, Camarine loqui, pro eo quod est, audacter, præcise, & seueriter loqui. Vnde natum sit, non satis liquet, nisi quod Iuuenalis Camarinos inter vetustæ nobilitatis familias recenset: Ne tu, inquit, sis Creticus aut Camarinus. Hesychius indicat militum zonas dici καμαρίνας. Itaque fieri potest, ut ab horum ferocia proverbium duxerit originem. Idē docet columnas quasdam, in quibus erat depictus A s i z circueitus', dictas καμαρίνας. Fortassis ab hac ostentatione dicti sunt καμαρίνας loqui, qui sese iactarent barbarico more. Rursum idem ostendit καμαρίαν dici cubicule, in quo sunt plures cameræ. In suo quibusque cubiculo quæ vulgo loquitur.

*Glossogastores.*

**Q**VI linguam habent venalem, ea loquentes quæ ventri conducunt, Comicoꝝ salubris taxati sunt, dictiſq; γλωσσογαστρονομίαι, voce ridicule ex lingua & ventre composita. Quadrabit in malos aduocatos, in adsentatores. Auctor est Iulius Pollux libro. De rebus. 2. Athenæus lib. 3. docet eiusmodi homines a poetis aliquot dictos κισσοκίλλικας & κισσοδοχίνας, qđ ob cūlinę nidorem adulentur, & nidorem liguriāt: morbum dictum κισσοδοχίαν. Ita Iuuenalis: Te putat ille suæ captum nidore culinæ.

*Pereant amici, &c.*

**M. TULLIUS** in oratione pro Deiotaro rege refert hunc versiculum ut proverbio iactatum: Pereant amici, dum vna inimici intendant.

Dicit eandem sententiam Græco quoque versiculo celebrari, quem nondum comperimus. Nisi forte is est cuius fragmentum ante retulimus: ἰχθὺς φίλος σὺν ἐχθρῷ, id est, valeat amicus cum inimico. Ciceronis verba subscribemus: Itaque cum esset ei nunciatum Domitium naufragio perisse, etiā te in castello circumfederi, de Domitio dixit versus Græcum eadem sententia, qua etiam nos habemus Latinum: Pereant amici, dum vna inimici intendant. Quod ille si esset tibi inimicissimus, numquam tamen dixisset ipse enim māsuetus est, versus inanis. Congruet in illos, qui nec amicis parant nec inimicis, modo quod impense cupiunt adsequantur. Versus autem non solum inanis est, verum etiam immanis, cū humanitatis sit & inimicos inultos finire, ne iudas amicos. Neq; dubitemus contēdere a Cicerone immanis scriptū, quod scriba deprauarit in inuani, cū mansuetus non respondeat inani, sed immani, nec in hoc versu quidquā sit inane, hoc est, gloriosum aut friuolum, sed feritas hominē indigna. Quamquam carmen apud Ciceronem nō satis constat suis numeris, cōstabit si legas: Pereant amici, inimici dum intendant simul.

Talis est & ille, quem alibi retulimus, Me mortuo terra incendio miscetur.

*Plenis velis.*

**PASSIS** velis, plenisq; velis agere dicuntur, qui toto impetu summoq; conata motiuntur aliquid. Ita M. Tullius pro domo sua ad Pont. Quid tandem si tu in illis Reipub. tenebris æcisq; nubibus & procellis senatum a gubernaculis deiecisses, populū e naui exturbasses, ipse Archipirata cū grēge prædonum impurissimo plenis velis nauigasses, si quæ tu promulgasti, contituitisti, promissisti, vëdidisti, pertere potuisses, qui locus terrarum vacuus extraordinariis fascibus atque imperio Clodiano fuit? Hactenus Cicero Philostrat. in Polemone: ἐπὶ δὲ κισσοῦν ὀφθαλμοῦ, τὰ τυφλῶν, πλεροῦν τινος ἐστὶ τὴν ἐκείνου φιλοσοφίαν ἀφῆκεν, id est, Posteaquam audiuit Euphratē Tyrium, plenis velis ad illius philosophiam se contulit. De similibus figuris alias a nobis non semel dictum est.

*Pecunia absque peculio.*

**APPARET** olim fuisse proverbium inter agricolos iactatum, Pecuniam sine peculio fragilem



gilem esse. Refertur Pandect. lib. 3 2. tit. de legat. & fid. com. capite, Si chorus. His verbis, quæ mobilia mea erunt, do, lego, nummos ibi repositos, vt mutui darentur, non esse legatos Proculus ait. At eos quos præsidii causa sepositos habet, vt quibusdam bellis ciuilibus factitassent, eos legato contineri, & sepe audisse rusticos senes ira dicentes: Pecuniâ sine peculio fragilè esse: pecuniam appellantes, quod præsidii causâ reponeretur. Retulimus alibi prouerbiũ, quod admonet ne totam substantiam vni credamus nauis, ne nihil superfit vnde datum sarciat, si nauis interierit. Ita solèt senes summam aliquè seponere, ne nihil superesset, si res incendio, bello aut furto periret. Si libebit adagium alio deflectere, poterit accommodari ad eum qui non omnia consilia sua communicat amicis. Aut qui felicitatis summam nõ ponit in rebus extrariis, sed in animi bonis, vt illis casu perditis habeat quo confugiat, nec despõdeat animum. Quod enim proprie nostrũ est, peculium dicitur, Ea vero demum proprie nostra sunt, quæ fortuna non põt eripere.

*Rana cum locustis.*

**IMP**AR certamen expressit hac figura Theocritus in Thalyssiis:

Βάτραχος δὲ ποτ' ἀκρίδων ὡς τισὲρ ἴσθω. i. Sic certo veluti si certet rana locustis.

Addit Scholiastes Græcis ranã dici βάτραχον quasi βράτραχον ob vocis asperitatem.

*Misarum aues.*

Μυσῶν δειθὲς, in eadem Ecloga dicti sunt poete, qd assidue modulètur sua carmina.

Καὶ μοισῶν δειθὲς ὅσοι ποτιχίων ἀουδὸν Ἀγρία κικκίζοντες ἐτάσια μολίζονται, id est, Quotquot aues misarum, audent certare poete

Chio Coccylando, opera conãtur inani.

*Ad pedes, ad caput.*

**N**ON sine prouerbii specie dictum videtur illud Theocriti in Pastoribus, de rebus copiosis & affluentibus:

Ἄν μοι πρὸς κεφαλῇ, καὶ πᾶρ ποσὶ κάκα κέρται. id est,

Ad caput, adque pedes, quarum me velle-ra cingunt.

Sermo est pastoris iactantis opes suas, quibus vndique affluerebat.

*Psydracia.*

**T**H EOCRITVS in Aita, Τὸ δὲ εἶς ὑπερβὴν κερῶας καὶ ἀναφυτῶ. i. Non mihi nascentur nares mendacia supra.

Scholiastes addit apud Siculos, qui supra nares habent postulas albas, quas illi vocant ψυδρακία siue ἐόνδεις aut δονείας pro mendacibus haberi solitos vulgo. Quin & hodie vulgo dicunt: Nasus tuus arguit mihi te mentiri. Idem iocus est vulgi de miraculis vnguium, quin & ipsas narium postulas Græci ψυδρακία vocant: vt indicat idè Scholiastes. Amans hoc ænigmate significat se nihil menturum de amica. Iones ψυδρακίας appellant varias postulas. Hinc diminutiuum ψυδρακίαι, ἐξανθήματα, quod in summa cute efflorescant. Res ipsa plane superstitiosa est.

*Cum sacco adire.*

**P**ROVERBIALI schemate dictum est quod adfertur ex Paullo lib. Pand. 46. titu. de solu. & liber. ca. Quod dicimus, inquit, in eo hærede, qui fideiussori testatoris id quod ante aditam hereditatem ab eo solutum est debere statim soluere, cum aliquo scilicet temperamento temporis intelligendum est, nec enim cum sacco adire debet. Hæc ibi. Non dubium est, quin hic sermo fuerit vulgo iactatus de quouis qui postulat, vt statim exhibeatur quod petit. Alioqui non ad omnia recipienda sacco est opus, velut ad oleum aut vinum; Græcis τυλακίζων dicitur, qui cum pera sequens postulat aliquid, qui mos est mendicorũ: vnde prouerbiũ, mendicorũ peras semper esse inanes. τυλακος autem vas est farinarium. Hesychius indicat eam vocem fuisse peculiaritè Tarentinis.

*Manu longa, & manu breui tradere.*

**L**I B R O Pandectarum 46. tit. de solutio nibus scribitur hunc in modum: pecuniã mihi debes aut aliam rem. si in Conspectu meo ponere te iubeam, efficitur, vt & tu statim libereris, & mea esse incipiat. Nam tũc quod a nullo corporaliter eius rei possessio detineatur, acquiritur mi & quodam modo manu longa tradita existimanda est. Simili figura dictum est breui manudare, lib. Pandect. 23. titu. de iure dotium, capite Licet solcat

solcat. Quoties autem extraneus accepto fert debitori dotis constituendæ causa, si quidem nuptiæ insecutæ non fuerint, liberatio non sequetur, nisi forte sic accepto tu sit, vt vellet mulieri in totum donatū. Tunc enim credendum est breui manu acceptū à muliere, & marito datum. Quæ si deficiat, plus habebūt veneris? veluti qui promissis agit, ac spem tantum ostendit, longa manu dat, quod animo contueri possis, nō statim etiam tollere. Contra, qui præsens ac statim exhibet quod promittit, breui manu dat. Pueri astem ostendunt elephantō, nec audent porrigere. De longis regum manibus alibi dictum est.

*Iynge trahor.*

Qui vehementi, & impotenti desiderio trahuntur ad aliquid, Iynge trahi dicuntur. Ita Pindarus in nemeis hymno 4. *Ἰνγῆ πρὸς ἀπορροῆς ἕτορο*, id est, Iynge trahor animo, Interpretēs addit huiusmodi fabulam. Iyn gem auunt fuisse filiam Echus, alii Pithus, quæ cum amatoris venenis incitasset Iouem in amorem Ius, à Iunone irata versa est in auem, qua mulieres vti consueuerūt in amatoris beneficiis, quemadmodum indicat Theocritus in Pharmaceutria:

*Ἰνγῆ ἔλκε τυ τινοῦ ἔμῳ ποτὶ δῶμα τὸν ἄνδρα*

id est, Per te Iynx meus ille domum vir quælo trahatur.

Quidam Iyn gem vertunt motacillā, quod caudam assidue moueat.

*Dij omnia possunt.*

HEMISTICHIVM Homericum.

*Θεοὶ δὲ τε πάντα δύνανται.* id est,

At cælestes omnia possunt.

Quadrabit in eos, quibus promptum est facere quidquid animo collibitum fuerit, siue iure, siue iniuria. Pindarus in Pythiis hymno 3. *θεὸς ἅπαν ἐπιπέδισι τέκμαρ ἄνιτα*, id est, Deus autem pro sua libidine omnem exitum perficit.

*Timidi mater non flet.*

PROBUS Aemilius in vita Thrasybuli, testatur hoc velut ænigma vulgo iactatum, timidi matrem non flere, quod in bello qui contemnunt hostem nihilque metuendū ducunt, quoniam sibi parum cauēt, fere percontant, & matribus luctum adferunt cum

orbitate. Contra qui nihil non metuit, neque quidquam omnino contemnit, is tutioribus vtens consiliis, raro venit in periculum. Thrasybulus enim cum indixisset bellum triginta tyrannis, qui Athenas oppresserant, & castellum Atticæ Philenœ occupasset, non plures secum habuit quam triginta commilitones. Hoc, inquit initium fuit salutis Atticorum, hoc robur libertatis clarissimæ ciuitatis. Neque vero hic nō contemptus est primo à tyrannis, neque eius sollicitudo, quæ quidem res & illis contemnentibus pernicioei, & huic despecto saluti fuit. Hoc enim illos ad persequendum se gnes, hoc autem tempore ad comparandū dato fecit robustiores. Quo magis præceptum illud omnium in animis esse debet, nihil in bello oportere contemni, nec sine causa dici, Timidi matrem flere non solere. Quamquam satis constat hunc locum deprauatè legi, vnde coniectur sic scriptum fuisse: Neque vero hic modo contemptus est primo à tyrannis, sed eius etiam sollicitudo. Itaque modo deprauatum est in non, & solitudo in sollicitudinem, & deprauatio deinde trahit deprauationem, vt anasa ansam. Sedit enim Probus ipsum Thrasybulum, vt hominem mediocriter nobilium ac diuitem despectū fuisse tyrannis. Deinde hoc magis fuisse contemptui, quod tam paucos haberet suæ factionis homines. Retulim⁹ alibi de fortitudine, quæ erumpit in neruum.

*Theutidium more.*

THEMISTOCLES, vt in ipsius vita refert Plutarchus, Eretrico cuidam exprobrans ignauiam dixit: *ἢ γὰρ ἔφη καὶ ὑμῖν ποτὶ πολέμου τὸ ἐσι λυθῆ, οἱ καθάπερ ὕπνιδος μάχαιρα μὴ ἔχει, κατὰ δὲ οὐκ ἔχει*, id est, Sane inquit, & vobis aliquid de bello dicendum est, qui Theutidium in morem gladium quidem habetis, cor autem non habetis. Quidam Teuthidas putant esse, quas nos vocamus sepias. Sepia autè de genere mollium est, & arbitramur huic generi cor non inesse.

*Sami listerati.*

PLUTARCHVS in vita Periclis citat hunc versiculum ex Aristophane Comico:

Ecc Σαμίον

Σαμίαν δὲ δῆμὸς ἔστιν ὡς πολλοῦ χέμματος. i.  
Populus Samiorum valde litteratus est.

Arbitramur hoc inde dictum, quod cum Samii captiuis Atheniensium inuississent noctuam, Athenienses vicissim Samiorum captiuis inurebant Samenam, quam in collectaneis opinamur dictam σαμίαν. Id erat nauis genus lato ventre, à prora veluti sullivanii rostri speciem præferens, unde & hic verus iactatus est,

Ναὺς δὲ τῆς ἀντιπόρεο σαμία ἔς εἶδ' ἔχουσα,

Nauis erat velox Samia, specieque suilla. Dicta est Samzna, quod à Samiis reperta sit. Conuenient igitur in cicatricosos, & stigmatum plenos. Hefychius & Suidas addit apud poetam dictum in Babylonios è pistrino procedentes, stigmatibus notatos. Verum Aristoteles etiam huius dicti mōstrat originem. Cum Samiorum gens esset afflictā à tyrannīs, ob inopiam administrantium rempublicā, coacti sunt aliquot è seruis admittere in consortium administrandi magistratus. Sic Aristoteles, Seruile est autem ac noxiorum, stigmati notari. Apud Plautum in Cassina: Si hic litteratus me sinat, Litteratum appellans notis inuistis insignem. Plinius lib. 18. cap. 3. in scriptos appellat. At nunc eadem illa, vincti pedes, damnatae manus, inscripti vultus, exercent. De Attagena diximus alias. Nec desunt qui causam diuersam adserant, quod apud Samios inuentae sunt vigintiquattuor litterae à Callistrato. Sic Andron in tripodē. Idem Ionum litteras tradidit Atheniensibus. Probabile est igitur à repertis traditisque litteris, iocum fuisse verum ad stigmata. Nam Samii simul & accipiebant, & tradebant infames notas. Nicanor Alexandrinus grammaticus populari ioco dictus est stigmaticus, quod de scripturae distinctiunculis, quas Graeci συμμάς appellant, curiose scripserit.

#### Samij mores.

Σαμιακὸς ῥόπος, id est, Samii mores. Quidam referunt ad calumniandi vitiū, quod, ut dictum est, Samii notas & inurerēt aliis, & patrentur ab aliis. Alii malunt referre ad nouā nauigij speciem, quam apud eos reperit Polycrates tyrannus. Itaque quadrabit in eos, qui ui suos quosdam habent mores à ceterorum moribus dissidentes.

#### Ληκτικὸς πλοῦτος.

CALLIAS barbarus quispiam clam indicauit magnam auri vim in puteum quendam coniectam. Is & occidit indicem, ne proderet, & aurum sustulit. Vbi res innotuit, in comœdiarum iocum versa est, ut qui malis artibus subito ditescerent, λακτικὸς πλοῦτος dicerentur. Refert Plutarchus in vita Aristidis Arrigit & Hefychius.

#### Abydus, Abydenus.

ABYDENORVM mores in prouerbium abierunt. Nam Abydeni dicti sunt Sycophantae, seu molles & effeminati. Meminit adagii Pausanias & Suidas, quorum hic ostendit etiam res nihili, nugaeque meras Abydum dici, quemadmodum de Tricis & Apinīs alibi retulimus: opinamur quod id temporis frigeret Abydus ob vetustatem. Unde Sinopem meretricem Abydum vulgo dictam indicat Athenæus libro 13. quod iam anus à nemine adiretur. Hefychius indicat quempiam apud poetam quendam ἀβυδῶνα μὲν dictum, quod de lycophantia sese venditabat. Suidas, ni fallimur, alicubi citat ex Aristophane. Zenodorus sic effert prouerbium ἀβυδῶν πόλις, id est, Abydus ciuitas, Stephanus indicat prouerbium dictum ab Abydenis Milesis. Nā hinc profecta est Abydus Hellepontica. Verū hæc propius attinent ad prouerbium quod ante retulimus: Ne temere Abydum.

#### Manuari.

STEVR fures multis artibus instructi sunt, ita studium illorum variis nominibus appellabatur: velut inuolare & manticulari, pro eodem Laberius citante Nonio Marcello dixit, Manuari, nec dubium quin ea vox ioco populari fuerit iactata, quemadmodum & hodie, quoniam furandi verbū nimis odiosum est, mitiore verbo dicunt, digitauit, si quid furto sublatum volunt intelligi, simul vt effugiant actionem iniuriarum. Quid ais? Appellas me furem? Nequaquam, sed manuatore. Huiusmodi voces obsoletæ non carent gratia, si in loco adhibeantur, nec sine προσηγορίαις, ut præfici loquebantur, aut vt vetere verbo vtamur.

#### Ad coronidem vsque.

Μέχρι τῆς κορωνίδος, id est, vsque ad coronidem,

dem, cum extremū finem rei cuiuspiā signifi-  
 ficamus. A' nauibus translato putant lit-  
 teratores, quibus aliquid rostri speciem ge-  
 tens solet addi. Nam Corone Græcis corni-  
 cem sonat, coronis corniculam. Apud Ho-  
 merum vsurpatur κορώνη pro anulo, aut si  
 quid apponitur ostio. Idem velut ornamē-  
 ti gratiæ perfectis omnibus additur. Vnde  
 Eustathius iudicat lætū rerum finem χερ-  
 σὶν κορώνην prouerbio dici solere. Plutar-  
 chus in li. de fortuna Alexandri refert Phi-  
 loxenū à Dionysio coniectū in latomias,  
 idēat nomen teterrimo carceri, quod tra-  
 gœdiam quam illi castigandā tradiderit:  
 ἄπ' τῆς ἀρχῆς μέχρι τῆς κορωνίδος περιέρχεται,  
 videlicet circumducta linea significans  
 totam esse disspungendam. Idem aduersus  
 Stoicos, Et Εἰκ' παρ' ἧς καὶ ἀρχῆς ἄχρι κορω-  
 νίδος, id est, ab ingressu & initio vsque ad  
 coronidem. Iucundius erit quoties trans-  
 fertur ad animum, veluti si quis studiorū  
 coronidem dicat, aut moueat, vt egregiis  
 ceptis auream addat coronidem: aut vitæ  
 laudabiliter actæ iubeat auream imponi  
 coronidem, hoc est, mortem piam. Quam-  
 quam coronis dicitur interdum quod acce-  
 dit absoluto operi, vt Martialis. Multaque  
 coronide longus, qualia sunt in conuiuuiis,  
 quæ Græci vocant ἐπιδορπίσματα, siue μετα-  
 δόρτια, quod cenis addantur: Latini, ut sal-  
 limur, bellaria vocant. Cuius vocis eadem  
 fuerit gratia, si ad res antea transferatur,  
 velut ad accessionem quæstioni propositæ  
 additam, aut aliud simile. Postremo gram-  
 matici quoties persona actoris eodem me-  
 tti genere finit quo cæperat, Coronidem  
 vocant: eamque notant velut rostri figurā  
 exprimentibus lineis. Attigeramus hoc  
 prouerbium, in eo, quod est: A capite vsq;  
 ad calcem, sed tribus duntaxat verbis.

Sine vi incolumis redeat.

HABET prouerbii speciē quod est apud  
 Theocritum in Hodæporis:  
 Εἶα λέγ' εἶτι λέγας, καὶ τὸν ξένον εἰς πόλιν  
 εὐθὺς. id est,  
 Ζῶν ἄφθες. id est,  
 Dic age si quid dicis, & hospes vt vnde  
 profectus,  
 Viuus eo redeat, permittito.  
 Sic & hodie dicimus iis qui verbis minaci-  
 bus & conuiciis ferocunt, Eia siue homi-  
 nem viuere. Verba sunt Laconis ad Co-

matam, qui de se arroganter in alterum  
 contumeliose fuerat locutus. Tametsi locū  
 varie interpretatur Scholiastes.

Quisquis tarde venit ad cenam.

THEOCRITI Scholiastes indicat hos sena-  
 rios prouerbio fuisse iactatos:

Ὅστις ἐπὶ δείπνον ὀδὲ κληθεὶς ἔρχεται,

Ἡ χλωμὸς ἐστίν, ἢ τὸ δίδωσι συμβολάς. id est,  
 Quisquis vocatus tardus ad cenā venit,  
 Aut claudus est, aut nō dat ille symbolas.

Theocritus sic habet

Ἦ' μετὰ δαῖτα κλητὸς ἐπιέρχου. id est,

An quoquam ad cenam properas conui-  
 uia vocatus? Et addit, eos qui vocati sunt  
 celerius ire, qui nō vocati tardius. Etenim  
 qui vocatus se venturum promisit, inciui-  
 le putat, si conuiuatori sit in mora. Qui nō  
 vocatus venit, vel pudore tardior est, vel  
 quod exclusus spe alterius cōuiuuii. Ita qui  
 symbolam dedit, properat ne mulctetur  
 damno, si post tēpus venerit. Qui nō dedit,  
 huius rei securus, vt luberit, ambulat.

Gargara bonorum.

INNUMERABLEM hominum rerum ve-  
 vim prisci gargara dicebant, sicā voce, à  
 strepitu quem facit hominum congrega-  
 torum multitudo, aut rerum effularum co-  
 pia. Aristomenes ἐν βουβίσι apud Suidam &  
 Aristophanis interpretem:

Ἐνδ' ὄν γὰρ ἡμῶν γάργαρα. id est,

Nobis enim intus gargara.

Citatur & Tragicus quispiam, Sophron  
 opinamur, qui inscripserit, χερμάτων τε γὰρ  
 γὰρ. id est, Pecuniarum gargara. Vnde &  
 γαργαίρα verbum, quod significat perstrepo-  
 pæ multitudinē. Vt Cratinus:

Ἀνδρῶν ἀρίστον πᾶσα γαργαίρα πόλις. id est,

Urbs vniuersa hæc optimis strepit viris:  
 Rursus ex fabula cui titulus Λίμνα citatur  
 hic verficulus,

Ἀνδρῶν ἐπακτων πᾶσα γαργαίρ' ἐστίν. id est,

Viris adactis tota perstrepat domus.

Ceterum quod est apud Homerum, κάρκα-  
 ρε διγαίῃ πότισσι, id est, Pedibus quoque  
 terra strepebat, mutata litterula κάρκαρσε  
 dictum pro γαργαίρε. Deniq; caneros existi-  
 mant dictos γαργαίρες ob pedum multitudi-  
 nem. Macrobius lib. Saturnalium quinto,  
 docet gargara montem esse, & eiusdem no-  
 minis oppidum monti subiectum in My-  
 sia, vt apparet, quæ frugum est feracissimā

μα, ut hinc factum sit, ut qui immensam rerum copiam significare vellet, gargara nominaret. Exemplum citat ex Alceo, Aristomene, quæ scribarum insecitia desiderantur. Aristophanes ἐν ἀχαρίστῳ, risus causa duas voces coniunxit, immensam multitudinem significantes αἰ δ' ἄδ' αὖτις ἐν ψαμμοσκοπιστοῦ γὰρ ἀρεκ. Siquidem ψαμμοσκοπισία dicunt Greci, quæ vel æquant harenarum numerum, ad eam formam qua dicunt ἡρακώσια & ἑρακώσια. Alexis apud Athenæum lib. sexto.

ἔβ' α καλῶν τὸν οἰ κίτω  
ἐν ὄντα καὶ μόνον, ὁ νόμισιν δὲ χρομμῶν  
ψαμμοσκοπισίῳ. id est,

Famulum in tonabate uocans  
Vnum atque solum, ceterum uocabulis  
Utens ad id innumeris.

Loquitur de paupere ostentatore diuitiarum, qui cum non haberet nisi vnum famulum, tamen pro foribus enocabat eundem variis nominibus, ut hospites crederent plurimos esse domi. Et huius compositæ vocis meminit Macrobius loco, quem modo citauimus.

#### Onopiasis.

APUD Cumanos mulier in adulterio deprehensa ducebatur in forum, ut illic lapidi insistens omnibus esset conspicua. Dein de impositam a sinu, atque ita per totam ciuitatem circumductam reducebant ad lapidem, ut ibi rursus esset omnibus spectaculo. His actis habebatur in famis per omnem vitam, & ignominie gratia ὄρε β' α τ' ἰς dicebatur, quod a sinu equitaasset. Lapis autem nefastus ac detestabilis habebatur in quo steterat mulier. Quadrabit in quâuis profestura famæ, Asinus apud Cumanos erat iocus prouerbialis, qua de re nobis dictum est alias. Illud hic adnotandum, quomodo decreuerit legum seueritas. Apud Hebræos adultera lapidabatur. Apud Romanos aliquid a minitabatur lex Iulia. Apud Cumanos summa ignominia supplicii loco erat. Verum quod ad prouerbum attinet, refertur à Plutarcho in problematis.

#### Eamus Athenas.

Ἰαμπεῖς εἰς ἀθῆνας, Eamus Athenas Plutarchus in vita Thesei refert Athenienses Minois uolentia, simulq; rerum inopia afflictos, inisse sedus cum illo, his quidē conditionibus, ut quotannis in Cretam mitterent

septem pueros, ac totidē puellas, quos quidam existimant à Minotauro solitos intrinxi. Aristoteles dissentit, sed cum uetusti cuiusdam uoti religione teneretur Cretenses, illas hominum primitias mittebant in Delphos; quibus eo proficiscuntibus, adiunxerunt sese multi Cretensum filii. Ceterum cum illic ob terræ sterilitatem ægre sibi pararent victum, uenerunt in eam Italiæ partem, quæ quondam Lapygia dicta est. Hinc in Thraciam profecti, Bottizæ dicti sunt. Unde uirgines Bottizorum sacrificio quondam absoluto, canere solent, Eamus Athenas, his uerbis testificantis desiderium patriæ quondam reliquæ. Huius sententiæ citat auctorem Aristotelem in Repub. Bottizorum. Licebit uti, si quando uos melioris fortunæ reliquæ pœnitebit.

#### Abderitica mens.

ABDERITICAE in stuporis insanitiq; fabulam abiectæ, quod perspicuum est ex epigrammate, Martiali lib. 10. de eo, qui damnatus in theatro reple sentauit Mutiū Seneculam, ac manum imposuit igni, sed actibus paratis supplicis, ni faceret.

Si patiens fortisq; tibi durusq; uide tur,

Abderitanæ pectora plebis habes.

De Bæotia, & Batauis alias nobis dictū est. Abderitanis autē natura peculiarem fuisse mentis stuporem indicat M. Tull. in libris De uarietate deorum. Et Plinius lib. 25. c. 8. docet huic urbi uicina esse pascua in quibus equi passi inflammantur rabie, quemadmodum apud Potnam asini. Iste autē in Thracia, condita dictaque ab Abdera sorore Diomedis, patria Democrati physici, iuxta Pomponiū Melam. Stephanus ciuitatem dictam autumat ab Abderito filio Erimii, Herculi adamatō, quem Diomedis equi dilacerauerant.

#### Maritimi mores.

NON abest à prouerbii specie, quod Plautus in Cistellaria dixit: Maritimos mores, prouariis & inconstantibus, quales fere sunt amantium, qui cum seiantur impotentibus cupiditatibus, tamen sibi non cōstant. Queritur autem apud Comicum adulescens de amore mentem in uariis affectus rapientem. Ita, inquit, mihi omnia ingenia sunt: quod lubet, non lubet iam id continuo. Ita me amor lapsū animi ludificat, fugat, agit, appetit,

appetit, raptat, retinet, iactat, laigit, quod dat non dat, diludit. Modo quod suadet, dissuadet : quod dissuadet, id ostentat. Maritimis moribus mecum experitur. Quemadmodum autē mare nunquam conquiescit. & subinde mutat faciem : ita ferunt homines maritimos nonnihil ex maris ingenio referte. De Euripo dictum est nobis alias.

*Pecuniae pedibus compensantur.*

INTER Catonis dicta, quae prouerbiorum vice celebrantur, refertur & illud, Pecuniam pedibus compensari, quod tamen in libris eius viri non dum reperimus : sed fieri potest, ut hoc M. Tull. ioco dixerit. Nec dissimile veri est multas Catonis sententias suis & celebres, quas ille dixit tantum, non scripsit. Ciceronis ex oratione p. L. Flacco verba subscribamus, Si te Crassi agri delectabant, hic alicubi in Crustumino, aut in Capenati parauisses. Verum esto, Catonis est dictum, pedibus, compensari pecuniam, longe omnino à Tiberi ad Caicum &c. Sententiam autem hanc esse arbitramur, si longius absit fundus plus impendiorum esse domino, & minus ad eum redire lucri. Id damni sarcitur pedibus domini, si nō grauetur subinde fundum inuisere.

*Ne incalceatus in montes.*

THEOCRITVS ἐν τομῶσι τῶν ποταμῶν :  
Εἰς ὄρεθ' ὄκχ' ἔπεις μὴ ἀνελίπος ἔρχο βαλεῖτε  
Ἐν γὰρ ὄρει βαίνοιτε καὶ ἀσάλα ἐν κομοσῶντι. 1.  
Batte caue pedibus nudis perrepere montē,  
Quippe rubis, tribolisque virescens mons vni-  
diq̄ue densus.  
Qui suscipit vitæ genus, armet sese aduersus occursum incommoda, ne poeniteat suscepti.

*Ne incedis per ignem.*

Ὁ γὰρ ἐπὶ πυρὸς βέβηκας, Non incedis per ignem. Theocritus in Hodæporis,  
Μὴ σάβδ' ἔγ' γὰρ τοὶ πυρὶ θάλλω. id est,  
Ne propterea, neque enim igne calefcis.  
Scholiastes indicat subesse prouerbium, quo significabant aliquem plus satis festinare. Nam pastor, ut erat, protinus volebat canē. di certamen inire. Alter non probans tantam celeritatem, prouocat ad locum commodiorem. Propterātenim qui per ignem incedunt, & celeritas reddidit elementum innoxiam : quemadmodum nō leditur, qui

manum per mediam flammam mittit, aut prunam ardentem subito manu correptam abicit. Qui versatur in re periculosa, dicitur & ipse per ignē incedere. De quo prius nobis dictum est.

*Non soli Atride amant uxores.*

QUOTIES significabimus suam cuique dolere iniuriam, contumeliam aut damnū, nec oportere quemquam impune ledi, conuenit Homericus ille versus ex Iliados l. 24.  
Ἡ μὲνοι φίλιος' ἀλόχως μέρπων ἀνδρῶπων Ἀτρεΐδω. id est,

Nunc solis hominum Attridis affectus amorque  
Uxorū est ?

Eum Sextus Caelius, citante Vlpiano, cum vulgo iactatum adfert lib. Pandect. 48. Titulo ad legem Iuliam de adulteris, lege, Si vxor. Vergilius imitatus est libro Aeneidos nono :

- Nec solos tangit Attridas  
Iste dolor.

*Autis Batana.*

QUEMADMODUM Græci dicunt, Βοιωτίων ἄγος, id est, Bæoticam autem pro pingui, crassaque itidem Martialis Epigrammatum lib. 6. Batanam autem dixit agrestem, in elegātem tetricamq̄ :

Tu ne es, tu ne ait, ille Martialis,  
Cuius requitias iocosq̄ nouit,  
Aurem qui modo non habet Batanam.

Sic enim legit Domitius Calderinus, quamquam nonnulli mutant, pro Batanam, seuerā. Erant Barau Germanicæ populæ, Cæthorū pars, qui domestica seditione pulsi, extrema Gallicæ oræ vacua cultoribus, simulque insulam inter vada sitam occupauerunt : quam mare Oceanum à fronte, Rhenus amnis tergū a latera circumluit. Gens tum bello valida, ut quæ Germanicis bellis esset exercitatissima, tum opibus pollens, quod Romana militia non exhauriretur, quandoquidem erat his cum Imperio societates, ut viros tantum armaque ministrarent : quemadmodum copiosius prodidit Cornelius Tacitus li. 20. Conuenit inter proteritas, tam insulam, cuius meminit Tacitus, esse quam nuuc Hollandiam vocant.

*Κρηνοχρησολήμων.*

HOMINEM stulte pugacem Græci vocabant  
Ecc 3 κρηνο.

κρηνην υδροληραων, voce ridicule composita, a κρηνη, quæ proprie dicitur aqua impetu scatens, & κρηνη ολια, & κρηνη quod est uigari. Ollas autem stupidos appellamus. Refertur à Suida. Extat apud Aristopha. in Equitibus, quo dicto notasse videtur homines immodice nugaces. Nam & κρηνη quidam fontes dici putant *πυρε το λιαυ ραν*. Indicat hoc Vlpianus enarrans etiam Demosthenis Olynthiacam. Alibi retulimus prouerbiū, Luscinia nugis insidentes *αυδονδης λεχως ιγκαθημιναι*. Sed post cōperimus λεχως Græcis dicis nonnunquam sedilia quædam publica in quibus Athenienses otiosi complures pariter sedebant, quibuslibet de rebus inter se nugantes, Qualia sunt hemicyclia. In testimonium profertur hoc carmen ex Homero :

Ουκ εελας ιυδαν χαλκκινον ιςδδμον ελεω  
λληεε λεχων.

Hæc sedilia fuisse Apollini consecrata scripsit Cleantes. Quidam cum deum appellat λεχων οριον.

#### Fabarum arrosor.

Κυμοτηωξ, id est, Fabarum arrosor dicebatur, qui in creandis magistratibus vendebat sua suffragia, eoque quæstus gratia sedulo versabatur in comitiis, Priusquam re pertus est vsus calculorū, quos Græci ψιφωξ appellat suffragia nigris & albis fabis ferebantur. Vnde fabis visitare dicebantur, quibus hinc erat quæstus. Suidas citat senarium, sed vt fere solet, tacito auctoris nomine :

Κρηνη δε τριτης ε κυμοτηωξ απικος. id est, Hos indicabit non fabæ esor Atticus.

Prouerbiū meminit & Hefychius, iudicās hunc morem fuisse apud Aetolos, vt cui alba faba obtigisset, is magistratum susciperet. Vnde ferte suffragia, siue sortiri, κυμβων appellabant, & iudicem κυμοβδολον, nam & iudiciis quibusdam non voce, sed calculis ferebantur sententiæ. Manet in hoc diernum vsque diem mos, vt in Epiphaniis rex conuiuii faba deligatur. Extat autem & apud Aristophanem in Equitibus :

Ναι γαρ εσι δεισωτης  
αρεσκος ορηνη, κυμοτηωξ. id est,  
Nobis agresti est dominus ira, qui fabas  
Arrodit.

Dici poterit & in tenuem parcumq; . Nā hinc sumpta est metaphora in magistra-

tus affectatores, aut ex suffragiis suis venientes quæstum.

#### Mancipera.

NARRANT locum fuisse vicinum Hymetto, cui nomē fuerit κωλαξ πηρα, id est, claudi mantica, in eo fuisse templum simulq; fontem, vnde fœminæ steriles bibebant, & siebant fœcundæ. Suidas indicat & compositæ dici κωλοπηρα, admonens esse prouerbiū in eos qui artificio vim admovent naturæ. Hefychius ostendit Aristophanē in Centauro, lupanar appellasse κωλαξ πηρα, quod huius nominis locus decluis sit ac præceps. Conuenient in illos, qui bulbis aliis ve medicamentis irritant libidinem. Quidam elleboro succurrunt ingenio, & quibusdam medicaminibus memoriz.

#### Vndarum in vlnis.

SUIDAS refert hunc Senarium ex Aristophæu :

Και ταυτ εχοντδκυματων εν ακαλας. i.  
Atque id quidem cum essent in vlnis  
fluctuum.

In vlnis vndarum esse dicebantur, qui in summis rerum difficultatibus versabatur. Neque enim suauiter iactant maris vndæ, quos amplexæ fuerint. Adlusum est ad nautices quæ pueros in vlnis circūferunt, & agitatione mouēt, vt fiant vegetiores, quod ipsum infantibus natura gratum est, somnosque cōciliat. Verum alia est fluctuum iactatio.

#### Fluctus mutus.

Κυμα κωφον, id est, Fluctum mutum appellabant, qui nondum edebat fragorem, sed iam incipiebat intumescere. Primum enim tacitis vndis insurgit mare, mox exasperata tempestate, procul fremit ac resonat. Dici potest de bili hominis quæ nō dū erupit in conuiuium, sed tacite inardescit. Veluti si dicas: Cede κικατι κωφω, desine contendere, ne disputatio exeat in rixam. Aut obfiste κικατι κωφω, reprime irā effruescentē.

#### Cariæum vinum.

Καρηκος αιθη, Suidas indicat fuisse prouerbiū de vino, vt opinamur, tenui, quod non adfert hilaritatem, qualis erat Cariæ musa de qua dictum est alias. Quidquid enim vile, lugubre, molestum, aut querulum, Cariæum dicebatur. Sed haud scimus

anapud Suidam pro οἰμῶ scriptū sit οἰθῶ, nisi quod Hesychius nescimus, quid attin git de Carica vite, velut inculta & incomposita. Nam genus hoc militare, negligit agricolationem.

Οἰολυμῶ.

HERODOTVS in Melpomene, hoc est, libro 4. refert, cum Theres quidam adornaret longinquam nauigationē, ac filius ipsius adolescens negaret se futurum eius nauigationis comitem, τοιγαρὶν ἐφικάντων κατὰ κάψαν εἶν ἐν λύκοισι. id est, Itaq; relinquarā eum, inquit, ouem inter lupos. Ex eo dicto uomen inditum est adolescentulo οἰόλυμῶ, voce composita ex oue & lupo. Dicitur po tēte in hominem desertum ac destitutum auxilio. Quod si quis negabit hoc esse pro uerbum, patiar appendicem esse eius quod alibi retulimus: Ouem lupo commisiſti. Nam probabile est ab hac historia natum pro uerbum.

Ναιισσοροβῆαν.

Ναιισσοροβῆαν dicebantur qui studio quidpiam eleuarent. Alii putant ναιισσοροβῆαι di ci solitum ei, qui cum uideretur confiteri, non confitebatur, perplexis uerbis occultans mendacium, quod fere solent hæretici in discrimen adducti. Vox composita uide tur à ναι, quod est adfirmantis, & ἰσσοροβῆαι, & ἴσσο quod est suad, quod inuoluta loquacitate negent, quod adfirmare uide tur, rursus adfirmat quod negant. Meminit Hesychius.

Cui nullum negotium erat. Harmen muro cinxis.

STRABO libro geographiæ 12. refert huiusmodi pro uerbum:

Ὅστις ἔργον ἔδει εἶχεν ἀεὶ μὲν ἐτείχετο. i.

Qui negotiū nil habebat, Harmenæ murum addidit.

Est enim trochaicus tetrameteri Tradit autem Harmenem vicum esse Sinopensium, portum habentem. Cuius meminit & Stephanus, situm indicans in Paphlagonia, & à nonnullis dictum ἀρμῆνον, quod hic sane carminis ratio non patitur. Neuter indicat originem aut sensum adagii. Coniectare licet vicum fuisse frigidum, quem aliquis cinxerit muro ut fieret oppidulum, æque frigidum. Non enim dixit ἔκτισεν, quod interpretes uidentur somniasse, qui uer-

tic construxit, sed ἐτείχετο, hoc est, muro cinxit.

Nec animans nec inanime.

PROVERBIALI figura dictum est apud Platonem lib. de de Leg. 8. πάντων τὸν τε ἐμφύχων καὶ τῶν ἀψύχων, id est, Omnium & animantium & inanimorum, cum nihil omnino significamus excipiendum. Simili figura dicimus, Iuuenumque senumque, & bipedum ac quadrupedum nequissimus. Item: Nec diis, nec hominibus placet, Nec uiuis parcat, nec mortuis. Locum Platonis citauimus integrum in pro uerbio σωμαμαχῆον.

Hic telam texiuit, ille diduxit.

APUD Iulium Pollucem lib. 7. c. 10. refertur senarius suppresso auctoris nomine, nisi forsitan Nicophanes est in Pandora:

ὁ δὲ ἐμφωπῆδ' ἴσος, ὁ δὲ διαίχεται.

Quamquam legendum arbitramur: ὁ μὲν ἐμφωπῆδ' ἴσος, ὁ δὲ διαίχεται, siue quod probabilius est διήχαιο: nam uocem ἴσος et metri ratio respuit: Iam si nobis textor quispiam Græcus exponeret quid sit διαίχαια quod, ut indicat Pollux. Attici dicebant: προσφραῖδα. non esset difficile pro uerbiū sensum enarrare. Nam Suidas tantum habet: διαίχαια τὸν σῆμονα. Hesychius paullulum lucis addiderat, dicens: διήχαιο, διήχαιο, si διήχαιο ueniret à themate διαίχαια. Quod si διαίχαια est stamini, quod superest, addere, sensus erit: Alter orsus est, alter perfecit.

Per fluxum traducere.

Διαβιβάζειν τὸν ποταμὸν: id est, Transmittere per flumen dicebatur, qui difficultatem explicabat rei, quam inruditiones aut inualidiores explicare non poterant. Translatum à torrensibus aut fluuiis profundioribus, quam ut cuius turtum sit traicere. Itaque qui sunt robustiores atque exercitatiores, pueros, mulieres, aut aliqui imbecilles susceptos in humeros transmittunt. Plato lib. de Legib: 10. ἔγώ σφω ἄπειρὸν νῦν δὴ διεβῆμῶ διαβιβῶ τὸν ποταμὸν, id est, Ego uos quemadmodum modo feci, susceptos, ultra fluuium trāseram. Verba sunt hospitis Atheniensis, qui disputationem tradit Cliniz & Megillo, pollicens se adfuturum, si quid hæserint.

Gangamon.

IVLIVS. Pollux libro 10. c. 40. docet genus. Ecc 4 esse



esse retis inuolutis flexibus sinuosum, ac perplexum quod à Græcis dicitur γαγγάμων γῶ quod est caprio, vt indicat etymologicus, putans & γαγγάμων appellari, vnde & γαγγαμῶν dici qui piscantur hoc retis genere, & γαγγαμῆς. Aut idem est cum sagena, aut simillimum. Pollux citat Aeschilum, qui negotium inuolutum & explicatum difficile, γαγγάμωνα dixerit, quemadmodum dicimus, nassam. Vnde ventris locum circa umbilicum γαγγάμωνα dictum, quod illic appareat circumuolutio quædam neruorum. Fortassis & interior alius sic appellatur, quod intestina in sese cõplicentur, ne mox effluant stercorea.

Sacer manipulus.

Ἱερεὺς λῶχῳ. id est, Sacer manipulus olim dicebatur, quemadmodum dicimus sacram ancoram iaciendam, aut rem ad triarios rediisse. Athenæus libro 13. declarat apud Thebanos exercitus partem fuisse quam illi ἱερόν λοχόν nominabant, eam constitisse ex amantibus, & amatis, & ob id precipuè belli robar in his fuisse situm, quod reddat fortissimos ad mortis etiam contemptum animans. Vfus erit, si quis dicat rem Christianam hodie à monachis velut à sacro manipulo pendere.

Postico discedere.

GALLENYS τῶν ἤ φυσικῶν διαλέκτων lib. 2. εἶδ' ἐκ πολλῶν συνήκται τῆ κηπίᾳ κατὰ τὴν περίμετρον πρὸς ἀσκληπιᾶδην ἀπιχωρίσασθαι. id est, Si ex pluribus constat, postico quod dici solet, ad Asclepiadem recessimus siue defecimus. Postico autem recedere dicitur qui furtim abit, aliis inscius sese subducens. Sic Horat. Postico falle clientem quod & hodie non raro faciunt magnates. Idem alia forma dixit: In Aristippi furtim præcepta relabor. Thomas Linæer vir incomparabili doctri-na, κηπίᾳ vertit per horum posticum. Aedes quibus est adiunctus hortus duas habet ianuas, anticam, & posticam. Antica spectat ad publicam viam, postica ducit ad hortum: per hanc elabebantur, qui clanculum abire cupiebant. Quosdam pudet παλιῶσθαι, sed dissimulanter transeunt in alienam sententiam, alii per occasionem subducunt se negotiis. In hos congruet proverbiū.

Vires Thylaci.

Ἀσπὸς καὶ θύλακῳ, id est; Vter & Thylacus dicebatur, qui cibo potuique indulgebat.

ἀσπῳ enim vter est vinarius θύλακῳ vas farinariam. Athenæus lib. 11. refert hos vterus ex Alexidis Hefione, qui dicuntur subterfugari Hercules:

ἦ κησὶ κῆλκα, καὶ λαβῶν ἕως πυκνῶς  
 Ἐλακε, κατὰ τὴν εἰ, κατὰ τὴν πῶν παρῆμιον  
 Ἀεῖπὸς' ὅ μὲν ἀσπὸς ἂν δὲ θύλακῳ  
 Ἀνδρῶν ῳ. id est,

Calicem poposcit, ac datum, crebro bibens.

Trahitq; & hausit, & vt habet proverbium, Sæper bene vter, thylacus semper bene est.

Homo. Idem Horatius: Si vter bene, si lateri, pedibusque tuis, quid

Diuitiæ poterunt regales addere maius? Delurcõmbus, ac ventribus dictū est alias non semel.

Ignarium dare.

SENÆCA libro de Beneficiis quarto, refert vt vulgo iactatum, Vt doceat, inquit, tibi, vt postea consideratus loquaris, quod dicere solemus, ignarium dabo. De lapide pyrete sentit, ni fallimur, quem alii viuum, nonnulli ignarium vocant, quod plurimum habeat ignis, vt attritu digitos adurat, & alioqui ponderosissimum. Itaque dicebatur ignarium dare, qui suggereret quod dolore quodam reuocaret hominem à peccado: quemadmodū lapis digito additus vel ponere vel attritu non sunt hominem obliuisci, cuius gratia sumperat eum. M. Tullius haud à simili forma dixit in Antonium Philippica secunda: Num exspectas, dum te stimulis fodiam? hæc te si vllā habes partem sensus lacerat, hæc cruciat oratio. Te rentius: Noli fodere lateri. Persius:

Atq; aliquis cubito stantē prope tangens. His enim gestibus admonemus, quemadmodum & vellendo autem, de quo nobis prius dictum est.

In morbo consumas.

SENÆCA libro de Beneficiis 4. Quingenti, inquit, denarii sunt, illud, quod dici solet, in morbo consumat. Zeno cuidam promiserat quingētos denarios mutuo admonitus ab amicis, hominem esse malæ fidei, tamen credidit, vel ob hoc quia promiserat, & summa erat exilis. Solent igitur creditores cum sentiant non reddituro creditam pecuniam, neo existimant operæ precii ob tantillū legibus agere, dicere, habeat, consumat in morbo. Qui sermo dubium habet sententiam.

sentum. Potest enim ab amico dici, qui non sit deesse amico quod impendat si morbus incidere: potest & ab inimico, qui malo viro morbum optet.

*Vel Megaram vsque.*

**MANET** is sermonis color & hodie, ubi quid significamus magni precii, nobisque vehementer expetitū, dicimus, huius rei gratia vel in Indiam vsque proficiscere. Aut digna res est, cuius gratia vel in Hyberniam vsque nauigetur. Socrates apud Platonem in Phædro: ἡ γὰρ ἀνάγκη καὶ δῆμιος φιλῆς εἶναι ἀλλοιοί, ἔγωγε δὲ ὅπως ἐπιτεύμῃκα ἀκῆσαι, ἔπειτ' ἂν βελτίων ποιῶ τὸν περιπατοῦν μαγάρων, καὶ κατὰ πρὸς δίκην προβαῖς τῶν τεύχεσιν ἀπὸ τῆς πόλεως, ἢ πολιορκίῃ, id est, Nam profecto festini & in publicum vitales fuerint sermones. Nobis sane tanta cupiditas est audiendi, ut si pedibus vel Megaram vsque ambulantes, ac mox iuxta morem Herodici, ubi ad mœnia accesseris, denuo abscedas, non te sim relicturus. Ambigue dictum κατὰ πρὸς δίκην. Incertum enim vtrum Herodicus quispiam hoc dixerit, an Herodicius aliquis in populi risum abiierit, qui cum tantum itineris cōcessisset, vel oblitus aliquid vel mutata sententia, ad mœnibus Megaren sibus redierit Athenis. quomodo Phœdria Terentianus à diuerticulo redit in urbem. Unde hoc ipsum iuxta Herodicum proverbiij speciem habet, in hominem incerti cōsiliij, aut qui sero mutat sententiam, cum deliberandum sit antequam incipias. Simile illi: Dignum propter quod vadimonij deferatur.

*Omnem vocem mittere.*

**Ἰὸσαν φωνὴν ἴεσθαι.** id est, Omnem vocem mittere dicebantur qui nihil omittebant, quo persuaderent. Etenim qui totus est in hoc ut persuadeat, nunc arguitur, nunc obiurgat, nunc blanditur, nunc pollicetur, nunc puniatur: καὶ πάντοθ' ἴγνεται, ut fleat audientem. Plato de Legib. 10. μὴ δαμῶς ὠξίει, ἀλλ' εἴπερ τυγχάνει γε ἕσκα καὶ σμικρὰ περὶ τῆς πρὸς τὰ τοιαῦτα, δ' εἴ μὴ δαμῶ κάμειν, τὸν γε ἄξιον καὶ μικρῶ νομῶν εἶναι, ἀλλὰ πᾶσαν τὸν λέγμενον, φωνὴν ἴεντα, τῶ παλαιῶ νόμῳ ἐπίκτερον ἴγνεται λίγω, ὡς εἶσι θεοί. id est, Nequaquam o hospes, sed si forte fuerit vel exigua persuadendi ratio, circa huiusmodi, haud quaquā oportet defatigari, præsertim legum

auditorē, si modo vllius sit precii: quin potius, emissā quod dici solet, omni voce, veteri legi suppetias ferre debet, docens rationibus esse deos. Idē in Phædro: τῶν τεύχεσιν χεῖρ πάντας τῶς λόγους ἀνα καὶ κατὰ μεταξὺ φοῖτα ἐπισκοπεῖν. id est, Huius itaque gratia oportet, omnibus rationibus sursum deorsum versatis, dispicere, &c. Sumptum videtur ab incantamentis, in quibus si parum mouent preces, adhibent efficaciores. Id alicubi indicat Plato, tamen locus in præsentia non succurrit. Indicabitur, cum occurrerit. Vide num omnem vocem, dicat omnem contentionē. Solent. n. patroni causarum cū magno studio causam agūt vocem iutendere. Paullus Apostolus ad Galatas c. 4. cum ait: ἤτερον δὲ παρεῖναι πρὸς ὑμᾶς ἄρετι, καὶ ἀλλὰ εἶναι τῶ φωνῆς, tale quiddam sensisse videtur. Nam qui nunc obiurgat, nunc blanditur, nunc se prædicat, nunc semet demittit, nunc territat, nunc consolatur, vtrumque postulat eorū utilitas quos petire nō vult, veluti doctus incitator mutat vocem suā, ut aliquo pacto persuadeat.

*Magadari.*

**Μαγάρειν** siue μαγάρειον, dicebatur olim, qui bilingues essent, eodem ore laudantes ac vituperantes, blandientes & obiurgantes, pudicē, & obscenē loquentes. De magadide multa differit Athenēus lib. 14. dubitans citharæ ne genus sit, an fistulæ. Quidam eandem putant cum sambuca, nonnulli & cum pectide. Verum hoc nihil ad prouerbium, quando constat organum esse διφφώνον, quod simul emittit geminam vocē, grauem, & acutam, harmonia quæ dicitur διὰ πᾶσαν. Citatur ex Alexandride hic fenarius.

**Μαγάρειν λαλήσω, μὴ δὲν ἄμα σοι ἡμίγαν.** i. Magnum ac pusillum, proloquar Magadin simul.

Ait vetustum esse genus, repetitū à Lydis, nomen inditum est à Thrace quodam, cui nomen erat Magdus. Alii putant inuentum esse Sapphus. Pindarus magalin appellat ψαλμῶν ἀντιφθογγον, qualis est cantio, cū simul concinunt viri & pueri impuberes. Hac de re nō nihil attigimus in proverbio. Ex eodem ore calidū, & frigidum efflare.

*Chalcenterus.*

**Χαλκίτηρ** olim dicebat insigniter patiens laborum,

laborum, atque indefatigabilis, velut habens ærea intestina, qualem fabulz narrat suiisæ Talo custodem insulz Cretæ. Hoc cognomen inditum est Didymo grammatico, ob incredibilem numerum librorum, quos scripsisse dicitur. Eadē de causa Origenes dictus est Adamantius.

*Origanum iucri.*

Ὀρίγανον βλέπειν, dicebantur qui robur & masculinum animum præferebant. Suidas refert hoc carmen ex Aristophane, vti cōiicimus, licet metro deprauato:

Παρέξου' αὐτὸν ἀνδρείον τὸ λῆμα, καὶ βλέπειν κατ' ὀρίγανον. id est,

Præbebo mei ipsum animo virilē, ac tuentem origanum.

Sumptum ab acrimonia herbæ, vt respondeat illis alibi dictis, tueri sinapi aut nasturtium. Quidam cunilam vocat, eius generis, quod Dioscorides appellat heracleoticum. Nam est aliud genus dictum ὀνίτις, est tertium quod Panaces Heracleum vocant. Ita Dioscorides lib. 3. Plin. lib. 20. c. 14. tradit origanum non dissimile pulegio syluestri.

*Thurium leuia.*

Θυρίον λῆμα dicebant animum intrepidum, & ad bellum paratum. Nam λῆμα genere neutro Græcis sonat, volūtatem, animum siue propositum, aut dignitatem & auctoritatem, vox dicta à λῶ quod est volo. Nam λῆμα quod scribitur per geminum μμ. venit à λαβῶ siue λαμβάνω, est argumentum, quod adsumitur ad probationē. Thurion autem dicitur quidquid est vehemens ac bellicum. Vnde Hom. ἐξέρχεται αὐτῶν, id est, Thuriū robur appellat. Quin & ipse Mars dictus est ἐξέρχεται, à βορῶν quod est insilire. Suidas citat ex Aristopha. Inuenitur & ἐξέρχεται λόγῳ, pro sermone diuinitus afflato, ac vehementi, cum quis intrepide cum auctoritate loquitur.

*Nec elephantus ebiberet.*

Οὐδ' ἀνελίφας ἐπιτοί. id est, Ne elephantus quidem ebiberet. De poculo prægrandi, cū elephantus proboscide immensā aquarū vim cum libet, hauriat. Athenæus lib. 11. citat ex Epinico:

Ἐλίφας ἐλίφαντα περιγεῖ' εὐτόν  
Χωρῶντα δύο χάσας, ὅν δ' ἄν ἐλίφας ἐπιτοί. i.

Duas choas capietem, vt hunc ne elephas quidem

Ebiberet possit.

Rhytus autem poculi genus est, specie conuoluitur, quod videtur eburneam fuisse, impostum imagini elephanti. Subiicit autem: ἔστιν ἐλίφαντος ἡ δὲ διαφύρατος ἔστιν οὐ. id est, Nam ne tu quidem quidquam differs ab elephanto, vt esset quadruplex elephanti mentio. Prouerbiū hoc posterius, ante retulimus, hoc loco non citato. Porro choamensuræ genus est. Dicitur in librum insulsum ac loquacem, quem ne patientissimus quidem perlegere sustineat.

*Sacer piscis.*

Ἰερὸς ἰχθύς. id est, Sacer piscis dicebatur, cui nemo nocebat, sed sui iuris erat. Suidas indicat esse apud Homerum, Quidquid enim ingens ac præclarum haberi volebāt veteres, ἱερὸν appellabant, velut apud Homerum ἱερὸν μὲν ἄλκιυ νόιο. id est, sacra vis Alcinoi. Per iocum dici poterit in hominē prægrandem & in precio habitum, cum sit stupidus & infans. Meminit & Athenæus.

*Φελλίνας.*

Φελλίνας leuis dicitur, quasi dicas suberinus. Nam φέλλας cortex est arboris semper fluitans, qui Latinis dicitur Suber. Vnde & φελλύς dicitur locus asper ac petricosus, aptior ad pascendas capras, quam ferendas fruges, quod terra veluti superinatet saxis. Vnde & φελλύς ἐν δεικτοῖς dicitur, quod fluitat, nec habet radices. Quin & hodie lingua Britannica commodum hominem nimis cōque difficilem, φελλίνα vocat. Hanc morum leuitatem Græci vocant δυνειαν, quæ vox in vitium sonat. Plato lib. de Repub. 3. Ὀλογία ἄρα καὶ δυνειοσύνη καὶ δυνειοσύνη καὶ δυνειοσύνη, ἰνὴν δὲ ἀπολαβῆς, ἔχ' ἢν ἀνοικὸν ἔσαν ὑποκοριζόμενοι καλλίμην ὡς δυνειαν, ἀλλὰ πῶς ὡς ἀληθῆς, ὅτι καὶ καλῶς τὸ ἦθος κατεσκευασμένην δυνειαν, id est, Ergo leuonis probitas, morum compositio, decus & concinnitas sequitur δυνειαν, nō hanc inquam, quam vitio blandiētēs, vocamus eo nomine, quasi sit morum bonitas, cum sit amentia, sed mentem vere moribus bonis pulchrisque instructam. De his non nihil attigimus in prouerbio: Subere leuior. De profundo sulco animi dictum est alias.

*Ἰσον ἴσω.*

Ἰσον ἴσω, id est, Par pari dicebant, vbi quid ex quo moderatum significabant. Sermo ductus à potioribus, qui frequenter de æquitate

litate disputant, interdum pugnis & ensibus. Sed olim æqualitas erat, ut rancundem adderetur a quæ quantum esset vini. Athenæus lib. 11. ex Aristophanis fabula, cui titulus Philonides, citat:

Τοιγαρὲν ἐμοὶ μὲν ἀρτίως ὁ θεὸς πότμος  
 Δι' ἀρτίως τῶν θεοκλήτων δὲ κύκλωτον ἀσπίδα  
 Ὑπερφρίξασαν τρυφῶσάν ἴσον ἴσω κερκρμ  
 μέινω

Ἐσοφείων ἔδωκεν.

id est,

Proinde iam nuper meus

In Thericleis mihi virtutis ergo præstite,  
 Scutum herus pulchre rotundum, deferens  
 dono dedit,

Spuma inundans, delicatum, temperatū  
 par pari.

Ex Stratonis comico citat hoc carmen:

Ἐρμῆς: νῆ ληκκ' οἱ μὲν ἐκ προχιδίης  
 Οἱ δ' ἐκ καδίσκου ἴσον ἴσω κερκρμμένω. i.

Sors, quam trahunt alii quidem è pro-

chidio,

Alii ex Calisco temperato par pari.  
 Primus trochæicus est imperfectus, & hic  
 legendum arbitramur prochoidion, utrius  
 que vas est vinarium, ἔρμῆς autem pro sor-  
 te ponitur, quæ prima ducitur, ut alias do-  
 cuitur. Idem eodem libro refert ex Hec-  
 mippo:

Ἀπίδης ἐκπῶν

Ἄς ἅ τις ἰδὲ ἴσον ἴσω κερκρμμένω. id est,

Quem spiritu vno exhauferam,

Suauiissime, contemperatum par pari.

Alibi retulimus par pari, verum non est  
 idem proverbium. Illud de pensatione di-  
 citur, hoc de mixtura æquali. Velut vniā  
 natura vitam hominū miscuisset ἴσον ἴσω  
 nunc nimio plus est mali quam boni. Hęc  
 autem verba ἴσον ἴσω ponuntur velut abso-  
 lute, præter rationem constructionis, quæ  
 admodum dicimus δὲ πᾶσων.

Cothonsiæ.

Κωθωνίαν sive κωθωνίαν dicebantur, qui  
 largius biberent, & potationem largiorem  
 κωθωνίαν appellabant. Eam Mnesitheus  
 medicus apud Athenæum lib. 11. putat cō-  
 ducere valetudini corporum. Plato corri-  
 gendis moribus, Seneca ingenio exclu-  
 dunt tamen ebrietatem, nec id nisi raro fie-  
 ri sinūt. Ἀγκυκώθωνος, sive ut scripsit quis-  
 quis collegit etymologicon ἀγκυκώθω-  
 νος, dicti qui meracius biberent, quos He-  
 sychius putat dictos ἀγκυκώθωνος. Adscri-

bit enim μέντοι. Verum ex Plutarcho in  
 Sympotiacis, & Aristotele in Problemati-  
 bus, apparet ἀγκυκώθωνος dici, qui nodum  
 profusus ebrii sunt, toto corpore rigato, sed  
 pectore summo dūtaxat. Indicat & Iulius  
 Pollux lib. 6. ex auctore Hyperide: & Athe-  
 næus citans eundē in oratione contra Demosthenem. ἐπικωθωνίζουσαι pro in tem-  
 perantius bibere refert Pollux ex auctore Cri-  
 tia. Cothion autē poculi genus est, de quo  
 non nihil alias attigimus.

Τρυφῶσι.

HOMINES sordidos, ac parcos olim popu-  
 laris iocus τρυφῶσις appellabat, quasi se-  
 cce victitantes. Qui splendidiore sunt, ubi  
 ventum est ad fecem, aperiunt aliud vas.  
 Quidam adeo natura miseri sunt, ut non  
 patiantur bibi vinum, nisi posteaquam vel  
 acuit vel euapuit. Adagiū indicauit Pollux  
 lib. 6. cap. 4. Eustathius ostendit per parcos  
 τρυφῶσις dici, quod anxi cum quæ gemitu  
 viuunt. Ridetur apud Aulum Gellium li-  
 bro 11. c. 7. qui de nimium frugali quodā  
 dixerit, Hic eques Romanus apudam edic  
 & floces bibit. Prisci rustici frumenti fur-  
 furem appellabant apudam, flocem, vini  
 fecem & vinaceis expressam, quemadmodū  
 fraces ex oleis.

Loquax talpa.

ΗΟΜΟ nullius iudicio, sed tamen impen-  
 dio verbosus, loquax talpa dictus est popu-  
 lari cōiucio. Quod primum dictum est in  
 Iulianum Capellam, postea quam venerat  
 in publicum odium: nam talpæ nostri, ut  
 cæci sunt, ita sunt æque muti. Idem dictus  
 est πῖθωκ' ἐν πορφυρῇ, id est, simia purpu-  
 rata, cuius alibi meminimus. Refert Am-  
 mianus lib. 17.

Non contis, aut ramulis.

IDEM libro eodem de Antonio quodam ad  
 honorem menæ regalis apud Persas eue-  
 cto & ad eius ferendæ sententiæ admittō, nō  
 contis, inquit, aut ramulis, ut aiunt, id est,  
 non flexililoquis ambagibus vel obscuris,  
 sed velificatione plena, in tempubli. fere-  
 batur, eo quæ incitans regem. Quamquam  
 pro ramulo, legendum arbitramur remu-  
 lo: nam contis & remis impellunt nauim,  
 qui ventos habent aduersos. Pars est ma-  
 gis adagiū, quod alibi recensuimus: Ve-  
 lis remis quæ quam nouum adagiū.

EXIT

*Extra calcem.*

IDEM lib. 21. Ne igitur extra calcem, quod dicitur sermo decurrens lecturo fastidium ferat ad explicanda prospecta reuertamur. Quamquam arbitramur scripturam vitiatam, legendum autem esse extra calcem, pro extra vjam, quod alibi nobis dictum est, vbi quis digreditur à re proposita.

*Ex perpendicularo.*

IDEM libro eodem, ex perpendicularo dixit, pro eo quod erat exacto iudicio, Palatinas inquit dignitates, velut ex quodam tribuens perpendicularo: & sub eo nemo celsum aliquid acturus, in regiam repentinus adhibitus est, vel incognitus. Ad hanc formam & illa pertinent quæ cum alibi frequenter, eum apud Gellium sunt libro secundo, ca. primo, ad amissum exigere, & librili perpendicularo, & ad æquilibrium æstimare. Et apud Plinium lib. 36. cap. 25. ad regulam ac libellam exigere. Præterea digitis metiri, trutina pensare, et vnguem facere, aliaque quorum nonnulla suis locis indicauimus, quæ omnia plus habent veneris, si ad res animi transferantur. Sumpta metaphorà ex perpendicularo fabricorum, quo explorant vel æqualitatem soli, vel parietis restitutum. Anulsi est pensilis, in imo plumbum habens affixum, additur in medio regulæ quæ constat duobus gnomonibus, hac explorant æqualitatem soli. M. Tullius in Verrem actione tertia: Tu Verres hic, quod moliare, nihil habes, nisi forte vis ad perpendicularum columnas exigere. Dicunt ei fere nullam esse columnam, quæ ad perpendicularum esse possit. Nam hercle inquit, sic agamus, columnæ ad perpendicularum exigantur &c.

*Acolonon fico.*

Ακόλων τὰ χέλικ' σικω βύσσω. id est, ACOLO non ficui immergere labra. Suidas indicat dictum, vbi promitteretur prospera valetudo, aut significaretur rebus fortiter utendum. Nam ἀκόλων Græci vocant, minutas offulas. Interdum & fragmenta panis παρα τὸ μὴ κολλᾶσθαι. id est, quod non cohercat. Helychius indicat ἀκόλων vescentem reddere bilis expertes ac placidos, cum ficus incendat sanguinem. Vidimus aliquos si quãdo bilem vellent eximere, dies aliquot ni-

hil sumere præter offulas pauculas ex aqua cum paullulo butyri recētis de cocta. Quisdam addunt herbarum ac radicum paullulum. Prouerbiū hortatur ad victum tenuem.

*Πιτταπλόα.*

ATHENEVS lib. 11. commemorat poculi genus quod olim πιτταπλόον dicebatur, quod in publicis ludis adhibebatur. Ephebi quidam cursu contendebant Athenas. Curriebant autem gestantes viteum ramum onustum fructu, qui dicebatur ὄρχος. Initium cursus erat à templo Bacchi vsque ad templum Palladis cui cognomen σικεῖας. Victor in eo certamine capiebat calicem dictum πιτταπλόον. atque ita tripudiabat in chorea. Nomen inditum calici, quod in eo quinque rerum species essent commixtæ, vinum, mel, caseus farina & paullulū olei. Accommodari poterit ad orationem ex vitiis argumētis consarcinatã. Simile quoddam vas erat fictile, quod Græci κέρως appellabant, Baccho sacrum. In eo plures erant rerum species, sed distinctæ cyathulis inter se connexis. Athenæus nominatim recenset circiter sedecim. Vt igitur farraginem dicimus rem variam, atque ex diuersis generibus constatam, ita poterimus vel πιτταπλόον vel κέρως, dicere De copix Cornu dictum esse alias. Nec his dissimile est quod satyram dixere priscei, de quo suo dicitur loco.

*Mores Carico.*

Σχήματι καρκῶ, id est, figura siue modo Carico, fieri dicebatur, quod sordide incompotitèq; siebat, præsertim in rebus obscenis, quod tamen ad alia transferri potest, velut ad mores indecoros atque inciuiles, ad orationem inconditam. Legimus & πλόκος κάρικος. id est, naue Carica.

*Μυστικεφί.*

Μυστικεφί, dicebantur agere, qui dure ac sicce viuerent. Vox ficta videtur à mure & palea, quod mus in re pusilla vehementer laboret: nisi malumus dictū à μύσσα quod est sicco, & μύσος præfocatio, quasi si quis se stuca præfocet. Nam Helychius indicat sic hanc vocem pronunciandam, vt dicitur, ἀκούει vsurpatam autem à Cratino in fabula cui titulus, Horæ. Alii virum quẽpiam μὴ μυστικεφον dictum existimant, qui

ex se quidem nihil venustiorum dicitiorum adferre poterat, sed tamen libenter aliorum dictis adridebat. Et huius nominis mentionem factam, apud Apollophanem Comicum. Torquetur igitur in hominem parcum ac sordidum, aut in frigide iocolum .

Μύτης .

IMPROND O tacitus, aut in Venerem solutior dicebatur μύτης quasi dicas mutitor, à μύ mutorum syllaba, de quo nobis aliam dictum est. Et huius nominis piscis femina quæ sine mare non pascitur. Hinc & in libidinosos aut supra modum vxorios, Rectius autem in vitosas feminas. Auctor He sychius.

Qui inspuerit in cavernam fornicarum, &c.

IDEM indicat vulgari sermone fuisse id est, àς ὁ πύσας εἰς μυρωμένην, οἰδῖν τὰ χεῖρα. id est, Quod qui inspuerit in agmen fornicarum, huic intumescant labra. Hoc seu vere fit, vt ex halitus repercussa virus ali quod adficiat conspuentis os , seu temere creditum, torqueri poterit in eos, qui multitudinem imbecillum quidem sed tamen numerosam, & concordem prouocant. He sychius auctorem citat Dinolochū . Is fuit Comædiarum scriptor . Epicharmi filius.

Nemo sibi nascitur.

HÆC sententia Platonis sic est ab eruditiss omnibus celebrata, vt optimo iure possit inter prouerbia recèseri. Eam primus Plato prodidit in epistola, quam scripsit ad Archyram : Αλλὰ κἀκενο δέει σὲ ἐνθυμειοῦσαι, ὅτι ἐκαστὸν ἡμῶν εἴς αὐτῷ μόνον γέγονεν, ἀλλὰ τῆς γενέσεως ἡμῶν, τὸ μὲν τῆς ἡπατῆρος μερίζεται, τὸ δ' εἶτι οἰγενήσασαυτες, τὸ δ' οἰ λογισαὶ φίλοι, πολλὰ δὲ εἰς τοῖς καρποῖς. δίδονται τοῖς τὸν βίον ἡμῶν καταλαμβάνοντι, id est, Quin & illud tibi cōsiderandum esse, quod quisque nostrum, nō sibi tantum natus est, sed ortus nostri partē sibi vendicat patria, partem parentes, partem amici ceteri. Multa vero dantur & occasionibus, quæ incidunt in vitam nostrā. Adducit hunc locum M. Tullius libro de Officiis primo. Sed quomā, inquit, vt preclare scriptum est à Platone, non nobis solum nati sumus, ortusque nostri partem patria vendicat, partem parentes, partem amici. Quam sententiam cum dilucide, commode & eleganter verterit Cicero, mitamur quare Seneca dicere maluit: Nemo

sibi contigit. Nam videtur exprimere voluisse illud ἐγένετο, sic enim scribit ad Lucium libro 5. epistola 32. Vis scire quid sit, quod facio homines auidos futuri ? Nemo sibi contigit. Videtur enim hoc imputare parentibus, quod non statim expectimus optima. Subiicit enim : Opraauerunt itaque tibi alia parentes tui, sed ego cōtra, omnium tibi eorum contemptum opto, quorum illi copiam. Vota illorum multos compilant, vt te locuplent. Idem studii fuisse videtur Quintiliano, vt omnia secus diceret, quā dixerat Cicero. Quare fit, vt nō raro dicat inelegantius, atque etiā obscusius.

Piræus non fert vasa inania.

IVLIVS Pollux lib. 6. cap. 6. refert hoc ex Aristotele. τὸν περὶ κἀ μὴ κενὰ γυῖα ἄγα. id est Piræum non vehere vasa inania. Piræus portus erat Atticæ. Huc appellabant vasa mercibus onusta. Eodem conueniebāt adolescentens cōiuuium acturi, indicat hoc Antipho in Eunuchō Terentiana: Aliquot adolescentulū coimus in Pirzō in hūc diē, vt de symbolis esse mus, Est eiusdem nominis portus Corinthiacus, vbi consentaneū est maiorem fuisse luxum. Hinc ductum scomma in eos, qui gaudent semper cibo, potuque distendi. Exspende num apud Pol lucem legendum περὶ αἶα .

Cratophlegma .

RUSTICVM & sordidum veteres κερδωφάγον per iocum appellabāt, quasi κερδωοφάγοι. Nam κερδωοφάγοι vocant arboris fici folia . Idē dicebantur βλακωοφάγοι quasi prisco more glandibus viuentes.

S: piens diuinat.

DONATVS in Hecyra indicat prouerbiū esse diuinare sapientem, quod ex coniecturis prudenter collatis colligit verum, non solum de præteritis, verum etiam de futuris, quamquam in fabula, quidem Laches diuinans tota errat via. Cuius tamen coniecturā approbans Phidippus ait : plane hic diuinat, nam i. Reliqua pete ex prouerbio: Qui bene coniectet.

Ικμβίζαν.

Ικμβίζαν prisca dixerunt, pro conuictiari, ac maledicere, voce ducta ab lambe femina insignite maledica: Probabilis est ab lambo pede ductum, qui conuictiis repertus est,

est, impetum ferentis atque impetētis exprimens. In quo congruit & illud, quod à breui orsus desinit in longam, quemadmodum iniuria ex leuioribus initis exit in grauem tragediam, quod indicauit & Hoinerus, ἔτ' ὀλίγη μὲν τὰ πρῶτα. id est, Quæ primum exigua est. Vnde & hominem ad conuiciandum propensum ἰάβυλον appellat. Huiusmodi ferme Suidas & Helychius.

*Testaceum flagellum.*

Κεραμεκὴ μάστιξ. id est, Testaceum flagellum dicebatur ostracismus, de quo nobis abunde dictum est in prouerbio Ostraci conuersio. Flagellum autem vocabant, quod hoc exigenter in exilium, Testaceum, quod testulis soleant ea ferri sustragia.

*Arietis ministerium.*

Κεῖθ' ἀρκονία, Arietis ministerium, Suidas & Zenodorus sic referunt, quasi dici solitum de officio in ingratos collocato. Si quidem aries cornibus ferit pascentem. Helychius ita refert, quasi congruat in eos qui spe cuiusuis præmioli inferuiunt indignis. Cū pueros inuitamus administrum, pollicemuraliquid, puta talos aut nucas. Idem in apologo quoripiam dixit Aries, inunge, dabo tibi talos. Addita stellata in editione Aldina indicat κατέλειψεν esse verbum subdititium, legendum est κατέλειψον ab ἀλείψω. Huius obiter mentionem fecimus in prouerbio: Aries nutritionis præmium. Est aliud in ingratos prouerbium, quod superius à nobis relatum est.

Ἀπὸ δὲ βενεσίνης ἀγαμέμνονα δῖσαν ἀχαιοί. i. Pro benefactis vixerunt Agamemnona Graii.

Reperitur citatum citra auctoris titulum. Interim in scholiis Græcanicis inuenitur: in porticu Stoæ, que varia dicebatur, & regis, complures fuisse Mercurii statuas, partim à plebeis, partim à principibus positas: una erat ex his quæ carmen hoc insculptū habebat antiquis litteris. Hinc venit in prouerbium. Hoc quidquid est suo loco erat addendum, sed iā ea charta exierat inanus.

*In tuum ipsius caput.*

QUOTIES in auctore mali malum retorquetur aut recidit, Græci dicunt: Εἰς τὴν αὐτῆς κεφαλὴν. Demosthenes in oratione, πρὸς

παρρησιαίς, διὲν τὰντα συνήχεται τὸ ἢ κατῆρτο τῷ πατρίδι. ἃ νῦν οἱς κεφαλὴν ἡμῶν ἀντὶ δ' εἰς τῆς φωνῆς. id est, Hæc igitur obtulit iste, patriæque imprecabatur, quæ nunc vos oportet in ipsius caput vertere. Ita Ctesippus in Enthydemo Platonis: εἰ μὴ ἀγροκότερον ἢ ἐπ' εἶν, εἰ π' εἶν ἄν σοι εἰς νοκεφάμην. id est, Nisi dictu rusticius esset, diccrem, tibi in caput. Nam sophista collegerat, eos procurare interitum adolescentis qui vellent eū doctum euadere, cum nōdum esset doctus nam perire quod desinit esse quod erat, & incipit esse quod non erat. Ita Maro:

- Quod dii prius omen in ipsum Conuertant.

Apud Aristophanem in Pluto Penia rationatur si omnes homines ditescerent, forte vt Chremylus ipse cogreretur arare, sode re reliquosq; labores exhaurire vt iam afflictior viueret diues, quā antehac vixera pauper. Cremylus autem memor laborum, quos in paupertate pertulerat, abominatur hoc verbum, & in Peniæ caput reprecatur, dicens: εἰς κεφαλὴν σοί. id est, in caput tibi: vt subaudias, recidat. Celius ad M. Ciceronem, lib. 8. At Domitius cum manus ad os opposuit, te ad 9. Kalend. Iun. subrostrari, quod illorum capiti sit, dissiparant perisse.

*Iracundior Adria.*

QUI moribus parum est commodis, & iritabili ingenio. Adriæ comparatur prouerbio. Ita Flacci amica, qui cum seccrat diuortium,

Tu leuior cortice, & improbo Iracundior Adria.

Ipse fateretur se libiracundo fuisse ingenio. Irasci celere, at sic vt placabilis essem. Item in satyra cuius initium, iam dudum ausculto. Aeschines in Demosthenem, dicit eū moribus fuisse adeo asperis & instantibus, vt cum Adria facilius sit habere commercium quam cum illo: non quod illud mare sit ceteris sænius, immo vix aliud mitius: sed ita visum est nōnullis, qui si nauigassent mare Britannicum aut Daniæ, faterētur Adriam indignum esse maris vocabulo.

*Bos marinus.*

Βὸς ἐνάλιος, id est, Bos maritimus, de magnis, insulsis & ad nihil vtilibus, quales sunt phocæ,

et, tantum pascentes, nec operi, nec cœui vti les, contra quam boues terrestres. Refertur à Suida. Suspiciamur, autem legendum βῶς ἰσχυρῶ, vt sit idē quod mox sequitur βῶς ἰσχυρῶ καὶ ἐν. id est, bos in stabulo sedes. Sic enim refertur in collectaneis Tarrhæi ac Didymi. Estque hemistichium Iambi cœi trimetri.

*Bos in stabulo.*

βῶς ἰσχυρῶ. id est, Bos in stabulo, dicebatur inutilis & in ocio vitam agens. Helychius indicat à Cratino dictum in fabula, cui titulus: Deliades, quamquam huius alibi meminimus.

*Canis ad cibum.*

κῆν ἐπὶ σῆτον. id est, Canis ad cibum. De iis qui in suum properant exitium. Qui canē voluit occidere, cibo ostenso adiciūt. Helychius indicat hoc esse simile: βῶς ἐπὶ σφαγῆν, καὶ ὄν ἐπὶ δόμας, id est, Bos ad macatio nem, & sus in vincula.

*Bos in quadra argentea.*

βῶς ἐπὶ πῖνακῶ ἀργυρῆ. id est, Bos in quadra argentea, In eos qui personam sustinent, officium aliquod egregium pollicentem, nec vlli tamen sunt vsui, nisi ad volupratē aut fastum. Simillimum est illi, quod alibi restulimus: Bos septimus, Olim apponebantur bellaria, sic efficta, vt nouæ lunæ cornua præ se ferrent, quod luna nascens ac desinens cornuta videatur. Quin & lunæ dicebantur huiusmodi bellaria. Qua de re Suidas citat epigramma non inelegans:

βῶς βῶς ὑπὸ πύργων αὐλικῆς γῆς ὄτρεμας,

Ἄλλ' ὡς πύργου ἀγέρτης ἀνικλήεις:

βῶς ὄχι καὶ σὺ πρὸς νομάς ἀποτρέχεις

Ἄλλ' ἀργυρῶν ἐδωλοῦ ἔσικας τρεῖς,

Ἐσικα πῶ σὺν ἐλελέγγων ἀργύων. id est,

Qui nam sit, vt bos cum fies, aruum haud ares,

Sed ebrii in morem recumbis rustici?

Quin hirce tu quoque curris hinc in pascula,

Sed potius hic imago stas argentea?

Hic sto, tuam redarguens inertiam.

Meminit huius bouis Iulius Pollux lib. 6. ca. 11. demonstans hoc cibi genus inferri solere Apollini Dianæ, Hecatæ, & Lunæ. Franguntur & hodie variz animantium species in bellariis. Huic non dissimile est,

quod Galli vocant regem chartarum, qui titulo verius, quam opibus rex est.

*Accipia candela.*

ΔΙΡΗΤΙΛΥΣ apud Athenæum lib. 15. in fabula cui titulus: ἀγροία, Ἀψαυτῶν λιχὺς λιχὺς ἦτον ἐκτρεῖται. id est, adrepta candela, candelabrum querebamus, cum res improuide geritur, oportuit enim candelabrum esse paratum, antequam can delam attingeres.

*Vacuam inhabitare.*

Κενῶ ἔγκατοικῶν δόμα. id est, Vacuam habitare domum dicuntur, qui speciem rei magnificam ostētant, cū ipso bono vacui sint. Plato trimetrum citat, haud dubium, quin vulgo iactatum, quandoquidem auctoris nomen tacet: καὶ ἄσκησ ὁ πόθεν δόξεις φρονηῶν, ἄλλοις τὰ κομψὰ ταῦτα ἀφείς, εἶτε λιχῆμα τὰ χεῖρ φάτω εἶνε, εἶτε φλυαρίας, Ἐφ ὠν κροισιν ἔγκατοικῆσας δόμοις, ἡλῶν χη ἐλέγχοντας ἀδύρας τὰ μικρὰ ταῦτα, ἀλλ' οἷς ἐστὶ καὶ βίῃ, καὶ δόξῃ, καὶ ἄλλα πολλὰ ἀγαθὰ. id est. Eaque exerce vnde cum que videberis sapere omiffis istis ad ostentationem facientibus, siue deliramenta ea vocari decet siue nugas,

Ex quibus inanes incolas tādē domos, neque magnificas viros, qui hæc minuta redarguūt, sed illos potius, quibus adest res familiaris, & honesta fama, aliaq; multa bona. De vacuo gratiarum scrinio diximus alias.

*Στυπῶσαι.*

Στυπῶσαι est alterum asperis cōiitiis incesfere. Athenis erat festum quoddam, in quo ius erat disteriis & conuitiis in alios ludere. Vnde στυπῶσαι, dici cœperunt, qui liberius in quempiam debacchabantur. Festo nomen erat στυπῆ, στυπῶν enim proprie dicitur, quod asperum auribusque molestum est. Ita Helychius & Etymologus. Simile illi, de plaustro loqui.

*A sexaginta viris venio.*

ATHENIENSES mire delectabantur iis, qui risum dictis aut factis mouere norūt, adco vt ad hoc in diomeo, aut heracleo sexaginta conuenirent, qui in ciuitate nominabatur sexaginta viri, quemadmodum nos dicimus duum viros, trium viros & decem viros, magistratum significantes, vt si quid ridicule dictum esset, vulgo ita loquerentur



τὴν δὲ ἑξήκοντα ἔτη ἄπεν. id est, Sexaginta viii hoc dixerunt, aut ἀπὸ τῶν ἑξήκοντα ἔχουσι. id est, à sexaginta viris venio. Refert Athenus lib. 14. Erat Athenis tribus quæ dicebatur *Διομῶν*, à Diomo quodam Colyti filio, vnde *Διομῶν*, vt ex Helychio licet coniectere. Poterit per ironiam dici in dictum illepidum, & agreste, dictum sexaginta viris dignum: aut in stulte dicacem, hic nobis venit à sexaginta viris.

#### Capite gestare.

Quos tenere amamus, capite gestare dicimus. Plato lib. 6. de Reipub. 10. καὶ ἐπὶ πάντων τῆ σοφία ἄνω σφόδρα φιλοῦται, ὥστε μόνον δὲ ἐπὶ ταῖς κίβησιν περιφέρεισιν αὐτὸς οἰετῶροι. id est, Et huius sapientiae gratia tam vehementer amantur, vt amici tantum non eos in capitibus circumferant. Translatum apparet à matribus ac nutricibus, quæ infantulos cunis impositos, capite portant. Simili figura Cicero dixit: Oculis ferre, pro vehementer amare: & in sinu ferimus, quos singulari affectu prosequimur.

#### In frigidum sursum p. nes inmittere.

Ἐπὶ ψυχρὸν ἰπὸν τῶν ἀρετῶν ἐπιβάλλειν. id est, in frigidum suum inmittere panes dicuntur & hodie, qui docet indocilem, qui monet auesum, aut qui alioqui sumit inane operam. Refertur apud Herodotum lib. 5. cui titulus Terpsichore. Consultis manibus Melissa apparet, negavit se indicaturam, vbi reconditum esset depositum, cum ipsa algeret nuda. Nihil enim sibi profuisse vestes, quibuscū fuerat sepulta, quod nō essent exultæ. Astruxit fidem suis dictis hoc indicio: ὅτι εἰς ψυχρὸν τὸν ἰπὸν περιένδρῳ τῶν ἀρετῶν ἐπιβάλλει. id est, quod in sursum cum frigeret, Periander ingessisset panes. Hoc ænigma solus Periander renunciatum intellexit, sibi conscius, quod cum exanimi coierat. Hoc ad proverbii sensum opinamur esse satis, quo nobis licet casti, ac verēcundius vti.

#### Mercurio dextro.

HELYCHIUS indicat veteres in iactu quodam solere omnis gratia præfari Mercurium, quemadmodum in conuiuio, ἀγαθὸν δέμαον, καὶ εὖ τὸς σωτήρα, de quibus suo dictum est loco. Idem indicat in sortibus duccendis, primam sortem dici solere Mercuri-

rium. Per iocum vsurpare licebit vbi quid aggredimur noui. Qui de summa periclitantur, dicuntur, omnem iacere aleam, qui primum teutant aliquid, dici possunt Mercurium teccere. Iulius Pollux lib. 6. c. 9. indicat in κρεῶν ομίαν, id est, carnum partuone, primam carnum portionem ἐμὲ κλίρον, i. Mercurii sortem appellari solere.

#### Ne Mercurio quidem credere.

STRABO lib. 2. de narratione parum probabili: ἂν ἔδιδεν τῷ ἐμῷ πρὸς οὐκ τις λήγοντι. id est, quam ne Mercurio quidē credat aliquis narranti. Tametsi locus mēdosus est vt sunt pleraq; in hac prima editione. ἄλλ' sine controuersia legendum est. Proprie cōueniet in eos, qui longinquis peregrinationibus circumacti, narrare solent prodigiosa. At viatorū deus habebatur Mercurius.

#### Mercuriale.

Ἐμῶν Cræci vocabant lucrum præter expectionem oblatum, à primitiis quæ olim in viis ponebant Mercurio. iis viatores vescebantur. Alii malunt ductum ab acernis lapidū, quos in itineribus ambiguis Mercurio sacros ponebant: Sicut qui mittit lapidem in acernum Mercurii, ita qui tribuit insipienti honorem: quamquam hic varie trāslatus est Græcis. Quidam ita sunt interpretati: ὅς ἀπεδίσηθεν λίθον ἐν σφινδόνῃ, ὁμοίως ἐστὶ τῷ εἰδόντι ἀφρονὸν δόξαν. id est, qui religat lapidem in funda, simulis est tribuenti stulto gloriam. Alii pro hermao verterunt πολυάνδραον qui locus est multorum sepulcræ destinatus, & lapidem accipiunt non quoduis saxum, sed gemmam. Nec multum inter se discrepant, qui verterunt polyandrium, & qui hermaum, Nā & sepulcra plebeiōrum habebant congeriē lapidum, vnde illud Maronis:

Monte sub hoc lapidum regitur Ballista sepultus.

In locū sordidum, ac funestum, stulte mittas gemmam. Non enim ornat locum, sed sordidatur a loco. In Hermæum vero si mittas quemuis lapidem, nihil est gratæ. Nec enim extat in turba lapidum, singulorum officium: si gemmam, multo stultior es. Sed illorum est argutissima sententia, qui verterunt fundam. Non enim tantum perit officium tuum, sed in tuum malum re-

litis

silite veluti si stulto lapidem innectas fundis, dedisti quo te feriat. Verum hæc non sunt proprie huius instituti. Suidas citat hæc absque nomine clatura: Οὐ κατὰ τὸς ἄλλας ἀγαπίσας τὸ ἔργον ἢ δὲ οὐκ ἄρα μὲν ἠδ' οὐκ ἔστιν ἐκὼν πρὸς ἑαυτὸς ὅτι τὴν ἐπινοήσαστο. id est, Nō iuxta ceterorum morē captus amore lucri, nec arbitratu se nihil peccare, si volens à volente quiduis mercatus esset. Idem refert hanc sententiam tacito item auctoris nomine: Ἐργὸν ἐστὶ τῶν κακοῦθων ἅπας ἐπιτηκίς. id est, Luctum est improborum, quisquis est humanus, ac modestus. Bonorum enim lenitas, inuitat malorum audaciam. Refert & illud ex Damasceno ut apparet: καὶ ἐδόκει ἔργον ἐν τετυχέναι, ὁμοί περὶ τῶν. id est, Videbatur sibi in hermetum incidisse, quisquis in me inciderat. Recreat enim viatorē, vbi dubius de via reperit aceruum Mercurii. Idē aceruus dicitur λόφος ἔργων. id est, cumulus siue collis Mercurialis. Philostratus in Sophistis Hermetum appellat thesaurum in ædificio reperitū, & alias pro insigni lucro forte obiecto vsu rpat.

*Filum neuisti, & acu opus est.*

PROVERBII faciem habet versiculum ut apparet anapesticus, quem Iulius Pollux libro decimo refert ex Herimippi satis:

Ῥάμμη ἐπίκλισης, προσδῆι, καὶ ἐκφίδης. id est,

Filum ductum est, opus est & acu. Cum significamus non satis esse percipisse, nisi pari industria perficias. Didicisti artem, superest exercitatio. Didicisti grammaticā, restat dialectica. Didicisti factas litteras, restat bona vita.

*Caluus cum sis.*

GREGORIUS Theologus ī epistola quadam ad Eūstochium sophistam, quem laeserat: καὶ ἔδ' ὅτι τῆς περιστάσεως τῆς ἐπινοήσεως ἐπεὶ δὲ ἐν φαλακρῶν κατὰ κριτὴν μὴ συζῆσαι ἀπὸ τῆς ἀπορίας, μὲν τὴν σφικίαν κατ' ἔμμεν τῆς γλώσσας πρὸς τὸ κενὸς λῆγειν ἐτομοτέρων. id est, Ac nō saltem a proverbio plebeio didicerim, cum sim caluus non obuersa fronte obnuere arietī, neque vesparum nidum in me prouocare, nimirum linguā ad maledicendum quam ad benedicendum promptiorem. De non irritandis crabronibus di-  
Quam est alias.

*Argenteus puteus.*

Φρίαρ ἀργυροῦ. i. Argenteus puteus. Athenus lib. vndecimo, iudicat olim ingens poculum dici solum puteum argenteum: nā cyathi pusilli erant. Sunt & hodie qui delectantur e profundis poculis haurire, atque ut inquit ille, proluere labra, habentes in ore prouerbiū: Multa aqua ori admota probe macerari barbam. Iocus est à tonsoribus, qui rasuri prius calida macerant barbam.

*Malo asino vehitur.*

QVI BVS res sunt parum secundæ, mala asella vehi dicuntur ἐπ' ὄντος ποικίλης δόξης. Suidas ceu prouerbiale refert, in dictione πονηρός. Felices enim eximii equis insidere gaudent, quo celerius perueniant eo quo volunt, nec inficite iacietur in hominē parum feliciter coniugatum.

*Allium in retibus.*

Σκόροδον ἐν δίκτυοις. id est, Allium in retibus, de sordido comœatu dicebatur, hinc natum, quod Attici, quoties nauigationem, aut expeditionem adornabant, commercabantur allia, eaque retibus imposta secum ferebant. Item in obsidionibus urbium in precio erat allium, vnde illud citra nomen claturam apud Suidam, ἀπὸ λαμμοῦ τὰ σκόροδα ποροῦντος. id est, Perdo allia in obsidione. Thraces præcipue delectantur alliis, vtpote calidis, cum regionem inhabitent frigidam. Quin & hodie nautarū delicias sunt allium, non ingratus & rusticorum cibus, vtcumq; execratus Horatio. Locus erit adagio, si quem admonetas, ut philosophiæ studium aggressurus, parat sese ad frugalem vitam, ad vigilas ac labores, sine quibus nō paratur eruditio, σκέρδεον ἐν δίκτυοις.

*Sybaritici sermones.*

Συβαριτικοὶ λόγοι, Helychius narrat ἀκούσθαι quempiam, Sybaritā opinamur, apud Grecos summo studio incubuisse, ut orationis quoque genus haberet lautum & opi parū: vnde iocum prouerbiale ortum, ut oratio nitidior & accuratior, Sybaritica diceret. Ea solet carere fide. Nā veritatis simplex ac brevis est oratio: talis enim solet hoīs oratio esse qualis vita. In exēplo sunt Meccenas

F ff & Apu.

& Apuleius ille deliciis effeminatus, hic Aferet magus. De Sybaritarum apparatu dictum est in proverbio Sybaritica mensa.

*Maturior moro.*

**Πεπαιτερος μόρος.** De Heclore Aeschylus in Phrygibus ita loquitur apud Athenarum libro 2.

*Λιγέ δ' ἐκείνος ἢ πεπαιτερος μόρος.* id est, Porro vir ille, erat moro maturior.

Dici potest vel in hominem miti ingenio præditum, vel in mollem, vel in vehemēter propensum ad aliquid, velut in virginē nupturientem. Addit ex Nicandro huius arboris fructum primū omnium apparere. Ad dicitur & huic arbori vellicatio, ad maturitatem. Opinamur fici genus esse, cum scribitur per omicron, *μόρος*.

*Flos cinis.*

**ΔΙΥΝΣ** Augustinus libro aduersus Petilia ni litteras 2. cap. 62. irridens quod aduersarius iactaret, quod suorum animabus impletum esset cælum, corporum memoria terra floruisse, respōdit: Sane de corporibus eorum multorum terrarū flores videmus, sed sicut solet dici, flos cinis. Donatistę suos qui sibi manus attulissent, qui ve prouocaf sent alios vt ab eis occiderentur, ni mallent occidi, in numerum martyrum referebant, eorum monumenta frequentantes: vnde flores illos cinerem vocat. Dici solitum videtur in fugacitatem humanę vitę. Hodie floret inuentus, cras erit in sepulcro.

*Homo semper contradicens.*

**ΓΑΛΕΝΟΣ** libro quo refellit Iulianum quemdam calumniantem aphorismos Hippocratis, refert hanc sententiā, vt vulgo celebratam: οὐδὲν ἐστὶν ἀπειρατολογώτερον ἀνθρώπου. id est, nihil est pertinacius ad contradicendum, quam homo: ἀπειρατολογία est vitium quo quis garriendi finem nescit facere. Conuenit in eos, qui nunquam fatentur se victos. Hoc vitio maxime laborant stupidi, & imperiti.

*Insanire cum insanientibus.*

**ΤΟΙΣ ΜΑΡΟΜΕΝΟΙΣ ΣΥΜΜΑΙΝΕΩ.** id est, Cum insanientibus insanite dicebatur, qui se moribus quorumlibet attemperabat. Vsurpauit Galenus lib. πρῶτη φυσικῆ διστάσιων I. Ἐπει

δ' ἰκανῶς ἢ δολιχῶς κλίμῃ οὐκ ἰκόντες ἀλλ' ὡς ἢ παρομία φησὶ, μαρομένοις ἀνεγκραδίεντες συμμαίνεσθαι, πάλιν ἐπὶ τῷ τὸν οὐρανὸν ἐπανελάβαιμι δ' ἰώρισιν. id est, Postquam iam autem satis magni sumus haud sponte, sed iuxta prouerbum, coacti cum insanientibus insanire, rursus ad vrinarum discretionem reuertamur.

*Callipygos.*

**ΚΑΛΛΙΠΥΓΟΣ** dicebantur eleganti forma præditz. Athenæus libro 12. ad huiusmodi fabulam refert originem prouerbii. Dux sorores rustici cuiusdam filię, de formę præstantia inter se decertabant in via publica. Adcessit adolescens, qui formas admiratus, patri sem ostendit. Is maiorem præferens, eius amore captus est. Profectus in urbem, lecto cœpit decumbere. Morbi causam exposuit fratri natu minori. Is rus profectus, cōspectis puellis, minoris amore correptus est. Pater virginum collocat eas huius filijs, quas ciues ob insignem formam appellauerunt *καλλιπύγους*. Harum opibus extructum est Veneri templum, quam & ipsam a puellis dixere *καλλιπύγους*. De quibus Cercidę Scanzontem citat.

*Νῆ καλλιπύγων ζῆλος ἐν συρακούσας.* id est, Par callipygon quondam erat Syraculis. Eisdem appellant *πυγῆρας*, vt alibi diximus, in prouerbio *ἀβκίπυγους*.

*Quod volumus sanctum est.*

**ΔΙΥΝΣ** Augustinus lib. contra Cresconium grammaticeum 4. Non iam vt vetus prouerbum fertur, quod volumus sanctū est, sed etiam quando volumus, & quandiu volumus. Alibi, ni fallimur, citat ex Ticonio Donatiano. Est hemistichium carminis heroici.

*Ne crepitu quidem digiti dignum.*

**ΑΘΗΝΑΙΩΝ** libro 12. de Sardanapali epitaphio loquens: καὶ τελευτήσας δ' ἐκινύσθη ἐν τῷ μνήματος τύπῳ τοῖς δακτύλοις, οἷς κατὰ γέλωτις ἐστὶν ἄξια τὰ τὸν ἀνθρώπου πρᾶγματα, οὐκ ἄξια δ' ἄντα ψόφου δακτύλων. id est, Et mortuus declarat in monumenti statua digiti, quā deridiculę sint res hominum, ne digitorū quidem crepitu dignę. Mox Aristobolus apud eundem indicat Sardanapali sepulcro impositam fuisse statuā, dextere manus digiti ea specie compositis, qua solemus edere crepi-

recepit. Et gestus is, & prouerbium in hodiernum vsque diem manet apud nostras, cum aiunt ne huius quidem facio.

*Coriaceum auxilium.*

*Ξυρήν ἐπιχυρίαν.* id est, Coriaceum siue Pelliscum auxilium apud Atticos infirmum & imbecille dicebatur. Refertur apud Helychium. Athenæus libro 12. indicat dictum in quandam Sannyrionem macilentum, quod præter pellem nihil haberet. Apud eundem lib. 13. Antiphanes philosophus macilentos notans: *μετὰ σοφιστῶν νύθια λεπτῶν, ἀσίτων, σκυτίνων.* id est, Cum sophistis per Iouem macilentis, impastis, pelliceis. Tales erant olim philosophi.

*Tanagrus cecus.*

**Οὐδὲς νμ,** ac prægrandi corporis mole ταναγραζῶν κῆτες, appellabant, a Tanagra βροτίεσι ciuitate, quam Homerus γρωῶν vocat, Lycophron Pœmandriam appellat, maritimam, ad quam delatus cecus immani magnitudine prouerbio locum dedit. Refertur ab Athenæo libro 12.

*Legatus non ceditur, neque violatur.*

**SCHOLIASTES** in Iliados quartū refert hoc prouerbium: *πρὸς βυβὸν οὐ τύπτεται οὐδέ ὀβελίζεται.* id est, Orator nec percutitur, nec violatur. Quod præconum genus olim habitum fuerit sacrum. Id iure gentium receptum est, vt legati publica fide veniant & redeant inuiolati, etiā si perferant atrocita: quales erant olim faciales ac patres patrati. Nunc in mediis etiam bellis caduceatoribus parcitur. Desecti poterit ad bene mouentem, siue recta consulentem, siue concionantem libere. Legatus est, refert mandata sui principis, aut agit negotium publicum, non est fas illi vim admouere.

*Herculani lecti.*

*Ἡρακλεῖοι εἴρωμαι.* id est, Herculani lecti, dicebantur molles ac delicati. Testis est Athenæus libro 12. quod dictum mirum est, cum Cynici sibi vindicent Herculem. Sed is, qui hæc loquitur apud Athenæum, hoc agit vt persuadeat Herculem mollem, ac voluptariam egisse vitam: ceterum quæ de illius laboribus feruntur apud poetas, mera esse signa. Sic homines blandiuntur suis vitiis.

*Ἀποσυνίται.*

**ATHENÆVS** libro 12. narrat, quod Scythæ, cum multis calamitatibus premerentur, plusum, ac delicias omnibus populis, quibus imperabant detondebant comā: vnde ceteri rasuram ignominie ludibriique causa factam, appellabāt *ἀποσυνίται.* Quæ res atrocis belli causa fuit. Conueniet in quosdam asperis moribus, quibuscum vix quitquam, habet commercium, nisi discedat cum ignominia.

*Macilentior Leotrephide.*

*Λιπτότερον λιωτρεφίδος ἢ θαυμαντίδος.* id est, Gracilius Leotrephide ac Thaumantide. Leotrephides insigni macilentia corporis comitorum salibus locum dedit, in quem Hermippi versus refertur apud Athenæum libro 12.

*Οὐβουὸν βυβίδια*

*Λιωτρεφίδος λιπτότερον καὶ θαυμαντίδος.* i. Immolant nunc buculas

Exiliores Leotrephide ac Thaumantide. Notatus est à multis & Cinesias poeta, procerus, sed tam gracili corpore, vt corticibus arborum circuncincherit ne insecteretur, ob id ab Aristophane dictus *φιλίμιος.* Nobilitatus est & Phileta poeta, qui globos plumbeos pedibus addebat, ne ventis abriperetur. Tanta erat corpusculi tenuitas. Congruet in homines exiles ac prætenues. Iucundius erit, si transferatur ad inopiam ingenii, aut dictionem aridam, iciumam & exanguem.

*Cape nihil, & serua bene.*

*Λάβε μὲν καὶ κράται καλῶς.* id est, Cape nihil, & serua bene. Videtur in eos dictum, qui cum doceant friuola, tamen iubent auditores meminisse. Galenus de Platonis & Hippocratis placitis libro 3. *ἔτω γὰρ μόνος ὁμοῦ παθῆσι πᾶσι τὰ κατὰ τὴν περὶ σοφίας λεγόμενον ὑπάρχεν αὐτῷ. τὸ λάβε μὲν καὶ κράται καλῶς.* id est, Siquidem hoc vno modo persuadebitur, quod adsit illi illud prouerbii, Cape nihil, & serua bene. Congruet in doctrinā inutilem, ac falsam.

*Μυσοβία.*

**ET** hodie vulgo dicuntur *μυσοβία,* id est, muscarum abactores, qui friuolis officiis cuiuspiam obseruiunt, quod a Persarum deliciis natum

indicat Athenæus libro 12. qui in cōiuiuis *μιοσοβίας*, adhibeant, quod nuuc apud Italos plebecium est. Et *μιοσοβίη* est abigere muscas, quod quadrabit etiam in illos qui tenere amant quempiam, vt minimo etiā illius incommodo offendantur, vt conueniat cum illo quod alibi retulimus ex Homero:

Ως ὅτε μήτηρ

Ἰωδῶς ἐίργει μύϊαυ ὀβιδί' ἰλίλιζται ὕπνῳ. i.

Non secusatque genitrix.

Mulscam arceat puero somno mulcente cubanti.

*Miserior monomachis.*

NON caret prouerbii specie quod ex Posidippo Comico refert Athenæus libro 4. τῶν μονομαχῶντων ἀδλιώτερος. id est, miserior his qui monomachiam exercent. Nā hi durissimā lege committuntur, vt aut alter aut vterque pereat. Carmen sic habet:

Ὅ μὴ πικρὸς κῶς εἶδεν ἐὼρακιν κακόν,

Τῶν μονομαχῶντων ἐσμὲν ἀδλιώτεροι. id est,

Vidit mali nil, nauigandi qui est rudis,

Ipsis monomachis miseriores nos sumus.

Hos Latini vocabant gladiatores, quo spectaculo cum nihil possit immanius esse, tamen olim Romanis erat in deliciis. Lepidius fiet, si transferatur ad contentionem cum homine improbissimo susceptam, qua si pugnam dicas gladiatoriam.

*Zenonum est & lentem coquere.*

ΤΙΜΟΝ Phlasius apud Athenæum lib. 4. καὶ ζῆναιον γέ φακὴν ἐκόν. id est, Zenonis est & lentem coquere. Zenon Stoicorum princeps fuit, qui docet sapientem omnia recte facere, nec referre quid agat, sed in minimis pariter ac maximis sapientem esse sui similem. Ex quo consequitur, ad lenticulam recte coquendam opus esse sapientia Zenonis. Natum ex Apophthegmate qd̄ refert Diogenes Laertius. Cum enim Zenon dissereret sapientem omnia recte facere, quidā irridens obiecit, Igitur & lenticulam recte coquit. Zenon annuit, & collectionem approbavit. Serio licebit vti, cum dicemus esse viri boni etiā in rebus minutissimis sui similem esse: aut egregium artificē, in quacumq; materia declarare qualis sit artifex.

*Olinam ne comedat.*

ΚΛΥΣΙΡΡ. apud Athenæum libro decimo, in opere. τῶν τῆ καλῆ tradit huiusmodi

di sententiam, μή ποτε ἐλαίω ἐδὶ ἀκνίωφ ἔχων χειμῶνος ἄρα, id est, Ne quando comederis oleam, cum habes vrticā hyberno tempore. Opinamur illum sentire de herba, nō de pisce. Nec vsum adagii videmus, nisi si quando significabimus extremā viciū patrimoniam, vt nec vrticā quidquam adhibeatur condimenti. Mox subiicit, βολβοφακὴν velut delicias, cibi genus vt Græca ὄρα indicat ex bulbis & lenticula confectū. βολβοφακὴν, βολβῶ, βολβῶ, Vrtica calida est, sed minoris constat quam oleum. Subindicat autem æstiuis mensibus nec oleo nec vrtica opus esse.

*Olla lenticulam attingit.*

ΕΡΙΧΑΡΜΥΣ apud Athenæum eo quē modo citauimus loco, χύτρα δὲ φακίας ἔφετο. Sed olla lenticulam attingit. Conueniet in eos, qui vehementer propensi sunt ad aliquid, velut huc nati, vt vltro nulla data occasione se conferant ad id quod appetunt. Olla fictilis videtur amare lentem, ac veluti vltro venire ad lentem. Simile illi, quod alibi retulimus: Ipsa olera olla legit, & equum in planiciem.

*Qui non zelat.*

ΔΙΥΥΣ Augustinus aduersus Adimantum cap. 13. indicat vulgo iactatum, qui non zelat non amat. Quod sane & hodie fertur, cum negant illic esse amorem vbi non est zelotypia. Verum est ex amoris vehemētia nasci zelotypiam, sed eadem interdum nascitur ex inopia mentis.

*Lens deus.*

ΑΡΥΔ Athenæū libro quarto refertur hic trimeter, vt apparet prouerbialis: φακός σὶ δ' ὠμων, καὶ φακὴ τύχη λαβοί. id est, Te lens deus corripiat & fortuna lens. φακός dicitur lens cruda, φακὴ cocta, vt indicat etymologus. Conueniet quoties eadem ad fastidium iterantur. Dæmon autem Græcis fortunam sonat, vnde cacodæmones dicuntur infelices, & idem sonat, τύχη, nec interest nisi qd̄ dæmon est mas, τύχη femina.

*Trabs in omnibus.*

ΔΟΚΟΣ δ' ἐπὶ πᾶσι τίτκται. id est, Trabs in omnibus facta est. Videtur hemistichium ex poeta quopiā, quo significatū est, nihil esse

tam certum quin obset scrupulus, cogens nos ad exactiorem rei cōsiderationem. Por-  
 τὸ Græca vox δ' ἄκρ' anceps est ad trabem,  
 quam δ' ἄκρ' malunt sonare, & ad conside-  
 rationem, quam δ' ἄκρ'. Notum est illud So-  
 cratis φηστικόν, id est, sollicite cōsidera. Di-  
 uerbiūm refert Galenus de Differentiis pul-  
 suum libro 3. Translatum apparet ab ara-  
 tione, quam difficilem reddit trabs subinde  
 occurrens in aruo profcindendo.

*Ex libro gubernatores.*

**GALENUS** in libro, quē conscripsit de suis li-  
 bris. ΑΛΛ' οἱ μὴ μακρότερες παρὰ διδασκαλίας, ἐπι-  
 κότες, κατὰ τὴν παροιμίαν, τοῖς ἐκ βιβλίου κυβερ-  
 νήταις ταῦτα ζῆτεσι. id est, Ceterum qui nō  
 didicerūt sub praeceptoribus, sed iuxta pro-  
 uerbiūm similes sunt gubernatoribus ἐ li-  
 bro, istiusmodi quæruntur. Idem libro de Cō-  
 positione pharmacorum tertio : ἑοικὼς τοῖς  
 κατὰ τὴν παροιμίαν λιγόμενοις ἐκ βιβλίου κυ-  
 βερνήταις, id est, Adsimilis iis, qui prover-  
 bio dicuntur gubernatores ἐ libro. De mu-  
 tis magistris alibi dictum est.

*Fractibus auribus.*

**GALENUS** contra Thrasybulum : ἄν ἐστὶ τα-  
 ῖαν μακρὰ ταυτὶ συγγράμματα, καὶ ὑπὸ τῶν τῶν  
 ἄτακτα κατεργάτων περιφερήματα. id est, Quorū  
 sunt admirandi isti libri, qui circumferun-  
 tur ab his fractas gerunt aures. De pugili-  
 bus, ni fallimur, sentit, qui postea facti me-  
 dici scribūt libros: aut potius de libris im-  
 peritorum medicorum, qui leguntur à pu-  
 gilibus, qui solent habere laceras aures no-  
 te suum, oculos sugillatos, totam faciem tu-  
 beribus notaram, ex arte quam exercēt. Ga-  
 lenus enim crebro de stomachatur in athle-  
 tarum genus. Vfus est hoc adagio Plato  
 in Gorgia, nec satis liquet quo sensu.  
 Etenim cum Socrates dixisset se audire, quōd  
 Pericles reddidisset Athenienses deteriores,  
 pimum ignanos ac timidos, loquaces &  
 anaros, vt primus mercenaria stipēdia in-  
 stituisset: Callicles respondet: τῶν τῶν ἄτα-  
 κατεργάτων ἀκούς ταυτὰ ἃ σώματις. id est,  
 Ab his qui aures habent fractas audis ista  
 ο Socrates. Sentit de athleticis & barbaris,  
 quibus ignaui videntur à militari ferocia  
 alieni. Hanc coniecturā nostrā tantisper va-  
 lere volumus, dum aliquid adferretur explo-  
 ratius. De perforatis aurib' dictū est alias.  
 Conueniet in homine in pugnacem, & vt  
 no tantem multos, ita notatum à multis.

*Coruus albus.*

**DE** raris inuentu dixit Iuuenalis:

Coruo quoque rarior albo.

Ammiānus in epigrammate:

Θάπρον ἔνν λευκὸς κίρκος πτωχὸς τε χερότερος  
 ἔνν. id est,

Aut albus coruus prius, aut testudo volu-  
 cris,

Inuenietur.

Galenus libro, πρὸ φυσικῶν δ' ἠνωμένων pri-  
 mo, taxans Lycum quendam qui uoc Erasistratum  
 sequeretur, nec ipse uerum adfere-  
 ret, ait: ὡς ἂν ὁ λύκος ἐστὶ ἀλλήν' λέγων φάσκει  
 ἔτε ἔρασις φάσκει. λευκὸς τὸίνω κατὰ τὴν πα-  
 ροιμίαν ἔοικε κόβασι, μήτε αὐτοῖς τοῖς κίρκου ἀ-  
 ναμιχθῆναι δ' ἠνωμένω δ' ἰὰ τὴν χερόαν, μήτε τῶν  
 γερύστρων δ' ἰὰ τὸ μέγιστος. id est, Itaque Ly-  
 cus, dum palam est eum neque uera loqui,  
 neque eadem cum Erasistrato, similis uide-  
 tur albo coruo, qui nec ipsi coruis admisce-  
 ri possit ob colorem, nec columbis ob ma-  
 gnitudinem. Conueniet in hominem sui  
 ingenii, & alienum à sensu communi. Sūt  
 enim quos pudet vsquam cum quoquam  
 consentire, quasi nihil uerum sit, nisi diuer-  
 sum sit.

*Asino fabulam.*

**GALENUS** πρὸ φυσικῶν δ' ἠνωμένων libr. 3.  
 τοῖς δ' ἄλλοις ἐπινοήσεται τὸ γράμμα περι-  
 τοι, ὡς ἴς ἐκ αὐτῶν μόνον ὅσα τις λέγει. id est, Re-  
 liquis uero tam inutile fuerit scriptū, quā  
 si quis asino narret fabulam. Extat in Græ-  
 corum collectaneis, ὅσα τις ἔλεγε μύθον, ὃ δὲ  
 τὰ ἄτα ἐκίνα. id est, Asino qui spiam narra-  
 bat fabulam, ac ille mouebat aures. Ad hoc  
 adlusit Galenus lib. de Differentiis pulsuum  
 secundo: ἐνὶ ταῖς οἰσὶν ἡ μὲν γέρον ὡσαύτως ὄντος ἔ-  
 σσει ἔνν τὰ ἄτα. id est, Ad hæc senex quidē  
 ille, uelut asinus quatiēbat auriculas, opina-  
 mur, quod non assentiretur: est nobis de  
 his alias dictum non nihil.

*Sub aliena arbore fructum.*

**EX** aliena arbore fructum legere dicuntur,  
 qui fruuntur aliorum laboribus. Ita Fa-  
 bius apud Liuium libro ab urbe cond. decima,  
 Fabius, inquit, quam arborem conser-  
 uisset, sub ea legere alium fructum, indi-  
 gnum ducere. Finitimum est illi: Alienam  
 mellem metit.

*Milium serebrare.*

**Κέχρον τρυπᾶν**, id est, Milium perforare dicuntur, qui in re difficili, sed proflus inutili laborant. Galenus libro de Præscientia, taxans sophistas, qui putant philosophiæ studiū vehementer inutile, sic loquitur: **Ἀλλ' ἂ πάντων μαθημάτων ἀχρεΐστον τῶτο νεομάκασιν, ὁμοίως τῷ κέχρον τρυπᾶν.** id est, **Quin potius omnium disciplinarum hoc existimāt inutilissimum, perinde, vt milium perterebrare.** Sic enim arbitramur legendum, cū in editis libris habeatur τὸ κέχρον. id est, minutum leguminis genus, quod haud facile perterebres gemmarum more, cū perterebrati nullus sit vsus. Simile studium fuit illius, qui grana milii è longinquo mittebat per foramen acus.

*Lanam in officinam fullonis.*

**Qui** præpostere rem gerunt, veluti si quis Theologo committat puerum in grammaticis rudimentis instituendum, lanam in officinā fullonis sere dicitur. Fullonū enim ars, non rudem lanam, sed iam contextum pannum tractat. Galenus de Differentiā pulsum lib. secundo: **ὅστις δὲ ἀκριβῶς τοῖς ἐπιδαῖ βούλειται, γυμνάσαι πρῶτον χερὶ περὶ τῆς κληρορίας, τὸ μὲν τῶ Ἀριστοτέλει καλὸν, ὡς αὐτῆς ποικίλον εἰς γυμνασίαν φέρει. Τάξις γὰρ ἐστὶν ὡσπερ εἰδὼν ἐργασίας, ὅτω καὶ μαθημάτων διδασκαλίας.** id est, **Quod si quis hæc exacte velit assequi, prius exercitatuū esse oportuit circa prædicamenta.** Nam scitum est, quod dixit Arcefilaus: Nemo deserat lanam in officinam fullonis. Quemadmodum enim est ordo in operandis lanis, ita est & in disciplinis. Refert hunc inter Academicos Laertius, qui solitus sit non ferre eos qui liberales disciplinas non suo tempore attingerent, vt si quis velit discere poeticē, aut rhetoricen ignarus grammatices.

*De fumo ad flammam.*

**ΑΜΜΙΑΝΟΣ** Marcellinus lib. 14. Vtque solet manum iniectantibus fatis hebetari sensus hominum, & obrundi, h is illecebris ad meliorem expectationem erectus, egresusque Antiochiam, Meleuo distante, prorsus ire tendebat de fumo, vt prouerbum loquitur vetus, ad flammam. De eo dictū, qui se a rebus dubiis, in præsens exitium

coniecit. Alibi retulimus ex Plauto, Flamma fumo est proxima.

*Calicum remiges.*

**Κυλίκων ἔρεται.** id est, Calicum remiges dicti sunt, qui assidue perperarent, vinum proremo ducentes. Ita Dionysius cognomen to æreus, apud Athenæum libro decimo in Elegiis:

**Καυτικὸς οἶνον ἀγάρτες ἐν εἰρησίᾳ θιονίος  
Συμποσίᾳ ναῦται καὶ κυλίκων ἔρεται.** id est, Si qui vina trahunt in remigio tibi Bacche

Potandi nauæ, remigium calicum. Ingens poculum quasi sinus est, In hoc trahunt, non remis, sed lingua, neque raro faciunt naufragium, iactura cum pecuniis tum mentis.

*Ab vnguibus incipere.*

**Ἐκ τῆν ὀνύχων ἀρχέσθαι,** dicuntur, qui a leuissimis minimeque ad rem pertinentibus ordiuntur. Ita Basilus in epistola quadam: **καταγέλαστον ἐστὶν, ἐκ τῶν ὀνύχων ἀρχέσθαι καὶ μὴ αὐτῶν αὐτῶν κειραλῶς διακρίνεισθαι.** id est, ridiculum est ex vnguibus initium sumere, ac non potius cum ipsis illorum capitibus colloqui. Caput rei dicitur quod est illius præcipuum. Vfus erit quoties admonebimus, vt omissis parergis ac friuolis, agatur de causa. Aut si quis velit emendare respub. statum, ordiatur a principibus potius, quàm ab humilibus, qui non multum adferunt momenti, vel ad perniciem ciuitatis, vel ad salutem.

*Μυσεῖ.*

**Μυσεῖ** olim dicebantur qui delectabantur aliena mensa, quos Plautus muribus comparat semper alienum edentibus cibum. Apud Athenæum libro sexto parasiticus quispiam se muscæ confert:

**Δαπνῶν ἀκλιθεὶς μυσεῖ.** id est, Quod inuocatus cœnitare amo, muscæ sum.

Aduolat enim hoc insectum ad cibum alienum, & ægre potest abigi. Apud eundem Hegesander narrat, cum Alexander dixisset se morderi à muscis, sic vocabat parasitos, iamque conaretur illas abigere, Cinebias vnus eius ordinis, qui forte aderat, profecto aliæ muscæ siticuloræ magis vrbegunt se se

tesemel gustato tuo sanguine. Extat apolo-  
gus de Erinacio, qui voluit vulpi *μυιοσό-*  
*βυρ* esse. Plautus in Mercatore deflexit ad  
hominem curiosum & ad omnia aduolan-  
tem. Musca est meus pater. Nihil pote illū  
clam haberi, Nec sacrum nec tam prophā-  
num quidquam est, quin adit̄ ibi illico.

*Bzon malus piscis.*

**A T H E N A E V S** lib. 7. testatur apud Atti-  
cos fuisse proverbum, *μη μοιβωδὲ γακκός ἰχ-*  
*θός.* id est, Ne mihi Bzon piscis nequam.  
Nec indicat vsūm proverbi, tantum osten-  
dit apud Epicharmum *βαίονα* dictum piscē  
quendam. Nomen inditum videtur a bre-  
vitate. Laudantur enim magni pisces. Di-  
citur in hospitem ingratum, ac molestū.

*De sportula cenare.*

**A T H E N A E V S** libro 8. Græci τὸ ἀπὸ *αυ-*  
*είδος* δ' ἔπινον. id est, cenam e sportula pro-  
prie vocabant, quoties aliquis sibi parasset  
cenam, eaq̄ue in sportulam composita, iret  
apud alium cenaturus. Quod genus & ho-  
die durat inter homines frugi, qui nec gra-  
uari volunt sumptu nec alios grauate. Le-  
pidius erit, si transferatur ad eum, qui sic  
adit̄ discendi gratia, vt ipse vicissim adse-  
rat quod doceat, vt fiat eruditionis per-  
mutatio.

*Tibicen vapular.*

**E V B V L V S** apud Athzneum libro 9. ait  
fuisse morem, si quid peccasset coquus, tibi-  
cinem solere vapulare: Philyllius apud  
eundem:

*Οὔτι ἀντυχῆ*

*Μάγειρος ἀδίκιστος τὸν ἀντιπύλον ἀπβῆν*

*Πλαγᾶς.*

id est,

Quidquid coquus

Peccauerit, tibicen accipere solet

Plagas.

Proinde coquus quispiam apud eundē ait,  
senon rem piscam, sed ab ipso inuentam  
narrare, *ἴκα μὴ*, inquit, *δ' αὐλητῆς πλαγᾶς λά-*  
*βῆ*, id est, ne tibicen vapulet. Ob id opina-  
mur, quod coquos lædere futurum non sit,  
iuxta sententiam aliquanto post apud eun-  
dem citatam:

*Οὐδέ τις μάγειρον ἀδικίστος, κερῶς δ' ἴσφυ-*

*ῖν.*

id est,

Nullus homo læso indēnis euasit coquo.

Quamquam Græcus versiculus non vacat  
mendo.

*Execrationes ferere.*

*Ἀρεῖς ἐπιπαῖρει*, id est, Execrationes ferere,  
dicebantur qui diris deuouerent aliquem:  
inde natum quod apud Cyprios esset sollē-  
ne, quoties fererent hordeum, addito sale,  
deuouere quibus male vellent. Tātum He-  
sychius. Docet Plin. quædam non feliciter  
feri, nisi cum conuiciis. Esse etiam genus,  
quod terrę infoditur, ac pede compressa ad-  
ditur execratio, Ne vmq̄quam excas. De Lin-  
diorum sacro diximus alias.

*Aqua & terra redamini.*

*Τὸ ὕδωρ καὶ γᾶν γένοιδα.* id est,

In terram vexamini aquamque.

Pro eo, quod est, redigamini in nihilum,  
ac pereatis. Hemistichium hoc sic refertur  
ab Hesycho, quasi proverbio iactatum.  
Sumptum est autem ex Iliados. Nam his  
verbis Menelaus increpat Græcorum igna-  
uiam, quod nullus auderet cum Hectore  
prouocante monomachiam suscipere.

*Ἄλλ' ὕμεις μὲν πάντες ὕδωρ καὶ γᾶν γίνε-*  
*σθε.*

Interpretatur Plutarchus in vita Homeri  
& Alexander Aphrodisæus libro 1. proble-  
mate 77. reddit causam physicam cur ita lo-  
cutus sit Homerus. Ex terra & aqua gignū-  
tur omnia, & in hæc resoluuntur omnia.  
Ab hac forma non abhorret, quod ex Epi-  
charmo citat Plutarchus in cōsolatione ad  
Apollonium; *συνικρίβη καὶ δ' ἰκρίβη, ἢ ἀπὸ ἡ-*  
*δεν δ' ἐπὶ ἡλθε πάλιν, γὰρ μὲν εἰς γᾶν, πνεῦμα δ' εἰ-*  
*γῶ. τί τῶιδε χαλεπὸν, εἰδὲ ἐν.* id est, concreta  
sunt, & discretata sunt, & abierunt rursum  
vnde venerant, terra quidem in terram, spi-  
ritus vero rursum. In his quid acerbum?  
nihil loquitur de morte quæ est dissolutio  
corporis & animæ M. Tullius libro Tuscu-  
lanarum quæstionum tertio citat ex Euri-  
pide:

Reddenda est terræ terra, tum vita om-  
nibus

Metenda vt fruges, sic iubet necessitas.

Hanc sententiā Antiochus scribit placuisse  
Chryssipo, sed dissentiente Carnade.  
Denique Aristoteles Rhetoricorum libro  
secundo, subindicat, qui olim seruitutem  
prostitabantur, eos terram & aquam domi-  
no tradere solitos, velut omnium rerū ius.



abdūcantes & in herum transferentes, καὶ ἔτι inquit, δίδουαι γῆν καὶ ὕδωρ δ' ἄλλ' ἔστιν ἐστὶν id est, Et quod dare terram & aquam seruire est.

*Mars communis.*

**INCERTUM** ac varium belli euentū notabant hoc dicto: *Ἀφῆς κοινός*. id est, Mars communis. Sumpitū est ex Homericæ Iliad. Σ.

*Ξυδὸς ἐνὶ κλίῳς κάτοιοι κρατερότα κατέκτεκε.* id est,

Communis Mars, inq; vicem perimit perimentem.

Quod dictum Aristoteles libro rethoricorum secundo inter prouerbiales sententias commemorat. Rursus eodem libro:

*Νῆκε δ' ἀταμείβεται ἄϊ δ' οὐκ.* id est,

Nunc hic nunc illic contingit vincere.

Titus Liuius belli Punici libro decimo, Cum tuas vires, tū vim fortunæ, Martemq; belli communem proponerent: utriq; ferrum corpora humana erant: nusquam minus quam in bello euentus respondent. Rursus ab vrbe cond. lib. 8. Quid illum facturum fuisse, si, quod belli casus ferunt.

Marsq; communis, aduersa pugna euenisset? Iterum codē lib. Nostra certamina Romani non verba legatorum, nec hominum quisquam disceptator, sed campus Campanus, in quo concurrendum est, & arma, & communis Mars belli decernet. Et in eodē

libro: Ibi in conciliis Numitius imperator eorum, affirmando communem vere Martē belli, utramq; aciem pari eadē prostrauisset, &c. Rursus lib. ab vrbe cond. 7. Samnitium, inquit, bellum ancipiti Marte gestū.

Apud eundem frequens est, ex quo Marte discessum est, quoties neutri parti cessit victoria M. Tullius Philippica vndecima: Sed, ut concedam incertus exitus esse, belli, Martē communem, tamen pro libertate, vitæ periculo decernendum. De Marte communi non nihil attingimus in prouerbio: Omnium rerum vicissitudo. Porro ἐνὶ κλίῳς Homero

Mars dicitur, ab ἐνὶ ὅσῳ quam belli fortunam esse putant.

*Lex in manibus.*

*Ἐν χειρὶ νόμος*. id est, Lege manuum dicitur, cum res vi geritur, non ex præscripto legū.

Aeschines contra Timarchum: φυλακτέον δὲ τοῖς μὲν ὀλιγαρχικοῖς καὶ τοῖς τῶν αἰσίων πο-

λιτικῶν πολιτωμένων, τῶν ἐν χειρὶ νόμος τὰς πολιτικὰς καταλύοντας. id est, His vero qui sequuntur oligarchiam, & apud quos inqualis est reipub. administratio, cauedi sunt qui lege quæ est in manibus sita, ciuitatis statum labefactant. Manuum legem appellat violentiā, siue ius belli. Vfus est in hunc sensum Polybius historiz lib. 1. τὸν δὲ πολέμιον οὐς ποτε κρατῆσαι, τῶν μὲν ἐν χειρὶ νόμος δὲ φθερεῖ: τῶν δὲ ζωηρείᾳ πρὸς αὐτὸν ἔτοιμα δέντας ὑπέβαλε τοῖς ἐχθροῖς. id est, Ex hostibus quoscumque deuicisset aliquādo, alios violenta manu perimebat, eos vero qui viu capri ad eam adducebantur, bestiis obiciebat. Rursus libro secundo: Ἐν δὲ τῷ τῶν κερῶ σωείβησάντων μὲν τὸν ὑπατον παραβύλων ἀγαθὸν ἰσχυρῶν, ἐν χειρὶ νόμος τελευτῆσαι τὸν βίον. id est, per idem hoc tempus accidit, vt Caius consul dum audacius pugnat, manu lege vitam finiecit. De αὐτηκνείᾳ dictum est alias. Apud Plautum seruus quispiam minuitur se manu litem acturum.

*Nihil inanius quam multa scire.*

**APUD** Athenzum lib. 13. Hippon, qui dictus est ἄβιος, citatur auctor huius versiculis: *Ἐχλυμαθημοσύνης τῆς ἐκ κοινώτερον ἄλλο.* i.

Non aliud mage inane puta quam plurima scire.

Citatur idem ex Timone:

*Ἐχλυμαθημοσύνης τῆς ἐκ κοινώτερον ἄλλο.*

Conueniet in eos qui malunt multa discere quam vtilia. Contra laudata est Hippiz πολυμαθεία.

*Κύκλω περιέλασθαι.*

**QUI** arte circumagat, quempiam, vt cum se putet aliquid egisse, nihil egerit, aut in idem recidat vnde volebat extricari. κύκλω περιέλασθαι dicitur. Ita Plato in Charmide. ὦ μακρὲ ἔφην ἔβω, πάλαι μὲν περιέλασθαι κύκλω ἀποκρυπτόμενον. O scelerate inquam iam dudum me in orbem circumagis non sentientem. Fit enim hoc arte sophistica,

vt qui contra disputat, post asseueret ambigibus circumactus quod prius negabat, aut contra. Metaphora ducta ab equis, qui circumacti, eo ieducuntur, vnde prius resiebant pauidi. Similis ludus exercetur in Labyrinthis. Consue illi: In eandem anas incidisti.

*Iouis lac.*

*Bestia bestiam nonis.*

Quod insigniter esset lautum in cibis, Iouis lac veteres appellabant. Eurip. apud Ath. lib. 14.

Καὶ τυρός ἀπίος ἐστὶ καὶ θίος γάλα, id est, Est succulentus caseusq; & lac Iouis.

Apud eum frequenter inter ciborum delicias commemoratur, θίος ἐγκέφαλος, de quo alias diximus. Persæ, si quid esset exquisite lautum, appellabant θίος καὶ βασιλείος ἐγκέφαλον, id est, Iouis & regis cerebrum, propterea quod rex Persarum solet dare præmium honorariis, si quis nouum aliquod edulii genus reperisset. Clearchus apud eundem lib. 12. quamquam eadem multis aliis verbis commemorat. Videtur antiqui quidquid eximium videri volebant, Ioui tribuisse. Inde illud è Satyra.

-Et Iouis auribus ista Seruas.

*Mæsonica differtia.*

DICTERIA perulantius iacta, prisca Mæsonica vocabant, σκώμματα μαιωνικά, à Mæsone quodam histrione comædiarum Mægatenis, cuius inuentum est persona, quâ à reperiois, Græci μαιωνία vocabant: reperit enim personam famuli & coqui. Quin & veteres Græci coquum vibanum μύτωνν vocabant, exterum τέπλιγα. In comædiis autem semper inducuntur coqui dicaces, præsertim apud Plautum. Id testatur Philemon alicubi:

Σφίγγ' ἀρρῆ ἐν δ' μάγερον εἰς πλὴν οἰκίαν  
Εἰ λυφ' ἀπλωὸς γὰρ ἔδεν μά τος οὖτος

Ων λέγει συνίμι. id est, Recepi in xedes non coquum, sed masculâ Sphingem, nihil enim per deos intelligo simpliciter, ex his quæ loquitur.

Conuenit cum Hipponacteo præconio.

*Necessitas magistra.*

SYDAS ex Carchedonio citat hoc proverbium:

Χρεία δ' ἰδὸς κακῶν ἀμεινός, τρυφόν. id est, Carum è rudi reddit magistra necessitas.

Tempus, rerum vsus, ipsaq; necessitas excitat ingenium ad discendas artes. Idem indicat Græcorum sententiâ σοφία πείνῳ ἐλάχειν. & apud Aristophanem Penia iactat se artiū inuentricem. A Persio venter dicitur magister artis ingeniūq; largitor. Et ut ait Q. Curtius: Necessitas ignauiam acuit.

ARISTOTELIS lib. Rhetoricon 1. Inter similitudinis & affinitatis prouerbia refert & hoc.

Εγὼ κτε δὴ θὶν ἑρα. id est,

Nouit profecto fera feram.

Videtur fragmentum iam bicipi trimetri, vtcumq; deprauatum: est Apud Aristotelem. θὶν Græcis bestia dicitur, sed proprie fera aut noxia, quod genus sunt apri lupi, & viperæ. Vnde hominum moribus efferatis, ingenioque agræsti ἀγροῦ δὴ vocant. Congruet vbi conuenit inter duos pariter improbos. Simile illi: Furem q; fur cognouit, & lupum lupus.

*Cæci præscriptio.*

Τυφλῶ παρακάλυσις. id est, Cæci iussio sine exhortatio, dicitur absurda, quoniam ipse qui præscribit, non intelligit quid dicat. So crates apud Platonem in Theætetu, redarguens absurdam Theætetu præceptionē, iubentis, vt qui rectam haberent opinionē, recte opinionioni assentirentur, cōfert illius orationem loro, aut pistillo circumuolubili, sed rectius putat dicendum, Cæci iussionem: τυφλῶ δὲ παρακάλυσις ἀνκαλοῖτο δικαιοτέρον τὸ γὰρ ἂ ἐχομεν ταῦτα προσλαβασίκαλυσεν. ἰσομάθωμεν ἂ δ' ἄρα καλὸν πᾶν γυναικίως ἔομεν ἑσκαυταμένω, id est, Sed rectius cæci præceptio dicitur: si quidem iubere, vt ea, quæ habemus, accipiamus, vt discamus, ea quæ opinamur, plane conuenit homini insigniter caliganti. Alias relatum est nobis illud Horatii: Cæcus vti si monstret iter. Item: Cæca speculatio.

*Ibyci equus.*

Ιβικός ἵππος, id est, Ibyci equus in iocum prouerbiale ab ille videtur, de iis qui nolentes præter ætatē ac vires ad periculosum negotium adigerentur. Dicit origenem refert Plato in Parmenide. Ibyco postea equus erat iam annosus athleta, multis certaminibus detritus. Is cum ad certamen curruū iungeretur, sextimum videlicet expertus eiusmodi ludorum aleam. Ridente populo Ibycus surgens, equus, inquit, domini similis est nā & ipse is tener ad amandum compellor: equo suo sese comparans, quod ipse nō minus intepestiuus esset ad amores quā vetulus equus ad certamen. Non admo-

vet hoc quoque Suidas. Ibycum vulgo male audisse ob adolescentulorum amorē. Hac imagine Parmenides queritur se senem adigi ad rerum difficillimarum explicationē: Huc adluisse videtur Horatius in epistolis: Non eadem est ætas, non mens, & Solue senescentē mature sanus equum, ne Peccet ad extremū ridendus & ilia ducat. de Ibiici gruibus dictum est alias.

*In crastinum seria.*

Εἰς ἀνεῖρον τὰ σαρδῶνα. id est, In crastinum seria. Plutarchus in vita Pelopidæ narrat hanc vocem apud Græcos abuisse in proverbium. Originem dedit Archias vir opulentus ac potens, sed parum sobrius. Huic inter conuiuium allata est epistola. qui pertulit, admonuit, vt statim legeret: de seriis enim rebus scriptam esse, tum ille vino madidus, risit. Σαρδῶνα, inquit, εἰς ἀνεῖρον τὰ σαρδῶνα. id est, in crastinum igitur seria, simulq; acceptam epistolā puluillo supposuit, cui insidebat, ac sermone cum Phillida ceptum pergebat. Quin & hodie inciuile est in conuiuio tractare seria. Apud Hollandos recitatur fabula non aliena ab hoc adagio. Quidam in conuiuio accumbebatur igni viciniore, ita vt ima vestis adureretur. Id animaduertens e conuiuio quidam, habeo, inquit, quod tibi nuntiem. tum alter, si quid, inquit, tristius est, nolo audire in conuiuio, vbi conuenit festiua, lætāq; esse omnia. Non est, inquit, admodum lætū, mox alter, post conuiuū, inquit, seria. vbi cenatū esset hilariter, Nūc inquit, dicito quidquid voles. Ostendit illi vestem à tergo enormiter adustam. Ibi Sotomachari cœpit, quod non admonuisset in tempore. Volebam, inquit, at tu vetabas. μετὰ δ' ἔπεινον σαρδῶνα.

*Cuniculis oppugnare.*

Υποπόμοις πολεμίζεν. id est, Cuniculis bellare, dicitur qui non aperta vi, sed dissimulāter, ac dolis rem gerit. Contra qui palam agit quod agit, machinis agere dicitur. Caii Cæsaris potentia iam ad manifestam tyrannidem spectante, Catulus Lucatius vir summæ apud Romanos dignitatis, surgens in senatu ait: ἔτι ὑποπόμοις Cæsar ἀλλὰ ἡδὲ μηχανοῦσιν ἀρετὴν πολιτεύει, id est, Cæsar nō iam cuniculis, sed machinis tollit rempub. Suffossiones clā sunt, machinæ, hoc est arietes, onagri ballistæ palam admoventur. Di-

ctum Plutarchus refert in vita Caii Cæsaris, Pl' veneris habebit, si ad res animi transferatur, veluti si quis dicat malos genios interdum oppugnare nos machinis, cum palam terrent aut illestant, interdum cuniculis, quoties falsa specie pietatis imponunt obrepuntq; incautis.

*Exitij nulla ratio.*

Οὐδέ τις εἰς λόγος, id est, Exitij nulla ratio. Refert Plutarchus in vita Eumenis. Is cum satagens rerum suarum, superiorem adisset Phrygiam, intra Celanas hybernavit: vbi quoniam reperit Alcetam, Polemonem & Docimum de imperio contra ipsum decertantes: τὸ τοῦ ἐπι τοῦ λεγόμενον, οὐδέ τις εἰς λόγος, id est, Exitij nulla ratio. Sæcious opinatur, cū imminet homini fatale exitium, deum adimere consilium ac rationē. Apparet esse hemistichium carminis Ibiici οὐδέ τις εἰς λόγος. Huic adfine est, quod habet Quintilianus libro 5. de coniectura loquens: Prætereā, inquit, cur possimum illo modo sit aggressus: qui & ipse diligentissime tractatur pro eodem locus, an etiam si nulla ratione ductus est, impetu raptus sit & absque sententia. Nam vulgo dicitur, scelerata non habere consilium.

*Qui lucerna egens infundunt oleum.*

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΣ in vita Periclis refert Anaxagoram Pericli in administranda Republica magno adiumento fuisse, verum vbi iam grauaret senectus, & à Pericle publicis intento negotiis negligere, decreuerat inedia finire vitam. Id vbi resciuit Pericles, accurrit ad ædes philosophi, precibusq; & lacrymis conatus est illum ab instituto reuocare, idq; sua ipsius causa magis, quam Anaxagoræ. at ille iam agens animam dixit: ὁ περικλής, καὶ οἱ τῆς λύχνης χρεῖαν ἔχοντες, ἔλαον ἐπιχέειν, id est, O Pericles, & quibus lucerna est opus infundunt oleum: exprobrans illi neglectum amici vnde non vulgare capichat vtilitatem, cum qui egēt lucerna, ob vsum qualemcumque current illam, abstergentes atq; infundentes oleum. Et quibus opus est fructu, stercoreant agrū.

*In ventrem insilire.*

Ἐς τὴν γαστήρα ἐκάλειδαν, id est, In ventrem intumescere dicitur, qui curam omnem ad cibum ac potum confert. Ita Plutarchus de Lucullo

Lucullo in ipsius vita : Ατε δὴ μὴ δικτηκῶς  
μὴδὲ ἐπιδικητικῶς ἀγκυλῶς πολεμῶντος, ἀλλὰ  
δὴ τὸ τοῦ λυόμενου εἰς τὴν γαστέρα ἐγκαλλομέ-  
νος, καὶ ὅπως ὑφαιρέσει τὴν τροφὴν ἅπαντα  
πραγματίζομενος, id est, Vt prope cum Lucul-  
lus iam non palam, neq; ad ostentationem  
bellaret, sed quemadmodum dici solet in  
ventrem impetum faceret, nihil non mo-  
liens vt hosti commeatum subtraheret. Nō  
hic repetemus quomodo locum hunc ver-  
tit Leonardus Iustinianus. Sunt quos non  
alia ratione melius vincas quam si ventrem  
imperas huc respexit. Teren. cum ait, pu-  
gnos in vētremingere. Nam parasiti nulla  
parte magis lædi possunt quam ventre.

*Sortem & vsuram persoluere.*

Καὶ τὸ τὸ κοινὸν καὶ τὸ κεφάλαιον ἐκτίθεν dicuntur,  
qui ferius quidem sed grauius puniuntur,  
aut qui differunt vindictam, vt per occasio-  
nem lædant grauius. Nam prorogatione  
crescit vsura. Dion libello: τὸ πρὸ τῆ ἀπιστίας.  
ὡσαυτὰ ἐχρεία πάλλεινς ἤρμεν κοινώμενα ἢ ἐμ-  
πιλοκρῆμα, τὴν μὲν φύσιν ἐκ ἀπιβεβλῶκει  
τὴν ἀντῶν, παρεκπλοσίως δὲ καὶ ἐκῆτοι χρεῖον  
τινὰ ἐκ βέλων, ἔπειτα συμβάσις προφέ-  
σιως καὶ τὸ κοινὸν φασὶ καὶ τὸ κεφάλαιον, τις ποι-  
εῖς ἐκτίθει, id est, Quemadmodum noxiæ  
bestiæ sæpenumero quietem agunt, siue cū  
dormiunt, siue cū cibo expletæ sunt, quam-  
quam naturā interim suam non exuerunt:  
Similiter & illi ad tempus aliquod non læ-  
serunt, at vbi se dederit occasio, & vsuram vt  
aiunt, & sortem malitiæ persolunt.

*Ad incitās.*

Quo s vrgeret extrema necessitas, his res  
dicebatur ad incitās rediisse. Plautus in Tri-  
nummo: Hem nunc hic cuius est, subaudi  
ager, vt ad incitās redactus, id est, ad extre-  
mam inopiam. Idem in Pœnulo: Tace nō  
dō, profecto ad incitās leonem rediger, si  
eas abduxerit: quin potius disperibit saxo,  
quam vnam calcē ciuerit. Sed haud scimus  
an hic legendum sit, vnum calcem ciuerit.  
Nonius Marcellus admonet incitā dici ege-  
statem, & verum dicit, sed non absq; tropo.  
Nam in his duobus locis quæ retulit è Plau-  
to, extremam quidem inopiam significat,  
at non statim vbiq; ponuntur incitæ,  
significatur egestas. Lucilius incitā dixisse  
videtur in neutro genere. Illud ad incitā cū  
redit atque internecionem. Item Cōman-

ducatus corrumpit ad incitā adigit. At Isido-  
rus libro 18. vsurpauit genere masculino.  
Calculi iniqui, partim ordine mouētur,  
partim vagi, qui vero moueri omnino non  
possunt inciti dicuntur. Cio, moueo est, in-  
citi quasi immobiles, quos Græci dicerent  
ἀκίνητος. Satis liquet prouerbiū ductum à  
lusu calculorum, in quo erant certæ lineæ  
ad quas redactus calculus moueri iam non  
posset. Quadrabit & in eos qui confutati  
manifestis argumentis, non habent quod  
respondeant, quod Dialectici vocant me-  
tam Silentii.

*Centro & spatio circumscriptæ.*

ΠΛΥΤΑΡΧΗΣ in præceptis ciuilibus:  
ἂν δὲ ἢ τὰ τῆς δόσις μέτρα, καὶ κέντρον καὶ  
διαστήματι πῶς ὑπερφόρικα πρὸς τὴν χρεῖαν, ἰ.  
Quod si facultates modicæ fuerint, & cetero  
& spatio circumscriptæ ad vsum. Sentit for-  
tunas tam angustas vt nisi certa dimēsiōne  
dispensentur, non sint ad necessarios vsus  
suffecturæ. Veluti qui supputationem facta  
quantum habeant annui census, subducūe  
cōmuntum quoq; mense, quaque hebdoma-  
de, quoque die possint impendere. Quod si  
hospitis aduentus, aut similis casus fecerit  
sumptus paullo largiores, id sequentiū die-  
rum parsimonia sarcitur, ne non constet ra-  
tio. Idem de futili loquacitate docet respon-  
sionem esse κέντρον καὶ διαστήματι circumscri-  
bendam, ne quid respondeatur vltra quam  
requirit percontatio. Quidā enim de vno  
interrogati, respondent de pluribus. Me-  
taphora translata est, à circulo qui fit circi-  
no circundato: in medio, centrum est im-  
mobile, hinc spatium vndiq; æquale ad li-  
neam obeuntem. Vnde & circumscripta di-  
cuntur, quæ certis finibus continentur.

*Roscium.*

ROSCIVS histrio tam erat felix in agen-  
dis fabulis, vt quisquis in arte quapiam in-  
signis esset, Roscius vocaretur. Id indicat  
M. Tull. lib. de Oratore 1. Itaque hoc est  
iam diu consecutus, vt in quo quisque arti-  
ficio excelleret, is in suo genere Roscius di-  
ceretur. Idem ia 2. de oratore. Soleo sæpe mi-  
rari eorum imprudentiam, qui agūt in sce-  
na, gestum spectante Roscio. Quis enim se  
commouere potest, cuius ille vitia non vi-  
deat. Rursus in Bruto: Et in scena Rosciū  
esse intelligat. Hic est ille Roscius Cicero-  
nis

nis concertator, quem ornauit hoc egiogio, vt diceret Virum fuisse tam bouū, vt vnus indigens eſſet qui in ſcenam prodiret, & eundem tam præclarum artiſicem, vt ſolus dignus eſſet qui in ſcena, verſaretur, Eodē igitur tropo quo vehementer in conſiliis callidum Dædalum vocamus, in laboribus patientem Herculem, in diſputando inuiſtum Achillem, in iudicando Ariſtarchū, patronum in cauſis agēdis egregie dextrū, Roſcium licet appellare.

*Philoteſus rater.*

Κρατὴ φιλοτις, dicitur quo in conuiujs conciliantur amicitie, qui mos etiam numdurat apud Germanos, quibus turpiſſimū eſt, poſt acceptum Philoteſum poculum, vterum offenſarum quamuis capitalium me miuiſſe, ne iudices quidē admitterent actio nem iniuriarum. Plutarchum in commen tario de fortuna Alexandri, qui barbaros ar mis, Græcos ciuilibus inſtitutis conabatur ad humaniorem ac ſanctiorem vitæ rationē adducere, ὡσαύτῃ, inquit: ἐν κρατῆρι φιλοτις μίξας τὸς βίους, καὶ ἢ ἔθῃ, καὶ τὰ τὸ ἡς γέμυς, καὶ δ' αἶπας, id eſt, Velut in philoteſio poculo miſcens vitas, mores, coniugia ac viuendī rationes. Apud Plautum in Pſeudolo, ſer uus ebrjus diis proximiū putat, manu can dida cantarum dulciſerum propinare mi riſſimam amicitia. Hefychius indicat hanc φιλοτις solere adhiberi poſt cenam, cum in ſignum amicitie ex eodē poculo de eodē vino bibunt omnes. Aſconius Pedianus in actionem aduerſus Verrem tertiam, putat hoc eſſe, quod M. Tullius criminatur Ver rem cum ſuis potaſſe more Græco. Nā vulgus exiſtimat illos Græco more bibere, qui largius ac eyathis grandioribus bibunt. At ipſe magis probat, vt intelligamūs eos Græ co more bibere, qui merum bibunt. Id autē ſolent facere Græci, vt cum in conuiujs ſp̄ bant, primum ſalutent deos paullulū è cya tho p̄fundentes, deip̄ amicos ſuos: torieſq; bibunt merum, quoties deos aut caros ſuos nominatim vocant. Ita ſerme Pedianus. Quidam putant hunc craterem etiam ἀγυ ρεῖ δ' αἶματος appellari.

*Cithara incitas ad bellum.*

PLUTARCHVS libro de fortuna Alexandri ſecundo, declarat hunc verſiculum apud La cædæmonios ſolere decantari:

Ἐρποι γὰρ ἄντα τῷ σιδ' ἔρξ τὸ καλῶς κίθαρ' ὄειν. id eſt,

Vergit ad lætale ferrum, lepidè Cithara canere.

Quo ſignificabant certis citharæ modis ſe dari motus animorum, alijs addi vigorem ad prælium. Cum Alexander auდიſſet Anti genitam tibia modos inci nentem, qui vo cantur Harmatii, adeo inflammatus eſt, vt ſimul cum armis exurgens manus iniecerit in proxime aſſidentes.

*Bathyclis poculum.*

Βαθυκλῆς κώλις, id eſt, Bathyclis calix, dictū videtur in eos qui diuitijs ſuis ſoli fruuntur, nemini quidquam impartiētes. Apud Plutarchum in conuiuio ſeptem ſapientū Ardalus quidam ſic alloquitur Aefopum. Tu nunquam huc tranſmittes poculum ad nos, cum videas iſtos tamquā Bathyclis calicem inter ſeſe trāſmittere, ceterum alii nemini impartiētes. Cui reſpondet Aefo pus. At ne hoc quidem poculum eſt publi cum. Si quidem vni Soloni iam dudum aſtat. Bathycles Græcis ſonat profundę glo riæ, quo nomine videtur fuiſſe quiſpiam di ues ſibi viuens ſibi que bibens.

*Lune radijs non mature ſciti botrys.*

PLUTARCHVS hunc Ionis ſenarium ceu prouerbiale adfert, diſſerens quod lu na quoniā radios habet imbecilliores quā ſol, excitare poſſit humores, concoqueſcere non poſſit:

Μέλας γὰρ αὐτῶς ἢ πεπῶνται βότρυς, ἢ.

Neque enim hiſ niger maturus efficitur botrus.

Conuenit in eos, qui conantur quod ob ſe lectum virium non queūt perficere. Reſert idem in commentatio de facie apparente in orbe lunæ. Accedet plus veneris, ſi volentes ſignificare diſciplinam humanam non preſta re leiſcitatem, dicamus: μέλας γὰρ αὐτῶς ἢ πεπῶνται βότρυς, ἢ. In αὐτῶς ſubaudiendum eſt, κ' κτίσιν, i. radijs.

*Callie deſtuunt penne.*

CALLIAS apud Græcos quiſpiam fuit, qui per luxum, ac libidinem patrimonium abliguerat. In eum vulgaris iocus extitit: Καλλίας πτεροβῆναι, id eſt, Callie deſtuunt penne. Solet enim hoc interdum auibus accidere,

accidere, vel morbo, vel certis anni temporibus. Quæniadmodum & quadrupedibus quibusdam mutantur pili aut Villi. Vnde & de plumari dicuntur ac detonsi qui facultatibus exuti sunt. Hoc verbum *πυροξένων* frequenter per iocum vsurpatur apud Aristophanem in aubus.

### ΕΙ ΠΛΑΤΗ.

*ΕΙ ΠΛΑΤΗ* dictum accipiendum interpretatur Græci, cum paullulum ultra præseri tū significant esse concedendum, præsertim in his quæ sunt humanitatis. Veluti si quis pollicitus solutionem ad diem Augusti decimum, reddat posttridie. Iulianus Pandectarum libro 46. Titu. de solut. & lib. cap. Ratum autem dominus habere debet, mox cū primum certior factus est, sed hoc *εἰ πλατῆ* & cum quodam spatio temporis accipi debet. Et hunc Iuliani locum citat Vlpianus, eodem libro ti. rem ratam haberi, cap. Quo enim Rufus libro 13. titu. de conditione trietaria, cap. in hac actione. Verius est, inquit, quod Seruius ait, condemnationis tempus spectandum: si vero deserit esse in rebus humanis, mortis tempus. Sed etiam *εἰ πλατῆ* secundum Celsum erit spectandum. Non enim debet breuissimum vitæ tempus æstimari. Iterum libro 22. titu. de probatio nibus, cap. penultimo Nec hoc quæritur, hum aliquis meminerit quo die aut quo consule factum sit, sed nam hoc aliquo pacto probari possit, quando id opus factum sit: & hoc Græci *εἰ πλατῆ*, dicere solent, & cetera. Hactenus Pandectarum. Verum illud *εἰ πλατῆ*, non uorunt Caletii, qui ad horam vndecimam iussi claudere portas ciuitatis, statim ad primum nolæ ietum occludunt, repulsis & qui foris stant, & qui egredi cupiunt, versusque portæ proximis. Cum denunciatur anathema qui ad diem præscriptum non soluerint, liberantur a fulmine, si ab eo die intra decimum quartum liberarint fidem suam. Hæc ad iuris æquitatem pertinent.

### Per Satyram.

**VARIARVM** rerum mixturam sparsim nulloq; ordine congestarum veteres Satyram appellabant. Apparet vocem primum deducta à lasciuia Satyrorum, temere nunc huc nunc illuc salientium. Hinc deserta est ad cibi genus, quod ex diuersis herbarum for-

mis conflatum est: præterea ad lancem variis rerum generibus onustam, quæ sic diis offerebatur, non adsimilis illi poculo, quod Cræci *πυρῶ πλανῶν*, quintuplici rerum differentia, siue *κέρως* à mixtura vocabant, de quo nobis supra dictum est. Festus ait Satyram siue Satyram dici cibum variis rerum generibus conditum, aut legem aliis multis confertam legibus. Ita q; in sanctione legum adscribi solere, ne ve per Satyram derogato, aut abrogato, cum significant totā legem esse seruandam. Citat Annius Luscum ex oratione quam habuit aduersus Tyberium Gracchum: Imperiū quod plebs per Satyram dederat, id abrogatum est. Citat & C. Lelium ex ea quam pro se dixit. Postero die quasi per Satyram legem sententiis exquisitis, in dedicationem accipitur. Legem Satyram interpretantur, quæ eadem multas res complectitur: quemadmodum Iugurtha acceptus est in dedicationem, sed multis præscriptis conditionibus, vt triginta daret Elefantos, pecus atque equos multos, cum magno argenti pondere. Vsus est hoc adagio Iustinianus in præfatione Pandectarum: Et primo quidem, inquit, anno hoc opus tradebatur legentibus non secundum edicti perpetui ordinationem, sed passim & quasi per satyram collectum & utile cum inutilibus permixtum, maxima autē parte inutilibus deputata. Idem Sallustius in bello Iugurthino: Quasi per Satyram tententiis exquisitis in dedicationem accipitur. Hæc Sallustius dicit de Iugurtha, nec sunt in cuiusquam oratione, nec ibi quisquam aderat Lelius: vnde necesse est locum apud Festum esse mutilum. Verba Lelii sunt omiſſa, simul cum nomenclatura Sallustii.

### Nec præceptis fueris ad iurandum.

**NON** nullis haud vulgèriter eruditus videtur & hoc adagium annumerandum, quod refert Vlpia. lib. Pandect. 12. capit. 13. Titu. de iureiurando circa finē. Si quis, inquit iurauerit in re pecuniaria per genium principis, dare se non oportere, vel si dare oportere, vel intra certum tempus iurauerit se soluturum, nec soluerit, Imperator noster cum patre rescripsit, sustibus castigatum dimittere, & ita ei superindici, *προπειράς μη ὀμνῆ*. id est, ne fueris ad iurandum præceptus. Habebit

bebit prouerbii speciem, si quis hominem post acceptum malū admoncat, *προπειτῶς μὴ ὀμίει*.

*Ex syngrapha agere.*

**S**YN T & illæ formæ à iureconsultis ductæ versæ in prouerbium. Ex syngrapha agere, obsignatis tabulis agere, pro eo quod est sigide parumque ciuilitate, sed velut ex obligatione. Cicero pro Murena: pergitis ne vos tamquam ex syngrapha agere cum populo? Syngrapha Latinis sonat cōscriptiōnem, quod vtriusq; manu conscripta vtriusque partibus tradi solet: & in hoc syngraphæ differunt à tabulis, quod tabulæ ab vna parte tantum seruari consueuerint. A chirographo, tabulis, codicillis differt Syngrapha, quod in illis non scribantur nisi acta, in hæc etiam contra fidem actionis pactio venit, & non numerata pecunia, aut non integre numerata pro temporaria voluntate hominum scribi solet. Ita propemodum Asconius Pedianus in Verrinarum tertio.

*Iniuria soluit amorem.*

**I**N Græcorum epigrammatibus prouerbii titulo citatur ὕβρις ἔρωτος ἔλυσσι, id est. iniuria siue contumelia soluit amores, qd' contemptus amor plerumq; vertitur in iram, ita in odium. Sic in comœdia Phœdria: Excluserit, reuocat, redeam? Non si me obsecret. Item Horatius:

Nam si quid in Flacco viri est,  
Non fert assiduus potiori te dare noctes,  
Et queret iratus parem,  
Nec semel offensæ cedit constantia formæ,  
Si certus intrarit dolor.

In epigrammate queritur amans hoc dictum falso iactari vulgo, quod ipse ab amica exclusus non sine conuicio, cum iurasset se toto anno nō rediturum ad illam postredie diluculo supplex ad eam tederit. Carmen sic habet:

ὕβρις ἔρωτος ἔλυσσι, μάτην ὁ δὲ μύθος ἀλάττω,  
ὕβρις ἔμην ἔειπεν μάλλον ἔρωμαίην. id est,  
Falsum est quod iactant iniuria soluit amores,  
Morbum quippe meum prouocat illa magis.

In genere tamen verum est officii mutuis: ali benevolentiam, iniuriis extingui.

*Quod pulchrum, idem amicium.*

Τὸ καλὸν φίλον, id est, Quod pulchrum amicium. Int er prouerbia conciliantium amicitiam, refertur & hoc apud Platonem in Lyfide: καὶ κινδύωνει κατὰ τῆς ἀρετῆς περὶ μίαν, τὸ καλὸν φίλον εἶαι, id est, Ac propemodum apparet iuxta vetus prouerbiū, quod pulchrum est, amicium esse. Qui commodi gratia amat, non amat vere, sed quod pulchrum est per se amatur. Vnde Aristoteles, perconclanti qui ficeret vt libētius colloqueretur cum formosis quam cum desformibus, respondit, eam percōstationem esse ex-corū. Nihil autem virtute pulchrius, coq; nec amabilius quidquam.

*Mortuo leoni & lepores insultans.*

**E**X T A T epigramma Græcum, cuius argumentum sumptum est ex Homericæ Iliad. χ. vbi Heclorem ab Achille iam interfecitū circumstant Græci mortuo insultantes, nec quisquam erat qui extincto non aliquod vulnus infligeret Sic enim habet Homerus:

ἄλλοι δὲ περίδραμον ἢ ἐς ἀχαιῶν,  
οἳ καὶ ἐνήσαντος φωνῆ καὶ εἶδος ἀγνὴν  
ἐκτορος, εἰδ' ἄρα οἱ τὸς ἀντιτίγῃ παρῆσιν, i.  
At reliqui accurrunt Graii, cinguntq; ca-  
daver

Hectoris, eximiam speciem formamq; stupentes.  
Nec tamen astitit exanimi sine vulnere quisquam.

Ac paullo post:

ὡς ἀρετῆς ἐπύθουσι, καὶ ἐτάσσουσι παρε-  
σῆς. id est,  
Dixerat hæc aliquis, simul & vulnere dedit  
astans.

Epigramma sic habet:

Βάλλετε ἰω μετὰ πότμον ἔμον δ' ἑμας, ὅτι καὶ  
ἄντοι  
Νικεῖσ' ὄμακ' λείοντος ἐφύβριζεσι λαχκοί. i.  
Nunc telis petitote meum post fata ca-  
daver,  
Audet vel lepus exanimi insultare leoni.  
Dictum est alias de his, qui mordent mortuos, cum laruis luctantur, & cum vmbriis depugnant.

*Lingua non redarguta.*

**P**L A T O in Theæteto: Ἀτρε ὡς ἐοικέν ἐν  
ὄτι ἐστίν, ἀπὲρ ἰδῶντι συμβόστου, ἢ μὲν γὰρ  
TE

τα ἀνέλκτος ἡμῖν ἔσται ἢ δὲ φεῖν καὶ ἀνέλκτος, id est, ac ut videtur si posse responderis, Euripideum quiddā nobis accidit, lingua quidem nobis erit irredarguta, mens autē non erit irredarguta. In eos quadrat qui rationibus conuicti non cedunt tamen, sed tergiversantur reclamantes aduersus suam ipsorum conscientiam.

*Pugno tenere.*

Ἀπρίξ τῶν χερῶν λαβέδναι, id est, Pugno stringere dicitur, quod ipso contactu sentitur. Sic Plato in Theæteto: οἱ ὄντιν ἄλλο οὐ μὲν οἶον, ἢ ὅ ἀνδύναται ἀπρίξ τῶν χερῶν λαβέδναι, id est, qui nihil esse putant, quidquid non possunt itritim manibus apprehendere. Loquitur de his qui non existimant quidquam esse in rerum natura præter res corporneas, & sensibus expositas: actiones, generationes, & huius generis alia, quæ intellectu non sensibus percipiuntur, existimant esse inania vocabula. Talis visus est Platoni Diogenes, qui dicebat se cyathos & mensas videre, cyathitates ac mensaitates, quas Plato commemorabat, nō videre. Sed vicissim audiuit, Nimirum oculos, quibus cyathi & mensæ videntur, habes: mentem qua cyathitates ac mensaitates cernuntur, non habes. Tam crassum ingeniorum genus Plato veluti prophanū à philosophiæ mysteriis iubet arceri. Verius enim sunt quæ non videntur, quam quæ videntur: & certius ea scimus quæ ratione colligimus, quam quæ manibus correctamus. sensuum enim iudicium fallax est.

*Aus abi, aus exuere.*

PLATO in Theæteto significat apud Lacedæmonios hunc fuisse morem, ut in publicis certaminibus neminem cogerēt ad congestum, sed legem edicēbāt ἢ ἀπένει, ἢ ἀποδύνδναι, id est, aut abire, aut exui. Grecis autem ἀποδύνδναι, dicuntur, qui se parāt certamini, quod cāpēstriati lustarentur olim, cetera nudi vnde hæc ipsa vox: ἀποδύνδναι quoties transfertur ad rem animi, velut ad disputandum, aut repugnandum carni, pro verbii vim habet. Ita frequenter vsurpat diuus Chrysostomus, ac D. Bassilius. Simile est id, qd̄ alibi dicitur: Aut bibat, aut abeat.

*Crisonem Himeræum præcurrere.*

PRODIGIOSA celeritas Crisonis videtur

locum dedisse prouerbior. Sic enim Socrates apud Platonem in Protagora, rogatus ut institutum cum Protagora disputationē peregeret: βυλοῖμιν ἂν χαρίζεσθώτοι εἴμυθ δυνάτὰ δέοιο. Ναῦ δέ ἐστιν, ὡσπερ ἂν εἰ δέοιο μὲν κρίσαντι τῷ ἡμερῶν δρομῆ ἀμικζοντιέπισται, ἢ τῶν δολιχοδρομῶν τῷ ἢ τῶν ἡμεροδρομῶν διαβῆν τε καὶ ἐπιέδναι, id est, Optarim quidem tibi morem gerere, si quod petis, mæx facultatis esset. Nunc perinde est, ac si me roges ut Crisonem Himeræum insignem cursorē sequar, aut dolichodromon quempiam, aut hemorodromon perpetuo æquem cursu sequar; Himeræa Sticiliz ciuitas est; quāquā eiusdem nominis est altera in Africa. Vnde Crison dictus est Himeræus, celeritate currendi celebris, qualem refert lib. 7. Plinius fuisse Philippidem, & Canistium Lacedæmonium, cumq; his Philonidem Alexandri magni cursorē. Dolichodromi dicebatur, qui perpetuo impetu duodecim stadia decurrebant. Hemorodromi, qui totū diem à mane vsque ad vesperam citra respirationem currebant. Plinius scribit puerum nouem natum annos à meridie vsq; ad vesperam cōtinuasse cursum. Vnde Græci poetæ solem appellant ἡμεροδρομον, quod singulis diebus cursum suum peragat, quasi uero non cōtū requiescat in diuersorio Thetidis.

*Charadriion imitans.*

Χαράδριον μιμῆμενος, id est, Charadriion imitans, dici solitum de dissimulante, ac rē uilem occultante. Suidas refert hunc senatiū Scæzontem ex Hipponacte:

Καὶ μὴν κλυτὰ τευῶν χαράδριον περὶς. i.

Et nunc Charadriion quæso uēditur cęlat.

Item Aristophanes in Auibus:

ἄλλως ἀρδὺ παρδὺς ἔστιν ἐς τῷ λῶχων

ἐμβῶς ἐπὶ ζε χαράδριον μιμῆμενος. id est,

Alioqui vrpupa ut videtur saltum ingressa abdidit sese. Charadriion imitans. QUO loco interpres fere cum Suida consentiens, narrat huic aui vim inesse medicam, ut illius aspectu facile sanetur; qui laborat ictero siue regio morbo: eamq; ob causam qui uentunt occultant eam, nec licitator remedium sentiat priusquam emerit. Addit eam autē mutare colorem ad similitudinem eorum quibus ad mouetur: nō deesse tamē qui sentiant non aspectum, sed esum aui, habere remedium. Vocem autem distingui accentu,



tu, nā si pronūcies vltima acuta *χαρὰ δ' ἔδ' ὄν* declarari auem, si penultima acuta *χαρὰ δ' ἔδ' ὄν* diminutiuum a *χάρᾳ* significari voraginem, siue terræ hiatus, quod in hūc delabens aqua melodiam quandam reddere videtur. Tantum ex his quæ indiligenter a Suida sunt cōgesta tradere licuit. Meminit huius auis & alias Comicus in eadē fabula: ὕδωρ ἐφόρει κατὰ τὴν ἑστὸν ἀέρα οἱ χαρὰ δ' ἔδ' ὄν, id est, aquam ex imo portabant in aeri Charadrii. Interpres addit aui nomen inditum quod in voragijnibus gaudeat versari. Socrates apud Platonem in Gorgia, cum Callinices eo pellexisset, vt fateretur beatam vitam non esse sitam in copia rerum, sed in perpetuo influxu: nam qui satur est, aut nō sitit, quoniam nec voluptatem, lapidis more viuere, quotius quam hominis: ita subiicit *χάρᾳ δ' ἔδ' ὄν τινὰ αὐτὸν βίον λέγεις ἀλλ' ἔκινε δ' ἔδ' ὄν λίθος*, Rursus tu Charadrii quandam naturas vitam, non mortui lapidis ve. Marcellus vertit auem, cum Socrates videatur sentire de voragine, in quam cum perpetuo decurrat aqua, nunquam tamen expletur: nisi forte Charadius auis est de numero voracium, quemadmodum & Larus, vt hinc nomen inuenitur à Charadra ductum.

*Quantum pedibus poses.*

SOCRATES in Gorgia Platonis ita loquitur: *σφραγίστην μὲν διοικτεὸν καὶ ἀκνητέων, ἀκολασίαν δὲ φθικτεὸν, ὡς ἔχει ποδῶν ἕκαστος ἡμῶν*, id est, Temperantiam quidem sectari atque exercere oportet. Contra, intemperantiam fugere, quantum quisque nostrum pedibus valet. Id quo longius transfertur a rebus corporeis, hoc magis accedit ad prouerbium celeritatis. Quod in corpore sunt pedes, hoc in animo sunt affectus, quibus expetimus aliquid aut refugimus.

*Vasis instar.*

*Ἀγγεῖς δ' ἴκων*, id est, Vasis instar loqui dicitur, qui cum ob imperitiam ex se nihil possit adferre, ab aliis audita profert. Fons ex se liquorem habet, vas ni aliunde infuderis siccum est. Homines autem qui vacant eruditione, per aures implentur, Socrates in Phædro Platonis: *ὅτι μὲν ἔν παρτέρι ἔμαυτες ἔδ' ὄν αὐτῶν ἐνὸν κκα. ἂν οἰδῶ, αμωσθεὶς ἔμαυτῶ ἀμαθείων, λείπεται δ' ἡ οἰκὰ ἐξ ἀλλοτρίων ποθεῖν ναμάτων δ' ἰδ' ὄν ἀκούς πεπληρωθῶν μεδ' ἰκων ἄγγεῖς*, id est, Nihil horum ex me ipso

excogitavi fateor, impetitiæ mihi cōscius. Superest igitur, vt alicunde ex alienis fluentis per aures fuerim impletus instar vasis.

*Vt lupus ouem.*

*ὡς λύκος ἄρα φίλῃ*, id est, Vt lupus ouem amat, qui sui commodi gratia simulat amorem. Nam is vulgo dicitur amor, cum reuera, sit odium. Iuuenis enim cum puellam venatur, vt illi pudicitiam, thesaurum incomparabilem eripiat, vt pro honesta fama turpi rumore traducat, vt parentibus, amicis ac bonis omnibus iniuriam reddat; denique vt quod est omnium carissimum, bonam mentem eripiat, quæso quid deterius hostis faciat hosti? Socrates citat carmen in Phædro veluti populari vsu iactatum:

*ὡς λύκος ἀρα φίλῃσ' ὡς πῶδ' ἀ φίλῃσ' ἔσῳ.*  
id est.

Vt lupi oues, ita amat puerum vesanus amator.

Maro:

Torua λεῖνα lupum sequitur, lupus ipse capellam,

Florentem cytisum sequitur lasciuia capella.

Et Horatius:

Non ego te tigris vt aspera,  
Getulus ue leo frangere prosequor.

*In nauibus educatus.*

*ἐν ναυσὶν τετραχμμένος*, id est, in nauibus educatus dicebatur, qui rudis esset & alienus a moribus liberalibus, sensuque communi. Solet enim fere nauticum genus suo elemento respondere, quod a ciuiliu hominum commercio submotum viuat. Ita Plato in Phædro: *πῶς γὰρ ἀνοίει αὐτὸν ἠγεῖσθαι ἀκχῆν ἐν ναυσὶ τετραχμμένον*. id est, Au non putas illum existimaturū, sese audire homines in nauibus alicubi, educatos. Plaut. in Cistellaria, mores agrestes appellat maritimos, immo potius inconstantes, quod mare vicibus æstuariis accedat recedatque Plauti verba sic habent: Ita me amor lapsū mihi ludificat, fugat, agit, appetit, rapat, retinet, iactat, largitur, quod dat non dat, deludit, modo quod suasisit dissuadet, quod dissuasit id ostentat, maritimi. moribus mecum experitur, ita mecum frangit amantem animum.

*Magis quam sol Heracliti.*

QVI sine spe reparationis deficiūt, eos Socrates

crates apud Platonem de Repub. lib. sexto: *μᾶλλον τῶ ἠράκλειτει ἢ ἰλίῃ ἀποσβέννυσθαι*, hoc est, magis ipso Heracliti sole extingui dixit. Agit illic de senibus qui ad perdidicem *φῶς* philosophiæ difficultates idonei non sunt, in adolescentia defatigati. Heraclitus enim existimavit solem scaphæ speciem habere, eiusq; lumen deficere quoties cauum ad superiora vertitur, sed rursus fieri lucidum postquam inuertitur. Non dissimile somnium de sole prodidit Xenophanes, qui putavit eum in oceanu perire, sed exortu novum fieri solem. *Ἀγῆνες* numquam renouantur ad vigorem iuvenilem. Huc adluisse videtur Horatius in odis:

*Damna tñ celeres reparant cœlestia lunæ,  
Nos vbi decidimus, &c.*

*Cennum barbaricum.*

*Βίβραρος βαρβαρικὸς*, id est, Cennum barbaricum, pro vehementi stupore mentis apud Platonem lib. de Repub. 2. ponitur. Laudat enim illic dialecticam quæ sola mentē ignorantiz immerfam erigit, attollitq; à vulgaribus opinionibus, ad solidam veri cognitionem. καὶ πῶ ὄντι inquit, *ἐν βορβῆρω βαρβαρικῷ τινι τὸ τῷ ψυχῆς ὄμμα κατορθοῦμίην ἡρεμά ξίλων καὶ ἀνίγει ὄνω*. id est, Ac re vera barbarico quodam ceuo demersum animi oculum, paullatim trahit subuectiq; sursum. Barbarus à borboro per contemptum dictum videtur.

*Non è querere ans saxo.*

*Ὅντι ἐκ θρόνῳ ἢ ἐκ πίττας*. i. Non è querere saxo, cum significamus non constare materia externa, sed ex animi virtutibus. Veluti vulgus civitatem appellat, muros ad domos è lapidibus lignisq; constructas. Ecclesiam appellat structuram simili materia congestam, cum re vera civitas cõstet hominum moribus, & ecclesia sit animorum in vera religione consensus. Plato libro de Repub. 7. *ἔσθι ἐκ θρόνῳ περὶ ἢ ἐκ πίττας τὰς πολιτίας γίγνισθαι ἀλλ' ἔχι ἐκ τῶν ἠῶν τῶν ἐν ταῖς πόλεσιν*. id est, An existimas è querere qualiter, aut è saxo respu. fieri, ac non potius ex moribus eorum, qui in civitatibus vertantur?

*Pfallium iniicere.*

*Τᾶλλιον ἐμβάλλειν*, id est, Pfallium iniicere dicuntur, qui ferocientem animum modera-

mine quoquam premunt, metaphora sumpta ab equis animosioribus. Plato libro de Legibus 3. *ὁδὲ πρῶτος σωτηριεύειν, ἐπιπαρηγοῦσαν καὶ θυμημένον ἀρχὴν ὄρω, οἷον ψάλλιον ἐμβάλλειν αὐτῷ, πλὴν τὸν ἐφόρων δύναιμι*, id est, Ac tertius vobis seruator, luxuriantem etiã nũ fremementemq; conspiciens principatum, veluti pfallium illi iniicit, Ephorum potentiam. De Lacedæmoniorum republica loquitur, in qua quinque Ephori sunt instituti, ad temperandam regiam potentiam. Pfallium autem è ἔ circulus, qui fræno additur, unde & pro fræno ponitur interduum. Nisi forte adlusit ad bubalos, qui circulo ferreo n: tribus iniecto circumaguntur, unde prouibium naribus trahere, quod alio dictum est loco.

*Principium, medium, fini.*

*Πρῶτον* lib. de Legibus quarto, refert hoc quasi vulgo decantatum, deum vniuersitatē rerum omnium complecti, hoc est, principium, medium & finem. Ab illo enim omnium quæ sunt, initium, incrementum, & summa: *Ἀνδρείδης τὸ ἴνω φῶμιλι πρὸς αὐτοῦς ὁμιλί δὴ θιός, ὁ σπέρδ τειλωδὸς λόγος, ἀρχίστε καὶ τελθτῶ καὶ μέσθ τῶν ὄντων ἔ ταντων ἔχων, ὁ κῆσθον περιπρῆ, κκτὰ φύσιν περιπορθύσμιος*, i. Sic igitur illis loquamur, Deus quidem ὁ virt, quemadmodum & veterē proverbio dicitur, omnium quæ sunt, principium, finem ac medium continens, rectum peragit cursum, secundum naturam circumiens.

*Orphica vita.*

*Ὀρφικὸν βίον*, id est, Orphicam vitam Plato libro de Legibus 6. dixit vitam innoxiam, & à luxu sanguinolentisq; dapibus purã. Huiusmodi siquidem vitæ rationem Orpheus instituisse videtur, vt non solum sanguine pecudum non inquinarent aras deorum, verum ne vesci quidem vllius animantis carnibus sustinerent, sed libis ac frugibus melles confersis sacra facerent, nec aliis ipsi vescerentur. Platonis verba sunt hæc: *ἀλλ' Ὀρφικὸν τίνδης λειθμίνοι βίον ἐγένοντο ὑμῶν τοῖς τότε*, id est, Sed orphica quædam vt dicitur, vita tum erat vestris illo sæculo. Videtur Orpheus hoc conatus apud Thraces, quod Pythagoras tentavit apud Ionios, Numa apud Romanos.

*Ambrones.*

**A M B R O N E S** olim vulgo dicebātur, qui rapto malisq; artibus viuerent: Origenem indicat Festus Pompeius, admonens eam fuisse Galliarum gentem, quam cum mare inundans sinibus suis depulisset, per aliena oberrantes rapinis ac p̄dationibus se suosq; alere ceperunt. Manus erat formidabilis nō numero tantum dicuntur enim fuisse triginta milia, verum etiam tum animorum ferocia, tum ratione pugnandi. Siquidem conferti i hychmis & concentu quodam in hostem ferebantur, lubinde intonātes: *Ambrones Ambrones*: siue vt hac voce suos in vnum conuocarent, siue vt hostibus terrore incuterent. Ab his victi fuerāt Romani duces Manlius & Cepio: sed primum à Liguribus fracti sunt, mox à C. Mario prostrati, tandem ad aquas Sextias vna cum Cimbris ac Teutonibus deleti sunt. Ita ferme Iulius Florus in Epitoma libri 68. & Iulianus in vita C. Marci. Simili modo Ciceronis vocabulum abiit in conuicium rapacitatis ac p̄dationis.

*Vinaria angina.*

**DE ἀργυράγγη**, id est, angina argentaria quæ vulgus præter Demosthenem vocem intercipit, iam antea diximus. At Festus Pompeius indicat ioco iactatū in in eos qui vino p̄focantur laborare vinaria Angina, quam ἀνάγγη possis dicere.

*Titiuilium.*

**TITIVILITIVM** vox erat olim nullā quidem certam declarans, sed velut interiectio contemptum extremum indicabat, qualis est apud Græcos: πικρὸδ. Plautus citante Festo Pompeio: Non ego isthuc verbū emptitem titiuilitio, i. re admodum vili. Locus autē est in Cassina. Similis vox est apud eundem Festum Buttubata, qua tamen vsus sit Neuius pro nugatoriis nihilique rebus. Nonius autem putat pipulū, conuicii fuisse vocem. Plautus in Aulul. Ita me bene amet Lauerna, iam nisi vasa reddi iubes, pipulo hic differam ante ædes.

*Nihil potest nec addi, nec adimi.*

**DE** perfectis operibus ita vulgo dici solitū indicat Aristoteles libro moralium Nico-

machiorum secundo: ὅτι οἱ ἀγαθοὶ ἐπιλήρητοι δὲ ἔχουσιν ἔργοις, οἳ ἐκ ἀφελῆν ἐστίν, ἔτι προοδέναι, id est, Vnde de operibus quæ bene habent ita solent prædicare, nec adimere possis, nec addere. Nam vt bene sit aliquid præstat mediocritas, tollit excessus, aut defectus: excessum inducit, qui addit: defectum, qui adimit. De Lucillio scripsit Horatius:

Cum fuerit lutulentus, erat quod tolleret velles.

De Demosthene ac Cicerone dictum est, illi nihil posse demere, huic nihil posse addi.

*Virtus simplex.*

**DVBITARI** possit vtrum versus sit vulgo iactatus, quem vt omnibus notissimum citra nomenclaturam retulerit Ethicorū Aristoteles, an imprudenti exciderit versus p̄tameret. Differens enim ē sententia Pythagoræ, errorem esse infinitum, virtutem finitam, quemadmodum in nemore mille modis aberratur à recta via, cū ea sit vnica: eorū vitium esse in procliu, virtutem in arduo, quemadmodum facile est à scopo aberrare, sed scopum attingere difficile est: subiūgit: ἔσθλοὶ μὴ γὰρ ἀπλῶς, παρὰ τοῦ ἀπὸ πῶς δεκτικοί. id est,

Est simplex virtus, omnigenum vitium.

*Extra summum & vndam.*

**ARISTOTELES** eodem libro refert versus Homericum vt vulgo decantatum: ὡς τὸ μὴ κατὰ καὶ κύματος ἐκ τῶς ἔργη Νῆα, id est,

A summo naniū simulatq; a fluctibus arcet. Aristoteles indicat esse verba Calypsus adhortantis Vlyssē, vt neque in inuim litore viciniū nauiger, sumtum secutus, neque se profundo credat pelago, sed in medio secet viam: quod ibi periculum sit à saxis & vadis, hic ab vndis. Argyropylos autē interpretes ea verba tribuit Circe, quid secutus nescio.

*Communis tamquam Sisapo.*

**PROVERBIALI** schemate sine cōtrauersa dictum est. M. Tullius Philippica secunda: Domum dico? Quid erat in terris vbi in tuo pedem poneret? prater vnū missenum, quod cum sociis tamquam Sisapone tenebas. Sensit Antonium Misenum nō habuisse vt veram possessionem, sed vt venā redemā

redemptam ad quæstum. Plinius libro 3. cap. 7. docet nimium quod Græci μίλλον appellabant, non nulli Cinnabar, apud persicos non tatum summo in precio, sed etiam in magna religione fuisse. Nam festis diebus simulacra deorum minio obliuebantur, quemadmodum & triumphantes, quod tamen Calba senex in se fieri passus non est, ut refert Cornelius Tacitus. Sisapo autem Beti ex oppidum est, olim Romanis vestigale, venas habens miniaras. Neque enim temere Romam aliunde minium aduechatur. Negat autem Plinius vilius rei Romanis fuisse diligentior custodiam. Neque enim ibi fas erat perfici minium, excoquique; vbi nascebatur: vena signata ad dena milia fere pondo annua, Romæ lauabatur. In vendendo lex prescribebat pretii modum, ne in im mensum excederet. Sed multis modis adulterabatur, vnde inquit, præda societati. Et mox de minio adulterino: Hoc ergo adulteratur in officinis solorum. Ex his liquet eam regionem in multos socios fuisse diuisam, quemadmodum & hodie metalla argentaria aurariave iuxta certos tractus à redemptoribus occupantur.

*Modo palliatus, modo rogatus.*

IN hominem inconstantem ac lubricæ fidei diuersarumque; partium elegantior torquebitur: veluti si quis subinde mutato vitæ genere, nunc Cidarim gestet theologicâ, nunc cum paludamento militari incedat. M. Tullius Philippica quinta: Accipiet ne accusationem is qui quæstioni præterit Græci iudicis, modo palliati, modo togati? Pallium Græcorum est, ut toga Romanorum: vtraque tamen vestis pacis est, quemadmodum saga sunt belli.

*Neque terramotus timet, neque fluctus.*

ARISTOTELES libro Moralium Nicomachiorum 3. docens eos, qui non habitu virtutis, sed immanitate quadam naturæ nihil omnino formidant, nequaquam appellendos esse fortes, sed μαινομένους καὶ ἀνάληγτους, hoc est, insanos & stupidos sensusque; expertes, ἄνδρ' inquit, ἀντὶς μαινομένους καὶ ἀνάληγτους, εἰ μὴ ἐν φοβοῖσι οὐ μή τι σεῖσθε μὴ τι κύματα, καὶ ἀπὲρ φοβήσεσθε, καὶ λήσεσθε. id est, Fuerit autem quispiam insanus ac doloris sensu vacans, si nihil metuat, neque terræ cõussio-

nes, neque fluctus, quemadmodum de Cæltis prædicant. Nihil enim horribilius mari commoto, terræ vero cõussio videretur infertoribus ad superiorum sedem eruptione minitari. Tanta autem erat quarundam Galliarum Germaniarumque gentium immanitas, vne nec his terrentur, quæ maxime sunt natura horrenda. Quod autem Aristoteles μαινομένους & ἀνάληγτους pro eodem vsurpat, arbitramur huc respexisse Diogenem, qui rogatus quis ipsi videretur Socrates, μαινομένους inquit: videlicet eo quod aduersus omnem corporis molestiam obdurerat, cum aliqui esset omnium iniuriarum tolerantissimus: nisi forte Diogenes hoc quoque stupori tribuebat non virtuti, quod ne colaphis quidem proouocari posset, ut vel tantillum excandesceret.

*Campana superbia.*

FELICITATIS comes esse solet ferocia. Campaniam autem Italix quondam fuisse regionem longe beatissimam testantur, tum alii complures, tum Plinius lib. 3. capit. 5. Hinc inquit felix illa campania est, ab hoc sinu incipiunt vitiferi colles, & temulentia nobilis, succo per omnes terras in clyco, atque ut veteres dixerent, summum Liberti patris cum Cerere certamen: & cetera quæ sequuntur, de fertilitate simul & amœnitate Capaniæ. Constat autem Capuam olim cum Roma de Principatu concertasse. Hinc Campana superbia, & Campana arrogantiâ in proverbium venit. M. Tullius in oratione pro Rullo: Itaque illam Campanam arrogantiam, atque intolerandam ferociam, ratione & consilio maiores nostri, ad inertissimum ac desidiosissimum otium perduxerunt. Sic & crudelitatis infamiam effugerunt, quod urbem ex Italia pulcherrimam non sustulerunt, & multum in posterum prouiderunt, quod neruis vrbis omnibus erectis urbem ipsam solutam ac debilitatam, reliquerunt. In eadem aliquanto post, Capuam domicilium superbiæ sedemque; luxuriæ vocat. Itaque electi coloni Capuæ in domicilio superbiæ atque in sedibus luxuriæ collocati. Quemadmodum in oratione habita in senatu post reditum suum: Capuæ ne, inquit, ut putabas, in qua urbe domicilium quondam superbiæ fuit, consulem esse, sicut eras eo tempore. Rursus in fragmento orationis cõtra eundem: Qui locus propter vbertatē agro-

rum, abundantiamq; rerum omnium superbiam & crudelitatem genuisse dicitur. Ac mox: Si luxuries Annibalem ipsum Capuz corrupit, si superbia nata inibi esse, ex Campanorum fastidio dicitur Titus item Liuius libro primæ Decad. 9. scribit Campanis ingenitam esse superbiam. Ad hæc Aulus Gell. lib. 17. cap. 24. Neuium epitaphium, quod in seipsum tumidius prædicat, ait esse plenū Campanæ superbiz. Opinamur autem Neuium fuisse Campanum. Ita quemadmodum olim omnem insignē perfidiam populus Punicam appellat, sic cuiuslibet ferociam Campanam appellabat. At nunc de moribus gentis nihil dicemus.

*Αὐτοβοῶν.*

**ANTE** retulimus prouerbium *αὐτὸς αὐτὸν ἀναεῖ*, id est, ipse sui tibicen est. Huic simillimum est quod unico verbo Græci dicunt *αὐτοβοῶν*. si quis sua voce seipsum prædicat, hoc est, ipse sui præconem agit. Solēt enim præcones hominum venalium artes ac doctes euulgare, quo magis emptorem irriterent. Ridiculum autem habetur, hominem sui præconem esse. Congruit cum eo quod alibi diximus *ὀκοθεν ὁ μαρτυς*. Prouerbium refertur apud Suidam. Simili figura dicūt Attici, *αὐτὸς ἑμῶσιν ἀπόλοιτο*, vna cum iplis dictis percas. & Aristophanes in Equitibus: *τὸν παφλάγονα αὐτῶσι βελκίς ἀπολέσασθαι οἱ εἶσι*, id est, Paphlagonem ipsis cum consiliis perdant dii. Et mox: *αὐτὸς διαβολῶς*, id est, vna cum iplis calumniis.

*Stevilem fundum ne colas.*

**Στείρον ἀγρὸν μὴ σπείρειν**, id est, Agrum sterile ne colas. Refertur inter leges Platonicas. Hoc ænigmatē lex apud Platonem veterem de deterret a vendere mascula, si satis comme minimus. In octavo de Legibus, ait illos facere sentem in petras. Potest tamen ad alios vsus accommodari. Ne doceas indocilem, ne felicitatem quæras in diuitiis. Non enim pariunt homini beatitudinem. Plautus in Amphytrione: Nam vxorem vsurariam perinde est præberere, ac si agrum sterilem sariendum colloques.

*Scarabem citius faciet mel.*

**ΑΔ** τῶν ἀδωκῶν, classē pertinent, quæ referuntur in Epigrammate Palladæ, Citius

mel facit scarabeus aut lac culex.

*Ὀχλὸν ποιῶσι μέλι κένθηρος ἢ γάλα κύνων.*

Mel citius faciet scarabeus, & ante culex lac.

*Terram video.*

**QU** I molesti prolixiq; laboris finem adesse significat dicere solet, *γῆν ὀρώ*, id est, terrā video. Sumptum à nanigantibus. Quintus Curtius lib. 4. Haud secus quam profundū æquor ingressi terrā oculis requirunt. Plautus in Mercatore, Equidem iam me censebam esse in terra. M. Tullius in oratione pro L. Murena, Quod si portu soluentibus, si qui iam in portum ex alto inuehuntur, præcipere summo studio solent, & tempestatum rationem, & prædonum, & locorum: quod natura affert vt eis saueamus, qui eadem pericula quibus nos persuncti sumus, ingredientur: quo tandem animo me esse oportet prope iam ex magna iactatione terram videntem. in hunc, cui video maximas reipub. tempestates esse subeundas. Idem in Catone seniore: Quasi terram videam: sentiens instare vitæ finem. Diogenes cum prolixum volumen recitans tandem eo peruenisset, vt libri finem videret, Bene habet, inquit amici, *γῆν ὀρώ*, id est, terram video.

*Incantatione quisuis efficacius.*

**Γάτῃς ἐπωδῆς ἐνεργότερον**, id est, Quavis incantatione efficacius. Priscus persuasum erat prodigiosam inesse vim vocibus incantatorum. Plato in epistola ad Hermiam, Erastū, & Coriscum: *οἴμαι γὰρ δίκῃ τικαὶ αὐτῶν τῆς παρῆμων ἐπιβῆναι ἐλευτέρας λόγους ἐπωδῆς ἡσιουῶν μάλλον ἢν συμφῶσαι καὶ σωθῆναι πάλιν εἰς τὴν περὶ πέρχουσαν φιλοτινὰ τε καὶ κληρονομίαν*, id est, Arbitror enim sermones hinc à nobis profectos, iustitia ac pudore vos quavis incantatione magis conciliaturos ac redacturos in pristinam concordiam.

*Inuidus vicini oculus.*

**ΑΙΤΙΛΥΤΥΣ** Eucymoni: *δυσμενὴς γὰρ καὶ βέλσκακος ὁ τῶν γειτόνων ὀφθαλμὸς*, φησὶν ἢ προίμια, i. Maleuolus & inuidus vicinorum oculus, inquit prouerbium. Respexit, ad Hesiōdium dictum de figulo cantore, & vicino, quod alibi retulimus. Sic Ouidius:

Fertilior seges est alieno semper in agro.

Vicinumq; pecus grandius vber habet.

*Eodem*

*Eodem collyrio mederi omnibus.*

**LEGES**, admonitiones & obiurgationes non oportet omnibus easdem adiuuere, sed pro gentium temporum & ingeniorum varietate sermonem atterere. Hanc dext. ritatem B. Hieronymus enarrat epistolam ad Ephesios, laudat in Apostolo Paulo, qui factus est omnia omnibus, vt omnes lucrifaceret. Verba Hieronymi citantur dist. 29. Nec ad instar, inquit, imperiti medici vno collyrio omnium oculos vult curare. Alibi retulimus ex Galeno : Eundem calcem omni pedi inducere.

*Funditus, radicitus &c.*

**Q**UOD prorsus ac citra spem instaurationis perditur, funditus ac radicitus tolli dicitur, quorum alterum sumptum est ab ædificio, cum æquatur solo, alterum ab arboribus, cum non solum amputantur rami, verum etiam ipsa stirps inciditur, aut vna cum radicibus tollitur. Acinetus Phœbianæ exprobrans amicis, quod ab ea rebus omnibus excutus iam fastidiretur, ἄρας, inquit, ὄλον μέν τι κατὰ τὴν περιμίτην ἀνατρεῖσθαι οὐδὲ ἀδύνατον ἐπινοήσασθαι, id est, Sic vbi me iuxta prouerbiū totum subuertisti, in super & in seruiturem redegisti. Plautus in Trinummo: Qui illius sapiētiam & meam fidelitatem, & celata omnia pene ille ignauus funditus pessundedit. Idem in Multellaria pro eodē dixit, cum fundamento. Non videor mihi sarcire posse ædes meas quin totæ perpetuo ruant, quin cū fundamento perierint, nec quisquam esse auxilio queat. Quod nos dicimus radicitus siue a stirpe, Græci dicunt ἀπερριζέν, quasi dicas extirpare. Quo verbo vsus est Cic. libello de fato: Extirpati autem & funditus tolli vt is ipse &c. Idem pro Sexto Roscio Amerino: Et ex eo Titus Roscius, non paullulum nescio quid in re suā conuertit, sed hunc funditus euerit. Idē in Verrem lib. 4. Nam me dies, vox, latera deficient, si hoc nunc vociferari velim, quā miserum indignumque sit istius nomine apud eos diem festū esse, qui sese istius opera funditus extinctos esse arbitrantur. Rursus in eundem lib. 5. Labefactarum enim vehementer aratores iam superior annus: proximus vero funditus euerterat. Idē pro domo sua ad pontifices: Et funditus euerteres ciuitatem. In eadem : vt eius qui pernicioſa Rei-

pub. consilia cepisset, omnis memoria funditus ex oculis hominum ac mentibus tolleretur. Item in epist. ad Q. fratrem prima: Sin autem omnibus in rebus obsequemur, funditus eos petire patiemur. Rursus ad eundem: Remp. funditus amissimus. Item in eadem: Vides ne me non radicitus euellere omnes actiones tuas? Multum accedet gratiæ, si ad animum defecerat: veluti si quis dicat ambitionem, auaritiam ac libidinem funditus ac radicitus ex animo reuellendam.

*Myconiorum more.*

**Μυκονίων δίκην**, id est, Myconiorum more dicebantur ad conuiuium accedere, qui vitro venirent non vocati. Myconus vna cycladū est: ipsa gens ob rerum inopiam, cogebatur sese conuiuiis ingerere: vnde iocus proverbialis. Apud Athenæum Archilochus laerat Periclē quod inuocatus irrueret in conuia, μυκονίων δίκην, quem locum & alibi retulimus. Myconiorum morum vestigia videas & hodie in quibusdam Hybernīs, quae de re quidam olim fabulam non illepidam recitauit, immo non fabulam, sed rem ipso teste gestam. Hybernus quidam ignotus, ingressus aulam principis tempore prædii, non inuitatus accubuit mensæ regiorū factitium. Qui videntes aemum peregrinam, rogarunt cuius esset. professus est patriā, rogarunt num quod officium haberet in aula, nullum inquit, sed habere cupio. Illi demirantes hominis impudentiam, iusserunt surgere atque abire, hoc inquit faciam, prorsus; quid multis? Vicit improbitate, nec locum in acie deseruit Hybernus. Tandem ira versa in risum, rogarunt hominem quatenus tandem fronte ausus esset ignotus & alienus sese in regiam familiam ingerere. Quoniam, inquit, sciebam regem satis esse diuitem ad dandum mihi prandium.

*Solem adiuuare facibus.*

**ΑΙΤΟΥΥΙ** retulimus τὸ φῶς ἡλίου δαυρίζεσθαι. Huic simillimū est, quod refert Gratianus ex Anacleto Papa, Causā. 6. q. prima, i eos qui hic vsurpant sibi diuinum iudiciū, quod nullus hominum poterit effugere. Nā incerta sunt hominum iudicia, neque secus se habent ad iudicia dei, quā fax ad solem. Si omnia, inquit, in hoc sæculo vindicata essent, locū diuina iudicia nō hērent. Sup-

uacuis laborat impendiis, qui solē certat fabricibus adiuuare &c. Quāquā in libris vulgaribus librarii ꝑ fabricibus deprauarāt fascib<sup>9</sup>.

*Censoria virgula.*

**TRITISSIMVM** est apud eruditos, Censoriā virgam appellare iudicandi auctoritatem, præsertim cum supercilio, a magistratu Romano sumptum. Cuius formæ est quod ait beatus Hieronymus in dialogo aduersus Luciferum: Nemo potest CHRIS TI palmam sibi adsumere, nemo ante diem iudicii de hominibus iudicare. Videtur autem Hieronymus adlusisse ad caput Deuteronomii 25, vbi iustitiæ palma dicitur, quæ a iudicibus tradebatur ei qui probasset suam innocentiā, causamq; vicisset.

*Trochi in morem.*

**Βεμβικός δίκου**, id est, Trochi in morē, de versatilibus, & inconstantibus dici solitū. Est enim bembix trochus quem pueri sigello circummagunt. Suidas citat ex Aristophane, **Βεμβικός ὁδὲν διαφέρειν δ' ἔσ,** id est, non oportet quidquā a trocho differre. Locus is est, in Auiibus. Helychius dictum putat in eū, qui in fuga non tenuerit rectam viam, sed in orbem fuerit circumactus. Bembix autem magno impetu mouetur, sed in orbē, vt fugiens non effugiat. Simili tropo stultorum inconstantiam notat Sirach ille sapiens Hebræus, capite 33. Præcordia fatuus quasi rota curri, & quasi axis versatilis cogitatus illius. Apud Plantum interdum dicitur aliq; trocho aut rota figuli versatilior.

*Præstat canem irritare quam animum.*

**REFERTVR** ex Menandro:

**Πολὺ χεῖρον ἔστιν ἐπιτίσαι γυναικίνα.** id est, Irritabile enim ac vindex mulierum genus, partim ob rationis inopiam, partim ob animi humilitatem. Nam veræ magnanimitatis est quasdam iniurias negligere, neq; quosuis homines dignari ira sua. Est autem formidabile animal mulier cum ad sexus vitium accedit senectus. Canis irritatus tantū oblatrat, interdum & mordet: at ancilulæ præter linguæ venenum, interdum instructæ sunt malis artib<sup>9</sup>. beneficiis & incantamētis. Itaq; nonnulli ingēti suo malo experti sunt esse verissimū, qd dixit Menæder.

*Pecuniosus damnari non potest.*

**M. TVLIVS** in Verrem actione secunda, ait hoc omnium sermone percrebruisse, non apud Romanos tantum, verum etiā apud exterarum nationum, in iudiciis illorum temporum pecuniosum, quāuis sit nocens, neminem posse dānari. Et in eundē oratione tertia: Reus est enim, inquit, nocentissimus. Qui si condemnatur, desinent homines dicere, his iudiciis pecuniam plurimū posse. Sin absoluitur, desinemus nos de iudiciis transferendis reculare. Huic ad sine quod aliquoties reperitur apud Sallustium ī bello Iugurthino, Romæ esse venalia oīa.

*Inter manum & mentum.*

**FRA TVS** Pompeius indicat esse prouerbium apud Latinos, sed ex illo Græco dictum: **πολλὰ μίτην πλέει κύλικος καὶ χεῖλος ἄκρη.** Cuius originem ita refert: cum Chalcas vitem sereret, quidā augur vicinus præteriens, dixit illum errare. Non enim ei fas esse nouum vinum degustare. Tantum colligere licuit ex fragmentis, quæ vobis quorundam stoliditas superesse voluit ex auctore vndiquaq; doctissimo. Prouerbium admonet in hominum vita nihil esse certi. Nam sæpenumero fit, vt quod nos maxime tenere credimus, casus aliquis inopinatus interuertat. Veluti cum quis manu teneret poculum, minimumq; spaciū sit inter manum & mentum, tamen interdum fit, vt is moriatur antequam bibat. Hoc prouerbium variis modis effertur, eiusq; originem alii aliter prodiderunt, de quibus satis opinamur dictum est in prouerbio: Multa cadunt inter calicem supremaq; labra. Hic ideo reculimus quod alius verbis commemoretur à Festo, in quibus non nihil est gratiæ ex profonamasia: Manū & mētū.

*Colophonium calciamentum.*

**Κολοφώνιον ὑπόδημα**, id est, Colophonium calciamentum dicebatur cauum. Nam antiqui fere soleis utebantur, quæ infimam pedum partem tantum munirent. Vnde quædrabit in hominem stolidum & incompositum, & rusticanum per lutum ituris conuenit tale calciamētū. Venuste itaq; dixeris, ī sordidis auctoribus versaturo opus esse calcis Colophonii. Huic contrariū videt calciamentum

ciamentum Sicyonium cui cognomen inditum ad Sicyone ciuitate Peloponnesi, vt indicat Stephanus, atque etiam Sextus Pompeius Festus, neuter tamen indicat vsu adagii. M. Tullius indicat Sicyoneos calceos fuisse perbellos, sed aptiores feminis & effeminatis, quam viris. Mar. Tullii verba subscribemus: *Quin etiam cum & scripta orationem desertus orator Lysias attulisset ad Socratem, quam si videretur ediceret, ac pro se in iudicio vteretur, non inuitus legit, & commode scriptam esse dixit: Sed inquit, vt si mihi calceos Sicyonios attulisses nō vterer, quamuis essent habiles & apti ad pedes, quia nō essent viriles: sic illam orationem disertam sibi & oratoriam videri, fortem & virilem non videri.*

*Manduces.*

**M A N D U C E S** dicebantur, vehementur famelici, aut qui, minis inanibus terrorē incuterent. Festus Pompeius tradit in pompis olim inter ceteras ridiculas ac formidolosas imagines ire solere effigiem, magnis malis, late dehiscente rictu, & ingentē dentibus sonitum facientem. Eam manducem appellabant. Apud Plautum in Rudentibus, ita loquitur Charmides parasitus: *Quid si aliquo ad ludos pro manduce me locem, quapropter? quia pol clare crepito dentibus. Enarat parasitus et naufragio, torusq; horrebat præ frigore. Vnde paulo post dicit se omnia corulca loqui. Aut de hac, aut de simili effigie sentire videtur*

*Martialis cum ait:*

*Sum siguli lusus, rursi persona Bataui.*

*Quæ tu derides, hæc timet ora puer.*

Hoc genus imaginum Græci vocant *μορολόγια*, quod lupina specie terrent pueros, vt a plorando desisterent.

*Vbi tu Caius, sibi ego Caia.*

**P L V T A R C H V S** in Problematibus Romanis, querit vnde mos ille natus sit, vt qui sponsam ad sponsum deducerent, iuberent illam hæc verba profari, *ὄπρσν καί σός ἐγὼ καί*, id est, *Vbi tu Caius, ego Caia.* Dubitatq; an prisci voluerint sponsam his verbis de pacisci cum sponso, vt inter ipsos omnia essent communia, pariterq; imperarent in familia, quasi diceret, vt tu dominus domus & auctor, ita ego domina domus atque hereda. Forma sermonis sumpta videtur a iurif-

cōsultis, qui pro quibusvis nominibus ponunt C. Scium & L. Titium, quemadmodum philosophi Dionem ac Theonem. Vnde & illud prouerbium, quod alibi citauimus ex Varrone. Idem Actii, quod Titii, cum par duorum ius significatur. An potius omnis causa Caia nominetur, quod fuerit quædam Caia Cecilia, mulier cū eleganti forma tum probatissimis moribus, antea dicta Tanāquil: quæ nupsit vni e filiis Tarquinii, videlicet Tarquinio Prisco. Huic Caiaæ Romani posuerunt statuā æræ in templo Sancti. Sic enim scribit Plutarchus ἐν τῷ τῷ σαίκετῳ ἱερῷ. Is erat Deus olim hoc nomine cultus apud Romanos, vnus e numero duodecim selectorum. Ibidem antiquitus erant reposita illius sandalia & colus, quorum illa testabantur eam domi manentem familiæ curam habuisse, hæc industriam significabat, lanificii studiosa. Operas itaq; nominis mentio sponsam admonebat, vt talis esset suo marito, qualis Caia Cecilia fuerat suo. Inter priscas nuptiarum ceremonias seruabatur & illud quod inauspicatum habebatur, vel sponsum, vel sponsam propriis appellare nominibus. *Quin & in hodiernum vsque diem obseruatur, vt sponsa relicto cognomento gentilitio transeat ad cognomen viri, vt Hectoris Andromache. Prouerbium e coniugio natum inter coniuges maneat, nisi quod potest & ad sororem fratremq; accommodari.*

*Rumor publicus non omnino frustra est.*

**C A R M E N** Hesiodi celebratissimum citat Aristoteles libro Moralium Nicomach. 7.

*ἤμῃσ' ἄτοι πάμπαν ἀπλόλυται ἢν τινε λαοὶ  
Πολλὰ φημίλωσιν.* id est,

*Haud quaquam in totum rumor perit ille, per ora*

*Qui volitat populis compluribus.* Philosophus hunc versiculum adducit velut argumentum probabile voluptatem esse summum bonum, quod eā & homines expetant & bruta animantia.

*Quadratus homo.*

**A R I S T O T E L E S** moralium Nicomachiorum 1. disputans aduersus eos, qui felicitatem hominis bonis externis definiūt, quæ fortunæ arbitrio dantur simul & eripiuntur, dicit ad hæc rationem felicem, *Chamæ*

Ggg 4 Iconcem



leontem quempiam induci, ut qui subinde mutatis rebus nunc felix sit nunc infelix, quemadmodum Chamæleon ad speciem reum quibus admoventur, mutat colorem, cum vera felicitas præcipue sita sit in bonis animi. Vnde colligit, qui vere beatus sit, nihil ob stare, quo minus per omnem vitam sit beatus, ac subiicit: *αὐτὸς γὰρ ἡ μάστιξ πάντως σφάξει καὶ θεωρήσει τὰ κατ' ἀρετῆν, καὶ τὰς τύχας εἰσι καλλίστη καὶ πάντα πάντως ἐμμελῶς, ὅγῳ ἄλλῳ ἀγαθὸς καὶ τετραγώνος ἀνδρὶ λόγον* id est, Semper. n. aut quam maxime, omnino faciet & contemplantur quæ sunt virtutibus: ac fortunæ casus optime feret, ac profusus omni ex parte modulata, is sane qui vere bonus est & quadrangulus, carens omni vitio. Libro Rhetoricorum 3. meminit huius dicti inter genera metaphorarum. Hæc autem figura in quamcumque partem voluatur, sui similis est. Ita sapiens quemcumque incidit fortuna, non mutat animum. Venustius erit, si viri fortis animum nec ullis fortunæ casibus labefactibilem dicamus *τετραγώνον*.

*Merces constituantur.*

**PLUTARCHVS** in vita Thesei tradit fuisse quandam Pitheum auum Thesei matrem, a quo Hippolitus ille pudicus fuerit institutus. Is gnomologiis, quæ tum temporis præcipua habebatur sapientia, clarus erat.

Ex eius sententiis hanc unam fuisse ferunt:

*Μισθὸς δ' ἀνδρὶ φίλῳ ἐκμετρίως ἀρετῆς ἔστω. i.*

Aequa vitæ merces fac præstituantur amico.

**Aristoteles** nono **Moralium Nicomachiorum**, narrat Protagoram cum nemine discipulorum solere pacisci, verum ubi iam didicissent quæ volebant iussit ipsos dispicere, quanti æstimarent ea quæ didicerant, & quidquid ab illis dabatur accipiebatur. Hoc animo qui sunt, iis in hoc genere commerciorum putat esse satis Pitheï præceptum, qui iubet amico viro statui mercedem iustam & æquam. Bene haberet, si medici quoque nihil paciscerentur, sed ægro leuato acciperent quod daretur. Nam quod **Aristoteles** inibi refert de quibusdā sophistis, qui neminem recipiebant in disciplinam, nisi numerata mercede, mox acceptis nummis non præstabant quod erant polliciti: videmus interdum fieri a chirurgis ac medicis male fidei: ac fere comperit ut es-

se impostores, qui stipulantur ingens premium, nec admovent manum nisi aucto-  
ta summa, aut maxima pars statim numeretur.

*A bonis bona discite.*

**ARISTOTELES** **Moralium Nicomachiorum** 9. ostendens virtutem optime disci conuictu bonorum, quod amici se mutuo corrigunt si quid erratum est, & selevicissim ad honestas excitant actiones, citat carmen veluti notum *Ἐδῶν μὲν γὰρ ἄπ' Ἐδῶν*. Versus autem est Theognidis, cuius meminit Xenophon in commentario de dictis ac factis Socratis. Aiebat enim inter vnguenta nullum oleum melius olere, quàm quo vnguebantur athletæ, Amacinum & foliatum seminis esse relinquenda. Rogatus quid deceret olere senes, respondit probitatem. Dein rogatus ubi hoc vnguentum venderetur, Theognidis hemistichio respondit:

*Ἐδῶν μὲν γὰρ ἄπ' Ἐδῶν δ' ἀάξει.* id est,

Qui bonus est, ab eo bona discito.

Idem & noster *γῶμορον φῶς*:

Discite, sed à doctis.

*Asinus stramenta mauius quam aurum.*

**ARISTOTELES** libro **Moralium Nicomachiorum** 10. disputans non eadem omnibus esse voluptatem, cum aliis rebus delectetur canis, aliis equus, aliis homo, citat Heracitum qui dixerit: *ὄνυξ σφραγὶς ἀνελείδωι μάλλον ἢ χρυσόν, ἢ δῖον γὰρ χρυσὸν τρωπὸν ὄνυξ*, id est, Asinos stramenta malle quam aurum, quod asinis pabulum auro sit iucundius. Atque hac quidem in parte asini plus sapiunt quam homines. Ille rem æstimant vlt, nos inutilibus atque etiam noxiis rebus ex animi persuasione ingentia statuimus precia. Notus est apologus de gallo qui gemmam in sterquilinio reperit am co tempit. Gallus enim mauius auitre granum, quam margaritam aut adamantem. Ita qui ventris sunt mancipia, comparationem temulentam omnibus disciplinis liberalibus anteponunt.

*Iocandum ut seria agas.*

**EDVM** libro refert sententiam Anacharsidis, qui taxarit eos qui seria agunt ut iocentur, cum iocus in hoc interdum admittendus sit ut seriis rebus vacare liceat. Velut si per omnem vitam magnæ laboribus huc agunt

agunt, vt fiant boni saltatores, aut egregii tibicines. Aristotelis verba sunt hæc: *αὐτῶν δ' ἄρ' ἐν δὲ καὶ ποιεῖν παιδείας χάριν, ἠλίθιον φάνηται καὶ λίαν παιδικόν, πῶς ἐν δὲ ὅπως αὐτῶν δ' ἄρ' ἔκτ' ἀνέχασιν ὁρθῶς ἔχειν δοκῶν*, id est, Studere vero ac laborare ludendi gratia, stolidū videtur atque admodum puerile. At ludere vt *ἀγας* seria, iuxta Anacharsidis sententiā recte videtur habere.

*Cyclopium more.*

**I**N eodem rursus lib. Cyclopiam vitam ap-  
pellabat, vbi nullis publicis legibus viuatur,  
sed quisquis suo arbitratu res gerit: *ἐν δὲ τῶν πλείστων τῶν πόλιων ἀξιμῆται τοῦ τῶν τούτων, καὶ ζῆ ἕκαστος ὡς βέλτεται, κικλωπικῶς ἔμεις δὲ ὡν παιδῶν ἢ ἀλόχῃ*, id est, In ceteris autem ciuitatibus super his, hoc est educa-  
tione liberorum, nulla est habita cura, sed quisque viuere vt vult, Cyclopium ritu de liberis & vxore fas nefasq; statuēs. Cyclopi-  
enim spatium habitare feruntur in monti-  
bus, nulla specie vitæ ciuili, sed in suo quis-  
que antro facit quod lubet. Ne religio qui-  
dem apud illos vlla. *κικλωπος ἕως* alibi no-  
bis dictus est.

*In leporinis.*

**E**ν *λεγῶν*, id est, In leporinis carnibus viue-  
re dicebantur, qui laute atque in deliciis vi-  
tam agebant. Nam leporinam olim in deli-  
ciis habitam declarat Martialis:

Inter aues turdus si quis me iudice ceter,  
Inter quadrupes gloria prima lepus.

Attestatur & prouerbiū, tute lepus es, &  
pulpamentum queris. Aristophanes in *Ve-  
spis*. Sunt, inquit, mille ciuitates, quæ nunc  
nobis tributum solunt. Harum vnicuiq;  
si quis imperet vt viginti alat viros:

*Δύο μὲν ἰδίους τῶν δὴ μωτικῶν ἔζων ἐν πᾶσι λε-  
γῶν*

*Καὶ σφᾶνόνισιν παντοδαπότιν, καὶ πύον καὶ  
πυαρίτην.* id est,

Viginti militia populorum viuerent in om-  
nibus leporinis omnigenisq; coronis, &  
*πύον*, & *πυαρίτη*. *Πύον* autem Græci vocant  
lac, quod animal primum reddit a partu, &  
& *πυαρίτη* hinc factâ decoctionem. Inter-  
pres citat carmen ex Homero ni fallimur:

*Πύον δ' αὐνόμοι κ' ἐμπιπλάμνοι πυαρίτην.* 1.

Epulentas *πύον*, & explentes sese *πυαρίτη*.

Rurfus Aristophanes in equitibus, cum  
Cleon & aduersarius certatim promittunt

lautissimas epulas populo: multis delicia-  
rum generibus nominatis, promittunt &  
leporinæ carnes, quali summiæ exquisitissq;  
deliciz.

*Matrem sequimini porci.*

**E**πίδει *μητρί χοίρει*, id est, Post matrem adesse  
porci. Id subinde repetitur apud Aristopha-  
nem in Pluto. Interpres admonet iocum es-  
se prouerbialē in stupidos & indoctos.

Sus enim Mineræ opponitur iuxta prœ-  
uerbiū. Veluti si quis diceret indocti præ-  
ceptoris indoctis discipulis, *ἐπίδει μητρί χοί-  
ροι*. Quadrabit & ingulz ventriq; deditos.

*Aristylli more.*

**I**D E M eodem in loco: *σὺ δ' ἀρίστυλλός πο-  
χάσκων ἱεῖς*. Tu vero Aristyllus subhiās dic-  
ces. Interpres admonet Aristyllū fuisse por-  
tam deformem ore semper hiaente. Quæ obi-  
ter taxat Aristoph. cuius & meminit *ἐν ἐκ-  
κλησιαζέταις*. Tragicum autem est & histrio-  
nicum, ore nimium diducto loqui. At no-  
bis videtur magis taxatus Aristyllus, quod  
ore paululum diducto loqueretur, vt vox  
magna ex parte prodiret per nares stridu-  
la, qualis est porcorum: quod vitium in quo-  
rundam pronuntiatione cautiq; videmus.

*Citeria.*

**C**ITERIÆ conuitium in homines im-  
pendio loquaces olim iactatum est. Cato in  
M. Cælium: Quid ego dicerem amplius,  
quem denique credo, in pompam vestitū  
iri ludis pro Citeria, atq; spectatoribus ser-  
mocinaturum. Festus Pompeius admonet,  
Citeriam dictam fuisse quandam effigiem  
argutam ac loquacem, quæ ridiculi gratia  
in pompis vehi soleat crepitum & strepitū  
assidue edens. Nunc in pompis non circum-  
fertur Citeria, sed multi Citerias habēt do-  
mi, factitiis illis multo magis obstreperas.

*Ostrei in morem heres.*

**Ω**στρε *λεπὰς προσίχεται* id est, Ostrei siue cō-  
chylī in morem adhzret. Aristophanes di-  
xit in anū quæ xgre a iuvene diuellebatur,  
*ὡς ἐν τῶν ὡς ζῶν βραχίλι τὸ γακίδιον*

*Ωστρε λεπὰς τῶν μερακίῳ προσίχεται.* i.

O Iuppiter, quam fortiter conchæ modo,  
Isthæc anicula adhzret adolefcntulo.

Est

Est concharum genus quod capillamentis quibusdam inter se coheret, quo tutius sit aduersus vndarum motus.

*Hodie nihil succedit.*

**PLAUTVS** Amphitryo in sui nominis fabula citat adagii titulo: nihil est, vt dici solet, quod hodie bene succedat mihi. Adlusit autem ad vulgi superstitionem, cui quidam dies credebantur rebus gerendis auspiciati, quidam infelices. Quod si vnū atque alterum parum successit ex sententia hinc est immanes totum diem, dicit, hodie nihil succedet, & ab omnibus negotiis abstinent.

*Nec currimus, nec remigamus.*

**ARISTOPHANES** ἐν ἐκκλησιαζήσεως, facit mulieres hoc molientes vt occupent Rempub. quod hæcenus ab omni functione sub motz nihil egerint:

*Ναὺ μὲν γὰρ ἔτι ἐτόμεν, ἔτ' ἐλκύνομεν.* id est, Neque currimus nunc, nec iuuamur remige.

Metaphora sumpta est a nauitis ad Reipub. gubernationem. Nauitæ currere dicuntur, cum venti sunt secundi, ἐλκύνειν, cum destituti ventis remigio nauim impellunt, qui cursus dicitur secundarius ὁ δεύτερος πλῆξ. Sentiunt se nec pace, nec bello ad vlla vocari munia. Aperte torquetur & in illos, qui frustra conantes nihil proficiunt, videlicet aduersante fortuna.

*Vt luti baiuli.*

*Ὡς περ φιλοσοφῶντες,* id est, Vt lutum baiulantes. Apud Aristoph. in Concionatricibus quæritur femine, populum Atheniensem non conuenire ad concionem, nisi dato singulis obolo, cum ante suo victu cōsultarent de Reip. φιλοσοφῆσαι autem posuit pro omnium quæstuariarum artium fordi dissima. Aperte torquetur in eos qui functionibus honestis ad abiectum quæstum abutuntur.

*Tam mulsæ quam sapiens.*

**ARISTOTELES** libro Rhet. 3. admonens ne orator nimium crebris enthymematibus utatur, sed tãtum intermiscere, subiicit hoc carmen Homeri, ni fallimur, ceu vulgo iactatum:

*ὦ φίλ' ἐπὶ τόσῃ εἰπὼς, ὃς ἂν πεπιμμένος ἀνὴρ*  
Quandoquidem nobis tã multa locutus amices,

Quam multa prudens vir diceret atq; peritus.

Conuenient in hominem multa loquentem potius quam opportuna. τόσῃ, inquit Aristoteles: ἀλλ' ἔτοικύντα, id est, tam multa, at nõ talia. Neque enim perinde refert quam multa loquamur, sed quam ad rem facientia. Quemadmodum philosophus quidam dixit, non eos pro doctis habendos qui multa didicissent, sed qui vtilia.

*Hoc iam & vates sciunt.*

**IDEM** aliquanto post differens quod in cõsultationibus apud populum dicere multo sit difficilius quam in iudiciis causas agere, eo quod qui suadet, de futuris loquitur, qui accusat aut defendit de præteritis, & ad hæc legem habet pro fundamento, quo habito facile est reperire demonstrationem: Subiungit Epimenidis Cretensis sententiã ὁ ἐπισπῶν ἡδὺ καὶ μάντισι, id est, quod, videlicet factum, sciri iam potest a diuinis. Addit Epimenidem solere non de futuris, quæ sciri non possunt, sed de præteritis vaticinari, verum occultis. Nam est hoc quoddam diuinandi genus. Aperte torquetur iocus in rem tãdem compertam, quæ diu sefellerat.

*Novi nummi.*

Ex Plauto apparet non esse nouum, publicam monetam in singulos annos cudi deterioriorem. Sic enim præfatur in Cassinam: Qui vtuntur vino veteri sapientes putos, Et qui libenter veteres spectant fabulas. Antiqua enim opera & verba cum vobis placent, Aequum placere est ante veteres fabulas. Nam nunc nouæ quæ prodeunt comedis, Multo sunt nequiores, quàm nūmi noui,

*Θεράπειν.*

**DICTVM** estã nobis in superioribus κεράπειν, abuisse in prouerbium fraudulentis. Idem obscurius indicatur per θεράπειν, quæ vox Græcis significat turbare aut molestum esse. Quod si respicias ad θεράπια quæ sunt ancillæ Thraciæ, significat decipere, & Thraciis dolis tractare. Theodorus de Nicone Citharædo dixit, θεράπειν. Nicone autem erat Thrac. Hoc si nescias, dictum amittit gratiam. Refert Aristote. libro Rhetor. Arbitramur huc adlusisse Aristophanem in Equitibus, vbi Nicias iussus audacter eloqui quod

quod haberet, respōdit: ἀλλ' ἔτι ἐπι μοι τὸ θεῖ  
τις, interpres admonet θεῖ τις barbaricam ef  
se vocem, quæ fiduciam significet, & ad au  
dendū animet, quasi quis dicat sume Thrā  
cum audaciam.

Neque dicta neque facta.

Μίτε δ' ἰδραμένα μίτε εἰρημένα. Non dubium  
quin proverbiali schemate vehementer fal  
sa dicamus, neque dicta neque facta. Quod  
genus illud, neq; scriptum neque dictum.  
Nam de veris mendacis mixtis dicimus fa  
cta atq; in fecta. Aristophanes in Concio  
natricibus: κα' πέρι τι μόνον, μίτε δ' ἰδραμέ  
να, μίτ' εἰρημένα πῶ πρότερον. Age perora tan  
tum, neque facta neque dicta vmq̄ prius.  
Comicus ioco monet vt omnia noua dicat  
quod vetera cum fastidio audiantur. Egre  
gie verò nouum sit oportet, quod neque di  
ctum est antea neque factum M. Tullius in  
orationibus frequenter nouo more factum  
ait, cuius nullum vmq̄ extitit exēplum.

Saluete equorum filie.

APPARET ioco vulgari fuisse iactatum,  
in eos qui emolumentū gratia blandiūtur.  
Refert Aristoteles lib. Rhet. tertio. In certa  
mine mulorum cum is qui vicerat dixisset  
exile precium pro carmine, Simonides re  
cusauit, indignans mulos celebrari suo poe  
mate, verū vbi victor dedisset satis magnū  
præmium, carmen tale fecit:  
Χώρετ' ἀλλοπόδων θυγατέρις ἱππων. id est,  
Saluete totē volucripedum soboles equorū.  
Siluit enim quod essent ex a sinis quoq; na  
tū, & quod honestius erat expressit, equo  
rum filias appellans.

Mithragyrtes, non daduchus.

Is qui in functione quapiam sordidas con  
temptrasque partes agit, Mithragyrtes dice  
tur, daduchus esse negabitur. Eoque Iph  
ocrates Calliam μίθρα γυρτην δ' ἀδύχον appel  
labat. Significans illum non fuisse iniciatū  
sacris, sed tamen velle videri. Mithras apud  
Persas sol dicitur, quem illi deorum sum  
mum iudicant. Vnde Mithragyrtes dici vi  
dentur, qui obambulant cum simulacris my  
steriis, ac rudibus imponunt. Nam hoc  
genus hominum & olim fuisse declarat A  
puleius.

Sibi parat malum qui alteri parat.

VERSICVLVM hūc Aristoteles Rhet.  
3. citat titulo Democriti Chii:

Οἷς' αὐτῷ κακὰ τυχῆσ' ἀλλῃ κακὰ τυ  
χῶσ'. id est,  
Ipse sibi mala cudit quisque alii mala cu  
dens.

Nemo potest alterum iniuria afficere, nisi  
prius lædat seipsum. Qui alium fraudat pe  
cunia, seipsum spoliat bona mēte, grauius  
seipsum lædit quā alterum, verissime itaq;  
dictum est: Ipsus se lædit, alium qui lædere  
quærit.

Trabem bainlans.

ARTISTOTELIS libro Rhetoricorū ter  
tio disputans de quibusdam verbis quæ nō  
habent gratiā, nisi pronuntiatione gestuq;  
adiuuentur, alioqui, inquit: γίνεται δ' τῷ θο  
κῶν φέρων, id est, fit ille trabem gestans. Id ac  
cidit in dictionibus, præsertim nominibus  
propriis ac pronomi nibus, & vocibus cre  
bro repetitis, quæ tacitam habent Empha  
sim: Vt Theristes contemnit Achillem: Et  
tu me asinum vocas? Similiter & in asynde  
tis, vt: veni, vidi, vici. Et si qua sunt similia,  
quæ sine commendatione actionis non ha  
bent eandem gratiam. Quod genus Teren  
tianum illud: Excluserit, reuocat redeam? Et  
mox: Ego ne illam? quæ illum? quæ me,  
quæ non. Sine modo. Rursus illud in Adel  
phis: Storax, nō rediit hac nocte Aeschinus  
a cena. Storax enim vocantis vox est, & ob  
id clariis pronuntianda, reliqua secum lo  
quitur. Nihil addubitamus quin assumptū  
sit ex fabula quapiam. Nam δ' τῷ θοκῶν φέ  
ρων, finis est iambici trimetri. Qui trabe o  
nustus est, non est idoneus ad gesticulatio  
nem, sed oneri sese accommodet oportet.  
Talis opinamur persona risus gratia alicu  
bi producta fuerat in comœdia. Interdum  
inducuntur σκωδωφῆσαι gestantes sarcinas.  
Cuiusmodi sunt quibus dicitur i Andria:  
Vos isthæe intro auferte. Et in Hecyra So  
fia: Tales aut nihil dicunt, aut gestu non  
respondent pronuntiationi. Vide, nū Ari  
stoteles sentiat de Athlantibus, qui trabi  
bus ædificium sustinentibus supponi solēt.  
Videntur enim laborare, cum nihil agant.  
Actio autem quasi vita est orationis. Vitæ  
indiciū est motus. Tale quiddam in tra  
gœdiis erat δ' ὄρου φέρμα, tantum ad stabat, ni  
hil

hilagens. Et fortassis pro δ' δ' οὐκ ὀφείλω scriptum erat, ὁ δ' οὐκ ὀφείλω, sed nihil pronūcia-  
mus. Excutiant eruditi.

*Quæ quis ipse facit.*

**ARISTOTELES** Rhetoricorum libro se-  
cundo, disputans de affectibus, refert hoc di-  
ctum ut vulgo iactatū: ἃ γὰρ τις αὐτὸς ποιεῖ,  
ταῦτα λέγεται τοῖς πέλας μιμιεσάν id est, Nā  
quæ quis ipse facit, hæc dicitur vicinis non  
vertere vitio. Conuenit cum illo Terentia-  
no: Homine imperito nil quidquid est in-  
iustius, qui nihil nisi quod ipse facit rectū  
putat. Sunt enim qui damnant, quidquid  
ipsi non possunt assequi.

*Cognatio mouet inuidiam.*

**ARISTOTELES** eodem libro, docēs in-  
uidiam oriri erga vicina & cognata: nullus  
enim inuidet olim defunctis, aut diuersi ge-  
neris, aut in mēso interuallo superioribus,  
inferioribus ve: adducit huius versiculi tes-  
timonium:

Τὸ συγγινεῖ γὰρ καὶ φρονεῖ ἐπίσταται, id est,  
Etenim inuidere nouit ipsa affinitas.

Vnde qui eo altitudinis processerūt, ut in-  
uidiam gloria superarint, extra omnē alicā,  
extraq; inuidiæ tela esse dicuntur.

*Sapiens non eget.*

**I B I D E M** inter sententias refert hoc car-  
men:

Χερὶ δ' ἔπορ' ὄσις ἀετίφρων πέφυκ' ἀνε, id est,  
Haud vniquam eget qui mente sana est  
præditus.

Sive quod magnæ sint opes habere bonam  
mentem, sive quod sapienti facile est dite-  
scere si velit. Velut Aristippus eiectus nau-  
fragio reperita quibus humaniter exciper-  
retur. Idem cum Dionysius talentum petē-  
ti diceret, Nonne docebas sapientem non  
egere? Da, inquit, & respondebo. Dedit  
rex, ac mox exegit responsum. Tum Ari-  
stippus, non ne verum dixi sapientem non  
egere?

*Lecythum habet in malis.*

Ἐχὲν ἄλωτον πρὸς ταῖς γνάθους, id est, Lecy-  
thum habere ad malas, rectum & ænigmati  
cum conuictum est in anus quæ rugas illi-  
tis pigmentis dissimulat. Qualis erat Phry-  
ne meretrix, iam vetula nec tamen a quæsta  
recedēs. Aristophanes in Cōciouatricibus:

Φρύνην ἔχισσων λικυθὸν πρὸς ταῖς γνάθους. id  
est, Phrynen gerentem Lecythum iuxta ge-  
nas.

Lecythum appellat vasculum vnguentariū  
vnde fucatur facies. Eadem solita est dicere,  
multos bibere secem ob vini nobilitatem,  
quod ad illam ἔξωρον, propter scorti celebre  
nomen commērent amantes, quo gloria-  
ri possent sibi cum Phryne fuisse rem.

*Piscis eget sale.*

Ἰχθύς δ' αἰτὰ ἀλός, id est, Piscis eget sale. De re  
absurda & incredibili. Nec enim verisimile  
est, pisces in mari agentes opus habere sale.  
Hoc videtur a populo reclamatum Andro-  
cli Piteni, cum legem quandam reprehēn-  
dens dixisset: δ' αἰτὰ οἱ νόμοι νόμος δ' ἰσοπέδωσι-  
τος, id est, Egent leges lege correctrice. καὶ  
γὰρ ἰχθύς ἀλός. Nam & pisces sale. Leges  
enim in hoc datæ sunt, ut ad harum regu-  
lam corrigātur hominum actiones. Quod  
si ipsæ leges indigent correctione, leges nō  
sunt. Idq; non minus absurdum sit, quam  
si pisces marini dicantur egere sale. Refert  
Aristoteles in Rhetoricis.

*Baccæ egens oleo.*

**I B I D E M** mox subiicit aliud eiusdem for-  
mæ, τὰ σίμφυλα δ' αἰτὰ ἐλαός, id est, Baccæ e-  
gens oleo. Neq; enim credibile est illi opus  
esse oleo, vnde nascitur oleum. E baccis au-  
tem oliuarum exprimitur oleum. Cognata  
illi, quod ante retulimus: Ipsi fontes  
sitiunt.

*Auis ex auibus.*

Ὄρνις ἐκ τῆν ὀρνέων, id est, Auis ex auibus, pro  
uerbii forma dictus est Aristophani per iro-  
niam vir nobilis, quasi bonus ex bonis pro-  
gnatus,

Τὸν ἐπορ' ὄς ὀρνις ἐγένετ' ἐκ τὸν ὀρνέων. id est,  
V pupam hanc quæ prognata ab auibus  
est auis.

Qui de nobilitate gloriantur, repetunt ab  
auis & atavis gentis stemmata. Nam empta  
nobilitas, aut nuper parta, non perinde ma-  
gni sit.

*Da lapidi volam.*

**IN TERPREX** Aristophanis indicat pueros h  
quando viderint aues, dicere solere, Da la-  
pidi volā, & cadent oēs. Conuenit vbi quis  
scēlatur quæ nō possit assequi, aut inuincatur  
i is quibus

iis quibus non potest nocere. In comœdia quispiam ait se velle strepitu excitare aues: alter iocans respondet: τῷ σκίλειτι τὴν πέ-  
την, id est, Tibia lapidem feri. Atque inte-  
rim aues nihil habent incommodi, sed ma-  
nus aut pes percussus saxum: eoque iubet  
alter, ut ipse capite percussus lapidem, quo  
strepitus fiat duplex.

*Nec quæras deus esse.*

Μὴ ζήτηε θεὸς γινέσθαι, id est, Ne quære fieri  
deus. In hominem vnde quaque beatum in  
hac vita. Pindarus in Olympiæcon hymno  
quinto.

Ἰγνίτα δ' εἴτις ὄλον  
ἄρθεῖ ἐξ ἀρκίων κταίνοισι, καὶ  
ἐκλογίαν προστιθείς, μὴ μακτύ-  
ση εἰς γυνέσθαι,

Si quis autem opes cum sanitate cōiunctas  
auget, ac suis possessionibus contentus est,  
atque his adiunxit honestam famam, ne pe-  
tat a diis ut fiat deus. Idem apud nostros  
vulgo dicitur: Sat fortunatus es. Quid tibi  
visi Num postulas esse deus?

*Operi incipienti fauendum.*

**C**ELEBRATISSIMVM est. Honos alit  
artes, & virtus laudata crescit. Ita Pindarus  
Olympiæcon hymno sexto: ἀρχομένως δ' ἔργα  
πρόσωπον χερὶ θέμεν τλακονγές, In initio faci-  
noris, oportet faciem illustrem addere: hoc  
est fauendum aliquid egregii facinoris ag-  
greditibus, simul ut ipsis addatur animus,  
& alii ad æmulationem prouocentur. Po-  
test & hic sensus accipi. Qui famam affe-  
ctat, hunc: oportet ab egregio quopiam fa-  
cinoze auspiciari. Per magni siquidem re-  
fert, vnde nominis sumas exordia.

*Nec apud homines, nec in mari.*

**I**BIDEM & illud prouerbiali schemate di-  
ctum est: ἀκίτ' ἄννοι δ' ἀρετῶν ἄτε κατ' αἰθέρα σιν,  
ἔτ' ἐν ναυσὶ κόλως τίμαι, id est, Virtutes au-  
tem periculi expertes, neque apud homines  
neque in cauis nauibus habentur in pretio,  
pro eo quod erat, nusquam, quasi dicas, ne-  
que terra, neque mari. Ipsa autem sententia  
conuenit cum illo Hesiodio decãtariissimo:  
Virtutem posuere dei sudore parandam.  
Nemo magnam laudem parauit absque pe-  
riculo: Eoque Pindarus bellum appellat κυ-  
δαινερον, quod viris pariat illustre nomen.  
Tropus prouerbialis est in his verbis, nec  
in terra, nec in mari. Et pugnat terra mariq̃.

*In hoc calciamento pedem habes.*

**D**I C T V M ibidem & illud adagii forma:  
Ἴσω γὰρ ἐν τούτῳ πεδίῳ δ' αὐμόδιον πῶδ' ἔχω, i.  
Nouit enim se in hoc calciamento fortuna-  
tum habere pedem, pro eo quod est, nouit  
has laudes in ipsum competere. Olim ma-  
gnæ deliciz erant in soleis & calceis. Nā pe-  
dilon Græcis est calciamenti genus, variū &  
picturatum, dictum παρὰ τὸ τῷ ποδί πιρσι-  
λαῖδω, eo quod pedi applicetur. Ut autem  
non omnis calceus conuenit cuilibet pedi,  
ita nec quæuis laus in quemuis congruit.

*Bonum est duabus nisi ancoris.*

**R**V R S V S in eodem:

Ἀγαθὸν δὲ πέλοι-  
τ' ἐν χειρὶ γὰρ νικτὶ θοᾶς  
ἐκνάδος ἀπεισκιμφθα, ἐν ἄγκυραι,

Bonæ sunt in hyberna nocte duæ ancoræ,  
ad laxandum e celeri nauī, id est, bonum est  
duplice presidio niti, ut si alterum destituat,  
altero iuuentur, quemadmodum is victor  
quem laudat, geminam habebat pariam, ut  
si quid accidisset alteri, ad alteram se recipe-  
ret. De hoc dictum est nobis alias, ἐπὶ δούλι-  
ῳ γέμειν.

*Domi pugnans more galli.*

Ἐνδομάχως ἄτ' ἀλείκτωρ, id est, Domi pugna-  
z more galli. In eum qui semper domi desi-  
dens, non audeat vel in bellum, vel in certa-  
mina proficisci foras. Nam hoc animal pu-  
gnacissimum quidem est, sed domi. Nihil  
autem confert Reipub. nec ea certamina ce-  
lebrantur. Ita quidem interpretes, sed addubi-  
tamus tamen an scriptum sit, ἐνδομάχως, id  
est, domi abditus, ἐνδομάχως dictio noue cō-  
posita, ab ἐν τῷ & μάχουαι. Hærebit in istos  
qui domi perpetuo rixantur, cum foris sint  
placidissimis moribus. Conuenit cum eo,  
quod alibi diximus: Domi leones.

*Nec deus, nec homo.*

**H**O C schema prouerbiale frequenter obuif  
est apud poetas, diis hominibusq̃; inuitis,  
proh deum atque hominum fidem. Ibi de  
diuinis atq̃; humanis cernitur. Horatius:  
Non dii, non homines, non concessere co-  
luntæ.

Pindarus in Pythiis; hymno 3. κλέπτα τί-  
μιν, ἃ θεὸς, ἃ βροτῶς, ἔργος ἄτε βλάδω, i. Nec d.  
illū fallit nec homo, nec factis nec consiliis.  
Lauda

Laudat Apollinem, qui cum omnia sciat, nihil tamen mentiat.

*Apud matrem manere.*

Γερά ματρίμειν, dicebantur, qui per ignaviā semper domi manentes, nihil audent praeclari facinoris. Pindarus Pythiorum Oda 4. μήτις λεπτόμινον τὸν ἀκίδυτον παρὰ ματρίμειν, id est, ne quis immunis a periculo relictus apud matrem maneret. Loquitur nihil fallimur, de argonautis, qui audaci peregrinatione quærebant gloriam, Iunonis auspicis. Molles & effeminati temporibus Augustini μαμμίθεστοι dicebantur. Sive quod ab aiiijs essent educati, quæ neptulos suos teneris amant, quam ipsæ matres, sive quod Græci μαμμὸν diminutive dicunt materculam, quin & hodie vulgus matris filium appellat adolescentem delicatius educatum, ac tales dicebantur Matrissare.

*Sine canibus & retibus.*

Ἀνὴ κωνῆν τε καὶ λίον, id est, Absque canibus & retibus. Hoc quidem schemate Pindarus Numerorum Oda 3. significavit summam celeritatem. Quis enim pedibus assequatur cervos, nisi aut à canibus rem orientur, aut implicentur retibus. Convenient tamen in eos, qui clanculariis artibus capiunt prædā. Pindari verba sic habet: κτείνοιτ' ἐλάφας κωνῆν δολίαν δ' ἐκείων, id est, cervos occidentē sine canibus ac dolosis retibus: Dicitur & in eos qui non alienis præsidis, sed proprio Marte rem gerunt.

*Est Scellij filium abominor.*

Hic est affectus humanus, ut si quis vel hominem vel quamcunque rem vehementer oderit, nisi solum a commemoratione, vtrius etiam a cognatis vocibus abhorreat. Id eleganter expressit Aristophanes in Aulis. Ibi persona quædam sic loquitur:

Ἀρισκρατεῖδαι δὴλος εἰ ζῆτῶν, id est, Aristocratiam palam est te querere.

Altera respondet:

Ὥψα καὶ τὸν σκελιθὲ βελίππομον.

Minime, se ipsum Scellij natum quoque Abominor.

Scellij filius dictus est Aristocrates. Hoc nomen iure inuisum est detestanti Aristocratiam, quod ea vox abominandæ rei memoriam renouet.

*Larinum verbum.*

Λαρινὸν ἔπος, id est, Larinum verbum appellabant ingens atque egregium, hinc orto proverbio quod in Larissa boues sint prægrandes ac præpingues. Alii putant Larinos dictos obesos ac prægrandes a Larino quodam pastore supra modum magno corpore. Boues autem prægradēs pasci in Epiro, posteritatis boi Geryonis. Aristophanes in Aulis:

Ἄλλὰ λίγην ζῆτατι πύλαι

μέγα καὶ λαρινὸν ἔπος τι.

id est,

Sed tibi

Iam quæro dudum grande verbū dicere, Atque Larinon.

Huc pertinet quod Græci rebus ingentibus bouem addunt, ut βραχάγος, edax, simili modo Latini veteres Lucā dicebant pro gradī.

*Hernio si in campum.*

Κόκκυ, ψωλοὶ πείσιον δ' ε, id est, Coccy, hernio si in campum. Aristophanes in aulis refert proverbia loco: τῆτι ἀέκων ἢ τ' ἔπος ἀλκίως κόκκυ ψωλοὶ πείσιον δ' ε, Quorum verborū hic sensus est: Hoc est vere quod proverbio dicitur, coccy, hernio si in campum, subaudi venite, quod hæc avis canit paullo ante messem, velut agricolas prouocans ad laborem metendi, unde Hesiodus ἦμος κόκκυε κόκκυζε. Quod autem ψωλοὶ dixit pro agricolis, obiter taxauit Aegyptios, apud quos plerique sunt exæsti, qui omnes ad vocem cuculi coguntur esse in agris. Fingit enim olim apud Aegyptios regnasse cuculum priusquam fieret auis. Quin hodie parum viri, & ob hoc vxores cum alijs habentes communes, vulgo cuculi vocantur. Alias annotauimus ex Horatio, cuculos a viatoribus appellari solere, qui tum demum venissent ad colendā vineam, cum auditus esset cuculus. Canis autem iam adulto vere, quia sero proreperit è nido, quem sibi parat sub hyemem in cauis arboribus, exuens se plumis, atque his sese inuoluens, congestis in commentum malis ac pyris. Interpres Aristophanis admonet esse proverbium κόκκυ ψωλοὶ πείσιον δ' ε, cum segnes ipsum tempus prouocat ad industriam.

*Μελλονικῶν.*

Nicetas traducebatur quod cunctator esset in re militari, qualis apud Romanos fuisse

fuisse narratur Fabius, eoꝛque iocularem vocem finxit veteris comœdia: μελλονικιῶν, ex μέλας, quod est, cunctari, & νικίαις, qui fuit Atheniensibus. Aristophanes in Auibus:

ἔχινυς ἄλει ἐτι  
ἔρεξιν ἡμῖν ὄσ' ἔ μελλονικιῶν,  
Ἀλλ' ὡς τάχις αὖ δ' ἄ τι δ' ἔξει. id est,  
Porto oscitandi tempus haud est amplius  
Nec more Niciz decet cunctariet,  
Sed oportet aliquid agere quā celerrime.

*Fumus.*

Καπνός dicuntur' promissa magnifica quidē, sed inania. Vnde fumos vendere, & fumos offundere. Hoc nomen inditum Theageni cuidam, qui cum pauper esset, affectavit tamē haberi prædiuus ac magnificus negotiator, vnde vulgo dictus est καπνός. Aristophanis interpres auctorem citat Eupolim Comicum in fabula cui titulus: δ' ἡμοί.

*Pariter remum ducere.*

Qui simul remigant certis numeris impellunt remos vt inter se consentiant, alioqui nihil acturi. Hinc Aristophanes in Auibus dixit, ομορρόθω, pro assentiri, & eodem enitor quo tu. Vox composita est ab ὄμω, simul & ῥατέω impetu feror. ὁμορρόθω, σωθῆλω, συμπαράνισσας ἔχω. id est, eodem nitore, consensio, collaudo. Interpres admonet hoc verbum esse sumptum è fabula Sophoclis cui titulus πλωίς.

*Ipsis & Chijs.*

Ἀντοῖς καὶ χίσις, Non obscuro est has voces ex solemnī more vulgo iactatas, quoties aliqs sibi bona precabatur & amicis. Sic enim precatur apud Aristophanem auis:

διδόναι νεφέλοκοκκυγιῶσι  
ἢ χίσιον καὶ σωτηρίαν  
καὶ τοῖσι καὶ χίσισι. id est,

Vt detis Nephelococcygiensibus, Bonā valetudinem & incolumitatem, Ipsis & Chijs. Interpres ostendit hunc sermonis colorem ductum ex publica Atheniensium consuetudine, qui in sollempnibus comprecationibus ac sacrificiis bona a diis precantes Reipub. addebant καὶ χίσιον. Atque huius historiam testem citat Theopompum in 12. libro rerum Philippic. fortasse quod e Chio non nullam haberent Athenienses commoditatem. Qui si vni bene precatur, nulla facta

mentione amicorum aut bene meritorum, facite succineur: καὶ χίσιον.

*Alas addere.*

Αλαπτέρων vulgo dicebantur, qui verbis alicui adderent animum, inque bonam spem erigerent. Aristophanes in Auibus:

Ὅν ἀκίνοος  
Ὅταν λέγων οἱ πατέρεις ἐκάστοτε  
τοῖς μερακίσις ἐν τοῖσι κυρήσισι τάδ'.  
Δεῶς τι μὲν τὸ μερακίον ὁ διοτρεφίης.  
Λίγων ἀνιπτέρων ὡδ' ἰππικατάθ'. id est,  
Num tibi auditum illud est  
Quod officinis vndique in tonforiis  
Cani patres loquuntur adolescentibus:  
Mire Diotrephes & meo adolescentulo  
Alas loquendo adfixit, vt iam gestiat  
Equitare

Narrant Diotrephen fuisse quempiā præditiuitem, qui maiorem in modum delectatus est alēdis equis, vnde & postea Hipparchus factus est: huius hortatu exemploque multū iuuenes accendebantur ad curas equestres: patres autem oderunt hoc studii genus in filiis, quod immodicis constet impendiis.

*Κυνιαλώπιτε.*

ΤΗ Ε Α Γ Ε Ν Σ quod esset garrulus ac stupidus more anserum, & versipellis more vulpium, vulgari ioco dictus est κυνιλωπίτε, voce composita ex anserē & vulpe. Quamquam Didymo magis probatur anseris nomen additum, quod auitio ac præsertim anserinis supra modum delectaretur, videlicet vulpium more. Anseris iecur olim in summis erat deliciis. Huius adagii meminit Aristophanes in Auibus.

*Respublica nihil ad musicum.*

Η Α Χ persuasio quemadmodū olim multorum animos occupauit, ita nunc quoque multis inhaeret, vt credant doctos ac probos viros non esse accommodos ad gubernandā Rempub. Plato abstinuit, Socrates frustra tentauit, Demostheni ac Ciceroni parum feliciter cessit. Denique mater Neronis deteruit filium a studio philosophiæ, quod existimaretur inutile gesturo principatū. Ad hæc Do. Augustinus redarguit in epistola quosdam, qui iactabant Evangelicam philosophiam officere Remp. administranti. Id venuste expressit Aristophanes in Equitibus. Nam illic principatū recusanti quod musicus esset imperitus ita respondetur:

Ἢ δ' ἡμοί.



Ἡ δὴ μαγειρία γὰρ ἔστι πρὸς μουσικῶν  
 Ἐπί τῃ ἀνδρῶν ἔστι χρεῖς τὸν τροπῶν. id est,  
 Atgerere nunc Remp. non est viri,  
 Qui musicus sit, ac probatis moribus.

Mulices nomine omnem liberalem eruditionem designabant veteres.

*Verbis coquinaris.*

Ῥήματα μαγειρικά, id est, Verba coquorum, ve nuste dixit in eadem fabula pro verbis molibus, blâdis ac dulcibus. Coquorum enim est condimentis edulcare cibum per se subausterum. Monetur illic qui ipsiam vt populum Athen. blandiloquētia demulceat. Car men sic habet:

ὑπογλυκῶν ῥήμασιν μαγειρικοῖς. id est,  
 Deliniense eos coquorum verbalis.

μαγειρικοῖς dixit, pro μαλιχίοις. hoc est, placidis ac dulcibus. Habebit gratiam, si quis dicat Epicuri philosophiam demulcere vulgarium animos ῥήμασι μαγειρικοῖς, quod volu pratem asserat esse summum bonum.

*Liba Coalems.*

Σπίρις δὲ τῷ καλέμῳ, id est, Liba Coalemo. Cō petit in eum cui sua improbitas fuit dono. Fingit enim Comicus dæmonis nomē, improbitatem innuens. Perinde quasi quis dicat, sacrificia μαρίκ, si quis morionem agēs, cuculis sit ad opes ac dignitatem. Nam Grecis καλέλεμος factum ac stultum significat, a καὶ pro καὶ. Nam Callimachus pro ἐνόησεν dixit ἰκόνισεν. Hinc ἀναλόγως, καὶς, pro νός, & ἀλίω quod mente erret. Simili figura gratiis litasse dicuntur, qui fortunati sunt in amicitias conciliandis. Habent & temulenti Comum deum, & fures deam Lauernam. Itaque furtis ditato, facete diceretur : Liba Lauernæ.

*Spiras Cæcias.*

DE Cæcia vento nubes ad se pertrahente factis dictū est nobis in superioribus. Ad vēti naturam adludens Arist. i Equitibus dixit: Ὡς ἔστος ἡ δὴ κακίης, καὶ συκοφαντίας πνεῖ. i. Vt iste spiras Cæcias & lycophantias iam. Interpret admonet proverbia, quamquam in Aldina editione, pro κακίης depravate legitur κακίας, cum hanc vocem metri ratio non admittat. Cæcias autem poeta posuit pro turbis ac litibus. Notatur enim ibi Cleon vt delator & criminator.

*Latium & angustum.*

NE M I N I obscurum arbitramur proverbialem schemate dictum esse apud Aristoph. in Equitibus sub persona Cleonis: cui cum esset obiectum, quod nutricium more male paussset populum, qui paululum preman- si insereret in os, maximam partem ipse deglutiret, respondet:

Καὶ νῆ δὲ ὑπὸ γι δὲ ἐξίστικος τῆς ἐμῆς  
 Δύναμει ποιεῖν τὸν δῆμον ἔνθρον καὶ τεινόν.

Ita per Iouem. Nam dexteritate ego mea Exilem & amplum valeo populum reducere.

Macrescunt enim pueri male pasti, rursus bene pasti sūt obesi. Apposite torquebitur in eos qui adolescētes recte docentur aut secus, qui ve populo dextre concionatur aut secus. Siquidem hæ res plurimum habent momenti ad mores populi vel ad honesta formandos, vel ad vitia deprauandos.

*Scarabio citius per suaseris.*

Θάρανος ὁ κένταυρος ἀν μεταπειθεῖν, id est, Citius Scarabium in diuersam sententiam pertraheris. De iis, qui malis assueverunt, à quibus tamen reuocari nō possunt, eo quod assuetis videantur optima. Lucianus in Pseudologista : οὐτε γὰρ αὐτὸς ποτε βελτίαν γένοιτο πρὸς τὴν ἐπιτήμησιν, οὐ μᾶλλον ἢ κένταυρος μεταπειθεῖν ἂν μῆκετι τοῦ αὐτοῦ κυλιθεῖν, ἢ παρὰ αὐτοῖς σωθῆναι γεόμενος, id est, neque enim ipse vmq̄am fieres melior increpatione mea, nihilo magis quā scarabeo persuaderi posset, ne amplius talia voluat, posteaquam semel illis assuevit. Scarabeus lætus suos educat in stercore præcipue caprino, & indidē pascit, atque ibidem habitat. Extremēta vero figunt in sphaerulas, easque in nidum deuoluunt, capite in terram demisso, posterioribus pedibus in altum erectis. Nemo facile abducitur a vitiis, in quibus natus & educatus est, & quæ per se sunt scdissima, videntur & pulchra & dulcia diuiniæ consuetudinis commendatione.

*Alienis soleis vti.*

Αλλοτρείοις βλαπτοῖσι χρηθῶν, id est, Alienis soleis vti dicuntur, qui moribus aliorum ad suum abutuntur emolumentum. Aristophanes in Equitibus : Οὐκ ἀλλ' ὅτι κερπίνων ἀνὴρ πεποῦθ' ὅταν χεσεῖ,

Τὸν τῶν ἄλλοις τοῖς σοῖσι, ὡς εἰς βλαστῶσι  
 ἑρῶμα. id est,

Quibus verbis negat se circumuenire populum Atheniensem, sed facere quod solent qui desident in computationibus, & vrgente alio surgunt, arreptis alienis soleis, siue quod festinant, siue quod ebrii sunt. Ita ille abutebatur moribus populi Atheniēsis, qui cibo corrumpi volebat, & blanda libentius audiebat quā salutaria. Appareret olim Græcos absq; soleis solere accumbere. Exituri domum poscebant soleas. Hinc quæstus Lopodyttis. Quidam etiam nudiacumbebant.

*Longum proœmium audiendi cupido.*

PROVERBII speciem habet quod est apud Platonem libro de rep. 4. μακρὸν τὸ προœμιον τῶν ἐπιθέμων τι ἀκούσαι, id est, Longum proœmium audiendi cupido. Qui item ipsam cupit cognoscere huic longum est omne proœmium. Vnde illud Terent. vah, etiam proœmium mihi acceptat. Et Athenis præco, qui dicendi potestatem faciebat rhetoribus præfabatur αἰὲν προœμιον καὶ παῶν, id est, sine proœmiis & affectibus: quod hæc extra causam sint.

*Quod recte datum est.*

PLATO in Philebo, ostendit proverbiū à pueris simpatum non oportere reposci, quod semel datum est: ἡμᾶς δὲ δὴ λέγομεν, κἀτῶπις οἱ παῖδες, ὅτι τὸν ὀρθὸς δὸβέντων, ἀφῆρτες ἀκῆσι, id est, Nos autem dicimus id quod solent pueri, quæ recte data sunt, non licere rursus eripi. Hoc eo dicebat, quod Socrates solet ab integro repetita disputatione, quæ prius concessa fuerant rursus in dubium vocare. Simile quiddam & hodie iactatur inter pueros, vbi quis quod dedit reposcit. A deo dicta huiusmodi per tot sæcula perque tot nationes ad nos vsque demanarunt.

*Funiculum ad lapidem.*

Τὴν ἀόρετην πρὸς τὸ λίθον ἄγαν, id est, Funiculum lapidi admouere dicuntur, qui curam omnem adhibent ne quid geratur in Repub. secus quam oportet. Beatus Chrysostomus homilia in priorē ad Corinthios epistolā 35. σκοπεῖ πῶς πάλιν ἐν ταῦτα πρὸς τὴν ἀόρετην τὸν λίθον ἄγαν τὴν οἰκοδομήν πανταχῶς ζῆταιν τῆς ἐκκλησίας, id est, Considera

ut hic rursus funiculum admouet ad lapidem, vbi que quærens ædificationem ecclesie. Transilatum est ad Architectum, qui non credit oculis suis, sed ad perpendicularum explorant lapidum æqualitatē. Quod est exactæ diligentie.

*Nummo addicere.*

APUD Iuriconsultos proverbiale est nummo addicere, pro eo quod est, minimo vendere. Est autem fucus quo legibus imponitur prohibentibus donationes. Vlpian. libro Pandect. 19. ritu. Locati. Si quis conduxerit nummo vno, conductio nulla est, quia & hoc donationis instar inducit. Idē lib. 1. ritu. de re iudicata: Si quis & conduxit, & rogauit præcio vti possideret, si quidem nummo vno conduxit, nulla dubitatio est, quin & precarium solū teneat. Verum addubitamus nū in his exemplis pro conduxit & conductio, legendum sit conduxit & conductio. Suetonius in Iulio Cæsare: Bello ciuili supra alias donationes amplissima prædia nummo addixit. Valerius Max. lib. 2. c. de Gratitude: Pollinctoribus exequiarum apparatus Sestertio nummo ipsis præbentibus est addictus. Itidē Plau. in Pseudolo: Numquam hoc eris nummo diuitior. Nūmo dixit, pro vilissimo precio.

*Vero verius.*

CVM nihil possit esse vero verius, tamē proverbiali tropo dicimus vero verius quod prorsus indubitatum haberi volumus. Martialis in Gallicum quendam, cui ex more sæpe repetebatur illud:

Dic verum mihi Marce, dicamabo:

Vero verius, inquit, ergo quod sit, audi.

Verum Gallice non libenter audis.

Nō dissimili forma dicimus certo certius, quamquam nihil prohibet aliud alio certius esse. Vlpian. lib. Pandect. 23. tit. de Testamento. Tutel. Testamento datos sponsores non esse cogendos satisfacere rem saluam fore, certo certius est.

*Vento viuere.*

ΗΘΙΒΟΥΡΕ vulgo tritissimum est, vt eos dicant vento viuere, qui nullo viuunt impedio, & addunt: more siluri, qd̄ plerisq; creditum est cum piscem aura saginari, qd̄ idem creditum est de Chamæleonte. Ale-

H h h xander

xander Imperator lib. Codicis s. tit. de Ali ment. pupil. præst. Nec ferendus, inquit, est iuuenis, qui cum præsens esset, studiis que eruditus atque alitus esset, si ea per alium se consecutum non probet, sumptus recuset, quasi vento vixerit, aut nullo liberi hominis studio imbui meruerit.

*Tuas res tibi habeto.*

**CARIUS** Iurisconsultus Pandec. lib. 44. tit. de Diuortis, ostendit fuisse receptum, ut diuortium his verbis perageretur: Tuas res tibi habeto, tuas res tibi agito. Quorum altero reddit dotem, altero abdicat ab futuro ris munus, in rebus vxoriis. Hæc autem forma verborum perscripta est, ne vel non ratum esset diuortium si nullis sollempnibus verbis perageretur, vel inauspicatū & odiosum si verbis civilib⁹ perageretur. Item in discutiendis sponsalibus visum est uti his verbis, Conditione tua non vtar. Hæc prouerbii gratiam habebunt, si cui civiliter renunciabimus amicitiam. Sed festiuus erit, si ad res animi transferantur, veluti si quis dicat, Monachi vitam profectus est, mundum iussit sua sibi habere, suas sibi res agere. Item si quis ambiat consortium nostrum, quem iudicamus nobis inimicem huic apte dicitur: tua conditione non vtar. pro eo quod erat, nõ vtar tua familiaritate. Eleganter vsus est Plautus in Trin. vbi Lyfiteles adolefcens multa queritur de miseris amantium, ac meditatur amorem eiicere ex animo. Apagesis amor, tuas res tibi habe, amor mihi amicus ne suas vquam, sine tropo vsus est in Amphitryone: Valcas, tibi habeas res tuas, reddas meas.

*Gamma Betam persequitur.*

**PROCOPIUS** lib. 3. de bello Vuandalico refert Carthagine antiquum prouerbium à pueris iactari solere: Quod Gamma quãdoque Betam, & rursus Beta Gemmã persequitur. Suspiciamus puerorum lusum huc spectasse, quod inter vicinos frequenter oriaur disidium. Verum hic puerile dictum detortum ad rerum enectum, quod Gizericus Bonifacium expulisset: Postea Gilimerem Belisarius. Prouerbium non est natum ex euentu, sed puerorum Carthaginensium enigma fuit, velut oraculū eius quod accidit postea.

*Pulchrum sepulcri elogio.*

**NON** videbatur in prouerbiorum classem referendum, nisi nominatim prouerbii titulo referretur apud Procopium libro de bello Persico r. sub persona Augustæ Iustinianum maritum sic alloquentis. Igitur optime Imperator, volenti nunc viuere procul dubio nullo negotio licet, pecuniæ nobis magna vis, mare opportunum, nauigia multa. Considera tamen ne seruato tibi cõtingat, vitæ iucunditatem cum mortis ad extremum acerbitate cõmutare, nobis autem antiquum sane placet prouerbium, quam pulchrum est in sepulcri elogio Imperatorem adscribi.

*Primum apes abigende.*

**AGATHIUS** de bello Gothico libro 3. Placebant hæc dicta Vsilago Herulorum præfecto, vnde id vsurpatum prouerbium & barbarum & parui momenti, vile tamen & alicuius energiæ. Identidem prædicabat: primum abigedas apes, deinde & mel subtrahendum. Sensit Buzes primum hostiū copias aduentantes esse submouedas, quò possint Asia potiri, sumptum à curatori- bus apum, qui quo mel eripiant ex aluearibus, apes fumo, aut alio quouis modo abigunt.

*Optima quidem aqua.*

**Αριστον μὴ ὕδωρ**, id est, Optima quidẽ aqua, videtur in prouerbium abiisse, quoties rei vehementer laudatæ præfertur aliquid melius: quemadmodum Pindarus auspicans hymnos Olympiacos, aquam quidem factetur esse optimam, sed aurum præfert, quò ignis in morem noctu luceat. Sunt enim hæc duo præcipua elementa, aqua & ignis: vnde aqua & igni interdicitur, quos vita indignos iudicamus. Aristoteles lib. Rhet. 3. vt vulgo iactatum citat, ἄβυσσος, inquit, λέγειται, ἀριστον μὴ ὕδωρ. Quædam enim. ob id pferuntur, quod sint rariora. Alioqui aqua est magis necessaria quam aurum. Meminit adagii Plutarchus in Commætario, in quo quærit vtrū aqua an ignis sit utilior. Supra modum efferenti philosophiam, is qui fateatur quidem philosophiam esse re præclaram, sed qua potior sit theologia, facete succinet illud Pindarici carminis itaq̃ mentum, ἀριστον μὴ ὕδωρ.

*Non*

*Non oportet hospitem semper hospitem esse.*

*Gallonius.*

ARISTOTELES libro Rhetoricorum tertio, nullo auctore citat ceu vulgo iactatū: *ὅτι τὸν ξένον ξένος ἀείνειται*, i. Non oportet hospitem semper hospitem esse. Hospites dicuntur ignari eius loci in quo viuunt. Sed turpe est diu in eadem ciuitate viuere, & semper esse peregrinum. Videtur iambi cus trimeter corruptus. Turpe est in eadē disciplina diu versatum esse, & nihil scire.

*Mores Romano.*

IN eadem epistola M. Tull. non sine pro- uerbii specie dixit more Romano, pro eo quod est, simpliciter & absque fuce potius quam erudite. Tales enim fuerunt illi Ro- mani prisci, Græcorum dissimiles. De quo inquit, homine tibi spondeo, non illo vete re verbo meo, quod cum ad te de Milone scripissim, inelusisti, sed more Romano cum homines non inepti loquuntur, pro- biorum hominem, meliorem virum, pru- dentiorum esse neminem. Penes Romanos erat rusticana veritas. Talem inducit libro de Finib. 2. Quod nostri quidem optime disputant, nihil opus esse cum qui philoso- phus futurus sit, scire literas. Itaque vt ma- iores nostri ab aratro adduxerunt Cincin- natum illum, vt dictator esset, sic vos de Pe- lasgus omnibus colligite, bonos quidem vi- ros, sed certe non semper eruditos. Idem ad Trebatium lib. 7. Balbus mihi confirma- uit te diuitem futurum: id vtrum Roma- no more locutus sit, bene nummatum te futurum, an quomodo Stoici dicunt, om- nes esse diuites qui exlo & terra frui pos- sunt, postea videro. Romano more dixit, pro indocto & simplici. Nam Stoici subti- liter definiunt diuitem ac pauperem. Ac mox ad eundem: Ego te Balbo cum ad nos proficiscitur, more Romano commedabo.

*Lacryma nihil citius arefcit.*

M. TULL. libro de inuentione priore, præ- cipiens ne orator posteaquam iudicis ani- mum commouit ad misericordiam, diu- tius commoretur in quaestione, adducit Apollonii dictum: *ὄδιν ἄριστον ἐκείνιστον* *ὄδιν ἄριστον ἐκείνιστον*, id est, Lacryma nihil citius arefcere, quod vehemens affectus facile vertitur in cædium.

ETIAM ipsa luxuries multos nobilitauit, vt Aesopum & Apitium. M. Tull. celebra- uit Gallonium à Lucilio traditum, idque locis compluribus. In oratione pro Cæcia na: Quid ergo est? Non vsque eo tamen vt in capita fortunatasque honestissimorum vi- rorum dominantur hi qui relicta honorum virorum disciplina, & quæstum & sumptum Gallonii sequi maluerunt. Itē pro P. Quin- tio meminit Gallonii. Rursus lib. de Fini- bus 2. refert à Lucilio O' Publi, ὀγυργes, Galloni es homo miser inquit, cenasti in vita numquam bene, cum omnia in isto consumis squilla, acipensere cum decuma no. Hæc Lucilius facit loquentem Lælium lapatho cenare solitum, Gallonio lurconi, & omnia gulæ ventrisque delectatione me- tienti. Gallonii meminit M. Tull. lib. de Finibus 2. Sed qui ad voluptatem omnia referens viuit vt Gallonius, loquitur vt fru- gi ille Piso, non audio.

*Vultu sæpe læditur pietas.*

M. TULL. in oratione pro Roscio, obiter ci- tat sententiā à sapientibus iactatā. Etenim inquit, si id quod præclare à sapientibus di- citur, vultu sæpe læditur pietas, quod sup- plicium facis acere reperietur in eum qui mortem obtulerit parenti, pro quo mori ipsum si res postularit, iura diuina atque humana cogebant. Prouerbiū admonet pietatem erga parentes adeo religiose co- lendam, vt non solum non offendamus eos verbis aut factis impiis, sed ne vultu qui- dem atrociorum aut contumaciore.

*Culleo dignus, aut non vno cul- leo dignus.*

CUM hominem enormiter scelerosum si- gnificare volumus, cum culleo dignum dicimus. Hoc supplicium erat parrici- dis, id est, qui parentem occidissent. Quamquam apud prisicos parricidium di- cebatur, quoties homo hominem occi- disset, hoc est, par parem, videlicet co- siculo, quo crudelitas erat occidisse bouem, auem, aut gallum gallinaceum. Dein cum cœpisset esse vulgare, vt homo occideret hominem, parricidii vox ad sum-

H h h 2 m z

mæ impietatis significationem deflexa est. Culleus autè erat læccus coriaceus, cui infuebatur parricida, simul immissa vipera, simia, & gallo gallinaceo, atque ita proiecitur in profluentem. Marc. Tullius pro Roscio Amerino: Quanto maiores nostri sapientius, qui cum intelligerent nihil esse tam sanctum, quod non aliquando violaretur audacia, supplicium in parricidas excogitauerunt, ut quos natura retinere in officio non potuisset, magnitudine pœnæ à maleficio summo arcerentur: insui voluerunt culleum viuos, atque ita in flumen deiici, Oh singularem sapientiam iudicium, nonne videntur hunc hominem ex rerum natura sustulisse & eripuisse, cui repente cælum solum, aquam terramque ademertur: ut qui cum necasset, vide ipse natus esset, careret his rebus omnibus, ex quibus omnia nata esse dicuntur &c. Proin Iuuenalis impietatem cuiusdam exaggerans, negat illi satis esse serpentem vnum, aut culleum vnum. Narrauit Suetonius quosdam statuæ Neronis apposuisse culleum cum elogio: Merueras, sed ego quid possum?

*Ratio quidem apparet &c.*

**PLAVTVS** in Trinummo: Nequaquam. Argenti ratio comparet tamen, cui Stasius, Ratio quidem Hercle apparet, argentum *οὐχ ἴσται*. Nam hæc est germana eius loci lectio, quam alii varie mendosam comminiscuntur. Vfus est. M. Tullius in Pisonem: Quas rationes si cognoris, intelliges nemini plusquam mihi litteras profuisse. Ita enim sunt perscriptæ scite & litterate, ut scriba ad ærarium qui eas retulit, perscriptis rationibus secū ipse caput sinistra manu perscricans, commuturatus sit: Ratio quidem Hercle apparet, argentum *οὐχ ἴσται*. Itidem Geta Terentianus in Phormione: Non ratio nobis, sed argentum deerat. Mar. Tullius ad Q. Fratrem lib. 2. epistola vltima: Quamquam sunt facta verbis difficiliora. Eodem pertinet illud, Pulchredixit.

*Omnia præter animam.*

**CVM** nihil non datum significamus, præter vitam, dicimus omnia tradita, præter

animam. Mar. Tull. pro Roscio Amerino: Quod si tibi causa nulla est, cur hunc miserum tanta calamitate affici velis, si tibi omnia sua præter animam tradidit, nec sibi quidquam paternum, ne monumenti quidem causa reservauit &c. Simili figura Animam debere dicuntur, qui plusquam omnia debent. Terent. Quid si animam debet? Rursus: omnia debet, præter animam.

*De reducta queritur.*

*Περὶ τῆς πρὸς ὀφθαλμοὺς μεμπτῆς ὁ τῷ μέλει ἰσχυρὰ κενῶ.* id est, De reducta queritur maiori obnoxius malo. Vbi quis prauo pudore, leuissimis malis querit remedium, dissimulans maiora. Hoc affectu sunt complures, ut etiam apud medicum dissimulent morbum, præcipue podagrici. Narrauit Plutarchus quendam consultasse medicum de vitio vnguini, cum color argueret illum esse vitiatum epate. At medicus intelligens ineptum hominis pudorem, nihil inquit, tibi periculi est à reducta, sed grauius malum vrget te. Huc adlusit Mar. Tullius in oratione pro Roscio Amerino: Intellego me ante tempus hæc perferuntur, & propemodum errare, qui cum capiti Sexti Roscii mederi debeam, reductam curè,

*Ad libellam debere.*

**QVI** pecuniam præsentem ac iusti ponderis debet, ad libellam debere dicitur. Nam olim ad libram dabatur pecunia, non ad numerum. Inde illa vulgata, expendere, expensum ferre, dependere, rependere, impendere, pro sumptum facere, sumptuum rationem reddere, soluere, resoluere, & insumere. Marc. Tull. pro Roscio Amerino. Nisi planum facit **H. S. L. I. I. I.** ad libellam sibi deberi, perdit litem.

*Hoc municeps aut vicinus nunciavit.*

**M. TULLIVS** in eadem oratione: Solecis cū aliquid huiusmodi auditis, Iudices, continuo dicere, necesse est aliquem municipem aut vicinum dixisse. Solent. n. à vicinis ac municipibus vicinorum ac municipū scelera potissimum prodi. Quod & hodie vulgo dicunt, dedecus homini à cōterrancis

ant ciuibus oriri. Nā si quod fortunæ incommodum, si qua vitæ labe, ab illis quoniam sciunt proditur.

*Dea excogitauit.*

**ARISTOPHANES** in Equitibus:

Τὸ μὲν νόμα τις εἶς, τὸ δὲ κλέμ' ἕμω. i. Excogitauit dea, meum sed furtum erat. Non sine prouerbii specie dictū est in theatores, qui apud populum iactabant. Mineruam ipsis quod suaderent misisse in mentem, & tamen rerum gestarum gloriam sibi vindicabant. Color sumptus est ex Homero, ubi quorū facti ratio reddi non potest, Pallas dicitur suggestisse. Pallas Atheniensium erat protectrix. Comicus autem loci gratia, pro πρᾶγμα, posuit κλέμικ, notans Cleonis rapacitatem.

*Vfus est altera natura.*

**NIHIL** hoc dicto celebratius, τὸ θ' ἄλλ' φύσι, i. vñs altera natura. Natura nihil efficacius potentius ve. Vnde Satyricus,

Custode & cura natura potentior omni. Huic parem aut certe proximam vim habet assuetudo. Aristoteles libro Rhet. i. disputans de iucundis, docet ea iucunda esse, quæ vel secundum naturam sunt, vel quod huic proximum est, consuetā. Nihil enim putat interesse inter naturam & vñsum, nisi quod interest inter semper & plerumque. Perpetuum enim est quod indidit natura, frequens quod vñs affixit. Proinde sanctissimum cōsiliū dedit, qui iussit vt à teneris statim annis optima eligamus, quæ post vñs futura sint etiam iucunda.

*Necessitas molesta.*

**MOX** eodem in loco citat sententiam ceu vulgo iactatam, ostendens esse molesta quæ secundum naturam non sunt. Vis autem pugnat cum natura, eoque molesta omnibus necessitas. καὶ δεῦρος, inquit, εἴρηται, πᾶν μὲν ἀναγκαῖον πρᾶγμα ἀναρῶν εἶναι, id est, Et re & dictum est. Quidquid enim est necessarium natura molestū est. Verum optimis non aduolens, nisi in initio adhibeatur ali qua vis: sed quod prius erat violentum, ac proinde molestum, ad suetudine primū fit leue, postea etiam iucundum.

*Iucunda malorum præteritorum memoria.*

**NIHIL** refert & hanc sententiā prouerbialem ex poeta quopiam:

Ἄλλ' ἔδω τὸν σωθέστα μνησθῆναι πόνον. i. Meminisse laborū suauē qui seruatus est.

Item illud:

Καὶ μέγα γὰρ τε καὶ ἄλλοισι τέρεται ἀνὴρ Μνήμῃ, ὅστις πολλὰ πάθοι καὶ πολλὰ ἐβουλοῖται. id est,

Magnopere est iucunda viro renouata dolorum

Mentio, qui permulta tulit, permulta quæ gessit.

Huius & alibi meminimus.

*Suffragium optimum.*

**ARISTOTELIS** Rhetoricorum lib. i. videtur hoc attingere tamquam in foro iactatū, γράμ' ἀρίστη, id est, suffragio optimo. Cum enim multa sint probationum genera, quæ extra causam petuntur, ac Græcis dicuntur ἄτεχνοι, velut leges, testes, pacta, tormenta, insurandum, optima probatio est ex coniecturis, quæ illi ἰσίστρα vocant: μαρτυρεῖς μὲν μὴ ἔχοντι, ὅτι ἐκ τῶν εἰκότων δὲ κρίνεται, καὶ τὸ ἐστὶ τὸ γράμ' ἀρίστη, id est, Ei vero, qui testes non habet, hic erat locus, ex probabilibus signis esse iudicandum: & hoc est quod dicitur, suffragio optimo.

*Tamquam ad aram.*

**DE** sacra ancora dictum est alias. Illi simillimum est ad aram, cum extremum refugium intelligi volumus. Inde sumptum, quod olim qui extrema necessitate vrgebatur, ad aras deorum soleat confugere, vnde nefas erat quemquā detrahere. M. Tullius in oratione pro Roscio Comædo: Quæ item nuper in Erote Comædo vñs venit, qui posteaquam è scena non modo sibilis, sed etiam conuicio explodebatur, sicut ad aram confugit in huius domum, disciplinam, patrocinium, nomen. Idem lib. 3. de natura deorum: Quod vos inquit, cum facere non potestis, tamquam ad aram confugitis ad deum. Idē actione in Verrem quarta: Magistratum autem nostrorum iniurias ita multorum tulerunt, vt numquam ante hoc tempus ad aram legum, præsidiumque vestrum publico consilio confugerēt. Ouidius Epistolarum lib. 4.

Vnica fortunis ara reperta meis.

Plautus in Mostellaria: Ad aram confugisti.

*Ad asylum confugere.*

**HVIC** cognatum est: Ad asylum cōfugere.

H h h 3 M. Tul-

M. Tull. actione in Verrem 3. Se quzstorē prohibitum esse dicebat, quo minus ē phāno Dianz seruum suum qui in illud asy- lum confugisset, abduceret. Hæc sicut ve- nustiora & παρομοιωδῆς τεκ, si ad animi res transferantur.

*Equitandi peritus ne canter.*

Ἰπποσώων δῖα κόως μὴ ἄδην, id est, Equitādi pe- ritus, ne canter. Sumptum à poeta quopiā, in eum qui professus res serias versatur in nugis. Equitatio militaris est, & ad bellum pertinet. Musici sunt imbelles ac voluptati- uis insectatores. Gregorius Theologus in epistola ad Eudoxum rhetorem: ἰπποσώων δῖα κόωτα μὴ ἄδην ἐβλεν ἢ ποίσις, μὴτε γίνε- ται, μὴ καὶ τῆς ἰπποσώων δῖα μέτρως, καὶ τῆς εἰδῆς, id est, Eum qui didicit artem equitā- di non vult canere poesis, ne quia eueniat, vt simul & in equitando aberret & in canē- do. Nondum liquet ē quo poeta sumptum sit, sed dictum videtur in Thebanos, qui duas artes præcipue discabant, equitandi & canendi tibiis, cum altera parum alteri cō- gruatur.

*Sparta serui maxime serui.*

PLUTARCHVS in vita Lycurgi refert, ceu vulgo iactatum ἐν λακωνίαισι τὸν ἐλευθέρων μάλιστα ἐλευθέρων εἶναι, καὶ τὸν δῆλον μάλιστα δῆλον, id est, Apud Lacedæmonios qui li- ber est, eum maxime liberum esse. Contra qui seruus est, maxime seruum esse. Apud Lacedæmonios ingenuis non erat fas dis- scere, aut exercere viliū opificium, aut ne- gotiationem, aut agriculturā, sed hæc om- nia per Helotas, id erat seruorum genus, quibus nefas erat vllam artem liberalē vel discere vel exercere, agebant: quos ipsos durissime tractabant. Cogebantur adesse cō- uuiuis, & illic inebriari, cationes ridiculas canere, & saltationes indecoras agere, vt ho- rum exemplo ingenui discerent, quam in- decorosa foedaque res sit temulentia. Quin & Ephori cum inirent magistratum, solent Helotibus bellum indicere, quo fas esset il- los occidere. His rationibus ad tantā serui- tentem adgebantur, vt nihil auderent in- iusū dominorum: adeo vt cum Thebani, qui eruptione facta in Laonicam quosdā ex Helotibus cæperant, iuberent illos cane- re cantiones Terpandri, Alcmanis & Spon- dontis Laonici, responderint id heriles fi-

lias nolle. Generosior Spartano, alias no- bis dictum.

*Vespertilio.*

VEPERTILIONES videntur appellari, qui grauari ære alieno, luce domi se conti- nent, ne à creditoribus appellentur, noctu prodeunt. Vlpianus libro Pandect. 21. ti- tu. de Euictionibus: Si quis ita stipulan- ti spondeat, sanum esse, furem non esse, vespertilionem non esse &c. inutilis stipu- latio quibusdam videtur, quia si quis est in hac causa, impossibile est quod promittit- tur. Si non est, frustra est. Sed ego puto ve- rius hanc stipulationem furem non esse, sa- num esse, vespertilionem non esse, vtilem esse: hoc enim continere, quod interest ho- rum quid esse, vel horum quid non esse. Hæ- ctenus Vlpianus. Quamquā hoc loco quid- dam pro vespertilionem legunt vespillonem aut vespellem. Alciatus inter iureconsultos vnde quaque doctissimus in commenta- riis suis de Rerum significationibus, putat vespertilionem dictū quemadmodum mo- do diximus, qui mens creditorum interdiū latitat, noctu prodit. Nam animal hinc di- ctum quod vesperi volet, indicat Nonius Marcellus. Adagium esse sumptum vide- tur ex apologo quopiā, siue Aesopi, siue alterius illum imitari (Nam Aesopo vide- tur indignus) qui narrat vespertilionem, mergum & rubum, inisse societatem, vt cō- flatis sortibus pariter negotiarentur. Vespertilionem contulisse pecuniam à scē- natoribus mutuo sumptam, Mergū aliud quidpiam, rubum vestem. Cum omnes à naufragio nudi enatassent, vespertilionem metu creditorum interdiū latitare, noctu volare tantum, mergum obsidere littorā, ac subinde collum demittere in fundum, sicubi reperiat merces suas, vel eiectas in lit- tus, vel in fundo hazentes: rubū prætereun- tium adherere vestibus, siquam forte suam reperiat. Poterat videri parum quadrare, seruum ære alieno grauatū esse, quis enim credat seruo? nisi legeremus apud Tere- nium, Dauum Getæ quod debebat reddi- disse. Nobis tamen videtur vespertilionis nomen & in fugitium seruum competere, qui noctu ab hero solitus sit subducere sese, latitatque vbi periculum est ne agno- scatur. Nā inibi mox proximo capite, pro vespertilionem ponit errorem ac fugitiuū,

cum

tum quis, inquit, stipulatur furem non esse fugituum non esse, erronem non esse. prisci tamen ea voce secus vsi sunt, videlicet pro homine ancipitis fidei, qui nec huius ordinis sit, nec illius, cum utroque ramentum colludat: eo quod vespertilio sic utraque ut nec inter volucres, nec inter mures habeat locum. Alas habet, sed pennas non habet: volitat, sed sub vesperam. Dentes habet, quod auium nulla. Varro in Agathone citate Nonio: Quid multa? factus sum vespertilio, neque in muribus plane, neque in volucris sum. Vespertilionis conuiuium torquere poterit & in amates qui noctu volitant, quos Plautus in Trinummo vocat tenebricolas. Elegans, inquit, despoliator latebricolarum hominum corruptor.

*In folle offerre.*

**CALISTRATVS** lib. Pandect. 35. tit. de condit. & demonstr. c. cum seruus: Nos, inquit, neque conditionem meram putamus esse, quae in datione existit, neque meram conditionem quae in facto consistit, sed eam conditionem quae ex quadam mixtura consistit. Nam non utique si ille in folle reliqua obtulit, liber erit: non enim testator hoc sensit, sed illud, ut rationes reddat, quomodo seruus reddere solet: id est, legendas offerre rationes primum, deinde computandas, ut explorari possit, computationes probae an improbae referantur, accepta, relata recte an non recte. Apparet in folle dictum, pro eo quod erat, inexplorate, inexplicata & confusa, sicut qui syngraphas & pecuniam sacculo inclusas offert.

*Malus choraules, bonus symphonicus.*

**DIVS** Augustinus in epistola ad Aurelianus. Et refertur in decretis Causa 16. Quae sitio. i. c. Legi epistolam: commemorat vulgo illud iactatum: Malus choraules, bonus symphonicus: ubi quis in suo genere contemptus, in praestantiore habetur in pretio: veluti si quis poeta ineptus profiteatur medicinam, & inter praecelatos medicos habeatur. Augustini verba sunt haec: Ordini clericorum sit indignissime iniuria, si desertores monasteriorum ad militiam clericorum elegantur, cum ex his qui in monasterio permanent, non tamen nisi probatiores ac meliores in clerum adsumere so-

lemus: nisi forte sic vulgares dicunt, malus choraules, bonus symphonicus est, ita ipsi vulgares de nobis iocantur, dicentes, malus monachus, bonus clericus est. Sumptum apparet ex M. Tull. qui in oratione pro Murena ita loquitur. Itaque mihi videntur initio multo hoc maluisse: postquam id adsequi non potuissent, illuc potissimum sunt delapsi, ut autem in Graecis artificibus eos aulcedos esse, qui citharcedi fieri non potuerint, sic nonnullos videmus, qui oratores euadere non potuerunt, eos ad iuris studium deuenire.

*Ne bestiae quidem ferre possent.*

**PROVERBIALIS** hyperbole est apud Marc. Tul. actione in Verrem quinta: Postremo ut odor Aponii teterimus oris & corporis, quem ut aiunt, ne bestiae quidem ferre possent, vni isti suavis & iucundus videretur. Confine est illi quod alibi retulimus, Balbium polypus Agne delectat. Idem in Catil. inuestiua 5. Tantus enim illorum temporum dolor iniustus est, ut iam ista non modo homines, sed ne pecudes quidem mihi passurae esse videantur. Paulo diuersius dixit in epist. ad Atticum, cuius initium, Quzeris ex me, libro 1. Et quod omnes non modo homines, verum etiam pecudes factum esse sciebant.

*Cossi.*

**OLIM** vulgari conuiuium Cossi dicebantur homines natura rugosi, a similitudine vermium qui lignis innascuntur. In natura rugas habent, ut se contrahant ac porrigant. Horum Plinius meminit pluribus locis, ut lib. 11. cap. 3. Rursus lib. 30. cap. 13. libri vero 17. cap. 24. indicat huius generis gradiorum in cibis atque etiam in luxu suis se antiquis. Meminit & Hieronymus aduersus Iovinianum libro 2. Graeci *πεσφες* vocant, qui cum sint iuniores, tamen vultu senium praeseferunt. Auctor Festus Pompeius.

*Circeo poculo.*

**DE** Circes virga nobis ante dictum est. Ad simili forma M. Tul. vsus est Circeo poculo, de homine subito in alium mutato, Actio ne in Verrem prima: Sed repente e vestigio ex homine tamquam aliquo Circeo poculo factus est Verres, redit ad se, atque ad mo-



res suos. In verbis Ciceronis tacita adlusio est ex ambiguo vocis. Nam Verres porcus est maialis non dum castratus.

*Ne tempestas quidem nocere possit.*

**I**n homines insigniter nudos & inopes, nō sine prouerbii specie dixit M. Tull. actione in Verrem 5. Ceteros Leontinos quibus non modo Apronius in agris, sed ne tempestas quidem vlla nocere potuit, expectare nolite. Etenim non modo incommodi nihil ceperunt, sed etiam in Aproniani illis rapinis, in quaestu sunt compendioque versati &c. Adlusum est autem in Apronii vocabulo ad aprum Calydonium. Et qui possident aliquid rerū, aut habent in agris, aut in mari: his tempestas nocere potest. Cui vero nulla tempestas nocere potest, is nec in agris possidet quidquam, vt agricolae, nec in nauibus, vt negotiatores.

*Ballio.*

**N**OMINA quaedam ob insignem improbitatem abierūt in prouerbum, quod interdum à veris, interdum à fictis in comœdia personis sumitur. Nam Mar. Tull. in actionibus suis subinde C. Fannium Chæream quendam Ballionem appellat, veluti pro Roscio Comedo. Qui iccirco capite & superciliis, inquit, semper est rasis, ne vllū pilū boni viri habere dicatur. Cuius personam præclare Roscius in scena tractare cōsuevit, neq; tamen pro beneficio ei par gratia refertur, nam Ballionem illum improbissimum & periuurissimum leuonem cum agit, Chæream: persona illa lutulenta, impura, iniuisa, in huius moribus natura vitæque est expressa. Rursum in eadem: Vix medius fidius tu Fanni à Ballione aut alio quo eius simili postulare auderes & impetrare posses: Ballionem inducit Plautus in Pseudolo, lenonē impurissimum, rapacissimum, improbissimum, nomen confictum est à βάλλας, quod semper aliquid præde venetur leno: vel à βαλλίζω, quod lasciuia-rum ac saltationum sit architectus.

*Canes venatici.*

**Q**UI venandi studio tenentur, habet canes emissarios, qui vestigiorū odore feras exploratas, & repertas latratu produnt. De Coryceis alibi diximus. M. Tullius actione

in Verrem sexta: Apponit de suis canibus quendam qui dicat se Diodorum Melitensem rei capitalis reum velle facere. Ibidem aliquanto post: Qui simul atque in oppidum quodpiam venerat, immittebant illi continuo Cybiritici canes, qui inuestigabant ac perscrutabantur omnia. Duos istos Cybiritas appellat canes, quod ad furadum Verres illorum oculis, sed suis manibus vteretur. Solet autem canibus à regione cognomen iudi, vt Melitæis. Ac Lupe-rius in eadem: Qui postea quam venerunt minandum in modum canes venaticos diceret, ita odorabāt omnia & vestigabāt &c.

*Mercenarium præconium.*

**L**A VDES non ex animo tributas, sed com- modi gratia per adulationem oblata. M. Tullius actione in Verrem tertia Mercenarium præconium appellat. Itaque cum à te caput illud tam multis verbis mercen-ario præconio esset ornatum, equis inuen- tus est postea prætor, qui illud idem erice- ret? Quamquam scimus in vulgatis codi- cibus pro præconio haberi proœmio, ad recte, docti viderint.

*Palmarium facinus.*

**P**ALMARIVM facinus, pro insigni ac triu- pho digno dixit Terentius in Eunuchis: Tum hoc alterum, id vero est, quod mihi puto palmarium. Pro eodem M. Tullius dixit: Palmas. Vt pro Sexto Roscio Ame- rino: Si quem admodum paratum esse au- dio testis prodierit, tum alias quoque suas palmas cognosceat. Rursum Philippica 14. Sexta palma vrbana, etiā in gladiatore, dif- ficilis: sed hæc iudicium culpa, non mea est. Plautus in Mustellaria, palmā itē vlti- paui in malam partem, loquens de adole- scente qui ex moribus continentissimis de- generat ad mores corruptissimos. Is nunc in aliam partem palmam possidet.

*Commouere sacra.*

**P**LAVTVS in Pseudolo: Commouere sa- cra dixit, pro eo quod erat extrema experi- ri præsidia. Hinc dictum apparet, quod res- bus desperatis, soleāt homines ad deorum præsidia confugere. Velut hodie, Lutetia, cum supra modum inundat Sequana, cot- pus diuē Genouesæ à montis acuti tempore desertur, ad ædē virginī matri sacram. Sed

vide

Vide num pro facta legē dum sit saga, vt intelligas arma, de quo iam diximus. Sequitur enim protinus, quo pacto & quātas solē turbellas dare. Deinde verba sunt quasi bellum denunciantis: Nunc ne quis dictū sibi neget, dico omni pube presente in cōtione omni populo, omnibus, amicis notisque edico meis: In hunc diem, à me, vt caueant ne credant mihi. Idem seruus & deinceps bellica loquitur.

*Quasi dies dicta sit.*

OLIM rei solent esse mœni squalidique ac lugentibus similes, quo iudices ad misericordiam inflecterent. Hinc illud Plautinum in Asinaria:

Quem videam æque mæstum esse, vt quasi dies dicta si fiet.

*Βεργαίζαν.*

STEPHANVS scribit βεργαίζαν esse ciuitatem Thraciæ, siue vt Strabo refert vicum. Eius gentis improbi mores in prouerbum abiierunt, vt dicebantur βεργαίζαν, qui nihil sani loquerentur. Tota enim natio Thracum multis nominibus male audiebat, sed præcipue, ob morum truculentiam ac perfidiam. Thrax erat Polymnestor, qui victicia arma secutus, Polydorum obtincauit, & auro vi potitus est.

*Summo pede.*

Ακρω ποδῖ, id est, Summo pede eadem figura dictum est, qua summo digito. Negatur summo pede attigisse disciplinam, qui nunquam ingressus est, nec attingit limen illius. Extat apud Platonem in Lachete, cuius loci alibi, ni fallimur, fecim⁹ mentionē.

*Vsuræ nauticæ.*

ΑΡΥΘ Iurisconsult. vsuræ nauticæ dicuntur centesimæ magnæq;. Negotiaturi sortem interdum accipiunt mutuo. Quoniam autem qui nauticam exercet negotiationem se suaq; ventis & vndis committunt sceneratores maiorem vsuræ exigebant. Interdū accipiebant mutuum in vna ciuitate, qd̄ in alia redderent: veluti si negotiator Venetiæ pecuniam acciperet, reddēdum Brugis. Huc genus negotiationis quod vtriusque periculo sit, à Græcis dicitur, ἀμφοτερόπληξιν. Idque mutuum uocabatur δεικνησιωτικόν.

Vsus est Demosthenes in Oratione aduersus Dionysiodorum: Dicebatur & ἐκδοσις, quo verbo vsus est Demosth. contra A phobum, quod fors daretur. Porro de sœuore nautico titulus est in Pandectis libro 22. Eam pecuniam Modestinus vocat traiectionem, sed non solus. Paullus appellat vsuras maritimas. Idem titulus est in Codice lib. 4. Hoc indicat, satis est paræmiographo. Qui querit exactiora, inde petat.

*Doribus Dorice loqui.*

PROVERBII faciem habet, quod Gorgo in Syracusis apud Theocritum respondet ho spiti, admonenti vt desinat turturum more garrire:

Δορίσθ' ἐν δ' ἐξέτι δ' οὐκ ἄν τοῖς δωρείσσει, id est, Dorissare tamen fas Doribus arbitramur esse.

Conueniet in homines natura loquaces, Aut cum oratio responderet moribus & ingenio, Velut cum Pænus fraudulenter loquitur, aut leno lenone digna.

*Somnium hybernium.*

Χαιμερινὸς ὄνειρος. id est, Hybernium somniū dicitur proliza narratio, sed inepra, quod hyeme noctes sint longiores & proinde longiora somnia. Lucianus in somnio: μεταξὺ δὲ λέγουσι ἠεὶ κλειστέρας, ὡς μακρόν τ' ἐνύπνιον καὶ δ' ἰμαίνον. ἢ τ' ἄλλ' ἰπέκρυσσι, χαιμερινὸς ὄνειρος. id est, Sed interim dū hæc loquor Pæp̄ dixerit aliquis, vt longum insomnium ac forense, mox alius subiecerit, Hybernium somnium. Dicauicū dixit, vel quod duæ personæ inter se decerent, vel quod forenses causæ multis clesydrijs perorentur.

*Aliis tragædos prouocat.*

Τὸς ἐπίπρως τραγῶδης ἀγωνιάται. id est, Aduersus reliquos tragædos sese parat. Refertur ex Lycurghi sophisticæ oratione aduersus Demadem. Didymus ostendit diei solitum in eos qui sese componunt instruuntque aduersus partem aduersam. Translatum videtur à certaminibus Baccho sacris, in quibus tragædorum seruebat concertatio.

*Πομπήεν.*

ΥΠΕΤΕΡΕΣ πομπήεν dicebant conuiciari: πομπήεις

πομπῆς conuicia, hinc natum quod in pompis Bacchanalibus quidam è curribus conuicia iaciebant in alios, & vicissim ab illis imperebantur. Citantur hi versus è Menandri Perinthia:

ἐπὶ τῶν ἑμαῶν εἶσι πομπῆν τοῖς  
σφῶδρα κούδου. id est,

In curribus nonnulla sunt diæteta.

Acerba valde.

De plaustro loqui dictum est alias.

*Securim iniicere.*

**SECURIM** iniicere dicuntur, qui vehementer lædunt, ac vulnerant M. Tull. pro L. Murena: Sed tamè Serui, quam te securim putas iniicisse petitioni tuæ, cum tu populū Romanum in eum metum adduxisti, Atque inibi paullo superius, quod hic securim dixit, velut exponēs appellat plagam. Atque ex omnibus illa plaga est iniecta petitioni tuæ, non tacente me maxima. Item pro Plancio: Quam grauiorem potuerunt Reipub. instigare securim. Idem in epistola ad Q. Fratrem lib. secūdo Tenediorum igitur libertas, securi Tenedia præcisā est. Et Demosthenes hocionem appellare solet suorum argumentorum securim. Frequentria sunt apud Plautum. Iniicere tragulam, iniicere pilum, iniicere telum. Omnia tela in patriam intenta, Cicero de prouinciis consularibus.

*Sale nihil vtilius.*

**REPERITVR** & hoc à doctis prouerbii titulo commemoratum. Humano corpori nihil esse vtilius sale & sole, Salem etiam hodie omnibus cibis admiscemus, olim apertatio vehementer laudabatur à medicis.

*Apud equum & virginem.*

**AESCHINES** aduersus Timarchum refert. Athenis fuisse quendam tantæ seueritatis, vt filiam quod impudice se gesserit, nec integritatem suam seruarit vsque ad matrimonium, deportarit in locum desertū, atque ibi vna cum equo incluserit haud dubie fame perituram. Eiusque domiciliij solum sua etiam num ætate superfuisset tradit, quod ex redicebatur πᾶρ ἰππων καὶ κόβου. id est, apud equum & virginem. Dici potest in exemplum immodicæ seueritatis.

*Ad vinum disertum.*

**CICERO** in Oratione pro M. Celio: ad vi-

num disertos appellat, qui ad serias causas agēdas inepti, inter pocula multa garriūt, vbi nihil opus: Qui se numquam profecto si istum in locum processerint, explicabūt, quam volent in conuiujs faceri, dicaces, nonnūquam etiam ad vinum disertum sint. Alia fori vis est, alia tridini. Notum est illud Flacci:

Fœcundi calices, quem nō fecere disertū? M. Tull. adlusit ad morem priscum, quo caussæ ad aquæ modum agebantur Ea diuidebatur in tres partes, vna infundebatur actori, altera reo, tertia iudici. At qui ad vinū disertum sunt, ad aquā fere muti sunt.

*Sicco iunco.*

**PROVERBII** speciem habet quod est apud Aeschinū: περι τῆς ποταμοῦ βείας, ἰλοχονω. ἄβροχῶ, i. iunco, siue iunco sicco: πῆγῆς δὲ τῆς λόγων ἀφθονίας ἔχεν ἐπιγγέλλετο, καὶ πρὸς τῶν φιλοκῶν τῶν ὑπὲρ ἀμφιπλάτους καὶ τῆς ἀρχῆς τῆς πολέμου τοιαῦτα ἔρειν, ἔφη ὅς τε ἀπορρέειν τὸ φιλίππου στόμα ὀλοχονῶ ἄβροχῶ. id est. Iam vero & rationum copiosos fontes habere se iactabat, atque de iure Amphipolis, de quæ belli origine talia dicendum, vt Philippi os sicco finge obuieturus esset. ἄβροχῶ dici potest, vel siccum, quod quæ nō rigatur, vel quod laqueum non habeat. Nā iunci gaudent humido, & ex his interdum texuntur funes. Hesyehius indicat ὀλοχονῶ idem esse quod ὀλύχονῶ. id est, iuncum marinum, ad hæc ὀλοχονῶ, id est, versatilem. Deniq; & περι τῆς λίθου. id est, rotundum ac volubile saxum. Itaque perpedat eruditus lector, an ὀλοχονῶ ἄβροχῶ, intelligat orationem falsam, non aqua marina, sed acris ac pungentibus rationibus. Quin & in illis verbis, πῆγῆς λόγων, subest prouerbium: cum in gentem copiam significabant. Frequentius cit apud Chrysostrum.

*Supercilium salis.*

**QUOTIES** bona quædam spes titillat animū nostrum, dicere licebit nobis salire supercilij. Ita Pseudolus apud Plautū in sui nominis fabula, amāti de argēto quærenti, At id futurum vnde? respondet, vnde dicam, nescio, nisi quia futurū est, ita supercilium salit. Sumptum à vulgi superstitione, qui futurorum auguria captat ex corporis adfectibus, vt si quod membrum prurtiat pter euidentē causam, si dexter oculus saliat,

salutem, si auris dextra tinniat. Non me fallit aliter legi apud Plautū: Verum & ipsa sententiam & metri ratio docet esse legendū, ut a me positum est. Sic enim legendi sunt senarii iambici:

Verum ego te amantem ne pauce non deseram.

Spero alicunde hodie me bona opera, aut hac mea.

Tibi inuenturum esse auxilium argentarium.

At id futurum vnde? vnde dicam nescio, Nisi quia futurum est, ita supercilium salit.

*Duobus digitis primoribus.*

Quod auide arripimus tota manu sumimus, aut ut habet prouerbiū ambabus. Contra qui parce sumunt, duobus digitis accipiunt. Plautus in Bacchidibus: Quid igitur stulte quoniam occasio ad eam rem fuit. Mea virtute parata, ut quantum velles, tantum sumeres. Hoc tu digitulis duobus sumebas primoribus sentit de pollice & indice. Rursus in Pœnulo: Tenetis rem, vix quidem Hercle, ita pauxilla est digitis primoribus: Ad res animi transfatum plusculum habebit veneris, ut, Tanta occasio non erat tibi duobus digitis primoribus accipienda, sed toto arripienda corpore.

*Madusa.*

In Pseudolo Plantina seruus ebrius, ita loquitur: Ego nunc probe habeo madusam Festus Pompeius indicat apud priscos madusam dici solere temulētū, dubitatq; vtrum à Græcis deductum sit, quibus ebrius est μεθυστος, an à Latino verbo madere, quod probe poti vno madidi dicantur. Quod si madusa sonat ebrium, non ebrietatem, absurdus sermo est: habeo madusam. Vnde sic arbitramur legendum:

Ego nunc probe habeo madusa, ita victu curato.

Seruus in ebrietate videtur sibi felix, ut solutus omni metu curisque & omnium tristitium oblitus. Dixerit aliquis, quid hæc ad prouerbia? Imo quemadmodum peregrina vocabula nouitate commendatione in prouerbiū abierunt, ita & obsoleta quædam.

*Talum reponere.*

Τὸν περὶν ἀντικείδω, id est, Rursus talum po-

nere dicebantur, qui quod parum ex sententia euenerat, curis ut aiunt posterioribus corrigebat. Antiphon in oratione de concordia: ἀντικείδω δὲ ὡς περὶ περὶν τὸν βίον & ἔστιν, id est, Vitam perinde atque talum de nouo ponere non licet. Vitam semel actam rursus iterare non est datum. Licet tamen iuxta Mitionem Terentiani dictum, prioris vitæ lapsus melioribus factis corrigere. Admissa vita non est quod corrigas.

*Dorice concinere.*

Qui dissentiunt, dicuntur non concinere harmonia. Dorica. Id prouerbio iactatum videtur in eos quorum oratio dissentiret à factis. Plato in Lachete: ἢ ἄρα περὶ κατὰ τὸν σὸν λόγον δωρεῖν ἡμεῖς τριπλά ἐγώ τε καὶ σὺ ὡς λέχης. καὶ γὰρ ἔργα ἔσονται ἡμῖν τοῖς λόγοις, id est, Nequaquam igitur iuxta sermonem tuum Dorica concinimus harmonia ego ac tu Laches. Nam facta nobis haud consonant verbis. Inter mulices genera Doricū maxime probatum est, ut medic temperatum inter Lydiū & Phrygiū.

*Præsentibus rebus consulendum.*

PROCOPIVS belli Gothici lib. 1. Vetus nimirum me subit dictum, quod utique præsentibus rebus ut consulatur iniungit. Arbitramur esse idem, quod alias ex Platone retulimus δὲ τὸ παρὸν ὄν τιθέναι, quod præterit, in integrum reuocari non potest: cōsultationem de futuris variæ interrumpit occasiones, quæ vrgent in primis curandū est.

*Sal & mensa.*

APUD priscos hospitii ius fuisse sanctissimum alias nobis est dictum. Id contrahatur salis & mensæ consortio. Quemadmodum apud Germanos acceptus à propinante cyathus adimit omne ius agendi iniuriarum. Aeschines de perperam obita leuatione: τῆς γὰρ τῆς πόλιος ἄλλας καὶ πλὴν δημοσίων τρεπόμεν τῶν πλεῖσθ δόμοισι ποιεῖδω, id est, Etenim ciuitatis saltem, publicamque mensam, ait se plurimi facere. Non exciderat hoc prouerbiū antea commemoratum, verum hoc exemplum hospitii publici religionem nobis commendat: eoque commemorandum putauimus. Mament huius hospitalitatis publicæ vestigia in huic vsque diem apud Germanos.

*Salina.*

*Salixes dapēs.*

VETUSTISSIMUM sacerdotum genus, fuit apud Romanos Salii, dicti quod Ancylia, quæ credebantur cælo delapsa, saltantes ferrent. Hinc opiparum conuiuū ac magnificū Saliare dicitur. Horatius in Odis: Nunc est bibendum, nunc pedelibero  
Pulsanda tellus, nunc Saliaribus  
Ornare puluinar deorum  
Tempus erat dapibus sodales.

Arbitramur autē Horatium Saliates pontificales dixisse, hoc est speciem pro genere. Nam in omnibus sacris adhibebatur apparatus splendidus ac magnificus, quæ cura delegata erat septē viris epulonibus. Aristippus reprehensulius quod homo philosophus sumptuose viueret, si inquit, hoc esset crimen, dii nō paterentur in suis sacris. De pontificali cæna nobis alibi dictū est.

*Falsum probrum.*

SENTENTIA prouerbialis est apud Aeschinē in oratione: τὸ πρῶτον παραπεισθείας. τὸ γὰρ ψῆδὸς ὄνειδος ἔχει παραπεισθεῖν, id est falsum probrum non peruenit ultra aures. Qui audit conuictum, cuius siibi conficius est grauius animo uisueratur. At qui falso probro aspergitur, non perinde commouetur. Non. n. descendit altius in animum hominis rectæ conscientię.

*Ne insciens quidem verum dicis.*

ALIQVANTO post addit hyperbolen prouerbialē: συμπεπλιγμαι δὲ ἐν τῇ πολιείᾳ, καθ' ὑπεβολὴν ἀνθρώπων γόητι καὶ ποιητῶν, ὅς ἐστιν ἂν ἄνω ἄλκιος χεῖρ ἐπιποι. id est, In repro inuolutus sum cum homine supra modū impostore & improbo, qui ne insciens quidem quidquam veri possit dicere. Hoc tropo notat hominem insigniter vanum. Alioqui solent etiam natura mendaces, interdum lapsu linguæ, ac per incogitantiam aliquid veri dicere. Fertur & hodie vulgo apud nostros de vano: Fortunatus est ad dicendum verum: quasi nunquam loquatur verum, nisi imprudens. Quod enim accidit propter animi destinationem, fortunę tribuitur.

*Capillis trahere.*

Τῶν τριχῶν ἄλκων. id est, capillis trahere dicitur qui viperellunt, quod & hodie dicitur

auribus trahere. Aeschines in oratione, quam modo citauimus: ἔκαταχόμην τὴν ὕβριν, ἀλλὰ παραπεισθείς ὑδ' ἡμᾶς εἰς τὴν ξυδοκίαν τῶν ἐταίρων τις τῶν φίλων, ἐλαχίστην τῶν τριχῶν, καὶ λαβὴν ἔντιμασιν οἰμι τὴν ἀρχαῖαν λατοργαδικῶν. id est, non perpellus fuisset contumeliam, sed incanduisset cum nos exciperet conuiuio quidā ē Philippi amicis excipiendis hospitibus præfectus, & capillis traxissem, & arcepto loro flagellastem captiuam mulierem. Plautus in Menæchmis, sed quis hic est qui me capillo hinc de curru deripit. Opinamur adlusum ad Paladē Homericam quæ Achillem capillis reuocauit apugna. idem in Mercatore: Me istam capillo pertracturum in viam, nisi hinc abducit. De naribus trahi, obtorto collo, obtorta gula, nobis alias dictū est. Quo longius à rebus corporeis recederet metaphora, hoc erit uenustior, ueluti si quis dicat: lasciuam capillis trahendam & icuiuis, laborbisquæ castigandam.

*Scythæ malus.*

TANTA erat barbaries immanitasquæ Scythicę gentis ut ipsa etiam appellatio cesserit in prouerbium, quemadmodum hodie crudelē hominem appellamus Turcam & immane facinus Turcicum. Aeschines in oratione: τὸ πρῶτον παραπεισθείας, καὶ δὲ μάστωσάμου, καὶ μὴ τῷ λογογράφῳ καὶ σκῆτικῶ ὄντι παραδέναι, Obsecro ut seruetis me, ne ue logographo, maloquæ Scythæ me tradatis.

*Mali principij malus finis.*

Ἀρχὴς κακῆς τέλος κακόν. id est, Orsus mali finis malus. Iambicus dimeter ex Acolo poeta refertur. Quæ rectis consiliis instituitur, etiam si qua incidat difficultas, tamen sortiuntur, aliquando lætium exitum: contra quæ prauis rationibus inceptatur, quauis initio succedant, tamen habent infelicem exitum.

*Laureolam in mustacis querere.*

M. TVLLIVS in epistolis ad Atticum: Bibulus cepit laureolam in mustaceo querere, hoc est, ex friuolis negotiis captare famam haud præclaram, neque magnificam. Est autē mustaceum siue mustaceus libi genus, cui aliquid additur de virga lauri dera sum, ac decoquitur suppositis lauri foliis, ut indi-

cat Cato lib. de agricultura. Vnde Pli. lib. 15. c. 30. Mustaceum dictum putat tertium lauri genus, quod ad eum usum adhibebatur. Alioqui laurus erat triumphalis ornamentum ædium principalium ac pontificiarum. Hanc qui non poterant assequi laurum, in mustaceo querebant laureolam. M. Tull. Epistolarum ad Atticum libro 5. Epistola cuius initium: Saturnalibus mane: Bibulus, inquit, credo voluit hac appellatione inani nobis esse par. In eodẽ Amano cœpit laureolã in mustaceo quere- re. Cicero in provincia res præclaras gesserat, Bibulus frigebat. Idem ad M. Cœliũ Ruffum lib. 2. qualemcumque triumphũ laureolam appellat, velles enim, ais tantũ modo, vt haberem negotii, quod esset ad laureolam satis:

*Si tu proreta.*

**N**ON tam ficus ficui similis est, quã est simile prouerbio quod est apud Plautum in Rudentibus:

Si tu proreta isti nauis es, ego gubernator ero.

Quo licebit vti, quoties neuter alteri in negotio quopiam vult cedere. Nam prora ea pars nauis est, quæ in appellendo percutit litus, puppis est posterior in qua sedet qui clauum regit. Habent enim nauis singulis distributa munia, quorũ præcipua sunt proretæ & gubernatores. Vnde prouerbiũ Prora & puppis. Prora Græca vox est, cui parti qui præsidet *πρωτοστυς* & *πρωεταυς* illis appellatur, vnde *πρωεταυδιδου*, proram regere. Suspiciamur autem Plautum & alteram vocem Græce posuisse vt priori Græcæ responderet *λυβερνυς*. Nam si gubernator legas, versus trochaicus antepenultimo loco habebit breuem syllabam, gubernator ero, quod carminis ratio nullo pacto recipit, Si tu proreta isti nauis es, ego *λυβερνυς* ero. Verum hoc quidquid est eruditorum iudicio relinquimus. Honestior autem nauis pars est puppis. Vnde Vergilianus Aeneas: Stat celsa in puppi. Et M. T. Cornificio libro duodecimo. Quamobrem mi Quinte conscende nobiscum, & quidem ad puppim.

*Hedera lasciuior.*

**N**ON sine prouerbii specie dictũ est, quod hedera natura sit omnia complexu suo vin-

care. Vnde Flaccus arctissimum amicæ complexu significare volens ait in Odis:

Arctius atque hedera proceræ astringitur illex,

Lentis adhærens brachiis.

Rursus alibi: Lasciuus hederis ambitiosus. Sed complexu suo enecat arbores, quod idẽ amantibus faciunt lasciuæ puellæ. Vnde Romæ Flamini Diali nefas erat tangere hedera, atque adeo ne nominare quidẽ fas erat. Hoc ænigmate declarauit antiquitas, quanta puritas, quantaque castitas deceat sacerdotem, atque adeo quanta libertas, nã amare mera seruitus est. Nec anulum solidum gestare concessum erat, aut vllum omnino in corpore nodum habere, vt testatur Festus Pompeius.

*Nugas theatri.*

**PLA**VTVS in Comœdia Pseudolo, nugas theatri appellat, quotidiaua conuicia quæ in meretrices, lenones & parasitos iaciebantur à comœdiarum actoribus. Sic ibi Ballo leno rogatus quid ipsi dixisset quispiã? Nugas inquit theatri, quæ in comœdiis solent lenoni dici, quæ pueri sciunt, Malum & scelerosum, & periurum aiebant esse me, sic leno. His autem conuiciis non oportebat quenquam offendi, vt aiebat Socrates, nihilo Heracle magis quam in magno conuiuio, liberius dictis. Quin etiam totum hoc quod in comœdiis agitur, nuge theatri dici poterunt: veluti iuuenes amare, senes iurgare, seruos heris imponere, lenas sitire & cetera. Aliquanto secus dictum est M. Tul. qui theatri vocem traxit ad significationem ostentationis. Velut in oratione pro Rabirio: Multas equidem C. Cæsaris virtutes magnas incredibilesque cognoui, sed sunt ceteræ maioribus quasi theatri propositæ & pœne populares, castris locũ capere & cetera. Vnde & Theatrica dicuntur quæ multitudinis fauorem captant.

*Pleno modio.*

**A**NTE dictum est nobis plena manu fieri, quod largiter, minimeque; maligne dicitur. N Tull ad Atti. lib. 6. Epist. 1. simillima figura dixit, pleno modio: Si illa iam habet pleno modio, verborum honorem, inuitationem crebram &c. Nam antea dixerat, se publicanorum vsuras affatim laudasse.

*Agninis*

*Agnis lactibus alligare canem.*

**BALLO** in Pseudolo Plautina: Quia pol qua opera credam tibi, vna opera adligem fugitiuum canem agnis lactibus. Qui canē alligat intestinis agninis, is nō modo canem amittit, verum & prædam vltro dedit fugitiuo. Sic qui credit homini malæ fidei, & rem perdit & frustra obligatum habet eum, qui non est soluendo. Lactes enim dicuntur intestina molliora.

*Superavit dolum Troianum.*

**APVD** Plautum in Pseudolo, senex laudat seruum suum, quod arte noua, structis insidiis per subornatum quendam imposuerit Ballioni lenoni, ita loquitur:

Superavit dolum Troianum, atque vicit Pseudolus.

Sentit autem de equo Troiano è trabibus cōtexto, de quo iam sæpius diximus. Quē admodum autem Græci per subornatum Sinonem imposuere Troianis, ita Pseudolus per Harpagem imposuit lenoni.

*Laryngizein.*

**Λαρυγγίζειν** Græcis dicuntur, qui nō loquuntur naturali modo, sed dilataro gutture effundunt immanem vocem. Quemadmodum & canunt nonnulli. Hoc vitium Demosthenes obiecit Aeschini, quod non ex animo loquens vocem præter naturam intenderet, Neque enim oratoris est, adfectus clamore mouere, sed argumentis & rem velut oculis subiiciendo.

*Oculis ac manibus.*

**QUOD** omnibus modis cōpertum est, oculis & manibus deprehensum dicitur Mar. Tull. pro Cluentio: Cum manifeste venenum deprehendisset, quod vir matris Opianicus ei parauisset, & res non coniectura, sed oculis ac manibus teneretur, neque in causa vlla dubitatio posset esse, accusauit. Oculis magis creditur, quàm auribus. Quidam porro adeo sunt *δυσχεδής*, vt nisi manibus contrectent, non credant.

*Vs herba solstitialis.*

**APVD** Plautum in Pseudolo amans de spe subito deiectus, ita loquitur: Quasi solstitialis herba paullisper fui, repente exortus sum, repentino occidi. De Ephemero ani-

malculo nobis alias dictum est. Sunt qui hoc loco solstitialem herbam intelligi velint Heliotropiū. Atqui tamen Heliotropium circumagitur ad solem spectans, nusquam tamen legimus eam, eodem die nasci ac mori. Vero propius est Plautum sentire de herba Ephemero, cuius aliquot locis meminit Dioscorides, veluti lib. 4. cap. 698. Item alii nonnullis. Rursus libro 6. c. 111. Is duo facit genera, alterum Colchicū quod illic affatim proueniat, à quibus bulbus erraticus siue agrestis dicitur, quod sub exitum autumnii florem effundit subcandidum, non dissimilem croceo. Alterū quod Irim syluestrem appellant, foliis lilii sed tenuioribus, caule pari, florem habet ceruleum amarum, cuius descriptionem habet Plin. lib. 25. c. 13. Colchicon bulbi similitudine adlicet ignaros, & iugulat, quē admodum & fungi. Sed præsentis remediū est lac Bubulum. De hac herba non dubiū est quin Plautus senserit. Nā Dioscorides ait prouenire sub exitū autumnii, hoc est, circa solstitium brumale. Et Theophrastus Ephemeron appellatam putat quod vltra diem non viuat, idem prædicans de herba quod Aristoteles de animante eiusdem nominis.

*In herbis.*

**IN** herbis esse dicuntur, quæ non dum maturuerunt, sed spem modo bonam de se præbent: dixit M. Tull. in oratione pro M. Cælio: Sed ego non loquor de sapientia quæ non cadit in hanc ætatem, de imperu animi loquor, de cupiditate vincendi, de ardore mētis ad gloriam, quæ studia iam in his ætatibus nostris contractiora esse debeant, in adoleſcentia vero tamquam in herbis significant, quæ virtutis maturitas, & quantæ fruges industriz sunt futuræ. Hoc pro uerbum alibi nobis dictum meminimus, sed hunc locum adicere visum est. Ex quo si quid damni capit lector, est quod quaeratur: si quis cauilleret nos captare numerū silebit, si perpenderit innumera prouerbia ceteris admixta, non referri.

*Nullius in culpa.*

**ALIBI** commemorauimus de modis omnibus ignoto solere dici, alibi an ater sit nescimus. Huic simillimū est, quod ait Harpax apud Plautū. Quem Pseudolum, quas

tu prædicas fallacias mihi. Quem ego hominem nullius coloris noui. Vehemētius est, quam si dixisset, albus an ater. Et paulo post, pro eo quod dici solet, nō noui hominem. Neque istum, inquit, Pseudolum mortalis qui fiet, noui neque scio. Rursus in eadem. Qui suum reperunt, alienum reddunt nato nemini. Idem in rudētibus: Dominus huic ne frustra sis, nisi ego nemo natus est. Rursus in Mustellaria: Curabitur, tamquam si intus nemo in ædibus habitet. Iterum in eadem: Natus nemo in ædibus fuit.

*Et prædam & præmium.*

QUOTIES significamus omnino quidpiam auferendum siue iure, siue iniuria, dicemus & præmium & prædam auferendum. Præmiū datur pro meritis, præda per vim aut arte abducitur. Ballio in eadem fabula: Auferitur id præmium à me, quod promisi per iocum. Cui respondet senex, De improbis uiris auferri præmium & prædam decet. Sentiens malos quouis modo spoliandos, eo quod si quid male sit malis, benefactū est. Sicuti bene dictum est, quod dignis male dicitur.

*Ex natali emortualem facere.*

IN eadem fabula Ballio leno coactus reddere argentum dicit: Certum est mihi hunc emortualem facere ex natali die. Emortualem dixit pro tristi, ac funesto, natalem pro læto ac felici.

*Catone hoc contenti sumus.*

INTER ea quæ Cæsar Augustus, quotidiano sermone solet usurpare, Suetonius & illud commemorat, quod quoties significabat præsentem rerum statum esse boni consulendum dicebat, contenti sumus hoc Catone. Cato Uticensis conatus est tueri præsentem Reipub. statum exclusa tyrannide, at non successit. uicit ea pars quæ tyrannidem videbatur affectare. Augustus autē in hoc eum Catone sentiebat, quod præsentē Reipub. statum nollet immutari. Iraque ipse quodammodo sui temporis Cato fuit. Retulimus ex Macrobio inter apophthegmata, Cæsarem Augustum aliquando uenisse in ædes in quibus habitauerat Cato. Hic eum Strabo in gratiam Augusti inensaret Catonis peruicaciam, quod sibi necē con-

sciscere, quam Iulio victori se submittere maluisset: Augustus respondit, Quisquis præsentem ciuitatis statum mutari non uult, is & ciuis & uir bonus est. Eodem dicto & Catonis memoriam tutatus est, & sibi consuluit, ne quis in posterum adfectaret res nouas.

*Edax triremis.*

Αἰδὸ κρᾶγοι τριρέας, id est, Edaces triremes, dicuntur quod magnis consenti impendiis. Trāllatum uideretur ab egegiis equis & ad certamina alitis, quos oportet esse voraces, extat apud Lysiam oratorem. Alcæus autē in comædo tragœdia, lucernas bibulas αἰδὸ κρᾶγος dixit, quod multū absumant olei. Prouerbiū speciem hæc habebunt, si ad hominem prodigum inmodicique impediū transferantur, quæ uemadmodum Edax curus, de quo nobis est dictum prius.

*Obolo dignus.*

Αἰεὶ ὁ βολᾶς, id est, dignus obolo per iocum dicebatur, qui in aliquo numero uellet haberi. Translatum à consuetudine reipubl. Atheniensium, qua qui per senatum adscribebantur in numerum uirorum, & ob id δούμοι uocabantur, iis in singulos dies dabatur obolus ex ærario publico, quemadmodū tradit Aristoteles in Politicis. Alii malunt duos dari solitos. Et fieri potest, ut post duplicata sit mercedula. Huius rei meminuit Lysias in oratione περὶ τῶν ἀδωκῆς. Et haud scim⁹ an huc adluserit Aristophanes in Equitibus. ἀνὴρ γυγίεται τοῖσι πολλοῖς τῶν βολᾶς. ἀδωκῆτοι dicebantur, qui trium mensium spacio corpore claudicarent. Quæ admodum ἀδουκίμοι dicebatur, qui nondum etiam in uirorum numerum adscripti, nec dum obolo digni iudicati.

*Arcopagita taciturnior.*

Αρειωπαγίτης σιγανώτερος. id est, Arcopagita taciturnior dicebatur, qui commissum arcanum optime contineret. Alciphron in epistola quadam: γινώμι τοῦ ναυ ἀρειωπαγίτης σιγανώτερος. id est, Esto mihi nunc Arcopagita taciturnior, σιγανός enim dicitur, non qui tacet ipse, sed qui continet arcanū, nec effutit usquam, trāllatum est à uasis solidis, nec vlla ex parte perstillantibus, Athenis in Arcopago causæ capitales audiebantur, idq; noctu, magna attentione. Et fortassis

neclass



nefas erat illis quæ ibi fuissent acta apud vulgus effutire. Extant & hodie apud Vespulos reliquæ generis iudicium. Certi vulgo dicuntur. Qui in hunc ordinem admittuntur, magna religione adiguntur ad silentium. Est enim ratio quædam deprehendendi crimina, quam nullus intelligit, præter illos iuratos.

*Veterata vaticinari.*

**A L I V I** retulimus *ἄρχων λέγειν*, friuola loqui. Ballio in Pseudolo Plautina ad atrociam conuicia, quibus à duobus impetitur, respondet, vetera vaticinamini. Cōueniet in eos qui nihil adferunt noui, sed iā olim vulgo iactatum, Nam vatū est, aut aliquid noui dicere quod nondum accidit aut aliquid proferre, quod nulli cognitum est. Solent enim prognastæ quidam mira quædam diuinare de præteritis annis. Lenoni nihil est noui audire, scelestus, periturus, sacrilegus.

*Eisdem queri.*

*Ξωκνήων κλάων*, dicuntur, qui simul iisdem de malis queruntur, inde sumptum quod apud veteres interdum duo tibicines eandem cantionem sonabant. Aristophanes in Equitibus:

*Ξωκνήων κλάσωμεν, ἔλύμπες νόμον* id est, Modis Olympi concinamus tristitia.

Olympus quidam fuit Marlyæ discipulus. Is conscripsit de lugubribus modis tibia canendis. At Marlyæ male cessit sua musica. Discipulus igitur magistro accinit lugubria.

*Schœnicole.*

**F E S T V S** Pompeius indicat olim schœnicolas appellata sortea plebeia ac vilia, ab vnguento vilissimo quo oblinuntur. Plautus in Pœnulo: Miseras, schœno delibutas, schœnicolas fordidas.

*Luto lutulentior.*

**ΑΥΑΡΟΣ** quæstusq; supra modum auidos, impuro ac sordidos dicimus. Id Plautus *ὑπεβολικῶς* exaggerat in Pœnulo: Sed lenone isthoc Lyco illius domi nō lutum est lutulentius. Nonnumquam declarat hominem scelerosum & contaminatum potiusquam sordidum. Vt Cicero in oratione pro domo sua ad pontifices. O cœnuni, o portentum, o scelus. Et Pisonem alicu-

bi lutum appellat. Sic enim appellat lutū, quemadmodū subinde vocat scelerosum, Labem ac maculam. Itidem subinde facē, procellam, ac tempestatem appellat tumultus auctorem.

*Διακωδωνίζεν.*

*Διακωδωνίζεν*, Demosthenes dixit pro explorare atque examinare. Sumptum putant ab iis quo noctu cum tintinabulo circumueunt excubias, ne quis dormiat, aut vt hoc signo declarent se vigilare. Siue ab iis qui coturnices tintinabulo experiuntur, num sint ad pugnam idoneæ, vt visum est Aristarcho. Nec desunt qui malint inde ductū, quod ad eundem modum explorari solent equi, an tubarum & armorum strepitum laturi sint Simili modo conuiciis olim explorabantur initiandi mysteriis.

*Ferrum & flamma.*

**C V M** exitiabile bellum significamus, ferro flammæque rem geri dicimus, siue ferro igniq; M. Tullius in oratione pro L. Flacco: O diis immortales quid hoc miserius, nos qui P. Lentulo ferrum & flammam de manibus extorsimus, imperitæ multitudinis iudicio confidimus. Mox in eadem: O nox illa, quæ p̄nē æternas huic vrbi tentibras attulisti, cum Galli ad bellum, Catilina ad urbem, coniurati ad ferrum & flammam vocabantur. Rursum pro Sylla: Cuius nuper ferum recuderim, flammamq; restinxerim: In oratione pro domo sua, addit saxa, Deinde cum ille saxis & ignibus & ferro vastitatem meis ædibus intulisset. Item pro Planco: Quorum vidisti toto illo anno ferrum in foro, flammam in ædibus, vim in tota vrbe versari.

*Montes frumenti.*

**D E** montibus auri nobis alibi dictum est. Sed quemadmodum musca ad quauis res transfertur cum negamus quidquam tale esse, nulla mihi musca in ædibus, ita montes ad quarumlibet rerū affluentē copiam transfertur. Plautus in Pseudolo: Quibus cunctis montes maximi acerui frumenti sunt domi. Vox hæc montes superest sermoni, nisi quod ex vsu vulgari addita auget copię significationē. Itidem in vsu venit oppido pro valde, cum tantā rerum copiam intelligerent agricolæ, quanta satis est

esset vel oppido. Plautus in Mustellaria, Mōtem erroris dixit p̄ errore grauissimo. Nec salus nobis salutis iam esse si cupiat potest, Ita alium erroris montem maximū ad portum modo conspicuatum sum, herus aduenit peregre, periit Tranio. Si legasita mox alium, constabit versus trochaicus. In Mithredem dicitur montes argenti: Tum montes argenti non massas habet.

*Εφορξιδου.*

QVI fugiunt & ab eo quod agitur alio se vertunt. Græcis εφορξιδου dicitur, sumpta metaphora a saltationibus p̄sertim sacris, vnde subtrahere sese inauspicatum erat: quemadmodum indicatum est in prouerbio, Omnia secunda, saltat senex. Notū est quod refert Herodotus de Hippoclides, qui indecora saltatione excidit a spe nuptiarū & audiuit: ἀπορχήσασθα τὴν γάμον.

*Peristromata Campanica.*

ORIGENES opus quoddam varias tractās materias, ἑρωματεῖς inscripsit, sumpta metaphora ab auleis & stragulis picturatis, quibus olim diuites impense delectabatur. Quod ad hominem versipellem transferri potest. Siquidem aulea explicata aut complicata, & rursus aliter atque aliter complicata varias rerum formas præbent. Leno in Pseudolo Plautina minatur suis famulis hoc modo: Ita ego vestra latera loris faciam ut valide varia sint, ut ne peristromata quidem exque picta sint Campanica. Campania cum floretet opibus, præter modum luxui ac deliciis indulgebat. Campanicis peristromatibus Plautus adiungit Alexandrina tapeta. De Attægena dictum est alias.

*Fors domina campi.*

IN creandis magistratibus non semper vincebat, qui potior esset, sed cui fortuna fauebat. Nam a populi suffragiis res omnis pendebat. M. Tull. in Pisonem: Sed omitto pen sit factus uterque nostrum, sit sane. Fors domina campi, magnificentius est dicere, quæ admodum gesserimus consulatum.

*Fulmentum lectum.*

NONIVS Marcellus indicat prouerbium quoddam esse siuequens apud Varronē: Ful-

mentum lectum scandunt. Nec exponit quid sit fulmentum, neque quis sit prouerbii sensus: tantum indicat fulmentum dici neutro genere, & fulmentas feminino.

*Parthi quo plus biberint.*

DE Parthi veteri prouerbio dictū est, quo plus biberint, eo plus sitire. Habet hoc temulentia, ut posteaquam obstrudit palatū, magis ac magis cupiant haurire. Apud dicitur in auatos, ac studiosos, crescit enim discendi cupido cum eruditione.

*Scrapta.*

SCRAPTAE populari conuicio dicebantur mulieres nugaces nulliusque rei, a screeo quod est oris purulentiū eiicio cū sonitu. Vnde screea pro rebus vilissimis accipiebant. Fortasse quadrabit in anus, subinde screeantes, ac tussientes. Ita Festus. Nonius autē putat esse conuicium indeformes meretrices, citans hunc Plauti versum ex Vidularia:

Scrapta, scrupedæ, stricūuelæ sordidæ.

*Ex Phelleo.*

Εκ φαλλίως ἐλθεῖν, id est, Ex Phelleo venire dicebantur, qui ex humili fortuna asperaque vita ad dignitatem emerissent. Nam Græcis φαλλίως dicitur locus apertus pascendis capris, asper, pumicosus, ac sterilis. Nam huiusmodi pascuis capræ delectantur. Aristophanes in Nebulis:

Ὅταν μὲν ἔν τῆς αἰγῆς ἐκ τῆς φαλλίως  
ἔλπειρό πατήρης σὺ φέρεται ἐν μύμῳ.

Est huius nominis locus Atticæ montanus ac petricosus, cuius meminit & Stephanus, nisi quod montem φαλλίως vocat, fortassis scriptura mendosa. De his non nihil attigimus in prouerbiis: Subere leuior, & Phellinas.

*In foro veritas.*

Εν ἀγορᾷ ἀδύσθῃ, id est, In foro abstinentiū a mendacio. Lex erat apud Athenienses, ut in foro rerum venaliū vanitas omnis abesset. Theophrast. in libris De legibus ostendit Agoranomis duo præcipue curanda, ut omnia in foro compositæ, citraque tumultū agantur, deinde ut abstineant a mendaciis non vendentes modo, verum etiam ementes. Hinc est quod apud Laertium Anacharsis ait se mirari, quod Athenienses lege prohibent

hiberent in foro mendacium, cum nusquam frequentius aut impudentius mentiretur.

*Oculum excludere.*

**H A C** figura vulgus adimit omnem spē pœtenti, vt dicat, si hoc impetraris, oculum mihi excludito, aut dentem extundito. Senex in Pseudolo Plautina: Excludite Hercule oculum si dederō. Sensit quiduis potius futurum, quam vt seruo daret argentum pro amica filii. Itidē Phormio Terētianus: Vel oculum excludito, est, vbi viciscar, locus.

*Aut terra aut mari.*

**P L A V T V S** in Pseudolo, aut terra aut mari, dixit pro quacumq; ratione. Sumpti est ab historicis, qui referunt res terra mariq; gestas, & gentes terra mariq; expugnatas. Cicero pro Cluentio: Cuius tantæ res gestæ terra mariq; extiterunt. Item pro lege Manilia: Quantas ille res domi militiq; terra mariq; quanta feliciter gesserit. Rursus in eadem: Vt aliquando vere videremur omnibus gentibus ac nationibus terra mariq; imperare. Item in Verrem libro 2. Quam multæ mihi à Verre insidiæ, terra mariq; factæ sint. Ad Atticum libro 7. Qua aut terra aut mari persequar eum, qui vbi scit nescio. Demosthenes in clausula orationis p Ctesiphonte: εἰδὲ ἄρα ἔχουσιν ὄρας, ἀνιάτης τούτους μὲν αὐτῆς καὶ ἐαυτῶν ἐξέωλες καὶ προύλας ἐγγὴ καὶ βαλαύσση ποῖσασκε. id est, Quod si vique adeo sunt insanabiles, istos quidem per se solos exitio pernicieq; dignos terra mariq; reddite. Plauti verba sunt hæc: Ego in hoc triduo aut terra, aut mari alicunde euoluam id argentum tibi M. Tull. libro De Finibus 5. addit tertium: Vna pars est differendi, altera vinendi, tertia natura sic ab his inuestigata est, vt nulla pars cælo, mari, terra, vt poeticè loquar, prætermissa sit. Addit poetice, quod poetæ tria tantum elementa referant: vt Ouidius:

Ante mare & terras, & quod tegit omnia: cælum.

Terentius: O' cælum, ò terra, ò maria Neptūni. Plautus in Amphitrione: Ita mihi videtur omnia, mare, terra, cælū consequi.

*Εκφυλλοφορεῖσθαι.*

**Q V I V S** ius ferendi suffragia adimebatur, & ex albo iudicū submouebantur, olim dicebantur ἐκφυλλοφορεῖσθαι, quemadmodū

exactorari dicebantur milites quibus ius pugnandi adimebatur. Olim non calculis. sed foliis ferebantur suffragia, quasi di cas à foliis ferendis excludi.

*Nullam corporis partem.*

**Α Ε Σ Χ Η Ν Ε Σ** de perperam obita legatione: ò δὲ ἄδην ἀπρακτῶν ἔχων μέρος τῆς σώματος, εἰδὲ ὅτι πλὴν φωνῆν πραιτείται, ὡς ὦν Ἀρξέσθης τὸς φόρους τὰς τοῖς ἔλλησιν, ὁ δὲ ἰσικῶς ἐπικαλλόμενος, δὴ χερσὶ καὶ καταπτύει δ' ὠροδονίας, id est, At is qui nullam corporis partē habet otiosam, ne eam quidem qua vocem promit, perinde ac si esset Aristides qui venetialia præscripsit Græcis & iusti cognomē meruit, indignatur ac desuper munerū acceptionem. Dispicat prudens lector, an πρὸ ἀπρακτος, legendum sit ἀπρατο: id est, ἀπρητος, vt intelligas illi omnia membra fuisse venalia, etiam os & vocem. Tamen si dici potest ἀπρακτος, qui nihil exigit, Vt intelligas non manibus tantum, sed toto corpore rapacem.

*Dulce & amarum.*

**P L A V T V S** in Pseudolo non sine prouerbii specie dixit dulce & amarum, pro lætis ac tristibus. Amans adolescens de epistola amica: Dulce amarumq; vna nunc misceat mihi. Idem in eadem fabula: Dulcia atque amara apud te sum eloquentis oīa. Scis amorem, scis laborem, scis egestatem meam. Idē in Truculentō: Nunc postquam scimus dulce, atque amarum quid sit de pecunia.

*Αἰγωνόβιδαι.*

**Q V E M A D M O D V M** multa prouerbia retulimus e gentium moribus desumpta, ita αἰγωνόβιδαι olim dicebantur calumniandi morbo obnoxii, quod is populus hoc nomine taxatus sit veterum Comædiarum salibus, quemadmodum indicat Stephanus doctus, Aexoniam esse Magnesiæ civitatem. Est autem & αἰγωνόβιδαι acuta, populus tribus Cætopidis, ab vtraque voce deducitur αἰγωνόβιδαι. Citant testem Menandrum ἐν κωνόβιδαι. Plato in dialogo de Fortitudine: εἰδὲν ἑρῶ πρὸς ταῦτα κ' ἔχων εἶπαί, μὴ μίφης ὡς ἀλλήως αἰγωνόβιδαι εἶναι. id est, Nihil ad ista respondeo, cum quod dicam habeam, ne merito dicas Aexonensem esse. Marsilius vertit maledicum, & calumpniatorem.

*Gallio*

*Gallam bibere oportet.*

**QVI** plus fatis indulgent ventri gulæque prouerbiali ioco iubebantur gallam bibere. Is est fructus sub autumnum adnascens arboribus, præcipue robori speciei rotundæ nucis. De cuius natura multa prodiderunt Plinius, Dioscorides, Galenus ac Theophrast. Vim habet astringendi exiccandi; & ob id vilis ad multa. Inde illud Lucil. cū nepotes, ac lurcones iubet gallam bibere & rugas inducere ventri, sentiens coarctados esse vères. Refert Sextus Pompeius Fest. Simile est Horatianum illud cum scribit ventres nepotum inurendos candenti lamina.

*Sontica caussa.*

**NARVIVS** poeta, citante Festo, Sonticam caussam appellat admodū grauem, in hoc trochaico catalectico:

Sonticam esse caussam oportet, quamobrē perdas mulierem.

Translatum a duodecim tabulis, quæ fonti cum morbum appellant non vulgarem, sed tam molestum vt reus non cogatur apud iudices comparere.

*Macula, Liber.*

**FREQUENS** est apud M. Tullium, vt hominem infamen ac scelerosum, maculam, labem, fordes, lutum appellet: pro eo Plautus citante Festo suafum dixit:

Quia tibi suaso infecisti propudiosa palululam.

Suafum Festus putat esse maculam quæ sit in veste alba è stillicidio fumoso. Plautus Trochaicus quadrabit in eos, qui famam honestam vel à maioribus traditam, vel benefactis partam, aliquo scelere contamināt.

*Capere crines.*

**PLAVTVS** in Mustellaria capere crines dixit, pro arripere occasionem oblatam, & arreptam retinere. Sumptū vel ex illo deo, quem Greci vocant *καρπός*, Nam cū fingunt frōte capillata, occipitio caluo: vel ex hominū consuetudine, qui crinibus remorantur quem nolint tabire. Si tibi acceptū est fore tibi vnicū, sempiternum, atq; illū amatorē tibi propriū futurū in vita. Soli gerendum censeo morem, & capiendos crines, vt fama est, hominis, & in sole pecuniam inuenire.

*Nihil est miserius, quàm animus conscius.*

**SARPE** etiam est olitor valde opportuna loquutus, vt habet prouerbiū. Apud Plautum in Mustellaria Tranio seruus nequissimus sententiam profert, quouis dignam Theologo: nihil est miserius quam aius hominis conscius. Et Horatius felix esse iudicat:

Nil conscire sibi, nulla pallescere culpa.

*Celei supellex.*

**VILEM** & rusticanam supelleciliē Celei fuisse dictā indicat Maro Georg. libro 1. Virgea præterea Celei vilisq; supellex. Item Ouidius lib. Pastorum 4.

Sors sua cuiq; loco est, qui nunc Cerealis Eleusis

Dicitur hic Celei rura suere senis.

Ille domum glandes excussa que mora rubetis

Portat & arsuris arida ligna focus, Filia parua duas redigebat mōte capellas. Et tener in cunis filius æger erat.

Celeus rex erat Eleusine, pater Triptolemi, cui Ceres quod esset ab illo excepta hospitio, commonstrauit omnem agriculturæ rationem. Verba Plauti sunt hæc: Quasi supellex Celionis, palus palo proximus est. Mirum est autem a Plauto primam syllabā in Celione produci, cū ab aliis corripitur. Nam Celionem ꝑ Celio dictū nihil est noui, sic & scorpionum dicimus & scorpionem.

*Ampullacea.*

**PLAVTVS** in Menæchmis videtur ampullaceam vocare mulierem magnifice cultam carmen sic fertur: quando te auratam & vestitam bene habet, ampulla spem. Recte perhibent, melius sanam est mulier mentem sumere. Ampulla spem, certum est deprauatas esse voces, Quidam reponunt ampullosam, verum hanc dictionem Trochaici carminis ratio non patitur. Ampullaceam, & metro congruit & sensui. Plinius libro 17. inter genera pyrorum cōmemorat ampullacea. Qui tamen locus haud scimus an mendo vacet. Verba Plinii sic habent: Ab odore myrrhapiæ, laureæ, nardina, a tempore hordearia, a collo ampullacea, & Coriolana.

*Cyatho non emam.*

**NON** absque specie prouerbii Miles apud Plautum

Plautum in Pœnulo dixit: Proh nebulæ, cuius ego cyathum septem noctes non emanulo quitur de muliere fastidiosa, sed nõ perinde formosa, & cyathum dixit pro minimo precio miles, cui res erat cum cyathis. Cyathus minimum erat poculum: crater amplius.

*Rex sum.*

**QVEM AD MODVM** olim insignem felicitatem significantes dicebant, deus sum, aut in cœlo sum: Ita Plautus in Pœnulo dicit: Rex sum, si ego illum hodie ad me hominem allegero. Verba sunt Lyci lenonis, sperantis se diuitem fore si quendam benenummatum ad se pertraxisset.

*Cribrum crebrius.*

**SCIT** dictum est Plauto, nec sine prouerbii schemate, cribrum crebrius, pro eo quod erat, plurimis locis, ac passim. Villam integrandam intelligo totam mihi. Nam nunc pellucet ea quæ cribrum crebrius. Vulgus de futili ac loquaci dicit, tam solidus est quam cribrum.

*Et operam & retiam perdere.*

**PLAUTVS** in Rudentibus: Iam nunc & operam ludos facit & retiam. Id quidem citra tropum dictum est a sene, qui Crippum seruum piscatum miserat, cum esset noctu orta tempestas grauissima. Venustus erit, si tropo adhibito dicatur in captatorẽ, cui non successit aucupium. Porro retiam Plautus antique dixit pro rete. Ad sine est illi, quod alibi retulimus: Oleum & operam perdidit: & Opera & impensa periiit.

*Cræsi pecuniæ teruncium addere.*

**M. TVLIVS** lib. de Finibus quarto. Itaque in quibus propter earum exiguitatem obseruatio consequitur, sæpe accidit, ut nihil interesse nostra fateamur, sint illa nec ne sint: ut in sole, quod a te dicebatur, lucernam adhibere, nihil interest, aut teruncium addere Cræsi pecuniæ. Teruncii nummi à tribus vnciis dicti vilitas prouerbio locum fecit. Cræsus Lydorum rex inter prodigiöse diuites celebratur.

*Prisci credendum.*

**M. TVLIVS** in libello De vniuersitate: Credendum, inquit, nimirum est veteribus,

& priscis, ut aiunt viris, qui se progeniem deorum esse dicebant. Incertum vtrum Cicero sentiat eam sententiam fuisse vulgo de cantatam, an notet vocem prisci, qua declaramus homines extremæ antiquitatis, quorum origo quoniam posteris erat incognita sepe referebatur ad deos.

*Omnes insus.*

**THEOCRITVS** in Syracusanis:

Κάλλις, ἢ δ' οἱ πᾶσαι, ἢ τὰ ἰὺν εἶπ' ἀποκλάσας. id est,

Optime habet, cunctæ sunt intus, fertur ut olim

Inclusa sponsa sponsus dixisse.

Scholiasies admonet esse prouerbium, e tali casu natum, ut coniecimus. Sponsus quidam pertæsus sponsam exclusit ædibus: cumque illa pulsaret fores cupiens recipi, sponsus respondit, ἰδ' οἱ πᾶσαι, id est, omnes sunt intus, forte cum sponsa ex more duceretur ad ædes sponsi, ille oclusis foribus ita locutus est. Accommodari potest ad vsum magis seziæ, veluti si ambiens in amicorum numerum recipi, qui sit indignus amicitia, respondeatur, πᾶσαι ἰδ' οἱ. Aut, quod verò propius est, cum significabimus omnia esse in tuto. Si quidem ἀποκρίσιον non solum sonat excludo, verum etiam includo quod semotum in tuto esse volumus, vnde ἀποκρίσιον προαυτοδία. Itaque fieri potest ut sponsus sprosa in thalamum reclusa ceteras submoueret dicens, omnes intus. Sponso vna sufficit, ceteras ut superuacaneas exclusit. κλιῆ Siculis dicitur clauis, inde ἀποκρίσιον προ ἀποκρίσιον.

*Esurienti ne occurrat.*

**IN** eodem Idyllio prouerbii faciem habet & illud in sine. Gorgo hortans ad reditum quod maritus esset iracundus adiecit:

Πενὸντι γε μὴδέ ποτ' ἐβένς. id est,

Abstine vniquam occurreris esurienti.

Famas enim exasperat iracundiam. Vnde apud Plautum aliquis iracundius loquenter rogat quam pridem edisset. Apud eundem est: Fames & morabilem in narem conciuunt.

*Opus ad opus.*

**ADDAM** & illud ex eodem: ἔργον ἐπ' ἔργου quo nullum opere finem significamus. Verba sunt mulieris de marito cõqueretis quod emisset lanam ac rudem, in qua plurimum esset operis sibi.

sibi. Ita Maro de vita colenda :

Cui nunquam exhausti satis est.

*Tredecim cubitorum.*

**HOMINES** insigniter procero corpore & hisce temporibus populari ioco taxatur, vt ignavi, & inutiles, Quod vt alia pleraq; manasse videtur ab antiquitate. Sic enim in eodem carmine Praxinoa de marito loquitur, ἀνε θεσκαυδία πνυξ, id est, vir tredecim cubitorum, hyperbolicos significans e-nomittere procerum, cū esset tam infulsus, vt è mercatu pro nitro salem attulerit. De Caliga Maximini nobis alias dictum est. Prisci praelongos homines ridiculi gratia Longuriones appellabant. Varro in Tripa lo apud Nonium, Ego nihil narro, adeo hæc ita curat, qui ante me est, nescio qui longurio.

*Volam pedis ostendere.*

Τε κούλον τὸ ποδὸς δείξαι. id est, cauum siue volam pedis ostendere dicuntur qui in bello fugiunt, quod apud historicos frequentissime dicitur, Vertere terga, prouerbum refertur ab Helychio. Dicitur & hoc die vulgo in fugaces, calcaneum ostendere.

*Factum transactum.*

**APUD** Iurisprudentes sollemnia sunt hæc. Factum transactum, quoties sentiunt nihil prætermisum, quod ad negotiū tractationem pertinet. M. Tullius in Catilinam in veltima tertia: Atque illud quod faciendū primum fuit, factum atque transactum est. Est alicubi & apud Terentium, aliosq; com plures melioris notæ scriptores.

*Mæandri.*

**CVM** res agitur non simpliciter, sed vaftris & obliquis consiliis, Mæandros dicimus, metaphora sumpta a fluuio Mæandro, qui sinuosus ac flexuosus labitur: vnde & nomē habere videtur quasi oberret quærens hominum consortia. M. Tull. in Pisonem: Quos tu Mæandros dum omnes solitudines persequeris, q̄ diuerticula flexionesq; quæzisti? vicitur & Prudentius in hymno, quod alibi nobis citatum est in prouerbio Labyrintho. Fluuius est Lydiam flexuosus recurfibus perfundēs. De quo Plinius lib.

ca. 29. Mæander ortus elacu in monte Aulo crene, plurimisq; adfusus oppidis, & repletus, fluminib⁹, crebris ita sinuosus flexibus, vt sepe credatur reuertit, Apamenant primū peruagatur regionem: mox Eumeneticam, ac dein Bargylitoricos campos, postremo Caria, placidus omnesq; eos agros fertilissimorigans limo: ad decimū à Mileto stadium, lenis illabatur mari. Est & picturæ genus Mæander, in morem labyrinthorum flexuosus am bagibus implexum, qd̄ oris chlamydū addi solet. Vnde Maro Aeneidos libro quinto:

Victori chlamydem auratam, quam pluri ma circum

Purpura Mæandro duplici Melibæa curcurrit.

*Masculum.*

**MASCVLVS** apud veteres non semper significat sexum, sed interdum quidquid vegetum solidum ac robustum est masculum dicitur. Exemplum Nonius Marcellus citat ex varronis fabula cui titulus δῆλος λύρας, vin cor non esse masculum ad rem. Grammatici putant ab Horatio marem vitellum dictum, solidum ac firmum. de ouis oblongis ita loquitur in Sermonibus:

Namq; marem cohibent callosa vitellum. Vergilius quoq; mascula cura dicit alba & meliora. Lepidius erit si ad incorporea trā feratur, veluti cum excellum fortemq; animum masculum appellamus.

*Intra labia risse.*

**DE** risu Sardonio nobis alias dictum est. Si milem describit Theocritus in Thalyfia:

Καὶ μ' ἀπὸ τῆς ἀπὸ τοῦ σισαρέως ὀμμάτι μεθ' ὄντι, γέλωτος δὲ οἱ ἀίχιστος χαλεπός. id est,

Et me est adfatus, diducto leniter ore Arridenti oculo, risus vero labium intra Hæsit.

Homerus risum Sardonii dixit amarulentū. Hic describit risum modestū & amicū, qui si erumpat, Cachus fit indecorus.

*Pingui mensura.*

**Πῶσι μέτρω.** id est, Pingui mensura dixit Ieodem carmine, pro eo quod erat adfatim & largiter:

Μάλα γὰρ σφισί πῶσι μέτρω Ἀδύμωεν ἔνκερθον ἀνιπλήρωσεν ἀλαδόν. id est,

Illis fortunante deo bona copia frugum Arcaū campos mēfura impleuit opima.

Simillimum est illi, quod ante diximus :  
Plena manu, & Ambabus manibus .

*Non habes cui indormiat.*

THEOCRITVS in Hodæporis :

Οὐδὲ γὰρ ἐνμάρεα τῷ δεικαστῆϊ τῷ ἐνὸς ἐν. i.  
Eumaræ siquidem domino nec vellus erat,  
cui Indormiret .

Hoc colore Lacon pastor designat extremã  
caprarîi cuiusdam inopiam, cui nec pellis  
esset hircina, in qua somnum caperet. So-  
lent enim veteres in animantium tergori-  
bus & discumbere & dormire. Apud Home-  
rum proci in bubulis tergoribus agitant cõ  
uiuia. Et hodie dicimus, non habet lectum,  
aut non habet strameta quibus indormiat.

*Asinus asino & sus sui pulcher.*

ὄνος ὄνω κάλλιστος. id est, Asinus asino pulcher-  
rimus, simile simili placet. Alcimus apud  
Diogenem Laertium inter multa quæ colli-  
git ex Platonis Philosophi & Epicharmi Co-  
mici scriptis, quibus persuadere conatur  
Philosophum a Comicis multa fuisse sustu-  
ratum, & hos refert Senarios :

Θαυμαστὸν ἄδεν ἐστὶ με ταῦθ' ἔγω λέγειν,  
καὶ ἀνδάνειν αὐτοῖσι αὐτῆς, καὶ δοκεῖν  
κάλλως πεφυκέναι, καὶ γὰρ ἠκύνων κωμῶν  
κάλλιστον εἶμιν φαίνεται, καὶ βῆς βοί.  
ὄνος τ' ὄνω κάλλιστος, ὅς δὲ τῷ σὺν. id est,

Res mira non est, ista si sic proloquor,  
Ipsi quæ; nobis si placemus iniucem,  
Pulchre quæ; nati si videmur, nam & cani  
Pulcherrimus canis videtur, bos boui.

Asinus asello pulcher est, & sus sui.

Conueniet vbi inter in honestos similitudo  
morum & instituti conciliat benevolentiam,  
veluti cum miles placet militi, aleator alea-  
tori, potator potatori, sophista sophistæ.  
Mirum est ab Epicharmo præteritam simiã  
cum nullum animal sibi placeat impæsius .

*Pediculi Platonis.*

Οἱ πλατύως φασίως. id est, Platonis pedicu-  
li, in prouerbio abierit, vt referente Læ-  
tio in vita huius philosophi, testatur Myro-  
nianus in opere, cui titulum fecit. De simi-  
libus, hinc cõiectans hoc morbo perisse Pla-  
tonem, quod vulgo pediculi Platonis appel-  
larentur. Græci φασίωσι appellunt. Mor-  
bus est scædus & cruciabilis, quo perit & L.  
Sylla : tamen si de genere mortis variæ sunt

scriptorum opiniones. Myronianus nullũ  
indicat vsum prouerbii. Suspiciari tamen li-  
cet, dictum in sordidos, quod philosophi  
minimum indulgent nitoribus externis,  
dum circa mētis cultum toti sunt occupati.

*Vates secum auferat omen.*

IN eos, qui nobis dira minitantur, aut acce-  
pta prænunciant, conueniet illud Theocriti  
cum in Bucolicis :

Αὐτὰρ ὁ μάντις ὁ τίλιμος ἔχεθ' ἀγορεύων  
Ἐχέρε' φέροι ποτὶ δῖον. ὅπως τι κείσοι φυλά-  
ξῃ. id est,

Telemus at vates, mihi qui canit omnia  
dira,  
Dira domum referat, quo natis illa refer-  
uet.

Iurarat Cyclops per vnicum oculum suũ,  
qui videret omnia semper quæ; visurus esset .  
At Telemus vates illi prædixerat fore, vt ab  
Vlysse exocularetur, hoc omen Cyclops reii-  
cit in vatem, & illius liberos. Ita Vergilius :  
- Quod dii prius omen in ipsum  
Conuertant.

Et rursus:

Dii capiti ipsius generique referunt .

Itidem Homerus Iliad. Δ.

Σὺν σφῆσιν κίφαλῆσι γαυαίετ' καὶ τι κείσοι.  
Simile illi Platonico: In tuũ ipsius caput .

*Talia gignit bellum,*

SENARIUM hunc M. Tullius epist. ad Q.  
fratrem libro 2. cen vulgo iactatũ adducit :

Τοιαῦθ' ὁ τλήμων πόλεμος ἐξεργάζεται. id est,  
Similia bellum calamitosum perficit.

Sentiens e discidiis eorum, qui Rempub. ad  
ministrant, multa gigni absurda, verba Ci-  
ceronis sic habent: Summum otium fore esse,  
sed senescitis magis ciuitatis quã acquirẽ-  
sentis. Sententia autem mea in senatu eius  
modi, magis vt alii nobis adfentiantur quã  
nosmetipsi. τοιαῦθ' ὁ τλήμων πόλεμος ἐξεργάζε-  
ται. id translatum ad priuatam discordiam  
plusculum habebit gratiæ .

*Porcus Troianus.*

GV L A E veteres architecti & hoc commentũ  
sunt, vt bos aut camelus totus apponeretur,  
differret intus variis animantium generi-  
bus. Hinc & porcus Troianus venit in po-  
puli fabulam, cui hoc nomen inditum est,  
quod

quod ita varias animantium species vtero tegetet, quemadmodum Durius equus texitaratos viros. Macrobius lib. Saturna. 3. refert Cincium in oratione qua suasit legem Fanniam de moderandis sumptibus, obieciſſe ſuo ſæculo, quod porcū Troianū menſis inferrent. Conueniet in opipata cōuiuia, aut in hoſtem variis deliciis expletū.

*Pilus in medio.*

**MINIMUM** discriminis ſignificantes dici mus pilum intereſſe, id vehementius eſt, quam ſi dicas culum latum. Theocritus in Thyocicho:

Λεπὸν δὲ μίχρως πόνει. θεῖς ἀνὰ μέσον. id eſt,

At me imprudentem capiet veſania tandē.

Vix pilus in medio eſt.

Verba ſunt amantis ac metuentis ne tandē amor exeat in inſaniam, a qua tam parum abſit, vt vix pilus ſit in medio. Cōſimili tropo Plaurus dixit i Muſtellaria: Pluma haud intereſt patronus an eliens probior fiet, Homini cui nulla in pectore eſt audacia. Non intereſt pluma dixit, pro nihil omnino refert. Aſinius Pollio M. Ciceroni: Nullum enim veſtigium abs te diſceſſurus ſum.

*Muſo patagos.*

**Μυσοπάταγος**, dicitur qui percitus eſt & attonitus ſurore Muſarū. Ita Maro in Georgicis:

-Quarum perculſus amore  
Sacra ſero.

Transferitur ad eos, q ſua poemata ſic amāt quemadmodum parentes liberos M. Tull. ad Qu. fratrem libro ſecundo: Nō me Heracle quiſquam *μυσοπάταγος* libentius ſua reſentia poemata legit, quam ego te audio; Horatius:

Verſus amat, hoc ſtudet vnum.

*Phrygius amauit Pieriam.*

**PLUTARCHVS** in libro πρὸς γυναικῶν ἀρετῶν oſtendit ad ſuam vſque ætatem duraffe conſuetudinem vt vxores optarent ſic amaria vitis ὡς φρύγιος ἤρα δὲ Πιερίας, id eſt, quemadmodum Phrygius amauit Pieriam. Id ortum eſt ab huiſmodi hiſtoria. Ionum qui in Mileſum commigrarant, non nulli ſeditione mota aduerſus Nelei filios, ſeceſſerūt Myuntem, atq; ibi ſedem conſtituerūt, mul-

tis iniuriis affecti a Mileſiis, qui cum illis bellum agitabāt ob defectionem, verum nec atrociter, nec excluſo omni commercio, ſed non nullis diebus feſtis mulieres d Myunte Mileſum itabant. Erat autem ex his qui ſeceſſerant vir quidam noie Pythes, cuius vxor dicta eſt Hippygia, filia Pieria, cum aut Mileti die feſto ſacrificaretur Dianæ, quam illi Neleidam cognomināt, miſit eo vxorē filiam id precatas, vt ſibi feſto liceret intereſſe. Ex Nelei vero filiis longe porentiſſimus erat Phrygius, is captus amore Pieriæ, cogitabat qua re poſſet puellæ quā maxime gratum facere. Cumque illa dixiſſet nihil accidere poſſe gratius, quā ſi eſſiceret ſibi liberum frequenter Mileſum commearē mul- tis virginibus comitatā: ex his verbis Phrygius intelligens ab illa quæri pacem & amicitiam ciuibus ſuis, bellū compoſuit. Hinc Pieriæ nomen & apud Myuntios mire gratioſum eſſe cœpit, adeo vt puellæ quæ viris nuberēt omnis cauſa præcari ſoleāt; vtinā ſic amer a viro, vt Pieriā amauit Phrygius.

*Tota vlcus eſt.*

**IN** eodem dialogo, ad laudatam agriculturam, ita reſpondet Socrates: ἀλλ' ἔχ' ὁ λυῖς ὡς φερεῖν ἔλαος, ἀλλ' ἄλπητος πρὸ φρασιν ὠρεῖς κέμενος. id eſt, Verum an non tota quod a iunt vlcus id eſt, ſemper moleſtiarum occaſione ex ſe gignens. Id quidem eſſe verum declarauit Vulteius Horatianus: ceterum quidquid nobis vehementer moleſtum eſt hulcus vomicam & Carcinoma ſolem appellare. Quemadmodum de Cæſare Auguſto litteris proditorum eſt, quod Iulias, filiam & neptem, & Agrippam prius adoptatum, poſtea abdicatum, non aliter appellare ſolet, quam tres Vomicas ſuas ac tria Carcinomata: adeoq; peteſtabatur mores illorum minime ſrugales, vt ad omnem illorum mēcionem ſoleat exclamare verſu Homericō:

Αἰδ' ὀφείλων ἀγαμῶς τι μέναι, ἀγονός τ' ἀπολέ-  
σαι.

O vtinam celebs manſiſſem, orbuſque per-  
riſſem.

Atque hic quoque verſus inter prouerbiales merito referendus eſt, vſurpandus ab his qui inſeliciter duxerunt vxores, aut liberos pœnitendos ſuſceperunt. Conueniet & in hominem moleſtis moribus. Theocritus in epitaphio Adonidis, acerbum dolorem



ποτικαρθιον ἔλκος appellat.

Αγριον ἀγριοι ἔλκος ἔχει κατὰ μὲν ἄδωνος  
Μιζον ἢ ἀκνέρεα φέρει ποτικαρθιον ἔλκος, i.  
Dirum dirum vulnus habet circa inguen  
Adonis.

Sed maius Cythera gerit sub pectore vul-  
nus.

*Lucernam accendere possis.*

ὙΠΕΡΒΟΛΗ irā hac hyperbole exag-  
geravit Theocritus in Thyonicho:

Κήφικτ' ἐπ' ἐν μαρτίως κιν' ἀπ' αὐτῆς καὶ λύχνον  
ἔλκος. id est,

Incaluitq; ira, facile accendisse lucernam.  
Ex ipsa vt possis.

Verba sunt amantis ac de proteruia puellæ  
conquerentis, quæ cum in conuiuio sileret,  
quidam illi dixit, non loqueris, lupum vi-  
disti illa ad nomen lupi vehementer incan-  
dit. Aderat enim adolescens nomine lu-  
pus, quæ adamabat. Irati dicuntur ardere.  
Similis hyperbole, licet sordidior, & hodie  
fertur apud nostrates ita loquentes: A deo e-  
xarlit ira, vt ouum ad illius frontem posses  
decoquere.

*Semper aliquem virum magnum.*

Ἄλλ' αἰετὶνα φῶτα μέγαν, hoc hemestichium  
M. Tullius vt vulgo iactatum adducit in e-  
pistola ad Q. fratrem, cuius initium: Sta-  
tius ad me venit. Quod autem expecta-  
tionem tui concursuumq. eum qui erat fu-  
turus sit tecū decederet, neque antea visus  
esset sustulit id mihi non incommodè vi-  
sum est accidisse. Exhaustus est enim sermo  
hominum & multæ emissæ iam eiusmodi  
voces; Ἄλλ' αἰετὶνα φῶτα μέγαν, quæ te absen-  
te confecta esse lætor. Vnde sumptum sit he-  
mestichium nondum liqueat, nisi quod for-  
tasse pro αἰετὶ legendum est, αἶτε, id est, po-  
stulat, aut αἰετὶ, id est, postulat & requirit.

*Ne si ad Iouis quidem aulam.*

ὍΤΙ metuunt malum, ad asylum, ad Arā  
ad arcem, ad statuas principis, ad diuorum  
phana confugiunt. Verum a morte nullum  
est effugium. Id ita Sophocles expressit ver-  
sibus.

Ὅταν γὰρ ὁ καιρὸς τῆ βασιλείων τύχη  
Ὀυδ' ἂν πρὸς αὐλαῖς ζωῆς ἐπιφύη μολῶν. i.

Vbi mortis vtget tempus, ad Iouis atria  
Si fugeris, effugere non possis tamen.

Prouerbis species est in illis verbis, vel ad Io-

uis quidem atrium, quod pro tutissimo po-  
sult refugio. Huc confugerat Aquila inle-  
ctante Scarabeo.

*Oracula loqui.*

Χρησμός λέγειν, id est, Oracula loqui dicuntur  
qui certa & indubitata loquuntur. Theocri-  
tus in Syracusis.

Χρησμός ἂν πρεσβύτης ἀπώχεται κατὰ ἴαση. i.  
Hæc anus abcessit, diuorum oracula lo-  
cuta.

Τὰ ἐν τρεῖσιν alias dictum est, & Sibyllæ  
folium. M. Tull. ad Brutum epistola cuius  
cuius initium, Scripta & obliuata iā. Hæc  
ex oraculo Apollinis Pythii edita tibi puta-  
Idem de Finibus quinto: Quia cum a Zeno  
ne inquam hoc magnifice tanquam ex ora-  
culo editur, virtus ad beate viuendum seip-  
sa contenta est.

*Non ab Hymetto.*

CRASSAM philosophiam ac rusticā,  
quam discimus ex congressu plebeiorum,  
non ex commētariis Zenonis aut Platonis.  
M. Tullius ad Q. fratrem li. 2. appellat phi-  
losofiam ab arca Syra. Nos enim inquit,  
ita philologus sumus vt vel cū fabris habita-  
re possimus, habemus hanc philosophiam  
nō ab Hymetto, sed ab arca Syra Hymettus  
Atticæ mons est, vnde Hymettica mella. Cui  
opponit arcam Syra, subindicans rusticā  
simplicitatem. Nā paullo ante nō nihil atti-  
gerat de disteriis argutus. Apparet id tēpo-  
ris M. Tullii in prædio quodam edificasse.  
Quamquam haud tenuis an hic locus, quo  
niā varius habetur in exemplaribus, mēdo  
vacet. Dispicat eruditus lector, an pro arca  
syra legendum sit, ex hara Syra, sic enim lo-  
quitur in Pisonē: ex hara productæ nō scho-  
la. Syri barbarie notities erant id temporis,  
quemadmodum Attici lepore dictorum.

*Cymbalum mundi.*

PLINIUS maior in præfatione ad Impera-  
torē Vespasianum refert, Apionē gramma-  
ticum a Tyberio Cæsare Cymbali mundi  
consueisse vocari ob nominis celebritatē: cū  
publicæ, inquit, famæ tympanū potius vide-  
ri posset. Is Apion aiebat eos ab se donari  
immortalitate ad quos aliqua cōponebat.  
Huc Tyberius adludens appellabat illum  
cymbalum mundi: quod hominē honesta  
fama donaret, quæ per vniuersum mun-  
dum amabiliter resonaret. Plinius autem  
ob

ob arrogantiam maualt illū appellari tympanum publicæ famæ, quod famam daret potius, quàm honestam famam. Nam resonat & tympanum, sed inamœno strepitu. Adluisse videtur huc, quod tympana fiunt è pelle asinina.

*In beato omnia beata.*

**A** DIVITIBVS omnia magnifice fiunt, à tenuibus frugaliter. Praxinoe in Charitib<sup>9</sup> Theocriti; laudans Ptoleum, quod Adonidis festum magnificis sumptibus apparasset, non sine prouerbii specie dixit:

ἔτι ὁ ἀβίος ὁ ἀβίος πάντα. id est,

In diuice ditia cuncta.

Vltus erit, si dicas ab homine docto omnia docte fieri, à pio pie, rege regaliter.

*Digitum qui proferat.*

**S** C H E M A T E prouerbiali M. Tullius dixit pro A. Cæcinnâ, digitum qua proferat non habet, hyperbolicos indicans illi nihil profus esse quod dicat agatve, locus sic habet: Denique ista nimia quæ dominatur in ciuitate potentia, in hoc solo genere quiescit, quid agat, quomodo aggrediatur iudicem, qua denique digitum proferat nō habet. Sumptum est à gestu rhetorum, qui varius traditur à Quintiliano, simplicissimus est proferre digitum, quod plebeiiorum est & rusticorum.

*Iouis germen.*

Ἐκ δ' ἰδὸς ἕρος. id est, Ex Ioue germen dicebatur insigni virtute præditus, verba sunt pastoris ad pastorem musices pulchre petitum, cui honoris gratia clauam dono dedit. Claua autem gestamen est Herculis, ex Ioue prognati, obseruatum est à præcis, à poetis Iouis filios semper induci ciuiles & humanos, contra Neptuni, truces & asperos. Musica autem ciuilitatis magistra est. Carmen sic habet:

Οὐκ ἔστι

Ἦν ἐπ' ἀλυβεία πεπλασμένοι ἐκ δ' ἰδὸς ἕρος. i.

Es siquidem tu,

Reuera factum ac prognatum ipso ex Ioue germen.

Interpres tamē maualt eo referre, quod qui vera loquuntur, ex Ioue prognati dicuntur, adducens carmen Homericum:

Οὐ γὰρ ἔμὸν πάλιν ἀγροῖον ἔδ' ἀπικλοῦν,  
ὅ τι κερκίφκλῆ κατὰ νύσσω. id est,

Haud etenim fallax erit aut reuocabile quidquam

Quod capite annuero.

Pastor ob id laudatur quod: ingenue proficitur se non conferendum cum insignibus musicis. Qualis inducitur & à Marone:

Me quoque dicunt

Vatem pastores, sed non ego credulus illis.

*Musarum aues.*

Μουσῶν ὄρνεις. i. Musarum aues, non absque prouerbii specie Theocritus in Thalyssia appellat poetas, quod Lusciniarum in morem assidue canant sua poemata. Scholiastes admonet omnes aues canoras Musarū aues appellari. Sentit autem sibi displicere poetas, qui cuculorum more audent Homero occurrere.

*Nullus dies omnino malus.*

**A** S T R O L O G I designant quosdā dies fortunatos aut infelices, sed his, aut his rebus: nullo tamen die indulgendum est otio, quod nullus sit adeo inauspicatus, quin alicui ne gotio sit felix, si quis recte vtatur concessio tempore, dies in fastus gerendo bello, aut nauigationi, felix est administrandæ rei familiaris. Nullus autem dies non prospero parandæ bonæ menti. Fatetur hoc Hesiodus: τῆσι ἕρῳ καὶ ἡμερῶν.

Καὶ ἕποτε πῶτερ κακὸν ἢ μαρ. id est,

Omni ex parte dies malus haud obuenerit vnquam.

*Rectam instas viam.*

**R** E M acu tetigisti, huic simillimū est quod habet Plautus in Asinaria: est ne hoc vt dico Libane? Lib. rectam instas viam, ea res est. Vt qui falluntur dicuntur tota aberrare via, ita qui rem coniectant, dicuntur rectam insistere viam: quod schema mire tritū est & hodie vulgo illiterato. Simili schemate dictum est in Cassina, Nūc pol ego demum in rectam rediti semitam, pro eo quod erat, rem ipsam deprehendi.

*Acacidine mine.*

**I** N eadem ita loquitur mercator: siquidem hercle Acacidinis minis animisq; expletus incedit. Iratus si me tetigerit, iratus vapulabit. non sine prouerbii specie dictum est, p atrocibus ac superbissimis minis, versus

Sus patitur vt pro Acacidinis legatur Aeacis. Nam id non nulli diuinant, sed probabilius est poetam sentire de Achille Aeaci nepote, quem Homerus ubiq; facit stomachabundum ac minabundum: velut in primo statim Iliados libro, vbi sic incandescit in Agamemnonem, vt manum admoueat capulo, à conuiciis ad pugnas venturus, nisi Pallas eum capillis reuocasset. *Quin* & ipsum opus ab Achillis ira habet exordium *μῦθ' ἄνδ' ἔειπ'.* Quod quidam adferunt de Aeaco manium iudice, non videmus quid ad hunc faciat locum. Quidquid etiam inunctum & insuperabile volumus intelligi, Achilleum dicimus.

*Oleo nitidius.*

**OLEI NITOR** adeo venerat in prouerbium, vt mysticæ quoque literæ iubcant facie oleo vncta dissimulare tristitiam ieiunii. Plautus in Truculêto de amica pulchre cômpta: Feruide vt tora floret, vt oleum nitide nitet. Oleum nitorem ac lucem addit rebus omnibus.

*Herculis questus.*

**HERCVLIS** questû pro magnis impendiis dixit Plautus in Mostellaria: Dapfiles sumptus facit, perdidit patrem, vnus iste seruus acerrimus Tranio, is vel Herculis contere questum potis est. Alias dictum est, olim plerosque decimam lucri partem Herculi vonere solitos, Huius fauore persuaserunt sibi rem fore auctiorem, Ex tam multis autem decimis oportuit immensam pecuniarum vim conflare. Questum appellat facete, quasi Hercules suum fauorê vendiderit.

*Posterius dictum.*

**DOCTVM** doces, Memorê mones, Scienti loqueris, Aliaq; eius formę antea retulim<sup>9</sup>. Eundem sensum festiuissime extulit Plautus in Asinaria: cû enim Demęnetus queri tans de moribus vxoris dixisset, fateor eam esse importunam atque incommodam, respondit Libanus seruus: Posterius isthuc dixit, quàm credo tibi, hoc est sciebã priusquam diceres. Nec apparet quam obrem Nonius hic posterius interpreteur minus. Ne id quidem caret prouerbiali schemate quod mox sequitur. Tu primus sentis, nos tamen pręnoscimus. Deducus ille domus

sciet vltimus, ait Satyricus, & Terentius, Is solus nescit omnia, sed aliena mala licet priores intelligamus non dolent nobis, seu sus igitur mali primum ad illos peruenit, ad quos res attinet, notitia ad alios.

*Agones.*

**ADMONTIMVS** Antigonum regē Demetrii nepotem militari loco dictum Dossionem, quod omnibus polliceretur dicens *δῶσον*, nec præstaret semper pollicita. Ita qui apud Romanos percuiebant victimã Agones dicti sunt, quod ex more priusquam ferirent, populum rogabant agon', id est, agone? Ouidius in Fastis:

Semper agat ne rogat, nec nisi iussus agit. Agonum meminit Lactantius Statio enarrator. Quadrabit in constatores, qui semper deliberant, neque quidquam aggrediuntur.

*Fungus putidus.*

**SENEM** iam delirum & inutilem Plautus in Bacchidibus fungum putidum appellat, fungi licet natura insipidi, olim in deliciis erant, & adhuc sunt apud Italos, sed teneri ac recentes: vetulis nihil insipidius. Verba Plauti sic habent: Terrę odium ambulat. Iam nihil sapit, nihil sentit, tanti est, quanti fungus putidus. *Quin* & hoc ipsum, terrę odium, prouerbii figuram habet, velut il lud, telluris inutile pondus. Idem in Bacchidibus, inter stoliditatis conuicia ponit & fungos: Stulti, stolidi, fatui, fungi, bardi, blenni, bucones. In Mostellaria pro stolido fruticem appellat. Nec veri simile loquere, nec verum frutex. In ceteris arboribus est non nulla imago dignitatis ac prudentiæ. Frutex temere nascitur, expers cultus, & aut nullum habet fructum, aut syluestrem & inutilem.

*Vinum noueris.*

**ANTEA** retulimus, viuorum meminisse oportet. Id meretricula in Truculêto Plautina detorquet in alium sensum, amatorê pro mortuo dicens, qui deserat esse dâdo. Dum viuit, inquit, hominem noueris, vbi mortuus est quiescas: Te dum viebas nouoram. Pecunia iuxta Hesiodum anima est mortalibus, hac amissa, exanimis est homo.

*Lippo oculo similis.*

**V** I D E M V S: quosdam his moribus, ut eos æquo animo ferre non queas: rursus ita industrios & ad obsequium expositos, ut quoties sese offert occasio, non possis cauere, quin aliquid illis committas. Lippus oculus manuum contactu læditur, & tamen naturale est nobis illuc habere manum ubi dolet. Plautus in Persa: Ego ne libenter serui, neque satis sum hero ex sententia. Sed quasi lippo oculo me herus meus, manum abstinere haud quid tamen: **Q**uin mihi imperet, & quin me suis negotiis præfulciat. Item in Bacchidibus: Lippi illic oculi seruus est simillimus. Si non est, nolis esse neque desideres: Si est, abstinere quin attingas non queas.

*Tu in legione, ego in culina.*

**I** N Truculento Plautina militi atrociter innitanti cocus respondet: Sis tu in legione bellator si vis, at ego in culina Ares. Auxit cocus bellatoris verbum. Mars enim deus belli est. **Q**uod autem dixit Ares pro Maiores, non est Plauto nouum Græcas voces admiscere Latinis. **Q**uamquam in nonnullis exemplaribus habebatur aues, in nonnullis aries, sed mendose.

*Citius quam formicæ papauer.*

**N** O N caret adagii specie, quæ est apud Plautum in Trinummio: Confit citius, quam si tu obicias formicis papauerem. Verba sunt Stasini serui, narrantis quadraginta minas intra quindecim dies fuisse consumptas, utpote in comestationes, comotationes, balnea, in piscatores, pistores, lanios, coquos, olitores, myropolas, & aucupes dissipatas; non aliter quam si papauer obicias agmini formicarum. Mox enim distrahitur aceruus, dum vna quæque suum arripit granulum.

*Itidem ut Acheronti.*

**A** P V D eundem in eadem fabula amanti repositenti quæ dederat, respondet scortum: Nā itidem ut Acheronti hic ratio accepti scribitur, Intro receptum, quando acceptum est, non potest ferri foras. Sentit nihil magis ad amantem redire, quod in meretricis domum est datum, quam redeunt ab inferis

mortui, vnde iuxta Catullum negant redire quemquam.

*Mus non mihi fidis antro.*

**N** I H I L hodie est decatius apud vulgus, quam cum murem esse miserum, cui non est nisi vnus cauus. Idem Plautus expressit in Truculento.

Sed tamen cogitato mus pusillus quam sic sapiens bestia,

Ætatem qui vni cubili numquam committit suam.

Quia si obsideatur vnus, aliunde præstidium gerit.

Locus erit adagio si quem admonebimus, ut sibi plures amicos pareat, aut vna cum opibus studeat philosophiæ, ut si fortuna quod suum est eripiat, in litteris sit præsidium.

*Passi rem deuorantam ratio.*

**Q** V E M A D M O D V M de sera ope dicitur, post bellum auxilia, ita de sera parsimonia dicitur, post absumptam rem supputatio. Stasinus in Trinummio Plautina: Sero atque stulte, prius quod cautum oportuit, postquam comedit rem, post rationem putat. Loquitur seruus herili filio supputanti rationem accepti, cum tota summa iam esset nequiter absumpta. Nimirum hoc est numerare præteritas vendas, cum venientes oporteat censere.

*Cæna popularis.*

**Q** V E M A D M O D V M Phormio Terentianus cœnam dubiam appellat, variis epulis instructam, ubi tu dubites quid sumas potissimum, ita Philo Plautinus cœnam popularem appellat magnificam, egregieque lautam atque adeo gratuitam quoque, quales solent exhiberi populo. Verba Plautina sic habent: **Q**uid tu si in ædem ad cœnam veneris, atque ibi opulentus tibi par forte ut venerit, apposita sit cœna, popularem quam vocant. Si illi congestæ sunt epulæ clientibus &c.

*Apud mensam verecundari neminem decet.*

**S** E Q V I T V R ibidem aliud prouerbum quod ex tanta antiquitate per manus traditum hodieque versatur in ore omnium:

Verecundari neminem apud mensam decet. Nam

Nam ibi de diuinis atque humanis certitur.

Nisi quod vulgus addit, nec in lecto. Sententia est non philosophi, sed Stasini serui Comici: cum nusquam magis habenda sit verecundiæ ratio, quam in lecto & in conuiuio. Sunt tamen qui rustico pudore molesti sint conuiuæ, semper expectantes vt ipsis præministraretur, & quod datum est reponentes. Iam hoc ipsum de diuinis atq; humanis cernitur, prouerbiale est, quo tropo significabât de summa rerum agi. Dictum seruo dignû qui felicitatis puppim ac proram in ventris explectione collocarat.

*Salillum animæ.*

IN eadem scena Philto hominem vocat Salillum animæ, sentiens hominis breuissimâ esse vitam, videlicet quantum salis cuiq; in conuiuio apponitur. Locus Plautinus sic habet: Dei diuites sunt, deos decet opulencia, Et factiones, nos hominuli sumus Salillum animæ, quam cum ex templo amissimus, Aequè mendicus atque ille opulentissimus censetur, ad Acherontem mortuus. Quamquam extremo senario defunctus duz syllabz. Pelops censetur, aut censetur Cræsus, aut aliquid simile.

*Nummus plumbeus.*

QUÆMADMODVM assis, obolus, ac teruncius, ita & nummus plumbeus abiit olim in vilitatis prouerbium. Plautus in Trinumo: Cui si capitis res fiet, nummum numquam credam plumbeum. Idem in Cassina, cui homini hodie peculi nûmus non est plumbeus. Aereos nummos & hodie nouit Flandria, plumbeos Anglia. At M. Tull. lib. ad Attic. 5. Vatinius femissim hominem vocat vilissimum & cõtẽpmissimum. Simul vero femissis homo contra me arma tulit. Et tressis agaso pro cõtẽpmissimo dictus est alibi. Plautus in Mustellaria: Tace sis faber, qui cudere soles plumbeos nummos.

*Basilica facinora.*

ANTE admonuimus quidquid magnificû esset appellari solete βασιλικόν, vt valere βασιλικός, & magnificas ædes basilicas appellabant. Plautus in Trinummo de seruo nullius rei, sed philosophica quædam loquente: Dii inquit immortales, basilica hic quidem facinora inceptat loqui. Notum est il-

lud Pori responsum, qui roganti Alexandro à quo fuerat bello superatus, quomodo tracto? βασιλικός inquit. Roganti, nûquid aliud? respondit, ἐν τῷ βασιλικός omnia cõtprehendi. Nihil enim humile decet reges. Duriusculum est quod Plautus dixit in Æpico dico: Dii immortales, vt ego perii basilice.

*Nec caput, nec pedes.*

NEC OTIUM ita perturbatum, vt nescias quo pacto vel expedias vel amittas, veteres dicebant, nec caput habere nec pedes. Sic enim M. Tullius iocatur respondens suo Curyoni: Sulpitii tibi operam intelligo ex tuis litteris non multum opus fuisse, propter res tuas ita contractas, vt quemadmodum scribis: Nec caput, nec pedes. Equidẽ vellem pedes haberent, vt aliquando redires. Antea nobis dictum est ex Platone ἀκέφαλος μύθος. Sine capite fabula.

*Emendus cui imperes.*

CVI QVÆ in suos seruos imperiosum esse licet, in alienos aut in liberos non item. Ita Plautinus Stasinus in Trinummo hero imperiosius reuocãti, quem herum esse nesciebat, aut scire dissimulabat: Emere, inquit, melius est cui imperes. Item in Persa: Emere oportet quem tibi obedire velis. Huc pertinet illud Theocriticum quod alibi recentissimus, non sum sollicita ne mihi vacuanti abstergeas. Mulier indigne fert obiurgari ab illo, cui non erat ancilla nec vxor. Addit & illud συρακσιός ἐπιτασσεας, id est, Syracusanis mulieribus imperas, hoc est non tuis, sed liberis.

*Sal & aceto.*

PASCVM tenuæque prandium significans Grippus piscator in Rudetibus ait, Sed hic rex cum aceto transurus est, sine bono pultimento. Miseris, obsoniorum loco sal est cũ aceto. Mar. Tullius ad Papirium Prætorum libro nono. Tyrotarichi meministi, ceu plebei condimenti Id erat ius de caseo confectû quod & hodie Itali vocant menestram. Meminit & Põpili piscis vilissimi, qualis erit & gobio. Quem inquit, tu mihi Pompili, quem denarium narras, quam Tyrotarichi patinam? De Pompilio pisco crebra est apud Plinium mentio. Denarium suspicamur esse vocem deprauatam. Certe nobis nondum liquet quid sibi velit. Acetum tamen

non numquam vsurpatur in significatiōe acuminis, vt Plautus: Acetum habet in pectore. & Persius: Mordaci lotus aceto. Varro in Sesiuiulyxe citante Nonio: Alteram viam deformasse Carneadem virtutis, à cupis acri aceti, hoc est magna subtilitate.

*Cassaglande.*

**INTER** vilitatis adagia retuli mus & illud: Cassa nuce non emam. Simillimo tropo Plautus in Rudentibus dixit cassam glandem: Promittens iudicium quærit precium, alter licitatur, nummos trecentos. Grippus responder, tricis. Lab. Quadringentos. Gr. Tramas putidas. Lab. Quingentos. Gr. Cassam glandem. Lab. Sexcentos. Gr. Curculiunculos minutos fabulare Cassam glandem dixit; pro vitiosa glande, & inani putamine.

*Veruecca, statua.*

**PLAUTINVS** Egio in Captiui duo, seruum stupidum appellat statuã verueccam, quasi dicas, brutum ac mutum hominem: Vos, inquit, ite intro, interim ego ex hac statua veruecca volo rogitare, meo minore quid sit factum filio. Quidam pro veruecca legunt verberca, quasi verberonem plagis assuetum pro statua marmorea dixerit verbercam. Certe dictionem verueccam non patitur carminis trochaici ratio, superesset enim vna syllaba, nisi in, cea, facias synæresim.

*Quam in tragædia comici.*

**VBI QVIS** in aliena versatur harena, inducti dicentur in tragædiam Comici. Diuersi generis sunt Tragædia & Comædia, nec fas est tragicas personas in comædiam inducere, nec contra. Plautus in Pœnulo: Quin xepol indoctior sum quam in tragædia Comici. Nos legendum arbitramur inductior sum. Adlusit enim Colabiscus ad id, quod dixerat Milphio: Fac modo vt conducta tibi sint dicta ad hanc fallaciam, Respondit iocans: Inductior sum, id est, instructior sum.

*Non magis, quam canem.*

**ODIUM** & contemptum vulgo declarat canis vocabulo. Hor. Odit cane peius. Et Plautus in Amphytrione: Valuisit vsq;? Expectat aduenio? Sof. Haud vidi magis.

Expectatum cum salutat haud quisquam magis quam canem. Sic enim legendum opinamur, vt constet ratio carminis trochaici, tetrametri, catalectici.

*Gralatorius aut testudineus gradus.*

**PLAVTVS** in Amphytrione: Bleph. Non potuimus nostros grandius grandire gradus. Amphi. Siue gralatorius, siue testudineus fuerit, certum est mihi hunc celestem perdere. Item in Pœnulo: Vinceretis ceruum cursu, gralaterem gradu. Gralz dicitur sustes quibus innixi quidam ingrediuntur, quos gralatores appellauit antiquitas. Græcis κακοβήται dicuntur, quemadmodum schænobatz vocantur funambuli. Ii sustes quo sunt longiores à gradu, cui pes innitur, hoc gradus sunt maiores. Tantum elicere licuit, è corruptissimo loco apud Nonium, præsertim in editione Aldina. Idem Plautus in Menæchmis: Atque ecceum incedit, moue formicinum gradum. Formice videntur currere, cum minimum promoueant. Rursus in Pœnulo: Vicistis cochleã tarditudine. In eadem tardos appellat spissigradissimos, & tardiores quam sint corbitæ in tranquillo mari. Rursus talium gradum dicit esse succretum cribro pollinario, quod Simila perangusta foramina, paulatim defluat.

*Dædaleum remigiū.*

**AD** celeritatem significandam Plautus in Amphytrione dixit, remigiis Dædaleis, pro volatu. Non ocys quiuu si Dædaleis metulissim remigiis.

*Argentum accepi, imperium vendidi.*

**NIHIL** hac sententia decantatius: qui accipit beneficium, perdit libertatem. Democritus eleganter expressit in Asinaria:

Argentum accepi, dote imperium vendidi. Nam pauper vxorem duxerat pulchre dotatam, sed in quam nihil haberet imperium. Talis inducitur & Naufistrata in Phormione Terentiana.

*Despuit malum.*

**MALUM** & hodie in vulgi moribus, vt si quid audiât execrandum, quod sibi nolint cucuire, despuit velut abominantes: Id autem

tem hæsit ex veterum superstitione, qui sibi persuaserant desputationem esse remediū aduersus imminentiā mala, præcipue aduersus morbum comitiale: cui non hinc tantum est nomen inditum, quod in hominū frequentia sæpius oboritur, verum etiam quod prohibeat comitia fieri: & in admo- uendis remediis ter expuere habebatur salutare. Velut etiam aduersus incantationes, ut refert Plinius. Simili superstitione contra improbræ spei fascino, ter in sinū expuebat, Plautus: Et illic isti qui sputatur morbus venit, cui responderetur: Ain' verbero mihi cum morbum esse, qui me opus sit insputarier? Hic rursus alter: Neverere, multos illic morbus homines macerat, quibus insputari salutis fuit, atque illis profuit. Idem in Amphytrione: Teq; obsecro hercle ut quæ locutus despuas.

*Contrahere vela.*

IN eadem epistola dixit contrahere vela, pro eo quod est reprimere sese & cautius agere. Contraxi, inquit, vela perspicens inopiam iudicium, neq; dixi quidquam pro testimonio, nisi quod erat ita notum atque testatum ut non possem præterire. Itidem Horatius:

Et idem

Contrahes vento nimium secundo

Turgida vela.

Sumptum est à nautis, qui vehementius spirante vento vela contrahunt, quo tutius nauigent: vento languidiore pandunt, captantes auram.

*ἔπειτε νῦν μοι.*

IN eadem carmen Homericum festiuissime vsurpat ad continuationem narrationis: ἔπειτε νῦν μοι μῦθου ὅπως δ' ἢ πρῶτον ἔπειδαι,

Dicite nūc Musæ, dixistis quippe priora.

In commemoratione rerum ridicularū habebit gratiam, in Aldina editione, hemistichium modo refertur, ἔπειτε νῦν μοι μῦθου. Neque enim semel habetur apud Homerū, licet finis non sit idem, velut illud ἔπειτε νῦν μοι μῦθου δλυμπια δώματ' ἔχοντες. Iliados secundo.

*In dierectum].*

QUIS VVS precamur exitiū, eos iubemus ire in malam crucē, ad coeuos, ad cynosar-

ges, pro eodem præci dixerunt in dierectū quod illi dierectos appellarent in crucē suffixos. Nonius citat ex Varrone, Apage in dierectum à domo nostra istam insanitatē. Dierectos dici putat quasi in diem erectos. Fortasse scriptum erat in diem erectos, quod qui crucifiguntur, sub diem exponuntur. Præfertim cum addat: à domo nostra. Sub diem rapiuntur, quæ domo efferuntur. Insanitatē autem pro infania dixit M. Tullius, ne quis mendum suspicetur.

*Nihil est, aut nihil curæ est.*

IN eodem libro, epistola cuius initium: Cum è Pompeiano, versiculum Rhintonis ut vulgo iactatum refert, Illud tamē, inquit, velim existimes, me hancviam opimatam post Catuli mortem, nec præsidio vlllo, nec comitatu tenere. Nam ut ait Rhinton ut opinor:

*Οἱ μὲν πᾶρ' ὄδῳ ἔστιν, οἱ δ' ὄδῳ μέλει. i.*

Nihili quidem hi sunt, ceteris curæ est nihil.

Sentit se non uti præsidii magnatū, quod partim nihil possint, partim negligant res.

*Et terra spectare naufragium.*

ALIAS nobis dictum est, de muris iudicare Achiuos, pro eo quod est in tuto spectare aliorum pericula. Idem alia metaphora festiuus extulit M. Tullius lib. ad Atticū 2. epist. De geographia. Nunc vero cum cogar exire de nauis, non abiectis sed ereptis gubernaculis, cupio istorum naufragia ex terra intueri, cupio ut ait tuus amicus Sophocles:

*Καὶ ἀπὸ στήγας ἀκίβαν δὺκλος δὲ δ' ὄσκη φρενὶ.*  
Quamquam hic versiculum in aliis codicibus habebatur varius, sed æque deprauatus in aliis erat omissus. Videtur esse versus trochaicus catalecticus: Καὶ ἀπὸ στήγας ἀκίβαν δὺκλος δὲ δ' ὄσκη φρενὶ. pro δὺκλος, quidam codices habebant Ἰακκλος, quod quid sit non intelligimus, δὺκλος, non patitur carminis ratio. Sensus autem hic videtur esse: optat de tecto audire tumultus aliorum, ipse vacuus & quietus animo.

*Qui prior læsi.*

IN eodem lib. epist. Subito cum mihi dixisset &c. vsurpat versus Homericum, minitans vindictam ei qui prior lacesseret. Nam nos quidem, inquit, si per istum tuum sodalem

lem Publiū licebit, σοφιστεῖν cogitamus. Si ille cogitat tantum duntaxat nos offendere, & quod proprium est artis huius:

-ἐπαγγελλομαι

Ἀνδρ' ἀπαμύνησάω ὅς τις πρότερος καλεῖται,

μῆνη.

Denuncio

Vlturum me hominem quisquis prior irritarit.

*Quod datur.*

NONIVS Marcellus citat hunc versiculū & Cecili Plotio: Patiere quod dant, quando optata non danunt. Danunt antique dictū est pro dant. Conuenit cum eo quod alibi retulimus ex Cicerone: τὰ μὲν διδόμενα, & huic similibus.

*Chimæra.*

HOMINEM inconstantem ac variis moribus aut opus sibi non coherens, M. Tullius designat festiuiter illo versu Homericō: Quod de Qu. inquit, stratis epist. scribis, ad me quoque fuit:

Ρῆσθε λέων, ὅπιδεν δὲ δράκων, μέσσι δὲ χιμῆρα.

Quid dicam nescio, nā ita deplorat primis versibus mansionem suam, vt quemuis mouere possit: ita rursus remittit, vt me roget, vt annales suos emendem atque edam. Epistolam sibi inæqualem, appellat Chimæra.

*Nilhil dulcius quam omnia scire.*

M. TULLIVS ad Atticum, lib. 4. epist. Delectarunt me, refert hunc Senarium ceu vulgo adrem:

Ἐδὲν γλυκύτερον ἢ πᾶν εἰδέναι. id est,

Nil dulcius, quàm scire prorsus omnia.

Versus corruptus constabit, si addas ἐστίν, sic:

Ἐδὲν γλυκύτερον ἐστίν ἢ πᾶν εἰδέναι.

aut πάντα πᾶσι πάντων. Ac mox subiicit: quare vt homini curioso, ita perscribas ad me, quid primus dies, quid secundus, quid censores, quid Appius, quid illa populi Apuleia. Est & illud aliquoties obuium in epistolis M. Tullii πάντα πᾶσι πάντων.

*Strumam dibapho tegere.*

STRUMAM dibapho tegere, dixit M. Tullius ad Atticum pro eo, quod est infamiam aliqua dignitate obliterare. Vatinii inquit, strumam sacerdotii dibapho tegere, Diba-

phou appellat purpuram bis tinctam. Struma est tumor corporis, veluti gibbus. Ea deformitas interdum purpura dissimulatur. Idem ad M. Caelium lib. 2. Nā Curtius nofter Dibaphum cogitat, sed eū infector moratur. Dibaphi nomine designat magistratum cui fas erat dibapho vti. Sed iocatur illi rem parum ex sententia cedere, quod tinctor esset in mora. Est autem hæc vna ratio obliterandæ infamiz, splendore dignitatis hominum calumnias deterrere, mediocriis eum fortuna pater inuidiz.

*Multa in medio.*

ANTEA commemorauimus, multa cadūt inter calicem supremæque labra. Idem alia metaphora extulit M. Tull. ad Attic. lib. 6. epist. Et si nil sani. Non quo me aliquid iuuare posses, quippe res in manibus, tu autē abes longegentium.

Πολλὰ δ' ἐν μετρίχμω,

Νότος κλινδ' ἐν κύματ' ὄψεως ἄλδς.

Ita Cicero sentit multas rerum nonationes exorituras antequam Atticus qui procul aberat possit optulari. Senarii sunt quos ita veritas licet:

Sed interim in medio notus

Multas patenti voluit vndas æquoris.

*Preces armate.*

IDEM libro nono, epistola cuius initium: Tuas 11. Kal. πελοαγκων appellat suasionē cum necessitate viq; coniunctā. Quales sunt principum preces, id quod eleganter Ouidius expressit in Ioue: Precibusque minas regaliter addit. Ciceronis verba sunt: Ego autem non tam rogat huius timeo, quàm πελοαγκων. αἰ γὰρ τῶν τυραννῶν δεισις, inquit Plato, οἷδ' ὅτι μεμιγμένα ἀνάγκαις εἰσίν. id est, non tam fucos huius timeo quam parendi necessitate: nam tyrannorum preces, vt ait Plato, scis necessitati admixtas esse. Exstat & ille minus celebris:

Cogit rogando qui rogat potentior.

*Benefactis pensare delicta.*

EODEM libro, epistola cuius initium: Certior à Pylio factus, citat hunc Senarium citra nomenclaturam, vt vulgo Senarium: Ἄλλος ἐν ἐδλοῖς τόσδ' ἀπρωθυῖται φόνον. ἰ.

Aliis benefactis hocce depellunt probrū. Loquitur de Bruto & Cassio qui occiderāt

Cæsarem,



Cæsarem locus sic habet: Itaq; idus Martie menon tam consolantur quam antea, magnam enim mendum continent, & si illi iuuenes: ἄλλοις μὲν ἰσθλοῖς, &c. Conuenit cum illo σὺ κἀκὸς ἄνδρα λέγεις.

*Alina Oromedontse.*

**THEOCRITVS** in Thalytia:

Ὡς μοι καὶ τέκτων μὲν ἀπὶ χεῖρας, ἕως ἔρδην  
Ἴσον ὄρεθς κορυφῆ τειλέσαι δάμοι ἀρομέδον  
τος. id est,

Sic mihi magnopere faber est inuisus, in altum.

Qui struit, adnitēs superare iugum Oromedontis,

Allegoria prouerbialis est, deterrens ab insolentia, nequis se præponat iis, quibus cum nullo pacto est conferendus. Scholiastes indicat Oromedontem esse montem in insula Co. Est adlusum ad poetam Coum. Nam paullo post, Homerum appellat poetam Chium.

*Φαινοπέσοπαῖν.*

**HAC** voce M. Tullius videtur delectatus. Ita subinde vsurpat in epistolis: Est autem vultu fronteque præferre hilaritatem ac benevolentiam, cum aliud geras in animo. Vnde illud Maronis:

Spem vultu simulat, premit altum corde dolorem.

*Faciles partus.*

**THEOCRITVS** in Encomio Ptolemæi: Πύδισα δὲ γοναί, τικνᾷ δ' ἔποδ' ἰσμέτα παρῆ.

Sunt faciles partus, sed proles nata parentem

Ore refert numquam.

Pater est iuxta iureconsultos quem nuptiæ designant, sed proles non semper facie maritum parentis exprimit. Eoq; iuxta Flaccū: Laudantur simili prole puerperæ. Quāquā & hic natura ludit varietate, quemadmodū ferme in omnibus. Proles non semper refert matrem aut patrem, sed interdū auum paternum aut maternum, interdum auia, interdum patruum, aut propatruum.

*Præficarum more.*

**PRÆFICAE** dicebantur mulieres in hoc conductæ, vt in funere lamentaretur, ac defuncti laudes prædicarent, aliis plorandi mo-

dum præirent, vnde & præfica dictæ sunt, quasi præfectæ. Ab his iocus sumitur in eos, qui simulant amorem, aut dolorē, cum lucri causa faciant quicquid faciunt. Lucilius citante Nonio:

Mercede quæ conductæ stent alieno in funere præficæ,

Multo & capillos scindunt & clamant magis.

Id in Arte poetica imitatus est Horatius: Vt qui conducti plorant in funere, dicunt, Et faciunt prope plura dolentibus ex animo.

Plautus apud Nonium in Friuolaria: Superauere omnes argutando præficas.

Conuenit & in illos, qui præ inuidia non sultinent laudare nisi vita defunctos. Næuius apud Festum: Hæc quidem, me hercle opinamur, præfica est, quæ sic mortuū collaudat, Id familiare est vxoribus, vt maritū defunctū in alterius inuidiam sine fine prædicent. Quadrabit & in illos, qui cum ipsi nihil habeant quod laudem promereatur, laudādis aliis adsectant videri aliquid. Plautus in Truculentis: Sine virtute argutum ciuem mihi habeam pro præfica, alios quæ collaudat, capse sese vero non potest.

*Socratis gallus, aut callus.*

**NONIVS** Marcellus à Varrone citat Socratis gallum in significationem caluiciei: inuenisse se, cum dormire cœpisset tam glaber quam Socratis gallus, esse factum ericium cum pilis & proboscide. Scutit quisquis illic loquitur se cum iret cubitum, fuisse leui corpore, nec villos habuisse pilos toto corpore. In somno trāsformatum in ericium, qui totus hirsutus est, & suum in ore proboscidem habet. Aldina editio, pro gallo legit caluum. Lectio tolerabilis esset, si pro caluum legamus callum, hoc pacto: inuenisse se, cum dormire cœpisset tam glaber quam Socratis callus siue callum, esse factum ericium, &c. Socrates corporis erat patientissimi, quod ad omnem laborem occalluerat, ambulabat nudis pedibus, dormiebat humi. Hinc iocus in Socratis callum. Non ignoramus quid narrent de gallo deplumato, quem Diogenes, immiserat in scholā Platonis, sed magis placet, vt legamus callum, facilis enim transitus est, a c in g, cognata litteram. In corporis partibus quæ callum habent,

habent, non proueniunt pili, velut in pedū cauo, & vola manuum, Vulgus illiteratū. significans nihil esse, quod det, ostensa vola manus dicere solet: Hinc mihi pilum euclle. Adagium cōueniet in nudos & inopes.

*Vs ex bulga matris.*

**NONIVS** Marcellus refert hunc Trochai cum tetrametrum catalecticum e Lucilio: Ita uti quisq; nostrum e bulga est matris in lucem editus.

Id ad nuditatem inopiamq; referri potest. Potest & ad æquam omnibus vitæ conditio nem. Natiuitas enim non distinguit Cresum ab Iro, non regem a plebeio. Eadem sunt voces reginz parturientis & mendicę. Idem vagitus Cæsaris emergentis & tenuis simi cuiuslibet. Neque mūdus est cauum vnde se profert monarchę filius, quā vnde prodit ancillę proles. Festus indicat vocem esse gallorum, qui folliculos, aut crumenas, aut sacculos scorteos, hoc est, è pelibus factos olim appellabant bulgas. Lucilius Satyrica libertate matricem siue vuluam bulgę nomine designauit. Quod Græci dicunt: Nudus tamquam ex matre, alibi nobis commemoratum est.

*Esurienti leoni prædam exculpere.*

**NONIVS** Marcellus ex Lucilio citant hūc uersum;

Vt esurienti leoni ex ore exculpere prædam.

Versus constat, si amoneas ut, aut quod vero propius est, pro ut, legas, vi: & si in vsurienti corripatur, ti, aut si legas esuriente. Metrum durius est, quod nullam habeat cęsuram, sed non abhorrens à compositione Lucilii. Adagium simillimum est illi quod alias retulimus: Clauam extorquere de manu Herculis, & lupo agnam eripere.

*Halopanta.*

**HALOPANTAM** veteres appellabāt omnia mentientem. Plautus in Curculione: Aedepol nugatorem lepide nactus est hūc Phedromus, Halopantam an sycophātam magis hunc dicam nescio. Verba sunt militis conquerentis de Curculione, qui anulo militis imposuerat lenoni. Nonius Marcellus citans hunc Plauti locum hæc refert: Halopantam aut sycophantam, hominum genus nequam, quod ob suenda mendacia, miserissima mercede cōducitur.

Festus hunc in modum: Halopanta significat omnia mentientem, πᾶντα enim Græci omnia, ἀπὸ μῆνός fallentem appellant. Quātum autem tribuēdam sit eiusmodi fragmentis non minus deprauatis quam decurtatis. Aldiua editio habuit aliam etymologiam, sed magis etiam mendosam, nam si halopāta venit ab ἀλίω, siue ἀπὸ δόλωμα, neutra dictio habet primam aspiratam: & vtraque corripit primam, cum apud Plautum sit producta, ut exigit Trochaici carminis ratio. Rursus si venit ab ἀλός conuenit quidem aspiratio, sed hæc quoque vox habet primam breuem. Adde quod est noua compositionis forma a nomine, non a verbo, mollius erat πειθαλίτης. Quoniam autem est in his vocibus aduab schema προσωμασίας, propius adludit ad sycophantam, halopantam. ἀλοφάντης autem dici videtur, qui defert eos qui telonas conantur fraudare vestigalibus, quemadmodum sycophantę dicti sunt qui deferebant exportantes ficos Athenis si legamus ἀλοφάντης, quasi aliena loquentem varieque mentientem, conuenit quidē metri ratio, sed abiicienda est aspiratio primę vocalis. Metrum tamen constabit, si Græce pronuncies halopantem, aut sycophantem. Tum enim in primo loco erit anapæstus pro spondeo. Plautus autem non raro græcissat in comœdia. Verum hoc doctis relinquitur discutiendum.

*Quadra propria.*

**ET** hodie vulgo dicitur Nihil æque sapere, ut cibum proprium domi sumptum. Nonius citat hoc hemistichium ex Priapeis Catulli: De meo ligutire libido est. Ligutire dixit, pro gustare cum voluptate. At dii Homerici malunt inuitari ad nidores hostiarum. quā viuere οἰκόδοιοι Citat & ex Plauti Persa: Turbucinari de suo, si quid domi est.

*Mansum ex ore dare.*

**QVOS** tenerè amamus, his māssum ex ore dare dicimur, qd a matribus ac nutricibus mutuo sumptū est. Lucilus citate Nonio: Sperans, si ætatem eandē proferre potestet, Mansum ex ore daturum.

Quamqam Marcus Tullius & Aulus Gellius paullo diuersus vsurpatūt præmande re quemadmodum antea monuimus.

Κ κ κ *Medulitius.*

*Medullitum, oculitus.*

**INTIMUM** affectum veteres variis modis exprimebāt, ex corde, ex animo, toto pectore, de quo diximus, penitus, ex intimis præcordiis, medullitus, animitus, oculit<sup>us</sup>. Plautus apud Nonium in Cornicibus: Qui ancillam meam sedulium oculitus. Amacium enim est oculum appellare, quod vnice carū est. In Mostellari: Euge oculus meus. Rursus: Volo placere meo Philolacheti, meo oculo, meo patrono.

*Sapientia gubernator nauis.*

**DICTUM** est à sapientissimis viris etiam in bellis plus habere momenti consilia quā vires. Idem eleganter expressit Titinnius, citante Nonio:

Sed in sapientia gubernator nauim torquet, non valentia.

*Novum cribrum, nouo paxillo.*

**NEQUAquam** obscurū est prouerbio fuisse iactatum quod Nonius citat ex Varronis Eumenidibus, vbi dicitur primus Zeno nouam hæresim nouo paxillo suspendisse. Zenonem notat, qui primus Athenis inuexit sectam Stoicorum, idque nouis rationibus ac paradoxis. Idem in Bimargo: Nouum vt cribrum, nouo paxillo pendeat. Sic enim habet Aldina editio. Quadrabit in eos, qui noui quidpiam comminiscuntur.

*Sarcinator summum centonem.*

**APUD** eundem citatur hic versus ex Lucilio: Sarcinatoris esse summum suere cento ne optime. Videtur esse versus trochaicus, tetrameter, catalecticus: & constat elisos, in sarcinatoris. Sarcinator a sarcina dicitur, non à faciundo. Conuenit cum illo quod alibi retulimus, Boni poetæ est in extremo actu esse optimum. Lucilianum tamen dictum germaniorem ac venustiora habet adagii speciem.

*Prælio victus, non bello.*

**NON** statim victor est, qui in vno, alterove negotii actu discessit superior, sed qui totā causam euicit. Prælium enim est confictus bellicus, bellum totum hoc tempus dicitur, etiam si cessetur à præliis, aut sit intercedant induciæ. Sola pax finit bellum, induciæ dissimulāt congressus. Nonius hos trochaichos

citat ex Lucilio: Vt Romanus populus victus vi, & superatus præliis sæpe multis, bello vero nunquam, in quo sunt omnia. Congruunt illi: Vir fugiens & denuo pugnabit.

*Curre denuo.*

**Τρέξ' ἄνευς**, id est, Curre denuo. Hoc ita referatur à Luciano in tragœdia cui titulus ἀκτύπης, quasi sit in constrina natum. Quāquā totum hoc poemation mendis scæter, nec vllam habet micam salis Lucianici. Inducitur illic podagrosus iuuenis, qui tamen affectabatur videri ἀκτύπης, Is rogatus à sene, vnde accidisset pedis dolor, respondit se cum magna celeritate curreret, distinxisse talū, atque hinc esse cruciatum. Huius responderet senex:

Τρέξ' ἄνευς ὅστις ἔπειν καὶ κέχμητος

Ἔργονα τίλλαι κερταύπ' ἀλείψας.

Si legas, ἔπειν ὅς, sensus erit, curre denuo, sicuti dixit quidam, qui sedens vellis barbam sub cubitis tonsorum, hoc est, qui curatur à tonsore. Podagrosi remedium petunt à tonsoribus, & tamen nolunt videri podagram, sed pedem aliqui læsum, vt ex immoedico cursu. Interim aliquis eorum qui tondentur, sentiens sictam esse causam, respondet τρέξ' ἄνευς. Nam id solet esse remedium in simili malo. Posteaquam enim neruus incauit violento motu, cessat dolor. Quod quod tidie videre est in equis, qui post cursū aut non claudicant, aut leuius claudicant. Probabilius tamen est pro κερταύς legendum κερταύς participium à verbo κερταύω, quod est hirsutum esse & tonsoris egere: quemadmodum aliquis dixit, qui sedens in constrina velit barbam quam habet hirsutam sub alis. Illic enim desident otiosi & garruli. Horatius:

Cultello prop. ios purgantem leniter rugues.

Hæc nostra diuinatio si cui non placet, sequatur quod magis arridet, res non est magis momenti.

*Nutricis pallium.*

**NUTRICES** quoniam tractant infantes, sæpe vestes habent, bua, salua, mictu, foriaq; conuaminatas. Vnde Plautus in Bacchid. Si vnā peccauisses syllabam, fieret corium tam maculosum quam est utricis pallium.

*Cum ramento.*

**TROPO** prouerbiali cum ramento reddidisse

diffe dicitur, qui totum reddidit nulla ex parte decurtatum. Sumptum apparet à fabricis ærariis, qui sibi seruiant quod lima detraferint. Plautus in Bacchidibus: Quia patri omne cum rametò reddidi, cum tamen to additum ἐπιπέστος gratia, idem velut interpretatur, subiiciens omne oppido, hoc est, omne profus. Cum puluisculo, & cum æruginè, alias nobis dicta sunt. Plautus in Rudentibus: Conuerret iam hic me totum cum puluisculo.

*Mortuo vilior.*

**N I H I L** abiectus cadauere. Plautus in eadem fabula. Eia bouum habe animum. Vnde habeam? Mortuus pluris precii est quàm ego sum. Et in Persa, quidam alterum per contemptum appellat morticinum: Non Heracle si os præciderem tibi, metuam morticine.

*Quam Clinia ex Demetrio.*

**P L A V T V S** in eadem fabula, Plura ex me audis hodie mala quam audiuit vniquam Clinia ex Demetrio. Quidam cruditi hoc loco pro Clinia legunt Lamia. Et verum est Lamiam fuisse supra modum adamatam à Demetrio rege Macedonum, quo nomine ipse quidem male audiebat vulgo, sed eam à rege fuisse non uiciis affectam, nusquam legimus: præterea vocem Lamiam carminis ratio non admittit. Vero propius est sumptum de comædia Turpili, cui titulus Demetrius, vel alia quapiam, vbi pater prolixius & acerbius obiurgat filiū. Talis enim inducitur Clinia in Senec seipsū exercuciente, qui à patre nimium sæpe nimiumq; acer beobiurgatus, tandem profugit in militiam. Et haud scimus an ad hanc fabulam adludat Plautus. Nam fieri potest, vt Terentius pro Demetrio senem appellarit Menedemum. Nec obstat quod Terentius Plauto fuit posterior, cum Græcus auctor fabulæ fuerit vtroque.

*Pleno gradu.*

**Q V I** leuiter rem quam piã attigerunt, summo pede dicuntur ingressi: contra qui magno studio instituerunt aliquid, pleno gradu, diuuntur ingressi. Trebonius Cic. libto 12. Nam illum paratum vt video & ingressum pleno gradu, cohortari non intermittemus, quo in dies longius discendo exer-

cendoque se procedat.

*Ad pila vbi ventum.*

**M A R C V S** Tullius in libello De re militari, si tamen non fallit titulus: Prima autem, inquit, & secunda acies, cum ad pila, vt dicitur, ventum fuerit, totum sustinet bellum. Pilum autem est genus hastæ Romanæ breuius. Itaque cum de propinquo res geritur, ad pila ventum dicitur.

*Velatis manibus orare.*

**Q V I** suppliciter orant, velatis manibus orare dicuntur. Sumptum ab antiquo more oratorum, quo qui pacem petitori venirent, ramum oliuæ prætendebant. Velatas autem dictum arbitramur pro vittatis. Plautus in Amphyrione: Postridie in castra ex vrbe ad nos veniunt stetes principes, vittatis manibus orant, ignoscamus peccatum suum.

*Cicada sibi canere.*

**ΟΙ ΤΕ ΠΛΗΥΣ ΙΑΝΟΥΙΣ ΧΑΜΘΕΝ ΑΪΟΡΟΥ**, id est, Cicada sibi ipsis ex humo canent. Hoc exemplū Aristoteles libro 3. adducit ex Stesichoro schematis, quo quis dicit quod non dicit. Nec aliud addit, vnde possit dicti sensū deprehendere: nisi quod suspicamur poetam his verbis comminatum iis, à quibus erat læsus, quos si vlscisci alioqui non posset, certe carminibus suis esset illos in famæ traditurus. Adducit idem eiusdem lib. 2. inter sententias obscure dictas: ὄτι τρεπισχορος ἐν λοκρῆς ἀπεν, ὅτι δ' εὐβριταῖς εἶαι, ὅπως μὴ αἰτέπιδας χαμόθεν ἀδῶσιν. Quod quidem Stesichorus apud Locenses dixit, Non oportere cuiquam iniuriam facere, ne Cicada ex humo canant. Cicada poetarum habent symbolum. χαμόθεν dixit, ob inopiam & conditionis humilitatem. Vnumquodq; animal minatur his armis quibus à natura instructum est. Poetæ præter versum nihil habent, quibus tamen hominem vel album vel nigrum ad posteros transmittunt. Vnde & Plato dicitur amicos admonere solitus, ne quem hominem poeticum sibi redderent inimicum. Est enim, vt ait Flaccus genus irritabile vatum, & in his sunt qui scœnū habeant in cornu. Docti tamen nō nulli placeat, alio spectare Stesichori dictum. Quonia cicada solum, Maronea restante, in arboribus canere, apparet Stesichorū ciuilitate hoc

K K K 2

ænigmatæ

enigmata Locrenses admonere, ne per pe-  
tulantiam à finitimorum iniuriis parum  
temperantes, tandem arma illorū in se con-  
eitent, qui cum exercitu fines illoꝝ in-  
gressi, quidquid arborum sit in agris, ho-  
stiliter excidāt, itaq; fiat vt cicadē illis iā hu-  
mi canere incipiant, sublati arboribus qui-  
bus insideant. Fortasse tale quiddam refert  
Gregorius Nazianenus, cuius in hoc opus  
commentarios vidimus Venetæ.

*Fama prodit omnia.*

**ÆSCHINES** in oratione contra Timar-  
chum refert sententiam Euripidis :

Φίμι τὸν ἔδλον καὶ μυχῶ δέικονσι γῆς. id est,  
Virum bonum fama aperit vel in teiꝝ  
cauis.

Interpretatur autem hoc sensisse poetam,  
non viuentium tantum virtutem illustrari  
fama, verum etiam sepulcorum. Terra cor-  
pus tegit, sed fama non sinit occultari quod  
quis bene gessit in vita. Eodem in loco citat  
Hesiodj versum, quem antea commenta ora-  
uimus :

Φίμη δ' ἔτις πῶμπαν ἀπόλλυται, ἢν τινα  
λαοί.

Πολλοὶ φημίζουσι, θέος ἢ τις ἐστὶ καὶ αὐτῆ.

Quem locum citat & in oratione τῶδ' ἃ  
παρὰ πρὸς βείας.

*Βωοῖσσαι.*

**INTER** conuicia quibus Aeschines lapidat  
Demosthenem, etiam illud abiicit, quod  
Bæotiorum more vociferaretur immodice  
& indecore : τὰντα δὲ μὲτὰ τὸν λέγοντος ἀνα-  
βοῶν παμμιγέθεις δημοδίκους, ὡς ἴσασσι πῶντις οἱ  
συμπρέσβεις ἡμῶν, καὶ γὰρ πρὸς τοῖς ἄλλοις κα-  
κῶς βωοῦντιάζου. id est, Hæc me loquente vehe-  
menter exclamat Demosthenes, quemad-  
modum sciunt omnes qui nobis in ea lega-  
tione fuere collegæ. Nam præter alia mala,  
etiam Bæotiffat. In clamore fir adlusio ad  
boum mugitum. Quamquam βωοῦντιάζου  
accipi potest, pro fauere Bæotiorū partibus.

*Sureculum sureculum ferens.*

**QUI** singuli sunt infirmi, tamen concor-  
dia iuncti, multum habent roboris. Ita En-  
nius apud Festum : Vnus surus surum fer-  
ret, tamē defendere possent. Veteres enim,  
vt Festus admonet, surum dicebant, vnde  
nos dicimus sureculum diuiniuitiue. Nos  
non fugit carmē esse vitiatum etiam in Al-

dina editione, fortasse legendum : Si vnus  
sirus surus ferret, cum aut se defendere  
posset, aut possent. Stirps habet robur, sur-  
culi nihil habent virium nisi iuncti.

*Salacones.*

**QUIS** ADMODUM Irus & Codrus ob in-  
opiam in vulgi fabulam abierunt, ita & Sa-  
lacon quidam extremæ paupertatis homo  
effecit, vt omnes fortuna tenui Salacones  
dicerentur, & ipsa paupertas Salaconia. Me-  
minit Helychius, sed idem indicat eodem  
nomine fuisse notatos fastuosos & adrogan-  
tes : vnde ductum sit verbum σαλακωνίζου  
καὶ σαλακωνιδέν, pro eo quod est, fracto deli-  
catoq; gradu incedere. Addunt testē Theo-  
phrastum, qui σαλακωνία dixerit eū qui sua  
profundit temere. Ex his colligere licet, ada-  
gi conuicium non hæsisse in quosuis pau-  
peres, sed in eos duntaxat qui fastu luxurij  
redacti sunt ad inopiam. Vox autem dicta  
videtur, à verbo σαλάξαι, quod est labefacta-  
ri & ad ruinam tendere.

*Archilochi melos.*

**Archilochi melos**, id est, Archilochi cantio, di-  
cebatur Ilymius qui ad multos poterat ac-  
commodari, qualē ferunt Archilochi fuis-  
se reperitum, qui fuerit ante Pindarum &  
alios hoc genus lyricos, qui singulos pro-  
priis laudibus exornabant. Archilochi car-  
men erat idem in omnibus, quod cithara ca-  
nebatur. Citharædus tantū ad singula can-  
tionis interualla, victorū nomina voce sua  
repetebat : veluti si Herculeum laudabat, ac-  
cinebat : Tenella Callinice χῶρ' αἰκξήρα-  
κλας. Aut aliud, sic cum aliū canebat. Huic  
non dissimile est quod refert Horatius de  
priore, qui depercta cupressio nauatam roga-  
bat, eequid vellet addi. Quadrabit in ista  
prisam ac rudem. Meminit Aristophanis  
& Pinderi interpres. Sumptum est è Pinda-  
ri Olympiorum Eucomio septimo : τὸ μὲν  
ἀρχιλόχης μέλος φοιτῶν δαμπτία καλλιόκος.  
Quo quidem loco varia commenta refert  
enarrator, quæ repetere, nō videtur ad hoc,  
quod agimus, necessarium.

*Ολοείχνης.*

**ANTE** retulimus ex oratione Aeschini  
τῶδ' ἃ δλοχόνης ἀβρῆχης, cū lexicographi pro  
δλοχόνης habeant ὀλοχίνης, qui adiecit scho-  
lia in Demosthenem, citat orationem Aes-  
chian

Schinis aduersus Demosthenem *πρὸς Πιστοβίαν*, & Theophrastum in quarto lib. Apud Aeschinem reperimus *ἀλαχόνης*. Similiter Theophrastus libro de plantis quarto, inter ea quæ proueniunt in aquis facit quædam admonet (scholiastes) τρία χόνης, hoc est, spatii siue iunci genera: quorum vnū sit acutū, quod appellant masculum, id est, in frugiferum: alterum frugiferum, quod à nigro fructu vocāt *μελαγκρώνιν*: tertium quod dicitur *ἀλόχονος*, pinguitudine, magnitudine & callositate ceteris præstant. Hoc vltimum putat accommodatius ad plectendos funes, quæ mollius sit & carnosius, Dioscorides lib. 4. paullo secus distinguit genera, sed admonet tertium quod *ἀλόχονος* dicit, esse ceteris asperius & callosius. Vt autem quidam pro *χόνης* scriberent *ἐχίνος*, suspicamur in causa iussisse, quod Theophrastus meminit carnositatis, quasi nouum sit audire carnem mali aut cerasi. Echinus tamen terrestris, quem appellant Erinacium, in hoc conuenit cum holoschoeno, quod habet asperitatem: vnde & cutis detracta cum spinis, utilis est ad defricanda vasa. Proinde dictum videtur de duro & procaci sermone, quo velut os alicui percelsimus. Hoc quidquid est appendicis, lectorem celare noluiimus.

*Apologia Alcinoi.*

*Ἀπόλογος Ἀλκινόου*, commemoratur in Græcorum collect. vt ante nobis commemoratum est. Originem autem cum diuinauimus ex Homeri *Odyssæa*, apud quem in conuiuio multa de se mentitur Ulysses: nec absurdum esset commentum, si Alcinoi apologus dici posset ficta narratio apud Alcinoum habita. Aristoteles tamen *Rhet. 3.* cum obiter meminit huius apologi, sic loquitur, vt videri possit notasse scriptorem aliquem, qui sine xit orationem ad Penelopen, contextens omnia, quæ multis annis geri potuerint, ficta narrans pro veris. Fortassis scriptor cui nomen Alcinoi, induxit personam Ulyssis apud Penelopen plurima commemorantem, quasi vel in bello, vel in itinere vere passus esset ea. Locus apud Aristotelem sic habet: *ἔτι πεπραγμένα δ' αὖ λέγειν ὅσα μὴ πραττόμενα ἔοικτος ἢ εἰδένωσι φέρεται. περὰ δ' ἔργα δ' Ἀλκινόου ἀπὸ λόγου, ὅτι πρὸς τὴν Πηνελόπειν ἐν ἔξικοντα ἔπεισι πεποισται.* Targentius interpres legitur videtur *ἔτι μὴ πεπραγμένα δ' αὖ λέγειν ὅ-*

*σα πραττόμενα.* &c. At ne sic quidem locus videtur vacare mēdis. Quare suspendemus hic sententiam, donec vel è Gregorii Nazianzeni commentariis in hos libros, vel aliunde cōpētius aliquid fuerimus nacti.

*Doceat qui didicit.*

PINDARVS in Olympii Encomio, τὸ δὲ δάξαι δὲ τοὶ εἰδότες τὸ βέλτερον, id est, docere porro facilius ei qui didicit. Iuxta illud: *Δίσκε, sed à doctis.* Nemo facilius artem tradit alteri, quam qui eam exacte caller. Nouit enim multa in compēdium contrahere, nouit obscuris dare lucem. Proinde quod quidam tot ambagibus circumagunt ac detinent adolescentes in disciplinis, in causa est aut quæstus, aut liuor, aut imperitia.

*Celeritas in malis optima.*

SOPHOCLES in Antigona: *Βραχίστα γὰρ κρατίστα τ' αἰ ποσὶν κινᾶ.* i. Verba sunt Chori ad Creontem in vario luctu domus cupientem è medio tolli. Nam cito perire quem vitæ tēdet, non nihil est luctucri. Nihil molestius quā diu animo discruciaci, si quid mali imminet, quod vitari nō queat. optimū est dare operam, vt sit quādam breuissimum.

*Prima felicitatis pars sapere.*

IN eiusdem fabulæ clausula: *Πολλὰ τὸ φρονεῖν βύθαιρας Πρωτόν ὑπάρχει.* id est, Vt sis felix longe primum Sapere est.

De Creonte dictum est, qui dum mauult animo suo quam rectis consiliis obtemperare, & suos & se funditus perdidit. Magna fortuna facile vertitur in magnam calamitatem, si absit sapientia. Idem paullo ante contrariis expressit verbis de Hermone loquens, qui sibi mortem conscuerat:

*Δείξας ἐν ἀνδράποισι τὴν ἀβελίαν Ὅσα μέγιστον ἀνδρὶ πρόσκειται κικλόν.* id est, Monstrans quod incōsulta temeritas viro adiuncta, sic longe malorum maximum.

*Sero vidit iustitiam.*

R v r l s v m in eadem: *Ὅ μ' ἔοικας ὀφεί τιν δίκην ἰδ' ἔσθιν.* id est, Proh vt videre iusta sero cernere. De Creonte dictū est, qui prius nec Tiresig,

nec cuiquam suorum obtemperat, magnis doctus claudibus inculcat suam stultitiam. Eadem sententia reperitur in clausula tragicæ, sed diuerso schemate.

Μιγάλας δὲ πλῆγὰς τῶν πικραυχῶν

Αποτίσαντες,

Γρα τὸ φρονεῖν ἐδίδαξαν. id est,

Diui pœnas postquam atroces

De verbis sumpsere superbis

Ætate docent sapere extrema.

Conuenit cum illo: Sero sapiunt Phryges.

*Vindicta relax.*

DE fera vindicta numinum aliquot prouerbis restatum est, quæ supra retulimus. Sed quod ait Sophocles expeditam deorum vindictam, magis huc conducit, vt in aliquod prolapsi malum, mature respiciamus. Verba sunt Chori ad Creontem:

Ὅσον γ' αἰεὶ τάχις α. σωτέμισι γὰρ

Θεῶν ποδ' ἄκεις τῶς κακόφρονος βλάβωι. i.

Rex ista facito quam potes celerrime.

Noxæ citi pedes numinū: improbos viros

Subito occupant iunctæ simul cōpendio.

Id euenit Creonti, cui vindicta pœne prius adfuit quæ absolueretur Tiresiæ vaticiniū.

*Fato non repugnandum.*

IN eadem Creon ira loquitur:

Λάγκη δ' ἔχ' ἰθυσμαχνητίον. id est,

Sed fata contra, quando id est perquam arduum,

Non est relucendum.

Eandem sententiā alias ex variis citauimus auctoribus. Nemo potest vitare quod deus nobis immittit. Quod autem vitari non potest, ferendum est, non culpanum. Ducunt enim volentem fata, vt ait Tragicus.

*Vati non conuiciandum.*

IN eadem fabula Creon Tiresiæ more vatū incandescens ac liberioribus dictis impetenti regem, loquitur:

Ὁὐ βήλωμαι τὸν μ' ἔτιν ἀντεπ' ἄν κ' ἀκῶς. i.

Vati vicissim nolo proloqui male.

Quod Horatius ait: Genus irritabile vatū, non tantum ad poetas, sed multo magis ad diuinos pertinet. Elblandiendum est, si quid ab eis velis exculpere, quos si pronoces, diuinant omnia mala. Conueniet vti, vbi quis nos impetierit impotenti conuicio, velut affatus furore quoddam, cui honoris gratia nolimus vicissim maledicere, cum non

desit quod retorqueatur: aut cum libertatē eam tribuimus iræ, veluti furori cuidam. Cum irato enim nihilo sanius decertes conuiciis quam cum furioso, finitimum est illi quod ante retulimus: Omitte vatem. Præterea illi: Ni pater esses, quod est in hac eadē fabula sub persona Hæmonis.

*Vatum genus auarum.*

IN eadem scena Creō ita loquitur Tiresiæ:

Genus omne vatū est appetens pecuniæ.

Τὸ μαυτικὸν γὰρ πᾶν φιλάργυρον γένος. i.

Hoc nomine olim male audiebant augures & haruspices. Vera non potest semper loqui, qui corruptus muneribus ad hominū gratiam loquitur.

*Non mouenda loqui.*

EODEM in loco iam irritator Tiresia sic minatur Creonti:

Ὅρσεις μὲ τ' ἀνίοντα διαφρονεῖν φράσαι. i.

Tu me excitas vt quæ latent in pectore.

Immorta cogar proloqui.

Vfus erit, quoties aduersariotum improbitas eo nos compellit, vt quæ decreueramus silentio regere, efferamus. Creon enim illū conuicio terigerat, dicens:

Σοφίς σὺ μαυτῆς, ἀλλὰ τ' ἀδίκῃν φιλῶν. i.

Tu doctus augur, at fuetus lædere.

Quod ipsum conuenit in hominem prudentem, aut eruditum, sed improbum. Confine est illi: Non mouenda moues.

*Mortuos vniuersus occidere.*

IN IDEM verba Tiresiæ sunt ad Creontem, siudencis vt Polynicis corpus sinat condi sepulcro:

Ἄλλ' ἔκ' τῷ θαυδῆτι, μίθ' ἄλωδτα

Κέετ' ἐτις ἀλκή τὸν θαυδῆτ' ἐπικτανεῖν. id est,

Age, mortuo cōcede, nec qui extinctus est Stimulato: quæ nam est sortitudo, mortuum

Necare rursum?

Confine est illi, quod alibi retulimus: Iugulare mortuos.

*Deo nemo potest nocere.*

SENTENTIA pia est, sed à Creonte impio animo dicta:

Θεὸς μαιναν ἕτις ἀνθρώπων εἶναι. id est,

Violare, siue polluere diuus, nemo quit mortalium.

Veteribus persuasū erat offendi diuos in seorsū mortuo negaretur sepultura: offendi Iouem:

Iouem supplicium, si quis supplicem reiceret. At Creon putabat nihil huiusmodi cererum curæ esse diis, quod illi non queant à quoquam lœdi. Hoc carmen occini potest iis qui indignum deo putât, in matrice virginis latuisse, & per uterum virginis exisse, vnde procedunt homines ceteri: aut qui putant corpus domini pollui, quod in stomachum hominis immundum descendat:

Θις μάλιστα, τις ἀνδρῶν βίβει.

Neque sol polluitur, tot cloacas ac paludes lustrans.

*Auscultandum bene loquenti.*

**TIREZIA** in eodem sermone:

Εὐ σοὶ φρονίσκας, δὲ λέγω, τὸ μὲν βάνειν  
Δ' ἢ δίτον δὲ λέγοντος, εἰ κέρδος λέγει. id est,  
Tibi beneuolus, bene loquor, suauissimum est

A bene loquente, luca si fert, discere.  
Eandem sententiã, antea dixerat Hæmon:  
Καὶ τῶν λεγόντων δὲ, καλὸν τὸ μὲν βάνειν, ἰ.  
Recte loquentem audire par est, ac decet.  
Conueniet cum illo: Audi quæ ex animo dicuntur. Item cum Hesiodio, quo probatur & is qui parer recta monenti.

*Fortunæ nouacula.*

**EIVSDEM** Tiresiæ verba sunt ad Creontem admonentis, vt in summo discrimine positus sapiat:

Φρονεῖ βιβῶς αὐτῶ ἐπὶ θυρῆ τύχης. id est,  
Sapere, denuo nunc positus in nouacula Fortunæ.

Calamitatē quam excitat Eteoclis & Polyneicis contentio, successit hæc quam offensis diis excitauit Creon. Quamquam hic verus obiter nobis alibi citatus est, in prouerbio: In acie nouaculæ.

*Perniciacia stultitiæ dat rhanas.*

**IN** eadem tragœdia Tiresia. Creontem admonens ne præfractus ac rigidus persistat in sententiã, ita loquitur:

Αὐτὰ θία τοι, σκαυτῆρ' ἀφλισκάνει. id est,  
Præfracta mens amentitiæ rhanas luit.

Intractabilis illa ferocia fere solet magnæ cuiusdam calamitatis esse præludium. Hoc Tiresiæ dictum elegantè expressit Hæmon in eadem fabula, duplici metaphora, arborum & nautarum. Carmen sic habet:

Ὅρας παραρρέει δροισὶ χειμᾶρ' ὅσα  
Δείδωσαν ὑπὸ πικρῶ, κλιμῆς ὡς ἐκασί' ἔται,

Τὰ δ' ἀνπτέροντ' αὐτόπριμν' ἀπόλλυται.  
Αὐτὸς δὲ, καὶ ὅσι; ἐγκρατῆς, πόθ' κ  
Τέρας ὑπάρκει μὲν, ὑπὲρ τοῦ κατῶ  
Τρέψας τὸ λοιπὸν τέλμασιν ναυτίλλεται, ἰ.  
Vides vt in torrentium decursibus,  
Quæ cedit arbor, surculos feruat suos.  
At quæ resistit, stirpe cum ipsa deperit.  
Nauclerus itidem, qui tenēs clauum, nihil  
Concedit auræ & fluctibus, deuoluitur  
Ac iam supinis nauigat nixus foris.

*Nauigationis socius.*

**ANTE** retulimus: In eadem esse naui, qui communi tenentur periculo. Ad hoc adlusit Iſmene, in eadem fabula, dicens se non recusare, quo minus subiret idem periculum, quod subiret Antigone foror:

Ἀλλ' ἐν κακῶς τοῖς σοῖσιν ἔκ' ὠχύνομαι  
Ξυμπλωῶ ἑμαυτῶ τῆ πάθους ποικυμένη, id est,  
Sed in tuis non erubescō me malis  
Rate vecta eadem, cala mitati adiungere.

*Nuncio nil impusandum.*

**HIC** fere est hominum affectus, vt tristitia nunciati perinde indignentur, quasi fecerit quod factum nunciat. Creonti itaq; succensenti nuncio, quod parum læta adferret, ita respondet:

Ὁ δ' ὀνείδιε τὰς φρένας, τὰ δ' ὦ ἰ ἔγω. id est,  
Qui fecit, animum discruciat, aures ego.  
Eiusdem nuncii versus est:

Στέργει γὰρ εἰδὸς ἄγγελον κακῶν ἑπῶν. id est,  
Nemo hunc amat, qui verba nūciat mala.  
Accommodari poterit ad eum qui lapsus admonet, vt magis sibi ipsi succenscat qui crimen admisit, quam ei qui necessariã ad mouet correptionem. Nam correptio ad tempus molesta est auribus, sed sceleris conscientia perpetuo mentem sodicat.

*Quod fieri non potest, nec incipientium quidem est.*

**PRIVS** retulimus, ἀδύνατα θεῶς, id est, impossibile venaris. Quod alii verbis expressit Sophocles in Antigone:

Ἀρχὴν δὲ θυρῶν ἔπρεπε τ' ἀμύχανα. id est,  
Quæ efficere nequeas, nec vel ordiri decet.  
Verba sunt Iſmenes deterrentis Antigone, ne Polynicen sepeliat aduersus regium edictum.

*Cor calidum in te frigidum.*

**EADEM** Iſmene dehortans Antigone ab audaci facinore ait:

Κ κ κ 4 Οἶμον



Θέρον ἐπὶ ψυχροῖσι καρδίαν ἔχεις. id est, Profecto tu cor calidum habes in frigidis. Alibi diximus calidū facinus audax & præceps appellari. Frigida hic appellat, quorum feliciter perficien dorum exigua spes erat.

*Frustra nisi dementia est.*

ῬΥΝΔΥΣ in eadem italoquitur.

Τὸ δὲ

Ῥεῖσά πράσσειν ἔχει τοῦ ἄδένου. id est, Frustranea agere in signis est amentiz.

Non solum amentiz est, iniusta agere, verū etiam superuacanea. Ex iniustis interdum aliquid est lucrū, ex superuacaneis nullū.

*Principi obtemperandum in omnibus.*

NON sine prouerbiali schemate dictum est in eadem tragædia, quod ait Creon:

Ἄλλ' ὅν πόλις ἤσσει, τὸ δὲ χεῖρ κλύειν  
καὶ σπικεῖ καὶ δίκαια καὶ ἀνεπίκη. id est,

Sed principatum ciuitas cui tradidit

Hic audiendus, siue lenia præcipit,

Siue æqua mandat, siue & his contraria.

*Ciuitas non ciuitas.*

HAEMON Creontem tendentem ad tyrannidem, ita tangit:

Πόλις γὰρ ἔκ' ἐδ' ἤτις ἀνδρὸς ἑδ' ἐνός. id est, Quæ vnus hominis, illa non est ciuitas.

Dixerat Creon ipse esse, non alterius imperare regioni. Hæmon negat eam esse ciuitatem, vbi summa rerum penes vnum hominum est. Polis enim Græcis vel à versando, vel à multitudine dicta videtur. Latini Rempublicam appellant. At Respub. non est, vbi vnus arbitrari aguntur reserunt omnia. Itaque cum Creon respondisset, ciuitatem censeri illius, qui illi imperat, subicit Hæmon:

Καλῶς, ἔρημος γ' ἂν σὺν ἄρχῃς μόνος. id est, Recte, vnus vt deserto in agro regē agas.

Regium est imperare liberis, neq; quidquā absque ciuium consensu tentare.

*Mens calis, terræq; ruginæ.*

SOCRATES apud Platonem in Philebo: πάντες γὰρ συμφωνοῦσι οἱ σοφοί, ἐαυτῶς ἕω στυμνότες, ὡς πῶς ἐπὶ βασιλίδος ἡμῶν θραυῆς κῆ γῆς. id est, Omnes enim sapientes consentiunt hoc pacto seipfos honestantes, quod mens nobis regina cæli & terre. Sentit sapiētia gubernari omnia potius, quàm voluptate. Cū enim Philebus probasset felicitatem ex sa-

pientia & voluptate mixtum, quæri cæptū est vtra duarum plus haberet momenti ad beatitudinem. Quoniam autem Plato dicit in hoc omnes consentire, subindicit fuisse vulgo iactatum. Conuenit huic, quod habet Hæmon Sophocleus:

Πάτερ, βιοί φῖσις ἀνθρώποι: φρένας,

Πάτερ, δεῖ μέντεμ ἰσέρνυθαι μὲν ἄνθρωποι. id est,

Quæ res opes exsuperat omnes maxime.

*Primas iactare hastas.*

M. TVLLIUS lib. de Oratore 2. primas iactare hastas dixit, pro velitari, quod ad oratorem trāsfert, cuius dictio initio debet esse lenis ac sedata, vt paulatim incandescat oratio. Notat ibi Philippum oratorem, qui solitus sit ita ad dicendum surgere, vt nesciret primum verbum quod esset dicturus: sed aiebat se posteaquā conalesceisset brachiū, tum pugnare. Atqui non attendit, inquit, eos ipsos vnde similitudinē ducit, illas primas hastas ita tractare leniter, vt & venustati vel maxime seruiant, & reliquis viribus suis consulant. παραμυθεῖς erit, si ad disputationis aut contentiōnis exordium trāsferatur. Idem vnico verbo dicitur Velitari.

*Omissis fontibus consecrari riuulos.*

IN eodem libro non sine prouerbii specie dixit riuulos consecrari, pro eo quod est minus ad rem pertinentia dicere, omisso eo quod est negotii caput. Hac metaphora videtur admodum delectatus Hieronymus. Marci Tullii verba sic habent: Tamen tardū ingenii est, riuulos consecrari, fontes rerum non videre. Etiam ætatis est, vsq; nostris à capite quod velimus arcescere, & vnde omnia manant videre.

*Res palæstræ & olei.*

QVÆ non ad serium negotium, sed ad lulum & ostentationem adhibentur, palæstræ & olei dicuntur, cum in prælio maioribus opus sit viribus. In palæstra non armati, sed vncti cōcertabant, tum quo difficilior esset apprehensio, & elapsus faciliior, tum quo corpus esset nitidius certabant enim nudi. M. Tullius lib. de Orat. 1. Nitidum quoddam genus est verborum & lætum, sed palæstræ magis & olei, quam huius ciuilis turbæ ac fœui. Consimiliter lib. 2. de Isocratis discipulis

pulis agens, Sed eorum, inquit, partim in pompa, partim in acie illustres esse voluerunt. Eodem spectat quod ait libro De legibus 1. Fannii autem ætate coniunctus Antipater, paulo inflauit vehementius, habuitque vires agrestes ille quidem atque horridas sine nitore ac palæstra sed tamen admodum reliquos poruit, vt accuratius scriberent. Hæc tibi. Quod prius dixerat oleum, hic vocat nitorem. Et in libro De claris oratoribus, vinctius vocat, quod est nitidius. Iã, inquit, erat vinctior quædam splendidiorque consuetudo loquendi. Rursus in Oratore ad Brutum: Numerus autem nondum demonstrabatur, neque habebat aliquam necessitudinem aut cognationem cum oratione: itaque serius aliquanto notatus & cognitus, quasi quandam palæstram & extrema lineamenta orationi attulit: palæstram appellat venustatem ad ostentationem adhibita. In his porro verbis, nec illud absque prouerbii specie dictum est, extrema lineamenta, pro extrema manu, metaphora ducta a pictoribus.

*Operarii.*

**I**NDIDEM non absque prouerbii specie operarios appellat, qui citra philosophiæ cognitionem causas agunt. Architectus ex arte rationem operis præscribit, operarii vere non iudicium suum, sed tantum operã adhibent, iuxta præscriptum. At qui philosophiam caller, ex se paratus est de quauis re recte dicere. M. Tull. de Mnestarcho loquens, Hos quos nos oratores vocamus, nihil esse dicebat nisi quodam operarios, lingua celeri & exercitata: oratorem autem nisi qui sapiens esset, esse neminem. Rursus in Bruto: Nam illud minus curo, quod congestisti operarios omnes, vt mihi videantur mori voluisse non nulli, vt a te in oratorum numerum referrentur. Huius generis oratores libro De claris oratoribus appellat vocales: Addamus, inquit, huc etiam, ne quem vocalem præterisse videamur, C. Cosconium Calidianum.

*E scola cantilena.*

**P**LAVTVS, vt ante admonuimus, Theatri nugas appellat, quæ solent in comædiis recitari. M. Tull. de scholis cantilenam appellat orationem declamatoriam ac iuuenilem, plus habentem ostentationis, quam sapien-

tia: locus sic habet eodem libro: Gerendus est tibi mos adolescen tibus Crasse, qui non Græci alicuius quotidianã loquacitatem, neque ex scholis cantilenam requirunt, sed ex homine omnium sapientissimo atque eloquentissimo, atque ex eo qui non in libellis, sed in maximis causis & in hoc domicilio imperii & gloriæ, sit consilio linguarum princeps.

*A deo ficti.*

**Q**VI vehementer ad aliquid natura cõpositi sunt hos prouerbiali sermone ad hoc natos, factos sculptosque dicimus: insignem autem naturæ dexteritatem M. Tullius eleganter expressit eodem libro: Sunt autem, inquit, quidam ita naturæ muneribus in istis rebus habiles, ita ornati, vt non nati, sed ab aliquo deo ficti videantur. Adlusit autem ad Pandoram, quam finxit Vulcanus, ceteris item diis sua munera in vnam conferentibus.

*E circulo.*

**H**OMINEM ættriuio, plebeium & contemptum appellamus. Marcus Tullius, pro eo dixit e circulo. Circulum autem vocat conuenticulum hominum in foro aut in plateis confabulantium. Ita Crassus eodem quem modo citauimus libro: Effudi vobis omnia quæ sentiebam, quæ fortasse si quæcumque patrem familias arripuissetis ex aliquo circulo, eadem vobis percontantibus respondiisset.

*Causa cadere, Formula cadere, Ex in re manu confertum.*

**Q**UEM AD MODUM prisci iureconsulti dicebant aliquem ex iure manu confertum vocari, cui lis intendeatur, ita causa cadere dicebatur, qui male agendo ius agendi perdidisset, vtrumque fiet *περπαυωδης*, si accedat translatio: vtrumque est apud M. Tullium eodem libro sub persona Sczuolæ, Quod vero in extrema oratione quasi tuo iure sumpsisti, oratorem in omni sermonis disputatione copiosissime posse versari, id nisi in tuo regno essemus, non tulissem, multisque prætessem, qui aut interdico tecum contentderent, aut te ex iure manu confertum vocarent, & aliquanto post, cum Hypseus maxima voce plurimis verbis a M. Crasso protore cõsunderet, vt ei quæ defendebat causa cade-

reliceret

re liceret: Gn. autem Octavius homo consularis, non minus longa oratione recusaret, ne aduersarius causa caderet. Idem pro L. Muræna: Et si turpe existimas te aduocato illum ipsum quem contra veneris, causa cadere. Meminit & Quintilianus lib. 7. ca. 4. Apud priscos superstitiosè seruabatur, vt qui in actione instituenda vel verbo lapsus esset, causa caderet, cuius superstitionis vestigia non exigua adhuc resident apud Anglos, interdum totum instrumentum reiticientes, si cognomen aliquod vna littera secus fuerit scriptum. Iustinianus Institutionum iuris lib. 4. tit. De actionibus, paragrafo, si quis, Si quis, inquit, agens in intentione sua plus complexus fuerit quàm ad eum pertineat, causa cadebat: id est, rem amittebat, nec facile in integrum restituebatur, nisi minor erat 25 annis, &c. Proximo autem paragrafo, vocem hanc plus, ostendit quàm distariam intelligi, re, tempore, loco & causa. R. c. si quis pro decem aureis petat viginti: Tempore, si quis ante diem vel ante conditionem petat: Loco, si quis Romæ petat, quod Ephesi promissum est: Causa, si quis stipulatus Stichum aut viginti aureos, petat Stichum pura actione, cum electio sit promissoris. Pro eodem dici videtur rem amittere, litrem perdere, & formula cadere. Iustinianus libro quarto tit. De exceptionibus, paragrafo, appellantur: Cum temere, inquit, rem in iudicium deducebant, & cõsummebant, qua ratione rem amittebant Horat. in Sermonibus:

- Et casu iam respondere vadato

Debebat, quod ni fecisset, perdere litrem. Quintilianus libro tertio, cap. 8 Neque ignoro multa transferri in omnibus ferre causis, in quibus cecidisse quis formula dicitur hæ sunt questiones: an huic, an eum hoc, an hæc lege, an apud hunc, an hoc tempore liceat. Seneca libro epistolarum 6. epist. 49. de philosophis agens, qui vocum argutiis ostendebant eruditionem: Quid enim, inquit, aliud agitis, cum eum quem interrogatis, scientes in fraudem inducitis, quàm vt formula cecidisse videatur? Sed quemadmodum illi pretor, sic hos philosophia in integrum restituit, ita Seneca. Quin hoc ipsum in integrum restituere, si a foro transferatur ad alia, *παρομοιωδης* est. Poterit ita despecti, vt dicatur causa cecidisse, qui ius obiurgandi filium amisit, quod eum suo exeplo

aut largitione ad nequitiam prouocarit. Illa porro sermonis formula, ex iure manu confertum, ab ipsis duodecim tabulis sumpta videtur, quemadmodum indicat Aulus Gellius lib. Noctium Atticarum 20. cap. 9. Antiquitus inter quos erat de agro aut simili de re controuersia in rem præsentem veniebant, & apud prætorem vindiciarum causa manus conferebant: hoc est, alter alterius manum corripiebat. Sed cum propagatis Italiæ finibus, grauarentur prætores vindiciarum causa longius proficisci, institutum est, vt litigantes non ex iure apud prætorem manum confererent, sed ex iure manu confertum vocarent, hoc est, alter alterum ex iure ad conferendum manum in rem de qua ageretur vocaret: simulque profecti in agrum de quo litigabatur, tertæ aliquid ex eo, aut vnam glebam in ius in urbem ad prætorem deferrent, & in ea gleba tamquam in toto agro vindicarent M. Tullius libro epistolarum septimo scribens Trebatio iureconsulto: Tantum metuo ne artificium tuum tibi parum proficit. Nam, vt audio, isthic

Non ex iure manu confertum, sed magis ferro

Rem repetunt, regnumque petunt, vadunt solida vi.

Huiusmodi vindiciarum formulam Marc. Tullius facetissime expressit in oratione pro L. Muræna: itaque irati illi, quod sunt veriti, ne dierum ratione peruulgata & cognita, sine sua opera lege posset agi, notas qualdam composuerunt, vt omnibus in rebus ipsi interessent, cum hoc fieri bellissime posset. Fundus Sabinus meus est, immo meus: deinde iudicium voluerunt. Fundus, inquit, qui est in agro qui Sabinus vocatur, satis verbose. Cedo, quid postea? Eum ego ex iure meum esse aio. Quid tum? Inde ibi ego te ex iure manu confertum voco. Quid huic tam loquaciter litigioso responderet ille vnde petebatur non habebat. Transit iureconsultus, tibicinis Latini modo. Vnde tu me, inquit, ex iure manu confertum vocasti, inde ibi te reuoco. Hactenus M. Tullius. Metaphora sumpta est à bellis, in quibus manus conferere dicuntur, qui cominus confligunt, quemadmodum indicat M. Varro libro De lingua Latina secundo.

*Lapides flere.*

De re vehementer miseranda prouerbiali hyper-

hyperbola dici solet, eam esse tam lamentabilem, ut vel lapides cogantur ad fletum M. Tullius in libro de Orat. 2. Tu vero vel si testamentum defenderes, sic ageres, ut omne omnium testamentorum ius in eo iudicio positum videretur: vel si causam ageres militis, patrem eius, ut soles, dicendo a mortuis excitasses, statuisses ante oculos, cōplexus esse filium, flensq; cum centumviris cōmendasses, lapides mehercle omnes flere ac lamentari coegisses, ut totum illud vel lingua nuncupasses, non in duodecim tabulis, quas tu omnibus bibliothecis anteponis, sed in magico carmine scriptum videtur, hæc ille. In verbis autem Ciceronis, ad pro-uerbium adludat magici carminis mentio, Quod enim vehementer commouet animum, quauis incantatione efficacius dicitur, sicut alibi retulimus.

*Liber non est, qui non aliquando nihil agit.*

**QVI** in summo otio versabantur ab omnibus feriatu negotiis, ii nihil agere dicebantur M. Tullius eodem libro, sub persona Crassi ad Sczuolam: Quid igitur, inquam, quando ages negotium publicum, quando amicorum, quando tuum? quando deniq; nihil ages? Tum illud addidi, mihi enim liber esse non videtur, qui non aliquando nihil agit, hæc ille, mox interpretatur qd declaret, nihil agere: In qua, inquit, pmaneo Catule sententia, meq; cum huc veni, hoc ipsum nihil agere, & plane cessare delectat. Nam cessare dicuntur non tantum ii qui desistunt à negotio, sed qui sunt in otio. Expedit autem interdum nihil agere, ut cetera recte agamus. Alias ostendimus eos nihil agere dici, qui inanem sumunt operam.

*In herba luxuries.*

**RUSTICI** semina copiosius quam expedit herbescentia, dicunt luxuriare: eam præperam lætitiā appellat luxuriem, quā immissis in agrū iumentis aut pecudibus corrigunt, quod illi vocant depascere. Maro: Luxuriam segetū tenera depascit in herba. M. Tullius eodem libro quem modo citauimus. Quod si hic noster Sulpitius faceret, multo eius oratio esset pressior, in qua nūc interdum, ut in herbis rustici dicere solent,

in summa vbertate inest luxuries quædam quæ stylo depascenda est.

*Surculum defringere.*

**SIMILI** forma dixit M. T. de Orat. libro tertio, in eodē Surculum defringere, pro eo quod est, non callere totam disciplinam, sed ex ea paullulum quod ad rem præsentē faciat decerpere: quemadmodum iureconsulti non nunquam aliquam sententiam aut fragmentum adducunt e Theologorū disciplina, locus apud Ciceronem hunc in modum habet, Atque hætenus loquitur, etiam hac instituendi diuisione vtitur, sed ita, non ut iure aut iudicio, ut denique recuperare amissam possessionem, sed ut ex iure ciuili surculum defringendo vsurgare videantur.

*Mendacium vile.*

**DIXES** ille apud Satyricum Iuuenalem, dicit, Quid enim saluis infamia nummis & Dorionem Terentianum non pudet vanitatis, dum ob rem: sed honesto propius est, quod ait Orestes in Electra Sophoclis: Δουκὸν μὲν ἔστιν ἔργον συνκέρδ' ἐκακόν. id est, Nullum reor verbū quod est lucro, malū. Conuenerat enim ut fingerent ipsum esse mortuum. Sentit igitur famam mortis viuo nihil nocituram, sed ad id quod constituerant fore accommodam, venerant enim vulturi Agamemnonis mortem, idque perfecerunt.

*Equi generosi senectus.*

**Ἰππῆς γῆρας**, alias dictum est, de his qui post res præclare gestas ob senium reiiciuntur. Sed Sophocles in eadem fabula declarat generosi equi senectutem, his verbis.

Ὡς ὦρε γὰρ ἰππος εὐγενὴς καὶ ἠγέρων  
Ἐν τοῖσι δεινοῖσι θυμὸν ἔχει ἀπώλειον,

Ἀλλ' ὀρεθὸν ἔστι τῆσιν, ἵσταντος δὲ σὺ  
Ἡμᾶς τ' ὀσθῆνεις, καὶ τὸς ἐν πρώτοις ἔπην. i.

Generosus ut equus, consenuerit iā licet. Animum tamen nunquam in periculis abiicit.

Sed auribus rectis stat, itidem tu quoque Et incitas me, & ipse cum primis ades.

Verba sunt Orestis ad pædagogum senem, cuius consilio & auxilio occidit Clytemnestram & Aegisthum.

*Cuncta.*



Quo nunc se proripit ille? Aut: In quam regionem abripitur? Translatum videtur à nautis.

*Bene natis turpe est male viuere.*

QUIDAM arbitrantur ob hoc ipsum sibi licere turpiter viuere, quod honestis maioribus orti sunt, cum cōtra generis claritas, quasi fax addita faciat, vt nobilium errata plus habeant dedecoris quam obscuro genere natorum. Hoc in eadē fabula sic expressit Electra:

Ζῆν ὤχερόν ἄχρωῶς τοῖς κελῶς πεφνῶσι. id est, Natis honeste, turpe viuere turpiter.

Quamquam Electra putat eos turpiter viuere, non qui sunt improbis moribus, sed qui viuunt in seruitute, cum sint ingenui nati, vt cum illo conueniat: Vbi non sis qui fueris, non est cur velis viuere.

*Mortui non dolent.*

EADEM in eadem fabula, significans se spontanea morte quæsituram malorum finem, ait:

Τὸς γὰρ θανόντας ἄχ δῶ λυπημένους. id est, Nam mortuum dolere video neminem.

Eoq; Plinius existimat nullum beneficium adus datū homini maius, quam qđ cuiq; in manu est cum velit è vita excedere. Melius Socrates, qui docet esse nephas animā iniussu Imperatoris Dei è corporis præsilio decedere.

*Latini tibicinis more.*

IN M. Tullii verbis, quæ paullo ante retulimus ex oratione pro L. Muræna, prouerbium inerat, cum ait iureconsultum instructo peritore, Latini tibicinis more transire ad eum a quo petitur, & illum sollempnibus verbis instructurum. Vnde nata sit similitudo, non admodum liquet, nisi quod probabilis coniectura videretur, ductum à priscis illis Latinis, qui in pagis aut oppidis vnico tantum tibicine fabulas agitabant, ad cuius modulatum vocem ac gestum accommodabant histriones, alioqui ob imperitiam non seruaturi carminis rationem. Is igitur tibicen posteaquam vni actori præciuuerat, cogebatur ad alterum huic responsurum transire, eiq; vicissim incentu tibicæ metri modulus, præire, atque hinc rursus ad aliū, quod rusticiui homines absq; præeunte

tibicine non possent apte saltare versus aut Mimos. Hanc coniecturam adiuvat locus qui est apud M. Tullium in Oratore ad Brutum, vbi agit de versibus ita compositis, vt possent oratio libera solutaq; videri, Quorum, inquit, similia sunt quædam etiam apud nostros, velut illa in Thyeste. Quem nam te esse dicam, qui tanta in seueritate: & quæ sequuntur; quæ nisi cum tibicen accessit, orationi sunt solutæ simillima. Prior locus ex oratione, refertur in prouerbio: Causa cadere.

*In quadrum redigere.*

SUPERIUS ex Aristotele docuimus, virum constantis animi appellari tetragonum, qđ ea figura ex omni parte sui similis est. Vnde quidquid congruit & aptum est, quadrare dicitur. Id M. Tullius in oratore deflexit ad orationem concinnam & aptis numeris compositam: Itaque postquam est nata hæc circumscriptio, vel comprehensio, vel continuatio, vel ambitus, si ita licet dicere, nemo qui aliquo esset in numero, scripsit orationem generis eius quod esset ad delectationem cōparatum, remotumq; a iudiciis forensiq; certamine, quin redigeret oēs sere in quadrum numerumq; sententias. Metaphora ducta est à marmorariis,

*Cadere in cursu.*

CADERE in cursu M. Tullius dixit pro eo, quod est expetita laude frustrari, quemadmodum si quis ad lauream theologicā contendens emoriatur priusquam ad summū eius nominis fastigium peruenerit. Marc. Tullius libro De claris oratoribus de Galba loquens: Laudabant hunc patres nostri, fauebant etiam propter patris memoriā, sed cecidit in cursu. Nam rogatione Manilia Iugurthine coniurationis inuidia, cū pro se ipse dixisset, oppressus est. Simili tropo dicimus eos e cursu reuocare, quos ab instructo ad aliud quidpiam retrahimus. Et in cursu esse dicuntur, qui magno studio contendunt aliquo. Metaphora sumpta est à publicis certaminibus, pedibus aut equis currentium.

*Nespuat artem.*

VERSUS erat olim populari sermone iactatus: Ne pudeat artem proloqui, quā facti res. Multos non pudet turpi q̄stu viuere, cū pudeat

puceat nomen eius quæstus profiteri. Quæ admodum si quis vsuram exercens, vocari malit negotiator. Versum citat M. Tullius eodem libro, Me autem siue peruulgatissimus ille versus, qui vetat:

Artem pudere proloqui, quam facites, dissimulare non sinit, quin deleat: siue tuum studium hoc à me volumè expressit.

*Δωρικῶν.*

*Δωρικῶν*, olim dicebantur qui corpore parum decore nudato incendebant, ductum à virginibus quæ in Peloponeso discunt, & absque tunicis esse consueverunt, tantum palio tectæ utrimq; fenestrato, per quod patebant nuda corporis. Apud Lacedæmonios autem virgines certis diebus totæ nudæ incendebant. De Romanorum multitis pellucens multa queritur Iuuenalis.

*Aetoli.*

*Αἰτωλοῖ* dicti sunt olim ioco proverbiali, qui iuxta mores Aetolorum petaces essent & improbi. Adlusum est enim ad vocem, quemadmodum auidi munerum Dorice loqui dicebantur, sic *αἰτωλοῖ* dicti videntur,

quod omnia petant, *παρὰ τὸ ὄλον αἰτεῖν*. Meminit Stephanus.

*Χαρωνῖται.*

*ΟΛΙΜ* Charonitarum cognomen apud Romanos populari ioco tributum est iis qui defuncti commentariis tuebantur quod perperam agebant. Hinc ortum. Cum M. Antonius oratione funebri prolataq; C. Cæsaris veste populum in eius interfectores concitasset, adripuit Cæsaris commentarios, in quibus acta illius continebantur, iisq; adscripsit quæ libuit. Atque horum auctoritate se facere simulabat quidquid agebat, aliis tribuens magistratus, alios ab exilio reuocans, alios è vinculis liberans. Hi omnes quoniam se defuncti commentariis excusabant, vulgari ioco dicti sunt *χαρωνῖται*, ut refert Plutarchus in vita M. Antonii. Simili artificio quidam abutuntur testamentis, in quos competet itidem cognomen.

*Iapeto antiquior.*

*Ιαπέτου ἀρχαιότερος*, id est, Iapeto antiquior. Iuppiter apud Lucianum sic adloquitur Cupidinem pueritiam excusantem: *σὺ ποιδίον ὤϊερος, ὃς κρηαιότερος πολὺ τῆ ἰαπέτου*.

F I N I S.

# APPENDIX AD A G I O R V M, Q V A E A D D I T A S V N T,

*Salmoneus alter.*



**S**ALMONEUS alter, Paræmiæ speciei vsurpatur à Symmacho, de supra modum superbo, & elato verba eius ad Theodosiũ Imperatorem, ubi deprecatur honorati vehiculi vsu,

sunt ista: Absit vt moderator visib liberè atque ideo deuotè, tamquam Salmoneus alius inuehatur. Eunapius Sardonianus in Chronographia de Eutropio eunucho, aduersus quem inuestituræ extant Claudiani poetæ: τὸ ἰκέειν κρᾶτος ἐς τὸσον δὲ κατέσιν αὐτατὰ καὶ κατεβρόντησεν, ὡς τε ἄ μόνον Ρωφίτος ἦν αὐτὸς, ἀλλ' ὁ τῆ μύθος Σαλμονεύς με κερὶ τι χρεῖμα πρὸς αὐτὸν ἦν, id est, Illius potentia adeo concussit omnia & tonitru quodam percussit, vt non modo Ruffinus esse re ipsa deprehensus fuerit, sed fabulosus ille Salmoneus nihil fuerit præ isto. Galenus Therapeutices primo in Thossalum inuehens, dicit eum imitari Zoilum, qui Homeri simulachrum flagellare solebat, & Salmoneum Iouis æmulum, sic enim, inquit: καὶ ἔρωγι, καὶ Ζαῖλος ἐνδοξὸς πλὴν ὁμῆρος μαστίζων εἰκόνα, καὶ Σαλμονεύς τὸν δ' ἰα μίχθεις. id est, Hac ratione nobilitatus est Zoilus Homeri effigiem verberando, & Salmoneus Iouem imitando, & rursus: ἃ δὲ Ζηλοῖ καὶ ἔχω ἀνίε ἃ δ' εἶς ἔτε τὸν ὁμῆρος μάστιγα Ζαῖλον, ἔτε τὸν παραπλήγα Σαλμονεῖα, καὶ τοῖς τοῖς μὲν φιλολοῖσθους Ζηλωτὸς ὁ Ζαῖλος, τοῖς δ' ἰεροσύλος ὁ Σαλμονεύς. hoc est, Nemo quisquam sanæ mentis emulatur Homeri flagellatorẽ Zoilum, neque vecordem Salmonea, tamen si maledicis fœccis in exemplo sit Zoilus, & sacrilegis Salmoneus. Heliodus.

Σαλμονεύς ἄδικοσ καὶ ὑπέρομιοσ τὸ πρὸ κῆρ. i. Salmoneus plenus factus ac nescius æqui.

Qui & ipse prouerbialis versus in principem subditis grauem & superbiz immo dicum, aut prætorem insolentem & iniquum apte torqueri poterit. Salmoneus

filius fuit Aeoli Elidis reguli ex Laodice Aloci, qui curruum rotas æreis canthis obmunitas super pontem æneum, quem construxerat, agitasse, ad imitanda vera tonitrua, & immisiss in homines facibus, neci eos dedisse legitur, vnde Virgilius lib. Aeneid. 6.

Vidi & crudeleis dantem Salmonea pœnas,

Dum flammæ Iouis & sonitus imitatur olympi.

Et Valerius Flaccus Argonauticorum, 1.

Salmoneus nondum ille futens, cum fingeret alti,

Quadrifida trabe tela Iouis.

Salmoneum fuisse industrium mechanicarum operarum artificem putat Eustathius Odysseæ. λ. quando & alii quidam βροτῆος ad imitanda cœli tonitrua leguntur excogitasse, vas ingens mugitum illum tonitru per calculos immisiss exprimens. Pro dunt & historiz Archimedes Syracusanum fulpurationes quasdam igniuomas per specula edidisse. Idem commemorat peritum quendam mathematicum adiuumentum machinæ, inimici sui ædes non aliter quam terræ motu vibratas concussisse, fulguritoseque quosdam radios in illum distinxisse, vt confessione inimici & ἐνοσίχθων & τριπικέρωλοσ dictus fuerit Neptuni Iouisque illius terræquassoris, huius fulguratoris, epithetis, quod dictum de Arthmesio intelligendum est, quem scribit Agathius historiz lib. 5. domum Zenonis vicini sui æmuliterræ motus concussione per dispositos certis locis tubulos percussisse.

*Pulmonis vitam viuere.*

**P**LATO in Philebo: Ζῆν δὲ ἐκ ἀνθρώπου βίω ἀλλὰ τιμοσ πνύμονοσ, id est, Non hominis, sed pulmonis cuiuspiam vitam viuere; de homine stupido & rationis mentisque parum compe. Potest apposte dici in ebriofum. & abdomini ὑπαγοσθῆλοσ ἐπιθυμῖοσ (vt Aretes Cæsariensis loquitur) addictum, facere corpus solum promptum, ingenii viribus



tibus nusquam vti. Est autem Pulmo marinum zoophyton, quasi plantamine dicas, mixta inter frutices & animantia naturæ, suapte sponte proueniens: quod inter testacea ponit Aristoteles & hoc ipso in loco Plato, quando subiicit: ἡ τῶν ὄσκα θαλάσσια μετ' ἑστειῶν ἐμφυλάδι σωμαίων. id est, aut alterius marini generis, quod inter testacea corpora animantum est. Vfus eo est & Synesius Prolemaidos. Episcop. in lib. de Regno. βίον ζῶντας θαλάσσιον πνεύματος. i. Vitam degentes marini pulmonis: loquitur autem de voluptariis hominibus, qui in ganeæ libidinumque vsu summum bonum ponunt.

### *Theffalia buccæ.*

Θεσσαλικὴ ἔνθεσις, Theffalica buccæ vel turru da, pro ingenti ponitur, Athæneo testante, & Pollucelibro sexto Hermippus in μοίραις.

Ὁ ζωὸς ἐπιπλάττει τὴν θεσσαλικὴν ἔνθεσιν. i. At iuppiter mansum efformabat Theffalum. Phileterus in Lampadigeris: θεσσαλίτμων κρέας χοιροβκεῖς, suillæ carnis portionem Theffalico more sectam vocat frustū ingens quantum manu tolli poterat, inde nata dicti gratia, quod Theffali in prægranda frusta carnes partiri solebant, vnde & Crates in Lamia:

Ἐπεὶ τρεπίχνη θεσσαλικῶς τετμημένα. id est, Nam sunt tricubita, more secta Theffalo.

Non absimiliter à gentis polyphagia, Frisonicum ferculum pro magno, vulgare disterium appellat. Alioqui Theffali olim audiebant strenui gurgites & insigniter edaces, vnde illud Antiphanis Comici: Ἀὐτὰρ ὁ εἰπενός ἐς θεσσαλὸν ἀγῶς. id est, vsque esurit, numquam satur. Tu Theffalum depingis.

### *Theffalicus salus.*

Θεσσαλὸν πῖθυμα, id est, Theffalicam saltationem in prouerbium abiisse annotat in Dionysium commentario, Eustathius pro molli fortassis, nam & θεσσαλικὰ πτερὰ ἀπὸ Theffalæ in luxu argumentum apud auctores nobilitantur, quod eius gentis togæ vtrinque alarum speciem præferrent, extenrioribus fortasse manicis, vnde ἐντε θεσσα-

λίμνω, dixit in Maryca Eupolis apud Stephanum & Pollucem, de gestantibus diffusiores more Theffalorum chlamydas, de quo annotatum est Hesychio, & Suidæ, Orator quidam has Theffalicas alas, θεσσαλικὰ γέρα, non πτερὰ, dixit, quod incertaminibus suis præmia proponerentur eiusmodi chlamydes, celebratur & θεσσαλικὸν καλῶς ἐπιπλάττειν illi nationi peculiare. Memorat & θεσσαλὸν πτερίσμα Stephanus astrigmenti genus elegantioris ad comptum faciens, quo angulos chlamydem, quos πτερίστας exponit Hesychius, affibulare atque constringere solebant, vt arbitramur: Nec vero dissimile est, hanc lectionem ab Eustathio male inter polatam fuisse: Quidquid sit, diuinatione quam asseueratione magis opus est, in re non explicita, donec aliquis exoriatur qui scriptum hunc aperiat. Forte θεσσαλὸν πῖθυμα. id est, Theffalicum saltatum, pro ingenti, qualem grillatorum vocat Plautus, non inepte exposueris, ratione in superiore adagio reddita.

### *Theffalicum nomisma.*

Θεσσαλὸν νόμισμα. i. Theffalicum nomisma prouerbiale esse annotatur à Suida & Hesychio, nisi quod apud hunc desideratur vox altera, hoc modo reponenda: θεσσαλὸν νόμισμα, τὸ παροιμιώδες, πασομίμων ἐπιπλάττεις: quæ lectio plena & integra in illo seruata est, Conuenit ergo in fraudem & fucū utroque auctore. Crediderimus nos Theffalicum nomisma adulterinum fuisse parumque sincerum aut probæ monetæ, atque inde ortum adagium Venuste ad personam transferretur, si impostorem aliis fucum facientem, & improbi commatis hominem Theffalicum nomisma vocetemus. Suidas nescimus quid de Theffalonicæ vrbe à filia Philippi regis cognomine appellata hoc loco referat.

### *Delphinis in terra vires.*

Δελφῖνος ἐν χέρσῳ βίει. id est, Vis Delphini in terra, videtur dici de eo, qui vires ingenit in negotio, cui par non sit, periclitatur, & iudicii lubricum ferre vult, vbi impositus sit. Plutarchus in Demosthene, comparare & expenso iudicio sententiam ferre de Ciceronis & Demosthenis orationibus ac stylo, male

male sani hominis neque vires suas exploratas habentis esse existimat, idem namque agere illum, quod Delphinus velocissimum agillimumque in mari animal, sed in arida humo destitutum, sui impotens citoque expulsi, unde Pindarus pernicitatem summam volens ostendere, dixit *εκαλεσθῶν παρμάβειτα ἠελφιᾶ*. id est, marinum delphina superat, verba eius sunt ex Ione Chio sumpta, *κίηεν μοι ὡς φασιν ὁ Ἰωνδελφίῳ ἐν χερσὶ βία*. id est, Ulic namque contingit uti Delphinis robore in tellure, quod Ion dixit. Quadrabit non male in pauperem qui litigare velit cum potentiore opibus affluente, qui litem in longum extrahere corruptelis possit, illo interim exhaulto, talis namque *δελφίῳ βία ἐν φέρσῳ νιτίζεται*: Denique in quemvis supra vires tentantem aliquid supra crepidam futorem, supra malleum fabrum.

#### Quadrante dignum.

QUADRANTE dignum pro exiguo & vili non absque proverbia specie dictum invenimus apud D. Hieronymum, Rideo aduocatum qui patrono egeat, quadrante dignam eloquentiam nare subfauo, vbi dignam quadrante eloquentiam vocat quae nullius pensis sit, & vix vnus estimandam assis, quod Catullus dixit. Huic confine esse annotant alii. Quattuor obolis aestimas, quod diuerso sensu exponit Suidas: *τετραχρον ὀβολῶν, ἐπὶ τῶν πολλῶν τιμῶν ἔξιν*. Quattuor obolis dignum, de rebus quantitatis pretii, quomodo accepisse videtur incertus auctor cuius verba citat: *τὴν παρῆσιον τὴν σὴν οἶον τεσσαρῶν ὀβολῶν εἶναι τὸ τὴν περιμίας, ἧκὸς δὲ ὅτι καὶ βερισίτης ἐν τοῖς ἑλλησιν ἐπαρῆσιαιετα, τῷ δὲ ἀγαμίμῳ τῆς βερισίτης παρῆσιαις ἑλατῶν ἐμιλλον, ἢ χελῶν μῶν, τὸ τετράδραχ.* id est, Libertatem linguarum quattuor obolis dignam putas, iuxta proverbium: at ignoras etiam Thestisen inter Graecos libertate dicendi vsum fuisse, cuius deblateramenta nihilo pluris fecit quam muscas testudo; id quod dici solet, *Agamemnon*.

#### Draconis leges.

*Δρακοντίους νόμους*, Draconianas leges dici invenimus, à Xenarcho apud Athenazum,

nimia severitate sancitas, & quae rigiditate immoderata, humanitatis iura & iustitiamque dissoluunt. Sic enim inquit:

*Ρῶς τὸ τ' ὠδὲ πρῶτα παντῆκεν πρὸς  
Βιηθὶ δ' αὖτα τῶν Δρακοντίων νόμων  
Ὀπίσταν ἀγαμίμῳσι;* id est,

Qui caerulea o Venus queant  
Dare liberis operam creandis, quoties  
Legum Draconis sint memores?

Draco Atheniensis vir bonus magnaque prudentiae tetraas leges sanxit supplicio ferre capitis censitas, ut Aulus Gellius refert, quae de causa non atramento sed sanguine scriptas eius leges (quas proprie *εσθμῶς* dicitur scribit Aelianus) quidam dixisse memoratur. Seueram igitur alicuius discipline & instituta acerbiora, Draconis legis nominabimus. Huc spectat illud Aristotel. in Rhetoricis, *ἢ ἀνθρώπων ὀνόματι, ἀλλὰ Δρακόντι*, id est, Haud hominis, sed Draconis sunt leges.

#### Luscinia Musarum.

*Λυδῶν μυσῶν*, id est, Musarum luscinia, Conuenit in hominem insigniter eruditum, & praecipue in poetam carmine felicem, chorus apud Euripidem in Palamede.

*Ἐκτάνι τ' ἐκτάνιτε τὸν πάσσοφον ὠδαικοί,  
Τὰν δὲ ἀλγῶντων ἀνδρῶν μυσῶν.* id est  
Necatius necatis omniscium o Danai,  
Musarum lusciniam cunctis innoxiam.  
Sentit de Palamede Ulyssis dolo à Graecis saxis obruto: Fuit autem vir ille in philosophia excellens, & ad pangendum carmen sacrus, quem Iliacum bellum versibus cecinisse perhibent, sed abolitum inductumque ipsius poematis nomine ab Homero inuidiae stimulis agitato. Citat carmen praedictum Philostr. in Heroicis, Notum est poetas *μυσῶν σφιδας* velut Musarum aues à Theocr. vocari: & Latini poetae cygnos pro poetis accipiunt, ut Virg. ibi: Cantantes sublime ferent ad lydera cygni, & Horat. Pind. appellat Diczum cignum. Idē nō vstita nec tenui penna se ferri per ethera gloriatur, & in album alitem mutari. fictionem ab Anacreonte mutuatus: qui ait *ἀναπτέτομαι πρὸς ὄλυμπον περιγίτσει κίφως*. id est. Euolo in celum leuibus pennis. Et apud Aristoph. Cibesias poeta optat fieri luscinia, sic inquitens:

*Ὅστις γινέσθαι βύλομαι*  
Lll

Λημύνη

Αιγύμυθ' ἀνδρών.

Pennata auti fieri volo

Philomela canora.

*Corinthia verba & Ionica.*

CORINTHIA verba pro exquisitis & magnopere elaboratis & ad ostentationem nitidis, vel etiam pro delicato & molli dicendi genere, poni videmus. Quint. lib. 8. c. 3. Sed ita demum, si non appareat affectatio, in qua mirifice Virginius, Corinthiorum amator iste verborum. Corinthia opera olim laudatissima fuerunt & primæ nobilitatis, de quibus ita Plin. lib. 24. c. 2. Sunt ergo vasa Corinthia quæ isti elegantiores modo in esculenta transferunt, modo in lucernas, modo in trullas, nullo munditiarum respectu. Cice. in oratione pro Sexto Roscio, Domus refert à vasis Corinthiis & Deliacis. Strabo li. 8. ἐπιμικρόμοιως τοῖς χαλκώμασι τῆς κορινθιακής. id est, æquali in pretio æstimata fuerunt cum vasis Corinthiis. Addit Lu. Florus, Aeris notam pretiosiore fecit opulentissimæ vrbis Corinthi iniuria, quia incendio perustus plurimis status atque simulacris, æris auri argentiq; vnz in commune fluxerunt. Quod si ad molliem mauiis referri, succurrat verbum κορινθιάζειν pro scortari, quodque Corinthia scorta toties apud veteres scriptis nobilitata sint, vt apud Aristoph. est videre. Simili modo, ἰωνικὴν εἴησιν. id est, Ionicum verbum, pro dissoluto & molli extulit Aeschylus, vnde Athenæus lib. 13. Δίπνο. καταλέζω σοὶ σωῦσθαι ἰωνικὴν τιὰ εἴησιν ἐκ τῆς ἰας κατὰ τὸν Αἰχύλῳ. id est, Commemorabo tibi Cynulce & proferam Ionicum dicti, vt Aeschyli more loquar. Hefychius ἰωνικὸν exponit τρυφερόν Ionicum delicatum, aut effeminatum fractumq; quo nomine traducebantur Iones, ita enim emendandus est Græcus codex, ἐπὶ τῶν γὰρ ἰκωμοθῆντο αἰώνως. Vnde & Horatius illud, Motus doceri gaudet Ionicos, ex Aristoph. Conciouatricibus mutuatous est, vbi anus ita loq̄: Ἡ δὴ τὸν ἀπὸ ἰωνίης τρυφῶν τέλεινα κηστίας. id est,

Miscella pruris nunc Ionico modo.

Vtetur ita & Philostratus in Iconibus,

Ἀβρὸν μὲν αὐτῆ τὸ εἶδ' ἔχει καὶ μάλα ἰωνικόν, i.

Forma illi delicata valdeque Ionica. Dion Chrysostomus, καλὸς καὶ μέγας, πολὺ ἔχων

ἰωνικὸν τῶ εἶδ' ἔχει. i. Formosus & procerus multum Ionice venustatis ore præferens. Varro apud Nonium ἀχίλλαιος, ἔρωτικός, ἰωνικός κιναιδός. id est, Achilleus, hoc est, venustus, lasciuus, Ionicus, cinnædus sic. n. interpolla da sunt ex manuscripto Nonio verba, quæ portentose hoc modo leguntur: ἀχίλλαιος ἔρωτικός ἰωνικός in dictione Cinnædi.

*In eandem lancem imponere.*

Εἰς τὴν αὐτὴν τίθειαι πλάσιγγα. id est, Eidem bilanci imponere, prouerbialiter accipit Athenæus pro eodem in loco habere aut æqualiter æstimare. Sic enim ait lib. 1. Δίπνος. εἰς τὴν αὐτὴν τίθειαι πλάσιγγα τὴν μέν τῆς μανίας, id est, In eandem lancem cum insaniam temulentiam componens. Sumptum à nummulariis aut ab institutoribus æqualia lancibus iisdem ponderum momenta appendētibus. Huic finitimum est illud Simocati, ὅτι ἰσόβροπον ἔχουσιν οἱ ἔρωτες πλάσιγγα. id est, Amor non habet balances æquilibrio æquales, & iterum: τὴν ἰσόβροπον πλάσιγγα τὸ θεῖον σοὶ ταλαυτὸν βίται. i. Aequalem balancem deus tibi appendet.

*Suilla absumpta, bouem non expectes.*

QUANDO cunctationem damnosam fore & vitæ periculo permittam indicare volumus, iuxta Lucani illud: Semper nocuit differre paratis, vsurpare licebit versiculū hunc prouerbialem:

Φύγειτε δ' ἐπιπίσσωτες ὡς κρέα, μὴδὲ μὲν ἔβην. id est,

Expectate bouem expleti nolite suilla. Refertur ab Athenæo ex Anticlidis historiis, quod cum Erythræi insidiis adoriri Chios inter cenandum eosque interficere cogitarent, quidam re cognita Chios versu isto admonuit vt paratas ipsis insidiis fuga præuenirent, priusquam in tragicum choragium exirent epulæ.

*Flamma persequeris quem ganueras.*

IN eum, qui damno afficit, quem paullo ante & opera & re adiuueras, quadrabit apposite Senarius prouerbialis Aeschyli:

Σὺ τοι μ' ἔφουσες, σύ με καταβίβει μοι δοκεῖς. i.

Videris vitæ igne me quem genueras.

Verba

Verba videntur esse Meleagri, quæ Althæa mater, imposito igni fatali titione, flammis consumpsit, vel potius Penthei, nam hoc nomine fabulam docuit Aeschylus in quem furiosa Agæue mater desuuit, incensis edibus, vt refert Oppianus & Euripides: apud quem in Bacchis cōsimilia loquitur Pentheus. Demet. à victoria Poliorcetes vocitatus variis casibus vltro citroque iactatus, ad fortunam exclamasse hoc Aeschili tamen legitur:

Σὺ τοὶ μὲ ἐφύσας, σὺ μὲ κατὰ βῆναι μοι δοκῆς.  
Tu me extulisti in lucem, at eadem nunc parens  
Abolere flammis me nefariis paras.

#### Cubitale.

Πυχῶν dicunt Græci prouerbialiter quod humile est aut exiguum quasi cubitale dicas: Mimnermus Colophonius poeta apud Stobæum:

Τοῖς ἰκελοὶ πυχῶν ἐπὶ χερσὶν ἄνθεσιν ἡ βῆς  
Τερόμεθα. id est,  
Tempore perfruiur cubitali, floræ iuuentæ.

Frondebis adsmiles.

Breue namque est cubiti spatium, quod πύχων & πυγμῶν dicunt illi, vnde & Pygmaeorum pumilæ genti agnomen est. Contra τετραπύχων ἄδρα procerum & magnū vocauit Callixenus apud Athenæum, μέσθ δὲ τῶν ἐβλάδιζεν ἀνὴρ μείζων τετραπύχων. Medius horum incedebat larduus homo quadricubitus. Vsurpauit & Aristoph. hanc vocem pro magno, ibi, τετραπύχων καὶ γινώσκων. id est, quadricubitos & gemitos.

#### Coturnicis naturam induere.

Ὁ γένων ἀνάπτει δαι φύσιν. id est, Coturnicū induere ingenium, prouerbiū dicitur in pugnares & feroci ingenio homines, qui que velut re preclare gesta cristas attollūt. Natura coturnicū ea est quod in ludrico certamine productæ (quod olim vltatissimum fuisse ex Polluce & Aristophanis commentariis discimus) vel etiam inter se ipse concertantes depugnent collidantque se mutuis ictibus, & caput ceruicemq; arduam altius erigantur in gallinaceis videlicet. Aristides sophista de quodam de-

precante ne Sparta muris cingeretur, ita extulit apud Philostratum, μὴ δὴ ἐν τείχεσσι ἐπιπύξω μὲν, δὲ γύων ἀνάγει μοι φύσιν, id est, ne capita illidamus mœnibus coturnicū assumpto ingenio.

#### Theagenis munificentiæ.

Θεαγένης μεγαλοφροσύνη καὶ δλιεργία, id est, Theagenis magnanimitas & liberalitas in prouerbiū verba est, de insigni & effusa benignitate. Eunapius vt opinamur, apud Suidam de Hegia amplissime spei iuuenes, ἢ ἢ γὰρ τι τῶν ἡγείων καὶ τῆς θεαγένης μεγαλόφροσυνος φύσεως ἐν ταῖς δλιεργίαις. hoc est, Erat in Hegia magnanimitas quedam Theagenis in munificentiā posita. Fuit autē hic Theagenes, non is cuius apud Aristophanē pecuniæ prouerbio locum dedere ad ostentationem magnæ, at re ipsa exiguæ, sed sub Imperatoribus Romanis, prætor Athenarum excelso animo & honoris cupido, opibus præpotens, vt pote qui calamitaribus nonnullorum oppidorum, nedum egenis hominibus aliquot mederi poterit, & μαχαρί δ' ἀδελφῶν, ἀλλ' ἀμφὸν κατὰ πλὴν περιμίαν, id est, non vna manu, sed ambabus, iuxta prouerbiū, ἐλάγιτος: ἢ γὰρ φιλοδωροῦτε ἢ μεγαλόδωροῦτε εἰς ὑπερβολήν, erat. n. supra modum donandi auidus, & quidem magna: Huius pater Archiadus, subflata raptō ingenti pecuniæ vi, conspiciatus subtristem filium, iam tum puerum, bono illum esse animo iussit, nihilque faciendam illam iacturam, quando si in Palladis ludos consumēda ea fuerat, longe maiores sumptus facturi fuerint, istud vero cum iactura certamen multo esse cum honestius tum splēdidius. Ex quo apparet qualem habuerit magistrum & magnanimitatis doctorem à puero Theagenes.

#### Tudiculam expoliis.

Τορῶν ἔξισιν, id est, Tudiculam dedolauit. Citatur à Demetrio Phalereo ex Sophone Mimographo, quem totidem ferme adagiis abundare, quot versibus, ait. Videtur quadrate in hominē plus iusto curiosum: vel qui operā minime necessariam & inutilem verborum fūco commendat: aut qui hominem agrestibus moribus & rusticano ingenio ac Denicam prorsus, ad elegatio-

res mores cultumque ciuiliorem traduce-  
re conetur, talis enim τορῶν ἐστὶν ἄρροφτε  
diceret, Quidam male legerunt ἔλσιον,  
quod est, ebullit. Est autem τορῶν coqui-  
narium instrumentum conimouēdis pul-  
mentariis ολλῆςque vertendæ idoneum, Tu-  
diculam latini vocant, quam qui velit ex-  
polire elegantius, næ ille in re omnium  
inutilissima operam consumit.

*Iolzum implorat.*

QVI sibi diffisus, alienā implorat opem,  
Ἰόλιω δειδῶ, id est, Iolao habere dicitur aut  
Ἰόλιω παρακαλῶν. Iolai opem aduocare. Sy-  
nefius ad Pylæmenem: σέλλεται ἐν ἐπι πο-  
τερας αἰδρας, τῆ ἠρακλειον τῶσπον ἐκκαβαίρων  
αὐτῶν τῶν παρτίδω, δις δὲ ἔσει δ' ἴππας ἢ ἠρα-  
κλῆς, ἔμην ἀλλὰ καὶ Ἰόλιω συμμαχῆς καὶ πα-  
ραςάτῃ. id est, Ablegatur ad malitiosos ho-  
mines, Herculis more patriam ab illis ex-  
purgaturus, quàm ad rem Deo nimirū &  
Hercule, immo & Iolao opitulatore ac sub-  
sidiario opus habet. Idem in Caluitii en-  
comio: Πρὸς δ' ἴο δὲ, φησὶν ὁ λόγος, ἔδ' ἠρα-  
κλῆς, οἷος Μολιωνίδας ἐκ λόγος τῆσαστόντας  
ἐκ ἠνελγειν, ἀλλὰ καὶ πρὸς τῶν Ἰόλιω ἀγαθὴ με-  
ν, τῆσας μὲν οἷς ἐπὶ σωσις κίσσαν, ἐ τῆ δὲ ὁ  
καρκίνος αὐτῆ παρεγένετο. καὶ ἀπέπιν, εἰ μὴ  
τῶν Ἰόλιω συμμαχίαν ἀπτεπνῆγένετο, καὶ γῶμαι  
σὸκῶ παραπλῆσιδὸν τὴ παθεῖν ἔσπῶ Δίωσιν, ἐκ  
ἔχων ἀδελφισθῆν τὸν Ἰόλιω, id est, Aduersum  
duos, iuxta prouerbium, ne Hercules qui-  
dē, qui Molionidas ex insidiis ipsum ador-  
tos haud sustinuit, & cum hydra pugnam  
ingressus, quandiu uerus vni aduersus ste-  
titi, æquo Marte decertauit, sed postquā hy-  
dræ cancer accessit, succubuisse ille, ni Iol-  
lai opem contra implorasset. Similiter cū  
Dione res mihi succedit, patruelle Iolao  
destituro. Apud Platonem in Phædone  
cum virginti Socrati, vt conuelleret argu-  
mentis aduersarios Phædon, deprecatus  
iste tenuitatem suam, respondisset duo-  
bus ne Herculem quidem sufficere, subie-  
cit Socrates: ἀλλὰ καὶ ἐμὲ τὸν Ἰόλιω παρα-  
κάλει. id est, Quin tu me Iolao tibi adsci-  
scito. Rursus in Euthydemo, δ' ἔδ' ἐμός Ἰ-  
λιος παρκαλλῆς εἰ ἔλθοι, πλεον ἂν βῆτερον ποιῆ  
σσαν. id est, A te qui si meus Iolao Patrocles  
accesserit, alterutram certaminis partem  
integer sustinuerit. Quibus ex locis, Iolau  
pro auxiliario & qui operam alteri accom-

modat, quemadmodum & Thesei nomen,  
accipi clarum est. Euripid. in Ione: Αἰσι-  
σῆς ἰολαῶ ὅς κοινὸς αἰσάμενός πάρος, Δίω πα-  
δὶ σωαυτῆ. id est, Armgier Iolous qui co-  
munes subiens labores Iouis filio opitula-  
tur. Nota est fabula vel ex superioribus Sy-  
nefii uerbis, nam collato pede cum Hydra  
depugnanti Herculi cum Cancer mordic-  
eus calcem prehendisset, vt in Heraclea re-  
fert Panyasis, Iolais laboranti opem tu-  
lit. Quod in fabulosis Palæphatus exponit  
ita, Hydram oppidum copios oppugnantē  
Hercule, Cernus regulus imperata facere  
nolens, auxiliarem militum manum, duc-  
ce Carcino impigro & strenuo homine,  
stipendio conduxit, quo bellum propulsa-  
ret: itaque viribus inferior Hercules, Iol-  
laum Iphicli fratris filium, cū delecta The-  
banorum manu, in auxilium vocat, coque  
subsidio adiutus, hostile oppidū solo æqua  
uit, copiasque omnes deleuit.

*In meridie vitæ philosophante.*

Ἐν μεσημβρίᾳ τῆ βίης φιλοσοφεῖν. id est, In me-  
ridie vitæ philosophari dicuntur prouer-  
bialiter qui pronecta ætate animum ad stu-  
dia applicant. Synefius ad philosophiā: ὁ δὲ ὁ  
τις ἐν λογιστικῆς ἀποδῶτας, ἢ πάντ' ἀπό-  
μῆς γέτῃ συμφορῆς ἀναπειδῆτας ἐν μεσημ-  
βρίᾳ τῆ βίης φιλοσοφεῖν. i. nostri quosdā depo-  
sitis ad rationariam mensam vestibus, aut  
accepto danino vel vnicō edoctos, in meri-  
die vitæ philosophiæ incumbere. Nō ablu-  
dit hinc multum M. Crassi & Deiotari te-  
trarchæ Galatiæ conuictium: nam Crassus  
videns illum extremo in senio nouam vr-  
bem condentem, Quid, inquit, o rex hora  
dici duodecima ædificare incepras? ὡ βασι-  
λεὺς δ' ἄν δ' ἔκ' αὐτῆς ἄρας οὐκ ὀμῆσιν ἀρχῆ. ἀλλ' ἔδ' ἔ  
αὐτὸς πρῶτῶν ἐπὶ πόρδης ἐλάνθης. i. atqui  
neque tu ipse, ὁ Imperator matutinus ad-  
modum in Parthos expeditionē suscipis:  
Vterque intempestiua molimina alteri fa-  
cere obiecit, quod perscriptum est ab Ap-  
piano in Parthico, & à Plutarcho in Cras-  
so, uerbis plane iisdē: vt & paginæ aliquot  
in utraq; historia nihil immutatis uerbis  
leguntur: vter vero plagii in simuladus sit,  
difficile fuerit iudicium, quod eadem ætate  
(vt opinamur) vixerint. Potest ad quæuis  
alieni temporis studia aut negotia trāsfer-  
ri, velut in senem intempestiuz libid. ἐν με-  
σημβρίᾳ τῆ βίης μελλοκλῆμνον.

Ab hoc adagio non alienum est illud Alexidis comici:

Ἡ δὲ γὰρ ὁ βίος ὁ ἐμὸς ἑσπεραν ἄγει. id est, Nam vita serā vesperam trahit mea. Actutum curricula diei cursui comparatur, & Nazianzenus ad Nemesium: βίος τοιοῦτος πρὸς ἑσπερον ἀλγιστὸς. id est, Miseræ sub vesperæ vitæ.

*Altera caduceum, hastam altera.*

Θαυτέρω μὲν δόρυ, θαυτέρω δὲ κυρίκειον προΐχομεν ὄψιν, i. Altera manu hastam, altera caduceū præferens. Prouerbiū esse adnotat Eustathius ex Pausania de iis qui armatas preces adserunt, amicæ admonitioni minus coniungentes. Ex historia natum quæ talis est. Gephyræzi ad decimas Apollini Delphico votiuas persoluendas ab Atheniensibus missi acceperant oraculum istud:

Αἰδριγεφυρώω οἶκος φίλος, οἶκος ἄρεος. i. Non domus est melior Gephyræzo præ domino amica.

admoniti insuper vt præuia boum vestigia infecuti, ibi locorum considerent, vbi delatatos boues conspexissent: itaque oppugnante Athenienses Eumolpo, ipsi ad Tanagram contenderunt, tradito in manum scæciali ductori exercitus caduceo, sub pacis legationisq̄ obrentu, subsequente à tergo armata iuuenum manu. Ibidem ex alterius lexici fide annotat Eustathius eandem historię occasionem paullo aliter, nimirū Gephyræos à Tanagræis bello infestatos, scæcialem præmisisse, armatis pone insecutus omnibus. Polybius libro 4. de Rhodis astu tali vsis loquens: πρὸς βουτῶν μὲν Αριδίκην προσχειρίζουτο πρὸς τῶν βυζαντίων, πολιορκίαν δὲ τρεῖς ἔχοντα τείρεϊος δὲ μὲσω ἀπέσειλαν, βυζαντίων τὸ δὲ λιγόμενον καὶ τὸ δόρυ δὲ τὸ κρήκεον ἄμα πέμπειν πρὸς τοὺς βυζαντίων, id est, Ad Byzantios legatum Aridiceen delegerunt, simulq̄ cum eo Polemoleon tribus instructum treremibus emiserunt, volentes simul & hastam & caduceū, iuxta prouerbiū ad Bizantios mittere. Adhuc huic est & plauæ cognatum id quod decimo Aeneidos dixit Vergi.

Pacem orare manu, præfigere puppibus arma.

Porro ex superiore oraculo constare potest ratio etiam adagii, quod apud nonnullos

legitur: Domus amica, domus optima.

*Doricæ incidere.*

DORICÆ incidere, hoc est, διαρῖζαν dicuntur quæ nudant bonam corporis partem depositis vestibus, vt Aelius Dionysius exponit. Nam in Peloponneso puellæ discinunt & sine tunica interdiu incedebāt, quod & Pausanias confirmat interpretans τὸ διαρῖζαν, παραγυμνῶσαι, quod Doricæ esset artus nudos spectantium oculis exhibere, nullo cinctus vsu. Anacreon Lyricus. Ἐκδύσκα χιτῶνα διαρῖζαν. id est, Exuta tunicam Doricæ ingreditur. Chorus apud Euripidem in Hecuba:

Λέχη δὲ φίλα μοιόπιπλος

Λιπῶσα, δ' αἰεὶ ὡς κόρα.

id est,

Dulcis linquo thorus ego simplicem,

Induta pallam Dirides

Qualem solent virguncule. Sic & Spartana puellæ incedebant olim incinctæ καὶ ἀχίτωνες, supparum habentes utroque in humero quinis fibulis adstrictū, quod inferioris laxum incesu femora nudabat, vnde Callimachus ἔτεκεν ὄσ' ἄζωστος, χαιτερίπορον, id est. Erat quando incinctus & alterutro ex latere fibulis adstrictus. Eodem spectat quod Lacænas φαινομένης dixit Ibici? poeta, quod in incesu femora re recta ostēderent, & Euripides ait incidere illas γυμνοῖσι μηροῖς ἢ πέπλοις ἀνεμυλοῖς. id est, nudis feminibus, & retracta palla: quin & Sophocles θυρωδὸν μύρον quasi clathratum aut fenestratum femur ipsis dat D. Clemens prædagogi libro secundo, Lacæna virginis more ὑπέρονον ἐσολάσαι, id est, reductis supra genu vestibus incidere, indecorum esse ait. Quadrabit hodie in leues, parumq; castas.

*Musici apparatus.*

Μῦσικος id est, Musicum pro mediocri vsurpanti plutisariam apud auctores inuenim⁹, Damascius Syrus in historia quam de Philosophis scripsit: τῶν δὲ τρεφῶν ἐκλωρώσαντο μίτριαν τινα ἢ ἀβρίπτον ὅτε διαπλῆστον βλακὺς αὖσαν, ἀλλὰ μείων δὲ μυσικῆν καὶ τὸν δῶρον τρεῖς πον τῆς τύχης ἀελλῶς ἡμερομένον. id est, Victum sortitus est moderatum & frugale, neque ob egestatem præpatum, neq; pro-

pter opes diffluentem, sed medium atque musicum, pro fortunis vere temperatum ad iustum Doriorum modorum. Plutarchus in præceptis salubribus Timotheum Atheniensem ducem cenasse dicit in Academia apud Plat. *μουσικὸν δὲ λιτὸν δέεινον.* id est, Musicam & frugalem cœnam: quod repetit idem in Symp. 6. his verbis *ἐδέησαν μουσικῶς καὶ ἀφελῶς*, id est, tractauit illū musicæ & absq; graui apparatu, nimirum mediocriter. Similiter Athenæus lib. 10. *ἐστὴν θείας ἀφελῶς δὲ μουσικῶς.* id est, conuiuio acceptus mediocri & Musico. Euphron Comicus, *ἀλας δὲς μουσικῶς.* id est. Mediocri salis copia iniecta. Huc referri putamus illud Plauti in Mostellaria vbi ait Musice hercle agitis gratiæ, ita vt vos decet. Vino & victu, piscatu probò, electili, cum vellet inuicere mediam viuendi rationem illos sequi, neque viles & minimi pretii, neq; rursus maximi dapibus victitando, sed habito delectu media eligendo. Apud præfatos tria harmoniæ genera numerantur inter quæ Lydios modulus vt luctui & funeralib' aptiores respuit Plato, quemadmodum & Ionicos, vt solutiores & mollitres infames: Dóricos laudat, ceu temperatis & modestis ingeniis congruos, quibus persimiles sunt quos Acolios nominabant: Huc spectant Pratinæ Philiassii poetæ versus ab adagii sensu haud alieni:

*Μὴ σῶντονον δ' ἴωκε μὴ τ' ἀνεμενῆν,  
 Ἰασιῶσαν, ἀπλὰ τὰν μέσαν νύμων  
 Ἀρσενον ὡς λιζέ τῷ μέλει.* id est,  
 Nec asperum modum aut remissum Ionicum  
 Sectare, sed mediam tenens viam, melos  
 Modulator Acolium.

*Charixena non sunt ista.*

APVD Aristophanem in Concionatricibus anus loquitur, *ὄμορ τ' ἀπὶ χαριξένους τὰ δ' ἔστιν.* id est, Neq; enim ad Charixenam ista pertinent. Eustathius in Nauium catalogum scribens, ait esse prouerbium à Charixena poetria fidicina tractum, sed non explicat. Scholiastes Aristophanis annotat Charixenam fuisse stolidam & fatuam mulierculā, videtur dici posse eum indicare volumus, alia de re quam alter existimet, sermonem nobis esse.

*Mantissa obsonia vincit.*

VERVS est adagium, Plus est mantissa, quam obsonium, quando significabimus dictum aliquod obiter asperum orationi, pluris nobis esse, quam reliquam orationis molem, veluti si epistolæ bene prolixæ breuis aliqua parænesis adiecta sit, dicere licebit, Pluris nobis esse eam mantissam, quam obsonium. Elegantissime eo vsus est Lucilius in Satyris hoc hemistichio:  
 Mantissa obsonia vincit.

*Ampullas loqui.*

AMPULLARI dixit Horatius epistola tertia lib. 1. pro verbis tumidis vti, qualibus cothurnus Tragicus solet, ibi:

An tragica desquit, & ampullatur in arte? Idem in arte poetica Ampullas vocat verba grandiloquā & turgida, quorum egeno homini ineptus vsus est, ibi:

Proicit ampullas & sesquipedalia verba. Simili ratione *Φυσήματα* efferunt Græci prouerbiali figura, ita Hyperides orator de Demea Demadz oratoris est tibericinia filio, dixit, os illi magna in suggestu crepanti obstruens, & *σιωπήσει μείζοντος μητροῦ φωντὸ φύσημα.* id est, Num tacebis qui amplius matre physema habes, φύσα proprie sollem Græcis sonat à status argumento: at φύσημα bullam spiritu inflatam & tumens: vnde ad inanem futilium hominum garrulitatem transfertur, ita quod Theodoritas poeta de Vulcano dixit, *φυσσκήσει μογινοῖς χερῶν αὐ,* id est, Vtricularibus sollibus vti, poterit contorqueri in blateronē, cuius pleni spirent mendacia solles. Hinc non abluat oraculum de Atheniensibus editum: *Μὴ μοι ἀένειώεις ἀαήτετε, μογινοῖ ἔσονται,* id est, Ne mihi Cecropidas lauderis, erunt etenim vites, hoc est elati & tumidi. Est autem Ampulla lecythi aut olearii vasis genus, grandi ventre tumens.

*Asciam cruribus illidere.*

ASCIAM cruribus suis illidere prouerbiali schemate dicitur, qui sibi ipsi malū arcessi dedita opera aut temeritate quapiam. Apuleius lib. 3. de Asino: Meque sponte asciam cruribus meis illidere compellis. Translatum

tum videtur à fabula quæ memorat Lycurgum Thracem succidendis vinetis intentū crura sibi amputasse impacta securi. Conuenit in dicaces qui virulenta lingua & cōuitiis exitii auctores sibi sunt vel saltē ingentis damni, qualem constat fuisse. Soradam qui amarulento diſterio perſtrictō Ptolemæi inſeſtu, regis in ſe iram, mox necem cōcitauit: ſimiliter Theocritus Chius ſophiſta appellans Antigonū regem Cylopem, ſuſpectam cruribus ſuis aſciam illiſit. Eſt autem aſcia fabrile inſtrumentum, ad cædendam materiam comparatum, cuius inuentio Dædalo attribuitur à Plinio. Simili metaphora Cicero dixit in oratione pro Plancio: Inſigere ſecurim, pro damnum adferre.

*Syri aduerſum Phœnices.*

Σύροι πρὸς φοίνικας, Aduerſum Phœnices Syri, Citatur adagium in Suidæ collectaneis, Dici conuenit in pariter fraudulentos & verſipelles, vtraque enim natio vaſtritiæ inſignis nomine male audiuit olim. Poſſet & ad diſſidentē ſignificationem trahi vt inter ſe male concordæ & alterum alterius ſi dei diſſidentem *σύρον πρὸς φοίνικας*, Syrum cum Phœnicæ cōmiſſum dicamus, eo quod hæ gentes conterminæ propter mutuam ſimilitatem raro amicitiam colant, aut ſibi inuicem credant. Alioqui Syros & Iudeos, qui Phœnicæ attribuuntur, nationes ſeruituti natas, appellat Cicero in oratione De prouinciis conſularibus.

*Multis brachijs æqualis.*

Πολλῶν βραχίων ἀντάξιον, id eſt, Multis brachijs æqualis, de inſtruo homine effertur adagium, qui ingenii ſolertia plus poſſit vnus præſtare, quam indefeſſa opera plures ſimul: qualis Archimedes qui incredibilia reiſa præſtitit, veluti cum cuncti Syracuſii nauim immēſæ magnitudinis *πρόρυπον* ab Hierone Ptolemæo Regi Aegypti exarctam deducere de naualibus nequiſer, Archimedis inſtrua ſolus Hieroncā deduxit, vt obſtupeſcēt ille exclamaret, Poſt hæ Archimedi de quauis re loquenti credendum eſt, vt proluxe narrat Proclus lib. quarto commētariorum in Eucliden. Ex-

tatadagii vſus apud Philoſtatum in Heroicis de Palamede: ἀλλ' ἐν πορρμείῳ ξυδακίπῳ ἀδελφῷ ἐπλάθυσε, πολλῶν γὰρ βραχίων ἀντάξιον ἐαυτὸν ἰχχυμῆθ, id eſt. Tunc cit Pontonē vna cum fratre cæce, multorū (quod dici ſolet) brachiorum inſtar ſeipſum ducens, ita Xenophon dixit πολλῶν οἰκετῶν οἴμα ἀτάξιον εἶναι, id eſt, illum pluriū ſeruorum vice habeo. Nec aliena eſt hinc ἐκατέρωθεν, hoc eſt, centimini appellatio, de ingenio & πολυμυχαία quomodo prædictum Archimedeſem Centimanum dictū adnotat Euſtathius, quod vno machinæ baſtaræ tortu multa ſimul iacula in hoſtes diſtingeret.

*Archimedeum problema.*

QVI A in mentionem Archimedis incidimus, lubet ſubiicere quod haud dubie pruerbii intellectu à Cicerone dictum eſt libro tertio decimo epistolaram ad Atti. ita enim habet. Abiit illud quod tum me ſtimulabat, quod tibi dabam *ἀρχιμήδειον πρόβλημα*. Archimedeum problema appellat quæſtionem abſtruſam, ſolutu difficilem, ſolicitæque indagine examinandam. Archimedis inuenta admiranda, & inſinitam ſolertiam prædicat Vitruuius lib. 9. Singularemque illius inſtriam ibidem narrat in expendendo ſacornate, quod & Rhenius Fannius explicat verſibus. Archimedeſem ait Syneſius lib. De inſomniis, popoſciſſe locum ſibi extra telluris orbem, vbi cum vniuerſa terra ſe velut in læce appenderet, in terra namque poſitum, nullas aduerſus illam habere vires. Memoratur & dictum ipſius Dorica dialeſto:

Ἡ γὰρ βῶ δὲ χαρῖς τῶν πᾶσων τῶν γαῖν κινήσω, ἰο Quo ibo, & vniuerſam tellurē Charifcioni commouebo. Legūtur de eius inſtrua incomparabili, ſenarii Piſidæ iſti ſic à me repoſiti:

Τὰς πέντε δυνάμεις Ἀρχιμήδους εἰς μίαν Σωάφας ὄλων εἰς τόκῃ σου μόλοι  
 Τῶν δυνεραχίων ἐξοχῶν τὰ φορτία, quorum verſuum hic ſenſus eſt, Archimedeſeſ Geometricas omnes facultates (quæ numero quinq; cenſentur) in vnum tractoriæ machinæ corpus coniunxiſſe, qua in niſi pōderis moles libraret verſareſque legendum enim eſt ἄλλοις ποπ autem ὄλων apud Suidā verſus iſtos adducentem.



*Gratias Musis commiscere.*

ΕΧΤΑΤ apud Agatium historicum lib. tertio: τὰς μὲν τὰς φασὶ τὰς χάριτας συγκαταμιγνύναι. id est. Musis Gratias, quod aiūt, commiscere, hoc est, operi historico & erudito, gratiæ & ingenii lenocinium aspergere. Euripides in Hercule furente: ἔπαύσομαι τὰς χάριτας τὰς μὲν τὰς συγκαταμιγνύν, ἡδίστων σύλγῳ, id est, Non desinam Charites Musis coniungere, copulam suauissimā. Vitruv & Dion Chrysostomus in oratione ad Alexandrinos. Non ab simile huic est quod apud Heliodorū libro 5. Aethiopicæ historiæ Cnemon dicit ad Nausiclem: καί μοι δοκεῖς καὶ τῶν θεῶν μάλιστα σιωπῆσαι, τὸν ἔρμην τῶν θεῶν σὺ συγκατεθεῖς, καὶ λόγον ἡδίστον τῶν πότων σιωπῆσαι, id est, Videtur mihi rei sacræ rationē optime callere, qui Baccho Mercurium associas, & orationis condimentum poculis permisces, ita Plutarchus libro primo Symposii. de philosophis qui non minus satagunt litteratis sermionibus condire symposii apparatus, quam vinum affusa aqua dilucere, dixit: οὐκ ἔπτοον τὰς μὲν τὰς Διόνυσον ἢ τὰς Νύμφαις κερθηνώμεναι, id est, non segnius Bacchum Musis quam Nymphis permiscerent: nam ut vino affusa lympha diluto temperies roburque corporis cōseruatur, ita colloquitis eruditionis sale conditis animus pascitur: propterea addit ibi Plutarchus sc̄ne ipse exponit, Nymphæ namque placidum mitemque eum corpori conciliant, at Musæ melleum tenera & benignum animis præstant: utrumque assequuntur docti & Philosophi, qui pocula diluere pari que studio doctis fabulis coronare laborant. Plato et admonet alicubi ut temulētum Bacchū sobrii deabus nymphis contēperemus. Huc asperstat quod incertum Nympharū numerum Baccho attribuerit antiquitas, quod plusculis aliquando lymphae mensuris circūrandi sit vini proteruia. Attingit adagii huius gratiam Marcialis lib. 11. de Philostrato quodam loquens, qui potus per gradus præceps corrui, periclitatus ceruicem frangere, non passurus idem, si nympharum aquis prolnere se maluisset, sic enim inquit.

Non esset Nymphæ, tam magna periculum. la passus

Si potius vestras ille bibisset aquas.

*Niobes archetypum.*

Νιόβης ἀρχέτυπον, id est, Niobes archetypū, De homine stupido & immobili, quem Saæxum etiam dicimus, Lucillius de saltatore nihil agilitatis habente:

Ορχήστῃς Νιόβης ἔμπνοον ἀρχέτυπον. id est, Orchestes viuens archetypum Niobes. Potest & dici de taciturno homine & attonito, vnde verbū exculpere nequeas, quomodo apud Antiphaneum Comicum loquitur qui ipsam saxum euadere se distitans, cum audito immani piscium venalium pretio velut attonitus hiscere nequiret. sic enim ait: ἐμβλέμων γὰρ αὐτοῖς ἰχθυοπώλων ἰλίβηθ' ὄβυς γίνομαι. id est, Quando intueor cetarios, cōfestim euado saxum. Quod adludit ad fabulam de Gorgoneo capite cuius aspectus homines in saxa conuertebat, vnde illud Philostrati de Perseo: καὶ τὴν θῆμα τῆς γοργῆς, ἔχων ἀπόδειτον, μὴ ἐντυχόσῃς αὐτῷ λαοί, λίθογενίονται. id est, Seposito Gorgonis terriculamento, ne lapidescerent homines ipsi occurrerent. Neque absurde præfracti ingenii hominem, quem expugnare nequeas, & ab opinione concepta depellere, viuum Niobes exemplar, seu archetypū vixeris. De Niobe in scopulum verſa, multa apud poetas mentio.

*Pergæa Diana.*

Ἡ Περγῶν ἀρτεμῖς, id est, Diana Pergæa, Adagium effertur, testante Suida, de circulatoribus & vagis erroribus, qui nullo in loco firmam sedem collocare amant, ἐπι τῶν ἀγυρῶν δὲ πλανοῦν. Diana enim, quæ eadem est & Luna, inter septem planetas vagatur tamquam venatibus indulgēs operam, vnde Annuagē epitheton apud Ciceronem. Quadrabit opposite in circū feraneos mendicos & paullulo meliores illis. Pergæa autem Diana è Perga Pamphiliæ oppido nomen habet, Stephano teste. Huic simile legas apud alium Panagæam Dianam, non sine temeritatis nota immutata vocē neque reddita epitheti ratione, ut non immerito mirentur quidam dictionem ab illo haud fuisse explicatā, cum nullibi apud auctores eam legas. Pergææ vero Dianę meminisse Cicero in actione in Verrem tertia, ubi inquit ita Pergæe sanum antiquissimū & san-

ctissimū

Stissimum Dianæ scimus esse: meminit & Philostratus lib. 1. de vita Apollonii, hymnorū q. in Dianæ Pergææ honorē canereut.

*Aere & rore pasfus.*

Ἐν ἀέρι καὶ ὀρέσῳ τιτῆται, id est, Aere & rore saginatus, Proverbi specie dicitur de eo qui frugali admodū & tenui victu vitur. Plurac. Συμπόσιων quarta decade ἐν ἀέρι καὶ ὀρέσῳ λέγεται λαβὴ πτεροῖ τέπτιγες σιτῆμιον, hoc est, Aere ac rore cicadæ in morem enutritū aiunt. Cicadas rore viuere auctor est Plinius, & Virgil. eo versiculo:

Et pasfus rore cicadæ: Et eo:

Dumque thymo pascentur apes, dum rore cicadæ,

Cuius rei argumentum est humor, quem reddunt, dum excitata subuolant. Cui consonat Theocriti illud in Ecloga cui titulus οὐμῆς. id est, opiliones:

Μὴ πρῶκας σὶ τίτῃται ἄσπερὸ τέπτιξ,

Actio ne fouet vitam ceu rore cicada?

Philo Iudæus de Iudæis philosophis vitam samesicam ducentibus: ἐθιδέντες ἄσπερ φασι τὸ πᾶν τέπτιγῶν γένηθαι, ἀέρι τρέφονται, τὴς ἑσθίας ὡς γε οἶμα πλὴν ἐν θείῳν ἐξδουαρίζονται. i. A sicuti aere vesci, quem admodum cicadæ solent, cantu ( vt equidem existimo ) esuriam mitigante. Huc respexit Nazianzenus ad Amphilochium, καὶ εἰσδομῆα εἰ ὄντως δέσῳ μόνῃ τρέφονται τέπτιγες, i. Scimus an reuera solo rore pascantur cicadæ.

*Gusta fortuna præ dolio sapientie.*

In diuitum inexplebilem auri cupiditatē conuenientissime quadrat Græcus seuarius Gregor. Nazianzeni:

Θέλω τύχης σάλαγγον ἢ φρονῶν πίσον. id est,

Præ dolio doctrinæ malo guttam opum.

Id mali adferre pecuniaz studium eoq; ceu veneno animum imbuit, ac veluti Circeo poculo immutat, vt præ auro nihil admittentur homines, nihil nocturna diurnaq; cura in mente sapius voluāt, quam qua ratione ditescant, non sapientie adiciant, pecuniaz mancipia, Aloidis persimiles qui Marti quem captiuum in vinculis habebant, nihilominus sacra offerebant: vsque adeo infinita illa & insatiabilis habendi cupiditas cultores suos & admiratores demeritat, & vt loquitur Ennius. sapientiam omnem expectarat à quibus diuersissima & ex diametro pugnantia est studiosorum volun-

tas, qui sapientie & eruditionis german: guttulam maximis etiam Cræforum diuitiis anteponunt, vt rursus eiusdem auctoris iambicum sibi lumere atque arrogare possint:

Παῖς φρονῶν μοι μᾶλλον ἢ βούλος τύχης. id est, Est gutta doctrinæ potior, quàm magnæ opes.

Ceterū libet hic adiicere illud, tamen si ab adagio diuersum, quod Eustathius obseruauit: σκλαγγῶν quasi guttam, cōiucio vocari homuncionem puillæ staturz.

*Archilochum calcas.*

Ἀρχιλοχὸν πατῆς. id est, Archilochum calcas, est enim hæc vera & genuina lectio, ad cuius præscriptum conformari debet quod ex Diogeniano referunt alii: Ἀρχιλοχὸς πατῆς, pro, Ἀρχιλοχοῖ πατῆς, facillimo lapsu, littera ρ pro α transcripta. De cuius vsu ab iis dissentire non dissimulamus: nam Archilochum proterere aut calcare, eo sensu accipimus, quo Crabrones irritare, in maledicum conuicia facientem ei qui possit longe maiore vehementia mordere, iuxta illud, Genus irritabile vatum: qua ratione Leonides Epigrammataris monet hospitem, ne Hippocrædis maledicentissimi poetæ tumulum calcet,

Μήπως ἐγέρη σκῆκα τὸν κοιμώμενον. id est,

Nec forte vesperam conforitatem concitet.

Conuenit & in pauperem cui cum locuplete aut magnatiū aliquo res est, qui rebus illius plurimum officere possit. Eustathius Odyssæe 11. idem esse annotat, Ἀρχιλοχὸς πεπύττωκας, i. Archilochū calcasti, ac si quis dicat, scorpiū calcasti, aut anguem, aut asperos tribulos. Archilochus namq; Lycambidas poematibus suis virulentis atq; dentatis ad laqueos ebullisse legitur. Archilochum igitur calcare dicemus eū, qui quomodocūq; potentiorē lacessit.

*Inter Orci caneros adhaest.*

INTRA Orci caneros hætere dicitur pro uerbis, qui arte irretitus tenetur, vt nulli estugium pateat amplius. Apuleius libro 6. de Asino auctore de Psyche loquens. Sed bene quod in meas potissimum manus incididi, & inter Orci caneros iam adhaestili, datura scilicet æduntum cōtumaciæ tantę pēnas. Pūchre Orpheus in hymnis:

ΚΑΜΥΤΩ

κακὸν τὸ ἀνὸς προφορῶν οἶμον vocat Cocyti irremcabilem semitam, quod ab inferis nulla sit reditus spes, facilis descensus aevorni, Sed reuocare gradum superasque euadere ad auras, id demum laboriosissimum est. Dixit autem caneros, pro clauistro & quos diminutiue cancellos vsitatus dicimus.

*Phœnicium mendacium.*

PROVERBII specie dicit Plato in tertio De repub. sub finem: *μυθῆν κατὸν, ἢ πρὸ ἔρω, ἀλλὰ φοινικῶν τι.* hoc est, Nil inauditum, inquam ego, sed Phœnicium quidpiam. Nota est fabula de Draconis dētibz à Cadmo Phœnicie fatis, vnde armata viroꝝ seges extiterit, crato inde illis nomine à fatione, *σπερτὸς* enim dicitos constat, quaq̃ue Stesichorus eos dentes à Miuerua humi mandatos voluit: Androction vero vocatos ait inde quod secuti è Phœnicia Cadmū, sparsim habitare defixis sedibus cœperint: Amphulocus quod infitione quadam Thebanis cuius adiuncti fuerint: alii aliter, vt quisque in re fabulosa noui quidpiam comminisci instituit. Dicitur igitur de fabuloso commento insigni que mendacio, & fidei portentose narratione, illa spirare *φοινικῶντι*, id est, Phœnicium quiddā, aut *φοινικῶν ψῆδον*, hoc est mendacia Phœnicia veriora esse, quam sint istorū dicta: vsus est adagio & Strabo libro 3. *τὸν δὲ χειροτόν καὶ τὸς πολλὰς ἀποτόλως ψῆδον φοινικῶν*, i. Oraculum & frequentes eo missas legationes, existimat esse Phœnicium commentū. Olimpiodorus in commentario in Gorgiam Platonis à Cadmi fabula ductū proverbium ait. Potest etiam videri profectū adagium à Phœnicum negotiatorum consuetudine, quod genus hominum mendacis ferme transigit mercaturas, euandas atque obsoletas merces interposito etiam iuramento, pro frugi & probis venundantes. Phœnices vero primi mercatus gratia alienas terras extoticalque regiones adiiisse leguntur, & peregrinas merces exportasse: Vnde & litterarum inuentio illis tribuitur, per quas inter se mutuo senfa consilia que cōmunicarent, hinc illud Criticæ apud Athenszum. *Φοίνικες δ' ὄδρον γράμματα λείλογα*, aut vt Eustathius citat, *ἀλεξιάδικα* quod solatia quædam sint animorū, Porro quod mercaturam exercent, fidem facit & illud Pindari *φοίνισσα ἔμπολα*, id est, Phœni

cia mercimonia, & Sophoclis illud: *ὦν ἔθες δὲ πρῶσιν ὡς φοίνεαίνε*, id est, Assuetæ mercari & venundare, vt Phœnicæ negotiator :

*Angularis bombyx.*

Γαυνοβόμβυκες, hoc est, angulares bombyces prouerbii facie dicuntur vani eruditionis ostentatores, qui morbus indoctioribus plerumque familiaris est qualē describit Agathius Vranium Syrum, qui ante regiam porticum obambulans & in librariis officinis, magnifice crepabat, & in corona hominum altercabatur, nihil exacte sciens & tamen plurima se scire iactans. Herodicus Babylonius in quodam Epigrammate, grāmatorum nationem proscindit disterii istius aspergine: *Φύγετ' ἀριστῆχοι γαυνοβόμβυκός*. id est, Fugite procul Aristarchei angulares bombyces, aut obstreperi culices. *βόμβυξ* infestigen, ab obstrepero murmur, quod *βομβεῖν* sonat, nomen habens, quod & *βομβύλιον*.

*Cadaueris instar venustus.*

*Χαρίεις ὡπτε νεκρός*, id est, Cadaueris modo venustus. Conuenit in macilentum hominem aut præ morbo luridum. Citant Aristophanis cōmentaria ex Theopompi popinibus.

*Λιωτροφίδης ὁ περίμετρος.*

*Εὐχρως τε φάναι δὲ χαρίεις ὡπτε νεκρός*, id est, Leotrophides ille trimeter

Colore viuido, & venustus scilicet Instar cadaueris.

Fuit autem Leotrophides poeta dithyrambographus genere Atheniensis, macilentus admodum & leuis, de quo iocatus in Cercopis fabula Hermippus Apud Athenam :

*Ἀνάπηκε σοι ευχρῶν ἔθνη βοΐδια.*

*Λιωτροφίδην λεπτότερον καὶ, θεμάττιδον.* i.

At immolant tibi mutilas nūc bucculas, Exiliores Leotrophide & Thumantide. Consimili disterio Phrynichus Comicus Lamprium quandam *σκελετον μυσῶν* id est, Sceleton siue exarefactum Musarum cadauer nuncupauit, hoc versu, *μυσῶν σκελετός, ἀνδρῶν ἡπίκαλος, ἕμιος ἄδης*, id est, Musarū sceletos luscinarum febris, inferorū hymnus. Quæ etiam in illitteratum, & inuenustum poetastrum quadrabunt.

*Υμνίς*

*Vulpis reliquie.*

Ἀποτρεγνῆμα ἀλώπικος, hoc est, Vulpis reliquix, Conuenit in versipellem & fraudulentum veteratorem, ita exponit ex Dorotheo Athenæus, extat autem apud Eupolin Comicum in fabula cui nomen Aureum genus, quamquam Etymologici auctor citat ἀποπτόνυμα hūc in modum: τὶ γὰρ ἐστ' ἐκ τῆς ἀποπτόνιμα ἀλώπικος, id est, Quid illud est, vulpis quisquiliæ, adlusum interim videtur etiam ad pusillam mulierculæ staturam mediocri minorem & veluti dentibus p̄morfam, id enim sonat ἀποτρεγνῆμα quasi mentium dicas aut buccam demorfam.

*Nox gubernatorem prudentem terret.*

Ἄδῖνα τίκτηι νύξ κβερνήτη σοφῶ. id est, Docto gubernatori nox metum parit. In rebus dubiis parumque explicitis, vir prudens caute rimideque gerere se debet. Periti quātumuis naucleri noctis tenebras suspectas habent, quod illæ prospectū adimant, propter iniqua littora & latētes scopulos, ita & reū publicarum administratores quantumuis prudentes, oborto tumultu, præpediti metu omnia etiam tuta timent: Exercitus ductores terreat sæpe leuis occasio, quando hostium consilia minus liquida sunt. V. Ius tunc & prouerbialis Senarii quo Danaus apud Aeschylum vititur in fabula cui nomen Danaides siue Supplices. φιλέ,

Ἄδῖνα τίκτηι νύξ κβερνήτη σοφῶ.

Amat nox atra nauclero scio parere metum.

Meminit & Plutarchus in libello aduersus Colorem. Idem tamen auctor in Agamemnone scite dixit μάταιον ἐν ἡκτῶν φόβω, hoc est, nocturnum pauorem vanum esse. Adlusit ad adagium Gregorius Nazianzenus ad Eudoxium rhetorem scribens: ἔρεπτα καλὰ, γυμνά τὰ κακὰ, ὁ πλῆθς ἐν τῇ ἡκτῇ, πρὸς ὅς ἔσθ' αὖθις, i. Bona distulxere, mala nunc de se ostendunt, nauigatio in nocte, facula nusquam. Innuuit plena esse periculum omnia.

*Saperdæ videtur, cum simus σάπροι.*

PROVERBIALIS est sententia Varronis ex Modio, & fabulæ nomē est, in eos qui sua, qualiacunq; tandem sint, mirifice appro-

bant, suis operibus, suis inuentis impensæ fauent cæco quodam sui amore ducti.

Omnes videmur nobis esse belluli Et festiui saperdæ, cum simus σάπροι. id est, maridi, vel vetusti.

*Gauia in stagnis.*

Λάρεθ' ἐν ἔλασι, id est, In stagnis gauia, Suidas annotat dici ἐπὶ τῶν τὰ χυ ἀποδιδόντων, de cito reddentibus, vt accipiamus eos qui celeri alui proluuio cibum in gestum reddunt: vt competat adagium in voracem, & inexplebilis gulæ hominem ac prodigiū. Potest & corrupta videri lectio, & quidem procliui lapsu, vt pro ἀποδιδόντων, scribamus ἐπιδιδόντων, efferamusque adagium de iis qui celeriter incrementum capiunt, quomodo verisimile sit gauiam auem piscosis in amnibus locisque vliginosis cito auferescere in magna alimonix copia: alioqui quomodo in munificum & ad dādum procliuem quadret, id quod alii senserūt, nō videmus. Siquidem in rapacium auisū genere Larus censetur, neutiquam rapinæ suæ liberalis. Quo pertinet illud Matronis Parodi poetæ:

Χαιρέφων πεινῶντι λάρεθ' ὄρνιθ' ἰσκιῶς. id est, Chærephon parasitus famelicæ gauix affinis.

Quod si ἀποβιβῶμαι pro victum querere accipi possit, non inuitus ἀπογιώτων, legerem, prono similiter librariorum oscitantix errore, vt torqueatur in eos qui citra molestiam & facile nulloque negotio victum comparent quemadmodum lares affatim alimonia suppetit pisculentis locis.

*Dium vides.*

Ὁρῶς τὸ δῖον, ἢ βέλθ' διέπτατο, id est, Dium vides, cuius transmisit iaculum. Cuius sensus est iste: Vides ob oculos velut exemplum quoddam Dium, de se vindictam sumens. Senarius prouerbialis vulgore celebratus, cuius vsus est longe elegantissimus: ὅταν τῶς ὁμοίως πλὴν πρῶτον ὕβριν ἀμυνώμεθα, cum talionem referimus, aut reflicata malorum perpetratorem memoria, mentionē iustæ vindictæ ingerimus: verbi gratia, si iniuriā bello illatam occupato perfidiose oppido, hostes vicissim reponant capta aduersæ partis vrbe aut ditione. Natum ab historia quam perstrinxit Polybius historicus lib. 5. Aetoli nesa-

rio bello depopulati fuerant Iouis Dodo-  
næi templum & Diom, quod est, Stephano  
teste, Macedoniae Oppidū Olympico cer-  
tamine celebre: hanc illorum impietatem  
pari talione vlti fuerunt Macedones, Phi-  
lippum regem eo instigante Arato, capta  
hostili terque direpta copiosissima ditissi-  
maque & Actolorum nundinis ac merca-  
tu celeberrima vix Thezmo, in scripto op-  
pidi muris elogio prioris iniuriæ expo-  
bratorio.

Ὁρᾶς τὸ Δίον, ἔβηλ' ὀδ' ἔπτατο,

Dion vides, telo volantem vindice .

Quo dicitio maleficii, immo sacrilegii,  
memoriam partim illis regesserunt atque  
ab oculos posuerunt, partim posteritati cō-  
signarunt. Perottus interpres se non per-  
pensā male conuertit versiculum ita: Vi-  
des numen, cuius iaculum volauerit & vi-  
sus legisse vel eadē, vel diuū adiectiue pro  
numine accipiens, cum tamen Dii oppidi  
mentio præcessisset, quod ille intactum ta-  
cito pede transmisit.

*Chilonius modus.*

Χιλιώνων τρέπον, id est, Chilonium modum,  
vel Chiloniam loquendi rationem, pro  
Laconismo & breuiloquio, quo paucis ver-  
bis sententiæ multum compleximur, dixit  
Aristagoras Milesius, vt in Chilone scribit  
Laertius, & transferisit istius verbis Sui-  
das. Fuit autem Chilon Demageri filius  
Lacon genere, cui genti summa in loquē-  
do breuitas tribuitur: docent autem hoc  
& Chilonis breues sententiæ, quas Lacte-  
rius enumerat.

*Mercurij typus.*

IN virum insigniter eloquentem & omni-  
bus doctrinæ numeris absolutum quadra-  
bit illud Synesii Cyrenæi ex epistola ad  
Pylamenem, ἐμὲ λόγις τύπ' ὃ, id est, Mer-  
curii eloquentiæ præsidis typus siue exem-  
plar, sic autem sonant eius verba: πρὸς ἑ-  
πὶ παρ' ἐμὲ πᾶν πολλὰ τὸν σιβακμιάτων  
Μαρκιανόν, ὃν εἰ προλαβὼν Ἀριστέδην ἐμὲ λό-  
γις τύπον εἰς ἀνθρώπων ἔφην ἐκλυθέναι, μάλιστα  
ἀνέτυχον τῆς ἀξίας, ἔτι πλέον ἐστὶν ἢ τύπ' ὃ, i.  
Salutabis ex me pluribus verbis eximium  
Marcianum, quem si ego prior Aristide,  
Mercurii eloquentis typum inter morta-  
les venisse dicerem, non satis pro merito  
illum descripsissem, quoniam plus aliqū-

to est quam typus. Quin &, ἐμὲς λόγι' ὃ  
absque adiūcto prouerbialiter de magnæ  
eruditionis homine dicitur. Iulianus pa-  
rabates ad Maximum philosophum: ἡμεῖς  
δὲ σοκαθάπερ ἐμὲ λόγις ἔα ἡμετέρας λόγους ἐγ-  
χειρίζομεν. i. Nos tibi tamquam eloquentiæ  
præsidii Mercurio nostra scripta in manus  
tradimus. Idem ad Iamblichum scribens  
illum nominat: ἐμὲς λόγις μακροῦ, εἰ δὲ βῆ  
λαί τρέφιμον. hoc est, Mercurii eloquentiæ  
præsidis discipulum aut si manus alumnū.  
Huc respexit Nazianzenus in Steliteniæ  
priori in Iulianum dicta, τις ἐμὲς σοιλό-  
γι' ὃ, ὡς ἂν αὐτὸς εἶποις, τὸτ' ἐπὶ νου ἡγάγε, i.  
Quis Mercurii eloquentiæ antistes quæ-  
admodum tu dicitur esses, istud tibi in  
mentem redegit? Quod propterea dicit,  
quod Mercurium λόγι' ὃ frequenter in scri-  
ptis suis inculcater, est autem ita legendū  
in Nazianzeni codice, pro λόγι' ὃ.

Non aluidit à typi metaphora quod Syne-  
sius τῆς κακίας χαρακτῆρας nefarios homi-  
nes appellat velut improbitatis & scelerū  
typos & characteres: & Nazianzenus epi-  
scopum sanctæ vitæ exemplar, χαρακτῆρ' ὃ  
τῆς ἐκκλησίας, i. ecclesiæ typum nominat.

*Archigenis indiget.*

ARCHIGENIS indigere dicitur qui sanæ  
mentis compos non est. Iuuenalis Satyra  
13. Si non eget Anticyra, nec Archigene.  
Idem Satyra 14. Ocyus Archigenē quære  
atque eme quod Mithridates Composiuit.  
Fuit Archigenes ex Apamea Syriæ magni  
nominis medicus Romæ sub Traiano: cu-  
ius scripta passim in testimonium vocant  
Galenus, Aetius, alii. Consimili figura ἄσ-  
κληπιὸς δ' εἰδῶαι, id est, Aesculapio indigere di-  
xit apud Plutarchum Callisthenes philo-  
sophus & rhetor, qui in cōuiuio Alexandri  
Macedonis, cum ingens poculum meraco  
vino plenum, ordine ad ipsum venisset,  
recufauit ebibere, dicitans: εἰ βύλομαι πῶν  
Ἀλέξανδρε ἀσκληπιὸς δ' εἰδῶαι, id est, Nolo  
Alexander bibendo Aesculapii indigere, vt  
in libro De frenada ira scribit Plutarchus,  
& iterum in prima Sympos. decade, vbi le-  
pidius paullo dictum illius arguitusq; re-  
petitur. Nolle se Alexandri poculum ina-  
niendo, Aesculapio opus habere, nam Scy-  
phus qui in orbem ibat, Alexandro cogno-  
minis dicebatur: indicare autē voluit vt  
prudens, se nolle in medicorum manus,  
contra-

contracta per temulentiam aducta valeit  
dine, ac proinde etiam in præsens pericu-  
lum conicere. Aesculapius è Ioue & Co-  
ronide nympba natus, medicinz scientiã  
ab Api Agyptio inuentam excoluit dili-  
gentius & præceptis adauxit, vt testatur Cle-  
mens Alexandrinus: Aesculapio indigere  
visus fuit Polemon Laodiceus magni no-  
minis orator, qui articulari morbo graui-  
ter vexat<sup>9</sup>, Pergami in sano Aesculapii ob-  
dormit, cui cum noctu apparuisset Aescu-  
lapius admonens vt ne frigidò potu vtere-  
tur, experrectus respondit, Quid tandem  
præcepturus eras optime si bouem laborã-  
tem curaris, vt à Philostrato scriptum est.  
Hermocrates quoq; Phocensis Aesculapio  
opus habuit, cum propositis illi à Senero  
Impera. votis, thus poposcit, dictans sibi à  
Pergamenno Aesculapio Imperatum esse,  
vt perdice vteretur thure suffito, vt idem te-  
stet. Porro duas fuisse Anticyras, alteram  
in Phocide, alteram apud Malienfes, scri-  
bit Demetrius Callertianus, vbi præstantis-  
simum veterum nasci fert fama. Celebra-  
tur & Anticireus quidam nomine purgas-  
se Hercule hellebori poculo post insanã,  
vt commemorat Stephanus: καὶ τὴν μόνικον  
αὐτικατ' αὐτὴν ἢ ἀντίκυρα βικαπύειν, hoc  
est, insaniz ipsa per se anticyra medetur,  
vt ait Plutarchus lib. De compescenda ira-  
cundia. Diphilus Comicus apud Clemen-  
tem Ἀλλὰ μάκαρ αἴρ' διὰ τῶν νεφέων δίαπεν-  
ψῶν Ἀντικύρου. id est, At nobis diuinè aer  
per nubila mittas Anticyram: expiatoriũ  
videlicet pharmacum. Alioqui & ἑλλέβο-  
ρον, id est, elleborum, pro mera insanã vsur-  
pare videtur Nicostratus Comicus apud  
Athenã: ἰβί: ἄλυσσας, δ' ἀκτυλῆς βυβύλια,  
ῥφας, περισκελῆδας, ἑλλέβορον. quo loco no-  
minar torques, anulos, monilia, angues, pe-  
riscelidas, elleborũ velut insaniz instrumẽ-  
ta, & ἑλληβορίζειν pro vetatri purgatione  
vsurparunt veteres, inter quos Euclides Iã-  
bicus poeta ea voce vsus legitur apud Ari-  
stot. lib. de Poetica, ἅκ' ἀν' ἀράμειθ' τὸ κείν  
ἑλληέβορον, i. haud assumpturus illius el-  
leborum. Porro non abludit à proverbio  
Aristophanis illud in Pluto, vbi ait Ca-  
tyon ferens de Pluto, quod visum recepit:  
Ἀσκαπὸς πωῶνθ' ἑμίνης τυχῶν, id est,  
naçus Aesculapium medicum proprium,  
Nescit aranea sobolem vt erudit.

Ἄγνοθ' ἑρέχην πῶδας ὡς πωδῶνται,

Θρέψασα γὰρ τέθνηκε πρὸς τῶν φιλάτων. i.  
Aranea prolem nescit vt suam educet,  
Quas namque eduxit, mortis illi causa  
sunt.

Senarii prouerbiales in eos qui malam si-  
bitipsi cudunt, molientes quod in suum po-  
stea vertatur incommodum aut exitium.  
Aranea fetus suos in suam ipsius perniciẽ  
parit & educat. Citantur à Suida.

*Dormienti liquor.*

IRRITI & frustranei laboris significatiõẽ  
habet illud Orestis apud Aeschylũ in Aga-  
memnone:

Κοφρὸς αὐτῶ δὲ καθύδης τινὲ μᾶτν  
Ἀκῆντα βᾶξω, id est,

Inclamo surdis, irrita Sopitis loquor. Quo-  
ries igitur incassum laboramus vel orando  
vel suadendo, vsus erit adagonis.

*Phryx non minus quam Spintharus.*

Φρὺξ μὴδὲ ἢ πτόν σπινθᾶρος. id est, Non minus  
Phryx, quàm Spintharus, De homine bar-  
bato & inelegante, ac seruilis conditionis.  
Spintharus traducitur in Comœdiis homo  
ineptus, Heraclotes genere, Trago-  
diographus, quem propterea fortasse pro-  
sciderunt vt barbarum quod Heraclea es-  
set oriundus, quem admodum Tito Liuiò  
Patauinis fuit obiecta. Meminit tamen  
eius inter testimonia Laertius Diogenes.  
Exstat in Auibus Aristophanis.

*Telephus è perula.*

Τέλεφθ' ἐκ περὶδ' ἰς. Telephus è perula, Dici  
apparet in hominem tenui fortuna, sed  
propter nomen ascititium præclarum, ma-  
gnos sibi sumentem spiritus, veluti siquis  
Caroli nomine sibi placeat quod illud Im-  
peratoris maximi decantatissimum sit no-  
men. Aristophanes καὶ τοὶ πρότερον γ' ἐπτά-  
χενδύς τέλεφθ' εἶναι φασκῶν ἐκ περὶδ' ἰς. i.  
Atqui antea mendicabas Telephum te se-  
se prædicans è perula scilicet. Fuit enim is  
Telephus mendicus stipem queritans, mā-  
ticam circumferens. Sunt qui referãt hoc  
ad Telephum Myforum Regem ab Achil-  
le hasta vulneratum, de quo etiam Hora-  
tius illud ex arte poetica exponit quidam.  
Thelephus & Peleus cum pauper & exul  
vterque cuius in Acharnensibus meminit  
Aristophanes Mysi nominati, eiusque

ἕκω-

ἐκλώμακα, hoc est, obsolescas plagulas dari al-  
teri postulat Euripidem.

*Fumus è ficubus.*

Καπνὸς ἀπόσικων. id est, Fumus de ficubus, co-  
mico lusu vocatur calumnia aut crimina-  
tio sycophantica. Quis nescit Sicophan-  
tas (quo vocabulo delatores censentur) no-  
men habere ab esu ficuum, quasi dicas, fi-  
cū edones. Refertur ab Eustathio Odyf-  
sez duodecimo.

*E tragico Comicum crama.*

Δράμα ἐκ τραγικῶν κωμικῶν, id est, Actus è Tra-  
gico Comicus, prouerbialiter à Synesio vo-  
catur, cum pro tristibus initiis lætus succe-  
dit euentus, præfens exitū incoliūmi salu-  
te commutatur, sic enim inquit in longa  
illa ad Enoptiū epistola, τὸτο σοι δράμα ἐκ  
τραγικῶν κωμικῶν ὅ, τι δ' αὖ μὴν ἡμῖν ἀνίημοσε, κἀ-  
γὼ τοῖς πρὸς σὲ γράμματα, id est, Hanc fabu-  
lam è Tragica Comica & fortuna nobis  
concinnauit, & ego meis ad te litteris in-  
serui. Heliodorus lib. 7. εἰς κωμικὸν ἐκ τρα-  
γικῶν τὸ τέλ' ἀκατίεσσι, id est, Exitus cata-  
strophem habuit è Tragica Comica. E-  
diuerso dixit Agathius Scholasticus Epi-  
gramma lib. 7.

Καὶ τραγικοῖς ἀχέσσει τὸ κωμικὸν ἔργον ἀμεί-  
ψας. id est,

Comicum at is lulum Tragica feritate re-  
ponens.

Nemo non nouit tragædiam in neces, su-  
spendia, exilia, aliasq̄ue calamitates desine-  
re, contra Comædiam nuptias plerunq̄ue  
& optatos habere exitus. Alioqui τραγικὸν  
pro tristi & vitæ periculo coniuncto poni  
solet, vt apud Philostratum in Aristide. πῶς  
ἀν τις ἀσφαλῶς κινηθῶσθαι τὸ δὲ τραγι-  
κὰς ἔνοιες μεταχειρίσασθαι, id est, quæ ratione  
quis secure tractare queat periculosas &  
Tragicas sententias. Item pro supercilio-  
so & superbo Plutarch<sup>9</sup> in Lucullo, τὸ φρο-  
νημα τραγικὸν καὶ ὑπεροχον, id est, saltus tra-  
gicus & intolerabilis. Nazianzenus in epi-  
stola ad Anysium, ἀλλ' ἔκκοι οἶμα πρῶτον  
τραγικῶς, πανηγύριον κωμικῶς. id est, Non li-  
cuit arbitror, Tragice habentem, Comice  
ludere, quod ipsum vice prouerbii poterit  
esse, quando aliquis grauibz molestiis im-  
plicitus excusat se, cur minus lætus sit aut  
iocis ludat. Cui germanum est illud Syne-

si libro De prouidentia. ἔγω πολλὰ κίς τρε-  
γικὴ πανυχίς εἰς κωμωδίαν ἀπειλεῖ δύνασι. i.  
Ita sæpenumero Tragica pernoctatio in  
Comædiam desinit: quo voluit innuere  
pernoctes debacchationes dirum & infeli-  
cem exitum minantes, sæpe in risum desi-  
nere. Aelianus πῶχον τραγωδίας ἄξια. i.  
& Tragædia digna pati, dixit, pro diras ca-  
lamitates incurrere, at Plutarchus Lucul-  
li vitam ἀρχῶν κωμωδίαν nominat, i. an-  
tiquam Comædiam, quod post militares  
& actos in repub. labores, deliciis luxuriq̄  
se totū dederit, quem admodum Comæ-  
dia post initia dura, in lætum finem desi-  
nit, & nuptias plerunq̄ue.

*Thymo nemo vescitur, vbi adest caro.*

Οὐδ' εἰς κρέας πᾶσι τ' ἐδίδει θυμον. id est,  
Carnes vbi adsunt, nemo vescitur thymo.  
Prouerbialis senarius ex Antiphani face-  
tissimi poetæ comædia, cui nomen est Pa-  
roemia, quod prouerbis scateat, Athenæo  
testante. Nemo libenter egestatem subit,  
modo liberius viuendi ratio se ostendat:  
optima quā tenuia munera libentius quis-  
que sequitur: mensē opiparæ famelicus af-  
sistere mauult, quā tenue saluti illingere.

*Canina visitans, cynocephalum oppugnas.*

CL E O N apud Aristophanem in Equiti-  
bus, ad factorem inquit:

Κυνὸν βορῶν σιτῶμεν, μάχαι σὸ κιννοκεφέ-  
λω. id est,

Esca canina vescens, pugna prouocas ca-  
nicipitem.

Prouerbiali figura dictum torqueri potest  
in eos qui gregales suos eiusdem factionis  
& instituti, scriptis impetunt. Cōtrarium  
huic est vulgare diuerbium. Aues concolo-  
res plerunq̄ue vna volitant, quo innuitur  
consensus hominum, idem vitæ genus, ea-  
dem studia, eosdem mores sequentium. Cō-  
cordat cum hoc adagio vetus dictum cuius  
pane vescor, eius verba molior: æqua nāq̄  
ratio est nos illi non aduersari amico, qui  
nos fouet, omniq̄ ope & opera res nostras  
promouet, aqua præclara nos mutuo deme-  
tendi ratione qui discedunt, nē illi ferinā  
immanitatem æmulantur. Quisquis ergo  
aduersus sui ordinis hominem verbis aut  
scriptis insurgit, is Canina esca vescēs, Cyn-  
nocephalum

nocephalum adoritur. Sunt autem Cynocephali quasi Canicipites dicās, genus hominum, si non porius animalium, capitibus caninis, pro voce latratum edentium, vt libro 7. c. 2. Plin. & ex eo transcripsit Augustinus de ciuitate Dei 6.

*Ex eodem præsepi.*

Ἐκ τῆς αὐτῆς οἰοῖται φάτις ἰδ' ἠδ' ὁκότις, id est Ex eodem quasi præsepi edisse dicuntur prouerbiali schema qui eandem opinionem hauserunt, eodem in ludo docti, in eodemq; imbuti præceptis. Eunapius, ni fallimur, apud Suidam de Epicureis loquens: Μετῆνοι δὲ ἐν Ἀρχαίᾳ τῆς ἐκ τῆς αὐτῆς οἰοῖται φάτις ἰδ' ἠδ' ὁκότις ἐβύλασαν, ληϊάνας μὲν εἶναι τῶν νέων λυγρότις. id est, Messenii qui in Arcadia sunt, ciuitate pepulerunt quotquot ex eodem veluti præsepi pasti fuerant, iuuentutis, corruptores eos esse dicentes. Sentit de iis qui Epicuri pestiferam sectā mordicus sequebantur. Tracta similitudo à iumentis quæ communi pabulo ex eodem præsepi pascuntur. Non absimile est illud Petronii Arbitri de eloquentiæ ratione, Sed omnia quasi eodem cibo pasta, non potuerit vsque ad senectutem canescere.

*Laconice cenās.*

Λακωνικῶς δεῖπνῆν, id est, Laconice epulari pro frugaliter & cibis parum exquisitis vti prouerbio dicunt Græci. Diphilus apud Athenæum lib. 2.

Δεῖπνῆ δὲ κατὰ τὸν, πῶς δοκῆς, λακωνικῶς, Ὀξυς δὲ κοτύλι, id est, Cœnata larem intra, qui putas Laconice, heminā acetī. Laconū in victu frugalitas à Plutarcho in vita Lycurgi celebratur, quippe apud quos exoticis mercimoniis locus non erat, laudatur & à Critia κώων λακωνικῶς, fictile poculum Laconicum, quo utebantur.

*Fabilibus victitare.*

Κηρίβια ἰδίειν, id est, Fabilibus victitare dicitur prouerbialiter homo lordingus, qui per nimia parsimonia quosuis cibos esitat, vt impensis parcat. Cratinus Comicus citante Etymologici auctore: Δασύν ἔχων τὸν περικτὸν, ἄτε κηρίβιδ' ἰδίειν, profcindit hominem agrestem & auarum, vel inde, quod fabarum recementis vesceretur. Sunt autē κηρίβια proprie τὰ ἀποβρασμάτια τῶν κηρίμων. i. fabarum suffures & repurgamenta,

quæ Pliniano vocabulo fabilia vocari possunt.

*Murus Semiramidis.*

Σιμεράμιδος τείχος, id est, Semiramidis murus prouerbiali figura effertur à Synesio in epistolis pro re inuicta & inespugnabili: περιπέτασμα γὰρ ἡμᾶς ἀπετείχιζεν ἡ γῆ τοῦ ἔθους μίσηστος ἔπειλα διεβρώβους ἰσὶς τεμαχίονι, σοφροῦσιν ἀνθρώπων τὸ τείχος τὸ σιμεράμιδος. id est, Cortinæ intergeretæ, qua viri à feminis seclusi eramus, vicem obtinebat, veli paullo ante discissi validum segmētū, temperantibus hominibus murus plane Semiramidis. Semiramis vernæ regi pellex fuerat, postea Nino potentissimo Assyriorum Regi amouibus illius illaqueato innupsit, tantumque potuit apud maritū illex feminæ phyltrum, vt potulanti concederet vnus diei Imperium, id namque poposcerat vt liceret sibi diem vnum regali in solio præsidere, diadema capite præferre, iuraque dare: annuente rege iubenteque cunctos illi esse obsequentes, primis imperiis modeste vsa satellitum periculū fecit, quos dictis morigeros experta nihilque tergiuersantes, Ninum maritum comprehendit primo mandat, mox vinculis astringi, tandem etiam obtruncari: quo peracto facinore Asia rerum posita fuit, & Babylonem decantatissimam urbem à Nino conditam, vel, vt Iosephus vult, instauratam muris validissimis cinxit, quorum altitudo pedes ducenos, latitudo quinquegenos equaret, in singulos pedes, ternis digitis mensura ampliore, quam nostra, vt auctores sunt Plinius & Strabo. Murus ergo Semiramidis pro validissimo præsidio & indubitato munimento paræmiace accipitur. Haud scimus an ad istud adagium adluserit Horat. vbi ait: Hic murus ahenus esto, eo quod fabricati à Semiramide muri portas habuerint ahenas, certe vtriusque idem sensus est. Conuenit cum hoc illud Nazianzeni de Basilio dictum γίνεσθαι τοῖς μέναι τείχος ὄχρυν καὶ χερσάωμ. id est, Fit istis murus validus & vallum quoddā. Potest huc referri & ἀδάμαντοπιέδιλος κίων, quasi adamante reuinctam columnam dicas, pro firmissimo munimine, quo Pindarus vsus est.

*Grania bina gerit, & innumeros oculos.*

VERVSVS est hexameter Cratini ab Hephæstione



sione citatus ex Fabula cui titulus *παιό-  
πτα*, veluti cuncta inuuentes :

*Κράνικ διττὰ φέρει, ὁφθαλμοὶ δ' ἔκ ἀριθμο-  
ταί.* id est,

Crania bina, oculosque gerit numerum  
fugientes.

Qui competit in cordatum hominem &  
prouidum, magno ingenio præditum &  
intra sagacitate futura prospicientem. Du-  
ctum opinatur ab Argo, quem oculum  
totum nominat in Aulularia Plautus.

*Os duodecim salientium.*

*Δωδεκάκρηστον στόμα* quasi duodecim salien-  
tium os, prouerbiali figura extulit Iouannes  
Zezes, de homine lacte eloquentiæ fon-  
te manante, quod de Tito Liuiio dixit Hie-  
ronymus, sic enim ait :

*Οὐδὲ δωδεκάκρηστον ἔχομεν στόμα, καθάφησι  
ὁ κρητὶν.* id est,

Neque vero nobis est duodecim salientū  
os, uti Cratinus inquit.

Vfus ita est & Philostratus de Dionysio Mi-  
lesio loquens, quem nonnulli laudantes,  
*δωδεκάκρηστον στόμα*, duodecim scatebrarum  
os nominabant. Versus Cratini Comici  
hi sunt :

*Ἄναξ ἄπολλοι τῶν ἐπῶν τῶν ἑδύματων*

*Κἄν χῶσι πηγαὶ δωδεκάκρηστον στόμα,*

*Ἰλισσὸς ἐν φάεσσι, τί ἂν ἔποιμι.* id est,

Apollo, fontes verborum puri licet

Salientibus bis sex os occupet

Illius impleat fauces, quid eloquat?

Metaphora sumpta à fonte Callithoe A-  
theniensis, quem à duodecim salientium sca-  
bris *δωδεκάκρηστον* indito nomine vocatit  
Triginta tyranni, antea à nouena scaturig-  
ine per nouem tubulos manante *ἐπτάκρη-  
στος* etiam dictus : vnde nouis nuptis lau-  
dis aqua petebatur, puero gentili lauacrū  
gestante, quem ab officio *ἀγροφόρου* voca-  
bant, quem admodum scribunt Iulius Pol-  
lux libro tertio, & auctoritate Philostepha-  
ni Harpocraton : de quo fonte loqui etiā  
Virtutum lib. 8. c. 3. puto, vbi sic ait, Ibi  
(de Athenis sermo est) cum ex eiusmodi  
locis & fontibus in *ἄστυ* & ad portum Pi-  
razum ducti sunt salientes, è quibus bibit  
nemo, sed lanationibus & reliquis rebus  
viventur. Porro illud ipsum etiam quod  
sequitur : *Ἰλισσὸς ἐν φάεσσι*, id est, Illius  
in faucibus, prouerbii vicē obtinet, de eo,

qui locuplete rerum ac verborum scatebra  
affluit, quandoquidem *Ἰλισσὸς*, (sic enim  
potior lectio habet) id est, Illius Athenarū  
fluuius limpidus admodum celebratur,  
in cuius ripis Orithyam à Borea raptam  
fabulantur, & quem Musis, quas ab amnis  
nomine *ἰλισσιάδας* nominat, sacrum esse  
scribunt Pausanias, & Stephanus.

*Quasi Nauplius Capharæo rediens.*

*Ὡπὲρ ναυπλίου ἀπὸ τῆς καφάρως ἕκων, ἰ.*  
Quasi Nauplius Capharæo rediens.

De homine immani & horrificam speciem  
pserete, ita vsurpauit Dion Chrysostomus  
in Euboico : *μικρὸν δὲ δόμα, ὡπὲρ ὀίμαι τὸν  
ναυπλίου ζῶν ἀπὸ τοῦ καφάρως ἕκοντα.* id est,  
Metu propemodum corrigior, quasi, ut ar-  
bitramur, Nauplium suspectans à Capha-  
ræo redeuntem, loquitur de rustico vili pe-  
nula & auino vellere amico, qui extra ur-  
bis commercia turi abditus in secessu deli-  
tuerat. Nauplius Palamedis pater indignā  
filii necem grauissime ferens, cum vltionis  
repulsam in castris ad Troiam vltisset, ma-  
la varia excogitauit aduersum Græcos, stu-  
pris excidiisq; regnorum filii morte vltus,  
classem Troia capta reducem in Capharæo  
asperriimo Euboicæ monte excitata pyra, in  
litus scopulosum & naufragum pellexit :  
ex quo facto diritas hominis facile eluceet  
qui tot hominum millibus innocentiū au-  
ctor mortis exstitit. Ammianus libro 22.  
Capharæus Euboicus scopulus, vbi Nau-  
plius Palamidis classem concidit Argiū.  
Citat Sophoclis versiculum Aristides :

*Ρέας ναυπλίου πάγας ὑποπύρες.* id est,

Quot Nauplii ignitas tendiculas.

*Tela araneæ.*

*Ἰσὸς ἀράχνης*, id est, Araneæ tela, pro re frivola  
& parui momenti, prouerbialiter acci-  
pitur apud Theodoretum Cyri episcopū  
lib. de prouidentia sexto : *τὴν ὑπ' αὐτῶν πλε-  
κωμὴν ἀκατηγόριαν, ἰσὸν ἀράχνης ἀποδείξωμι.*  
id est, Accusationem ab illis contextam, ara-  
neæ telam esse ostendamus, hoc est, nihilo  
fortiorem quam sit callis araneæ, inualidā  
nimirum & inanibus argumentis consu-  
tani. Fuit ergo rationes & infirmas. *ἰσὸς  
ἀράχνης*, id est, araneæ castes vocabimus ap-  
posite, quod eos quidquid illabitur facile  
discindat. Proclus Constantinopolitanus  
Episcopus : *πλέκοις συλλογιτῶς ἀράχνης  
ἀδυσίτης.*

ἀεινέσιος. id est, Texentes Syllogismos araneam telis fragiliores, & iterum: οὐτως ἔσαν ἀράχνης ὑφάλασσις οἱ ταῦτα λέγοιτες. i. Qui ista dicitant, reuera telam araneæ contexūt. Nazianzenus in carminibus:

Ἴσον ἀράχνης νήμασιν αἰὲν ἔχων. id est, Ducere arachneis staminibus similem.

Thales quoque Soloni legum latori dixisse memoratur, vanam operam ab illo infumi, ὅτι τοῖς ἀράχνης νήμασιν εἰσὶν ὁμοιοὶ οἱ νόμοι, &c. quonia' araneæ cassibus similes essent leges, quod a potentioribus soluantur.

*Amisit urbem, & pugionem recepit.*

Ἐβλίη ἀπολωλεκώς, τυρόκκιον ἔλαβεν. id est, Amisita urbe recepit pugionculum. Prouerbiū est in eum qui pro luculenta quam fecit iactura, exiguum quid reperat: veluti si negociator pro mercibus opulentis ad Indos spe diuitis lucri missis, vilem tegeticulam referat. Callippus, qui occiso per insidias Dione Syracusanum tyrannidem inuasit, non multo post quam imperium suscepit, ad occupandam Catanam vicinum oppidum profectus, urbis Syracusanæ imperio excidit: qua accepta calamitate, prouerbiale versiculum hunc exclamauit:

Ἐβλίη ἀπολωλεκώς, τυρόκκιον ἔλαβεν. id est, Pugionculum recepit, urbem perdidit.

Refertur à Plutarcho in vita Dionis. Est autem τὸ τυρόκκιον pugionculi siue cultelli genus scilpependis caseis comparatum, si vocis etymon spectemus πικρὰ τὸ κῦθον & τυρός.

*Nausclididis solitudo nec ver nec amicos.*

Ναυσκλειδίδης ἐρημία μήτε ἔαρ, μήτε φίλους ἔχει. id est,

Nausclididis solitudo neque ver, neque amicos habet, Dici prouerbiali specie autumo de homine cunctis vitæ præsidii atq; adiumentis destituito. Apparet natum à Nausclide quopiam qui secesserit solitariū in locum ob omni humano cultu alienum.

*Labra, non palatum rigat.*

Χάλα μὲν τ' ἐδίη, ὑπεριόν δ' ἔχεται. id est, Labra quidem rigat, ac nequit humectare palatum,

Extat apud Homerum Iliados 22. de Andromache, cui necem mariti Hectoris lugēti, ad pellendum ex animo mœrorem poculū oblatum erat, quod dolor non passus est

altius descēdere. Trahi pot̄ elegāter ad vsūm prouerbialē, qđ indicat ibi & Eustathius, in cū qui exiguum munusculum largitur, quod humectandis quodammodo labris cedat asperginis vice, nequeat tamen oris palatum imbuere, hoc est, vel animum explere, vel præsentī necessitatī mederi. Competet ēt non absurde in pollicitatorem strenuū qui verbis aureos tantum non montes pollicetur, diues nimirū promissis, quibus cor homini salire faciat, nihil tamen aut perparuum præster: est autem ὑπεριόν, aut, vt in manu scripto Eustathio scribitur, ὑπεριόν, oris cœlum conuexum, quod palatum vocantur.

*Embarus es.*

AD AGIVM istud non inficior annotatū esse ab aliis, attamen diuerso plane sensu & origine expōitum, neque enim de vecordi & deliro, sed e diuerso de callido atq; ingenioso dici obseruatum est. Refert namque Pausanias vel eo Eustathius in Bœotia, Embarum quendam ingenii dexteritate vel potius felici astutia sortem oraculi hoc pacto elusisse. Athenienses vsam, quæ in fauū Dianæ Munychiæ, a Munycho Pyraei regulo sic nuncupata, irruerunt, occiderunt (in Fauorini codice ἀνωρεθείσης seponē, ἢ ἀνωρεθείσης) animal illius numini sacrum: qđ factum consecuta mox fuit pestis, quantum demum cessaturam oraculo cecinit Apollo, si quis Dianæ filiam immolasset: itaq; Barus quidā siue Embarus, id se facturū cum Atheniensibus pepigit ea conditione, vt generi suo gentilium quodāmodo & hereditarium sacerdotiū deferrent, communi omnium consensu, quod & factū est: at ille vasto consilio gnata de more comptam velut victimam mactaturus, in adyto (quo præter sacerdotem accessus nulli patebat) abscondit, & capram filiz ornamentis indutam, illius loco, immolauit: Atque inde prouerbii occasio manauit, vt catum hominem & callido cōsilio aliis imponentem Embarū vocitaret. Conuenit prorsus cū adagio, Thesalicum sophisma, quod simili de causa natum est, nā Diotimo Thesalo (quem alii Aratū nominant) expeditionem suscepturo oraculū præceperat, vt caueret necubi hostes illum anteuertent opimioribus votis vsi: sic ille superare hostes prælio festinans, Apollini κρητὸν βίβω, ceu manium præsidii vel expeditio

M r a m n i a

nis auctori, persolutorum se voluit cœtumvirale sacrum, sed victoria potitus, & votiua sacra persolutorum, comperendinādo ita diē de die exemit, vt in plures annos votis suis illuserit, dicitans humanas victimas Deo nō conuenire, religioniq; omni repugnare. In hunc ferme modum scribunt Euripidis commentaria, in Phœnissas, in nomine solo discrepat Eustathius ex Paulania & Suida.

*Etiā e vite rubus nascitur.*

*Καὶ ἀμπέλκ βάτος φύεται.* id est, Etiā e vite rubus nascitur, Prouerbiū est quoties indicare volumus a nequam parētibus, bonæ frugis libetos; ex indocto magistro, discipulum eruditum: e stolidis, interdum cordatos nasci Gregorius Nazianzenus ex oratione Athanasio Alexandrino dicta: *φύεται δὲ ἀμπέλκ βάτος ἡκάστατε, καὶ ἰσθῆς τῶν μαθητῶν εἰς ὃ προσόχης.* id est, Auditis vero etiā e vite rubum orisi, & inter discipulos vnus extitit proditor ille iudas. Huic contrariū est quod de Eutherio dixit Marcellinus libro 16. qui Armenus natus gente truculentus & improba, iusti consilii plenus fuit, & cum spado esset, nihil effecerat eunuchorū moribus consonum habuit sic autem ait. Sed & inter vepres rosæ nascuntur, & inter feras non nullæ mitescunt. Innuens nullam tam barbare esse gentem & ab humanitate omni alienam, quin bonos aliquos producat, sic Scythia Anacharsin protulit insignem philosophum, Cappadocia improbitate morum infamis Basilium illum vere magnum, Gregorium Nazianzenū, & Arctam Capadocem cuius in Apocalipsin extat commentarius, aliosq; præclaros scriptores dedit.

*Fronti ocream, tibiæ galeam applicat.*

*Ἐν τῷ πρῶστῳ ὀμνία σὺντ, & quæ in postremum locum referuari debent, primore in parte velut acie collocantur, & e diuerso, prorsus quod dici solet ἔστιρον πρόστῳρον.* vti licet adagio illo Lucianico in libello de errore in salutatione commisso: *ὡππερ ἐν ᾧ τῆς κνήμῃ τὸ καὶ τῷ σ, ἢ τῷ τῷ τῆ κίφρα λῆ τας κνήμῃδῳς ἐπιίστατο,* id est, Non aliter quam si quis tibiæ cassidem, aut capiti ocream adaret. & alibi: *τὸ πρῶτον ἔμπιστον, πρῶτον λεγέτω, ἢ ἔστῳ τῷ χη, τῷ τῷ τῷ με τῷ πῶ μὴ ἢ κνήμῃς, τῷ τῷ τῷ κνήμῃ δὲ οἰ κῶρῳς.* id est, Quod prius occurrit, prius dicatur, & si vnus ita se

rat, fronti ocrea, tibiæ galea applicetur, innuens vt quidq; in dicendo obuium est, ita nulla habita, ordinis ratione inserēdū esse.

*Musatum fauus.*

*Μυστῶν δὲ κῶλων ἀνθερίων,* id est, Fauus Musarum propitiarū, Dicitur non inuenisse de omnibus numeris absoluto & carminis elegantia nulli secundo poeta. Dicitur est poetæ cuiuspiā de Sophocle, vt refert Philostratus Iunior in Iconibus, quamquā ibi corrupta voce ἀνθῶνον legitur. Constat autem Sophoclem ob carminis suauitatem μέλιπτα velut apem fuisse dictum, & νέαν σαρήνα. i. Sirenem nouam. Fauus melis dulcissimus est. Huc trahi potest illud Aristophanis: *μέλιπτα μῦθος, χαρίτων θύμα.* i. Apis Musarū, & Charitum delicæ, de erudito viro.

*Annum in mensem contrahis.*

*Ἐν ἰμπερίῳ ἰμπερίῳ, & quæ in republica omnem paginam, omnesq; partes sibi sumit, arbitrio statuens atq; immutans quidquid lubitum est, aptissime effertur senarius ille Philippidæ Comici quem in Demetrio citat Plutarchus:*

*Ὁ τὸς ἐνικυτὸν συντημῶν ἐς μὴν ἕνα.* id est, Annum integrum qui contraxit in mensem vnicum.

Natum a Stratocle Atheniensi qui Demetrio victori adulan decreto sanxit, vt Martium mensem, Nouembrem dici sciferent vt mysteria Iacchi, quæ hoc mense cum stantis nundinis celebrari solebant, Martio menseferent iam Nouembris agnomē adepto, in gratiam Demetrii. Qui ergo ordinem consuetum in rebus pro lubito commutat, scite dicitur, Annum in mensem contrahere. Videretur & non male quadrare posse in abbreviaturam, qui proluxe & ad fastidium vsque multis libris conscripta, in compendium contrahitur, quomodo operosam & præ longam Trogi Pompeii historiam in epitomen concinnam redegit Iustinus.

*Neronianas thermas refrigerat.*

*Ἐν ἰνυλσο ἰνυλσο, & quæ in quo nihil est venustatis, nihil Mercurialis salis, dicitur eleganter illud Epigrammatarii, Neronianas refrigerat thermas, extat autem lib. 5. de Sabineo oratore inepto & frigido:*

*Si temperari balneum cupis feruens, Faustine, quod vix Iulianus intraret.*

*Rogo, lauetur hic rhetor Sabineus,*

*Neronianas*

Neronianas is refrigerat thermas.

Tertiū versum ex veruſto manuſcripto codice paullo aliter lego quā in impreſſis codicibus legitur. Apparet autē thermas Neronis ſeruēſſimas fuiſſe, quarū fornicum veſtigia adhuc hodie viſuntur Romæ prope ædem S. Euſtachii quarum mentio fit apud eundem libro 7.

Quid thermis melius Neronianas.

*Eſt modus matule.*

PROVERBIALIS eſt epigraphè e Satyris Me nippæis Varronis apud Nonium Marc. que admonet ſeruandum eſſe in poculi modū, neq; ad ſatietatem uſq; ingurgitandum. Vi tandum enim omni in re eſt, quidquid ni mium eſt. Hinc facete dictum fuit a Pretel lo quodam, qui interrogatus quidnam de Bæotiiſis ſentiret, reſpondit, quid aliud quā quod idem ſonarent dolia, ſi voce eſſent præ dita. Inſcriptio autem ita habet. Vario: Eſt modus matulæ, *πρό μέρους*, id eſt, de temu lencia: ſolet enim primo loco adagium aut diuerbium ponere, tum ſubiicere libri ar gumentum.

Muſæi pathichiffimi libelli,  
Qui certant Sybariticis libellis.

*Delphinum patina non capit.*

Οὐδὲ λικίνδελφίνα χωρεῖ, id eſt, Non capit Delphinum lanx eſcaria. Dictum fuit arro gans, Græci ſupercilii plenum, Amphicra tis Athenienſis rethoris, qui ſelenciam Ti granis regiam veniēs profugus, rogatus ab oppidanis vt oratoriæ artis profeſſionem il lic ſuſciperet, indignanter eos reiecit dicte tio haud dubii ſaſtus indice, *ὡς εἴθε λικίνου τοῦ δελφίνα χωρεῖν*, hoc eſt, quod neq; patina delphinum caperet, reſpiciens, eos velut indi gnos qui tanti oratoris vocem audirēt. Del phin piſcis cetaceus ac proinde magna mo le corporis, vt omne Cetaceorū genus, ma ior eſt, quam vt lance aut catino contineatur. Trāſferri poteſt ad ingeuium quod tene & exile altiffimorum myſteriorū & reconditarum diſciplinarum capax non eſt. Extar autem dictum ſuperius apud Plutar chum in Lucullo.

*Sol non inuidet veſpere.*

Ἡ λικὴ εἰσέρει μὴ φθονῶν. id eſt, Nō inuidet ſol veſpere: Qui aliquo in artificio præ ceteris excellit, nihil derogatum ſuz exiſtimatio ni putat, ſi tenuibus aliqd ex arte ſua acce-

dat lucelli: *εἴτα οἷα ἡλιον εἰσέρει φθονῶν, ἢ ὡς ἔλ λαν ἑυτῶ ἄτις ἐστὶν ἀστὴρ ἀλλοστὴν ἕρατῶ;* hoc eſt, Deinde exiſtinas ſolem veſperæ inuide re, aut illū curare ſi qua ſit alta ſtella i celo. Verba ſunt Philagri ſophiſte apud Phil. Ho merus ſolē exoriri dicit, at noui itidē ſtellas: *ἡ λικὴ δ' ἀνορθεσσει πτωῶν περικαλλέα λίμνη.* Exoritur Titan linquens maris humida ſtagua.

*Semel in laqueum vulpes.*

*Ἄπαξ ἐλάττην εἰς πόνυον.*

Vulpes ſemel laqueum ſubit.

Iambicus dimeter prouerbialis de aſtutis hominibus quos haud proclius eſt poſt pri mum errorem irrecitos tenere: ſemel ex per tus quantum opum hauriant lites quantumq; moleſtiarum pariant litium laqueos declinat, & cum piſcatore iſtus ſapit poſt limi nio Prudentis non eſt denuo eundem in la pidem pedem offendere. Coniugii turbas repetentem naufragio comparat Græcum epigramma, iam ſecundo pelagus tentati. Annotat Suidas etiam aliter efferri: *ἀλλ' ἢ καὶ αὐτὸς ἀλάττην* Non iterum vulpes, vt ſubau diatur *εἰς πόνυον* in laqueum.

*Pugna conſilia ſcindit.*

Μόχῃ ἐπιτιθέτω χάρις, id eſt. Conſilia abrūp te pugna. Hemiftichium prouerbiale, quo ſignificatur non ſolum in prælii conſuctu, vbi ad manus veſtingue ventum eſt, ſæpenu mero recte prouiſa conſilia turbari & inuicta reddi, verumetiam, in quouis contētio nis animi impetum & acrimoniam retundi atque hebeſcere. Actior in diſputādo alter catio ſæpius cōfundit ingenium, memoriā obliterat, & præcogitata argumentorum ar ma prius extorquet & manibus, induſtriāq; expektorat. Extar apud Heſychium.

*Megabyzi ſermones.*

Μεγαβύσιοι λόγοι. id eſt, Megabyſia dicta, pro uerbiali ſchemate dicuntur ſuperba & inſo lentius ac velut elato magnumq; ſpirante animo dicta, quaſi *μεγαφύσιοι*, cuiuſmodi Thraſonica apud Romanos aures vocitan tur. A Megabyzis ſatrapis regis Perſarū, in quo genere hominum ferocia plerumq; & impotens ſupercilium ſpectatur, nata pa ræmia. Megabyzi meminit non ſemel He rodotus. Sic Megaboccho vno appellat Cicero Pompeium haud vno inſolentiz ſingul aris conuitio, quod Bocchum A fricæ potētē rem regem faſtu tyrannico imitaretur.

*Quo curris potius quam ad ephēbum ?*

Ποῖ τρέχεις, ἢ ἐπὶ τὸν ἔφηβον; id est, Quo curris potius, quam ad ephēbum? De Apollonio Tyaeco dictum fuisse, prouerbiiq̄e honorem sortitum testatur Philostratus lib. i. cōmentar. de eius Philosophi vita, idq̄; ex oraculari responso, quo Aesculapius per flammam suam professus fuerat se gaudere sub Apollonit ephēbi testimonio valetudinem pristinam hominibus restituere, quæ fama illico ita passim apud Cilices finitimosq̄e populos inualuit, vt eos qui ad Aesculapiū voti causa, aut valetudinis ergo proficiscerentur, percontari soliti fuerint. ποῖ τρέχεις, ἢ ἐπὶ τὸν ἔφηβον, id est, Quo abis potius quam ad ephēbum? volentes innuere, nil opus esse peregrinationem suscipere, cū votis abunde sufficere possēt p̄scens Apollonius tū pubertatis annos ingressus. Libuit istud docere, quoniam alii dicat parum liquere, quid sibi velit Ciliciū istud adagiū. eoq̄; magis qd̄ existimet ab oraculo Apollinis, quo festinabatur vndiq̄e sumptū esse. Cur autem non similiter vt ille veterim, Quo properas, num ad ephēbum: nequis te meritatis me insimulet, ratio reddenda est, quod apud Græcos eā vim habeat coniunctio, vt vel comparatiui virtutem includat vel subaudiri dictionē μάλλον postulet, quomodo & postiuo gradui idem apud illos familiaris esse solet: id quod exemplo vno atq̄; altero conuinci possit. Homerus Iliad. primo: ἐβλόμ' ἐγὼ λαὸν σὸν ἐμμενα ἢ ἀπόλειθα. i. populum esse sospitem volo potius quam extingui.

*Mansum male reiicias.*

C I T A T Suidas ex Aristophanis Equitibus trochaicum hunc catalecticum vt prouerbiale:

Εἶδε φάβως ὄπισθε ἔυρες, ἀποβλάλεις τῷ ἐνθέσι. id est,

Mansum reiicias male, quod reperisti nō bene.

Ostendit idem, quadrare in eos quibus p̄ter expectationem facilliter & ex animi sententia aliquid succedit, eius enim hæc sunt verba: ἐπὶ τῶν παρὰ προσδοκίαν διδοκίμησάντων. nam laboribus aliquid acquirere, studium & propensam hominis voluntatem atque industriam testatur, ac temere inuenire fortuitum est nec industriæ laudē meret̄.

Quo loco Suidæ codex mendosus est, atque ita emaculandus, ἄτης αὐτὰ τε ἰεροῦτος γάμους ἔργον προκαίτης τε. Dictum est autē ab equitum cætu in Cleonem, qui rerum ad Pylum feliciter gestarum gloriam ad se trahens, in Prytæneo reipub. impendiis vt aleretur, obtinuerat. Competit ergo in eū qui facinus aliqd̄ nulla ingenii sagacitate aut prudentia peregit, sed temere, magnamq̄e laudis partē inde velut singularis industriæ testimonium querit:

Εἶδε φάβως ὄπισθε ἔυρες, ἀποβλάλεις τῷ ἐνθέσι. id est,

Reiicias vt māsum sic possis, vt es adeptus improbe.

*Lepus leonem tra hitis aureo laqueo.*

Ἐλεῖ λαγὸς λέων ταχρσίνω βρόχω. id est, Lepus leonem rethe ductat aurea.

Senarius est prouerbialis cuius in largitiones & munerum corruptelas vsus est. Natū dicitur iū a quodam lagophthalmo ( ita medici nominant eum qui palpebris hiantibus leporum more indormit ) qui principem datis muneribus corruerat.

*Proteruia ignominiam p̄cedit.*

Σωτηριβῆ προηγῆται ὕβρις. id est, Proteruia ruinam p̄cedit: qui integer est sceleris calamitosam ignominiam non incurrit neque capite aut fortunis oppugnatur iuxta vulgare dictum, qui non peccat, non luit in ære: culpa enim damnosa est. Meminit huius prouerbii Nazianzenus in eadem inuestiua: καὶ πρὸ μὲν σωτηριβῆς ἠγῆται ὕβρις, ἀπαρμύμια καλῶς φασί, πρὸ δὲ δόξης ταπεινώσις, ἢ ἵνα σαφέστερον εἴπω ὕβρις μὲν ἔπειτα σωτηριβῆ, ταπεινώσις δὲ ὑδρόξια. id est, P̄cedit ruinam proteruia, vt p̄clare loquitur p̄roemia, & gloriam humiliatio, aut clarius dicam, Proteruiam comitatur ruina, humiliationem gloria. Σωτηριβῆ capitis diminutio vocari potest iuriconsultorum vocabulo, enim alienius fortunæ & status affiguntur atterunturq̄;.

*Veniura per dioptram prospicis.*

D I cordato homine qui sagaciter odoratur & p̄uidet imminens periculum, apposite dicitur illud Pisidæ:

Ταῦτα πρὸ πολλῆ τῆ δίοπτραε σχεπέπας. i.

Hęc ante multo per dioptram prospicis.

Senarius est iambicus, Translatio petita ab instrumento geometrico quo explorant currium

turrium & propugnaculorum altitudinem librato per foramen cisu, quod Greci à perspiciedo διοπτῆρα & διοπτρεων vocat. Quisquis igitur propria industria rei euentum prælagit, Ingenii dioptra rerum exitum inspectare dicitur.

*C aprarum nomina.*

Αἰγῶν ὀνόματα, id est, Caprarum nomina: pro herbium effertur de re frivola & inutili, nā cum similes inter se capre sint, stulte operā collocat, qui illis nomina quibus dignoscantur imponit, quippe cum ista creati soleant in differentibus specie, discriminis gratia, quod in caprarum genere nullū est aut exiguum admodum. Qui ergo consimilium rerum colluuiem congerit, Caprarum nomina recensere illum dicē abimus. Refertur in Suidæ collectaneis.

*Rusticanus Oenomaus.*

Ἀρχαῖος Οἰνόμαχος, id est, Rualis Oenomaus proverbio dicitur qui magnos sibi spiritus sumit, & de preclara nobilitate aut insigni eruditione se iactat rusticis alioqui moribus & e plebe natus, aut proletraria doctrina imbutus. Demosthenes oratione de Corona utrumque ferme in Aeschine notat, quem patre seruo natum & subito oratorem factum in cessit, cum ille pro Tromate Atrometum velur impavidum, parentem suum præferret, & ἢ Empusa a spectri cuiusdam similitudine sit dicta, matrem, Glaucotheā, Nymphæ marinæ nomine vocitaret, deinde & Oenomaum Sophoclis tragediam malum histrionem male egisse Aeschinē insinuat. Proinde his verbis inuehitur in eū, τῆτο δὲ ἢ φύσιν κινῆσθαι ἀνθρώπων ἐστὶ, ἔδει ἐξέειχῆς γιγῆς πεποικῆς, ἔδει ἐλδύθειον, αὐτοτραγικὸς πῆθος, ἀρχαῖος οἰνόμαχος. id est, De tragica simia & rurali Oenomaus. Fuit autem Oenomaus Pisææ ditionis rex, Alxiomis, Pausania teste, filius, vel ut alii fabulantur, Martis ex Storope Atlantide, aut se-

cū dum alios ex Herpinna Afopi, patet Hippodamiz qui insigni crudelitate filiz procos non paucos interemit. Hefychius annotat Rusticanum Oenomaum a Demosthene dictum Aeschinem, eo quod vicatim pagos circumiret Sophoclis Oenomaum histrionico habitu actitans.

*Non propter pedis cum lyra discordiam.*

REPERTUR in Suidæ collectaneis proverbium in eos, qui aliam ob causam puniuntur, aut multa efficiuntur, quam ipsi existiment: Αλλ' ἢ διὰ τῆς ἐν τῷ ποδὶ πρὸς τὴν λύραν ἀμειρίαν, id est, At non propterea quod pes lyre haud responderit, aut si ita manibus non propter pedes a lyra dissonant, vsus est Plur. in lib. De inutili verecundia: καὶ τοὶ ἢ διὰ τῶν τῆς ποδὸς πρὸς τὴν λύραν ἀμειρίαν, ὡς πλάτων ἔλεγε, ἀλλὰ διὰ τῆς ποδῶν τὰ ὄμμα καὶ δίκαια πλάμμελεων. id est, tametsi non propter pedis à lyra discordiam, ut Plautus ait, sed propter quod in legum obseruatione & equitate peccetur. Illud vero obseruandum est discrimen esse in lectione, sed exiguum inter ἀμειρίαν errorem, & ἀμειρίαν immoderationem, quando videlicet rhythmi & modulati pulsus modum non obseruant & legem suam.

*Ventis & scriptura in aqua credere.*

Ἀνθρώπος πισθῆναι ἢ γεῦμασι τοῖς καὶ ὕδατος, id est, ventis credere & litteris in aqua descriptis: Proverbii vice dicitur vbi fluxum in aliquo fidem & lubricam notamus & perfidiā perstringimus. Nazianzenus ad Sophronium præfectum: ὡς αὐτοὺς εἶναι μᾶλλον πισθῆναι καὶ γεῦμασι τοῖς καὶ ὕδατος, ἢ ἀνθρώπων θημερίαι. id est, vt auræ potius fidendum sit & litteris aque inscriptis, quam mortalium rebus prosperis. Competet inconstantiam & malam fidem, hoc modo, Quod seminarū auribus committitur, auræ tesidere & scripturæ in aqua cogita.

*Annis cursum cogere.*

Βιάζεσθαι ῥοῦ ποταμοῦ, id est, Annis cursum inhibere, Proverbium dicitur de eo qui duram & difficilē rem aggreditur & quasi impossibilem: aut qui vitiis innutritū ad viā virtutis reuocare conatur, aut qui naturam inuitā atq; repugnantē alio cōpellit. Nazianzen. ad Eudoxiū Rhetorē: τὸ δὲ μὴ βιάζεσθαι ῥοῦ ποταμοῦ ἢ παρομίαι καὶ ὕδατος, ἢ ἰπποσύνην δ' ἰσθῶτα καὶ μὴ ἄδ' ἐν ἐβέλει δ' ποταμῶν. i. Pro-

M m 3 uerbium

verbum docet amnis alueum non esse sistendum, & poeta vult equitandi peritum non ca vere. Quo cuiusq; ducit ingenium, eo applicare se debet, male namque coactum ingenium respondit. Pulchre se habuit olim Atheniense ius, qua iuvenes prius quam pubertatis annos attingerent, ad officii delectum ducebatur, propositis publice artium omnium instrumentis, in eam namque artem erudiendi tradebantur, ad quam naturæ impulsu ferebantur propensus. Laudat & Fabius certum studiorum delectum facere, quod eo quo natura vocat duci ingenia consultum sit: neque enim feliciter succedit, quidquid extortum & inuita Minerua tentatur.

*Anima sicca sapientissima.*

*Ψυχὴ ξηρὰ σοφωτάτη*, id est, Anima sicca sapientissima, Adagium elegans ex obscuris Heracliti fontibus haustum, quo sobrietatis virtus commendatur, velut ingeniorum & industriæ parētis. Verba eius recitat Galenus in libello Quod corporis temperiei respondeant animi mores, atque exponit obiter: *Αὐγὴ ξηρὴ ψυχὴ σοφωτάτη*, id est, Aridus fulgor, mens sapientissima, vel aliter, Anima sicca iubar est sapientissimum, Dicitur est, inquit, Heracliti, quo innuere voluit siccitatem prudentiæ auctorem esse, siquidem astra cum fulgido iubare micent, pariterq; sint & arida, eximia prædita esse sapientia verisimile est. Hæc ille. Clemens Alexandrinus Pædagogii libro secundo, loquens qua ratione cuiusdam temulentiam animus red datur purus ab omni labe atque adeo luminis capax & perspicax etiam, subiungit: *αὐγὴ δὲ ψυχὴ ξηρὰ σοφωτάτη, καὶ ἀείψη, ταύτη δὲ καὶ ἐποπτικὴ, ἥ δὲ ἐστὶ κένυρος τοῖς ἐκ τῶ οὐκ ἀνεκθιμάσθω, νεφέλης δ' ἴκω σωματοπικίμην.* i. Iubar vero est anima sicca sapientissimum & præstantissimum, idemq; & perspicax, neque madescit vini halitu, in modum nebule crassescēs. Synesius lib. De insomniis, ubi dicit calorem & siccitatem esse quædam animæ vehicula, addit: *τὸ, τὲ αὐξήν ψυχὴ σοφὴ, τῆος ἔδεν ἄλλο τῶ κρακλείτω τείνον δὲ εἰσκαμιν, ἢ πικρὴ καὶ ὑγρὸν γενόμενον τοῖς χηκμοῖς τῆς γῆς ἐνδύεται ἔσπη φυσικῇ, φωλῶν καὶ ὠδῶν, ἀνίσταται τὴν κατάγειον χάραν.* id est, Illud vero, anima sicca sapiens, quod Heracliti dictum est, non alio tendere inuentio, quam quod anima opima & vuida si fiat, naturali

pondere in terræ cavernas demergatur, in subterranea loca detrusa. Quo in loco (ut in transcurso id admonemus) pro *αὐξήν* legendum celsius *αὐγὴ*, superiorum auctorum testimonio. Heracliti verba annotat Stobæus capite de temperantia: *Αὐγὴ δούτων μὲν ἐνδὴ, ἀγίται ὑπὸ παιδῶς ἀνηβῆσ φαλλομῖος, καὶ ἐπαίτων ὄκω βαύνην ὑγρὴν τὴν ψυχὴν ἔχωρ, αὐτὴ ψυχὴ σοφωτάτη. καὶ ἀείψη,* hoc est, Temulentus malefirmo gressu nutans ab impubere puero ducitur, ignarus quorsum ear, vuidā habens animam. Est vero sicca anima sapientissima & præstantissima. Vnde asseri potest duplex lectio: *αὐτὴ ψυχὴ σοφωτάτη.* i. Anima sicca sapientissima, & *αὐγὴ ξηρὴ ψυχὴ σοφωτάτη*, id est, Anima sicca iubar sapientissimum, eundem veraque sensum obtinens. Mens, cuius celestis est origo, & quam non male diuinæ aure particulam Flaccus nominat, multo cibo potioneq; madida, altum sapere non potest, neque ad celestium rerū contemplationem assurgere valet. Androcydus oratoris dictū memorabile refertur apud Clementem Alex. Strom. lib. 7. vinū & carnum sagina, robur quidem adiiciunt corpori, ac animum reddūt languidū. Tribuit Ioannes Philoponus Plotino diuinā, ut ipse ait, sententiam, qua dicit eos omnes qui saginando corpori indulgent, parum abesse quin arborecant, hoc est in plantarū naturam degenerent: cuius hæc sunt verba: *ὅσοι ἐμμανῶς κατὰ τὰς φρεντικὰς δυνάμεις ἐπιεργουοῖν, οὐτοκοῖσιν δὲ ἄσιν ἀποδεδρωμένω.* In eandem sententiā Eusebius apud Stobæū, Crapula corpus quidem opimum reddit, at vecordiam & stuporem conciliat, & rationem, quæ princeps animi pars est, obliterat. Nemo est adeo a sensu communi alienus, qui non libenter assentiatur illi diuergio vulgato, Pinguis venter non gignit sensum tenuem, aut illi senario Nazianzenī, *Νοῦς λεπτὸς ὄγκον ἐνδύκει γαστέρος.* id est,

*Thracia hirundo labijs instrepit.*

*Χείλῳ ἐπιβρέμει θρηκίκα χελιδὼν.* Labris immurmurat hirundo Thracia, De indocto & barbaro dicitur. Hirundo obstrepit auis est inepto garrim auribus molesta. Exstat apud Aristophanem diceriū de Cleophonte, *Ἐφ' οὐδὲ χείλῳ ἐπιβρέμει θρηκίκα χελιδὼν.* hoc est, Cuius labris hirundo Thracia instrepit. Aliter de Pericle dicitur est, eius labris insidere Suadam deam.

*Ignis*

*Ignis in vepribus.*

*Πῦρ ἐν ἀκάνθους*, i. Ignis in vepribus, De acti di-  
 sprutatore vsurpauit proverbialiter Nazian-  
 zenus, qui aduersariorum argumēta ignis  
 instar absumit: ita enim de Basilio Magno  
 loquitur in Monodia: τοῖς δὲ γίνεται πύλε-  
 κως καὶ πῦρ τὴν πέτραν, ἢ πῦρ ἐν ἀκάνθους, ὃ φη-  
 σὶν ἢ θεῶν γρηφὴ, ἢ καὶ θείας ἀνάγκης ὡς οὐκ ἐφυγε-  
 νόθεος καὶ ὑβριστικὸς θεότητος. hoc est, Fit il-  
 lis bipennis cotem discindens, aut ignis in-  
 senticeto, iuxta scripturæ sacræ dictum ab-  
 sumens haud difficulter sacramenticijs quis-  
 quilias, deitatis violatores.

*Argi tumulus.*

*Ἀργυλάφος*, id est, Argi tumulus, proueria-  
 liter dicii locus periculosē alee plenus, aut  
 negotium difficile capitis discrimine obno-  
 xium. Origo sumpta ab accliu quodā colli-  
 culo, apud Argos copiosam olim & nobilē  
 Peloponnesi ciuitatem, quem πῶνα nomi-  
 nabāt vbi Danaus delectis iudicibus ex Ar-  
 giuorum Aegyptioyūq; primoribus, iu-  
 dicio stetit, causamq; dixit necis à filiabus  
 perpetratē in fratris hlios. Proditum enim  
 est memori Aegyptum necem filiorum. vl-  
 turum venisse Argos cum exercitu, & Da-  
 naū re cognita exspediuisse arma Argiuoq;  
 in prelium eduxisse, sed Lyncei interuentu  
 rem vsuæ compositam, negotiumq; dele-  
 ctis ex vtraque gente arbitris delegatum, cō-  
 stituto ei rei in edito tumulo tribunali: He-  
 cætes historicus negat Aegyptum Argos  
 appulisse, iudicii tamen locum in eo colle  
 extitisse non inficiatur. Meminit Euripi-  
 des in Oreste:

*Θέσσοντ' ἄγρην,*

*Ὁ δὲ κατὰ πρῶτον Δαναὸν Αἰγύπτωθ δίκας  
 Διδόντ' ἠέροισα λαδὸν ἔς κρινεὺς ἰδῆρας* id est,  
 Confpicor collum editum,  
 Vbi perhibēt primum Danaum Aegypto  
 necis

Causam ferentem, publica ad subsellia E-  
 gisse plebem.

Dinias historicus in rebus Argolicis memi-  
 nit loci in hanc sententiam. Confestim Me-  
 lacharim loci dominum & Cleometram sa-  
 xis obrutos interemerunt, cuius sepulcrum  
 etiam num hodie demonstrant in supremo  
 colliculi vertice, quem πῶνα nominant,  
 vbi Argiui solent ius dicere. Videtur memi-  
 nisse eiusdem loci & Euripides in Bellero-  
 phonte fabula, his verbis:

*Κωξιστὸν ὄχλον δ' ἀκακίδων ἐδραματῶν, i.  
 Circumque saxum, notum sedilibus Da-  
 naidum.*

*Vespertinum adamant, matutinum oderunt.*

**Α Δ Δ Υ C I T** ex Callimacho Cyreneo pro-  
 uerbiale versiculum Zetzes.

*Ἐσπέριον φιλέεισιν, ἄταρ ἑσπέρειν, ἴσων.* id est,  
 Vespertinum adamant, sed matutinum  
 odere.

Quem annotat dici in homines lubricam  
 in amicitia fidem seruantes, vacillantesque  
 & ad quamuis fortunæ aurulam sese verten-  
 tes. Nos in heredi petas conuenire putamus  
 qui senibus & aniculis palpantur, morti,  
 hoc est, occasui vicinis, quo sibi hereditaris  
 aliquid attrahant. Ab hoc dicto diuerfum  
 fuit Cn. Pompeii apophthegma dicentis:  
 Plures adorare solem orientem, quam occi-  
 dentem, quo innuere voluit plus esse spei  
 in iuvene, quam in defectæ ætatis senē.

*Byssina verba.*

*Βύσσινα ῥήματα*, id est, Byssina verba specie  
 prouerbiale dicuntur verba splendida & cū  
 auctoritate ac maiestate quadam prolata.  
 Plutarchus in apophthegmat: *παρύσσινα ἢ  
 κίβη καὶ ἀργαξίβη μὴ τῆρ κίβησι τὸν βασι-  
 λεὺς μέλλοντα μετὰ πέρητιας διακλιγῆσαι, βύσ-  
 σισσι: χρεῖσθαι ῥήμασι.* id est, Parysat. Cyzi &  
 Art. mater iussit eum qui libere cum rege  
 verba facturus esset, byssinis vti sermionib;  
 nam Christophorus Logolius homo doctis-  
 simus ex collatione veterum codicū in suo  
 Plutarcho hanclectionem manu sua anno-  
 tauerat: alioqui sermo est de rege cū popu-  
 laribus libere transacturo, si βασιλέα legas.  
 Exstatidem apud Herodotū. Byssina vestis  
 principatus auctoritatisq; primariæ symbo-  
 lū erat. Sophocles in Laocoonē fabula lo-  
 quens de Aenea patrē Anchisen succulante:

*Φάεις, ἐπ' ὤμων πικτέρ' ἔχων κεραιήν*

*Ναῖτε κατασάζοντα βύσσινον φάεις.* id est,  
 Adest, in humeris efferens dorso patrem  
 Sublime, pallium trahentem byssinum.

Et apud Aeschylum Antigone fratri pulue-  
 rem mortuo inspergit, quem byssinæ vestis  
 sinu exceperat: Græce est: *κίβη φέροσα βύσ-  
 σίνη πηλώματος.* Apud Ioseph. lib. 6. helli-  
 Iudaici, sacerdotes quorum magna erat au-  
 thoritas, byssinis vestibus amicti fuisse legū-  
 tur Apuleius lib. 11. Byssina quidem, sed flo-  
 ride depicta veste conspicuus. Aretas Cæsa-

M m m 4 ricens



ricus in Apocalypsin ait Byssum esse cor-  
ticem Indicæ plantæ, ad linum redactum.  
Plinius lino byssino secundam bonitatis  
palmam dat multiterum maxime deliciis.  
Pollux byssum lini speciem indici exponit,  
quod eligui fructu Ponticæ nucis assimili,  
in modum lanæ, carpitur.

*Charadri vitam vivit.*

*Χαραδρίας βίος*, id est, Charadrii vita prouer-  
biallyter dicitur de inexplibili gurgite, qui  
vit multam cibi porusque saginam inge-  
rit, ita mox eam deplere fatagit, cuiusmodi  
hominem *μισοσυνδροποχέσι* nominat Hip-  
ponax, he luonem infatiabilem, qui ven-  
trem faburrat identidem atque exinanit vt  
nouo onere eum inferiat. Plato in Gorgia,  
*χαραδρίας τινά αὐτὸν βίον λέγεις*. id est, Cha-  
radrii vitam iterum dicis. Id ait Socrates  
Callicli persuadens, felicem vitam in assiduo  
influxu esse positam. Charadrius auis,  
quam rupicem Gaza nominat simul & ede-  
re & deicere putatur, sic enim annotationes  
Græce, quas vidi in Georgiam, habent:  
*χαραδρίας, ὁ ὄρνις τις ὅς ἀμα τῷ ἰδίῳ ἰσχυρῶν.*  
Opinionis istius suffragatur & Olympiodo-  
rus Alexandrinus in eum Platonis locum:  
*ἢ ζῶν λέγει ὁ βίος καὶ οὐ βίος ἐκρίνει, ἢ αὐτὰ τὰ  
κοῖλα τῶν πτερῶν ἢ εἶχεται τὸ ὕδωρ καὶ ἀπο-  
βάλλει.* id est, aut de aui loquitur, quæ &  
vorat & euectigio excernit alui proluuicm:  
aut de rupicum cauernis, quæ affluentæ aqua-  
rum vim recipiunt pariter & deponunt. Quæ  
autem illorsum tendat Plat. oratio, verba  
Soc. proxime præcedentia liquide ostendunt:  
*ἐκὼν ἀνάγκη ἂν πολὺ ἐπιρῆν, πολὺ τὸ καὶ ἀ-  
πίον εἶναι, καὶ μεγάλ' ἄπειτὰ τμήματα εἶναι  
καὶς ἑκρούς*, hoc est, Necessè igitur est, si mul-  
tum affluat, multum etiam defluere, ipsaq;  
exitus ora patentibus quibusdam rimis de-  
hissero. Nihil vero commune habet istud  
prouerbiū cum ea Charadrii natura quæ  
præter Aristotelem & Euphronium refert  
Heliodorus Trecentis episcopus Aethiopi-  
carum rerum libro 3. quod videlicet ab au-  
tignosis virtus omne in serapiat atque cor-  
tiue fascini cuiusdam in modum, vnde in  
velatis caueis abscondere eam propolæ sole-  
bant, ne emptor ante contactum sentiret re-  
medium. Quo adulescens est ab Hipponacti  
eo versu, qui sic e mendacis venit in Suida:  
*Καὶ μιν κελύπτει, μὴν χαραδρὸν περιέει, ἢ  
Illum recondit: Num Charadriū vendens;*

*Facilius quam Oreum deuicerim Bæotii.*

*Ἐὶ οὐκ ἂν τὸ ἀγρὸν ὑπερβύσσω ὁ βιωτῶν*, id est, Ci-  
tius quam Oreum deuicerim Bæotii. Pro-  
uerbium dici admonet Suidas de iis qui li-  
mites suos transcendunt. Nos arbitramur  
esseri posse de expeditione celeriter conse-  
cta: vt etiam de re facta proclui. Oreon E-  
boiz urbem constat esse in Bæotiæ confiniiis,  
quam Bæoti noctu adorti in potestatem si-  
ne magna difficultate redegerunt, de iis nãq;  
Appollodori verba interpretanda existimo:  
apud Steph.

*Cuminum ferere.*

*Κύμιον σείρειν*, hoc est, Cuminum ferere di-  
citur prouerbio homo virulentæ linguæ,  
qui; effreni oris peculantia maledicis con-  
uitia diatq; seminat. Demetrius Phaleræus  
scribit Sophronem Mimographū eo vsu, *κύ-  
μιον ἔσπειρε*, id est. Cuminum seuit, Natū  
a natura herbæ, quam eiusmodi esse tradit  
naturalium rerū indagatores, vt lætius pro-  
uenire putetur, si maledicta adhibeantur, di-  
ctæque imprecationes, dum seritur: quod ne  
quis ceu ridiculum exhiberet, apponit Theo-  
phrastus doctissimi philosophi ex octauo de  
Plantarum historia lib. verba: *ἰδίον δὲ καὶ ὁ  
λέγεται κατὰ τούτο, φατὶ γὰρ εἶναι καταρῆδ' αὐτῶ  
καὶ βλασφημῆν σείροντας, εἰ μέλλει καλὸν εἶσι-  
δαι καὶ πολὺ.* id est, Peculiare est quod de eo  
memorant, serunt namq; imprecationi-  
bus & maledictis opus esse, si qui serunt, il-  
lud copiosum pulchrumque prouenire ve-  
lit. Eadem naturæ lex est in ocymo quod  
iniuriis maledictisque terræ mandatum, se-  
cundius existimauit antiquitas, nō abuen-  
te & Plinio.

*Pallenicum tueri.*

*Γαλλικὸν βλέπειν* Pallenicum tueri diceban-  
tur qui magnos spiritus præferbant & ma-  
sculum animum. Varinus exponit *παλλιν-  
κὸν βλέπειν*, *ἂντι τῶ γενναῖον*, generosum ob-  
tuerit. Sumptum videtur a pugna qua oc-  
cubuerunt in Pallenæis agris Athenienses,  
Pisistrato ad tyrannidem aspirante, vel po-  
tius à consuetu quo Gigantes in Phlegre-  
is campis (Pallene autem Thraciæ vrbis vetus  
Phlegre nomen mutauit) decertasse cum  
diis fabulæ produnt: historiam ex Theago-  
ne ita memorat Stephanus, Phlegre incolæ  
gigantes

gigantes dicebatur, ad quos profectus Hercules, gentis proteritiam & immanitatem accusando, animos illorum efferauit in se, itaque correptis armis ad manus cum illis veniens, pro hospitali tessera bellum inferentes occidit. Contigit autem durante conflictu tonitrua & fulmina edi, inde nata fuit opinatur vulgi fabulæ locum dās, quod dii cum gigantibus debellarent ibi locorum. Eustath. Odyll. 9. *πάλληλον βλέπεν* dici annotat & *βαλλικόν* a Pallene quæ & Ballene Thraciæ oppido, & esse ænigma quod innuat inimicum etiam satis licere ferire: *χρειών είαι καὶ λίθους βάλλων τὸν ἐχθρόν.*

*Cosæ consilium.*

*Ἔξ κ' ὅσα λόγους γκ. Cosæ dicta dici inuenio, pro sano & salubri consilio. Fuit Cosas vir consultus & iustus, genere Pellenæus, est autem Atticæ oppidum Pellene, cuius oppidani bellum cum Salaminis gerentes, cū vicinas gentes in belli societatem aduocassent, inito cum illis pacto de partitione agrorum, prosiq; hostibus victores, vicini nos suos eluserunt, neque conuentis steterunt, illo inita rite cum ipsis pacta minime violanda, immo mordicus seruanda vigente: qua ex re orta paulo post peste, criminis eos pœnitere cepit, Cosæq; consiliū magnifice laudarunt. Dicit conueniet in societas fragos aut alioqui imprudentes, qui sanis consiliis non obtemperant, tales namque *γκ' ὅσα λόγους βδελύσσεται ἢ ἀποπτύειν*, Cosæ dicta nihil pensi facere aut despuere dicemus, refertur apud Suidam.*

*Inbe fæstū procliuia.*

*Τῶν θυμῶν τικέλ. δὲ γὰρ παρὰ κιντάρουσι.*  
Præcipito factu procliue, nec esse furentes Centauros inter te certum est, Versus est spondaicus, quo imperiosi hominis & duriora nobis imponentis libidinem castigabimus, sumptus ex Teleclide Atheniensis, versus autem finem prouerbii specie, torquere apte licebit in clamoros, quod in tempestiuis clamoribus pertinaciter causam obtinere volunt, immo pugnis interdum potius, quam æquitate, *γὰρ παρὰ κδὲ ταύροις εἶ*, neque vero inter Centauros versaris aut res tibi est.

*Exitæ callem.*

*Ἐκ πάτου*, Extra callem, Eustathius ostendit esse patetiam Odyll. 9. *πρὸς ἐκ πόδων*, procul e pedibus, vbi denunciabimus periculi viciniam esse cauendam. Translatum a fugitiorum periculo, quos intrita pedibus semita errantes facile herus deprehendere atque assequi possit, maiore opera & difficilius in deuis locis eos secuturus.

*Inferorum triacadas.*

*Ἰν* hominem plus æquo curiosum & recedita peruestigantem atque a communi hominum nouitia abstrusa cognoscere laborantem, illud competit: *τὰς ἐν ἄδ' ἑρκακάδας ἐπιζῆται*, Inferorum triacadas inquit aut scrutatur, *ἑρκακάδας* vocant tricesimum eiusque mensis diem vocabulo à Thalete milesio primum excogitato, si Laertio credimus, aliis *ἐπὶ καὶ νῆαν* vocitantibus, quem nos pridianam Calendarum facimus.

*Simulacrum pictum.*

*Δι* soccorde homine & nihil proficiente non inuenuste dixeris illud ex Aristophanis Ranis:

*Ἐγγραμμῆν εἰκὸν ἱστάνου.* Pictum simulacrum velut immobilem, quomodo verruceam statuam Plautus dixit: nec abluat hinc vernacula lingua stupidum nec quidquam promouentem hominem, ligueam statuam nuncupans. Laudat autem Aristophanes viriq; cordati esse dicit, ad felicem inclinare patientem potius quam picti simulacri in modum stare vnico indutum schemate, græce ita hæc: *μικακυλινδ' εἶν αὐτὸν αὐ εἰ πρὸς τὸν εὐ πρᾶπτοτα τῶν οὐ μᾶλλον, ἢ γγγραμμῆν εἰκὸν ἱστάνου λαβὸν ἑν γκίμα.* Huc pertinet illud Synesii ex libello de Dione αφωνότερον ἀνδρείωτος γινέσθω, hoc est, Euadere magis mutus, quam statuam.

*Tantalū philotesia.*

*Τῶν τάλῶ φιλοτησία*, Tantalū philotesia dicebatur peculum amicitie beneuolentiæque: aufpex, sed paulo grandius, quo plerumque a cena & sub somnum se inuitabant. Ferunt apud Indos morem fuisse ut maioribus oculis præbiterent cubitum ituri, pronis in phialas capitebus ad conciliandam amicitiam, eiusque peculi initiatorem Tantalum faciebant, is namque, Philostrato teste, *φιλικώκτος ἐν ἀθρώποις*, incredibili

credibiliter inter homines benevolentia liberalitateque præcæluisset creditur. Itaque cum amicitiam cum quoriam constare, aut iniuria susceptionem obliterare volentes, poculo eius auspiciam sancimus, dicemus, *Τὸν τάλῃ φιλοτιμία πρέδω*, Qui mox etiã nũ in tota ferme Germania durat, ut hospiti sint etiam cena, ingens phiala meracioris generosiorisq; vini plena, apponatur. Carpit ita men D. Clemens libro 2. prædæq. istos qui ceu in dolium ingerunt affatum vinum Philotelæ nomine, ἀσπίρην ἀμφοτέρῃ διαπύτιζοιτας ἀλλήλοις τὸν ἀκραιὸν φιλοτιμίας δόγματι.

*In astragalus nobilitas.*

*Ἐν τοῖς ἀστραγάλοις τὴν δὲ γέναν ἔχῃ*, In astragalus nobilitatem gerit, dicitur in hominẽ stemmata & summas maiorum imagines instantem, nullare alia quæ virtutem aut doctrinam commendet, spectabilem: Herodes Atticus sophista ad Bradeam leuitum suum dixisse legitur apud Philostratum libro secundo, sophistarum, cum ille magnifice creparet de generis sui antiquitate & nobilitate *ὅν τὴν δὲ γέναν, τοῖς ἀστραγάλοις ἔχῃς*, tua nobilitas in astragalus sita est. Solebant Romani generosiores in calceis lunulas, antiquitatis insignia, præferre, ut Plutarcho teste, Arcadam more qui se Luna prioris iactabant: & Philostratus in loco iã dicto, nobilitatis illud symbolum vocat: ἔμπροσθεν ἐπιφανέτηνον μνησθῆς (male namq; μνησθῆς illic legas) eburneum supertalare luniforme. Vnde Iuuenalis:

Appositam nigrae lunam subtexit alutæ.

Quo spectat & Martialis locus libro secundo, parum scite hæcenus scriptus: Non hesternam sedet innata lingua planta.

Vbi non hesternam vocat veterem & antiquata nobilitatis testem voce non temere mutata ex manuscripto.

*Marsye mors.*

De immani & supra modum crudeli necis genere, *μαρσὺς θάνατος*, hoc est, Marsyæ mors effertur, Eunapius de Hormisda Saporis Persarum regis filio natu maiore, qui ex venatu ad regiam regressus, cum cõuiuarum accumbentium nullus forte, vti ducerat, aduenienti assurrexisset, *ἠπειλάσῃ τὸν Μαρσὺς ἐπέειπεν αὐτοῖς ἐπιθήσαν*. id est, interminatus illis fuit marsyæ necem, qua-

re intellecta satrapæ communi cõsilio, post obitum patris, natu minorem fratrem regno præfecerunt, illo in caucam incluso ferreisque compedibus obuineto, qui postea ope vxoris lima præfectis vinculis ad Constantinum Magnum profugus euasit. Marsyas Hyagnidis filius, generi Phryx tibicen cum Apolline de artis præstantia contendisse dicitur, victusq; proteritæ pœnas victori dedisse, detracto membratim corio & arborei appensa. Vnde Nonius Panopolites in dyoniasticis de tibicine hoc loquens siccauit:

Cleneq; ex quo pœnas das impie victus,

Ludibrium vêtis pellis direpta mouetur. Hoc cruciatus inhumani genere obiisse Valerianum Romanorum Imperatorem à Persis captum memorat Agathius historix libro quarto, addit idem Saporem necis id genus visu miserabile primum excogitasse ex Orphei de Marsyæ supplicio historia adductum. Refert & Chostoen regem Nanchoragam profugum ita excruciasse, ut a ceruice ad imos vsque pedes cutis detraheretur inuersa, cum ipsis quoque genitalibus, & in vtris speciem vento in spirato difrenta, scopulo adfigeretur. Commemorat & Procopius rhetor belli Persici libro primo, Bassici corium deductum, instar vtris palea oppletum, ex altissima arbore fuisse suspensum. Et Ammia. Marcellinus libro 23. scribit eos cutes viuus hominibus detrhere particulatim vel solidis.

*Quem Cos non nutrit, illum nec*

*Aegyptus.*

PROVERBIUM esse non admodum vetustum ostendit Iliad. 14. Eustothius tale *ὃν δ' ἐπιψακῶς, ἐκείνῳ, ἔδ' ἄνυπτο*. Quem Cos nutrire non queat eundem neq; Aegyptus. Conuenient in eos, quibus plusquam mediocres fortunæ fastidio sunt, inuenias nõ nullos qui in rebus etiã lautis atque per amplis stomacho sunt nau seabundo, quos vix mare bonorum saturaret. Est autem Cos insula valde ferax, pecoris abundans, vnde illi & nomen est, Thracibus Con nominantibus ouem seu pecus.

*Hinnulus ne cum leone partiasur.*

QUOTIES cum ditioze pauper, cum potentioze inferior opibus, cum doctioze indoctus concreditur aut rem habet, quadra-

hic illud Criticæ, qui ex triginta Athenarū tyrannis vnus fuit: *μη κατ'ιασι λείον & υβρός εἶν μοίραν ἀρειο κριών*, Ne cum leone hinculus exilis carniū portionem fortite, Admonet principum potentiorūque libi dini concedendum esse, Referūtur eius verba a Platone in Charmide. Huic non dissimile est: *μη πρὸς λέοντα δομάς ἀψύμμι μάχης*. Conferre pugnam cum leone Cæptæ nolim.

*Quid delphino & boni comminet*

**D**e dissimilibus minimeque inter se consonis effertur, vt si quis imperitos & doctos confociet: *τι γὰρ δὴ δελφινὴν βόι φασὶ κοινόν;* Quid enim commune habent bos & delphinus: Apparet contortum fuisse in Syllam Romanorum Imperatorem cum occupatis Athenis, philosophos audiret homo a philosophia prorsus alienus. Refertur a Suida. Concordat cum illo: Quid graculo cum fidibus.

*Alba præcordia.*

*Ἀδύκας φρένας* hoc est, Alba præcordia habete, dicitur homo stolidi ingenii & insulsus, metaphora a coloris vitio, tracta si qui dem Aristoteli Albus color maxime emouet oculorum sensum vt inde emotæ mentis hominem ac bliteum, *ἀδύκοτον & ἀδύκας ἔχειν φρένας* dicant, ita Pindarus in Pythiis vsus est: *πίτομα γὰρ μὲν πάλιν ἄθμιον ἀδύκας πείσονται φρέσιν*. audio etenim ini quum Pelian albis vsus præcordiis. Interpres annotat metaphoram ab aquis translata, quæ quo minus profundæ sint, limpidiores & lucido quodam candore pellucidæ videntur, contra profundiores nigrescunt, vt ita *ἀδύκας φρένας τὰς ἐπιπολώσας*, superficialia quodam prudentia, haud profunda, prædicit Homero *μελαίνας φρένας* prudentiæ argumento nominante. Huc spectat quod Horatius Leuconoen vocat quendam Genethiacorum vanitatis fidem adhibentem non sine stoliditatis morfu, vt in eum locum olim annotauimus.

*De limine offendere.*

**D**e limine offendere dixit Tertullianus specie prouerbii, pro in ipso operis negotiū suscepti primordio peccare, vt sit idem quod illud Fabii Quintilianii, in portu impingere. vsus est in libro aduersus Valen-

tinianos, A manifesto ad occultum retorquerè, de limine offendere est.

*Lapitha.*

*Λαπίθης*, Lapitha false vocatur prouerbio homo fastuosus qui que vulgi animos commouere præsumit & in sui admirationem trahere, magnos sibi spiritus sumendo: *ὁ ἀρχιματίας, παρὰ τὸ ἔκ λαθὺς εἰς ὕπιν ἄγειν καὶ ἐπισροφῆν, οἷς πείθει τινὰς πειραυτολογχμῖνος*. sonat enim *λαπίθης* vocabuli etymon spectantibus, plebis persuasorem, quod de se iactandum magnopere gloriatur, sic enim annotatum est ab Eustathio Iliados quinto. Eo ferme sensu extulisse videtur Plutarchus in libello quo Stoicos alienioria à cōmuni hominum existimatione inuexisse disputat, cum ait: *ὁ δὲ στωϊκὸς λαπίθης, ἀπέειξε ἀδύκομα τινὲς ὕλης ὑπ' αὐτῶν τὴν ἀπαδειάσκει καὶ ἀδύκωτος*, id est, Stoicus iste Lapitha fabricatus velut ex adamantina materia, impassibilitate quam ipsi inuexerunt. Porro Lapithæ heroicum genus fuere in Thessalia, Centauris perduelle, a Lapith Apollinis & Stilbes nymphæ filio ortum ducentes.

*Lyciniy & Lycinium fulmen.*

*Λικινίος*, Lici nios prouerbiali specie dici annotat Eustathius Odysseæ decimo octauo eos qui duris modis de se uiunt asperiusque animaduertunt in quempiam, *ὁ ἄγριος καὶ ἀλζομῆς*, eo modo quo Iri mendici, heluones Sardanapali, Crcæsi diuites dicuntur à Licinio quopiam: suspicamur autem *λικυμῖος* legendum vel certe *λικυνίος* quam lectionem etiam Callimachus olim approbavit, a Lycimnio incendiario qui multorum domos igne crudeliter corrupisse legitur. Quo spectat illud Aristoph. in auibus.

*Καταβαλέσσεος λικυμῖος βολῆς*, Telo Lycimnio ille te corruperit. Docuit Euripides Lycimnium fabulam vbi fulmine conflagrauit.

*Formicarum nidos inspirauit.*

**F**ORMICARUM nidos inspirare, quod elegantè vnica voce, *μαρμυράειν* effertur Græci, quasi Formicari dicas, prouerbio dicitur qui malum sibi imprudenter accersunt. Natum inde quod qui inspirant aut aperto ore loquuntur in formicarum antra seu cauernulas,

cauernulas, his lingua vlcere intumescit atque inflatur, cuius rei causam assignant venenatum aerem quo illarum antea imbuuntur et pastu serpentium: formicas namque mortuis anguibz vesci libenter, inter confessa habetur. Quid quod Draco ex esu formicarum & cantharidum, veneno distendi atque in rabiem agi putatur, vt Iliados vicelimo secundo annotat, Eustathius,

*Da panem & pugnum.*

Δὸς ἄρτον τυχόν καὶ κόδιον οὐκ ἔστιν ἀπὸ τῶ. id est,

Porriga, si possis panem, hinc obsonia pugnos.

Prouerbiu expressis verbis docet esse Eustathius Iliad. § quo significetur pugnos plagasq; illi deberi qui moderatis contentus esse nolit: Poterit etiam eius esse vsus quoties expectatione bonæ fortunæ, diuersa obtingit fors.

*Chius Contra loqui non finis.*

Χῖος παραστῆς κῶων οὐκ ἔστι λέγειν.

Hic Chius astans, non finit Cō loqui. Senarius prouerbialis e Strattidis Comici fabulis, Competet in tabulam verbosum qui multiloquio os prudentioris doctiorisq; obstruit, nec patitur verba pro se facere. Chiorum scurrilitas & illaudata leuitas ex auctoribus notissima est: at Coos insula magni nominis & decantatissim os viros permultos protulit. Nisi maus referte ad iactuum testerariorum utilitatem dignitatemq; in quibus χῖος vnionem canicularum vt designabat, infelix iactus, at κῶος leuonem, felicissimus omnium iactus.

*Citius quam gradatim.*

Θᾶπρον ἢ βᾶδην. Citius quam gradatim prouerbio dicunt Græci cum insignem celeritatem & propetandi studium significare volunt, Menander:

Τὸ δὴ λιγόμενον τῷτο θᾶπρον ἢ βᾶδην. Ocyssime id curabo, quod dici solet.

Porro quod addit, τὸ δὴ λιγόμενον, clarissime ostēdit prouerbiu fuisse, ne quis huc temere irrephisse existimet. Vtus eo est & Plutarchus in Fabio Maximo, αὐτὸς δ' ἐκείνος ἀποπνεύσας κατὰ τάχος, θᾶπρον ἢ βᾶδην πρὸς τὸν ἵον ἐπαχθεῖς. id est, Pater ipse ocysus descendens ab equo, concitato quam potuit maxime gressu ad filium appropre-

rans, siue ad verbum si mauis, citius quam gressum. Suidas ex incerto auctore: δ δὲ θᾶσσον ἢ βᾶδην τὴν τε κεφαλὴν ἐπισείων καὶ βαρβαρικῶς τινα ἐπιφθιγγόμενος ὅσα τῆς τῆς φωνῆς ἐν τῷ ἐπιτόνω καὶ τῆ βᾶδίσματος ἐν τῷ σισοβιμῆνι ἐκλάσαι ἐπασειῶν, id est, Ocyssime ille caput quassans, & barbarâ voce nonnulla locutus, quantum licuit coniectare tum ex vocis contentione, tum ex incessu insolentia, grauiâ minitabatur.

*In asini aures canere.*

Εἰς ὄνα ὠτὰ ἄδεν. In aures asino canere, dicitur prouerbialiter qui indocto recitat poema omnibus numeris absolutum, aut orationem in qua nihil reliquum fecerit rhetorica ars: aut si quis apud crassas & Musicas ignaras aures artem omnem ostentet Musicus. Meminit adagii Dion oratione trigesima secunda, eiusq; occasionem talem indicat. Aegypcio Musico insigni astas in somnis genius prædixisse visus erat, quâ in Asini aures cantaturus esset, quo neglecto somnio vt vano ac friuolo, accidit vt Syrorū rex Nemphin, qui venerat, ipsum accerseret, quod audisset a cunctis laudari summopere: accessit itaque & omni industria adhibita artis suæ præstantiam ostentare adnixus est, qui tacere ignominiose iussus a rege Musicis ignaro, recordatus somnii, hoc ipsum, inquit, est in aures asini canere: quibus verbis per interpretem intellectis, rex vinculum hominem affici verberibus iussit, vnde natum postea bellū. Græce est: τοῦτ' ἄρα ἔφη, τὸ εἰς ὄνα ὠτὰ ἄδεν.

*Alauda in nidolatet gramen.*

CITATYR à Cassiano Basso Scholiastico, librorum, qui de agricultura apud Græcos inscribuntur, collectore, adagium hoc:

Ἐν κορυθῷ κῶιτῆ σκολιῆ κέκρυπται ἀγρωστis. i.

Ramosum gramē nido occultat alaudæ. Quo licebit vti cum effugii aut subsidii spem ostētrabimus, veluti si potentior quispiam nos conetur opprimere, in legum & æqui præsidio fiduciam nobis repositā aut in vetusti iuris codicillis, in dicare volentes, prouerbiali hoc versu vtemur: vel si scriptorum auctoritate multiplici ac rationibus opugnati significemus, neque nos hac parte inermes esse, sed ad manum habere in expedito tela quibus nos defendamus: nimirum:

mirum: Εὐκροδῶδ' αἰτὴ σκολιὴ κέρυπται  
 ἄγρωσι, Solet autem alauda peculiari quo-  
 dam amuleto nidum suum lustrare imposi-  
 tis graminis ramulis, quædammodum aqui-  
 la callitricho, cornix vel benaca supina, tur-  
 dus myrto, lauro palumbes, vt Zoroastræ  
 magi auctoritate lib. decimo quinto γωπο-  
 τικῶν legitur.

*Alauda non est sine crista.*

Οὐδὲ κροδῶδ' ἀνδρ' ἀφ' ἑ, Nec alauda est  
 absq; crista, Prouerbio vtetur quoties si-  
 gnificabimus aliquem non carere, suis vi-  
 tiis, aut eximiam virtutem raramq; erudi-  
 tionem fere expositas esse inuidia: ita acce-  
 pit Eunapius Sardinus de Oribasio medi-  
 co loquens, qui ob insignem artis peritiam  
 magna inuidia apud multos inflagrauit,  
 eius hæc sunt verba: Οὐδὲ κροδῶδ' ἢ πα-  
 ρομίᾳ φασὶν ἀνδρ' ἀφ' ἑ, ἢ δὲ ὄρα βᾶσιος ἢ ἀνδρ'  
 φθόνῳ. id est, Neque sine crista (vt loquitur  
 prouerbum) est alauda, neque Oribasius  
 absq; inuidia fuit.

*Manu ignauus, mente presens.*

DE homine cordato, qui consilium in nu-  
 merato habet, non perinde manu strenuus,  
 prouerbiale est illud Timocreuntis Rho-  
 dii in suis epigrammatis:

Ὁ ξυμβυλάδην χίρ' ἀπο:νῆς δὲ παρᾶ.

Mens præcens, sed abest consilium ma-  
 nibus.

Refertur ab Hephestione grammatico.  
 Prudentia & ingenium, nisi manus famu-  
 latrices sortiantur, inutiliter satagunt: con-  
 tra robur, ingenii & moderatricis pruden-  
 tiæ expers, amens fertur, omnia cūfundens.  
 At vtraque si iungantur & in vnum cocāt,  
 inuictum reddunt, Eam ob causam Aegy-  
 ptii in Hieroglyphicis nautis Mercurium  
 iuuenili specie feni astantem pingebant in  
 nuere volentes doctum & sapientem, nisi  
 vires adsint, quæ gravis ætatis nomine desi-  
 gnantur, nihil agere, quasi alterum sine al-  
 tero inutile sit: Eadem de causa Sphinx  
 in tēplorum vestibulis collocata apud eos  
 fuisse legitur, sacrum symbolum combina-  
 tionis coniugiiq; harum virtutum, quan-  
 do per fere emigret robur, per hominis pru-  
 dentiam intelligi vellent: quæ coniunctæ,  
 murus sunt inexpugnabilis, & (quod dici  
 solet) Semiramidis mœnia: at dissociatæ pru-  
 dentia sine viribus, & vires sine prudentia,

mole sua cadunt. Præclarum est elogium  
 Mitridatis Pontici apud Velleium Pater-  
 culum, Consilii dux miles manu, & Dictis  
 Cretensis de Hectore testatur nunquam vi-  
 res consilio potiores fuisse, & Pacatus Dre-  
 panus Theodosio id tribuit, quod dux sit  
 consilio, miles exemplo, sic de Fauno Abori-  
 ginum rege dixit Halicarnif. libro 1. ἀνὴρ  
 μετὰ τῶ δ' ἄρα κείνῳ καὶ σιωπῆτος, vir pariter &  
 impiger & cordatus.

*Cerylus euadam.*

Βάλλε δὲ βάλλε, κέρυλος ἔην, facias licet, Cery-  
 lus euadam dictum illud vulgo iactari so-  
 lere apud Dores annotat Euphronius &  
 transcripsit Suidas, vsum tamē adagii neu-  
 ter explicat. Videtur autem salacium & li-  
 bidinosorum dictum fuisse, qui nullū mor-  
 tis genus deprecentur, modo in venere cu-  
 pita & in mediis amplexibus animam effla-  
 re liceat, in voluptate summum bonum sta-  
 tuentes, nam Cerylus (ita inter Alcedines  
 mas vocatur) in coitu intermori scribitur,  
 & senio defectus a semellis subuehialis. Nō  
 abludit ab adagio dictum Vespasiani in  
 quendam Cerylum libertū, ἐπὶ ἀποβαίνῃς  
 αὐτῆς ἔσσι κέρυλος. Postquam interieris, tur-  
 sum fies Cerylus.

*Melanurum Perca sequitur.*

CITATVR percaemia ab Athenæo libro  
 7. incerto auctore, ἐπιταί πέρι μελανύρα.  
 id est, Perca assequitur melanurum, Prouer-  
 bii vsus non indicat, videtur quadrare in  
 prudentes homines & callidos, qui alieno  
 periculo suis rebus cauent: aut ex vnus pa-  
 trocinio & sententia toti pendunt, vnum  
 obseruant. Natum ex ingenio vtriusque pi-  
 scis, Melanurus ex ingenio vtriusq; piscis,  
 Melanurus ex re nomen habens quod cauda  
 illi maculosa sit, imbecillus est (Oppia-  
 no teste) piscis, sed qui natiuum debilitatē  
 calliditate compensat, adeo vt nassas & re-  
 tum sinus facile eludat, vnde ait:

Ἐξοχα γὰρ μελανύρος ἐν ἰχθύσιν ἢ μὲν ἀναλκίς

ἢ δὲ σαοφροῦν. hoc est,

Inualidus mire, at prudenter callidus  
 idem

Squamosos inter pisces Melanurus.

Adagio viam aperit & Numenius in hali-  
 cutico opere, Perca ductorem Melanurum  
 vocans.

Ἐρεκαται καθηγητῶ μελανύρον.

Meminit huius piscis & Ouidius in ha-  
 licutici fragmēto, Quin laude insignis cauda

de Melanurus. Itaq; fallitur ille dū Melanurum sepiam Vertit, cura hi pisces nihil habeant cōmune, toto genere diuersi: nec minus, quod de improborum societate dici cōiectat, cum ex Numenii verbis liqueat Melanurū p̄cūiū Peccatorum agmini ducē se p̄bere, easq; vt tutiores sint, illum comitari.

*Omnes lapidem nidium adorantes.*

DE iis, qui temere & sine iudicio erga quosquis afficiuntur, elegans extat adagiū apud D. Clementem libro septimo Stromatum: *οὐ αὐτοὶ δ' ἴτοι πᾶν εὐχὸν καὶ πάτα λῆθον, τ' δὴ λεγόμενον, λιπαρὸν προσκυῶντες.* id est, illi ipsi quoduis lignum & quemlibet lapidē (quem admodum dici solet) politum adorantes, loquuntur de superstitionis hominibus, quorū mentes prauitatis erroribus imbutas, numinis metus ita penitus perculit, vt ad quemuis vel facis vel sulphuris aspectū illico inhorrescant. Transferetur venuste ad iudiciorum morositatem, inuenias enim quosdam ita sinistros eruditionis iudices, vt verbum & volubili lingua verborum aliquātime hinc inde confarcinantem, non minore admiratione quā virum ad miraculum vsq; doctum suspicant & tantum nō adocent: *πάντα λίθον λιπαρὸν προσκυῶντες.*

*Sanguis & anima.*

*Αἷμα καὶ ψυχὴ.* Sanguis & anima, prouerbii specie de re impenſe nobis grata & adamatā effertur, translaturā ab amantium rhoris quibus id in ore frequens est. Antiphanes comicus:

*Τ' ἀγγύγιον ἐστὶν αἷμα καὶ ψυχὴ θροσῶν.* id est, Argentum & anima & sanguis est mortalibus.

Citatur à Stobæo. Sanguis quia vehiculum & sedes est animæ, pro vita accipitur, qua nihil potest esse nobis dulcius.

*Postes transcendere.*

*Υ' πρὸς ἄθμιον πὸς ἄ ῥίπταν.* hoc est, Postes trāscendere, vel pedem iniicere transfultoniū, specie prouerbii vsurpatum inuenimus. p̄ incompositē & extra modum in aliquam rē inuehi, immodicēq; se gerere. Suidas ex auctore incerto: *ἔδ' ὑπερβάθμις πὸς ἄ ῥίπτων κατὰ τὸ λόγιον εἰς τὴν διοσίβειαν, ἀλλὰ μετέπειθε ῥίζων ἐαυτῶν τὴν ἡλιθίαν ἀξίαν, γνοσίω και καβαρῶ συνεδότι μεταξ ῥίζων τὰ πῶδ' ἔκ βίως.* hoc est haud nimis alic, velut transcendens post-

bus, iuxta prouerbium in religionem insulans, sed prescriptis sibi certis limitibus rati suæ congruis, cultum diuorum pura & sincera conscientia administrans. Vt fuit & Aristoteles alicubi & Aretas Cæsariensis episcopus in Apocalypseo explanatione, interpretēs vertit gradum limemq; excedere. Diuersum a superiori est *βαθμῶδ' ὑπερβάλλουσαι*, pro ordine & quasi per gradus ulterius pergere. Athenæus: *ἡπ' ἄ τῆς ἐν τῷ λέγειν διεξιότητος πρὸς τὰ ἐπόμενα τῆς βίβλου βαθμῶδ' ὑπερβαλλεται.* i. Gradatim ad ea quæ proxime sequuntur quodam dicendi sermone transit.

*Humeros licet perdas aquam incernendo.*

*Ἄν' ἀπολῆς ἔκ ὕδατος ὑδρωπέτειςσων, ὕδατος ὑδωρ μένω.* id est. Quamuis humeros perdas aquā incernendo, aqua tamen manet. Citat adagium Suidas in collectaneis suis, & annotat quadrare in eos qui vanum sumunt laborē. Credideri minus rectius cōpetere iu eum qui ingrato homini diligentem nauar operā, aut in p̄cepto em stupidi & indocilis discipuli. cui quicquid inculcatur, diffuit velut in dolium futile congesta aqua. Quamquam vero vulgari codices habent *πίσσω*, constanter tamen *πίσσω* legendum autu mamus, est enim *πίσσω* contusum hordeum pinsere cribroq; incernere, vnde & *πίσσω*, hoc est, p̄sillanæ vocabulum.

*Scotomata Dionysiaca.*

*Διονίσια σκόμματα.* id est, Dionysiaca scotomata, prouerbialiter dicuntur scurrilia cōuitia quibus mores hominum flagellantur & perstringuntur. Synesius in Dione Prusico: *καὶ μὴ βάλλονται σωρητὴν καὶ Ζηνῶν τῆς ἐκ Διονυσίων σκόμματα, καὶ ἔκ' αὐτῶν ἀξιοῦσι πάσας ἐλευθέρων γῆς καὶ θαλάσσης.* i. Nunc incessenti Socratem & Zenonem dilectis Dionysiis, eorumq; sectatores terra marique proſcribendos mandanti. Suidas ex incerto auctore: *ποτέμην βάλλον καὶ σκόπτων τοῖς ἐκ Διονυσίων σκόμμασι.* id est, Interdum conuictans & Dionysiis scomatibus debacchans. Natum a p̄zēnimia licentia Bacchanalium seriatū qui flagitiis & scurratum dicacitate perſtrebant.

*Bistons Mercurius.*

DE simulati ingenii homine dicitur, qui aliud

aliud coram in os, aliud auersus loquitur. Nazianzenus ad Nemesium: *Αμφιπρόσωπος Ερμῆς δὲ γλυφὸς οἶα. πρόσω τὸ μὲν, ἄλλο δ' ἔπιθεν.* Qualis Mercurius bifrons, aliud posstrinsecus. Hermelapidei ligneive cippi erant in biuitis triuuisq; erigi soliti, ad indicanda viarum ferentium discrimina. Vlpianus in Demosthenicam orationem quæ est aduersus Leptinem, Hermas istos quadrangulos fuisse annotat, suprema parte Mercurii faciem præferentes, inferius inscriptiones viarum ostendentes. Thucydides scholiastes in sexto scribit quadratos & cubi formes poni consueuisse, velut symbola quædam rationis & veritatis inconcussa. Alioqui & *τῆ κίφας* ἐρμῆς apud Etymologici auctorem Triceps Mercurius, viarū in dex latetur.

*Cum Musis certare.*

*Ἀμιλλᾶσαι ταῖς μούσους.* id est, Cum Musis certamen inire, dicitur prouerbialiter qui doctriam quam callet indubitata certitudine, causeq; bonitate confusus, cum doctissimo quoq; congruere & in disputationis palestra descendere non dubitavit. Galenus in fine libro primo, Therapeutice: methodi: *Ἀλλὰ κατὰ τὸν παλαιὸν ἀνελτικὸν ὡς ἴσθην, ἀμιλλᾶσθαι ἐν καὶ ταῖς μούσους.* Equidem antiquissimi tibicinis exemplo o Hieron, etiam cum Musis concertarim. De Thamyra Thrace sentit, ni fallimur, cui tamen peritæ suæ confidentia parum prospere cessit, orbitatis pœna victo inflicta, vide hoc loco recte *φιδόκαλον* eum vt ambitiosum vocat Galenus: Nō alieno hinc sensu *συκκορῶν ἰότης μούσους*, dixit Philon Iudæus litteratos viros, quasi qui cum Musis chorus ductitarint.

*Ilio indigna verba.*

*Ἰλιο* indigna verba dixit Euripides nō sine prouerbii specie, verba parum fortia & imbellem animum prudentia, sic enim apud illum loquitur Menelaus, suadens Helenæ vt vitæ suæ consulere, habita vtriusque salutis ratione:

*Ἀναδ' ἔ ἀρ' ἔπικς, ἰλιότ' ἔκ ἄξει.* id est, Imbelle verbum dixi, & haud dignum Ilio.

Fortia facinora in decenniali potentissima vrbis Troianæ obsidione a Græcis edita, veterum scriptis passim celebrantur.

*Ignem stipulæ admouere non iussum.*

PROVERBII faciem habet illud Nazianzeni: *Ἦν ἔγγυς κελκῆς, οὐκ ἀσφαλῆς.* id est, Ignem si admoueas stipulæ, res plena periculi.

Iuuentus male credit libidinum magistris: tenellæ ætati non tutus est vini vsus, quæ rudis illa ætas flammis exstuet inde ardentioribus, quam Actæi crateres.

*Durei equi speciem præfert.*

*Δυρεῖς τινὸς ἴππυ εἰκόνα σώζει.* Durei cuiusdā equi imaginem seruat, Dici potest de homine multitaris & diuersis inter se vitis obnoxio. Clemens libro secundo, Stromatum de Basilde loquens statuente passionis animi spiritus quosdam rationali animi annexos: *ἡ δὲ, ἰν' αὐτῷ, τὰ τὸ μόνον παρασχηματιστόν, ὡς δυρεῖς τινὸς ἴππυ κατὰ τὸν ποικιλικὸν μῦθον εἰκόνα σώζει ὁ κατὰ βασιλείδην ἄνθρωπος, ἐν ἐνὶ σώματι τοσοῦτων πνέματων διαφόρων στρατὸν ἐγκκολοποιητός.* hoc est, Id solum nunc obseruandum, quod Durei equi speciem quædam obtinet, iuxta poetarum fabulam, Basildæ, homo, vno in corpore tot diuersorum spirituum exercitum in alio inclusum habens. Dureo equo ligneo ab Ereo fabricato, multos Græcorum proceres fuisse inclusos, ex historia notum est.

*Agasōnem vincit.*

*Νικᾷ τὸν ἀγῶνατιν, ἰ. Αἰγῶνα νικᾷ.* Adagiū ostēdit esse Suidas in refractarium hoīem, qui monētis verbis obaudit, seq. in præsens discrimen aut exitum conicit. Originem adagiū nō demonstrat: ac proinde sine teste non ausum quidquam comminisci.

*Coturnicula animus.*

*Ὀρνυῖν ψυχὴν ἔχειν,* hoc est, Coturnicula animi habere: puerbio dicitur homo pusillanimus & formidolosus. Antiphanes Coturniculus in Rustico apud Athenæum: *Σὺ τί ποτεν δ' αὐτῶσσι δ' ὀρνυῖν ψυχὴν ἔχεις; ἰ. Tu quid, facere vales coturniculæ animo præditus?*

*Accessorium operis loco.*

*Παρίεργον ἔργον ποιᾶσαι,* id est, Accessorium in opus commutare dicuntur, qui plus collocat operæ in negotio leui, quodq; obiter in transcurso



transcurfu delibandum erat, quam in primario præcipuoq; instituit Galenus initio libro primo de naturalibus facultatibus ἐστὶ τούτους ἐκ τῆς ἀπόμοις ἐλίχχοιμι, μείζον ἂν μοι τὸ πάρεργον τῆς ἔργου γένοιτο, quod Thomas Linacer commode ita vertit: Ergo si ad hos resellendos digrediar, plus operæ in accessorio, quam in proposito sumam. Plauto. in epistol. ἵνα μὴ πάρεργα ὡς ἔργα μοι συμβῶν λιγομεία. id est, Ne accessoria, vice operum nominari mihi contingat. Polybius histor. οἱ δὲ πολλοὶ τὰ μὲν ἔργα τῶν δυνάστου των οὐ περὶ αὐτῶν μίμειδαι, τὰ δὲ πάρεργα ζηλοῦντες, ἐκ βιαστικῆς τῶν αὐτῶν ἀκαρσίαν. id est, Pleriq; homines facta magnanimum imitari negligent, at æmulando accessoria nihil ad rem facientia, suam ipsi produnt stultitiam. D. Clemens libro quinto ex Agathone Tragico, duos senarios adducit: ὁ πῶς μὴ τὸ τῆς τραγωδοποιῆς.

Ἀγάθωνος πάθωμεν καὶ αὐτοὶ,

Τὸ μὲν πάρεργον, ἔργον ὡς ἠγήμενοι,

Τὸ δ' ἔργον ὡς πάρεργον ἐκποιήμενοι, hoc est, Ne impigamus & nos in illud Tragici Agathonis

Operis loco ducentes accessorium:

Inq; opere satagentes vt accessorio.

Quos versus recitat & Athenæus libro quinto, Greg. Nazian. elegantissime eo vsus est in funebri oratione in Basilium dicta, de Saule loquens: βασιλεῖον ὄρετο μείζον τῆς ἔργου τὸ πάρεργον ἐμπορδυσάμενος id est, Saul paternos alinos inuestigans, regno potitur accessorium ipso instituto negotio maius nactus: Idem in carmine:

Ἐργον πάρεργον οὐδ' ἀμῶς ἔργον λέγω. id est,

Extrarium negotium, haud opus vocem.

Non otiosum fuerit huc adscribere Prioris Græci monachi dictum, qui interrogatus cur obambulando cibum fumeret respondit: ὅτι οὐ βούλομαι τῶ βρώματι ὡς ἔργου χρεῖσασθαι, ἀλλ' ὡς πάρεργου, id est, Quia nolo cibo vti tamquam opere, sed tamquam opere accessorio.

#### Achaicum telum.

Ἀχαϊκὸν βέλος, id est, Telum Achaicum dicitur telum habile & quod apte collineat. Coniecturam alicuius artificiosam & pulchre scopum attingentem, aut scomma adposite mores cuiuspiam perstringens, licet bit præmiace vocare βέλος ἀχαϊκόν, Cita-

tura Suida. Apparet autem fuisse telum funditoribus gentis Achaicæ peculiare, apertum cum primis in obsidione.

#### Herculis cornu.

Ἡρακλῆος κέρα, id est, Hercules cornu, de affluentia bonorum omnium proverbialiter dicitur apud Dionem Chryostomum oratione 2. de Fortuna ibi: τὰτο ἢν ἄρα καὶ χρυσού γένος, καὶ ἡτοιμακάρων πηδῆς αὐτομάτας ἔχουσαι τροφῆς, καὶ Ἡρακλῆος κέρα καὶ κυκλώπων βίος. id est, Istud ipsum fuit & auctum scellum, & fortunatæ dictæ infusæ sponte sua proferentes alimētorum genus omne, & Herculis cornu, & Cyclopum victus. Adagium merce idem cum Amalthææ cornu de cuius origine quia varia & auctoribus & proors diuersa prodi videmus, nō lusurum me operam putavi si instudioforum gratiam philologia hac accessione per me adiunaretur: vnde elucesceret ratio cur Hercules cornu dicatur. Helenius Acron & Porphyrius grammatici in illud Horatii Odarum lib. 1. Hinc tibi copia Manabit, ad plenum benigno Ruris honorum opulenta cornu, referunt adagii 'natalem ad cornu Fortunæ quod Acheloo detractū victor Hercules Fortunæ donasse perhibetur, de quo ita Dion Prusæus: οἱ δὲ τὰ κρηίτην γράφοιτες το τῆς ἀμαλθείας κέρα ἔδωσαν κέρα πλῆρες καὶ βέρον τῆς ὄρας, ὃ ἢ μάχῃ ἢ ἀκλῆς Ἀχελῶος ἀβέβηξε. id est, Qui veritati magis consona pingunt, dant Fortunæ cornu Amalthææ referunt omnigenis fructibus quod in cōslictu Acheloo defregit Hercules, subicit post, τὸ δὲ τῆς ἀμαλθείας (ita enim legi debet loco ἀμελείας, quæ vox incuriam denotat κέρα μῆνῃ τῶ πῶν ἀγαθῶν ὄδῃν τε καὶ δυνάμοιαν, hoc est, Amalthææ cornu indicat bonorum largitionem & felicitatem. Eustathius in commentarii Dionysii Africi paullo aliter fabulatur, Achelou videlicet pro lauo cornu per Hercule comminuto Amalthææ cornu numeris loco illi rependisse, cuius beneficio bonorum omnium affluentia videnti suppetebat: quam fabulam ita sanant quidam dicitates, Herculem cunctos vbius gentium mortales sibi beneficio deuincire volentem, cum intellexisset Achelou fluium errabundum flexibus magnam Aetoliæ partem lancinare, atque ita variis fossis, aggeribus, alucorūq; clicibus regioni iniurium, vim quodammodo

modo adhibuisse, & ad moderationem reuocasse superuacuos annis cursus eaq; cultura facierunt agrum reddidisse: qua ratione sinistrum fluminis cornu incompofitis sinuosisq; infractibus inutile atque incolis infructuosum, tractabile ac commodū præfiterit: Atq; ista esse Acheloi cornua exponunt, superatam & compresam amnis iniuriam, & repositam fecunditatem. Palesphatus narrat Hercule aliquando Theſpiis Bæotiz oppido commoratum fuisse, apud feminam liberalis forme, cui Amaltheæ nomen fuerit, proposito Iolai nepotis hospitio, quod cum iste iniquius ferret, cogitaretq; peculium omne quod in cornu bubulo illa asseruabat in vsum Herculis, si quid empitaret, furto auferre, factum est vt loci peregrinationis dicerent, Herculem habere cornu Amaltheæ, vnde promeret assuet ea omnia quæ ipsi forent vsui. Alii hanc ipsam Amaltheam animum faciunt ex mercimoniis opulentam, & quæ pieramq; peculii sortem e diuenditis mercibus contractâ, includere in cornu ab eius nomine nuncupatum consueuerit, quod quia pecuniis referretur Hercules abutulerit splendide inde victitans, prouerbialis sermo increbuit, ex Amaltheæ cornu cuncta bona Herculi suppetere. Fuerunt & qui aliam commeti sunt fabulam fuisse in Lybia ditiunculam supra modum feracem, forma loci bubulo cornu non abſimili a femina nomine Amalthea possessam, a cuius singulari fecunditate fructuum genus omne copiosissimo prouentu affluentis, natam patremq; originem autumat. Callimachi scholiastes Græcæ, amaltheam capram, quæ Ioui lac præbuerit, scribit ex altero cornu ambrosiam fundere, ex altero nectar, creditam fuisse. Theon Alexandrinus in Aratzis commentariis annotat Capram istam mulierem fuisse Arcadicam, Iouis nutricem, Iouemq; alumnū benefici memorem, nutricis mortuæ pellem complicatam sibi circumposuisse, ac inter astra retulisse, camq; esse Amaltheam, Parmeniscus ait Melisseo Crætz regi Alumnū fuisse datum Iouem infaetam, cuius filiz Dodonides cum lacte carerent, illum captâ geminos hædos enixam pbero adhibuisse, nomine Amaltheam, quæ cum educarit, eiusq; fecunditatem prouerbio locū dedidit. Musæus (hunc enim fabulæ auctore citant Hygius & Bassus Aratzi commen-

tarii auctor creditus) tradit Iouis nutrices Themidem & Amaltheæ nymphas ab Ope matre delectas fuisse, ac postremam Amaltheam in deliciis habuisse capram incredibili lactis copia scatentem, cuius ille vbera suserit. Diodorus Siculus Bibliothecz libro quarto refert Hammonem Libyæ partis regem virgini præfati forma Amaltheæ dictæ stuprum obtulisse, procreata ex ea sobole, ipsamq; propinquæ oræ præfecisse, quæ quod bonis cornu speciem imitaretur, occidū cornu nuncupata sit & Amaltheæ cornu, quod vineis & fructiferis omnis generis arboribus abundaret, posteris eam appellationem transferentibus ad optimam & primæ feracitatis terrâ. Hactenus de origine. Socrates (vt Ioannes Stobæus commemoat) Amaltheæ cornu dicebat esse Symbolum industriæ & sedulitatis, illinc enim omnia manare bona illi, qui μάθω, hoc est, ignauus & socors non pergat esse: Cornu namque bouis animalis laboriosissimi, operarium significare: vus & alios fructus quibus cornu scateat, indicare affluentiam bonorum ex agricultura prouentium: Cornu autem illud a bono Genio & Fortuna bonorum largitricæ, vt rimque sustineri volunt. Philemon Comicus per iocū Amaltheæ cornu pecuniam esse ait, cuius hi leguntur senarii:

Τὸ τῆς ἀμάλθειας δοκῆς ἐντι κέρως,  
 C... , ῥαφρασιν διγχεφός, κέρως βοός.

Ἀργυρίον ἐστὶ, τοῦτ' ἔσσ' ἔχης, λέγε,  
 Πρὸς τοῦτ' ὀβούλει, πάντα σοὶ γενήσεται. i.

Tunc illud esse cornu Amaltheæ pntas, Cuiusmodi pingit pictor, cornu bonis? Argentæa est moneta, quam qui possidet, Hinc copiose pro voris cuncta affluunt.

Phocylides agrum cornu Amaltheæ accipit quod ad victum necessaria & sustinendæ vitæ alemoniam suppeditet, eo versu: Ἀγρόν γάρ τ' ὀβούλει ἀμάλθειας κέρως ἐντι. Phocion Peripateticus librum scripsit multa variâq; historia refertū, inscripsit κέρως ἀμάλθειας, teste Gellio. Philostratus de Dionæ: Δίωνα τὸν περσιῶν, ἐκ οὗδ' ὄτι χερὶ προσεπαιν, διακτῶ ἐς πάντα ἀριτῶν, ἀπαλθειας γὰρ κέρως ἢ τὸ τῆ λόγος. id est, Dionem Prusium haud scio quo uimine compellabo, propter mirificam in omni genere præstantiam, erat enim iuxta prouerbium Amaltheæ cornu.

Lemnius obtinuit.

Λήμνον βλέπειν, id est, Lemnium obtineri,

N n n α α α

de truculento & quasi igneo aspectu prouerbialiter dici ostendit Eustathius Iliad. primo & exponit: *δανὸν καὶ πυρῶδες βλέπων*. Lemnit homines efferi & immanes ferebantur, qui natos sibi ex Atticis feminis liberos nefarie trucidarunt, teste Herodoto: unde & Lemnia manus pro, sanguinaria, & Lemniū malum, de insigni & ineuitabili malo natum est. Citatur ab Hesychio, addita caussa, quoniam, & Lemno inuentus sit ignis. Quid? quod primi ferrarias officinas, fabricatis exitio mortalium & ad cædes repertis telis, instituerunt, qua de caussa & Sintias a nocendi argumento nuncupati fuere.

*Cum Protogene mortuo bellum gerit.*

**B E L L U M** cum Protogene mortuo gere, prouerbiali figura dicitur qui in mortuo xum scripta inuehitur, mortuorum manes conuictus impetit, aut quomodo cunque. illis iniurius est. Exat apud Aul. Gellium libro 15. ca. ultimo. Demetrius Polior cetes cognomento dictus a solertia machinarum oppugnandis urbibus repertarum, Rhodū oblidens, incēdio statuerat abolere ædes extra urbem, in quibus asseruabatur pulcherrimi operis imago, a Protogene illustri pictore facta, quod eam hostili urbi inuide-ret re intellecta Rhodii legatos ad eū mittunt cum his verbis: Petimus, consideres, ne turpe tibi sit, quia non potueris bello Rhodios vincere, bellum cum Protogene mortuo gessisse. Huc spectat Philostrati Lēnii dictum quo Aelianum repercutit, qui accusationem cuiusdam retro tyranni scripserat. Laudarem, inquit, insitutum tuum si uiuum accusasses, uiuentem namque tyrannum inceslere, viri esse duco, at mortuo insultare cuiusuis: Græce ita sonat: *ἐννι γὰρ εἴ τι τὸ μὲν ζῶντα τὸν τύραννον ἐπικόπτει, ἀπέθνηξεν, τὸ δὲ ἐπικυβώσας ἐν κειμένῳ παντός*. Eodem sensu plancus fregit calumnias Asinii Pollionis, qui orationes meditabatur a morte Plāci edendas, ne respondere posset, dicitans, Cum mortuis non nisi laruas luctari, quod a Plinio in præfatione Naturalis Historiæ inscripta relatum est. In hanc sententiam trahi potest illud Epigramma Græcum:

*Βάλλεται μὲν μετὰ πότμον ἔμον δέ μιν, ὅτι καὶ κῆτε*

*Νεκρῶ σῶμα λείπεται ἐφ' ἑβρίχασιν λαγαῶν, i. Nunc post fata meum telis configite corpus,*  
Aude & exanimum lepus infestare leonem.

*Mercurij catena.*

*Ἐμμενικὴ σείρα*, id est, Mercurij catena, adagioli specie vsurpatur ab Eunapio Sardonio de inuictæ eloquentiæ homine, qui quo velit linguæ lenocinio auditores rapere & transducere possit. Sic enim ait: *ὁ δὲ πορφύριος ὁσπερ ἑρμαικίτης σείρα καὶ πρὸς ἀνθρώπους ἐπιβύσσασα διὰ ποιήσας πᾶντα ἐς τὸ ἐβγῶσον ἢ κατὰ ῥὴν ἐξήγγειλλεν*. i. ad Phorphyrius velut Mercurialis quædam catena ad mortales deurgens cuncta, clare pureque in lucem protulit, variæ doctrinæ beneficio. Notum est de Herculis Ogmii catena auribus hominum inserta, qua eos circumducebat, ex Luciani opusculo: Herculem vero eundem cum Mercurio existi-mauit religio Druidarum, & Aegyptiorum schola.

*Vs egeni, eruum.*

*Ὅπερ τῶν σίτης ἀπόροις, οἱ ὄραβοι*. i. Id quod in frumenti inopia, eruum: adaggi vsus erit cum significare volumus, boni consulenda esse qualiacumque; sicut deteriora, ubi non adsit meliorum copia. Gladium esus mortalibus fuit gratissimum, ante repertas & a triptolemo commostratas Cereales fruges. Solet autem vsuuenire famis, tempore, aut ubi frumentum deest, ut legumina que quis, viciam, lentem eruum, aliaque χέθροπα in vicium committit vulgus, ad placandam esurici iniuriam & sustentendam vitam, ubi cetera deficient necessaria. Philostratus in Nicete: *ἀλλ' ἀπορία γενιώων σοφιστῶν ἐπὶ σὸν ἄδυσαν τοῖς ἐφ' αὐτῶν ἑλλήσιν, ὅτι πρὸς τρῶσι τοῖς σίτης ἀπορῶσιν οἱ ὄραβοι*. id est, Inopia præcellentium doctorum, in pretio fuerunt habiti a Græcis ea tempestate, quemadmodum eruum magni sit apud illos qui frumento carent.

*Priusquam pinsueris, farinam subigis.*

*Ἐρίνῃ πίσσῃ, τὰ ἄλδρα, subaudi πάσσας, i. priusquam pinsueris, farinam subigis aut maceras,*

maceras. Dicitur in homines præposteros, qui peruerso ordine, quod potremo factū oportuit, primum omnium faciunt. Præpostere agit qui subigere tætar, priusquam triticum a glumis separaret & pinfatur. Eustathius in decimum sextum Odyssæ perperā legēs, *πρὶν ὀπτῆσαι*, quod sonat, Priusquam assaueris occasionem labendi dedit lectioñe eius secutis minus venustam minusq; explicitam. Simile isti adducit Suidas, & ex eo proculdubio Eustathius mutuatus tale Prouerbium: *πρὶν ἢ τῶν ἰχθῶν ἔλθῃν, σὺ τῶν ἄλλων κινῆς*, id est, Ante capros pisces maroagitas, aut salē aquæ mifces, Quod conuenit in præposteros homines, q. locuplete spe præcipiunt futuram adhuc victoriam.

*Nandum incuruam cervicem  
Iuppiter habet.*

Ex τ α τ inter Tirtzi poemata quæ ad maiorita ad bellicam virtutem Spartanz iuuentuti scripsit, proverbialis versus.

*Θαρεστ' ἐξπω δὲσ ἀνχέιν λοθὸν ἔχει.* id est, Animo constanter habete, Iuppiter haud enim colla retorta gerit. Quo vti licebit apud deictos animos & facile confter natos, quos in rebus duris durare se & confirmare admonebimus. Metaphora translata a supplicibus & depressa mente præditis, quos incurui cervicos Pacuuius vocat, quo spectant & versus de seruitute apud Philonem:

*Ὅποτε δ' ἄλκην κεφαλῇ δὴθῆκ πέφυκεν,  
Ἄλλ' αἰεὶ σκολιῇ ἀνχέιν λοθὸν ἔχει.* hoc est. Haud solitum est seruire caput se attollere rectum:

Semper at obliquum colla retorta gerit.

*Thmuisarum hircus.*

*Θημίται ἡρέως*, Thmuitarum hircus, de mulieroso homine, in quem adhinniunt quodammodo scorta, ad vini nutum parata, D. Clemens in Protreptico loquens de Apolline nobili in scellore, qui amicas multas habuerit, inter quas commemorantur, Aethusa, Arsinoe, Zeuxippe, Prothoe, Marpissa, & Hypsipyle, *ἐπιπλάτο γυναικῶν, ἢ ἀνδρῶν ἢ αἰῶν ὁ Θημίται ἡρέως*. i. Mulierculus ad satietatem se expleuit non paucioribus quam capris Thmuitarum hircus. Est autem Thmuis oppidum Aegypti

Stephano teste, Eusebius & Nicephorus Paulz meminerunt Thmuitarum episcopi viri sanctissimi. Nemini vero dubium est, singula Aegypti oppida peculiaria habuisse olim numina, animalia, quibus diunos faciebant honores, Tentyritz accipitrem, Cōbitz crocodilum, lupum Lycopolitani, canem Bubastii, ouem Saitz, capram & hircū Mendefit, hircum Thmuitz colebant, cui vt verisimile est, capras votiuas victimas & donaria sacca offerrebant affatim: Itaque gaueonem in signem aut notz samz mœchū pluribus abundare femini dicemus, quam olim capris Thmuitarum hircus.

*Ventos pascere.*

*Ἀνέμους ποιμαίναν.* id est, ventos pascere, hoc est instar ouium agere dicitur qui inanē sumit operam, nihil operæ pretii faciens, D. Clemens lib. 1. Stromatum. *ὅς δὲ ἐραθεύει ἐπὶ ψυδρείων, ἔτος ποιμαίνει ἀνέμους. καὶ δὴ ἴσκει δρῆνικα πτερωτά.* id est, Qui mendaciis innititur, is ventos pascit & volucres aues persequitur.

*Tenedia regula.*

*Τένειδος κέραμος*, id est, Tenedium fictile, Proverbiali schemate dicitur de re fragili, & in qua cōtractanda magna opus sit religione. Dion Chrysostomus oratione. 42. *χεῖρ' ὄν οὐδὲν παρέπληστον πεπύθασιν οἱ ἐμοὶ λόγοι τῶν κέραμων τῶν τενείδων, ἢ γὰρ ἐκείθιν πᾶς μὲν ὁ παραπλήσιον ἐμβάλλεται κέραμον, τῶν δὲ ὕγι διακομίζεσθαι ἐραδίως, ἀλλὰ πολλοὶ σκετῶν ποιηταί, ἢ συντηρίφουτες, ὅς τρεκα ἔχοντες χανθάνουσι αὐτῶν*. i. Idem propemodum meis orationibus accidit, quod fictilibus Tenediis: illuc enim qui præternavigant aduenæ omnes, manum fictilibus immittunt, nemo autem sere integrum perfert, sed plerique omnes ea vel atterendo, perfringunt, vel collidunt, ignorantestestacea sese tractare. Loquitur de suis scriptis, quæ cum omnibus in ore essent, multi libere de industria verba immutabant, vel ne memoriz lapsus proderent, vel etiam inuiti quibus nihil esset peculii, unde librum compararent, atque verbatim ediscerent. Transfert potest proverbium ad orationē aut carmē, in quibus qui immutare & liberiis trāspōnere verba conat, is facile impingit, vt aut orationis, vim eneruet, aut sanguinē deducat, aut cursum frangat.

Nnn 2 Anxietate

Anxietate summa & sollicita cura hic opus est, quod interdum unica syllaba immo littera momentum omne trahat.

*Agrestibus holerbis vititas.*

DE homine sordido qui suum defraudat genium, dictum est illud Pheretratis Comici, in fabula cui *ἀγρίεις* nomen, ἐν θρύσκαισι καὶ βρακκίοις καὶ εροβίοις ζῆν, ὅπου ταν δ' ἦδη πεινῶσι σφόδρα, ἀπὸ τῆς πολυπόδ' αἰς οὐκ τῶν περὶ τῶν ἐν τῶς τῆς δ' ἀκτύλας . id est, Agrestibus holufulis ac carduis viuere, cumq; vehementer esurierint, polyporum instar noctu digitos intus, arrodere. Apud Athenesum male legitur pro ἐν τῶς, ἐν τῶν & ἐρύσκαισι, pro θρύσκαις. Sunt autem θρύσκα & βρακκίνα teste Hesychio, ἄγρια λαχάνια, agrestia quaedam holera, εροβίοι vero cardui species. Potest etiam dici de homine egeno qui omnis subsidii expers ad inhumana edulia adigitur. Porro quoniam istiusmodi holera difficulter eluuntur, hinc Cratinus Comicus εὐνοβρακκίαν proverbialiter dixit, quod intellectu arduum est, & ingenio ægre confectum, quis possit.

*Leporem frondium crepitus terret.*

GREGORIUS Nazianzenus in Distichis sententiosus :

φύλλων λαγῶς ἐκφοβῶσιν οὐκ ὑποί, ἀνδρῶς δ' ἀπὸ τῆς αἰσίου τῶν πραγμάτων, id est,

Lepus fragore territur frondium, Vmbræq; rerum timidulos terrent viros. Arduus & infractus animus non commouetur rebus aduersis & resistente fortuna, neque periculi tempestas illum aut honoris aura unquam de suo cursu vel spe vel metu depellit.

*Æqualia reddere capita in pugna.*

NAZIANZENUS in funebri oratione Basilio Magno dicta, καὶ πῶς παρ' ἐμῶν ἔσπιν χαριζόμενος, ἴσας δ' ὀσμὴν τὰς κεφαλὰς, τὸ τῆς ἰσῆς κατέστρεψα. id est, Addito à me subsidii momento, equalia in conspectu capita, iuxta proverbium, ut essent effecti. Quadrabit enim quis disceptantibus arbiter datus, nunc hunc, nunc illum auxiliarius argumentis suppeditatis sustinet in æquilibrio quodam contentionis, nam parua accessio in tali pugna, ἐπιπρακτικὰ νικῶν. id est, victoriam alteri tuo declinantem tribuere potest. Locus vide

tur desumptus ex Homero Iliad. vndecimo, vbi Græci pariter & Troiani pari Marte depugnantes neutro alternante victoria ἴσας δ' ὀσμὴν κεφαλὰς ἔχον, hoc est, equalia in duello capita habebant.

*Bubulcus antea, nunc caprarius.*

Βότας μὲν ἐλέγδον, νῦν δ' ἀπὸ τῶν ἀδρι τοικῶν. id est, Caprigeni gregis ductor, paullo ante bubulcus.

Theocritus Idyllio primo. De iis qui in peius degenerant, ab equis, quod dicitur, ad asinos: vel qui personam sustinere nequeunt aut tueri, quam præ se ferunt, vel qui placidos mores in asperos commutant, humani prius & mites, nunc crudeles & efferati, denique ex Mitonibus Demeæ Natum videtur a bouum & caprarum ingenio, quod processu temporis bubulci caprariiq; in consuetudinem rapiunt, animantiumq; istorum mores imitantur. Boves vsunt placidi & mansueti ingenio, ita & eorum magistri: contra caprari salacitate & intracabili feritate capras emulari creduntur contagione in naturam abeunte.

*Æcolifare.*

Αἰολίζαν, pro circumscribere & decipere inter proverbiales voces a gentium moribus ductas, refertur eo quod Æcoles ut in posteres & fraudulenti traducebantur, quamquam & a variegatione efficta dicitur videri potest, id enim ὄμιλον significat, & mendacia verborum ludo variari solent, quemadmodum veritatis simplex est gratia. Hierocles Alexandrinus cuius in aurea Pythagoræ carmina scriptum extat, μὴ δ' ὀμιλίζῃ ταῦτα, id est, Neq; in his rebus imponas aut fraudem facias. Hinc apud Theocritum Αἰολικὸν τι θάμα, miraculum Æolicum legunt quiddam pro ἀτακτικὸν, ἐκπλακτικὸν καὶ ποικίλον, fraudulentum & varium.

*Cum Euandri matre loqui.*

PROVERBIALI specie dictum est illud ab Au. Gellio noctium Atticarum lib. 1. Tu autem perinde quasi cum Euandri matre nunc loquar, sermone abhinc multis annis iam desito vteris Hominem antiquariū, qui prius ætatis vocabulis obsoletis uti gaudet, & Apulceianæ dictionis delicias iam desitas, in vsum

in vsum reuocare frequens insistit, cum Euandri matre loqui non inuenuste dicimus, quo spectat Phaouorini philosophi admonitio ad adolescentem priscarum vocū cupidissimum, Inauditum atque insolens verbum tamquam scopulum esse fugiendum. Euandri vero Arcadis, qui ob fortuitam fratris eadem extorris patria in Latium descendit, ibiq; sedem firmavit, mater fuit Nicostrata proprio nomine, ab alii The-mis quoque dicta, Plutarchi testimonio, quoniam fatiloqua habebatur, vnde & à carminum oraculis Carmenta fuit appellata. Non abludit hinc illud apud eundē auctorem libro decimo sexto cap. 10. Ego vero dicere atque interpretari hoc debere, si ius Faunorum & Abhoriginum didicissem: quasi diceret, si vocabula vetera & primis Latii incolis vtitata didicissem. Aborigines autem ab Euandro Arcade litteras accepisse primum refert Cor. Tacitus. An-nalium libro 11. Aborigines ante reper-tum papyri vsum, existisse & scripturę loco incisis lignorum talcolis vfos fuisse cōstat, vnde Symmachi illud, Mallem Abori-ginum more dictionem salutis alterne li-guo corticibus scribere.

#### Alba linea.

ALBA linea fieri dicitur quod simpliciter fit, & absq; varietate quadā picturata. Au. Gellius lib. 20 cap. vlt. Multa & varia lecti-tantes in quas res cumq; inciderent alba (vt dicitur) linea, sine cura discriminis, so-lā copiā, sectati conuertebant: quo loco co-piam pro multitudine sola intelligimus, non autē pro variatione dictionis: Trans-latio à tabulis monochromatis, vbi nulla pigmentorū varietas oculos fatiare potest.

*Puteus, si hauriatur, melior enadit.*

APPARET prouerbiū esse vetus quo in Epistola ad Eustathium medicum vtitur Basilius: καὶ γὰρ τὰ φρέατα φασὶν ἀτλήμενα βετίω γίνεσθαι, Etenim putei (quod aiunt) si hauriantur, meliores euadunt. Ferrum si exeratit nitescit: aqua pigra si moueatur nihilo fit deterior, & ingenium adolescentis quo magis excolas exerceasq; hoc fit præstantius, vsum est & D. Clemens lib. 1. Στοιμ. τὰ φρέα τὰ ἐξουτλήμενα διηδίσθηρον ὑδωρ ἀναδίδωσι, καὶ τὸν σίδηρον ἢ χρῆσις καθὲρ εὐτερον φυλάσσει, id est, Puteus exhaustus

limpidiore reddit aquam, & ferrum vsum purius seruat. Philon Iudæus lib. De gigantibus: πολλὰκις δὲ καὶ πρὸς τὸ ἔμεινον ἐπιδίδωσιν, ὡσαύτε φασὶ τὰς ἀπαιτλήμενας πηγὰς, καὶ γὰρ ἐκείνας λόγῳ ἔχει τότε καλλῶ γλυκαίνιδω id est. Sæpe etiā melior enadit, quē admodum perhibent fontes, si hauriatur: hos etenim tunc dulcescere magis vul-garis opinio est.

#### Otus & Othus.

Ὠτός, id est, Oti dicitur prouerbii specie vecordes homines stulteq; gloriosi: χαυνοὶ καὶ κενὸς ὄσσοι, vt ex Aelio Dionysio annotat Eustathius ab auicula Oto, quam A sionē Latini nominant, quę gesticulabunda & ad laudes suas subsultabunda, eo modo ca-pitur. Idem Odyssæ. λ. ὠτῶς vocari dicit qui facile quauis in re circumueniunt, ac præcipue qui se patiūtur dictis facile pro-telari, argumētis quibusuis improvide as-sentientes, nihilq; curiosius expendētes, eius hæc sunt verba: οἱ ἐκ μόνης ἀκούεις ἀπειρε-γαν καὶ ἀνεξετάστως ἀπὸ πάντων πύχοντες. Auicula hanc stolidam esse facieq; decipi an-notat Etymolog. auctor, de qua ita Aristoteles, Otus uotuz similis, circa aures ala-rum quandam similitudinem præfert. Verū Othus pro fastuoso homine & qui gra-dus (vti Plautus loquitur) grandit, prou-erbialiter dici potest, aperiente huic rei viam Marcellino lib. 22. vbi inquit. Gran-diaq; incedens tamquam Othus & Ephialtes, quorum proceritatem Homerus in immensum tollit. Fabula de Ortho & Ephialte Aloci filiis ex Homeri Iliæ. 5. nota abū de est, qui maiora viribus aggressi, cælumq; aggestis temere montibus inuadere adorti, deiecti occubuerunt: fabulantur au-tem illos quolibet mense nouem digitis excreuisse, Heginio teste.

#### Celaturam olet.

Γλυφάριον ὄλεον. Scalprum aut cælum olere di-citur quod recenter fabricatum est. Theo-critus idylio primo de poculo tornato re-cenct: Νειοδύχης ἔτι γλυφάριον ποτόσσορον. Quod natum nuper redolet cælamina scal-pri. Transferri poterit ad librū recens ab aliquo conscriptum & è prælo profectum aut ad carmen nuperum quod sub incedē nōdum reuocarit auctor. Sic inducię quę non diu durauerant in bello nauali apud Aristopha. Acarn. ὄλεσι πίπτεις; Picē olent,

Nan 3 propter

propter triremium aliarumque nauium bellicum apparatusum , quæ pice illitz nuper ad belli prociuum paratz fuerant .

*In Pisa animum confirma.*

**QVOTIES** animum alicui addere volumus ad disceptationem, aut cum in contentionis studio, quod ἀγωνία Græci dicunt, ὁ firmare ne labasciat aut animo concidat, prouerbii huius vsus erit, quod apud Syne sium in Caluitii encomio exstat: τέρεσον ἐν πύσῃ, φασί, τῷ καρδίῳ. id est, in Pisa animum (quod aiunt) confirma. Vbi auctor ille ob caluitii deformitatem offensus, seipsum durat animatque, ne ea re commoueat. Solebant apud Pisam Elidos urbem quolibet lustro certamina, Olympia dicta, maximo Græciæ cōuentu celebrari, in quibus deceraturus ad gloriæ immortalitatem parandam, præsentem animum ac fortem sumere debebat .

*Cubitis adulescere.*

**Πύχεισι** ἀνθρώποις, id est, Cubitis adulescere aut incrementum capere prouerbiali tropo dicitur, qui in re quapiam aut arte magis & repentinis profectus facit . Eunapius Sardinianus de maxima loquens: πύχεισι δὲ ἐπὶ πόσων σοφῶν ἀνθρώπων. id est, Per cubitos ad omnigenam eruditionem prouectus, aut excrefcens. Ita diuitem repente ingentibus opibus ditatum : πύχεισι ἐπὶ πλάτων ἀμύχαν. id est, per cubitos in immensas opes adultum dicemus . Natum à Gigante quopiam, quem singulis mensibus cubito increuisse fabulæ loquuntur: quin & Antæum Libyæ in sexaginta cubitorum altitudinem excreuisse, vt veterum memoria prodidit scriptis Plutarchus in Sertorio. Ad hæc adagii formulam, efficta est etiam illa Philostrati in Iconibus: δωατῆς ἀποφανῆς καὶ τετραπύχης ἐκ μικρῶν. id est, Præualidos efficit & ex pusillis quadricubitos : & illa Cræteti Comici in Lamia: ἐπὶ τριπύχῃ θεπλικῶς τετυμμένα, i. Tricubitalia frustra carnis Thesalico more dissecta. Prodigiöse magnitudinis significationem habet & Philoxeni Cytherii gulosissimi votum apud Machonem Comicum, qui optauit τριῶν ἔχειν τὸν λαρυγγα πύχων, id est, guttur tres longum cubitos . Aristophanes quoque pro-

ceros designans, τετραπύχης, inquit ἡ γυνώϊς. id est, quadricubitos & strenuos. Citatur & hoc modo adagium, κατὰ πύχων ἐπιδιδύου, id est, Cubiti spatio increfcere. Suidas ex incerto, vt solet, auctore: ὁ δὲ φιλόσοφος ἀνεμπόδιος ἄς ἐπίδουσι διτελέσῃ, ἡ ἐπὶ δίδυα κατὰ πύχων, ὡς φαίνοι, ἀτεχνῶς ἀχειρτα πανικῶς δυσυχίματος. id est, Philosophus liberaliter erogare pecunias non destitit cre scebatque velut per cubitos ( vt ita dicam ) firmum illud propositum, donec repente in incredibilem calamitatem incidit .

*Non est cuius recte condire.*

Οὐ πρὸς πτοῦς ἐστὶν ἀρεῦσαι καλῶς. id est, Condire scite est hercle non cuiu sibi. Venustum adagium est Cratini Comici lepidissimi in Glaucio fabula, de rebus non vulgaribus, sed arduis atque operosis. Huic adagio obnoxii sunt quotquot scribunt carmen . nam si eruditus fuerit paullo, & ad popularium aures minus attemperatum, ita vt vulgi captum excedat, obscuritatis nomine damnatur illico, contra si leue sit & triuiale ac suberis instar superfluitas quodammodo, à doctioribus reicitur, ὡς ἐκ βρασματί καταβλητόν : vsque adeo Condire recte non cuiusuis est .

*Etiam mater & sorores .*

**QUANDO** citra discrimen aut exemptionem omnes promiscue indicare volumus, prouerbii huius vsus erit, Ἀλλὰ καὶ μήτηρ καὶ ἀδελφῶ, Etiam mater & sorores. Vt ut loco modo citato Synesius ostendens nominatim adagium esse, sic enim inquit, Ἀλλὰ καὶ μήτηρ, ἀλλὰ καὶ ἀδελφῶ, φασί, τῷ καλλῆτι νέμεσι τῶν ἀρρένων, id est, Imo etiam mater ac sorores (quod aiunt) virorum pulchritudini multum deferunt: volens innuere nullam tam sanctam, tam castam esse, quæ non formæ venustæ & egregiæ le nocinio trahatur, citra exceptionem, etiã si mater illa sit aut germana .

*Prisquam ignis lapis enatis.*

Πρὶν τὸν μῦθον ἀναφῆναι, Prisquam globus ignitus existat. Quando aliquid nunquam futurum significabimus, adagium conueniet, veluti si sempiternam accepti benefici memoriam pollicētes, numquam illius obliuionem nobis obrepturam dicamus :  
πεῖ

πρὶν ἢ τὸν μῦθον ἀναφῆναι, aut iuxta Callimachum μέχρ' εἰς Φωκίαν ἐν ἄλλ' ἑνὶ μῦθῳ, Donec Phocensium ignitus lapis in mari manserit, beneficii perpetuo memores fore. Natum à Phocensibus qui diris execrationibus defectores suæ classis persecuti, lapidem ignitum in altum mare proiecerunt, adhibitoque iuramento vouerunt nunquam in Phocida reuerti antequam è mari existeret ille lapis, Refertur his verbis ab Herodoto in Clío: *ἢ μῦθον σιδήρεον κατεπίπτωσαν, ἢ ὄμοσαν μὴ πρὶν ἐς Φωκίαν, ἔξεν, πρὶν ἢ τὸν μῦθον τῶτον ἀναφῆναι.* perstrinxit hoc versiculo Callimachus:

Φωκίαν μέχρ' εἰς κριμένη μέγας εἰν ἄλλ' ἑνὶ μῦθῳ. i.  
In pelago dum saxum ingens Phocense manebit.

Vfus est apposite Aristides in oratione in Romam panegyrica, vbi in fine ita precatur deos διδόντων τῷ ἀρχῆν τῷδε καὶ πόλιν τῷδε ἐάλλαν δι' αὐτῶν, καὶ μὴ πάνσεσθαι πρὶν ἢ τὸν μῦθον περιβαλάσσης πίσσοιεν, Dent Imperium hoc & hanc vibem florere semper in æuum, neque prius desinere, quàm igniti lapides in maris æquore supernent. Sophoclis interpretes annotat morem fuisse vt iuraturi ignitos lapides (quos μῦθ' εἰς vocant) tollerent, & fœdera tantisper durare votis exposceret, dum illi rursus apparerent, simulque cum dictis solere eas in altum pelagus porrigere, innuētes perpetuitatem pactorum. Huc spectauit Sophocles in Antigone:

Ἡ μὲν δ' εἰτοιμοῦν μῦθ' εἰς ἄρην χερῶν  
Καὶ πῦρ δ' ἔειπεν ἢ ἔτις δοκωμάτων. hoc est,  
Globos parati tollere igneos manu,  
Reptare per pyram. eurate cœlestes.

Hunc ritum attigit & Plutarchus in Aristide, δὲ ἄριστος ἄριστος μὲν τῆς ἑλληνικῆς καὶ ὄμοσαν ὑπὸ τῶν Αθηναίων μῦθ' εἰς ἐμβαλῶν ἐπὶ τῆς ἀρχῆς εἰς τὴν ἐλάσσαν. id est, Sacramento adigit Græcos in Atheniensium verba iurare, votisque nuncupatis ignitos lapides in mare porrexit. Adulisse videt huc Macedonius in Epigrammate:

Ὅμοσα τῷ δνοεράτω κόρην, τῆσιν ὄμοσα  
πίτρου

Μήποτε μελιχίοις ὄμοσαν εἰσδέσθαι. id est,  
Virginis ore feræ iuravi triplice saxo

Me placidis numquam velle tueri oculis:  
Suidas in dictione λίθ' εἰς, ritum iurandi ad lapidē apud Atheniensium receptum, auctoritate Philochori & Aristotelis, comprobat, ci-

tatūque locum Demosthenis ex oratione aduersus Cononem, πρὸς τὸν λίθον ἄγοντες καὶ ἔφοροντες, qui aliter legitur in vulgaris libris, qui habent βωμόν, id est, aram, non λίθον, id est, lapidem.

*Idem furvus, idem duxit trochus.*

Αὐτὸν κάμινος, αὐτὸς ἔλκωσε τροχός. id est.

Caminus idem duxit, atque eadem rota. Senarius proverbialis de iis qui similia efficiunt, testatibus Suida & Hesychio quofum ille citat duplicem lectionem: κάμινος ἢ τροχός, id est, fumus aut rota, hic vero mutilatum adferens adagium, prioribus tantum duabus vocibus constans, subiicit clarius petitam esse translationem à figurâ rota. Meo quidem iudicio & dictum fuisse & non sine gratia vsurpari posse videtur de consimilibus operibus, aut dicendi ratione conformi & congenere: vel etiam de duobus hominibus ingenio similibus aut improbitate paribus, &, quod dici solet, eodem in Ludo edoctis, tales namque:

Αὐτὸν κάμινος, αὐτὸς ἔλκωσε τροχός, quasi qui eodem in furno cocti sint, aut eadem rota currente efficti.

*Clavis in lingua.*

Ἄλλ' ἐστὶ κάμοικῆς ἐπιγλώσση φύλαξ.

In proverbii vsu cœsit illud Aeschyli:

Et nostra præfert lingua custodem clauē.

Quoties fidam silentii spem pollicemur. Citatur à D. Clemente Stromatum lib. 5. Conforme huic adagio est illud Sophoclis in Oedipo Colonzo: ἢ καὶ χερσεὶα κληῖς ἐπιγλώσση βέβαιον προσηόλων, id est, quorum aurea clavis linguam coercet initiatorum quod dixit propterea quod lingua veluti claud obferata sit ne reuelet mysteria. Non abludit hinc Aeschyli illud, πρὸς ταμείον ἐπὶ γλώσσας. id est, Fidū penū vel gratiarum linguæ. Huc spectat Lucianicus versiculus:

Ἀρρήτων ἐπέων γλώσσας σφραγὶς ἐπικεῖσθαι. i.  
Arcanum vt celet, claudēda est lingua sigillo.

Præceptum est Iamblichi Pythagoræi, γλώσσας πρὸ τῶν ἄλλων κράτει, εἰὸς ἐπιόμενος, id est, Linguam ante omnia contine, Dei exemplo. Diversum huic est illud apud Aeschylum in Persis: εἰδ' ἐπιγλώσση βροτοῖσι: Ἐν φλακῶς, id est, Neque amplius hominibus, lingua in custodia est, quasi

Nnn 4 dicat,



dicat, rem illam libere ab omnibus & palā dici citrà dissimulationem .

*Grossus maturus è sui ineptus.*

Ρέπαν έριός ές βρωσιν άχρεήθ ών άλλος έξήκει κέλης λόγος. id est, Maturus cum sis grossus esui ineptus, alios loquela tua grossus expositas. Exstat apud Sophoclem in Helenes Nuptiis, & citatur ab Eustathio Iliados vicesimo, vt proverbiale in hominem in doctum & inscium, qui se doctiores erudire presumat, versus suis noster integer leguntur in tercio apud Athenzum, hoc modo Ρέπαν δ' έριθ' άχρεήθ ών: Eris βρωσιν, άλλος έξήκει έν λόγος. id est, Maturus grossus esui ineptus, aliis verbo grossus excutis. Talem γέροντο δ' ιδέσκαλλον composita voce dixit in Satyris Varro, qua notatur arrogantis ingenii adolescens, qui supra ætatem plusquam senes sapere velit: quæ dicitio in duas perperam diffisa apud Nonium Marcellū legitur non vno in loco, Aldinis exemplaribus legētibz γέρονθ' ιδέσκαλλος, pro vnico γεροντιδ' ιδέσκαλλος, Est autē έριός agrestis ficus arboris fructus, grossūm vocant, qui frugiserz ficu appētās, pediculis ex ea in grossos emicātibus ( vt annotat Suidas) efficit vt perficiantur eius fructus .

*Verba sine penu & pecunia.*

IN ostētatores opum immodicos, cum nec araneus illis in arca sit, aut in crumena teruntium, & quorum verba res non sequitur, iuxta vulgi diciturium, conuenit illud Plauti ex Captiuis.

Quibus sunt verba sine penu & pecunia. Est autē elegans adlusio in vocibus cognatis penus & pecunia, illud in rebus ad vsum cōparatis, hoc in præsentibus opibus queritur.

*Terram ne legas nauigando .*

INTER Pythagorz symbola, dignitate adagiis simillima, huc ascribendum videret ab omnibus hactenus præteritum, Έπι γής μή πλεν. Nauigans terram ne radas. Quo inuenere voluit vestigalia similesque redempturas incertas & curarum tumultuumq; plenas, contemnere & abnuere nos debere. Sic enim exponit D. Clemens Stromatum lib. 5. his verbis: δ' αλοι δέ τὰ τέγνα κ' α' δ' μοι τών μωμάτων τεραχώδη κ' α' έξκατε έντα περ' α' έσθ' α' δ' α' εν: Monet etiam Horatius vt

cauti horrescamus nimium premere litus iniquum .

*Antica exclusum, postica recipere.*

Τη' αυλειώ αποκλειν, τη' δε παραθύρω εισάγειν, Per atrii seu vestibuli ostiū excludere, per posticum intrmittere competit adagiū vbi domum apertis verbis repudiatum cōnuenter admittimus: aut cum sententiæ aut opinioni, cui ex professo sumus refragati, dissimulanter assentimus atque subsecrībimus. Plutarchus Symposiacōn lib. 5. cap. 2. δ' έδ' α' μη δ' οκώμην τη' αυλειώ τ' ο' τυφον' αποκλειούτεις εισάγειν τη' παραθύρω μετα' πολλής άδ' α' φορίας. id est. Vereor ne factum priore ostio exclusum, postico intrmittere citra discrimen videamur . Similiter dixit Galenus lib. 2. De natural. facul. τη' κηπόια κατ' α' τών παρομιών άπεχωρέσκαμιν, Postico iuxta proverbium digressi sumus . Est autem anterior ædium ianua, Græcis αυλειθ', at postica quæ à via regia abscedit aut in hortum excurret, παραθύρωθ' à fallendi argumēto, & Κηπόια velut hortensis, denique etiā ψδδ' ο' έυρον dicta, qua voce præter Ammianum & Suetonium, vsus etiam est Cicero in Verrinis, Ea quemadmodum ad istum postea per pseudothyrum reuertatur, tabulis planum faciam . Posticum in ea significatione Horatio etiam notū est, ibi: Atria seruantem postico falle clientem.

*Tragici cothurni strepitus.*

TRAGICI cothurni strepitus ab Ammiano Marcellino vsurpat proverbialiter pro ostentatione & magnicrepa verborum iactantia: sic enim ait lib. 20. de Lupicino armorum magistro Bellicosum sane & castrensis rei peritū, sed superciliosa arrogantem vt cornua, de Tragici, quod aiunt cothurni strepitu. Vt autem Comicoꝝ proprius est soccus, ita Tragicorum cothurnus: ille vulgaria & plebeia tractat humili stylo: hic altisonus heroum regumque res & fortunas persequitur: vnde & pro sublimi & grãdiore genere accipitur, Virgilius in Bucolico carmine: Sola sophocleo tua carmina digna cothurno . Propertius poeta alicubi: Desine & Aeschyleo componere verba cothurno.

Horatius

Horatius odarum secundo ad Asinium Pollionem :  
 Grande munus Cecropio repetes co-  
 thurno.

Simile huic adagio est illud Theodoriti de Marco Arethuso : τὸ δὲ γιμάρεις δ' ἄρα μα τῆς αὐχλῆς καὶ σοφοκλέεις μεγαληγορίας δ' ἄρα τι, ἴν' ἀρίως τὰ ἐκάνης τραγωδῆσι σοσι πάβη. i. Marci factum Aeschyli & Sophoclis cothurno opus habet, vt dignis versibus Tragice describant ea quæ sit percellus.

*Sacrum ignem inflare illi nefas.*

**D** **I** improbo & sceleribus aperto dicitur illud : ὃ τὸ ἐρεῖν πῦρ καὶ ἐρεῖσι φυσῆσαι, id est, Cui sacrum ignem inflare nefas est. Timæus historicus scriptum reliquit, Demochari cuidam soli inter Athenienses non licuisse sacrum ignem ( qui in æde Veltæ asseruabatur ) inflare, quippe superiore corporis parte flagitiose impuro Duris Samius scribit Pytheam istud ipsum obiecit se Demostheni.

*Necque Phasis mala eluas.*

**M**ALORVM multitudinem ostendere volentes, quibus obuiam iri rectaq; ratione medicari non possit, apposite usurpabimus illos Sophoclis versus ex Oedipo tyranno.

Οἶμαι γὰρ ἂν τ' αἰσθρον ὄτε φάσιν ἂν  
 Νίψα καὶ κερμῶ τῶ δὲ τῶ γέγνη, ὄσα κλύ-  
 βει.

Nec Ister ipse ( quod reor ) nec eluat Phasis, malorum quidquid hæc celat domus.

Sunt autem nominatissimi fluvii & maximi, Ister Germanicæ & Phasis Colchidos, veterq; maximarum etiam nauium capax : ille prægrandibus septem ostiis in Euxinum se exonerat, hic Asiam ab Europa determinat, vnde ἄσις τῆμων Aeschylodicitur.

*Nihil hydropico succine.*

**D**IONYSIVS Lōginus in libello τῶ δὲ ὕψους adagium hoc vulgo vsitatum ostendit, ἃ δὲ γὰρ φασὶ ἐμεότερον ὕδρωπικῶ. hoc est, Nihil ( quod aiunt ) hydropico succine. Auarus quo plura habet, eo plura desiderat, tam enim illi deest quod habet, quam quod nō habet, vt inquit Seneca. Crescit indulgēs, sibi dir' hydrops, Nec sitim pellit, nisi caus.

sa morbi cesserit venis. Notum est de Heraclito philosopho, qui aqua intercure nisi sere affectus bubulo sterquilimo se obtulit, addens ἱπομβρίας δ' αἰδῶα. se opus habere pluuio madore, aut vt Philostratus refert lib. 1. de vita Apollonii δ' αἰδῶα τῆ πρῶσσι τ' ἐξ ἱπομβρίας αὐχμῶν, indigere se eo qui pro madore squalorem inducerent.

*Θαλλοφόρος.*

**Θ**αλλοφόρος, quasi ramigerum dicas, prouerbialiter dicitur teste Eustathio in Odyss. 17. homo ad omnia inutilis, nisi qui forte pascendo pecori in suggerendis surculis operam præstare foret idoneus. Natum à pompa Atheniensium, quam Panathenza vocabant, in qua senes emeriti oleaginos termites gestabant, testibus Philochoro & Xenophote. Meminit & Iuncus in lib. de senectute, ὄτε νύμ' αὐτὸς ἐκάνης κερροτῶ τῆ ἀθηνᾶ, ὡς φησὶ γνοφῶν ὁ φιλόσοφος, θαλλοφόρος. id est, Lex illos ipsos decernit Mineræ oleaginas virgulas deferre, vti testatur Xenophon. hinc est quod θαλλοφόρος ipsos senes nominat Aristophanes ceu ad obeūdia alia munera ineptos. Licebit itaque ciuilibus negotiis parum idoneum aut aliis quibuscunq; θαλλοφόρον appellare Comico sale.

*Fruētibus non stadiis certare.*

**Κ**ερποῖς ἢ σταδίοις ἐρίζαν, Fruētibus haud stadiis contendere, adagio dicitur, De loco exili quidem, sed frugifero, exiguis quidē spatii circumscripto, fructuum tamē prouentu longelætissimo. Antiphilus epigrammataris de Chio insula loquens.

Κερποῖς ἢ σταδίοισιν ἐρίζουεν,  
 Fruētibus, haud stadiis certamen ini-  
 mus.

Licebit nō male transferre ad librum non magna quidem mole, sed eruditionis ornifataz plenum, Cuiusmodi iudicium de Persii satyris tribuit Martialis eo disticho.

Sæpius in libro numeratur Persius vno, Quam leuis in tota Marsus Amazonide.

*In Ialemos adscribendus.*

Εἰς δὲ καλέμας ἰγγεκοπτιός, ἵτεχ Ialemos adscribendum

bendum dicimus qui inepre insulseque se gerit, Menander Comicus :

Όταν δ' έρωται το λυμν άφίλης, οχίται,  
Είς άκ Ιαλίμυς τε τ' έτοιγγράφι.

Audaciam cui dempseris amans, perit,  
Potestq; is inter Ialemos adscribier.

Ialemus homo mamēnus matriq̄e Calliopę dissimilimus fuisse perhibetur, nomen fortassis adeptus παρ' το τλώ ιαν άλλ. δου, ό ό εν τῷ ια άλλμιν, quomodo & κοάλε. μ, ως ό εν τῷ νοϊν άλλμιν, stolidus fatuus q̄e homo dicitur. Galenus lib. De p̄æmotione Ιαλίμυς ιατρεις insulos medicos vocat. Hermones rheto. παρ' έχω μνρία τοι άντα πρ' άμματα ζιτ' έσι π' άυτ' έ τοις Ιαλίμυς τ' έτος, Mirum quantum negotii exhibeat Ialemis istis hac de re fecitantib'.

Sunt qui Ialemum eundem esse cum Lino putant.

*Censorium supercilium.*

CENSORIVM supercilium prouerbialiter dixit Luc. Seneca in declamationibus, pro eximia grauitate, & tetrica seueritate : vbi ait, Affectabat enim censorium supercilium, cum alius animo esset, quamquam in nōnullis codicibus legatur ibi, faciebat, pro affectabat, & alias, pro alius, sed vtrumque male. Censores Romę erat magistratus quinquennalis, penes quos auctoritas maxima erat summumq̄e arbitrium animaduertendi in mores ciuium, nam & senatores loco mouere, trofulis, hoc est, equitibus equos adimere, plebeios infamia notare, illis licebat.

*Siphnia arra.*

Σίφνι άρ' έαβων, id est, Siphnius arrabo, Prouerbiū existat apud Helychium & Suidā, quo digitus infamis olim notabatur, à scđdis Siphniorum moribus, vnde natū adagium σίφνιάζεν quod alii notarunt, ita vt Siphniam arram ostēdere, idem ferme sit quod Martiali Medium & impudicum digitum ostēdere. Potest ita vocari & nummus aut arra quā stupri arbiter largitur. Meminit Eustathius in commentariis in Dionysium A sium άσχεχάλης σίφνις, id est, astragali Siphnii sed cum eius nullibi fiat mentio, arbitramur illum vitio codicum deceptum, loco άρ' έαβων legisse άσχεχάλη. Helychii codex emaculandus est, pro άδύμιοι legēdo δ' ιδ' άμιοι. Posset fortassis & pro ingenu magniq; pretii arrabone, σίφνι

ά' έαβων effertur, quod insulani isti olim opibus affluentissimi fuerint quamdiu sta to anni tempore decimas Delphico Apollini persoluerent, ex argenti fodinis Herodoto teste. Siphnus insula vna Cycladū fuit à Siphno Sunii filio nomen habens, vt Stephanus scribit, laudatissimis poculis celebris, vnde σίφνικα ποτήρια, id est, Siphnia pocula, eodem auctore dicta.

*Mugilis vitam degere.*

Κερέως βίον τρ' έβατ, Mugilis vitam agere dicitur, qui non habet quod edat, hoc est, esuriem & inedia patitur. Eubulus in fabula Naufiaca :

Ός νῶτε τε τ' ετ' ημεραν βαπτίζεται,

Νῆσιν πομ' ές κερέως τρ' έβατ βίον.

Qui nunc diem, si diis placet, quartum lauat Ieiunus improbi vitam mugilis agēs. Euphron Comicus. μίθ' ες δ' έ κερέως ές τι, νῆσις περιπατ' έ. Midas mugil est, ieiunus obambulatur. Amipsias Comicus ηπιον άν δ' εν νῆσις καθ' έπε κερέως άκολ' εθ' ές έμοι. P'aullo minus ieiunus tu mugilis in morem mihi famulabere. Alexis in Phryge fabula. Εγώ δ' έ κερέως νῆσις οικ' άσ' άποτρεχ' ω, Ego famelicus mugil accurro domum. Diphilus in Lemniis :

Όντοι δ' εδ' επνικάσιν, ό δ' έ ταλας έγώ

Κερέως άν έιν' ένικα ιν' έσις άκ' ερας.

Sumplere cęnam isti, ast ego interim miser

Inedia ob ingentem fieri cogor mugil. Citatur & Theopompo auctoritas κερέων νῆσις χορ' ες, Famelicus mugilum cętus, & apud Athenarum Hesperus cynicus exclamat, δ' ικ' εν κερέων ιν' ές β' ομ' εν. Esurimus mugilum instar. Mugil vero solus in genere piscium ieiunus siue famelicus audit, eo quod nulla capiatur esca animata, nō carne, non alia re quapiam vitali, vt ab Aristotele proditum est, aut piscium aliorum esca.

*Briareus, alias lepus.*

Βριάριος φαίνεται, άν λαγ' ες, Briareus apparere esse cum sit lepus. Competit in Thraconica iactantia feroces, qui de se magnifice rant deq̄e sua virtute, lepore timidiore, cum res postulat viros. Posidippus Comicus in Tripudiantibus :

Ξυκαγ' ες τ' ετ' ός τις άν έάρ' άκ' έχη

Φολιδ' άπ' όν' ή δ' έρακοντα σισιδ' άρομ' ενον,

Εφ' άκ' εν

Ἐφαίν Βριάρειος, ἂν τύχη δ' ἐστὶ λαγῶς.

Stipem meretum ductor iste Scammeco  
Thorace testus, aut dracone ferreo

Briareus videtur, si ferat res, est lepus.

Briareum centum manibus armavit fabula, Ioui auxiliarem à ceteris diis per insidias appetito, vnde ἐκατὸν τὰ χερσιν. Homerus centimanum Latini, & centumgeminum Virgilius vocant, nominis etymoto bustum & praxialidū significante, id enim est Βριάρειος, vnde & Βριάρου χερσιν manu validus. Meminit eius Homerus: Ὁν Βριάρειος ἰκκάλισσι θεοῖς, ἄνδρες δὲ τε πάντες Αἰγυπτίους. Lepore vero nihil esse meticulous fugacius, quæ ostendit & hyperbole prouerbialis, λαγὼ ἢ λαγῶς δ' ἀλλ' ἄλλοτερος, Lepore timidior. Nazianzenus in funebri oratione patris, publicanos ait Briarei manus pecuniis publicis immittere, innuens vnde cunque hamatis manibus diripere reipso. vestigalia, sic enim ait, τὰς Βριάρειω χείρῃς ἐπιβαλλόντας τοῖς δημοσίοις.

#### Lari vita.

Ἀέρες βίον ζῆν Lari vitam viuere, pro lucri gratia maria omnia obire nauigando prouerbii specie dixit Aelianus sophista in rusticis epistolis: ἐπιμακρίσει ἢ ἀέρες βίον ζῆν ἢ ἀνέμοις μάχεται διαφόροις. In vndis fluctuat, Lari quæ vitam degit cum ventis diuersis dimicans. Dici conueniet de mercatore qui augedi peculii gratia quouis terrarum nauigat, & ad extremos etiam Indos decurrit. Larus enim vorax aus è mari victum querit, aut lacubus quam Gaiam Latini nuncupant, & Matron Parodus Chærephontem parasitum laro assimilat famelicò, ob inexplicabilem voracitatē, sic enim ait: Πρωῦπτι λάρου δ' ἐπιβίτουως.

#### Carpathius testem.

Καρπάδιος τὸν μαρτυρεῖ, Carpathius testem, scilicet ἐπιγαγίνο, accessit, aut adduxit, Dicitur cum quis testem citat in suū ipsius malum & perniciem, veluti cum auctoris testimonium aut scripturæ locus quæ pro se adducit quispiam, diuersum sonat atque repugnat ipsius opinioni. Vsurpauit adagium Archilochus deflexum ab altero vulgatiore, Carpathius leporem. Est autem Carpatum insula à Coò, in quam importati aliunde lepores, in tantam copiam ex-

creuere, vt non frugibus tantum, sed & viribus erosus exitium attulerint.

#### Scaperdam trahere.

Σκαπέρθων prouerbialiter dici annotat Eustathius Iliad. ε, quidquid durum sit & difficile, ita enim sonant eius verba: τὰ δὲ χερσὶ πάντα σκαπέρθων ἐλέγον παροιμιακῶς, διὰ τὸ ἐπιποιον τῆς ὀκλῆς καὶ ἀιτοκλῆς. Natū à ludicro contentiones genere, quod ita describit idem auctor, & Hefychius, nec non & pollux Onomastici lib. 9. Collocatur in circo trabs humanam staturam altitudine exæquans, perforata, perforamentum traiecto fune, è cuius extremitate teligantur vtrinq; adolescentes duo aucti, qui valido nisu adurgentes alter alteri in sublimine attrahere satagunt, quo certaminis genere victoriæ reportat qui supremo stipiti alterum admoerit. Itaque à laborioso molimine attractionis & aduersarij retractionis σκαπέρθων è difficili & molestis pleno labore effertur vt σκαπέρθων ἐλάκην. id est, Scaperdam trahere dicitur, qui durum susceperit prouinciam.

#### Infans appensis pellibus non curatur.

ΤΑΤΙΑΝΟΣ Assyrius in oratione aduersus Græcos, εἰδὲ δ' ἐμνηστὸς σκνιδῶν ἐξαρήμισσι θεραπδόνται. Neque furiosus pellium appendicibus curatur. Quemadmodum ab infantis morbo non liberant coriacorum segmentorum pendigines, ita stoliditatē non auferunt doctor alia insignia nec ingenij vanitatem, habitus sacerdotalis. Eadem plene sententiam habet cum illo Plutarchi, Calceus podagra non liberat.

#### Pica Sirenem imitans.

Δὲ inepto imitatore dictum est illud à Galenolib. 2. depulsum differentis, ἀπίκτων σερένη μύμηνα. Pica Sirenis æmula. Doricum videtur esse prouerbium, quid enim consoni habet obstrepera pica, cum arguta Sirenum fabulosarum voce?

#### Ἀμφαζονδόν.

Ἀμφαζονδόν prouerbialiter dicitur, vt annotat Iliad. V. Eustathius, qui non recta via incedit, quod simili tropo exorbitare latine dicimus, nam ἀφόνος etiam orbitas significat, quas ἀματρεχίας Callimachus dixit. Sic Epicureos voluptatibus summum bo-

num

num metientes ἀμφαξίναι dicemus, quod Augustinus in libris de Civitate Dei, exorbitare ab itinere sapientiae & lege iustitiae. Quamquam & labare genibus ac succidere in celsu parum firmo ἀμφαξίναι significat Helychius & Pausanias in Rhetorico Lexico annotant, id quod accidit infirmis & inualido corpore nutantibus, aut quibus epigonatis, seu conchula genu munitis luxata est. Dicitur ergo non modo de iis qui à vulgata veritate opinionis recedunt, & longo vsu receptam à doctis sententiam fastidiunt, quomodo Cleanthes Samius olim, & nuper Copernicus, caelum stare, se demque telluris circumrotari asseuerarunt, praeter astronomorum omnium consensus verum etiam de iis qui instabili doctrina ad quemvis argumenti crepitem vacillant, atque in alienam sententiam manus dant.

*Fundo carens calix.*

ΚΙΤΑΤΥΡ ab Eustathio Iliados λ. senariu<sup>s</sup> proverbialis:

Α' πωδ' ἀκωτ' & τρεπίζητου κίλιε. id est, Fundo carens mentis non infertur calix. Non tamen expositus eius vsus, Apparet dicitur esse in profuse liberales, prodigosque, aut linguaces blaterones, qui verborum modum nesciant, quos à mensa communiōe, vitaeque confortio excludendos moneat. Quadriabit & in praegrande poculum, quod à mensa exulare possit, et homo sobrius. Est autem πωδ' ακωτ' idem quod πωδ' μω, vas alicuius fundus, quamquam Sophocles in Iphigenia πωδ' ακωτ' εἴφας pro capulo gladii extulerit, ut ex Pausaniae Lexico Eustath. & Helychius annotant. Porro senarius iste versus è Sophocles Triptolemo desumptus videtur, corrupteque; apud Etymologicum auctore legitur, & τρεπίζητου κίλιε. Citatur adagium & à Demetrio Phalereo hunc modum, ἀπ' ωδ' ἀκωτ' & τρεπίζητου κίλιε, ἀντί τ' εἰς ἀπνθρέε' & ἐπι, τρεπέζης κίλιε & τίθειαι. id est, ut verbum verbo exprimitam, Fundindigus mensari non solet calix: pro eo quod est, fundo carens calix, in mensa non apponitur.

*Alcinoi horti.*

Αλκινόεω κῆπος Alcinoi Hortus, Proverbia specie celebratur & Alcinoi pometum, apud Septimum Tertullianum lib. de pallio, Con-

situm & amœnum super Alcinoi pometum & Miez rosetum, quod alibi in libro de cotona militis sic extulit, Centenariis quoque rosis ex horto; Midæ lectis. Ut autem de loco deliciarum pleno dicitur, ita & tropice transferri poterit ad librum eruditum ac variae lectionis divitiis excultum, ut dicamus non Alcinoi hortos cultiores esse, quam sint huius aut illius commentarii. Notum est ex Homero Alcinoi Phœacum regis affluētissimos cultoresque; diligentissimam fuisse hortos. Iulianus ad Libanium κῆπον δὲ τῆς μὲν Αλκινόεω καταδ' εἰς ἑσπέρου, παρακλίσιον ἢ τῷ λαίρῃ. Hortuum imparem quidem Alcinoi pomario, sed tamen Laerte consimilem. Consimili ratione Alcinoi mensam dixit Gregorius Nazianzenus de oppipara & omni luxu genere referta:

Καὶ δ' ὄμον ἀγλήντα, ἢ Αλκινόεω τρέπειν.  
Non si marmoreum dederis celum, Alcinoi que mensam.

Et alibi in epistola ad Basilium, ἀλλ' ὡς Αλκινόεω τρέπειν. sic Ciceronianam mensam dixit Tertullianus lib. De anima, pro sumptuosa magnique pretii mensa. Quod, inquit, mensis Ciceronianis infertur, nam M. Tullius Cicero citream mensam quintigentis millibus emit ut idem ait lib. de pallio, aut ut Plinius, HS. decem millibus.

*Iynges.*

IYNGES voce pro illecebris & blandimento lenocinio ve quodam proverbialiter vultur pallium auctores, Sophocles in Hippodamia, loquens de praestantia formæ Pelopis.

Τοιὰν δ' ἐν ὄφει Ιγγα εὐρατρίου,

Ἐρωτὸς ἀστραπὴν τιν' ὀμμάτων ἔχεν. id est,

Iynga talem lumina efflant, illicem, Amoris igneum iubar in oculis cubans. Quamquam apud Arheuzum in decimo tertio Ιγγα legitur, Aeschylus in Persis, Ιγγα μοι δ' ἴ' ἀγαθῶν ἠτέρων ὑπομνηστικῆς. i. Regetis mihi aliorum bonorum lenocinancium memoriam.

Heliodorus Emecenus lib. quarto Aethiopicæ historice ἀπαρατίτων ἔχει πρὸς γυναικῆς Ιγγα χρυσοῦ καὶ λίθου. id est, Aurum & gemmarum vim pellaciz haud dubiam obtinent apud femineum genus. Synesius ad Herculanum πολλὰ πρότερον ἢ τῷ κατακλυσμῷ τῶν ἐν τῷ ἐπιστολῶν Ιγγων αὐτὸς ἐκλωθῆναι, id est, multo ante ipse quodam tuarum in epistolis Ιγγum & deliciarum diluuiio effemi-

effeminatus sum. Idē ad Athanasium. *αὐτὸν ἐκείνη ἀποφικύωντι δὲ δὲρο πολλὰς ἰγγεῖν γομῆνι ἀγῶνιμον*, id est, Ipsam illam Galatheā tibi hic sistam illecebris variis cōciliatam: Suidas ex incerto auctore, ἢ δὲ κλειπάτρα ὥστε τὰς, αὐτὰς ἰγγεῖν καὶ τὰ σιβακῶς κρητῶσαν τρεῖς. i. Cleopatra rebatur se isidē illecebris, quibus Czl. & Antonium tertium quoq; Aug. expugnaturam. Idē τοῖσιν τις προσὴν ἰγγεῖ τοῖς Διαγένης λόγοις τῶ κωδός. i. Tantum inerat illicium Diogenis Cynici verbis. Sic de Helena dictum est illud, ἔγωγε φελοκωκῆς τῆς ἀχρῆ πότῃ ἰγγας, hoc est, tā validas & illices amoris, iungas habuit, vt cum Priamus illam agnosceret esse belli caussam, irasci tamen illi nequiverit, immo filiz nominæ eam cōpellarit amanter. Philostratus Iunior. *Ἐπὸ τῆ γὰ κέσθ ἰγγεῖ*. id est, Subcesti pellacia. Lycophron etiā *περφορον ἰγγα*, igniuomam iungem vocat amoris illicias, & Zezes *λγικῆς ἰγγας*, verborum iungas appellat, quod animos verba attrahant quantumvis duros & inflexiles, quodam lenocinio. Vritur etiam Pindarus ea voce pro cupidine & desiderio, in Nemeis *ἰγγεῖ τῆρομαι ἡ πορ*. id est, liquefcit iunge seu amore pectus. Est autem iux aricula plumis discoloribus, collo przlongo, lingua exerta. crebro motu se circū agens, & ceruicem in orbem flexens, vropygitis; succussans, vnde & *σεισopygis*, à non nullis vocatur, ab aliis *κωκῶσον*, ex eadem caussa, Zezi etiā *γκλῆς*, Latinis motacilla: cuius vsus ad veneficia infamis fuit atque ad incantamenta, nam de trocho eam relegabūt Veneficæ, & carmina quodam admurmurantes circumgyrabant, aut exenteratam trocho adnectebant. Hanc fingit Pindarus in Pythiis à venere primum de cælo ad homines deportatam, & Iasoni traditam, additis veneficii documentis, quibus Medeā irretiret. Fabulæ narrant Iungem mulierculam fuisse Iunonis iussu in auem commutatam, quod pharmaciis quibusdam Ioueni in Ius amorem cōcitasset, vt Nicephorus pariter & Pindari Scholiastes cum Zeze annotant, nam apud Suidam pro ἀπειλοθῶν legendum est ἀποπειθῶν. Theocriti interpres scribit eam id veneficii molitā fuisse, vt in sui amore Iouem petraheret. Callimachus Iungem Echus filiam facit, alii Pithus siue Suadelæ. Nicephorus Gregoras ex aliorum auctoritate scribit ἰγγεῖ

fuisse citharam mire concinnam, κίθου ἰμμελεσῶν, atque inde proverbialia figura iungæ dici quiduis suave & desiderabilis, πᾶν γλυκὸν ἢ παθῶν. at Theocriti glossematurus annotat Iungi auiculæ vini inesse naturam amatorii philtæ, ac propterea omnia ad amorem impellentia, gratiosa, pellacia, & ad persuadendum apposita, ἰγγας metaphorice dici. τὰ ἐπαγωγα καὶ χαρίεντα. Quid, quod inuocationes & archanz preuam vires quas mutare nefas erat certis verborum legibus conceptas ἰγγεῖ dicebātur, quo spectat illud Synesii libro de insomniis, καὶ μήποτε ἀμύλων ἰγγεῖς αὐται, quod Marfilius Ficinus nescimus quā recte vertit. Consideratione vero dignum est, Vtrū huc tendant illices vel motacillæ magorū. Illo quo diximus modo accipitur in Hecates oraculo apud Porphyrium:

*Τὸς μὲν ἀπειρῆτοις ἐμὼν ἰγγεῖν ἀπ' αἰθέρος Πηθῶς ἀίοντας ἐπὶ χθονῆ διὰ κατήγες. i. Ἄ*  
*Dæmonas innumeris in terram ex cethez voris*

Traxisti diua inuitos magno absque labore.

Xenophon etiam pro veneficio iunga dixit ibi, ὅτι τὰυτὰ ἐκ ἀνδρῶν πολλῶν φίλων ἢ ἐπαδ' αὐτῶν καὶ ἰγγων, id est, quod ista non contra philtæ, incantamenta, & iungas accidant.

*Manum petetis & pedem porrigis.*

**M A N V M** petetis & pedem porrigis. Adagio vitur Hieronymus in Ruffinum, Eo vti possumus in hominem auersi ingenii & praposterum, qui aliud rogatus, aliud & quidem diuersum ostendat aut responderet. Conuenit cum illo celebri, *ἀμασ ἀπήτην, οἱ δὲ ἀπήτηντο σκάφας*. id est, Falcem petenti, denegabant farculum.

*Ab alno spectat.*

**A π' ἀγῆγες διὰ**. id est, Ab alno spectaculum, Dicitur de eo, qui cum nō possit de propinquo spectare, extrema adimenta querit. Erat Athenis extra theatrum in foro alnus arbor, ita tamen vt inde in theatrum peteret prospectus eminus, quo fiebat vt cui in theatro confessus locus non erat, in alnum ascenderet. Vti licebit, quando innuere volumus quempiā in peregrina arte & à studiis suis aliena eius artis mysteria procul & quasi per transfennam inspicere: veluti

Iure-

Iureconsultus extra Medicæ artis theatrū positus, velut ab alno, iuxta prouerbum, artis secreta despectat.

*Binis tonderi forficibus.*

Διπλή μαχώρα κείρεσθαι, id est, Gemina tonderi forfice Prouerbiale conuittum de molliculis hominibus & effeminatis qui que ornandæ & componendæ corporis formæ studii plusculum impendunt. Citatur absque auctore à Iulio Polluce onomastici secundo. Est autem hoc loco μαχώρα quæ & κλλις forficula tonsoria. E diuerso. Qui κκοκκράν tonsuræ genus ita dictum tondebantur, hi teste Helychio, μία μαχώρη κείρεσθαι, una forfice tonderi dicebantur, tametsi locus ille non nihil apud eū sic corruptus.

*Agrestis apis.*

Άγρία μέλιτις, id est, fera, aut agrestis apis prouerbialiter dicitur de improbris præter modum & crudelibus, testante Suida, ab άπι, quæ aculeum in vulnere relinquere solet. Fuit & Hegesias Cyrenaicus philosophus, Cuius non semel meminit Cicero conuittum άγρία μέλιτις dictus eo quod de morte differens, in magna orationis contentione multos necem sibi consciscere cōpulerit, attestante Valer. Maximo. E diuerso Xenophon ob styli suauitatem άπιωδ μέλιτις, id est, Attica apis nuncupatus suis, se legitur. Alioqui άγριον pæderasten circa puerorum amores efferatim dixit Aeschines in oratione aduersus Timarchum, & Menander άγριον κωβδύτω αλευρα insigniter deditum nominat.

*In agrum seruus.*

Εἰς άγρον μάκρης, id est, in Agrum famulus. Cōuenit dici ubi quid vtiliter & apposite suo loco sit, nam famuli opera in agris necessaria est. Varinus ex Helychio transcripsit. Est autem μάκρης seruile nomen, unde & ad significationem laræ xneæ transfertur, πωκτικόν τι κλικόν πρέστωποι, ut annotat Eustathius. Quadrabit item ubi significare volumus, suam cuique artem esse tractandam, non aliena inuolandum: veluti theologus ea quæ seceras litteras respiciunt, medicus morborum curationes, fabri tractent fabrilis, sic rusticum opus verna exerceat.

*Istic vellus non carpitur.*

Εἴ ταυτοῦ πόνοϋ ἔκκαπτεται, id est, Istic vellus non carpitur aut tondetur, Conuenit adagium, ubi vir doctus sordidam prouinciam, qualis est, erudiendæ iuuentutis detrectat: aut quando innuere volumus aliquem esse doctiorem, quam ut ab eo prima rudimenta & artis tyrocinia petenda sint: aut quando alienam & alterius loci operam à quopiam exposcimus. Natum à Xenocrate Chalcedonio philosopho qui illitteratum hominem geometriæ & astronomiæ prorsus rudem, ipsius scholam frequentantem hoc dicto abegit: πὰρ ἐμοῦ πόνοϋ κκαπτεται, id est, Apud me vellus non deglubitur. Lanificium multos habet operarum gradus, tondetur enim primū, mox macerat, deinde hamatis aut dentatis instrumentis carpitur, postea in netticum & textorum officinam deditur, postremum in sulloniam ablegatur.

*Quid Lecytho cum Strophio?*

Τί λικυθῶ καὶ στρόφιου. Quid Lecytho cū Strophio? De rebus dissimilibus & absinis effertur. Citatur à Suida. Cui adfinis est & illa parœmia, τίς δὲ κατόπτρῳ καὶ εἰφῆς κοινῆς, quid speculo commercii cum gladio? Est autem Lecythus vas oleariū quod Caplacem vocat D. Cyprianus.

*Flumina in terram commutat.*

Χερσοῖτα ῥέεθρα, τελευτοῖ δὲ τῆς λίθης. id est, Amnes humū facit, mutat saxa in lacus. Citatur ex Piside. Quadrabit in præpostere omnia faciētes: aut in magnicrepos qui ex cloaca arcē faciunt: Adlusum putamus ad historiam de Xerxe, qui rerum naturæ frenum quoddam iniicere tētauit, Athon montem nauigabilem faciens, & fluuios siccis pedibus permeabiles reddens: quamquam & ad magicæ vires referri posse originem videri queat, quomodo apud Petroniū Arbitrum Genotra inquit de se gloriabunda, His ego callens.

Artibus Idæos frutices ingurgite sistam  
Et rursus fluuios in summo vertice ponā.

*Tydeus Corpore, animo Hercules.*

De stature quidem pusillæ homine, sed animo infracto dicitur, Menander historicus de Sapero milite plusquam Herculeo animi

mi robore. τὸ μὲν σώμα ἄς ὁ παρ' ὁμῆρω τυ-  
δῆος ἀνυμνῶνται, τὴν δὲ γνώμην καὶ περαιτέρω  
τυδῆος ἱερακλῆς γὰρ ἦν τὴν ψυχὴν ἢ ἔν τις τῶν  
ἔργων ποτὲ ἀλκιμώτερος, ὃ γὰρ ἀποκίω τῷ  
μείγεται ἀριτῆς τὸν ἱερακλῆα ἐν δὲ ὑτέροις τι-  
θεῖς, id est, Corpore exiguo Tydeus, tanto-  
pere ab homero celebratus, animi vero cō-  
stantia Tydeo superior, quippe qui Hercu-  
les animo fuerit, & si quis illo vniquā exti-  
xit fortior, neque enim vereor Herculem  
secundo loco ponere, quod ad magnitudi-  
nem constantiæ attinet. Homerus Iliad. γ.

Τυδῆος τοι μικρὸς μὲν ἔην δὲ μάς, ἄλλα μα-  
κρῆς. id est,

Tydeus paruus eram, at bellator strenuus  
armis.

Hinc Fabius Quint. lib. 3. Interim confert  
admirationi multum etiam infirmitas, vt  
cum idem Tydea paruum, sed bellatorem  
dicit fuisse: & Grammatici nominis ety-  
mon deducūt à τὴν ἴω quod pusillum signi-  
ficat ob corporis breuitatem. Statius Papi-  
nius de Tydeo,

Maior in exiguo regnabat corpore virtus,  
Fuit autem Tydeus Ōncei Aetolorum Re-  
gis ex Peribæo filius qui Alcaethon & Ly-  
coepa patruelis patri suo insidiantes in  
agro occidit, cum patruo Melane quem  
imprudenter vulnerauerat.

#### Rurestris locusta.

Ἀφροῖα μάντις, id est, Rurestris vates aut lo-  
custa pro uerbialiter dicitur, Suida teste de  
otioso & residue segni. Est autem μάντις lo-  
custæ genus tardum ægriῆque vadens, viri-  
di corpore, & cuius incessu nonnulli curio-  
sa vanitate, futurorum eucutus captare so-  
liti fuerant.

#### Hippocratis liberis cedit.

Τοῖς ἱπποκράτους υἱοῖσι ἄνεον, id est, Hippocra-  
tis liberis cedere prouerbialiter dicitur de  
inepto & stolidi ingenii homine. Aristophanes in Nubibus:

Τοῖς ἱπποκράτους υἱοῖσι ἄνεον. id est,

Hippocratis proliibus locum dabis.

Traducuntur in Comædiis Hippocratis  
liberi vt rudes & indocti stipites, ac hebeti  
ingenio, ὡς ὅς denique, vnde Eupolis Co-  
mæ in fabula quam Δίμης inscripsit:

Ἱπποκράτους δὲ παῖδες ἐμβόλοιμοι τινδύς,

Βλακῆντὰ τέκνα, κ' ὀδῶ μῶς τι καὶ τρέφω. i.

Sunt liberi Hippocratis nothi, insititi,

Pecudes balantes, moribus nullis bonis.  
Meminit & Galenus in libello, quod ani-  
mi mores corporis temperamento respon-  
deant, Ἱπποκράτης, inquit, ἕως ἐπὶ μωρίᾳ σὺν  
πῶσιν οἰκωμοὶ δια τὴν ἀμῆτην διεμῆν. i.  
Hippocratis filios stultitiæ nomine rident  
Comici ob immoderatum calorem. Indo-  
ctum itaque & stupidum, Hippocratis libe-  
ris recordia credere dicemus.

#### Vter fastus plenus.

IN hominem fastu turgidum & supercilio-  
sum, elegans est dixerim prouerbiale Τι-  
monis Phlasiæ, qui philosophorum arro-  
gantiam mordaci opere, quod à τε σίλλης  
inscripsit, conuellit atque exagitat. Κινῆς  
οἴσι ἐμπλοῖ ἀσκόδ. i. Vter, quæ impleuit  
opinamur vana. Quadrabit & in sui inge-  
nii hominem, qui suo sensu, abundat, nec  
à concepta opinione facile resilit. Versus  
eius hi sunt:

Ροῖων ἐκ τ' ἐρίδ' οὐ λεχθὼ μοῦχῶν πεπλάκηδες  
Ἀνθρώποι κενεῖς οἴσι ἐμπλοῖ ἀσκοί. id est,  
Quæ vos seducunt rixæ, vel qui blatero-  
nes?

Ah vete si vres, quos implet opinor ina-  
nis.

Huc pertinet illud Synefii in epistola ad  
Herculianum: καὶ φύσης ἐμπληθέντες ἐμ-  
βόλων θεασίσινα δόγματα. id est, Qui vento-  
so folle inflati, diuina decreta conspurca-  
runt, idem in libro De prouidentia: φύσης  
τε ἦσαν ἐμπλεῶ τὴν βασιλείαν καρδουκίαν  
τις. id est, Follis in modum vento pleni, im-  
perium expectabant. Eunapius Sardinus:  
ἠδ' αὐτῶν δὲ καὶ αὐτὸς ἐκάστω τῶν ἀμφ' αὐ-  
τῶ, κινῆ φροσύματ' ἀνδρῶν ἀμππικαμένων.  
hoc est, Feci, & ego aliquoties illius pericu-  
lum, qui inani flatu absque ingenio tume-  
bat. Epicharmus Comicus, φύσις ἀνθρώπων,  
ἀσκοί πτεφρυσμένοι. id est, Homines natura  
sunt vres vento distenti.

#### Darii opes.

Δαρεῖς πλῆθ' id est, Darii opes, de immen-  
sis diuitiis prouerbialiter effertur, Syne-  
fius libro De regno: Πλῆθ' οὐμῶνας ὑπὲρ τῶν  
παλαι Δαρεῖοι, id est, Opum cumuli, maio-  
res quam Darii ille vetus possederit. Huc  
spectat & illa Crateris hyperbole in episto-  
lis: πλοσιώτερόν τῶν τακκερηνδονίων φροσῆ-  
των, id est, Ditior iis qui Chartaginensium  
tebus student,



*Ex eodem lare.*

Εκ μᾶς ἐξίας, id est, ex vno & eodem lare, p-  
rouerbiali figura dictum est à Synesio, pro  
eodem ex principio, in libro De providentia:  
ὅς ἐκ μᾶς ἐξίας ἐρδένον τὰ τοῦσδ τὴν ἀπικιστέ  
να, καὶ μίαν εἶναι ταῦνδ' ὄντων βλάσαν τῆν ἕξιν,   
id est, vt ex eodem lare ortum habeant res  
tantopere diuersæ, sitque vna duorum ger-  
minum radix. Aristides, κοίνη τῆ γένεσις ἐξία,  
id est, communi generis lare, hoc est, origi-  
ne. Ita accipiendum est illud, quod in Ata-  
rcho commentario male redditum suspica-  
mur, Sophron in Mimo, qui Nuncius in-  
scribitur, à vesta incipiens, omnes inuocāt  
Iouem omnium principem; græce a bitra-  
mur esse. ἀφ' ἐξίας, quod interpret commu-  
ni vertendi ratione, à Vesta vertit, cum de-  
buisset hoc pacto, Sophrō in ipso exordio à  
Iouis inuocatione auspicatur, causam nā-  
que reddit cur Aratus operis sui initium à  
Ioue ordiatur, neque enim Vestæ illic sit  
mentio, quamuis ea vox vestā quoque Græ-  
cis significet.

*Polypus scopulo affixus.*

Πετρόφυς πολύπυς, id est, Adfixus scopulo  
Polypus, prouerbio dici potest qui ita adfi-  
xus & deditus alicui studio aut rei adheret,  
vt nullis inde machinis diuellitur: Me-  
nāder Byzantius qui Agathii historie suā  
subtexuit, de Sapiro fortissimo milite. τῆ  
ἐπέλαξε τὰς χεῖρας ἐπιβαλὼν, οἷα πολυπύς ἀφύ-  
κτως πλεκτάνας τινάς, id est, Propugnaculo  
manus iniiciens, vt Polypus cirros suos in-  
explicabiles. Nazianzenus in Monodia Ba-  
siliū, τὸ τῶν πολυπόδων πέσωμαι, ὡν τῆς θαλά-  
μης ἐξέλικομένων, προσέξονται τὰς κοτύλους αἰ-  
πέτῳ, id est, Accidit mihi id quod Polypis  
vniuenit, quorum flagellis saxa adherent,  
si nido eos auellere tentaueris. Et in libro  
Carminum,

Ἐβλύπον ἐκ θαλάμης πέτρῳ κοτυλήσιν ἔχον-  
τα. id est,

Hærentem polypum crinali corpore sa-  
xis.

Transferri potest ad studiosum ita libris  
addictum, vt vix somni voluptas, aut cibi  
necessitas studiū interpellare queat, quod  
de Ioanne Pico Mirandulano Comite me-  
moratur, cui rarum aliquem codicem in  
bibliothecis nactō ministri cibum & neces-  
saria ad eum ipsum locū adferre cogeban-

tur, vt ne interim dum cibum capit oriatē  
tur oculi: potest & in amatorem quadra-  
moris castibus irretitū cuius animus (iu-  
xta Plautum) adheret affixus clauo cupi-  
dinis.

*Atlanticum mare cotyla exorbire.*

De re impossibili aut etiam supra modum  
difficili hyperbolice dictum est à Simoca-  
to in epistolis, λίαν ἐργάδες καὶ τῶν καθεσθῶ  
τῆν Ἀγγεῶν κόπρον ἐστὶ δναχέρησον, ἢ κοτύλα  
τὸ ἀτλαντικὸν ἀπὸν ἐκροφῆσαι πέλαγος. i.  
Valde operosum & difficilius quam sit re-  
purgare Augiæ sterquilinum, aut quam  
sit Atlanticum mare totum cotyla exorbe-  
re. Est autem cotyla mēsuræ genus sex cya-  
thos capiēs, de qua Rhemius Fānius ita.  
At Cotylas (quas, si placeat, dixisse licebit.  
Heminas) recipit geminas sextari' vnus.

*Thyestæa cæna.*

Θυέστη τράπεζα ἢ δ' ἄπνον, id est, Thyestæa mē-  
sa, aut cæna, pro immiti & cruento epulo  
ponitur. Athenagoras lib. De mortuorum  
resurrectione. καὶ τὰ τραγικὰ δ' ἄπνια θυέστη-  
id est, & Tragicas Thyestæ epulas. Eusebius  
lib. 5. eccle. hist. in epist. Galliconarū Chri-  
stianorum, quæ est de martyribus in Gallia  
necatis, καὶ ἐψόσαντο ἡμῶν θυέστηα δ' ἄπνια  
καὶ οἰδιποδ' εἰς μίξιν, id est, Mentiti sunt de  
nobis Thyestæas cænas, & Oedipodius in-  
cestus nobis obiici entes. Oppianus Cilix  
in Cynegeticor tertio, de ouagro loquens  
testes sui catuli abūmente, conqueritur de  
natura, quæ non homines tantum in pigno-  
ra sua direo exemplo armauerit, verum etiā  
bestias eadem immanitate imbuerit, sic in-  
quiens.

Θηροὶ θυέστην ὀλοὴν παρέθηκεν τράπεζαν, i.  
Apposuitque feris epulū ferale Thyestæ,  
Philon in oratione dediramus impreca-  
tionibus: ἐπὶ βρακοὶ τροφὰν αἰ θυέστη παυδ' ἰα  
καὶ συγκρινόμενα τὰς ὑπερβολὰς τῶν συμφο-  
ρῶν, id est, Execrandæ dapes Thyestæi liberti  
inter grauissimas calamitates adnumeratæ.  
Martialis lib. 1.

Qui scribit prandia sæui

Tereos aut cœnam crude Thyestæ tuam.  
& lib. 5.

Fugit an Phœbus mensas cœnamque  
Thyestæ.

Ignoro, fugimus nos Ligurine tuam.

Nota est fabula de Thyestæ Pelopis filio,  
cui Atreus frater epulandos suos ipsius li-  
beros

beros apposuit, quorum nomina prodit Euripidis scholiastes esse, Aglaum, Orcho-menium, & Calcum.

*Pardalis exuuium induere.*

**Παρδαλίην ἐνείδωαι**, Pardi exuuiio amictus dicitur homo versipellis & ingenio varius, vaserq; δὲ πολύτροπος τὸ ἄθος, teste Eustathio Iliad. tertio, quod & breuius repetit in decimo: εἰς παρδαλίην ἐπὶ πανήγυρον κείται τὸ σικτόν τὰς παρδαλίως. id est, Parcemiace de vasis effertur maculosa pardi pellis. Est enim variis maculis distincta pardi pellis, præcipueque eius quam Heliodorus Camelpardalin nominat. de qua sic scribit historiz Aethiopicæ lib. decimo: χρῶσιν δὲ καὶ ἐπιδρομίδε φολίσιν ἀνθεραῖς ἐσιγμένον, color pellicisq; florentibus macularum punctis, variegata, vnde & epitheto αἰολόωτος, id est, maculoso tergo dicitur ab Orpiano. Astutum ergo & subdolum παρδαλίην ἐπιμμένον eleganter dicemus, quomodo fraudulentum ἀλωπεκὴν ἐπιμμένον vulpino exuuiio cōuestitum, & λυκένν lupina pelle indutum hominē rapacem, & νεβρίδα ἐπιμμένον hinnulina pelle rectum, timidum hinnuli instar, aut etiam versipellem, quod huius animalis pellis maculosa quoque sit. Non ablutit hinc quod legitur Antenorē in ingenio varium (id quod patriæ suæ non dubia proditio, quamquā hospitiū nomine à Liuiο excusata, facile ostendit) non exitium modo effugisse capta iam Troia, sed res et suas integras seruasse, beneficio pellicis pantheræ seu pardi, pro ædibus ipsius appensæ, haud ambiguo argumento variū dubiūq; ingenii, cuius rei fidem facit Sophocles in Atace Loetro, quod videlicet pro foribus ædiū ipsius perperderit καταστραχυνώδης.

**Σπολάς λιβύσσα**, παρδαλίωφρον δ' ἔρεος. i. Maculosa canis Pellis Libya, pardalinū scilicet tergus.

In quo versa perperam pro λιβύσσα scribitur καὶ βύσσα apud Aristophanis scholiasten in auidibus.

*Umbra me prohibens.*

**Τὺ λυμὲ ἔργησι ψυχῶν εἰδωλα κἀμόντων**, i. Mæque abigit umbra, larualia spectra vi-rorum.

Verba sunt Patrocli in somnis Achilli cōquerentis se excludi ab inferis propter denegatum sibi humationis officium apud

Homerum Iliad. penultimo. Eustathius annotat quadrare vbi quis impedimētum accipit in negotio quosiam à vilibus & nullius pensis hominibus. Torquebitur & in strigosos & exangues, vmbri pallore similes, cuiusmodi apud Aristophanem Samyrion tragædus, Melitus, & Cinesias traducuntur quos à poetis ad cætum poetarū apud inferos degentium legatos fuisse sūgit. αἰδωφοίτας eos nominans.

*Habenas ignatus non tractet.*

**Μὴ ἐπιγὸς ἡνίων παιδίον ἄπερος ὦν**, id est,

Ne frena tractes inscius cum sis puer, Quadrabit cum à negotio quoripa arduo deterrebimus ei prouinciz imparem. Ex-tat apud Clementem pædagogi tertio: μὴ ἐπιγὸς ἡνίων παιδίον ἄπερος ὦν, μηδὲ ἀναβῆς τὸν δ' ἴφρον ἐλάυνει μὴ μάθων, id est, Ne tractes habenas filii regendi imperitus, nec currum conscendas aurigandi nescius, Apparet ali-cunde sumptum è tragœdia quapiam, vbi Phaethontē filium deprecatur pater, ne exitia le votum vrgeat, sibiq; vnde perniciem accersat regendo solis equos. Vnde apud Ouidium Metamorphoseon 2. Sol filium alloquentur paternos cutrus deposcentem:

Magna pestis Phaethoni, & quæ non viribus istis

Munera cōueniunt, nec tam puerilibus annis.

Plus etiam quam quod superis contingere fas est,

Nescius affectas,

*Non omnia per bonem obimelbis.*

**Μὴ πάντα κατὰ βοῖς ἔξεις**, id est,

Ne speres te opera bouis omnia posse tenere.

Hemistichium est prouerbiale quod admonet non sacrificiis aut litationibus, vortisque pro arbitrio omnia cessura. sed laboradum nobis esse, quemadmodum apud Salustium in Catilin. Cato ait, Non votis neque suppliciiis mulieribus auxilia parantur deorum, sed vigilando, agendo, bene consulendo, prospere omnia cedunt, vbi socordiz atque ignauiz te tradideris, nequidquam deos implores, quo spectat illud Aeschyli:

Τὰ δ' ἂν ποιῆτι καὶ εἰς συναλλαμβάνη. i.

000 Quisq; ui

Quisquis laborat, huic manum præbet  
Deus. & iterum

Τὸ ποιῆντι εὖ, ἐκ ἐαυτοῦ φέλεται τέκνονμα τῆς  
πέποι κλιεῖ. id est,

Laboranti, debetur diuinitus gloria laboris proles.

Torqueri solitum in residis exercitus duces, qui maculato boue propitiasse se Deum abunde putant, non posse infeliciter cadere sua corpora arbitrantur, cum consilio & animi presentia & fortibus factis in bello opus sit. Crediderim idē esse cum eo quod ex Diogeniano citant alii, μὴ κατὰ βοῦς ὄνχεα, atque exponit: Ne contra bouem opta-

petit, quod ex Athenæo detortum est apud Eustathiū Odysseæ primo de Matrea quodam Alexandrino, qui ænigmate ludere solebat, dictitans se belluam alere seipsam comedentem, ἐκρίον τι πρὸς φαν, ὅπῃ αὐτὸ ἐκ τοῦ ἔδωτο. Polypos piscis carnem suam rode re dicitur, sed ingenti inferie eo adactus: at inuidus alienæ felicitatis spectator, quāuis ipse abundet, se conficit, & iuxta poetæ dictum macrescit alterius rebus opimis, ut nō mirum sit cui liuor epitheto & quidem dignissimo edax à poetis dicatur.

*Andromachen ex anguibz concinnare.*

Ἐξ ὀφείων τῶν ἀνδρομάχων διασκονάζειν, id est, Anguium plexu Andromachen exornare. prouerbio dicitur qui miracula omnia vndecumque congerit ad confirmandam suam causam & exornandas fulciendasque rationes suas: vel qui operis molem multiplicis lectionis opibus & omnis generis scriptorum auctoritatibus instruit atque exdificat Nicephorus Callistus lib. 14. Id consilii nobis est, ut ex omnibus quæ ad rē faciunt colligamus, & interdum etiam spiris anguium implexis Andromachen ador nemus, Græce est: ἰνότη δι καὶ ἐξ ὀφείων τῶν ἀνδρομάχων διασκονάζωμεν, Est autem hoc loco ὀφίς ornamentum capitis, quod criniū volutis lubrico spirarum implexu, in modum anguium inerrantibus fastigiatur, quod Stadius Papinius suggestum comæ nominat, quod genus in veteribus Italæ monumentis frequens occurrit. Respexit huc Iuuenalis Satyra sexta feminarum astum notans, quæ anguino isto plexu & structura plocamorum, proceritatem mentiebantur, vbi ait:

Tot premit ordinibus, tot adhuc compagibus altum

Aedificat caput, Andromachen à fronte videbis, Post, minor est, Constat autem Andromachen Hectoris vixorem statura longissimam fuisse, ex Ouidiano versu.

*Mariandinus tibicen.*

Μαριανδίνος θρηνητήρ. id est, Mariandynus tibicen aut præcorator, dicitur luctuosi carminis cantor, qui flebiles modos insonat. Neque absurde poetastrum inamœni atque indocti carminis scriptorem, μαριανδίνος θρηνητήρ dixervis, consimili ratione, quæ ineptam

*Bupalium odium.*

Βυπέλειον εἶδος, id est, Bupalium odium de inexpiabili & acerbo prouerbialiter dicitur à Bupalo Chio sculptore, vel secūndum alios, pictore, qui acerrimam poem Hippocrate Ephesio clarissimo poeta sylvmutatē exercuit sed infelici conatu quippe q maledicorum versuum moibus concoquere non potis, laqueo sibi gulam fregerit. Leonides Epigrammatar.

Ἄξιον φθύγειτον χαλαζέπν τὰ φάρον,

Τὸν φρεκτὸν ἰππωίαικτ, ἄτι χ' ἀτίφρα

Ἰαμβιάζει βυπέλειον εἰς εὐν. id est,

Horripit sepulchrum grandinās diris fugæ,

Horribile Hipponactis, cuius & cinis

Exercet odium Bupalii iambis feris.

*Bupalia pugna.*

Βυπέλειον μάχη, id est, Bupalium duellum prouerbiali figura effertur à Iuliano apostata, pro virulento & dentato scripto, quo maledicentia & irarum habenas omnes in quempiam effundimus, sic enim scribit in epistola ad Alypium Cæsarii fratrem, qua gratias illi agit de Geographica pinace elegantioribus formis ac lineamentis expressa: καὶ κατεμύσσωσας αὐτὸ προδίδεις τῆς ἰαμβύης ἡμάχην ἀείδοιτας τὸν βυπέλειον κατὰ τὸν κνευῶν ποικίλῳ, ἀλλ' οἷός ἢ καλὴ σακπῶ βυλίται τῆς ἡμνοῖς ἀμύπην. id est, Singularique industria illud elaborasti, adiectis & senariis iambicis qui non Bupaliam pugnam canunt, ut Callimachi Cyrenæi poetæ verbis utar, sed quales venusta Sappho vult in deorum hymnos concinnari.

*Matrea beluam alis.*

IN hominem inuidum liuore percitum cō

ineptam orationem, Caricam Musam, & καρικὸν ἄλλημα. Citatur nominatim prouerbii vice ab Eustathio in Dionysianis commentariis: ἰστέον ἅτι ἐπιχειροῦσιν τοῖς μαριανδυνῶσι θρήνων ἀλλυτῶν, ὡς κῆ ἢ παρομοίαι θηλοῖ, μαριανδυνῶσι μιμημένῃ θρηνητῆρῳ. id est, Sciendum apud Maryandinos frequentes fuisse tibicines lugubria cōcinentes, quod & prouerbio indicatur, in quo fit mentio Mariandyni ciuatoris. Chorus apud Aeschylum in Persis, Xerxi reduci, post deletas ingenti strage à Græcis Persarum copias, loco gratulatorii carminis accenturum se dicit lugubre Mariandyni tibicinis carmen, his versibus;

Ἐρόσφογγὶδὲν σοι νόστος, τὰν κακοφάτιδ' ἀβοῶν,  
Κακομέτιτον ἰάν μαριανδυνῶσι θρηνητῆρῳ. Ἐμί.  
↓ω. id est,

Excipiam reditum tuum clamore incondito & male concinno Mariandyni tibicinis ululatu te prosequar. Quo Aeschyli versu uti licebit apud eum, qui pro expectato læto nuncio, aduersa omnia & tristia appor-  
tato Mariandyni gens est Pontica. Paphlagoniæ contemina nomē habens à Marian-  
duno Acolōsi, vt Stephanus indicat, Aeschylus interpres ex Callistrato annotat Tyrium binos habuisse liberos, Priolaū & Mariandynum, qui in venatu perierit, insignem artificem lugubris concentus, qui sebiles tibiis modos adaptarit, suamq; artem docuerit Hiagnin Mariæ tibicinis patrem (quem Marius nominat Eustathius) & addit, eam gentem ad sua vsque tempora, in celtuis auloribus, sebilibus numeris auctorem suum Mariandynū prosequi, Apollonii Rhodi scholiastes annotat, Mariandynum Phineii filium fuisse ex Idæa Dardani, ab alijs Ciminerii creditum fuisse filium. **Quin** & Maryandinas tibiis aptissimas esse luctui, idem scribit, & consentit in gentis pericia Helychius: huc referri & vulgatum illud: Ἀλλ' εἰ μαριανδυνῶσι καλαμοῖς, κρυῶν ἰασι. id est, Spirat Mariandynis calamis Ionicos modos sonans potest autem prouerbialis iste versus anapæsticus torqueri in hominem secum discordem, velut qui in ter læta tristes fabulas commemorat, aut lugubre carmen condit. Nam vt Mariandynæ tibiæ neniis funebribus dicatæ sunt, ita Ionici modi amoribus, delicijs, lasciuijsq; seruiunt. Citatur in Aeschyli Græcis commentarijs, quos quam nitidissimos ex cor-

ruptissimis dedit nobis Henticus Stephanus, ὁ τῶν τυπογραφῶν σέφαρος. Solebant autem tibiæ in luctu adhiberi, & testatur Statius Papinius funera præsertim minoris ætatis ad tibiam efferrī solere, eo visu:

Tibia enim teneros solitū deducere manes.

*Myforum more inclama.*

Μύσσιον ἐπλοῶν, i. Mysorū instar vociferari, prouerbiali specie dixit Aeschylus in Persis, pro euolare & fletu omnia permissere, vbi Xerxes accepta clade mestus ita chorū alloquitur:

Κὼ σῖρ' ἀκρᾶσι κατβόα τὸ μύσιον. hoc est.

Conscinde plāctu reclus, atque Mysium inclama.

Apparet autem barbaros ob natiuam vocis asperitatem olim ad funebres pompas ad ciendum luctum expetitos fuisse, sic Phrygas & Mysios ad id muneris adhibet Eustathius, ita & Carica Musa vt insuauis pro epiccedio & funebri carmine Platoni accipitur. Aeschyli interpres ita succincte tradit: ἐπβόα τὸ μύσιον, οἱ γὰρ μύσοι καὶ οἱ φρύγες μάλιστα εἰσι θρηνητικοὶ. id est, Mysiū inclama, nam Mysi Phrygesq; ciendo luctui appositissimi sunt. Simonides: Μύσια ἠπυοντα παρὰ εἶον ἀργαυθῶν, id est, Mysium & sebi le exclamantem ad Arganthonem amnem.

*Ter sex iacit.*

Τρεῖς ἐξ βάλλων, hoc est, Ter sex iacere prouerbio dicitur, cui ex animi sententia ac pro voto omnia succedunt propterime, inde nata prouerbii origine, quod antiquitus in trium cubitorum iactu, seniones iecisse, fortunatissimum erat & primæ palmæ victoriam apportabat, aliter quam putauit quidam tertrium iactum felicissimū fuisse, diserte namque testatur Suidas quod dixi, ita annotans: τρεῖς ἐξ ἑκκμητῆρος βάλλος, i. Ter sex, victor iactus est. & attestatur prouerbium quod ancipiti voto vel supremā vel infimam sortē deposcit: τρεῖς ἐξ ἑκ τρεῖς εἰνας, id est, Ter sex aut tres vniones. Clarissime vero extra controuersiam hoc ponit apud Aeschylum in Agamemnone nuncius in specula relictus, qui conspiciat in tenebris facem capri Ilii indicem, vt conuenerat, at ignem illum ter sex iecisse, nimirum fausta ac læta omnia portendere signans, versus hi sunt:

O o o 1 T x

Τὰ δὲ πρῶτῶν γὰρ ὄπισθόνοτα θίσσομαι,  
 Τῆς ἐξ βαλῶσος τῆς δὲ μοι φρηταωρίας. i.  
 Feliciter cecidisse heriles res dabo,  
 Fax ista quando iecerit ter fax mihi.

Qui versus quoniam depravati leguntur apud Suidam admonēdus est lector æquus vitii duplicis, nam & male πρῶτῶν παρῆσομαι in priore scribitur, & in secundo βαλῶσα τῆς ἐμῆς. Neque vacuus erroris est codex Eustathii Romæ excusus, apud quem in Odissæ primo pro τῆς δὲ μοι legitur τῆς θιδῶς.

*Lacryme Simoni'is.*

Mæstius lacrymis Simonideis, proverbiale figura dictū est ab elegantissimo Catullo, de re flebili & miseratione digna. Simonides poeta ex poetis, quos θρηνῶδης vocant, præcipui nominis fuit hoc est, qui nznias & carmina quæ cum lamentatione mortuo extrema accinebantur (sic enim Næ-nias exponit Dionedes grāmaticus) scripserunt, Vnde Horat. lib. Odiss. 2. tanta no-minat Cææ nznias munera. Sunt & qui elegiz inuentæ gloriæ illi tribuerunt, veteres autem in luere mortuorum elegis ad sepulturam vrebantur, vt Lucillius Thar-rhæus ait. Callioū pentametri siue elegiaci carminis auctorem facit. Verba autem Catulli sunt, in epigrammate ad Cornificium, Paullulum quidlibet allocutionis: Mæstius lacrumis Simonideis. Fuisse autem Simonidem appositissimum concitādo iustici, etiam Aristides ostendit in Epicedio his verbis exclamans: πῶς τὰντα σιμωνιδῆος θρηνήσας, qualis Simonides hunc mæ-torem digne lugebit?

*Theatrum simul & aperit & claudis.*

PROVERBIALE est in eum, qui pollicetur dicturum se aut explicaturum aliquid oportunum & magni momenti, simulque alio orationem dirigit. Heliiodorus lib. tertio: ὡσπερ κατόπι ἑορτῆς ἵκοντα, τὸ τῆς λόγος, περατῆρας, ὁ μὲν τε αἰορίας καὶ κλεισας τὸ θέατρον, id est. Me veluti peracto iam festo aduenientem, iuxta proutetbium, præteritis, & referans simul & claudens theatrum. Postest & infordidum torqueri, qui spem ostētat domi, sed mox reuocat.

*Veluti Minerva calculus.*

Ὡσπερ τις ἀθηνῆς ψήφῳ. id est, Velut quidam

Minervæ calculus, Prouerbialiter dictum est à Philostrato vbi dicit Herodem Atticum, principem in oratoria virum honestasse sua præsentia Aristoclem pergami do-centem missis eo & suis discipulis, sic enim inquit: καὶ τὸν Ἀριστοκλέα εἶδεν ὡσπερ τις ἀθηνῆς ψήφῳ. id est, vidit & Aristoclem, velut quidam Mineruæ calculus, nimirum ad faciendam fidem illius eruditionis dignatus eum honorifica salutatione, eoque facto veluti comprobans præclaram de illo existimationem. Vti ergo proverbiale licebit, cū quis primarij iudicis calculo absoluitur, aut quoties docti viri iudicium accedit ad laudem alterius, testimonioque lucento huius eruditionem exollit: aut vbi bellicosus aliquis Heros strenuam ducis militisve virtutem liberali elogio exornat: vtri que enim & militiæ & doctrinæ Mineruā præfecit gentilitas: ὡσπερ τις Ἀθηνῆς ψήφῳ. Natalem proverbiij referendum puto ad iudicium Orestæ, qui cum pares essent calculi & damnatorii & liberantes, Mineruæ calculo alteri parti accedente absolutus à crimine fuit, quod ita refert Aristides: ὁρῆσαν φυγότα, ἴσον τῶν ψήφων γινομένων, ἢ ἀθηνῆα προδριμενῆ τὴν παρ' αὐτῆς σάλα.

*Ieiunium olere.*

Nυσείας ὀλεν. id est, Ieiunium olere Græco pronethio dicuntur, quibus grauis est anima & pudidum olens, Aristoteles Proble-matum sectione 13. διὰ τὶ τὰ ζῴματα μῆτε ἰδὲ καὶ οὐκ ὄτων, ἀλλὰ κινεῖσιν ὄλεν μᾶλλον ὁ καλεῖται νυσείας ὀλεν φαγότων δὲ τῆκετι, ὅτε ἔθει μᾶλλον. id est, Quid causæ cur ora corum qui nihil ederint, sed ieiuni sint, magis puteant (id quod Ieiunium olere dicitur) postquam cibum sumperint, nequaquam, cum oportuerit tūc magis obolere. Causam assignat aceri propter requiem fer-uefacto, qui spiritum & excrementa pituitosa in putredinem agat. Cæcilius Comicus: Quæ mihi.

Vbi domū adueni, assedi, exēplo suauium Dat ieiuna anima.

Plautus in Mercatore:

Ieiunitatis plenus, anima fœtidat: Sic enim citat Nonius Marcellus, & legit vetus codex, pro quo vulgata editio habet: Iam plenus ætatis, animaque fœtida: Huc pertinet quod in Bassam olidā anum scribit Martialis libro quarto Epigramm. Quod

Quod bis murice vellus inquinatum,  
 Quod ieiunia sabbatariorum,  
 Mæstorum quod anhelus reorum,  
 Quod spuræz moriens lucerna tedæ,  
 Quæ postrema dictio in impressis libris  
 perperam in Ledæ commutata legitur.

*Sphynxis ænigmata dissoluit.*

ΕΠΙΓΡΑΜΜΥΤΟΝ lib. 3. Alcæi poetæ pro-  
 uerbialis versus legitur,

Νῦν σφίγγος γέφυρος οἰδῖπῳ ἔφρασαί μιν. i.  
 Nunc Sphynxis nodos Odispi explicui,  
 Quadrabit in eum qui in signis dexteritate  
 recondita auctorum sensa & tenebrosos lo-  
 eos possit explanare. Alexis Comicus in  
 Orchestride:

Δαιμονίως ἀσπάζομαι  
 Γραν σφίγγα πρὸς ἐμὲ ἄς ἀίγματα λέγει. i.  
 Complector valde humaniter  
 Anum Sphingem, quæ soluat ænigmata  
 mihi.

Huc spectat urbanus Ciceronis iocus, ad  
 Hortensium, cum ille diceret se Ciceronis  
 ænigmata intelligere. Atqui, debes, inquit  
 ille, cum Sphingem domi habeas: accepe-  
 rat enim à Verre auream Sphingem Hor-  
 tensius, patrocinii præmiū, uti refert Quin-  
 tilianus. Comicus Straton in Phœnicide:

Σφίγγ' ἄρ' ἔβην, ἡμάλιστον εἰς τὴν οἴκῳ  
 Οἴλῳ' ἀπλῶς γὰρ τὰ δὲν καὶ τὸς βίβῳ.  
 Ὅσ' ἐν λέγει, σωμίζημι. id est,

Domum introduxi masculam Sphingē,  
 Haud cocum, adeo nihil, testor Deos, intel-  
 ligo. Quæ loquitur. Vbi Sphingem mascu-  
 lam vocat cocum poetice verbulis utentē  
 identidem data opera, ut ea ratione obscu-  
 rior imperito hero illuderet. Finitimum  
 huic est Epicharmi illud: Οἰδῖπῳ τὸν ἰω-  
 πῶτ' ἂν ἀνίγμ' οἰνωῆς; id est. Iā olim Oedi-  
 pus cum sis, ænigmata haud capis Sphingē  
 fabulante fuisse bellum canino corpore,  
 vultu puellari, atis in modum pennatam;  
 humana voce loquentem, consuevisseque  
 Thebanis civib' ænigma proponere quod  
 indissolūtū eū multis necis causis fuisset,  
 tandē, Oedipus Corinthius dissoluit, exi-  
 tialēq; bestia sustulit, quā fabulā pluribus  
 persequitur Palæpharus, aliter eā exponit  
 apud Nicephorū Philostorgius, Sphinx,  
 inquit, de simiarum genere est, pectore ad  
 collum vsque glabro, reliquo corpore hir-  
 suto, vbera muliebri habet. facies plusculū  
 rotunda est, & acuminata, à muliebri spe-

cie, non abhorrens, vox humana, sed stri-  
 dula nec articulata: bestia indomita, mali-  
 gna, astuta, hanc crediderim olim Thebas  
 allatam, & cum in cruium ad spectaculum  
 commecantium vultus insulisset, eosque  
 unguibus lancinasset, Oedipum civiū suo-  
 rum iniuria offensum seram à intermissione,  
 nomenque inde illustre retulisse. Ceterum  
 fabula Oedipo fortitudinis gloriam tri-  
 buens, aliam eam fingit eo quod celeriter  
 in obuius insultum faceret: eadem illi pe-  
 ctus muliebri, corpus leoninum addit, il-  
 lud propter glabritiem & femineæ for-  
 tæ similitudinem, hoc propter ferocitatem,  
 quodque ut plurimum quadrupes ingre-  
 diens leoninum incessum mentiarit: Ser-  
 monē quoque illi assignat, quod vox eius  
 humanæ sit adinis, enigmata vero, quod  
 obscurum quiddam neque intellectum vo-  
 ciferetur. Neque otiosum fuerit ut huc ad-  
 scribatur qd D. Clemens cōmemorat Stro-  
 matum lib. quinto, apud Aegyptios pro tē-  
 plis stare dedicata Sphingū simulacra, quo  
 significant obscurum minimeque explici-  
 tum, & ænigmatis cuiusdam simile, quid-  
 quid de Deo loqui aut opinari mortales  
 institerimus nō ignoro tñ aliter istud sym-  
 bolū à Synesio exponi in libro de Regno  
 ad Theodosium Iuniorē, & iterum in  
 Aegypto.

*Cyreneus videris.*

DE homine quavis ratione in expleto dici-  
 tur Alexidis Comici illud è Tyndareo, id  
 fabulæ nomen est:

Ἀνθρώπος εἶναι μοι κενναὶ δ' ἄρκις. id est,  
 Videris esse vir Cyrenæus mihi.

Prouerbi vice usurpauit Athenæus libri  
 duodecimi initio: Ἀνθρώπος εἶναι μοι κεν-  
 ναὶ δ' ἄρκις, κατὰ τὸν Ἀλεξίδῃ Τυνδάρου  
 ἔταυτε Τιμόκρατες, καὶ καὶ γὰρ ἂν τις ἐπὶ τὸ δὲ  
 πρὸς ἐκ καλῶ, Πάρεστιν ὄντως καὶ ἄλλοι, ἢ  
 δὲ ἄρκια. id est, Videris esse homo Cy-  
 renæus mihi, iuxta Alexidis Tyndarum,  
 sodalis Timocratis, illic enim si quem-  
 piam ad cenam voces, mox octodecim alii  
 ad sunt & currus decem. Modeste Timo-  
 cratis studiosi hominis in explebilem in le-  
 gendo & ad editionem descendens libris  
 auiditatem, perstringit, qui perlectis iam  
 vndecim Dipnosophistarum commenta-  
 riiis, nondum satur, efflagitarat prædi-  
 ctis adici librum de iis, quos luxu dif-  
 fluentes ac deliciis addictos fuisse obser-

Ooo ; uarat.

uarat. Apposite igitur quadrabit in hominem inexhaustæ lectionis aut voluptatibus nunquam saturum.

*Ne corsicem quidem dederit.*

**VERSICVLVS** est prouerbialis Parthenii ab Etymologici auctore citatus.

*Ὀὐδὲ πορροίριζος δ' ἔψιλα παρτιάδ' ὄ,* id est, Herbz littoreæ fragmina non dederit, vel ita:

Radici nulli dederit fragmenta marinæ. Quò licbit vii in hominem sordidum & auarum, qui nulli aliquid largitur, vt è pumice aquam citius elicias quam à tali numululo, est autem δ' ἔψιλον cortex arboris delibratus, seu ab arboris reuulsus, aut etiam quisquiliz quælibet & fragmenta, ἔπ' ἂν τῆ δ' ἔψιλον, quod lancinare sonat. Cōuenit cum eo, quod alibi citauimus. Ne saleni quidem dederit.

*Ne Bzon piscis molestus sit.*

*Μὴ με βωῶν κακόσμη ἰχθῦς,* id est, Ne Bzon pisciculus mihi noxâ pariat. Citatur ab Etymologiæ auctore, qui illud exponit de homine voluptuario & delicato ganeone, qui vilia & communia edulia aspernatus, cupedias sectatur: cuiusmodi Philoxenus Cytherius fuit, qui appositu exiguum multher perconstanti similis auri admouit, vt ingenioso commento prægrandem Dionysio tyranno in eadem mēla oppositum impetraret, vt refert Athenæus. Est autē βωῶν pisciculus gobio persimilis, alio nomine βέλιμος à muccositate, vt videtur, nomen sortitus, quamquam apud Athenæum lib. 7. βέλιον scribatur, vbi & alter exlat in vulgatis codicibus error talis, ἐστὶ δὲ καὶ τὴν ἰδίαν πότερ κλίσιθ', pro quo reponas ex Eustathio & Etymologiæ auctore κοβιά, vt dicat βέλιον, piscem à βέλιον, id est, mucco nomen habentem. gobio esse persimilem. Vilem autem fuisse & ingrati saporis pisciculum, ostendit Epicharmus, ἄχαιρίστῃς βωῶνας, id est, insipidos Bzonas vocitans. Lectio huius paræmiaz diuersa est apud Athenæum, sed quæ eodem sensu constare potest μὴ μοι βωῶν κακόςμη ἰχθῦς, id est, Procule à me facessat Bzon malus piscis. Competet in hominem aspernabundum & delicati morosiq; ingenii, qui communia & vulgaria fastidiat.

*Cum vulpe habens commercium, dolos caue.*

**SENARIVS** prouerbialis citatur à Suida talis:

*Κεῖθ' οὐτιμῶν, τὴν κεῖθ' οὐσιῶν προσδ' ὄκα. i.*  
Cum vulpe habens commercium, dolum caue,

Adfine est illi Paulino: Cum prauo deprauaberis. A' malorum consortio cauendum est, ne aut impostura exitio tibi sit, aut ne in mores transeat contagium: τὸ γὰρ ἐμφυῖς ἄτ' αἶθον ἀλώπηξ ἄτ' ἐρίβρομοι λέοντες δὲ κλάξαι τὸ ἄτ' ὄ, vt inquit Pindarus hoc est, natiuum ingenium neque dolosa vulpes, neque rugibundus leo commutare valeant. κεῖθ' ὄ autem vulpes dicitur quasi κίε κῶ à caudæ quam spissam habet tractu, vel ab astutia qua lucrum queritur & emolumentum, quam κίεθ' ὄ etiam nominant, vnde & κίεθ' κλίεθ' fraudulentus homo dicitur.

*Propede Xenium.*

*Τὴτ' ὄ σοι ἀντι ποδ' ὄς ἐξαιῶν,* id est,

Istud habe Xenium pede pro botis.

Verba sunt Philæti bubulci Vlyssis apud Homerum *Odys.* 22. ad Cresippum quem sagitta tæceerat, illi insultantis, vt munus illud accipiat pro bubulo pede, quem ille mendicanti Vlyssi impegerat paullo antea. admonet, ibi Eustathius vsurpatum adagiū à primi nominis theologo, in eos quibus malum pro malo rependitur.

*Vti nutrices Lamiam.*

**CVM** inanes minas ad territandum solum comparatas innuere volumus, vtetur illo Dionis Chrysostomi, ὡσαύτε αἰτίτθαι θυγῆμι ναι τὴν λαμίαν, id est, instar nutricum Lamiam pueris obicientium. Eius verba hæc sunt oratione 55. μόνος δὲ θυγαλῆς τῆς λέοντος (ita corrigendus est codex græcus, qui habet: ) λέγοντας καὶ τῆς αἰτίτθαι καὶ τῆς σπυλας καὶ τῆς κύκλωπος, οἷς ἐκείν' ἔκλειε τῆς αἰμαθῆτος ὡσαύτε αἰτίτθαι τὰ παιδ' ἰα, θυγῆμι ναι τὴν λαμίαν. i. Solos miraris leones, aquilas, scyllas, & cyclopes quibus ille stupidos homines demulsit, non aliter quam solēt nutrices pueros, Lamiaz aduētum narrantes. Lamiam quasi λαμίαν à prægrandi ingluvie nomen habere vult Etymologi auctor, diximus de ea in adagio Lamiaz turris, antea: nunc & hoc addendum est ex Nicéphoro Callisto lib. 18. c. 9. Lamiam etiam λέγεται vocati,

vocari, sic enim ait de Mauritio Impera. Il-  
 lud in super anile parumq; simile veri ad-  
 deus Empusam (ita enim nominant, quā  
 λέγω quis dixerit) æpenumero infantem  
 Mauritium de cubili, velut mox de oratu-  
 ram, extulisse, nullo accepto incommodo.

*Immortales Gratiarum horti.*

Ακίρατοι χαρίτων κήποι, id est, Interitum ne-  
 sciunt Gratiarum horti. Aristides, καὶ μάλ'  
 ἐν ἀκίρατοις χαρίτων κήποις, id est, In immor-  
 talibus Gratiarum horti natum. Prouer-  
 bii facies ad gratitudinis significationem  
 trahi potest, nam beneficii collati memo-  
 ria immortalis esse debet, semperque in  
 animo grato viuere, vnde & Gratiarum vni  
 à vitore perpetuo Thaliæ nomen fuit. Po-  
 test & ad personam transferri, si dicamus  
 virum scriptura eterna memoria dignissimum,  
 in Charitum horti immortalibus viuere,  
 A quo non abluat Sapphus poetriæ inue-  
 stura in indoctam & à Musis Gratiisq; alie-  
 nam feminam: κατασυνώσκει δὲ κρίσειαι, τὸ δὲ  
 ποτε μετασυνώσκει σέθεν ἕσσει τὸ δὲ ποτ' ὕψρον,  
 ἔλαθ' ἀντιέχου βόθρων τῶν ἐν περιέει, ἀλλ' ἀφα-  
 νὴς κείν' ἀντιέχου βόθρων τῶν ἐν περιέει. hoc est, Mor-  
 tua iacebis, nec tui vniquam à morte exsta-  
 bit memoria, quippe expertus solariū in Pie-  
 ria nascētium sed obscura vmbra apud in-  
 feros maneis oberrabis. Quæ verba corrupte  
 leguntur apud Plutarchum in tertio  
 Symposiacum in Codice Aldino, parumq;  
 integre.

*Phœnicis instar reuiuiscere.*

Κατὰ φœνικα ἀναβίωσκεῖσθαι, id est, Phœnicis  
 in morem reuiuiscere, prouerbio dicitur,  
 qui longa valetudine, ad sidus curis, amo-  
 re, sollicitudine, carceris reditio emaciatus,  
 nūc viuidiior factus ad se redit. Aristides re-  
 fert ad statum ciuitatis, cuius ruine in no-  
 uā vrbis faciem restituta sint, reparatis etiā  
 iis quæ obsoleta forent, ita. n. loquitur de  
 Smyria beneficio M. Aur. Imp. reedificata:  
 ἢ πόλις ἀναφύεται μεταβληῖσα τῷ ἡλικίαν, ἢ  
 αὐτὴ παλαιότε καὶ νεότερομένη, ἢ ἄλλο τὸν φœ-  
 νικα ἀναβίωσκεῖσθαι λόγῳ αὐτὸν ἐξ αὐτῶ, id est,  
 Repullulat ciuitas deposito senio, vetus eadē  
 & noua, quomodo Phœnicem ex se re-  
 viuiscere fama loquitur, & alibi de eadē, γέ-  
 γονε δ' ἡ πόλις αὐτὴ καὶ νεότερη ἢ αὐτῆ ἐκ τῶν  
 ἀνωγειοσκέμεν, καὶ ἀπὸ τῶν ἔρημον φœσι τὸν ἑ-  
 ρὸν. i. Facta est eadē vrbis & antiquissima &

nouissima, resumpta iuuetā, quod de sacro  
 alite dī. De Phœnicæ autē ita Ambrosius  
 libro de fide resurrectionis. Auis in regio-  
 ne Arabiz, cui nomen est Phœnix, redi-  
 uiuo suæ carnis humore reparabilis, cum  
 mortua fuerit, reuiuiscit. Eusebius Pāphi-  
 li in vita Constantini: Αἰγύπτιον ὄρνιθον φœσι  
 μονογενὴ ὄντα τῶν φύσιν, θείσκει μὲν ἐπ' ἀρε-  
 μάτων αὐτὸν αὐτῶ τῶν τελευτῶν εὐκαλοῦντα.  
 ἀναβίωσκει δὲ ἐξ αὐτῆς ἀσποδῆς καὶ ἀνεκπέ-  
 τα τοῦτον ὄφ' καὶ πρῶτον ἦν φœνιξ. i. Phœ-  
 nicem volucrem Aegyptiam seruent natu-  
 ra vnigenam esse, & super aromatum acer-  
 uo emori suum sibi rogam adolescentem, po-  
 stea de suo cinere reuiuiscere, resumptisq;  
 pennis talem existere qualis antea fuerit.  
 Nazianzenus in Carminum lib.

Ὁς δ' ὄρνιθον φœνικα φάτις θείσκειται τελεῖται,  
 Ἐν πυρὶ τικτόμενον πολλῶν ἐτῶν μετὰ κύκλου  
 Πυρκαϊῆς κοίτης ξείνον γόνον αὐτογενέθλον. i.  
 Phœnicem perhibent post fata resumere  
 vires,  
 Nascentem ex igni, & decursis pluribus  
 annis,

De cinere annofo sœturā sponte renasci.  
 De hac autē ita ferme Artemidorus lib. de  
 insomniis quarto ca. 49. Phœnix vbi fatale  
 ingruit tempus, enolat in Aegyptum, loco  
 vnde profectus ad sit ignorato, sibi que con-  
 structo de casta myrrhaq; rogo, immoritur:  
 ex eo cinere post statum temporis curri-  
 lunum vermī enasci putatur, qui grandescēs  
 in volucram abit, sitq; iterum phœnix,  
 moxq; emigrat ex Aegypto, locumq; vnde  
 genitor aduenerat volatu repetit. Eius ver-  
 ba legūtur apud Suidam in dictione φœνιξ,  
 sed à librariis corrupta, nam illa ἀφίπτα-  
 δαι εἰς αἴγυπτον ἐκείθεν, ex Artemidoro ita  
 legi debent, ἀφίπταδαι ἀγίπτη ἐκείθεν. Plu-  
 ra de hac autē qui scire desiderat, legat opu-  
 sculum Lactantii, & alterum Claudianii, de  
 Phœnicæ, Cornelium Tacitum annalium  
 lib. 5 Plinium lib. 10. ca. 2. Solinum c. 36.  
 Ouidium in transformationum libris, de-  
 niq; Achillem Statum Alexandrinum  
 in calce lib. tertii de amoribus Blitophon-  
 tis & Leucippes.

*Qualis heras, salis & canis.*

REFERTUR à Clemente Alexandrino lib.  
 pedagogi tertio, οἷα γὰρ δὲ ἄλλοις (καὶ τῶν οἰκῶν  
 εἰρημῶν) ποιῶντες καὶ κύνων, id est, Qualis  
 namque heras, iuxta prouerbiū, talis est



& canis. Quadrabit ne impudicæ aut æbrio sæ matris, libidinosam aut temulentam filiam. Vetus eo est Gregorius Palama, in declamatione, qua corpus aduersus animum se defendit, testaturque se mereri veniam, raptum illius affectionibus *οὐκ ᾄδ', φησὶν, ἢ δ' ἐπὶ σὺν κα, τοῖς χ' ἢ κ' ὠν.*

*Gyaro dignum.*

**FACINVS** audax cum periculo coniunctū, quale *ξυλοκιδῶων* Græci vocant, velut proicitæ audacæ plenum versu à multis visitato. Iuuenalis dixit: Gyaro dignum, ita autē habet, Aude aliquid breuib\*, Gyaris, & carere dignum, in quo præter aliorum grammati coīū expositionē, breuibus, epitheton esse nolo, vt exilitas insule includi eo verbo videatur, sed commate distermino, vt tria loca periculo vitæ coīuncta illi adenda esse significet, qui facinus aliquod memorabile suscipere velit. Sunt enim Breuia loca maris vadosa, naufragiis infamia, quorum etiam apud Vergiliū mentio est in primo Aeneid. ibi, In breuia & Syrtis. Polybius similiter vt Latini *βραχέα* nominat. vt lib. 1. de parua Syrti loquens ἐν ἡ προωπισόντες εἰς τινὰ βραχέα (ita locum corripit pro *αβραχέα*) διὰ τὴν ἀπειρίαν, εἰς πᾶσα κληθὲν ἀπείριαν, id est, Ad quam in breuia incurrentes, propter locorum imperitiam, in summum adducti fuerunt discrimē. Gyaros vero insula est inter Cycladas, quam immitem & sine cultu hominum caufatur Tiberius apud Cornelium Tacitum,

*Mel summis digitis delibandum.*

*Χρὴ τὰ μέλιτ' ἀκρωδακτύλω ἀλλὰ μὴ κείλῃ χειρὶ γίνεσθαι.* hoc est, Mel summo digito, laud causa manu delibandum est, Dionysius Mylesius apud familiares suos identidem dicere solebat, Philostratus lib. 1. de Sophistarum vitis commemorat. Translationibus aliisq; deliciis, quibus oratio ornatur, parce vtendum est, non affluenter & ad fastidium vsque. Voluptatibus modice frui pro re nata, illaudatum non est, modo ne totum te iis immergas. Vti adagio conuenient, quoties moderatum rei alicuius vtendum laudabimus.

*Polycteti norma.*

**Πολυκλέτιτ' κανὼν**, id est, Polyctetæ norma,

proverbii specie effertur de homine omnibus numeris obsoleto, de opere ad vnguē facto, deque re extra controuersiam peifecta. Natum à Polycteti statuariorum assignauit commentario, quo absoluti operis specimen artificibus præscripsit, itemq; eiusdē statua absolutissima, quibus ambobus *κανὼν* nomen inditū fuit ab auctore. Sed operæ pretium est Galeni verba quibus hæc tē persequitur apponere ex quinto lib. De Hippocratis & Platonis decretis: *καθάπερ, ἐν τῷ Πολυκλέτῃ κανὼν γέγραπται, πάσας γὰρ ἐπιδέξιαι ἐν ἐκείνῳ τῷ συγγράμματι τὰς συμμετρίαις τὸ σῶματ' ὁ Πολυκλέτιτ', ἔργῳ τῷ λόγον ἐβίβασε δὴ μνησθῆναι ἀνδρῶν τὰ κατὰ τὰ τῶν λόγων προσήματα, ἢ καλῆσας δὴ ἢ ἀντὸν τὴν ἀνδρῶν αἰτία, καθάπερ καὶ τὸ σύγγραμμα, κανὼν.* id est, Quædam modum in Polycteti regula perscriptum est: nam cū eo in committatio Polyctetum nos edocuisset symmetriæ corporis, scriptum deniq; opere confirmauit, fabricata statua iuxta libri præscripta, inditoq; illi similiter, vt & commentario, Normæ peculiari nomine. Idem de corpore quadrato loquens in primo De temperamentis, quod non modo medium obtinere humiditatis siccitatisq; verum etiam optima formatione præditum vult esse supra Polycteti normā, sic inquit: *καὶ πᾶσι τῶν ἀνδρῶν ἐπιαινετὰ Πολυκλέτῃ κανὼν ὀνομαζόμεν' ἔκ τῶ πάντων τῶν μορίων ἀκριβῆ τῶν τῶν ἄλλα συμμετρίων ἔχων, ὀνομαζ' τῶν τῶν τυχῶν.* id est, Laudatur alicubi statua Polycteti, Norma vocata creato inde nomine quod exactam admissim omnium inter se membrorum cōmensurationem habeat. Transferetur apposite ad animi dotes, si hominem omni virtutum genere præditum Πολυκλέτων κανὼνα vocemus. Eo modo accipitur & per se *κανὼν* Græcis, vt Norma Latinis. Apud Suidam incerti auctoris verba citantur ista, ἢ δὲ ἐφοβῆται κανὼν ἢ ὄρθῃ βίῃ ἢ ὕλῃς. i. Libertatis anni norma erāt recte institutæ, factæq; vitæ. Eunnapi<sup>o</sup> de Marciano: *ἀπὸ εἰς ἀκρίτων ἅπαντων ὡς περὶ τῶν κανὼν ἀπειροβωμένων.* i. Vir ad omnes virtutes veluti norma quæpiam affabre factus. Simili tropo Hieronymus ad Rufinum dixit: Norma Cato-nianæ seueritatis, & Martialis lib. 11. Regula morū. Ad fine etiā est illud Trebellii Pollionis, Valeriani vita cæsura est. Ad eundē modū capitur & *γνώμων*. Damascius de

Isidoro philosopho Hypatizæ doctissime se-  
minæ marito: ἅπαν τὸ δέκατον ὡς ἅπῃν, τῆ  
ἐκείνης κρίσει γνώμονι δὲ ἕξειτο τῶν ἀμεινῶν ἢ χεί-  
ρων λεγόντων. id est, Vniuersum theatrum il-  
lius iudicio utebatur ceu regula eorum qui  
bene maleue dicerent. Thucydides de The-  
mistocle: τῶν τε παρεχόμεν δι' ἐλαχίστης βυ-  
λῆς κρείσσις γνώμων. i. Recri presentium exa-  
ctissima norma, adhibito vel leui consilio.

*Pro virgine cerua.*

Ἀντὶ παρθένου ἕλαφος. id est, Loco virginis cer-  
ua. Prouerbio hoc vti licebit, cū præter opi-  
nionem insperatum quid accidit, veluti si  
quis opima spe excidat, & pro aureis tantū  
non montibus exiguum quid referat: aut  
vbi quis criminis pueri, reus tamen accusa-  
tus, liberatur, auctore secleris deprehenso:  
aut cum aliud pro alio fraudulenter substi-  
tuitur. Exstat apud Achillem Statium Ale-  
xandrinum libro sexto de amoribus Clito-  
phontis & Leucippes. Custos, inquit, vt ve-  
xissimile est, obstupuerat, inopinatz rei no-  
uitate commotus, iuxta parēmatia, ἢ vir-  
gine cerua cōspecta. Natum videtur a fabu-  
la Iphigeniæ, quæ cū in Aulide Bœotizæ ad  
araiū Dianæ adducta stare, futura deæ victi-  
ma, ipsa quidem repēte euasit & in Tau-  
ricam deuēcta est, immolata eius loco sup-  
posititia cerua. Hanc rem narrat apud Eu-  
ripidem Iphignuntius:

Ἄπειτον ἄτιδ' ὄστις ἐν δειῶν τιος  
Φατμ', οὐ γέ μιν δ' ὀρωμένης πίσις παρῖν,  
Ἐλαφὸς γὰρ ἀπὸ πάσης ἐκείτ' ἐπὶ χροῖ  
Ἡρώματι βωμός ἐρράχεται ἄρσιν τῆς θεῶν. i.  
Spectrum intuentes à deorum quopiam  
Inopinum, & ægre creditum spectātibus,  
Nam cerua humi iacebat arcubus micās,  
Aram deæ cruore stagnantem imbuens.  
Non alienum hinc est quod Martialis io-  
catur in Misitium quendam à Cybales sa-  
cerdotibus noctu præfectis virilibus orba-  
tum, cum illi Achillam puerum concubi-  
num ea parte multasse se crederent dece-  
pti, proinde subiicit auctor: Suppositam fa-  
ma est quondam pro virgine ceruam.

*Fulmensa lectum scandunt.*

CITAVTAR à Nonio prouerbiū Varroni  
frequens: Fulmenta lectum scandunt, quā-  
quam in impressis codicibus, vt vbiq; sca-

rent portentosis mendis, singulari numero  
Fulmentum vitiose scriptum legitur. Vi-  
detur autem quadrare quoties præpostere  
aliquid fit, aut vbi hero imperare seruus, &  
supra patronū cliens habere præsumit arro-  
ganter. Nihil autem in rerum natura ma-  
gis est præposterū, quam vbi fulcra susten-  
tando lecto destinata, onus ipsa lecti esse vo-  
lunt, & ab eo portari quodammodo. Est au-  
tem fulmentum idem, quod fulcrum aut  
pleniore voce fulcimentum, quā vel ex Plau-  
tino exēplo in Triummo liquere potest,  
vbi vulgari codices fulcimenta præferunt,  
cum feminino Fulmentas veriore lectio-  
ne emendatiores libri habeant hoc modo: Ful-  
mentas iubeam suppingi foccis.

*Tantali mensa.*

Ταντάλης τράπεζα. id est, Mensa Tantali, ef-  
ferri de re, qua frui non liceat. Melite Ephe-  
sia apud Achillem Statium libro quinto,  
amore Clitophontis incensa, cum veneris  
fructum sollicitaret apud illum identidem  
tergiuerfantem: Næ ego, inquit, totū Tan-  
tali mensæ non abfimilem nacta sum. Præ-  
cesserunt autem hæc verba. Tantone tem-  
pore vt propter fluium sedeam, neque sitim  
explere queam? nam cum sedulo insta-  
re Melite, vt litando veneri nuptias confir-  
maret amans ille amafis suæ Leucippes de  
siderio hoc dans, egressum conubiumq;  
cum Melite vitabat, diem semper eximen-  
do. Nota est de Tātalo fabula in mediis vn-  
dis sitiente, & imminenti bus ori ipsius po-  
mis frui non potente: quam rem eleganter  
idē & breuiter expressit Petronius Arbitr:  
Nec bibit inter aquas, nec ponia patentia  
carpit  
Tantalus, infelix quem sua vota premūt.

*Vnum aluere.*

Ἐν κείῳ. id est, Vnum i demq; aluere. Pro-  
uerbium est de collegis sociis & coniura-  
tis, qui eiusdem sodalitiū sunt, iisdem stu-  
diis additi, aut similibus sceleribus oper-  
ti. Citatur in Suidæ collectaneis.

*Camellus pyrrhicham didiceris.*

Ἡ κάμηλος πυρρήχαν ἐμαθικισίς, id est,  
Pyrrhicham Cinesizæ camelus didicerit.  
Locus erit adagio vbi quis repugnante na-  
tura & genio aggreditur quippiam, veluti  
si stipes quispiam litteris operam dare vel-  
lit, aptior

lit, aptior tractandæ stituz, huic enim dicitur:

Disceit camelus pyrrhicham Cinesiz.

Fuit Cinesias poeta prælogus tardo immobiliq; corpore, quippe tiliz arboris asserculis circummunito ad gressus firmitatē, ac proinde ad saltandum pyrricham tipudii genus velocis, inepto Pyrricha namq; Laco num inuentum ab armatis adolescentibus obiri solebat ad comparandum velocitatis habitū, quippe qua in bellis maxime opus sit, cum ad persequendum hostem tum ad fuga euadendū, si contingat in inferiores obtinere. Aristophanis interpretes scribūt Cinesiam poetam pyrrhicham composuisse ad quā decursus modulatus fieret, lege carminis constata ebreuibus: ferme pedibus, qui vel inde, vel ab ignea mobilitate pyrrhichii dicuntur, iidem & κινωσία, vel ab auctore, vel a mobilitate, vt a Diomede grammatico scriptum est. Adlusum videtur ad versum Aristophan. in Nebulis ἢ πνέειχων τις ἔμαθετε τὴν κινωσίαν. id est, An Pyrrhicham Cinesiz quis edidicit? Gratiz multum accedet adagio, si paullulum deflectatur hoc modo: Camelus citius pyrrhichā Cinesiz didicerit, quam talis caudex litteras. Est. n. Camelus animal saltationi ineptū, tametsi nomen illi quasi κερμαίω, a femorum incuruatione esse velit Euenus apud Artemidorum. Neq; absurdus eius vsus erit, quando significabimus sub institutione viri literati, stupidum discipulum plurimū profecisse, sub tali enim præceptore Camelus Pyrrhicham Cinesiz didicit.

*Eleusina seruat quod ostendas.*

ΕΛΕΥΣΙΝΑ seruat quod ostendat reuifentibus. In adagium cedere dignissimum Senecæ dictum, quando significabimus nō semel & vnica vice effundendas esse omnes eruditionis opes. Habent hoc vitii nō nulli, vt omne suū myrothecion, vniuersa pigmenta simul in vnica epistolam, aut orationem impendant, cum parciore ornatus laudabilior sit. Seneca Naturaliū Questionum lib. septimo: Eleusina seruat qd ostendat reuifentibus. Rerum naturalia sacra sua non simul tradit. Habēt illud ciuitates que spectaculorum & reliquiarum ostēsus gratia. stas annorum interuallis aduentur, vt seruent in proximam panegyrim semp aliquid antea non spectatum. Eleusin siue.

Eleusina Atticæ locus Elufinæ Cereris religio sano nobilis, quo prima frumentis factio inuenta fuerit: παρὰ τὸ ἐλθεῖν, vt Dioscorus Siculus ait, vel ab Eleusino Mercuri filio nomen habens, vt Etymologici auctor voluit. Atticæ sacrarium eam vocat Apuleius.

*Nemo comatus qui non præciditur.*

Οὐδ' εἰς κομῆτις, ὅστις ἐψηφίζεται. id est,

Nullus comatus qui non præcidi solet. Prouerbum esse vetustum, immo oraculare, manifestis verbis restatur Synesius quo significetur, omnes qui impense mollitiei cutis operam nauāt, aut calamistraturę nimum studium impendēt, aut quomodocumq; tandem corporis cultum & nitore decantant, molles censeri, & pathicū quiddam si non corpore, animo saltem præferre, fractosq; esse. Verba eius sunt in epistola ad fratrem de Ioanne quoddam improbo hoie & ignauro: χθὲς τοι πᾶν λαμπρὸς συνηγορέειν τῆ παρεμία, μᾶλλον δὲ τῷ χρισμῷ, χρισμὸς γὰρ ἄντικτος, τοῦ τὸ γέπεται ὡς οἶδα, τὸ εἰς κομῆτις ὅστις ἐψηφίζεται. i. Heri apertissime prouerbii fidem comprobauit, vel oraculi potius, reuera namq; oraculum est, qd tibi non ignotum est. Nullus comatus qui non præcidi solet. Idē in libello de Coma: Τίς οὐκ πᾶσι ἐστὶν ἡδὲ παροίμια καὶ τι βέλτεται, εἰς εἰς κομῆτις ὅστις εἰ. τὸ δὲ ἀκριτολῆντιν, αὐτὸς σὺ πρὸς τὴν ἡχώτῃ τρημέτρη συνάρμοσον, εἰ γὰρ ἔγνωι φθέγγεσθαι τὸ δ' αὐτοῦ ἐκείνο καὶ πρᾶγμα καὶ οὐδὲν. id est, Quod est igitur prouerbium illud & quid sibi vult: Nullus comatus qui non. nam postremam vocem, trime tri numerosæ legi tu ipse adaptato, neque enim non profertur a me sœdum illud & re & nomine verbum. Quæ verba citantur & Suida in dictione κομῆτις, non nominato tamen auctore. Idem alibi senarii postremum verbum immutatum citat hoc modo: εἰς εἰς κομῆτις ὅστις εἰ παρῶνται. Vtrobiquē tamen idem est sensus.

*Smyrniæ mores.*

Σμυρναῖος ἥθος, id est, Smyrniæ more, prouerbium videtur competere in eos qui delicii luxurię indulgent, rursus cum res postulat viros, fortiter se gerunt, ita enim exponit ipse Aristides in Smyrniæ encomio, tribuit namq; illis ἀβροσύνης μὲν εἰς τὸ καὶ ἡμέραν, τολμύματα δὲ εἰς τοὺς πολέμους κρᾶττον

κεῖν πονεῖ πολλοῖς ἐρίσαι λυσιστελεῖν, addit dein de, ὡς τε ἐν τῶν ποικύων ἡδὲ τισὶ σμυρναίων πρὸς πονεῖν τὸ τοιοῦτον ἀρετῆσαι. i. In dies opipare vi uunt, sed in bello ferociore sunt, quam ut multis expediat eiusce rei periculū facere vsque adeo ut nonnulli poetæ Smyrnezos mo res tale ingenium uocent: subiicit deinde exemplum vnum de Chiis qui vacuam ab oppidanis illorum urbē occupaturos se rati, uiris in mōte operi rustico intētis, mox cum de monte decurrentes subito ciues cōspexissent, tanta trepidatione iniecti fugerunt; ut triser es plerasq; iniquitate locorum amiserint, impetum in se ciuium metuentes. Dicitur ergo de gente, aut homine bellicoso, pacis tempore dissoluto.

*Capra cinnamotum.*

Ἡ αἰετὸ κιννάμωμον, i. Capra cinnamotum uidelicet sequitur aut amat. Eustathius dicit testatur in eos qui rem quampiam impē se amant, & seruide depereunt. Cinnamotum furculus est Arabicus mirę fragrantis uiti non dissimilis, q. naribus admotus odoris gratia, voluptatis plena, lacrymas etiam inuitis elicit, ut ex Porphyrio aannotat ille in Dionysii Afri cōmentariis, adamatuiq; vehementer ab indigenis capris. Philostratus lib. 3. de uita Apollonii originem adagii docet, cum namq; ostendat, Capram documentum prębere bonitatis cinnamomi, ita subiungit, si quis caprę porrigat cinnamomi furculum, ea catuli instar admurmurat, abeuntemq; sequitur, naribus quātum potest admotis, atque adeo repulsa nō aliter, quam si pabulum denegatum foret, quiritatur.

*Veteris moneta.*

Ἡ παλαιὰ κόμμητος, id est, veteris monete esse dicitur quisquis integrum adfert iudiciū, haud corruptū, fuci corruptelęq; nescius; deniq; quidquid probum est & rectum, veteris monete esse dicitur, vetera namq; eo nomine bene audiunt, uelut minime adulterina καὶ κίβδηλα. Symmachus epistol. lib. 2. Itaque ut ipse non numquam pędicat, spectatorum tibi veteris monete solus supersum, ceteros delinimenta aurium capiunt. Vtus huius prouerbii durat etiam nū in lingua nostra uernacula incorruptū dicentibus nobis esse de veteri moneta. Ita

ferme vsurpatur ἀρχαῖος, hoc est, uetuste apud Demosthenem in Philippicis, si simpliciter & sine fūco doloq; , quod prę seculi homines integri fuerint, sic enim habent eius uerba: οὐτὼ δὲ ἀρχαῖος εἶχον, hoc est, de uerbo ad uerbum, vsque adeo uetuste habebant.

*Olim Pelasgi, Danaidæ postea.*

Ἡ ἄλλα πηλάγοι, δαναΐδου δούτερον. id est

Olim Pelasgi, Danaidæ postea.

Euripidis senarius in Oreste fabula, prouerbii speciem redolens, qui torqueri potest in locuplete genere ortos iam ad egestatem redactos, aut propemodum stirpitus extinctos. Pelasgi, si Straboni credimus, numerosa & valida olim gens fuit, quę errabunda passim sedes posuit leuicę; de causa eas mutauit, alio atque alio commigrans, & in infinitam adauctā multitudinem, celeriter defecit: siquidem maritimam Ionię oram infedisit, & Chium insulam inhabitasse leguntur, Herodotus refert etiam Imbrum & Lemnum insulas Persici belli temporibus à Pelasga gente habitatas, memorat Strabo & campum Pelasgicum in Thessalia ad Larissam. Possederunt & Cretę partem ut ex Vlyssis ad Penelopem uerbis apud Homerum manifestum sit. Fuerunt & Pelasgi in Achaia, cum & Aeoliam in Asia incoluerunt: transferunt & in Italiam eorum colonię, Lesbos quoque pelasgia antiquitus ab incolis eius nominis dicta fuit. Conueniet itaque in eos quorum opes olim firmę & potentes fuerunt aut prępotens familia, nunc uero ea defecerint. Potest & haberi ad hinc illi uulgato de Milesiis: Fuere quondam strenui Milesii,

*Heleneæ crater.*

Ἡ ἑλένης κρατήρ. id est, Heleneæ crater, de se to nuncio aut re quauis animo nostro impense grata que sollicitudinem leuare possit curasq; diluere. Philostratus in Sophistis: καὶ τὰ ἀχθε σοι κρηφίη τῆς γνώμης ὡσπερ δὲ κρατήρ τῆς ἑλένης τοῖς ἀνυπντίοις φαρμακίος i. Leuabit tibi animi molestias nō aliter quā Heleneæ poculum Aegiptiis pharmactis imbutum. Intelligit de pharmaco Nerpente, Locus est apud Homerū Odyssee quarto:

Αὐτίκ' ἀρ' εἰς οἶνον βάλλει φάρμακον ἐνέει ἐπι-

Νεπειδὲς τ' ἀχολόντες, κικῶν ἐπίλειδος ἀπὸν τῶν. id est, Itaque causas abolens, fugansque malorum .

Sensum, & tristitię patiens obliuia, vino. Pharmacon immisit. De quo ita Pl. li. 25. c. 2. Nobile illud Nepenthes obliuionem tristitię veniamque afferens, & ab Helena vtique omnibus mortalibus propinandū.

Spina colligens.

Τὰς ἀκάνθας σπῶγων, id est, Spinas attrahēs, Frequens est apud Athenęum de moroso homine & importune curioso, qui in disputationibus nunc hoc nunc illud incessit & in controuersiam trahit : talem autem vbique perstringit Vlpianum Tyrium altercando molestum, vt lib. 3. Diuosophi. ἔξου χίλις πάντα τὰ προσπίπτουσι τοῖς σπῶδισι λιγομένους, τὰς ἀκάνθας σπῶγων, ὡς ἀν' ἐχινόποδος ἐστὶ ἀνὰ τρηχέων ὄντων αἰεὶ διατρίβων ἀντίων τῶν ἡδίστων μὲν σπῶκαθῶν. id est, Ad vnguem expendis quidquid disceptantibus occurrit, spinas attrahēs, qui peccant in tribulos semper, spinosam & Ononin conuersans, nihil omnino amœnorum florum colligens, quem locum respiciens Eustathius ita legit lib. 2. Iliad. ἐξ ὄσπρονιᾶτο . τὰς ἀκάνθας σπῶγων ὡς ἀν' ἐχινόποδος, i. Vnde prouerbium illud . Spinas adducens velut tribulos aculeatos: cum adlusum sibi sit ad distichon quod apud Plutarchū extat Sympof. lib. 1. c. 4.

Ὡς ἀν' ἐχινόποδος καὶ ἀνὰ τρηχέων ὄντων φέουσι μαλακῶν ἀνθια λεικούων. id est, Ceu scabros inter tribulos, & Ononin acutam

Tellure erumpunt mollia Leucioia. Idem Athenęus libro 6. ἐκ τῶν πάλιν τῶν λιχθῶν τὰς ἀκάνθας ἀναλεξάμενος ἔλπιος. id est, Hic iterum ἐπραξις spinas colligens Vlpianus. Rursus libro octauo. ὅ τὰς ἀκάνθας ἀγέρον ἔλπιος. id est, Vlpianus spinas congregans. Porro superiore disticho cōeinne vtetur cum à Seuero homine & auctero lepide dictū aliquod prodierit & iocosus lepos: aut ibi scriptum tetricum quasiq; aculeatum vnus atque alteris faceris conditum temperetur.

Suilla harmonia.

Ἦα ὁ ἀρμονία, id est, Suilla harmonia, prouer

bii specie de incondito & indofco clamorē effertur alicubi ab Aristide: τῷ ἕσθον ἀρμονίαν ἡρσομένους. id est. Harmoniam porcinam modulantes, de ineptis & obstreperis sentiens, ac molesto barbaroque sermone obgrunientibus.

Monitor capras age .

Ἐμὲ νθετῶν, αὐτὸς αἰπόλα. id est, Qui me admones, ipse capras age. Quadrabit in consultorem ineptum, qui alteri dicere consilium parat, ipse supra stiuam non sapiens. Attigit istud Aristides in oratione πρὸς Περικλέα, hoc est, de inepto responso: ἔπας καὶ γνῶσις ὧν ἐμὲ νθετῶν, τῆς παρὰ μίας σοι λιγύσης αἰπόλων. id est, vt intelligas cuiusmodi vir sis qui me admones, cum prouetbium iubeat te capras pascere.

Agamemnonium epulum.

Ἀγαμηνόνειος δ' αἰς, ἢ τρηπίδα. id est, Agamemnonium epulum, vel Agamemnonia, mensa prouerbialiter dicitur de iis, qui in extimali mensa epulantur, vltimamque cœnam sumunt. Torquebuntur in eos, qui amice accepti medicatum hauriunt poculum, aut venenatā offulam & Claudi Cęs. boletum edunt, quod multis ex purpuratorum collegio contigit, qui ab Alexandro pontifice eius nominis sexto opipare excepti Agamemnonia mensa, paullo post interierūt, Refert Homerus Odyf. δ. quomodo Aegyptus adulter lautum appararit conuiuium velut excipiendi Agamemnoni instructū, quo illum nihil mali suspicantem interemit, sic enim ait: κατέπεφνεν Ἀγαμηνόνειος, ὡς τῆς τε κατέκτανε βῆν ἐπὶ φάτιν. i. Cœna acceptū maculat, ceu sub scænilē cadit bos, Aliter ἀγαμηνόνειος δ' αἰς accipit Sophocles pro annulario interfecti Agamēnonis epulo, Refertur ab Eustath. Odyf. 4.

Ioni paria insonat.

IN ferocem & superbe grandiloquum nihilque medio cre spūātem quadrabit illud Rhiani Cretensis, apud Stobęum: Ἦσα δ' ἢ βρομέει, κεφαλῆν δ' ὑπ' ἑαυτῆος ἀρῶν. id est, Pat Iouis Imperio fremit, & capite arduus exit. Cui cognatum est illud Sosiphanis apud eundem: Ἄσ' δ' ὀτυχεῖτε μὲν ὄντις, ὀδὲ ὄσ' ἰσ' ὄρῶν

Ἰσ' ἕρεκ' ἠφρονῆτι. id est, Affulserit si fors egenis, illico

Attollitis caelo arduum caput. Ita ut idem sit ἴσσα δ' ἢ βρομῆεν, & ἴσα ἕρεκ' ἠφρονῆτι, illud potestatis equalitatem, hoc inimitabilem altitudinem insinulat.

Tanquam Pavo circumspiciens se.

De philauto homine & qui sibi quacumque tandem in re placet impensius, suoque ingenio indulget, aut qui forma sua delectatur. Synesius de Dione Prusizo sophisticis politicisque argumentis admodum delectato: ἐν ἐκείνῳ τῷ πταίει ἢ ἡρώτων καὶ ἀπερὸ τῶος περιθεῖν ἑαυτὸν καὶ οἷον θανυμένῳ ἐπὶ τῶος ἀγλαίας τῆς γλῶσσης. id est, in illis re superius gloriatur, in illis resupinus gloriatur, in illis decorem ostentat, pavonis in morem seipsum circumlustrans & quasi superbiens orationis splendore. Pavo superba anis gemmantes suas pennas mirari solet, & ad laudes suas explicare opes. Philostratus in Hippidromo, ἀρεῖάμην ἀπὸ τῆς καὶ τῆς ὀρεῖθ' ὡς ἀκαπτεροῦ ἑνὸν τῆς πᾶν. id est, Excorsus à pavone ut qui laudatus pennas furtigat. Simocatus in epistolis: τὸ μισθικὸν ὄρειον ὁ τῶος καὶ τῶος μισθῶν τῶος ὑπερφίαλον καὶ κληρωτικὸν μέγα τι καὶ ὑπέρρονον ἐπὶ τῶος κάλλει φρονῶν. id est, Pavo medica avis Medorum etiam superbiam vel hereditario iure, adepta, immensam ob pulchritudinem superbit. Ab hac aue etiā aliud proverbum deducitur propter multicolorem pennarum varietatem, ut quidquid mirifici varium sit, ποικιλότερον τῶος, id est, pavone magis varium dicatur. Synesius libro de imperio ad Theodosium Iuniorē: ποικιλώτατον ἢ πάρεχον ὡς περὶ οἱ τῶος. i. maxime varium & omnicolor, pavonū instar: Alexis Conicus in Crateua fabule nomen est à Crateua herbario ἕλιότομῳ, male. n. apud Athenicum κρετῆξ legitur, seu Pharmedicola.

Φοσκὰτ' αὐτὸ ποικιλότερον τῶος. id est, Sarraginem instruxit variam quam pavo magis.

Clitophonti apud Achillem Statium vulgus Leucippes amicæ, superare videtur inimitabilem illā pavonis pulchritudinem.

Collaria cadauera.

Νούεις μισσηχένης, velut cadauera collote- nus medio, proverbialiter dicitur ab Ari-

stophane popinones perditis perpetuis commestationibus luxuque tempus terentes, qui vitam gulæ deliciis temuntur, atque æstimant, quibus offatio præ in gluivie corpore pigris, & iuxta poetam vino sepultis, neque pes neque mens officium facit. Talis Philoxenus ille quem graunum collum voto expetiisse refert Athenæus tricubitale guttur Machou Comichus. Eiusdem generis fuit M. Apicius non inuenisse ab Ænapiο κατατάξας πέρας vocitatus, velut helluacionis extimulatus.

Veriora Bacidis dicitur.

Ἀληθέστερα τῶος σιβύλλης ἢ βακίδος. veriora Sibyllinis aut Bacidis oraculis. De rebus indubitatis minimeque controuersis. Dion Chrysostomus: ἕδ' αὖτ' ἀληθέστερα λέγω τῶος σιβύλλης ἢ βακίδος. Ne si veriora quidem dixerō quam Sibyllæ dicta sunt aut Bacidis. Fuit Bacis ex iis quos χρησμοδός velut fatidicos Græci nominant, ut in Theogoe dicit Plato. χρησμολόγον oraculorum concentorem appellat Suidas: carminibus Iultrali bus expiisse illum sanaticas Lacænas relatum est a Theopompo in nono Philippicorum. Pausanias in Phocicis commemorat lecta sibi esse Bacidis oracula arreptitiumque nympharum vocat: meminit eiusdem & in Bæoticis. Philetas Ephesius tres enumerat Sibyllas, vnam Apollinis sororem, alteram Erythream, tertiam Sardoniam: totidemque Bacides, quorum primus oriundus fuerit Eleone Bæotia oppido, alter Atheniensis, tertius Arcas. Fuit autem is, quem diximus Lacedæmoniorum feminas ab infania liberasse. Apollinis iussu immisum, genere Bæotius:

Cappari visitas, qui poter Anthia.

Πρὸς κάππαριος, δ' αὐχάμην πρὸς ἀνθίαν. id est, Poteras vel Anthia, qui viuis Cappari. Senarius proverbialis in pareos qui vilibus contenti frugaliter viuunt, cum possint splendidius. Quadrabit & in eos qui triuialibus negotiis immiscunt se, cum arduis sufficiant: aut qui litterarum otium sectantes, tenui conditione malunt contenti viuere, quā in aulis principū opima spectant. Plutar. sympol. cap. 4. ὁ δὲ τὸ σιχιδίου τῶος ποιήσας, πρὸς κάππαριν ζῆς, δ' αὐχάμην πρὸς ἀνθίαν, τὸ βλάται, id est, Versiculi illius vulgati auctor. Poteras vel Anthia, qui viuis Cappari, quid tandem sibi vult?

In libris excusis *καππύριον* diminutiui forma legitur, ego vt senarius constaret, *κάππαριν* restituo, nisi *καπύριον* per vin-cum π manis. Est autem Anthias nō igno-bilis piscis quem & sacrum & à felici no-minis augurio Collionymum vocāt. Ad sine huic est illud Aristidis *βόρσος ὄζων, μι-ρῶν ἔξωδον*. id est, Corium redolet, qui possit vnguenta .

*Geminas chordas feris.*

*Διπλάκρην*, id est, Binis fidibus canere dici-tur prouerbii speciei, qui duobus domi-nis seruiunt, aut qui ancipitem fouent sen-tenariam neutro inclinantes. Aristides in oratione *κατὰ τῶν ἐξορχομένων* inscri-bitur. *Αλλ' ὁμαι κομῆλοι τινές εἰσιν καὶ διπλα-κρῆσιν, ἵνα ἔων μὲν ἕλωσι, ταύτην κενενοῦσιν ὅστιν, ἂν δὲ φερέσῃς, ἔχωσιν ἀναχάσασιν*. id est, At lepidi bellique hominuli, vt arbi-tror, sunt, binasque chordas pulsant, obti-neant, potiores hac parte sint, sin, depre-hendantur, retrocedere queant.

*Equum Scythæ.*

*Τὸν ἵππον ὀσύνεις*, id est, Scythæ equum, sub-audi *βελύσσει ἡμῶσιν*, auersatur aut fastidit. Citatur à Suida prouerbium, De eo, qui in propatulo rem quampiam rei-cit & auersatur, clam appetit. Id genus ho-minum nequitiam rarum est, qui mune-rum publicorum administrationem ver-bis despuunt, & ceu onus quauis. Aetna grauius execrantur, eum re ipsa nihil affe-ctent magis, ambitionis plenissimi. Vide-tur etiam dici posse de eo qui duplex vna & eadem ex re commodum captant nam Scythæ equo & ad itineris expeditionē & ad pastum vitur, vt indicat D. Clemens in Pedagogō, nam consensu equo auerhi-tur quo velit eumque & vrgente fame epo-to è secta vena sanguine famem sicimque placat.

*Mandibulis alienis ridere.*

*Γραβῶς γελαῖν ἄλλοτρείους*, id est, Mandibulis alienis ridere, Huius parcemix formam sua ætate etiam vsurpatā annotat in Odiss. vicessimum Eustathius, aliis quidem ver-bis, sed tamen eodem plane sensu, nempe *γεῖνός γελαῖν παρειαῖς*. hoc est, Peregrinis buc-cis ridere, dici autem vtrumque aut de ri-su nō vero & ex animo profecto, eos nam-que qui præ ira nasum crispant, aut præ cō-

silii inopia animi hærentes inre non ridi-cula risum cient. Alienis maxillis ridere: sic qui inuiti & vi adacti cibum sumunt, *ἄλλοτρείους γελαῖν εἰδέναι*. id est, alienis man-dibulis esitare dicentur, tamquam quorū proprijs maxillis torpescit officiumque suum detrectent. Homerus Odissæ v. de procis loquens, quibus iniuriarum ac proterbiū summes pœnas capite luituris, Mineruæ ca-chinum ementium iniiecerit, & mēte emo-tos reddiderit, ita ait:

*Οἶδ' ἢδ' ἡν γεθυῶσι γελοῖων ἄλλοτρείοισι. ἰ.*

Illorum at risus buccis alienus inerat. Poterunt hæc prouerbiales in vsum trahi figuræ, vt eum qui citra appetentiam edit, *σῶματι ἄλλοτρείω εἰδέναι*, hoc est, ore alieno manducare dicamur: qui inuitis manum operi admoueat, *ἄλλοτρεία χειρὶ πίσιδάω*, aliena manu quid agere. qui quod nolit a-spiriciat, *ἄλλοτρείους ὀμῶσιν εἰσέρειν* alienis oculis intueri: qui difficilis sit in præstanda al-terius dictis opera, *ἄλλοτρείους ὡσὶ ἀκλύειν*, alienis auscultare auribus.

*Vix passæ similis.*

*Ἀσάφιδ' ἰσοκῶς*. id est, Vix passæ similis, scō-mate prouerbiali in similem gratem rugis contractam & passæ cute strigolam detor-quetur, apud Gregorium Palamam The-s-salouicensē archiepiscopum, qui animā sic loquentem inducit: *ὅτε δὲ τὸ περιστυ-κὸν ὑπαίχεκρῆνον, μὲν ἄσάφιδ' ὅ, τὸ τῆς πορρωῆς, ἀπειθῶ, ὡς ἴκον αὐτὸς λογιζομαι*. id est, cum rursus senilem submisserit cal-uani, nihil à passæ vna (iuxta prouerbium) dissidentem, iterum in infantis loco habeo.

*Imbrū & Lemnū.*

**TERO VERSATORS** & qui sibi conscii iu-dicium declinabant atque subterfugebāt, cantantes se peregre abfuisse, prouerbiali-ter *Ἰμβρίας*, hoc est, Imbrios dici solere an-notat ex Aelio Dionysio Halicarnassō. Eustathius, cuius hæc verba citat: *Ἰμβρίας, οἱ τὰς εἰκῆς ὑποφύγοις, ἐπιτινὸς εἰς δίκην κα-λλίως, ἰσχυρῶς ἐν Ἰμβρῶ εἶναι* id est, Im-brios dicuntur qui iudicium subterfugūt, eo quod aliqui in ius vocati in Imbro ab-sentiam prætendebant. Idem repetit & He-sychius, sed addit eisdem quoque *λεμνίς* dici velut absentiam in Lemno prætexen-tes. Est autem Imbrus Aelica insula non procul à Lemno dissita, è regione Tenedi.

*Pauro*

*Patroclum sub specie.*

*Πάτροκλον πρόφασιν*, Patroclum sub obtentu aut pretextu, proverbium dicitur de his qui rei cuiuspram gratia simulant se facere aliquid, quod reuera aliorum faciunt: aut qualiter alium qui laudant, ut suas in eo laudes recitent, atque inculcent, in Patroclum obtendunt. Est autem eliptica oratio ut plena sit, *πάτροκλον πρόφασιν τιέναι*, aut simile quid, hoc est: Patroclum obtentum facere aut pretextere. Plutarchus in libello quomodo se quispiam extra invidiam laudare possit *ὅτιν ἂν μύλα δ' εἰ προσίχεν ἑαυτοῦ πρὸς τὰ ἐτέρων ἐπαιῶς ὅπως μὴ δοκῶμαι πάτροκλον πρόφασιν, σφῆς δ' αὐτῶς δ' ἑκαὶν ἐπαινᾶν*. Quapropter diligenter attendendum est nobis circa alienas laudes, ne videamur Patroclum obtendendo, nos ipsos per alios laudare. Occasio adagii ex Homero petita est Iliados decimonono, ubi Briseida necem Patrocli legentem, reliqua feminarum turba sequitur, non tam Patroclum, quā proprias ærumnas desens, sic enim inquit:

*Ὡς ἔφατο κλαίεισ', ἐπὶ δ' ἤνιάχοτο γυναικίβς  
Πάτροκλον πρόφασιν, σφῶν δ' αὐτῶν κήδ' ἔκαψ.* id est,

Sic ait illacrymans, gemitum grex insuper addit.

Femineus, Patrocli obtentu, sua funera lugens.

Qualibet. Ita paullo post Achille lacrymate, seniorum cœtus etiam illacrymat, memor pignorum domi relictorum quod Eustathius reddit: *οἱ γέροντες κλαίεισι πρόφασιν αἰκίας ὅμοιοι ἔλοιπον*. neque enim propter Achillem lacrymis indulgebant, sed memoriam recolentes quos parentes, quantum liberorum domi reliquissent. Hinc liquet errare eum qui natum adagium putat à Patrocli cuiusdam moribus cuius sordes in comœdia traducuntur.

*Pyrrhonia hæsitatio.*

*Πυρρῶνας ἄπορία*. id est, Pyrrhonia dubitatio, proverbialiter schemate Vsurpatur de iis qui nihil certi statuunt atque decernunt, semper ambigui: Galenus libro secundo, de temperamentis: *εἶτα ταῦτ' ἔπυρρῶνας ἄπορία καὶ λῆρ' ἀπέρματος*. id est, Nonne hæc sunt Pyrrhonis hæsitatio & infinitæ

nugæ: Idem lib. 2 de naturalibus facultatibus: *ἀλλ' ἀπορηματικοὶ τινὲς ἑξωφρῖνς ἢ πυρρῶνας γινίσι δαυ*. id est, Sed hæsitatores quidam subito ac Pyrrhonii eudæctis. Fuit Pyrrhon Elæus philosophus qui desperata veritatis inquisitione, temere omnia diu multumque rimatus, in singulis hæsitabat, ut idem Galenus in libello *πρὸς ὑποτυπώτως ἐμπειρῖς* scribit, nihilque reuera esse aiebat, sed lege quadam & consuetudine omnia fieri, Laertio teste. Huius sectæ assectæ ab auctore Pyrrhonii appellati fuerunt: iidem & ἐφορτικοί, quasi superfedentes, quod cunctarentur ac superfederent quidquam asserere, de quibus Philostratus *πυρρῶνας ἐφορτικῶς ὄτας*, &c. hoc est aiebat Phauorinus Pyrrhonorum de rebus diffinire superfedentium questiones iudicari posse: ab his *Ἐπ'χῆ* nomen habuit quam assensionis retentionem vocat Cicero in Academicis. Idem & ἀπορηματικοὶ siue ἀπορητικοί, à perpetua hæsitantia, ut Σκιπτικοί quod considerationibus semper vacent, numquam in intentionem perficiant. Disti fuerunt & Στυπτικοί, quod inquirant semper veritatem. In horum familiam adoptarunt se Academici, quod nihil adfirmabant & quasi desperata certi cognitione, quodcumque verisimile videretur, sequi volebant, ut in lib de finibus bonorum & malorum inquit Cicero: Idem lib. De natura deorum primo, Prudenter dicit Academicos in rebus incertis assensionē cohibuisse.

*Caricum schema.*

*Καρικὸν χῆμα*. id est, Caricum schema de libidinoso effertur. Helychius annotat vene rei congressus spurcum turpemque modū ita nominari, atque inde *ἐπὶ τῶν ἀκόλαστων*, lasciuos & salaces effrenata libidine pruriētes, *καρικὰ χῆματα εἰδ' ὄτας*, id est, Caricas figuras edoctos dicemus.

*Libera in Cynadra aqua.*

*Ἐν κινάδρα ἐλθερίον ὕδωρ*. id est, Libera in Cynadra aqua Proverbium est ad vitæ libertatem adhortatorium, nam cum libertas res sit inestimabilis, securius dulciusque aqua vivitur in libertate, quam in magna rerum abundantia feruitur. Vere inquit, Persius liberum esse cui vitam ducere licet, ut voluit, Est autem Cynadra fons Ar-



gis, à perfugio canis, nomen habens. Meminit prouerbii Eustathius *Odysseu*. Annotat & auctor Erythraei Argis fuisse *ἐλευθερίου ὕδατος*. id est, liberalem aquam, è qua serui qui in libertatem asserbantur, poculum hauriebant: unde etiam Cerberū canem inferni tricipitem bibisse, liberatūque fuisse fabulatur, à cuius forte perfugio fonti Cynadræ nomen creatum fuit.

*Lippus oculus solis radice non fert.*

**PROCVL** Constantinopolit. episcopus: *λυμῶν ὀφθαλμοῦ, ἢ λιλῆς ἀκτινας καθάρως ὄρεχεται καὶ ἀδινύσσα διαίσιαι πίσις ἢ προσίται ὕψος*. id est, Lippus oculus solare iubar inoffense non admittit, nec imbecilla mens fidei fastigium capit. Non illico perspicua sunt, lectori medicos libros euoluenti, eius artis miseria, nisi ea doctrina imbuto: Diuinatum litterarum arcana nō obuia sunt prophano vulgo. Porro in Græco exemplari perperam scriptum est *λυμῶν* pro *λυμῶν*.

*Fulicam cygno comparas.*

**DE** rebus aut personis maxime inter se dissimilibus conueniet dici hos Paulini Nolani ad aufonium versus:

Si cōfers fulicas cygnis, & aedona paræ. Castaneis coryolis æques, viburna cupressis. Dissimilimæ sunt inter se fulicæ colore fusco, & cygniniuco: rursus aedon seu luscinia vocis amœnitæ auium regina, & parra auicula inter oscines à Festo habita, sed stridulo & ingrato sono. Eadem imparitas spectatur in castaneis arboribus proceris, & humilibus corylis quæ ab Auella Campaniæ oppidulo Auellanz fuerunt diætæ: itidē inter cupressos editas ac proceras admodum arborea, & breuia depressæque viburna, qua comparatione etiam Vergilius Romam urbem reliquis Italiæ oppidis cōfert, vt eam tantum dicat caput præ ceteris efferre:

Quantum lenta solent inter viburna cupressi.

*Lumbos frætur vt Mysii asinus.*

*Οσφιῶν κτηνῶς ὡς ἐ μύσιος ὄνος*. Delumbatus asini instar Mysii, Citatur prouerbii nomine ab Eustathio Nauium catalogo sed nō explicatur, cōtensus enim est addere, in Mysia rarissimos esse asinos, quibus rectum sit dorsum citra lumbos

aut ilia ita enim, *ὄσφις* vocatur tertia & inferior videlicet soinz pars ad clunes descendens. Dorsetur quadrare in molles & effeminatos, quos clumbes vocamus, Græci *κνημιόγας*, hoc est, fractos, de quo antea diximus. Porro in Eustathio Romæ excuso pro *κνημιός* legendum est ex manuscripto *ἐπιπλαρί* quod Bononiæ videre contigit, *κνημιός*.

*Araneis abundat propter inopiam.*

**HOMERICVS** versiculus est prouerbialis *Odysseæ P.* quem Telemachus loquitur interrogans an thorus paternus etiam nū propter collecti inopiam scateat aranearū telis obstitus *sia* enim ait.

*Χύτει ἐν κλυαίων κακ' ἀράχια κῆται ἔχουσιν.*  
Horret Arachneis vacuus ne coniuge telis.

Volens significare desertum iacere atque neglectum, nam locis incultis stabulantur araneæ Varius Imp. opera seruorum decem millium pondo araneatum cum collegisset, squaloris urbis Romæ manifestum testimonium ad posterōs transmisit. Poeta quispiam pacē optans, voto à Deo exquirat, *ἀράχια νηματ' ὑφάναι τοῖς ὄπλοις*, vt araneæ telas suas armis intexant. Hesiodus in præceptis rusticis ita mandat, *Ἐκ δ' ἀγγέων ἐλάσσεις ἀράχια*, admonens doliorum esse satagendum ne intus nidulentur araneæ. Prouerbiali itaque specie dicemus *κακ' ἀράχια ἔχουσιν*. id est, araneis abundare quidquid incultum desertumque iacet. Transferretur ad postre ad ingeniorum culturam, aut ad interpretum oleitantiam supinam, qui difficilioribus auctorum locis altum agūt silentium & squalorem quandam cōciliat: & Nonius Marcellus, & Varro corruptis tot locis descriptorū incuria, passim. *κακ' ἀράχια ἔχουσιν*. Ad superiorem versum adluisse videtur Propertius in tertio:

Putris & in vacuo textetur aranea lecto.

*Manus in Aetolis habes.*

*Τῶ μὲν χεῖρῃ ἐν Αἰτωλίαις*. id est, Manus ambas habet in Aetolis, prouerbium est Aristophanis de impudēter petace, aut munerū corruptelæ obnoxio, nam Aetoli populi nomen habere videntur deductum ab *αἰτήν ὄλον*, quod totū flagitent. ita Homer. *Odysseæ ξ.* egenum hominem & mendicum ex Aetolia oriundum: *α* temere fingit, ad *vocū*

vocis etymon adludens quod est, αἰρέω. i. postulo. Versus: Aristophanis est:

Τὼ μὲν χᾶρε ἐν ὠταλοῖς, ὁ δὲ ἰὺς ἐν κλωπι-  
δαῖς, id est,

Manus utraque in Actolis, ad meus in Clopidis.

Quod prouerbiale esse scōma annotat Eustathius in veteratorem improbum & munerum receptorum, qui & flagitiose manibus donaria efflagitet & suraci, animo opes inuolet. Est autem patagramatismus in Clopidis & Croidis, nam Croidis tribus Atheniensis nomen est, at Clopidis ἀπὸ τῆς κλωπῆς à furto nomen habere videtur.

*Turtur cantat.*

DE inepto cātore extat prouerbiū apud Suidam. τρυγῶν φαλλῶν, id est. Turtur psalita aut canit, quamquam apud illum perperā scriptum legitur: ἐπὶ τῶν φᾶλλῶν τρυγῶν pro φαλλῶν. nam turturum vocis sonus asperior est, & inamœnum stridet, gemitui quam cantui propior quod τρυγῶν Græci dicunt, vnde & ad odiolam loquacitatem transfertur, Hinc Idyllio se ptimo Theocritus:

Λεῖ δὲς κέρυδι, καὶ ἀκωνίδις ἔστιν τρυγῶν, i.

Cantabant corydi & spini, turturque gemebat.

Potest & ad ineptum inepti carminis scriptorem transferri.

*A lineis excidere.*

PROVERBIALITER vitur Tellianus A lineis excidere, pro eo quod est, ab instituto & proposito aberrare, libro aduersus Hermodenē, Et hic à lineis tuis excidisti, quibus circa personam Dei vsus es. Translatione sumpta à geometria quæ lineis omnia perficit ita concionatorem à proposita materia latius euagantem, à lineis excidisse dicemus. Sic è diuerso, Lineæ insistere dixi lib. 4. aduersus Marcionem, pro, in instituto permanere sic enim inquit. Puto me non temere hucusque adhuc lineæ insistere, quæ definitio nusquam omnino aliū Deum à Christo: euclatum. Frequens autem vsus linearum specie prouerbii apud hunc auctorem est, nam & iidem demicæte lineis dixit, pro intra certa argumentorum septa permanere, & lineas aliquas præducere, pro certam materię legem præfinire, & ad lineas & in gradū, lib. 1. aduersus

Marcionem pro, ad propositum atq; institutū, & lineis claudere materiam hoc est, stata quædam argumenta præfinire, intra quæ ceu cancellos quosdam coerceatur liberior orationis euagatio Ducta metaphora à certantium luctantiumve lineis, quas intra decertent. Hinc manauit vrbanus iocus Cassii Seueri, qui aduersus eos qui in diuersa subsellia transeunt, lineam poposcit, vt est apud Fabium: velut obicem certum & præfinitum litem, quem transgredi non liceat: ridiculum enim est quod Cælius istud de longurtis interpretatur. Eodē spectat & Hieronymi illud in Luciferiani dialogo, In gradum rursus ac lineas regredere. Ab eadem metaphora fluxerunt & hæ loquēdi formulæ apud Ciceronem pro Pub. Quintio, Si extra hos cancellos egredi conabor, quos mihi ipsi circūdedi, lib. De oratore 1. Et quasi certarum artium forensibus cancellis circūscriptam scientiā. Neque silentio prætereundum est quod annotat Donatus in Eunuchum Terentianā: Longis lineis fieri, pro eo quod est, de longinquo.

*Lapis molaris.*

DE homine stupido vecorde & cerebri experte, prouerbialiter dicitur λίθος μολίας. id est, lapis molaris, Plato in Hippia maiore: ἢ εἰ μοι περικίθησθαι λίθος καὶ τὸτο μολίας, μήτε ὡτὰ μὴτ' ἐγκίφαλλον ἔχων. i. Non aliter quam silapis affideas mihi, isque molaris, & auribus & crebro carens. Apud Aristophanem quiddam λᾶς, id est, lapis audit, propter vecordiam insignem & animi stupiditatem: δὴ αὖ σκληρότητα καὶ ἀνωδιότητα, vt exponit Eustathius. Aristides ex Platone: τί δὲ εἶ τῶ περικίθησθαι λίθῳ ἐπιπέδῳ. id est Quid, si Periclis filii lapides fuerint, ita forte & Plautus in mercatore: Egomet credidi Homini docto tē mandare, is lapidi mādo maximo.

*Decumani malorum fluxus.*

Κακῶν τρικυμία, i. Malorum decumanus fluxus. De ingēribus calamitaribus effertur, Mercurius apud Aeschilum Prometh.

Οἶδ' σε χαμῶν καὶ κακῶν τρικυμία  
Ἐπεισ' ἄφυκτο. hoc est,  
Tibi quanta tempestas, & inuitabiles  
Fluxus malorū decumani mox ingruēt.  
Theodoretus lib. De prouidentia 6. ὁ πλῆ-  
το πολλὰς ἔχων ἐπιβρῆς καὶ σφοδρὰς παν-

τοδαπός καὶ τρικυμῶν εἶδη μνεία ἐπίβηλος  
ἔστιν ἀρετῆς . id est , Opes variis tumultibus  
& omnigenis curis refertæ , ac secentis de-  
cumanum luctuum generibus , virtuti in-  
sidiantur , Ibidem . τὰς τῶν πατρῶν τρικυμῶν  
ἔστιν ἄδωα . id est , affectuum de cumanis vn-  
dis cedere . Nazianzenus in distichis .

Κύβητος ἰδμῶν φέλλεται τρικυμῶν . id est ,  
Dofl' Gubernator decimas vndas cauet .

Plato lib. De repub. 5. καὶ το μίγισον καὶ χαλε-  
πὸτατον τῆς τρικυμῶν ἐπιτοχῆς . id est , postea-  
quam vix euasi binas disceptationum vn-  
das nunc maximum difficultiumque ve-  
luti decumanæ fluctus vorticem superinge-  
ris . Idem in Euthydemo σῶσαι ἡμᾶς ἐμέτε-  
κὶ τὸ μερεῖον ἐκ τῆς τρικυμῶν τῆς λόγῃ . id est ,  
seruatos nos velis me pariter & adolescentu-  
lum è disputationis decumano tantum  
non impetu . Clemens Alexand. in pedago-  
go . δὲ δ' ἔκιν ἑς βυθὸν ἀκοσμίᾳς τῶν τῶν οἷον τρι-  
κυμῶν ἐπιπικνωμένων . id est , Corpus immer-  
gitur in profundum turpitudinis , adobru-  
tum quibusdam decumanis temulētis flu-  
ctibus . Τρικυμῶν tempestatem volunt esse  
grauem , quia tres vndarum cumuli in vnū  
coeunt , quam graphicè describit in episto-  
la ad Euoptium Synesius , Latini decuma-  
nū fluctum nominant . Lucianus in libel-  
lo De mercede seruientibus , τὰς τρικυμῶν  
καὶ ῥάλας καὶ ἐκβαλάς , id est , Decumanos flu-  
ctus , procellas , naufragia . Plato in Euthy-  
demo : δὲ ἰμῶν τῶν ἔπειον , ὡπὴρ διοσηχῶν  
ἐπικαλοῦμιν , σῶσαι ἡμᾶς , ἐμέτε καὶ τὸ μερεῖ-  
κον , ἐκ τῆς τρικυμῶν τῆς λόγῃ , id est , Obreſta-  
tus hospites velut ipsos Dioseuros inuo-  
cans , qui nos ( me videlicet & adolescentē ) è  
decumano sermone fluctu seruatos velint .

*Statua viatores omnes insuans .*

GREGOR. Nazianz. eodem in loco in fune-  
rali oratione Athanasii , prouerbialiter , sta-  
tuam viatores omnes intuentem , appellat  
symbolum aut dictum aliquod diuersimo-  
dè interpretari quod possis , & quod specio-  
sè argumentis in hanc & in illam senten-  
tiam deflecti & ad diuersa accommodari  
queat . Verba eius sunt : ἢ πρὸς πάντας ἰεῦ-  
σα τῶν παριόντων ἡμῶν , id est , effigies aut si-  
mulacrum cunctos viatores aspectans .

*Anguilla in strigmento .*

Ἐχιδνὸς κατὰ γλαυῖ . id est , Anguilla in strig-

mento , de lubricæ fidei homine dicitur .  
Anguilla per se lubrica est nec facile mani-  
bus stringitur , multo magis si stringento  
olei vuido , quod γλαυῖον vocant Græci , im-  
buta sit . Exstat apud Simonidem in Iam-  
bis ὡπὴρ ἐχιδνὸς κατὰ γλαυῖ , velut anguil-  
la in olei stringimento : Simile illi est quod  
ex Aristophanis δαυταλῶσιν , fabulæ nomine  
est , citatur ab Athenæo , λῆθ' ὡπὴρ ἐχιδνὸς .  
id est , Instar anguillæ lubricus .

*Faber cadit cum ferias fullonem .*

ARNOBIUS lib. 6. aduersus gentes lepidū  
vsurpat adagium , quo vti licebit quoties  
significabimus intermeitem plecti , aut per-  
stringi , veluti si quis in re ridicula , expo-  
sita muri cædi lætiferæ , caetellum impruden-  
ter è medio tollat eius verba sunt . Noun-  
e illud est quæso , quod in vulgaribus prouer-  
bis dicitur , fabrum cadere cum ferias ful-  
lonem ? Finitimum huic est quod apud  
Athenæum Philyllius Comicus in fabula ,  
quæ π' ἄλλας , inscribitur , extulit :

Ο,τι ἂν τύχη  
Μάγερθ' ἀδ' ἰκίσας , ἀυλαπῶ λαβῶν  
Πλῆγῆς . id est ,

Quidquid coquus  
Deliquerit , cædi flagris tibicinem .  
Eubulus in Leda .

Ἡκισάμην καὶ τοῦτο νῆ πῶ ἐσίω  
Οἶκον πόδ' ἂν ὁ μάγερθ' ἐξαμαρτάται ,  
Τύπτειδ' αὖ ἀυλαπῶν , id est ,  
Ecastor audisse memini olim medomi ,  
Tibicinem cædi , vbi coquus peccauerat .

*Leo prius , nunc leporem agit .*

Αγὼ βίον ζῆς ὁ πρὶν ἄπρομθ λέων . id est ,  
Ferox leo olim , leporis xuum nunc agit .  
Senarius est prouerbialis , incerti auctoris ,  
in hominem delicatum , qui pristinum ferociam  
exuerit . Huc spectat illud Galeni  
lib. De prænotione : τὰ δ' ὑποπλῆσσοιτα λέ-  
γω βίον ζῆν ἀπὸ τρεμῶντα ἢ τι πείσειδαι προσ-  
δοκῶντα . id est , Metuentem leporis vitam  
viuere , semper trepidum ac pati quidpiam  
spectantem . Dion in oratione de gloria καὶ  
τοῦτο δ' ἂν τοῦ λόγῃ . λέγων βίον ζῶν , id est ,  
Ac iuxta prouerbiū , leporis vitam viuēs .  
Antiqui , λέοντα , id est , leones viros terco-  
rnuos appellauerunt , ita Lycophron Hercu-  
lem τρεῖσιν ἰστέοντα , id est , trinesperum leo-  
nem dixit : Q. Calaber Achillem κειροῖν λέ-  
οντα , id est , rigidum leonem : & Euripides  
Ορεστη

Oresten ac Pyladen λέοντας δ' ἐδύμης. id est, geminos leones. Eodem referendum est Chabrix dictum: φοβερώτερον εἶναι ἐλαφρον στρατόμα λέοντος ἢ ἡγεμῆος, ἢ λέοντων ἐλάφου. hoc est, Formidabilius esse ceruorū agmen ductore leone, quam leonum, ceruo, quod Aristides refert. Euripides à Deo euilbet aiumanti vnam in genere attributam esse naturam dicit:

Τὶ ποῦ δ' ἐπιμοῦσιν ὅν λέγεις ἡμᾶς πλάσσει,  
Καὶ τ' ἄλλα πάντα ζωῶν, τοῖς μὲν θεοῖσι  
Ἐδωκ' ἐκάσι κατὰ γένος ἢ μίαν χύσιν,  
Ἀπόττες οἱ λέοντες εἶσι ἄλλοιμι,  
Δαλοὶ πάλιν ἕξιν εἶσι πάντες οἰαλοὶ id est,  
Quid, quod Prometheus condidisse quē  
ferunt

Nos atque cuncta animantia, ille bestiis  
In genere singulis naturam vnam dedit,  
Cuncti leones præditi sunt robore.  
Formidinis pleni omnes sunt lepusculi.

*Argiuos exarmas oraculum.*

ΣΙΤΑΤΥΡ à Plutarcho in eo quem ἐρωτιῶν  
inscripsit senarius prouerbiū vice ab ipso  
vsurpatus:

Τὸ δ' ἐξοπλίζει τοῦ ποιοῦ ἀργεῖον λέων. id est,  
Exarma Argiuam gentem hoc oraculū.  
Accommodari poterit quando significabi-  
mus argumento quoopiam valido aut syllo-  
gismi ariete destrui atque euerti quæ per  
se fita antea & certa videbātur. Videtur  
è Tragico quoopiam de sumptum. Exarma  
re proprie belluas dicimur quando vngu-  
las aliæ armamenta contra hostilem in-  
iuriam à natura illis concessa demimus, ne  
nocere queant, sic Plinius exarmare accu-  
sationem tropice dixit pro infirmare eam  
& conudlere.

*Turbinem felix prospexit.*

Ἐξέστην βύτουης ἄθρα, id est, Turbinem pro-  
specta felix existens. Citatur ex Varronis  
Menippeis à Nonio Marcello. Cū res sunt  
maxime secundæ, tum de aduersa fortuna  
præcipue timendum est: quemadmodum  
nautæ licet prospero fere vento oram sol-  
uant, ad manum ramen aut saltem præpa-  
rata aduersus tempestatē si forte ingruat,  
instrumenta adminicularia habere debēt,  
ne malo cedere cogantur. Sapientis est in-  
fortunis se ante parare, quam opprimāt.  
Non abludivit hinc Vestii Valentis respon-  
sum apud Cor. Tacitum, cum metueret à

Claudio Ostiæ agente, Aspicere se tempe-  
statem ab Ostia atrocem, cum de Messalinæ  
adulteriis quæstionem aciem futuram in-  
nuere vellet cunctis in aurem dormienti-  
bus. Εξέστης autem ventus est procellosus  
quasi dicas quassatorem, πρὸ τοῦ ἄστυ. i. ab  
impellendo. Ad sine est illud,

Χρηθ' ἐκτός διτὰ πημάτων τὰ δ' εἶν ὄρα. i.  
Extra malum existens, pericla prospice.

*Amara pharmacis amara bilis proluisur.*

Ἰατρὸν Πικρὸν πικρῶν, κλύζουσι φαρμάκων χο-  
λῆν. id est.

Medici Amaram amariss pharmacis bilem  
eluant. Senarius est integer cum sine alte-  
rius, ex Sophocle sumptus, vt indicat Pla-  
tarch. in lib. de facie in limæ circulo appa-  
rente meminit & in libro De animi tran-  
quillitate. ὡσπερ οἱ σοφῶν κλύζουσι πικρὸν  
χολῆν κλύζουσι φαρμάκων πικρῶν. i. ad exēplū  
medicorū Sophoclorū, qui bilem amaram  
amaro pharmaco eluūt. Competit vbi res  
nobis erit cum moroso & difficili homine,  
cuius improbitatem simili asperitate frā-  
gendam esse videamus. Finitimum est illi,  
Cum Crete Cretizandum. Adluisse huc  
videtur Symmachus in Epistola quadam.  
Pleum quæ amara haustu ad salutem valēt,  
& succis tristibus affecta refouentur. Qua-  
drabit etiam vbi asperioribus verbis iuue-  
nilem audaciam aut calidum facinus casti-  
gandum esse iudicabimus.

*Mulgens hircos, sanguinem ducit.*

Ρομπὴν ἀμείλγει, εἰ εἴλη, καὶ τοῖς τράγους,  
Ἄλλ' ἀπὶ γάλακτος, αἱμάτων πηγῆς ὕσσει. i.  
Mulgere & hircos, si velit, pastor potest.  
Sed sanguinis pro lacte salientes fluent.

Leguntur apud Nazianzenum hi senarii  
prouerbiales, qui salubriter monent, non  
esse exugendos subditos, vt ad vitalis vsque  
sanguinis fontes descendatur. Conuenit  
cum Tiberii dicto, tendendum esse pecus,  
non deylubendum, quod Amylio Recto  
Agypti prætori grauiora consuetis vestigia  
lia imperanti rescripsit, quod his verbis ex-  
pressit Dion. lib. 57. κείρω δαμουτὰ πρόβα-  
τα, ἀλλ' οὐκ ἀποξυρίζου βούλομαι, id est, Tō-  
deri meas oues, non radi volo.

*Canis clanculum mordens.*

Κύνων λάθρατος. id est, Canis clanculū mor-  
dens, Prouerbiū de simulatoribus qui be-

nevolentiam & studium suum ore prædicant, clam insidiantur & detrahunt, & dolulo blandito risu prætexunt. Citatur alicubi à Suida iambicus talis.

Σίνεις δ' ἄκισσα, καὶ κῶν λαϊκὸν ὄει. i.

Palpando mordet, clam canis dentem imprimens.

Adlusit huc Eustathius Odissæ 16. obreptatores nominans, λαϊκῶν δ' ἄκισσας. i. in modum clancularii canis mordentes. Leguntur apud Laertium poetæ cuiuspiam veiba, hypocritæ insidias cauendas esse admonentis,

Περυλαγμῶν δ' ἄνδρα ἕκαστον, ὅρα μὴ κρυπτον ἔχον ἔχον κρᾶδίον, φασδ' εἰ προσινέπη προσάπω, γλώσσα δὲ οἱ διχόμυθος ἐκ μελαίης φρενὸς γυγαῖη. i. Cautè obseruans quemlibet virū, vide ne occultum corde gerēs mucronem, nitida te fronte compellet, atque os bilingue ex atris præcordiis sonet.

*Mensura aquam bibens.*

Μέτρῳ ὕδωρ πίνοιτες, ἀμέτρως μάλῶν ἔδοιτες. id est,

Immodice vorat, & lympham modulo obbibit æquo.

Versus oracularis qui in prouerbii abiit, de lurconibus & comestatoribus qui se cibis vinoque ingurgitant, aquæ parum vel adeo nihil insumentes. Natum ex oraculo Sybaritis edito, quos immoderatus luxus Crotoniatis debellatos subiecit.

*Crocum in Ciliciam.*

Ἐκ κιλίκων κρόκον. i. In Ciliciâ Crocum, prouerbiale est in eos qui cumulate merces eo comportant, vbi magna sit earum affluentia, aut qui diuitibus opima munera largiuntur. Citat Suidas: ἐξ ἄγυπτου ἄγαν σίτον, καὶ ἐκ κιλίκων κρόκον. id est, in Aegyptum deferre fruges, in Ciliciam Crocum facit croci sætura abidat apud Corycum Ciliciæ urbem & in Tmolo monte, vnde Virgilius in Battatis:

Cicilio croc' editus aruo: & in Georgicis: Nonne vides, crocæos vt Tmolus odores Mittit.

Respondet adagio nostrati: In Noruegiam asseres comportat, quod ea regio admodum nemorosa lignis abundantissima sit.

*Morsimi versus quis descripsit.*

Μορσίμης τις εἰσιν ἐξηράψατο; id est, Quis verba Morsimi velit describere?

Adagium quo vtemur cum quid putidius ineptiusque esse indicabimus, quam vt editi sci aut etiam prælo excudi mereatur. Suidas adnotat dici: ἐπὶ τῶν ἀπεβλήτων καὶ ἐκβεβλημένων, hoc est, de contemptis & rancidis infamibusque Morsimus Atheniensis poeta fuit Tragicus, admodum frigidus, cuius tragædiæ canere in deuotionis cuiusdam loco ponit Aristophanes, vt idem illi sit explodi, quod Morsimi versus edicere.

*Pisandri galea & supercilium.*

Πισάνδρου γάλοφος καὶ ὄφρυς. i. Pisandri apices galeæ & supercilia, Quadrat in Thrales de superciliis & galea tenuis formidabiles sunt, & confictus nescio quos & duella ceperant, vt Plautinus ille Pyrgopolinices facit, cum ferme tales post principia stent, Trecentiani illius militis more, timidi atque imbelles. Pisandri timiditas etiam prouerbioloco dedit: is procero corpore fuisse scribitur, sed supra modum meticulosus, vnde & Asinus Cnidius cognomento fuit dictus: utebatur autem galea tribus conis & apicibus insigni, speciosissiq; armis, vt vel ea parte fortitudinis nomen aucuparetur: sic Miles gloriosus apud Plautum clypeum splendidiorē vult esse, quam solis radii sunt, vt oculorum aciem hostibus præstringat. Extat adagium apud Aristophan.

*Duro flagello mens docetur rectissime.*

Σκληρὰ δὲ μέσῃ περὶ ἀγωγῆ καρδίου. id est, Durum flagellum est pedagogus ingenti. Sententia monostichos prouerbialis apud Grego. Nazianzenum: soler ita vsuenerit in rebus humanis, vt periculorum magnitudine cautiore plerumque reddamur. Est & vulgo nostrati nihil in ore frequentius isto adagio: Graues casus, docet rectissime.

*Bibliotheca animata.*

PROVERBIALI tropo dictum est illud ab Eunapio Sardonio: βιβλιοθήκη ἔμφυλος καὶ περιπατῆν μυσθῶν, id est, Animata bibliotheca & viuum Musæum. Dicit conuenienter de homine valde erudito, & qui velut ex professo de omnibus respondere, & inexplicabiles auctorum nodos dissoluere possit, tamquam exsecretiore Musarum adyto cuncta depromens. Loquitur autem de Longino Cassio Porphyrii præceptore: Αἰγιῶτος δὲ βιβλιοθήκη τις ἢ ἔμφυλος καὶ περιπατῆν μυσθῶν.

σέων. id est, Erat Lōginus bibliotheca quædam spirans & viuum sonat: Sic enim malo reddere, quam vt Græce sonat, obambulant Musæum . Simili loquendi genere Isidorum, ἐμφυχὸν κίεκα ἀσκκίως dixit Necephorus Callistus hoc est instituti monastici animarum columeu, & Nazianzenus martyres nominat ἐμπύβος ὄλλας, quasi spirantes columnas propter viuidæ fidei singularem constātiā. Porro Μυσέων, id est, Musæum mensa fuit Aegyptia ad quam cunctis, quos tota passim Aegypto celebres eruditio faciebat, aditus patebat , ita enim scribit Philostratus de Milesio Dionysio loquens, quem ab Hadriano Imperat. adscriptum fuisse equitum ordinibus & iis qui in Musæo alebantur dicit, subiungit: τὸ δὲ μυσέων ἢ τεάπιζα ἀγνητία συγκκλῆσα τὸς ἐν πέσει τῇ γῆ ἑλλογίσμους. Idem de Polemone scribit quod illum Hadrianus κατέλιξε τῶν μυσέων κ' κλω εἰς τὴν ἀγνητίαν σίτησιν hoc est, Adlegit circulo Musæi vt Aegyptiaco more illic aleretur: ex quo colloquio Musæum apud Aegyptios fuisse, quod ferme apud Athenienses πρυτανέων Prytanæum, in quo viris bonis & de republ. præclare meritis victus quotidianus publico sumptu præbeatur, vt ex Cicione discas, qui honos erat vel maximus, vnde Plutarchus vix alio nomine Luculli magnificentiā laudat magis, quam quod doctis viris ædes ipsius Prytanæum quoddam fuerint, sic enim inquit: καὶ δὴως ἐστὶ καὶ πρυτανέων ἑλληνικὸν ὄκος ἢν αὐτῶν τοῖς ἀφηνεμέοις. Vitur & Synæsius in epistola ad Orum, οἱ δὲ ἀλνεύοντες ἀπισθῶνται, καὶ ἐν καρῖς μοίρα τιμῶνται, id est, Vere philosophatibus fides deiogatur, Carisq; in loco habentur.

Gubernatori somnolento ne benefacito.

IN Suidæ collectaneis adngium istud legitur, μή ποτ' ὀνέρεθιν γάτονος κύνια, μήτε κν βερενύτην φίλυπιον, id est, Nunquam vicini cani, aut somnolento gubernatori benefacito. Admonet prouerbium inutiliter non esse consumendum beneficium, vnde vel ad te nihil redituram sit fructus, vel præfens detrimētum expectandum. Vicini canis bene pastus redit ad priorem dominum, Gubernator somno deditus maximo periculo & fortunas negotiatoris omnes & vitā ipsam exponit.

Cedrus cecidit.

Ολοθυεῖται πύτος ὅτι πέπτωκε κέδρος. id est, Ploret picea, quod cedrus cecidit. Potentiorum ruina documentum est minoribus modestiæ, admonentur enim contrahere vela, quibus res sunt minus validæ, quando fortunis exuuntur & de statu suo deiciuntur magnates. Cedrus arbor est longe reliquarum omnium procertissima, vnde de proverbialibus illa locutio apud Nazianzenum in Steliteuticis: τὴν ὑπὲρ τὰς κέδρος ἔπαρσιν καὶ τὴν εἰς τὸ μικρὸν εἶναι κειραῖσιν, id est. Fastigium super cedros & deiectionem in nihilum. Idem in Monodia Basilicæ καὶ ὀραν ἢ κέδρων ὑπερικτείνεσθαι. id est, Increfcere super montes & cedros.

Præ Nili casaractis.

Υπὲρ τῶν νιλώος καταρράκτας. i. Præ Niliacis catarractis, de vehemente eloquentia. Suidas de Christofomo: τὴν γλώσσου αὐτῶν καταρράκτων ὑπὲρ τῶν νιλώος καταρράκτας. id est, Dum lingua eius vehementius præcipitat quam Niliaci catarractæ. Ita Zetzes νιλώος ῥένας. id est, Niloa fluenta, vocat orationē fluidā & vbeiē, à natura amnis Nili agros omneis fecundos reddentis pastinantisq; Aristot. in Rhodiaco refert ad ingentem & inauditam fragorem ac strepitum; οἶμα γὰρ ὅτι τὸς ὑπὲρ ἀγνύπτης καταρράκτας, οὐτε τὴν τῆς ἕξω βαλατικῆς βαχίω, οὐτε σκηπτὸς πνεφός, οὐδ' ὅτι πλεῖστον ἠέκακτ' ἀνθρώπων, τῶ τότε ἑνωικακῶ καὶ κτύπω παρεβαλεῖν. i. arbitramur neq; Catarractas supra Aegyptum, neque oceani salebrosū litus, neque ignita quæ nubibus erumpunt fulmina, neque etiam quidquid maxime inter homines instrept, huic malo & fragori comparari posse. Catarractes locus dicitur in Nilo, vti per arduas & excisas pluribus locis rupes Nilus insurgit & vires suas concitat, ac occurrētibus saxis fractus perque angustias eluctatus cadit cum ingenti citumiacentium regionum strepitu, vt lib. 4. natural. quæst. scribit Seneca, eiusque loci accole gentes propter magnitudinem sonitus, sensu audiendi carent, vt inquit Cicero in Somnio Scipionis. De eo ita Pli. li. 5. Nouissimo catarractæ inter occurrentes scopulos non fluere immenso fragore creditur, sed ruere Est autem catarractes limitaneus terminus Aegyptum ab

Aethiopia separans, vt apud Heliodorum Emeicium declarat Hydaspes Rex.

*Equus fessorem tapit.*

Ἴππος τὸν ἐπιβάτην, id est, Equus fessorem subaudi ἀπαρπύζει. id est, abripit, Prouerbiali figura dicitur, cum orationis impetu abducimur & in aliam diuertimus materiam. Gregorius presbyter: *προῶν ὁ λόγος σωμαπτόσας τὸν λόγον καὶ ἄπειρ ἵππος τὸν ἐπιβάτην εἰς τὴν ἰπῶν κατέξυσ βασιλεὺς τὴ μακάρει.* id est, Orationis cursus dicentem, veluti fessorem equus, in laudes B. Basilii abduxit. Horatius etiam orationem equo assimilat: & Graeci ἔποχεν velut equestrem vocant orationē numeris adstrictam, quod quasi equo inuecta sublime spiret.

*Abaridis sagitta.*

Ἀβάριδος ὀϊστός, id est, Abaridis sagitta, de velocibus dicitur, vt & Pegalus. Nazianzenus in funebri Oratione Basilii: *τὸν γὰρ Ἀβάριδος οἶσον τι ἂν λέγοιμι τῶ ὑπερβορείς, ἢ τὸν ἀγροῖον πύγασον, εἰς ᾗ τὸς ἄνθρωποι τὸ δῖ ἄϊρος φέρειν, ὅσον ἡμῖν τὸ πρὸς θεὸν ἀείδειν,* id est, Quid Abaridis Hyperborei iaculum teceum scam, aut Argium Pegalum, quibus non tam studio fuit per aerem volare, quàm nobis ad deum mentes attolere. Abaris Scythia fuit Scythæ filius, qui oracula Scythica cōposuit, & ἐ Scythia in Græciam Athenas legatus venit memoraturque inquit Suidas, eius fabulosam iaculum ἐ Græcia ad Hyperboreos vsque Scythas deuolantis. Licebit in vsu hoc modo vocari, si dicamus non Abaridis sagittam celerius deuolasse, quam alicuius litteræ ad nos commearint. Elegātissime Nazianzenus in epistola ad Basilium: *ὑπὸ πτερίσιν καὶ μετάρσι, καὶ τῶ Ἀβάριδος δῖσιν συμφορέμιν.* id est, Alate tu & sublimipeta, & qui vna cum Abaridis iaculo per ardua raptaris: istud dici cōueniet festiuit in astrologum, aut in peregrinantem, maxime si pernicibus veredis celeriter auctus fuerit,

*Circa montis radices versari.*

Περὶ τῶ ὄρους πρόποδος στείφειν. id est, Circa montis radices hætere dicitur prouerbiali figura qui ad præcipua artis alicuius capita & mysteria non adspirat, sed in triuialibus & vulgaribus inhæret. Nazianze-

nus in Monodia Basilii: *ἔτι πρὸς τῶς πρόποδος τῶ ὄρους στείφειν τῶς ἀκρας ἀπολεπόμενοι, ἔτι παρεμὸν διαπερέμιν, ἀφῆις τις τὸ μέγα καὶ βαθὺ πέλαγος.* id est, Adhuc verfatum ad montis radices, à cacumine abstinentes, adhuc fretum tranfmittimus, relinēto profundo & ingenti pelago. Idem in carminibus metaphorice dixit, *ἄσπὸ προποδίσσι γάμοιο,* Sub connubii radicibus, pro, iuitiis. Dicuntur autem πρόποδος montis imæ radices, vnde in accliuē allurgere incipit.

*Arma Achillea.*

Ὅπλα ἀχιλλῆα. id est, arma Achillea prouerbialiter pro certissimo presidio, & haud dubia ope seu potius pro inuictō eloquentiæ robore accipit Philost. in Sophista Polemone: *χειροτονθεῖς μὲν πρὸς βόλεον ὑπὲρ τῶν σμυρναίων, ὡς ὅπλα δὲ ἀχιλλῆα τῶ ἐκείνῳ πειθῶ ἄνωσται.* id est, Delectus vt pro Smyrnezis legationem susciperet, vim persuadēdi que ἐ Scopeliano erat, quasi armaturā quandam Achillis postulauit. Eius vsus est cum alienam viri docti eloquentiam optamns, aut patrociniū principis quod ab iniuria maleuolorum nos tueatur: quemadmodum Patroclus Achillis armaturam flagitat apud Homerū Iliad. π. vt Troianos falsa armorum imagine deceptos bello adsterneret. Porro sententiam superiorē aliquantulum obscuram idem Philost. dilucidiorē reddit in Scopeliano his verbis: *ἔχειροτονεῖτο ᾧ ὁ πολέμων, ἔπὸ πεπρωβωδῶς πρῶτερον, δὲ ἄμενος ἐνὶ πέρτῳ ἀγαθῶς τύχης, ἐδῆτο γινέσθαι οἱ τῶ τῆ σκοπελικῶς πειθῶ, καὶ περιβαλὼν αὐτὸν ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας, δὸς δὲ μοι ὠλοῖν τὰ σὰ τὸ βυχικωρηθήναι, ἀνὲ ἔμπως ἔϊστω σοί.* id est, Habito delectu decreta fuit Polemoni legatio. ei⁹ muneris tyroni, itaque ille quod bene verteret precatus, poposcit sibi adesse Scopeliano persuadēdi vim, illumq; in corona circumstantium hominum amplexus, hoc versu compellauit: *Iudulgeto meis humeris aptarier arma Nunc tua, si mereor.*

His enim verbis deprecatur Achillem Patroclus, vt armaturā ipsius impetraret. Eustathius eo in loco annotat istum versum vsurpari posse cū quis cōsensum alicunde & adminiculū querit tum verbis, tū factis.

*Votensium in numero.*

ΒΟΜΕΝΤΥΜ in numero esse dicitur pro-

uerbali specie quot quot nō modo extemporanam dicendi leuitatem sequuntur, quæ ciuda pleraquæ & indigesta effuit, in primoribus solum faucibus, non in pectore nata: verum etiam qui chartis illinunt, quidquid muste<sup>9</sup> ingruū male feriat feruor ebulliet cum se scripta fingi oporteat ut sine more, & lima addita expoliri. Aristides Smyrneus, cum Mar. Antoninus fama viri commocus ipsum audire differentem gestiret, dixisse legitur: *τίμωρον πρὶ βλακῆ καὶ αὐριον ακρωτῶν, ἔ γάρ ἐστὶ μὲν τῶν ἐμυντων, ἀλλ' τῶν ἀκρωτῶν ἔστιν* Hodie proponito, & etas audito neq; enim d' uolentium numero sumus, sed exacta cura elaborantur: qd à Philost. in Sophistis traditum est & à Ze ac repetitur. Idem Phil. in Favorino iudicii sui censuram interponens de oratione quadam falso illi attributa, sic inquit: *Αλλ' ἔτινα αὐτὰ μισοκρίως φρονήσικτα μελόματος, μάλλον δὲ ἐμκίτος ἄγγυμεικ* id est, Qui ex illi manus eos esse lusus adolefcentis cuiuspiā temulentis, seu potius uomentis Ita Cicero probri loco recenset. Marc. Antonium orationem ab ipso scriptam de ebrietate enomuisse. Synesius in Dione, ubi ait istos qui sibi indulgent in stylo, *εὐκα & subuentanea parere*, subiicit: *ἔ γάρ ἐκ θαλαπῶ τῶν εἰσω λόγων, ἰτω καὶ ἡμέραν ἐμῆν ἀνάγκη*, id est, nec enim incubando fouet intus oratione, cui quotidie vomere necessum est: sit namque euanius stylus & ἔφικλος, qui non cōgrua temporis mora dictionem elimat, immo, quod in sætu immaturo solet accidere, abortit, eōq; fieri asolet ut abortus eius modi in habitum abiens nihil patiat vitale & integrum ac diuturnum. Huc spectat Lyfiz oratoris dictum: *οἱ βυλομαί ἔγωσε σωτῶταιν ἐποσμεῖνα*, id est, Nolo ego conscribere quæ festinatio precipitauit.

*Fures ipsi accusant.*

Θι φῶρις προσγυκαλῶσι, id est, Fures ipsi insimulant, aut accusationem intentant. Aristides aduersus eos qui taciturnitatem serinam in ipso criminabantur: *Πρότερον μὲν ἂν ἐγὼ ἔκ ἡδ' ἔην πρὸς τι ποτ' ἔην τὸ λεγόμενον, τὸ προσγυκαλῶσιν τῶς φῶρις, καὶ ἴ μοι δοκῶ γινώσκων, ὅταν γὰρ οἱς ἀπατῶν ἐπὶ τὰς μελέτας καὶ τὰς ἀμοσάσεις προσκῶν, τῆτο παρῆτες, ὡς δ' εἰς εἶδ' ἐλέγων αὐ τῶνται. πῶς δ' τα' σφέτερα αὐτῶν ἐτέθειν λογιζῆται, ὡς σισε ἂν αὐτῆς ἡλίε*

καταρὸς φλέγονθ' ἄμωσιντες λέγωσι τὸ φανὸ μωνωχέκ'εν. id est, Ante hac ignoraueram quid sibi vellet vulgo quod dici solet, Fures ipsos accusare: nunc vero intelligere id mihi videor, nam cum illi quos æquum foret ad studiorum exercitamenta & audientias declamationes conuenire, ea postposita cura, causantur neminem esse qui declamet, quomodo non animaduertunt propriam uecordiam in alieno uitio? quæ admodum si quis radiante solis iubare occludat oculos, negetq; lucem existeret. Cōueniet dici in istos, qui suam ipsorum culpam, friuolo prætextu excusant, & cum ip si iustæ reprehensio subiacent, in alios crimen deuolunt: potest & aliter in vltima vocari hoc modo. Insimulas me neglecti officii & proteruiæ, qui tuos penates non inuiserim illaciter faciens, cum tu ipse accusandus eo nomine venias, qui prior hæc parte impeggeris, nimirum iuxta prouerbiū: Fur ipse accusat. Non raro vsuuenire solet, ut qui manifesto criminis tenetur, priores accusandi partes suscipiat, ut suspicione offensæ eximat, integritatemque mentietur.

*Herculi ædem mulier non intrat.*

Γωὴ εἰς ἡρακλέους ἔ φησὶ. id est, Mulier Herculis ædem non ingreditur. Quadrat prouerbiū in eos, qui rei alicui indigne manus iniiciunt & atrectant, velut si prophetaus cerdo ad altissima sacre philosophiæ mysteria, illota mente irrumpat: quadrabit & in indignos & administrandis reip. muniis neuiquam aptos. Natum opinamur à veterum religione, quæ feminas Herculis indigetis sano excluderebat: velut Dei illius opprobria, obseruatum Omphale Lydorum reginæ præstitum: quemadmodum viris nō dabatur accessus in Bonæ deæ templum. Citatur à Suida.

*Retē inflas.*

Δίκτυον φυσῆς, id est, Rete inflas, prouerbiū est in incassum laborantes, qui temere rem impossibilem aggrediuntur. Quid enim stultius, qui vanior labor, quam rete foraminosum vento conari distendere? Exstat & istud in Suidæ dictionario.

*Hydrargyro furacior.*

Υδραργύρος κλιπτότερος, id est, Hydrargyro furacior, seu argento vincto, est enim hydrac



gyros, quod argēum viuum nominamus, Chymitz Mercurium, quod & ille furto- rum magister & epitheto etiā φῶρος, id est, furis apud Græcos notus fuerit: Parcemix origo eo refertur, quod viuum argentum cuncta quæ fusilia sunt recipiat & in se rapiat: vel quia vt fures potissimum insidiā- tur auro, ita & argentum viuum cetera fe- re metalla vt ignobiliora, ipsi innatantia, reicit, ac aurum veluti meo quodam do- mino sibi vsurpat ac possidet, sordes tantū illius expuens. Adagio vsus est eleganter Io. Zetes præsulum sui temporis sordidam auaritiam notans:

Υδραργυρος γὰρ εἰσι κλεπτότερον κλέπτει. i. Furaiciores fure sunt hydrargyro.

*Summis auribus insidet.*

Q u o d perfunctorie auscultamus quodq; difficulter credimus & cum aurium fasti- dio ἀκροῖς ὤσιν ἐφιλάνειν, id est, Summis auri- bus insidere specie prouerbiali dixit Phi- lo Iudæus lib. De vita theoretica: ἦ τις δὲ ἔκροῖς ὤσιν ἐφιλάνει, ἀλλ' ὀπίσθους ἐπι ψυχῶν ἔρχεται καὶ βιβλάως ἐπιμένει. id est, Quæ non primoibus auribus insidet, sed per aures in animum penetrat & firmiter immora- tur. Consimili modo dixit Seneca: Sum- mo animo inhzere, προεπιπολάω & le- uiter.

*Ne ad Adonia quidem.*

Cum doctrinam alicuius ita eleuamus, vt ne in triualibus quidem & rebus commu- nibus, talem doctorem deposcere nobis di- gnaturi simus, vt licebit Cratini lepidissi- mi poetæ versu de comædia, quæ inscribitur Babulci:

Ὅτι γὰρ ὄν ἤξιον ἐγώ.

Ἐμοὶ δ' ἴσθ' σκεν, οὐδ' ἂν εἰς ἐδ' ὄνια. id est,

Quem ne digner quidem

Ductorem habere vel sacris Adoniis.

Adoniis autem sacris, quorum meminit Macrobius & Lucianus, nihil stultius excogitari potest, quæ præter semineo plâctus vix aliud religionis cultusve diuini vesti- gium habuerunt, ac lacrymæ & lamenta, quibus omnia stulte permisceant, semineo generi paratissimæ sunt opes. Exat apud Athenæum. De Adonidis horro meminit eleganter Nazianzenus formam mulie- brem illi comparans:

Κῆρ' ἀδ' ὀνιδος ἤδε τὴν χέρις ὠλεστικα- εἶδ' est,

Gratia feminea est effœtus Adonidis hor- tus .

*Neque defraudat neque marginem excedit.*

Ὁὐ μὴ τεκροῦμαι, μὴ ὕπερ χαλῶ βαλάν. i. Vt nec defraudet, neue excedat marginē. Senarius versus quem parcemix nomine adducit Helychius, & habere moderatio- nis temperamentiq; significationem anno- tat. Sumptum à venditoribus æquitatem & modum in mensuris obseruantibus, ita vt neque concutiant metretem vt excidat quod mensum est, neq; tantum effundat, quod superfluas & margines excedat. Græci vocant κερσιμητῶν in mensura defrauda- re aliquē quod improbi infitores faciant, vnde & κερσιδημι dicuntur metaphorice vulgi impostores, apud Aristophanem. At χαλῶ proprie labrum denotat & per tran- slationem supremam oram atque marginē cuiuscunque rei. Hesiodus de Pandoræ do- lio, ἐνδ' ὄν ἔμμετι βίβ' ὑπὸ χαλῆσι, id est, Cū tinuit se intra doli labra, & ἰπερχαλῆς vo- cant quod eo vsque plenū est vt superfluas, vt ἰπερχαλῆς quod infra margines nō vsque- quaque mensuram implet.

*Hirundo æstatem loquitur.*

Ἡ χελιδὼν τὸ τέρ' λαλῆ, i. Hirundo æstatē loquitur, Aristophanis interpres in Equi- tibus fabulam, eo loco, ὅχορῶτ', ἄρχ' ἰεαχελι- δῶν, id est, Nonne videtis? noua hirundo: admonet prouerbiū esse mutilum, sed integrum tale esse: Νεαχελιδῶν ἐστὶν ἔσρος ἀρχῆ, hoc est, Noua hirundo veris est ini- tium. Sunt qui, interpretis verba ita acci- piunt, vt parcemiam perinde valere scripserint, quasi dicas, initium veris: hanc parcemiam imitatus est Philemō Comicus:

Ἡ μὲν χελιδὼν τὸ θέρος ἀ γυῖσι λαλῆ. i.

Æstatis o mulier hirundo est nuncia.

Quadrat prouerbiū in artificiosa conie- ctura, cum indicio non vano indubitatum de futuro euentum ominatur: verbi gra- tia, si visa fuerint in freti angustis catastro- pia prædatoria quæ mari insidians incipiāt belli futuri ea sunt præludia, nempe ἠχελι- δῶν τὸ θέρος λαλῆ: aut si dicamus forori- antes puellæ mammæ, nobilem ætatem lo- qui, nimirum hirudo illa veris est primor- dium. Alioqui νέαν χελιδόνα, i. nouam hi- rundinem nō inconcinne putocari pos- se eū, qui noui quidpiam licet vetus, ori- gione tamen hominum, adferat: quem ad- modum

modum hodie multi noua inuenta iactant, quæ vel plane vetera sint, vel è veteribus pendente saltem: veluti hirundo naturæ lege aut obseruatione hominum semper ver prænuñciat à primordio mûdi semper quoum, cum anni nouantis initio.

*Quid cothurnus cum claua.*

Τὸ κόθουρον καὶ ὁ ἄπυλον ξυνηλέτην. id est, Quid conueniunt cothurnus & claua. Verba sunt Herculis ad Bacchû apud Aristophanem in Ranis, crocoto muliebri indumento & cothurno mollium & delicatorem gestamine indutum, quibus superniectum erat leoninum tergus cum claua. De rebus incongruis & indecoris: veluti si sacrificus militarem abollam gestet & dissectis thorace & caligis incedat, pileoq; pennis farto.

*Adulter ad adulterum trahis.*

ΚΙΤΑΤΥΡ in Suidæ commentariis adagiû sed pfunctorie, ἔλκει μοιχὸν εἰς μόλον, id est, Trahit adulter ad adulterum, Dictum arbitror in contagionem morum, nam flagitiosi alios suis flagitiis socios quærun, vel potius in similitudinem ingeniorû, æqualis enim equalem delectat maxime.

*Senis ira.*

Γέροντος ὀργή. i. senis ira dicitur de ira languida & facile quæ sopitur, quod in senecta omnes affectus remissiores sint & celeriter cadant. Soph. in commentariis. Euripides,

Ὄργη γέροντος ὡς μαλὸν ἐκ νοτίς  
Ἐν χειρὶ θίχαι, ἐν τῆν δ' ἀμβλυώται. i.

Pungit quidem, atretula hebescit illico.

Nazian. de sene Euseb. qui olim rigidior fuerat, nûc modestior mitesceret, ὡς περ σιδήρου, inquit, πυρὶ τῷ χρόνῳ μαλίσσεται. i. vt igne ferrum, ita hic senio mollescit.

Diuersum sentit Aristophanes in vespis.

Τὸ γένος ἦν τις ὀργίση  
Τὸ τῶν γέροντων, ἐδ' ὁμοιον σφουῶ. id est,  
Qui senum genus

Proximat, ille in se crabrones concitat.

*Ne sol quidem sciet.*

СУМ tutam silentio fidem obstringimus, ac nemini consilium nostrum detecturos, aut factum declaraturos inuimus, prouet

biolocus erit. Heliodorus Emesenus lib. 7. Aethiopicæ historice. ἀλλ' ἄλλ' τῶν γε γένεσθαι θέρσει, ὡς εἶδ' ὁ ἥλιος τῆτο δὴ τὸ τῆ λόγος, ἠδ' ἴσται, id est, Quin de ea re animo sis securo, nam ne sol quidem, quod dicitur, sciet. Sol mundi oculus à philosophis appellatur, quod omnia lustrat, vnde Homerus.

Ἥλιος ὁ εἰς πάντα ἔφορε καὶ πάντα ἑπαύκει. i. Sol oculus rerum cuncta audit & omnia cernit.

Vnde Plinius lib. 2. natur. hist. Omnia intuens, omnia exaudiens, vt principi litterarum Homero placuisse in vno video. Huc pertinet Polemonis sophistæ dictam qui arthriticos cruciatus non ferens, cum se viuum in sepulcro conditi iussisset, ad familiares operam illi manâtes dixit, ἔπαγε ἔπαγε, μὴ γὰρ ἴδοι με σιωπῶντα ἥλιος. i. Obstrue obstrue, ne me tacentē sol aspiciat. Diuersus dixit Antiochus philosophus de victoria la culli aduersus Tigranem, καὶ ἔφη τοιαύτην ἄλλην ἐπαύκειναι τὸν ἥλιον. id est, Dicebat solē non vidisse aliam maiorem, victoriam scilicet.

*Qui sitiens, silentio bibunt.*

Οἱ διψῶντες σιωπῇ πίνουσιν, id est, siticulosi silentio bibunt, Qui aspirant ad adsequendos honores, nemine qui ambitus sit particeps conscio id affectant. qui amicam amibunt re non communicata cum rituali, cū parentibus & necessariis transigunt. Aristides eo vitur in declamatione in puteum Aesculapii. ἀλλ' ἔμινδῃ χερὶ τὸ διψῶντων φασι πίνειν σιωπῇ, ἀλλ' ἐπικομπήσαστε καὶ ἄλλω καὶ προσεπαῖν τὸν σωτήρα ἑσών. i. Haud decet iuxta sitibundos, quod aiunt, silentio bibere, sed exornare oratione & salutare salutis auctorem Deum. Licebit diuerso sensu vsurpare, quando significabimus non esse suppressendas & obliterandas insignis vitæ laudes, vel simile quid, sed claris verbis in lucem id omne efferendum, Idem in epicedio: Eteonci pueri ἀλλ' ὡς περ οἱ διψῶντες σιωπῇ πίνουσιν, εἴως ἐκείῳ ἦσαν δέχεται καὶ ληρόμενα. id est, Quemadmodum silentio bibunt siticulosi, ita illi satis erat dictata excipere.

*Bubulum obrueri.*

Βύβου ἐμπράειπεν. i. Bubulū obrueri, p defixis & intentis oculis obseruare. Synesius lib. de caluitio. ὡς βύβου ἐπὶ βλάπειν ἄντη. i. vt bubulo

bulo obtutu aspectet. Nazū fortassis inde qđ gran leu oculos bos habeat, vnde βωωπιδος, hoc est, Bounoculus Iunonis epithetho apud poetam: cum ex ille ocelli conuicere magis videantur.

Cicadae humi canunt.

Τέτιγες χαυβίν ἄδωσιν, id est, Cicadae humi canunt. Proverbio significatur ingens vastitas. Aristoteles lib thethoricę secundo anigmatodes esse ostendit: οὖν ἢ τις λίγυϊδ πρὸ Στυαχόρου ἢ Λοκροῖς εἴπει, ὅτι ἡ δ' ἄν βριζὰς εἶναι ὅπως μὴ οἱ τέτιγες χαυβίν ἄδωσιν. id est, ut si quisquam dicat id quod in Locris extulit Siheli. horus, non oportere conuiciari, ne cicadae humi conuincant: quo inuicem temperandam esse à dicacitate linguā eo quod vitia sepe cōcitent bellorum causas, vnde fit regiones deuallentur penitus exciditque non arborum modo sed vrbū quoq; Marti literur. Meminit Eustathius Iliados tertio: μὲν ἔδωκε χεῖρ καὶ συμβολικῶς λέγει ἢ ἡ πελοποννησιακὴ πόλις σεν τῆς τέτιγας τοῖς ἐχθροῖς. χαυβίν ἄδωσιν, ἀντί τῆς δειδρομένησεν αὐτοῖς πλὴν χέρων, ἵνα ἐξ ἀναγκῆς οἱ τέτιγες ἀπὸ γῆς ἄδωσιν. id est, Meminit operę precitiū est & symbolici dicti, quo minatus fuit quisquam hostibus se effecturum ut cicadae humi canerent nimirum excisurum se arbores omnes regionis, vt necessario cicadae humi canerent. Natum inde quod arbutis maxime gaudeat cicadae, vnde in Bucolicis Virgilis:

Sole sub ardenti resonant arbuta cicadis. & Ph. l. i. dicit cicadas non nasci in raritate arborum.

Colossi fragmenta.

Κολοσσῶν παρῆγματα. id est, Colossi frustra, proverbiali specie dici possunt commentaria viri docti specimen magnę & incredibilem eruditionis præbentia: aut versus aliquot & sententię excerptę singularis ingenii testimonia: aut etiam discipuli litterati qui è schola insignis præceptoris velut ex equo Troiano prodierint omnes, ceu assulę quępiam & frustulamenta eximii cuiusdam colossi. Herodes Atticus cum audivisset Hadrianum Tyrium adhuc adolefcentem declamantem, honorifico testimonio dixit κολοσσῶν τῶν τε μεγάλα παρῆγματῶν εἶναι. Ingentia hæc fuerint Colossi frustra; magnę spei illum fore auguratus apud Philostrata-

tum legitur, Colossi moles sunt statuarū, turribus pares, vt inquit Plinius sic dicti vel ab auctore, vt Sex. Pompeius vult, vel ἀπὸ τῆς κολύβης τῶ ὄσσει, quod altitudine nimia officiant inspectatium luminibus: vel à valla imauitate specus cuiusdam interupei quasi κόλασσα, hinc Colossica dicitur quæ magnę molis sunt onera Strabo lib. primo: καὶ ἄπειρ ἐν τοῖς κολοσσικοῖς ἔργοις ἢ τὸ καὶ ἕκαστον ἀκριβὲς ζήτημα, ἀλλ' τοῖς καθόλου προσήχοντες μὲν ἕκαστος εἶναι τὸ ὄλον, ἤτοι καὶ τῶν τοῖς εἰρηστικῶν πλὴν κρισίν, κολοσσῶν ἔργα γὰρ τῶν καὶ αὐτῶν τε μὲν ἄλλα φρεζήσασ πῶς ἔχει, id est, quemadmodum in Colossicis molibus singularum partium exactam structuram non exploramus, sed vniuerso operi an recte fabricatum sit attendimus potius, & idem in istis iudicium est, siquideri & hæc Colossica quedam fabrica est, rerum magnitudinē quomodo se habeant declarans. Ita Vitruuius lib. 10. Colossicetera comparatiuū modo dixit quæ immantia sunt, Sin autem, inquit, colossicoterā amplitudinibus & oneribus onera in operibus fuerint, non erit succulæ committendum. Procopius de Itacia grandi, κολοσσῶν ἔμφραξ id est, Colosso assimilis. Philon Iudæus De mundi fabricatione lib. ὅς γὰρ τῶν κολοσσῶν μεγάλων τὰς ἐμφράξας καὶ ἡ βραχυτάτη σφραγὶς τυπωθεῖσας δέχεται. id est, quod admodum enim perexiguū sigillum accipere potest expressam Colossicę molis effigiem. Colossicam magnitudinem ad horrorem transtulit Eunapius: ὁμοίως δ' ὁμοίως κολοσσῶν δὲ τῶν μεγάλων κατὰ πλῆκτικὸς ὡς δὲ ἐστὶν ἐράσμιον, κακὸν δὲ διατὸ ἀφιλοχρηματοσθαιμασὸς ὡς δὲ ἔχει χάρει. id est, Sicut Rhodiorum Colossus propter inusitatam magnitudinem amabilis non est, sed formidinem potius & horrorem incutit, ita & ille, quamuis contemptus opum admirabilem eum fecerit gratiosus tamen nō fuit. Huic adagio adfine est illud Alexandri Seleucicis sophistæ apud Philostatam eundem, τιμακχία σὲ ἐστὶν οἱ σοφισταὶ πάντες. id est, Frustula aut particule tuę sumus omnes quotquot sophistę dicimur: quod ad Herodem Atticum dixisse fertur, cum litteratorum omnium columen facileque principem illum velle innuere: paullo diuersiore sensu Aeschylus dicitare solebat, suas tragedias esse frustula de magnis Homericæ œuis: τὰς αὐτῶν τραγωδίας τιμακχία εἶναι τῶν

μυσ.

μυάων ὄμρες δ'είπων, vti refert in Dipno-  
sophistis Athenæus, cum significaret se in-  
struxisse ex ingeniorum affluentissimo fon-  
te Homero suas fabulas. Iſocrates apud  
Plutarchum in vita ipsius ad Demosthe-  
nem integram pro disciplina stitem per-  
soluere nequeuntem & τιμαχίζοιμι, inquit,  
τῷ πραγματείαν. id est, artis oratoriz insti-  
tutionem in frustula non partimur.

*Atticus miles.*

Ἀττικὸς πιζομάχῳ, id est, Atticus miles, Pro-  
verbio dicitur in fortem ac strennum vi-  
rum. Heliodorus lib. 2. Aethiop. Historiz:  
τῷ γυναικὶ κικῆν καὶ ταντῷ ὑποφθύγαν ὁ γιν-  
οαίῳ καὶ ἀπικῆῳ πιζομάχῳ. hoc est, Terga  
dedisti mortuam feminam fugiens, tam  
strenuus & Atticus miles. Potest ironice  
torqueri in meticulosum & quouis lepore  
timidiorem, talem hominem nominando  
militem Atticum. Porro in pedestri & sta-  
tario prelio, laudati olim fuerunt milites  
quos Attica mittebat.

*Quid barbiton crocoto loquitur.*

Τὸ βῆρεβιτῳ κροκωτῷ λαλεῖ, τὶ δὲ λύρα κικρ-  
φάτω. id est,

Quid barbiton crocoto loquitur, quidue  
lyra calanticæ.

De re absurda nihilque consoni habente.  
Citatur à Suida ex Aristophane: veluti si  
Manardus medicas rationes cerdoni aliovi  
aut crasso rustico enucleet: vel si colores  
rhetoricos rudi eius artis fabro exponat  
rhetor. Est autem barbiton siue barbitus  
instrumentum, Lyricum fidibus intèctum  
plectro pulsatile, quod à grauioris fortasse  
soni modulis βαρυμιτον, quasi graulichordū  
dicas, Pollux libro quarto, nominat, quam  
lectionem sanioiorem iudico, quam quæ in  
Athenæo libro quarto, βῆρεμμον, legitur, &  
in 14. βαρυμῶς. De quo Halicarnassæus lib.  
7. βῆρεβιτα κέκροττες, id est, barbita plectris  
radii siue percussitæ. Theocritus βῆρεβιτω  
ἔς πολύχορδον, barbiton multichordum.

*Ex Illo meducis.*

CUM significamus præteritorum malorū  
memoriam reficari, aut ad tristium rerū  
mentionem nos compelli: Heliodorus lib.  
2. Ἰλιθον με φέρας καὶ σπυρίος κικῶν καὶ τὸν ἐκ  
τῆτον βῆμβον ἀπειρον ἐπιστοιαν τὸν κικῆς. id est,  
Ex Illo me rapis, ac malorum examen &

infinutum ex illis boubum in te cōmoues.  
Ita Virgilianus Aeneas: Infandum regi-  
na iubens renouare dolorem. Troianas vt  
opes, & lamentabile regnum, Erucitit  
Danai.

*Nectar spirat.*

DE re impense luauī, aut quouis honore  
digna dicitur. Symmachus, Litteris tuæ  
olentes Platonicum uectar Eubulus Comi-  
cus vinum Lesbium vetus, nectar stillare  
ait eo versu, λίσβιον γέροντα κικαρροσχηῖ.  
quod non incommodè transferri poterit  
ad orationem suauiloquam. Theocritus.  
ἀδὺν τι νέκταρος; ὄσ' δ' αἶ. id est, Fragrat nectar-  
is instar. Martialis lib. 9. Nomen nectare  
dulcius beato. Suidas ex incerto auctore,  
αὐτὸ μὲν δ' ἔσ' ἀμβροσίης καὶ νέκταρος. id est,  
Redolēt ambrosiam & nectar: quod anno-  
tat ille competere in eos qui merentur &  
digni sunt admitti. Aristides. ἐστὶ τῶ τοῖς σε  
μυῖται καὶ ὄσ' ἀτιμοτῆτος τῆ νέκταρος; id est,  
his gloriatur atque superbit tamquā ne-  
ctare non inferioribus. Hermippus apud  
Athen.

Ὀξείων, ὄζει δὲ εἶδων, ὄζει δ' ἑκαίνεξ  
Ὀσμὴ διπλοσία κικαῖ πικρὸν ἔχει ὑφορεφῆς  
δ' αἶ

Ἀμβροσία καὶ νέκταρ. id est,  
Spirat odor mirus violasque rosasque ru-  
bentes.

Ambrosia augustas nectarque imple-  
rat zedeis.

Non alienum hinc est quod Petronius Ar-  
biter dicit: Mellitos verborum globulos, &  
omnia diæta facta que quasi papauer & san-  
suo sparsa. Porro nectar voluit esse deorū  
potum, alii cibum, inter quos Anaxandri-  
des Comicus: τὸν κικαρ πικρὸν καὶ πικρὸν ἐδῶν δι-  
απῆται ἀμβροσίαν. id est, nectar præman-  
sum edo, ambrosiamque; interbibbo, & Alcma  
Lyricus ait deos τὸ νέκταρ εἶδ' αἶμα. id est, ne-  
ctar esitare: ita Sappho Lyrica, Ἀμβροσίης  
κικτῆρ κικερατο. id est, Ambrosiæ poculum:  
insulum erat: at Homerus nectar deorum.  
poculum agnoscit & Ibycus qui ambrosiā  
cibum noues dulcedine mel superare ait.

*In trichinio choa.*

PROVERBIALE enigma exstat apud Fabii.  
Instit. orat. lib. 8. cap. vltimo ex Cæcilio  
Comico. Et in trichinio Choa, & in cubilo  
nola: quod detorsit ille in multibibam fe-  
minam, quæ citra pudorem in conuul-  
calices

calices detegeret, eandemque importune garrulam ubi minime oporteat: siquidem vbi que iuxta Sophoclem: *γυμνασιόσμων ἢ σιγῆ φέρει*, hoc est, silentium addit feminis decus, sed potissime cubiculo silentium debetur. *Quadrabit* igitur in bibosam anum & odiose loquacem. *Choa* vocant Græci congium, sextariorum sex capacem, vt ex Rhenimio Fannio constat. *Epineus* apud Athenæum: *ῥυτὸν χαρῶντα δυοχόαν, ὃν ἰδὸν ἂν ἔλεφας ἐκπίοι*, id est, Rhytium duorum congiorum capax, quod ne elephas quidem ebibat.

*Alabandicum opus .*

*Ἀλαβανδῖκὸν σύγγραμμα*, id est, Alabandicum scriptum vel opus, pro inepto ac barbaro dici prouerbialiter inuenio, & Philoxenus *ἀλαβανδῖκὸν σολοοισμὸν* solcecismū Alabandicum nominat rursum & vitiosum: utrumque est apud Stephanum: *Hermolaus Barbarus* impolitus ac rudes carbunculos. *Alabandicos* dici annotat, vt *Alabandicos* libellos, ineptos & barbaros, nam in vniuersum Cates omnes, inter quos sunt *Alabandæ*, *βαρβαροφάνοι* ab Homero nuncupantur, à barbarie & ruditate: quorum vzcordia vel in eo eluxit, quod in gymnasio loco certaminibus & exercitationi corporis dedicato statuz apud eos viscerentur habitu caudicorum, contra in foro iudicatio, discos aut simile quid manibus tenerent, ordine plane prepostero. *Alabando* *Cariæ* vrbs, ab *Alabando*, quem indigetum deorum in numero colebant, condita, in tres duos colles vtrinque in accliuē surgentes sedet, ita vt speciem referat clitellarum inuersarum, ita enim vitēda sunt *Strabonis* verba ex lib. 14. *ὡς δὲ ἢ κατέχευται κενθλίς κατετραμμένη*, quæ perperam interpret reddidit. vt cistæ inuersæ aspectum exhibeant: quamquā & græcus codex nō careat menda, pro *κατετραμμένη* leges *κατετραμμένης*: vnde emerfit iocus *Appollonii* dicentis eam esse *σκωρπίων κενθλίον κατετραμμένηον*. hoc est, scorpionum clitellas in uersas, *Scorpiōnum* addens propter istorum animalculorum abundantiam: suggillat postea illos vt molliciei ac delitijs deditos, & *καπιρῶδες*, hoc est, libidine feruentem, sic enim malo reddere, quā cū interprete, sufficos.

*In aceruum metere .*

*Ἐφῆ τὸν σαρῶν ἀμάδα*, id est, *In aceruum me*

tere, prouerbiū esse admonet *Suidas* in eos qui ad magna aspirant, aut res arduas suscipiunt: vel qui edicta edictis, mandata mandatis accumulunt. *Sumpta* à *messoribus* metaphora.

*Pardus maculas non deponit.*

*Ἐφῆδελος οὐκ ἀποτίθεται τὸ κατ᾽ ἑαυτὸν ἰδὸν αἰθίοψ τὸ μέλαν*. id est, *Pardus* pellis maculas nō ponit, nec *Aethiops* fuscedinem. *Extat* apud *Nazianzenum* in *Steliceuticis* *Vt pāthera*, vesiculorū maculas non amittit, nec *Aethiops* colorem mutat.

*Sex congios capis.*

*Ἐξ ἡδρας χαρῶται*, id est, *Sex congios capis*, prouerbiū est insolidos & emore mentis homines. *Aristoph.* in *Nebulis*, *ἔξ ἡδρας χαρῶσται*. *Subaudi*, *ὀργή φασὶ αὐτῆς*. id est, *Senos* capis congios, nempe cerebrum hominis. *Metaphora* ab *vre* aut *testa*, citatur in *Suidæ* commentariis.

*Aquam plorat cum lauat, fundere.*

*PLAVTINUM* illud ex comœdia *Aulularia*: *Aquam* hercle *plorat*, cum lauat, profunderet, conuenit in hominē præparcum & illiberalem nimis atque sordidum, qui vsque adeo sit non attentus ad rem modo, sed miser, vt illuuiem & sordes aque, qua fuerit ablutus, vereatur esfundere, velut sui aliquando futuras.

*Supra clepsydram dicere.*

*Ὑπὲρ τὸ ὕδωρ ἐκ δὲ ἄνω εἰπῶν*. id est, *supra* aquam iusulam dicere. *Prouerbiū* annotatur à *Budzo*, non explicatur tamen, sonat autem idem quod, *supra* *clepsydram* loqui & quod *Quintilianus* dixit, *Aquam* perdere: videtur de usu de garrulis, qui loquentiæ multum habet, sapientiæ parum, quiq; verbositate nimia tempus extrahunt, *Synæsius* in *Dione*: *ὑδὼρ δὲ τῶν βίαι δακτύλων δρόμον ἢ μιμητρεμένον εἰδὲ πρὸς κλιψιδραὺν τὰ μὲνόμενον, ἀλλ' ἐγὼ μὲν εἰμι πῶννομαι, ἀλλὰ αὐτῆς πιπῶνσομαι*. id est, *Aqua* celeriter difluit, non dimensa aut ad *clepsydram* expensa: attamen ego si nondum finem facio, mox saltē desistam. *Philostratus* in *Pausania* *sophista*: *τῶς τῆς κλεψυδρῆς μετέχοντας*, id est, *clepsydraz* participes nominat qui ad *clepsydram* declamabant *aquæ cetera mensura repletam κλεψυδραὺν συμμετρεμένην*.

ῥημίην, vocat, talesque vulgari dicerio, δειψώτας quasi stituculosos appellatos fuisse scribit. Solebant veteres ad aquæ stillicidium, orandi modum metiri productiore breuioreque tempore circumscriptum.

*Mare amnium non indiget.*

NAZIANZENSIS in Monodia in Basilium; *Ἐπειὸς θάλαττα δ' εἶται τῶν εἰσερότων ποταμῶν.* id est, Non indiget mare influentibus amnibus. Vtemur eo cum ostendere volumus quempiam ita suis animi dotibus instructum & exornatum, vt per se abunde sic laudatus, nec secessione alieni præconi aut externo adiuumento opus habeat. Philo sophiæ doctrina imbutus, non indiget vno aut altero Iocratris aut Agapeti præcepto ad mores faciente: vir cordatus alienis non vsus habet consiliis, suis abundans: Eo modo vtitur idem in epistola quadam ad Basilium: *εἰς ἑρῦδ' ἔκτ' εἶται ἐκλασσοκ, καὶ σὺ σὺ συμβαλλῶσσι.* id est, Si aqua indiget mare, & tu consultore opus habebis.

*Rudens omnis disruptus est.*

*Ἐὼν πᾶσιμα θιέξῃσθαι,* id est, Omnis rudens disruptus est, Prouerbiū effertur de summo rerum discrimine, cum conclamatum esse spē significamus, Heliod. lib. 7. Aethio. historiæ. *πάνθ' ἔτστο τὸ τῆ λῶχ πᾶσιμα θιέξῃσθαι, πᾶσα ἐλπίδ' ἄγνηρα πανί εἰς ἀνεσκαται.* id est. Omnis quod dici solet rudēs perfractus est, omnisque spei ancora prius sublatæ est. Metaphora à navi ᾗ amissis funibus in muri iactatur vndarum ludibrium.

*Vincas tuus vripes.*

HELIODORVS lib. 2. *νικήσαιν ὁ πικρὸ σοι πῆι-πης ἔγω δὲ ὀδομαί τις ἀποφανεῖν.* id est, Tuus tripus vincat, egoque mendax vates inueniar, Conueniet vbi alicui proterue pertinaci veritatem dicti concedimus, velut herbam illi porrigentes victoriamque permittentes. Sumptam à tripode oraculari cui insitens vates, hausto numine ventura canebat.

*Tamquam Gorgone conspice.*

DE repente attonito metuque perculso dicitur. Heliodorus lib. 4. *ἢ δὲ ἄπειρ πῶ γοργὸς ἐκασαμένικε κ. λ. ἢ τι τῶν ἀστοπιαντέρον, δὲν τι καὶ μέγα κνίκοχεν.* id est, Illa non aliter ac

conspecto Gorgonis capite aut alio quopiam monstro, altum vociferata est. Gorgones Phoreynis Ponti terræque filii nazæ sine runt, vt fabulantur Hesiodus in Theogonia, Hyginus, & Bassus in Aratao commentario, oculo vno exemptili præditæ tres, alata, Anguibus loco crinium implexæ, aprugnis dentibus, manus habentes æneas & alas quibus volarent, vt annotatum est à doctissimo scoliasæ Aeschyli, quarum nomina fuerunt, Stheno à robore, Medusa à regni cura. Euryale ab imperio maris appellata: quarum meminit Agamæone Aeschylus:

*Αἰδὲ γοργόνων θίκεν  
Φωχοίταιες καὶ πεπλικταυμήναι  
Ρυκκίος εἰσάχθισιν.* id est,  
Illæ instar Gorgonum.

Atratz, & angues inuolutæ crinibus. Gorgo autem & Gorgon ad incutiendum terrorem formidabilis fuisse fingitur horribili aspectu, vnde Homerus Iliados vnde cimo:

*Τῆ δ' ἐπὶ μλί γοργῶ βλοσυρῶπις ἐσιφάντο  
Δεινὸν εἰεκομένυ.* id est,  
Toria tuens Gorgon clypei lucebat in ære.

Tam vero teter & horrendus earum obtutus fuisse perhibetur, vt in saxa obriguissæ homines solo aspectu, crediti fuerint, quo spectat illud Homeri γοργὸς, aut vt Zenodotus maluit, γοργὸν ὄμματ' ἔχω, id est, Gorgoneos torquens oculos, & Martialis libro nono:

Auertam vultus, tamquam mihi pocula Gorgon.

Porrigat, atque oculos ora; nonna petat. Aeschylus in Prometheo de Thyphone loquens:

*Ἐξ ὀμμάτων δ' ἤσραπτε γοργῶπων σέλας.* i. Vibrabat ex oculis Medusæ iubar. Vlysses apud Homerum Odysseæ vndecimo, pauidum fugisse sciat:

*Μὴ μὴ γοργέην κερκαλήν δεινοῖ πελάεσ  
Ἐξ ὀφθαλμοῦ πέμψαιτ' ἀγκυλὴ Περσεφόνεικ.* id est,  
Ne mihi Persephone coniux Plutonia retium,  
Gorgonei capitis monstrum submitteret Otco.

Iambilicis Gorgonem cupiditatem nominat, quæ illectos recordibus affectionibus homines, materis immergit, saxosque efficit, Alexander Myndius historicus apud Athenæum

Athenarum in 5. refert Gorgona animal esse Lybicum non dissimile vitulo, quod diu minacium oculorum aspectu intuens enccet.

De Gorgone lege Palephatum.

*A vipera morsum culpas.*

De eo qui alienæ calamitati insultat, nondum expertus fortunæ scuitiam, extulit illud Aristidis in oratione: *καί μοι δοκεῖς κατὰ τὴν παροίμιον, τὸν ἄπο τῆ ἐχίδνης δ' ἄχθέντα ἀπίασαι μηδ' ἄπο τ' αὐτὸς δ' ἄχθέντα*, id est, Vi deris mihi viperæ dentibus faucium culpare, ipse saucius antea numquam iuxta prouerbiū. Adagii origo videtur ex Apologis sumpta.

*Philoxeni codicillus.*

*Φιλοξένος γραμματίον*, id est, Philoxeni codicillus. Citatur prouerbiū à Suida, & exponitur de iis, qui repudiari oblatam conditionē, aut pustulata peruicaciter reiiciunt, Natum à Philoxeno Cytherio, dythyramborum scriptore Dionysii tyranni deliciis, qui cū inepta huius poemata & fastidiret audire & transuerso calamo iugulasset in Latomias (ita appellatur carcer Syracusis ab eo ipso tyranno factus è saxo in mirandam altitudinem depresso, & multorum operis penitus exciso, vt restatur in Verrius Cicero) missus fuit, vnde liberatus iussu tyranni, ac Tarentum elapsus, ac per litteras à Dionysio vt rediret reuocatus, respōso illum dignatus non fuit, sed arrepto codicillo primum alphabeti clemētum quod est & eundem inscripsit, quo votum illius profus rescissa amicitia tessera repudiaret: habet autem & negandi vim apud Græcos, inficiatoria particul. Philoxeni ergo codicillum aut Pugillares rescripsisse dicitur apposite, qui rogatus non obtemperat, vel oblati nuptiis nunciū remittit, vel denique ratione quauis abuiuit ac respuit rogationem. Venustus est quā quod ab aliis adfertur: τὸ φιλοξένος ἔ, id est, Philoxeni non.

*In Ceo quis dies.*

*Ἐν κείῳ τις ἡμέρα*, id est, In Ceo quis dies. Helchius annotat effectū prouerbiū de rebus dubiis haud certo cōpertis: *ἐπὶ τῶν δὲ Ἄντροπων*, quod in Ceo insula non haberent stellas fixas, sed pro arbitrio quisque suo eas

celebrarent vbi commodū esset: vnde etiam prouerbiale dictum manauit: Tibi ipse calendās edicito, de quo alibi egimus.

*Quod sal carni.*

Cum significare volumus propriū aliquid esse & peculiare alicui rei, prouerbiū vsus erit, veluti si dicamus veritatem propriū esse condimentum historiarū. non aliter, quam sal carni fit aut poetices delectationem: vsus est Philon Iudæus libro de mundi opificio, de piscibus loquens, quibus ad conseruationem corporis aspersa sit vitalis facultas: *καθάρπε φασὶ τῆς ἄλας τοῖς κρέασιν, ἵνα μὴ ῥαδίως διαφείροιντο*, id est, quemadmodum sal, vt dicitur, carni, ne facile computrescat. Ita Varro libro rei rusticæ secundo, Suis animam datam pro sale ait, qui seruaret carcerem. At sal fatuus, de insipido homine dicitur, quomodo Hecebolius sophista legitur se humi strauisse auctem templi vestibulum, exclamasseque *πατήσατέ με τὸ ἄλας τὸ ἀν' ὠδύητον*, id est, procul tate me sale insensilem quod refert. Nicephorus Callistus.

*Intus Hecuba, foris Helena.*

De femina formosa quidem, sed maledicā & improbis moribus prædita dicitur prouerbio. Gregor. Nazianzenus in carmine aduersus fucatas mulieres purpurissimo oblitus:

*Ἐνδοεὶ τὴν ἐκάβην, ἔκτοεὶ τὴν ἑλέην*, hoc est, Turpem intus Hecubam, pulchram Helenemque foris.

Hecuba Priami vxor præ senio turpissima in carnem conuersa fingitur, Plautinus Menæchmus propter maledicentiam, sic enim ait:

Non tu scis mulier, Hecubam quapropter canem.

Græci esse predicabant? Mu. Non equidem scio.

Me. Quia idem faciebat Hecuba, quod tu nunc facis.

Omnia mala ingerebat, quemquem aspererat,

Itaque adeo iure cœpta appellari est canis. Huc spectat illud Iuuenalis satyra decima. Sed torua canino Latrauit rictu, quæ post hunc (Priamum) vixerat vxor, Poterit & de fucata dici, quomodo vsus est Nazianzenus, quæ larua potius & spectrum hominis

nis videri queat, nisi sibi & purpurissi māgonium penicillo inferiptum scōditatem obliteret T: ans ferri etiam poterit ad librū sputeritæ plenum, speciosum titulum præferentem, aut membranæ sumptuosæ magnifice exornatum.

*Citius terra ætherem conscendet.*

IMPOSSIBILIS conatus significationem habet illud, quod apud Euripidem Hercules loquitur: *πρὶ θεῶν γὰρ κἀτῶ.*

Γῆς εἰσὶν ἄστρα, γῆτ' αἰεὶ εἰς αἴθερα,  
 Γῆν εἰς ἑμῶσσι θεῶν ἀποτίθει λάγροι. id est, Citius humo infinguntur astra, & ætherem Terra occupavit, quā verbis palpei tibi.

Refertur à Philone L. in el. atq; iterum. Cui ad fine est Zenonis dictum: *ὅτι ἐκπτοῖ ἀγκοῖ βυτῆσαι πλεονεκτήσῃ.* hoc est, Proclivius mergi posse vitem vento distentum; cuius idem scriptor meminit.

*Flamma sine Vulcano.*

Γυρακαῖον ἀνίφωστον καὶ ἄβυλων, quod sonat: Incendium absque Vulcano & lignorum expers, proverbio dici scribit Io. Zezes in omnigena historia, animi angores & curas animo coquentes exulcerantesque nullum autem gravius est incendium quam affectus, qui ita animum lancinant: Sic de amoris igne dixit Vergilius doctè: Est mollis flamma medullas. Et de eadem Didone iterum: Et cæco carpitur igni, secretū amoris incendium, qui torrebatur indicans.

*Edensule maxillæ.*

Ἀμύλοι γνάθῃ, id est, Bucca edentula proverbiale dicitur in eum qui lædere aut fortunis officere alterius nequeat: Licebit & γέροισι ἀμύλους γνάθους, id est, edentulas aut exarmatas senis maxillas in contemptum senilium virium detorquere, vt si quis calamo conuittioque senem lacessens, iniuriæque vicissitudinem contemnuens, dicat se nihili facere in potentis hostis ὠσπερ γέροισι ἀμύλους γνάθους, veluti senis edentulas maxillas. Integrum videtur adagium legisse Gregorius Thessalonicensis hoc modo:

Γέροισι ἀμύλοι γνάθοι βακτηρία. id est, Sunt ciepiu seni maxillæ edentulæ.

Verba eius hæc sunt: ὁ μὲν ἀλλοθεῖ γνάθους ἀμύλοις, ὡς εἰδόντι, ἄς καὶ τις παροίμια ἄσα καὶ βακτηρίαν ἀπωχαρίζεται ἀνδρὶ γέροισι. hoc est, At tamen edentulis malis, vt potest, cibū mo-

lit, quas proverbium scipionis vice seni tribuit.

*A cauda ad os transferre.*

Ἀπ' ἔρας ἐπὶ τὸ σῶμα μεταβαῖν. id est, A cauda ad os transferre, apud Plutarchum in nono Symposiac. proverbii vice positū est, πρὶο, à calce ad initium transferre: vt quod postremum locum obtinere debuerat, ad primū mutato ordine transponatur, sic autem inquit: αἰ γὰρ καλῶν καὶ ψυχρῶν τῶν ἀπὶ τῶν ἔρας ἐπὶ τὸ σῶμα μετακθεῖται πρῶτον αὐτῆς τῆς ἐχάτης τάξει ἐχρῶσι. id est, Quas frigidas nominamus incensas, à cauda ad os translatae, primum pro postremo ordinē obtinēt.

*Agnum demetere.*

Ἀγνιον ἐρίζων, id est Agnum demetere, Proverbium citat Eustathius Odyss. nono, efferrique annotat: ἐπὶ τῶν ἐκδικαλάμματα τιμωρημάτων de his qui ad pœnam conueniunt; multamque in commodum tempus differunt: Occasione adagii petita ab agnis, qui primo vere inutiles lanitio relinquuntur, asseruanturque in æstatem ad idoneū tendendis lanarum villis tempus. Quadrabit quando silentio prætermittimus quidpiam, data occasione opportuniore loca ac tempore disertius de eo prolixiusque acturi.

*Nil boni cogitat vir arrigens.*

Οὐδὲν φρονεῖ δ' ἵκων ἐς νεκρὸς ἀνὴρ. id est, Nil cogitat plane boni vir arrigens. Proverbiale senarium citat Eustathius ex Aelii Dionysii rhetorico lexico, non explicat tamen, atque ita legit & Suidas fere hunc in modum: οὐδὲν μέγα φρονεῖ ἐς νεκρὸς ἀνὴρ. id est, Nil magnum sapit vir arrigens, sed manca parumque integra versus lege. Significat autem quodlibidinis furor præidentiam omnem expectare, honestique rationem ex animo delectat, quod si quis legat ἐς νεκρὸς, indicabit, stantes, hoc est, in iram aliosue animi affectus arrectos iuste iudicare non posse, siquidem legitimus iudices olim sedisse: argumento sedationis animi & ab omni motu compositi. Potro verbum σύν in pudendam significationem transit ut Comices, vnde & de Diana virgine dictum est, ὅτι σύνμακα μοσά, ἥτοι εἰς ἀδελφῶν τάσους, quod attractionem inuisam habeat: quin & lactuca sessilis latifolia, ab Atheniēsis ἀστυτῆς dicebatur, quod mimius eius



vsus impotentes in venerem reddat, qua de causa & Pythagoræi βύχον eam vocant, quæ castantem, & eunucham.

*Herculis ira.*

**HERCVLIS** iram appellat Aristophanes in vespis, generosi peccatoris iram, magnoq̄ue animo dignam, quod quemadmodū. Hercules laboriosissima quæque & difficillima cæramina subiit, è quibus eo plus honoris assequeretur, quo essent molestiora: ita & generosus est & Hercules ira dignus, peccatoris inceslere, quam plebeios homunculos, propterea inquit, Comicus:

Ἀλλ' Ἡρακλῆς ἄργῆν τιν' ἔχων τοῖσι μεγίστοις ἔπιχερῆν, id est,

At Herculeam quandam iram habens, magnates, adoriti se velle dicit, Theocritus de robusto illud extulit idylio quarto:

Φάντιν Ἡρακλῆς βῆν καὶ κέρθ' ἐπίσθιν. i. Viribus Alcideæ hunc contendere posse loquuntur.

Philon Iudzus: Ἡρακλεων βύτολμῶν, id est, Herculeam confidentiam dixit proverbia-liter ibi: τῶν Ἡρακλεων βύτολμῶν ἀπομύχμων, id est, Herculeam feruam imitantes. Ad Aristophanicum versum respexit Aristides, de Comico illo sentiens. ἴτιρθ' δ' ἀντιῶν Ἡρακλῆς ἄργῆν τιν' ἔχων. id est. Alius quispiam Herculis quadam ira percitus. Huic dissimile est quod Ouidius ait lib. De rōto tertio: (Nobile namque) Pectus, & Herculeæ simplicitatis habes.

*Deo præeunte, nullus officit obex.*

**FREQVENS** est & paræmizæ vice vsurpatum ab Aristide διὰ δ' ἔξωτ' ἀρχῆν, id est, Deo præeunte, aut initium faciente, vt in Pænegyrica oratione: Ἀλλ' ἄπειρ' ἐφ' ἡνίκα δ' ἀρχῆν, ἴδεν δ' ἡ τὸ κωλύον. id est, At vbi Deus initium ostenderit, quod ait Pindarus, nullus officit obex. Idem aduersus otii obtrectatores: διὲ δ' ἐφ' οἰσὶ πῖσι δ' ἀρχῆν δ' ἔξωτ' ἀρχῆν, βύθια δ' ἡ κελύβη δ' ἴδεν τὸ προκείμενον. hoc est, Mostrante initium Deo, vt Pindarus inquit, prona est semita ad inueniendum quod propositum est. Huc pertinet sententia proverbia-lis, quæ citat Suidas, διὲ παρότ' ἔπειν ἄποροι πῖρα-μῶν, id est, Deo præeunte sit expeditum, quidquid fuerat implicitum, & illud Aristidæ: ἀμύττα πῖρα-μῶν ὁ θεὸς εὐαῖα πορδύσιμα. id est, Fit peruium auctore Deo, quod impo-

rium erat antea, Hinc Philon Iudzus libro: Quoi omnis vir bonus idem sic & liber: ἀναφ' ἔργεται γοῖ ἐκείνο τὸ σοφὸν κλον, ἔ-δεν τῶν πνευρησῶν διαφῆρον, Οὐδ' ἔμοι ἄρχων, δι' ἡνίκα δ' ἔξ' ἔς. id est, Exclamabit. n. Sophocleum illud, oracularibus responsis nihilo inferius, Mortalium nemo, at Deus dux est mihi. Ad hanc classem spectat & Synefii illud in epistolis: θεὸς ἠγαθῶ πάντος ἔργου καὶ λόγου. id est, Deus cuiusvis & dicti & facti auspex esto. Certe religio omnis Deū opificem omnium agnouit semper, & ab illo captandum auspiciū vnanimi conspiratione consensit, vnde Pausanie auctoritate annotat Eustathius in cuiuslibet rei auspiciu dici solere, celestismatis instar, θεὸς θεὸς id est, Deus Deus: quod obseruasse non temere videtur Plato in principio librorum de Legibus, vbi cum Atheniensis hospes dubie dixisset videri à Deo aut ab homine quoriam inuectas esse leges, respōdet Clinias: θεὸς ἄξιον θεὸς, hoc est, Deus ὁ hospes Deus eiuscæ rei auctor est. Quod Platonis dictum repetit Theon Alexandrinus in Arateis commentariis, causam reddens, cur ab Ioue exordium operis sumpsit Aratus, ita canens Εκθὸς ἀρχαῖμῶν, quod Maro ad se recepit ibi, Ab Ioue principium. Nimirum & Pindarus alicubi dixit breuiter: Δὲ ἐκ ἡρωσῶν, hoc est, Ab Iouis proœmio, innuēs ab Ioue, hoc est, Deo rerum principio, conatus nostri auspiciū esse sumendum.

*Daphnis inter pastores primus.*

**Δάφνης** παρὰ ποιμῆσι πρῶτ' ἐγένετο, id est, Daphnis inter pastores primus euasit. Exerat apud Synesium in Epistola ad fratrem, proverbia-lis specie dictum: καὶ τῆς Δάφνης παρὰ ποιμῆσι πρῶτ' ἐγένετο, ἴτη τοῦ Εὐδάλου ἐπιμέγα τύχου ἔξῆσεν. id est, Ex ea occasione Daphnis inter pastores primus extitit, hoc factum Euthalium ad amplas fortunas euexit. Vsum proverbia-lis ipse auctor exponit propemodum. Quoties namque opinionem alicuius angelcere, ipsumque admirationi esse volumus innuere, atque magnæ auctoritatis haberi, dicem⁹, Daphnis inter pastores principatum obtinet. Proverbia origo ex Theocriti Bucolicis; vbi de victore Daphni ita canit:

Καὶ τῆς Δάφνης παρὰ ποιμῆσι πρῶτ' ἐγένετο. id est, Daphnis

Daphnis se ex illo prim<sup>o</sup> pastorib<sup>9</sup> inferre.

Quo adlute Virgilius ibi:  
Daphnin ad astra feremus. Historiam de Daphnide petexit Diodorus Siculus lib. 5. Is ē Mercurio & Nympha Siciliæ indigena pignatus, & ab nymphis enutritus, multa bouum armenta possedit, à quorum cura βοσκᾶς, id est, bubulcus dici cœpit, cum-que esset ingenio acti, carmen ab auctore Bucolicum dictum, primus excogitauit: dicitur autē Syracusius fuisse. De hoc paullo fufius Aelianus li. 10. omnigenæ historiæ. Daphnis, inquit, Buculus amusi<sup>9</sup> fuit Mercurii, secundum alios filius, nomen ab eue tu sortitus, quod à partu expositus fuerit in laureto, quem boues in Sicilia pascentē nympharum vna deperisse dicitur, cumq; illo primum iuuentæ florem delibasse inito pacto, ne cum alia congregeretur, quod si falleret, interposita oculorum orbitatis pœna: sed cum non multo post adamatus à Regia puella, per ebrietatem pactum dissoluitet, habita consu etudine cum Regis filia, captus luminibus, Bucolicum carmē, calamitatis solatium, primus cecinit.

*Addere gangrænam.*

ADDEAE gangrænam vsurpat Arnobius libro 5. aduersus gentes, pro geminare malū, aut veterem culpam nouæ noxæ accessio ne grauarē, verba eius sunt: In quo cum vnam contrahere posses culpam conscriptione de superis tali addidistis (vt dicitur) gangrænam, cum decorum omnibus appellauit res turpes. Simili metaphora dictum est illud à Varrone li. 3. de vita populi Romani: Quo facilius animaduertatur per omnes articulos populi hanc mali gangrænam sanguinolentam permeasse. Ad eundem modum Lucilius in satyris: Serpere vti gangræna malo atque herpestica possit.

*Hæstorem imitaris, ab Illo numquam recedis.*

LOCVS est in parasitum gulæ plus æquo ditū. Marulli Mimographi, quem M. Antonini philosophi & Cæf. temporibus vixisse testatur Iulius Capitolinus: cuius præter Acl. Spartianum meminit & D. Hieronymus aduersus Rufinum. Tu Hæstorem imitaris, ab Illo nunquā recedis. Adlusum est autem ad Ilii, quo Troia cenfetur, nomen ambiguum, cū Ili intestino, per quod

cibus receptus delabitur. Competet in strenuū gurgitem, qui nunquam belluonari desinat. Quadriabit & in ganconem iuxta haustæ libidinis, quippe cum Ilium pro impudico seu interfamineo muliebri accipi solear attestante Hesychio, quo sensu detortum fuit illud Homericum, ἰλιον οἶσος. i. Intra Ilium.

*In cauea non canis luscinia.*

Ἡ ἀνδρῶν ἐν οἰκίσκῳ μὴ ἔδει, i. In cauea non canit luscinia, prouerbio significatur ingenii libertate, nihil esse pstantius ad res ædas, propterea quod seruilis conditio animi finem coarctet quodammodo ac præcludat: præclare enim dictum est ab Homero Odyss. 9.

Ἡ μισὸν γὰρ τ' ἀρετῆς ἀποκίονται θυρόπα ζῶντες Ἄνεσθ, ὄντ' ἂν μιν καταδ' ἄλιον ἡμᾶρ ἔλθῃν. id est,

Dimidio ingenii nō æquus Iuppiter orbat Seruilis quem forte premit cōditio vitæ. Recte quoq; Philo Iudeus: θυράκια τῶν ἐλευθέρων ἀφορετότατον ἐστίν. i. Homini libero nihil seruitute intolerabilius est. Scopelianum sophistam obsecratur Claromenii, vt domi suæ profiteretur, sperantes eius doctrina celebres fore Clazomenas: horū petitionē reiciens ille, os obstruxit percommode, dicitans inclusam caueæ lusciniam nō canere, Græca Philost. verba sunt: ἢ ἀμύσσωσας περὶ τῆσκα, πλὴν ἀνδρῶν φύσας ἐν οἰκίσκῳ μὴ ἔδει. hoc est, non inuenuste deprecatus fuit, luscinia, inquit, non cantillat in cauea. Luscinia tale ingenium est, vt non nisi libero aere moduletur, capta caueæq; cancellis immissa obmutescat: quamquam audio inuentū esse apud nos, qui arte quadā exudiat lusciniæ vt in caueis cantent.

*Nec salem quidem dederis.*

Ὅνοσ' ἄλα δόεις, id est, Nec vel salem dederit. Adagium est in hominem præparcum & sordidum, qui neque minimum quid, ac ne salis quidem micā largiri sustineat, qui hospitibus dabatur omnibus. Exstat apud Homerum Odyssææ decimo septimo. Vbi Vlysses Antinonum conuictio lacerat, velut sordidum supra modum & illiberalem: ὄνοσ' ἂν ἕραως σάλας ἐστὶν ἔδ' ἄλα δόεις, i.

De penore haud dederis micam salis Vpiloni:

Vbi notandum quod Aristarchus, ita λέγει, Quæ quæ quemad

quemadmodum citauimus, at Calistratus ἔδ' ἀλα distione proparoxytona scribit & exponit κίπρικα λύματα, id est, sterquilinia & ædium purgamenta, quæ scopis à pauimento euetruuntur, ab ἔδ' ὅ, quod sonat solum siue pauimentum: quod ab Eustathio in illum locum annotatum est. Usurpatur & à Dione Chrysofomo in oratione, quā inscripsit Euboicum, quamquam in græco cō codice vitiose legitur, ἔδ' ἄλλ' δ' οἴους.

*Nec vola, nec vestigium.*

EXSTAT apud Varronem in τὰ φημί πη, Hæc Numa Pompilius fieri si viderit, sciet suorum institutorum nec volā nec vestigium apparere. Et iterū in Cynicis τὸ ἐπιπαφίον. Quorū i sepulchris nec vola, nec vestigium extat. Vtrunque citatur, a Nonio Marcello. Idem est cum illo Plautino. Nec pes nec caput sermonis apparet. Huc pertinet illud Aeschylī in Agamemnone fabula:

Καὶ ποὶ τελευτᾷ καὶ κερμαῖται λόγῳ; id est, Qui finis, aut quod nascitur verbis caput; Verba sunt Electræ ad Agamemnonē, quo uti licebit, cum indicamus incertos nos esse quo euadat oratio, aut vnde orta sit.

*Spongia medebitur.*

Σπόγγ' ἰάσεται, id est, Spongia medebitur. Quadrabit quoties mutatuos nos sententiam & antiquatuos pollicebimur. Vltus spongiæ notissimus erat in exergentis mēsis præcipueq; abacis in quibus scribebant & inducta spongia corrigebant, quomodo Augustus Aiacem fabulam in spongiam incubuisse dicit ad exemplum Aiacis, qui in ferrum, vti refert Suetonius Tranquillus. Aristides in oratione quadam: ἔτι καὶ τῆμιν ἀλεῖρεται, ἔδεν δ' αὐτῷ σισσόνος παλινωθίας, ἀλλὰ ἀσπγγ' ἰάσεται. Ad est, Quod si quid nugati sumus, nihil opus fuerit Stesichori palinodia, nimirum abunde medebitur spōgia. Adlusit hucauctor epigrammatis incertus libro 6. in quo Callimenes quidam Mercurio artis suæ instrumenta his versibus dedicat:

Καὶ βυδίν τρεῖταιν ἄλιπλάγκτοιο χαμύβιν  
Σπόγγος, ἀκισορίην πλάζομίνης γραφίδ' . i.  
Vndiguagique thorum Tritonis spongiam, in alto  
Decerptam, errantis quæ medicina styli est.

Clemens Alexandrinus ἐν σφογγίζεσθαι ἐν εροφάγῳ dixit, madorem ventriculi nimium aridis cibis ebibere atque rapere, quod metaphorice licebit transferre ad orationem, quæ si nimis affluens sit, exiccanda venit, ac molli illo madore exinanienda, Græce non male dixeris: τὸ τῶν λόγων ὑγρὸν ἀσσογγισίον.

*Figura, & triobolus.*

EUSTATIUS Iliados decimotertio annotat prouerbialiter dici: χῆμα καὶ τρεῖ βολον. i. Figura & triobolus cuius vis sit in ingeniosos quidem, sed nisi institeris remissos, & non nisi premiolis quibusdam expugnabiles: cui vitio dexterrimus quisque obnoxius ferme esseprehenditur. Nara paræmia à Phynico tragico, qui tantum operæ studiūque collocasse in Tragicam saltationem perhibetur, vt nouum genus saltandi (χῆμα vocant) excogitantibus triobolum prizmii vice numeraret. Refertur ab aliis origo prouerbii ad Pythagoram, quem sabblicus philosophus scribit ingenioso dextroque discipulo, sed ad disciplinas excolendas tardiori, pro quolibet mathematico schemate triobolum pendidisse, vt prizmii inuitamento supinitatem discipuli castigaret, studioque discendi (quod libera & incoercita voluntate constat) faces quasdam subderet.

*In paguro sapientia.*

Ἐν παγῆρω σοφία, id est, In paguro sapientia, prouerbium est quo significatur, vt arbitror etiam paruis rebus suam esse gratiā, & pusillæ staturæ hominibus non deesse prudentiam, vt ad eū modum dicatur, quo illud, Inest & formicæ sua bilis. Alioqui elegantissime lepidissimeque Paguri sapientiam habere dicitur, qui viribus suis diffusis, cū fortiori congradi timet: vt si dicamus doctum quempiam, cui cum sophista res sit, imbecillitatis suæ consciūm, in idoneum tempus pugnam differentem, παγῆρω σοφία, id est, Paguri sapientia armare se debere. Pagurus cancri genus est, qui quotānis spoliatum se testea crusta & aculeis omni que armatura sentiens, latebris suis verno tempore tantisper se continet, dum vna eaq; durior testa succreuerit, nec ante hoc tēpus, imbecillarum virium consciētia, pisse vllum aggredi audet. Hinc est quod cō-

filii Prudentiæq; argumento Pagurus de collo Dianæ Ephesæ suspendisse antiquitas putatur. Huius prudētici meminit multis versibus in primo Alieuticon Cilix poeta: & apud Epicharmum comicum in Purpura fabula, piscator inquit: *σοφίαν ἐν παγῶν μὲν βίης ἐχέει σὺ καὶ ἐχθρῶν δὲ ἄνακτα πάντων ἀπὸ τῆς τέχνης*. id est. In Paguris Diis inuisis sapientiam, inque pisciculis omnigenas artes deprehendi. Lycophron in Cassandra appellat Phœnicē Achillis formatorum *παγῶν*, non tam propter cutis asperitatem seuio contractam, quod Zezes & Eustathius annotant, quam propter innatam prudentiam, cuius ergo Peleus illum formandæ Achillis filii pueritiæ præfecit.

#### *Hecales cana.*

DE frugali admodum tenuique apparatu effertur Hecales cœna, ab Hecale paupercola, cuius apud Ouidium sit mentio, & cuius egenam cœnam non aspernatus fuisse Theseus legitur. Iulianus Cæsar ad Iamblichum philosophum: *πέντος ἔδει τῆς ἐκείνης ὁ θεοῦ τῆς δ' αἰτίας τὸ λίτον ἀπέρισεν, ἀλλ' ἦ δ' αἰ μὲν μικροῖς ἐστὶ τὸ ἀνεγκλίαν ἀρετῆς*. id est, Nimirum Theseus non detrectauit tenuē Hecales cœnulam, sed norat etiam paruis esse contentus, cum ita ferret necessitas. Dicitur autem Hecaleanus Theseum iam tū iuuenili in ætate hospitio solere excipere, proque illius ad pugnam profecturi sospite reditu vota diis nuncupasse: in cuius beneficii memoriā Theseus instituit postea Hecalefion festum: quo Ioni ab illius nomine Hecalo dicto sacrificabatur. Callimachus scribit in opere quod ab ano inscripsit Hecalem habuisse illam *φιλοξενίας ἑργὸ ἀκλήϊστον*. id est, hospitii lares cunctis parentes.

#### *Alexandrine deliciae.*

CONSIMILI sensu Alexandrinas delicias dixit Fabius Quintilianus institutionum oratoriarum lib. vbi parentum erga liberos suos indulgentiam seuerè proscindēs: Verba inquit, ne Alexandrinis quidē permittēda delictis, risu & osculo excipimus extremā intemperantiā turpemq; luxum designans: luxus autem & intemperantiæ generatrix est opulentia. Nemini vero dubiū est, Alexandriam copiosissimam & opibus mercibusque omnigenis asuuentissimam

fuisse emporium. in hunc vsque diem.

#### *Medica mensa.*

*Μηδικὴ τραπέζα*, id est, Mensa Medica, pro exquisitè sumptuosa & ingentis apparatus mensa proverbialiter accipitur à Synesio lib. De insomniis: à Medorū deliciis, qui Persidi contermini in eorum mores defluxere, siquidem apparatus Persicos, pro opiparis dixit Horatius, & scribit Herodotus Persas natali suo quomq; die opiparam apponere cœnam & prolixam diuersis ferulorum missibus, idque tā pauperibus quā diuitibus factitari: alioqui Persarum Regi mille victimas quotidie iugulari, præter immensam voluorum vim, ex Heraclide Cumanò refert Athenæus. Synesii verba sunt: *περατίζεται τραπέζαν, εἰ μὴ βόλοιο σικελικῆν. εἰ δὲ βόλοιο. μηδικὴν*, id est, Mensam apponit, si velit, Siculam, aut si malit, Medicam. Vsurpat & Dion Chrysostomus in oratione tricesimetertia: *ἀμα σὺν πτερῶν ἄλλοθεν ἑστῶν καὶ μηδικὴν τραπέζαν καὶ τὸ γένος αὐτῶν ἐξέλιπεν*. i. Defecerunt pariter sceptrā, paludamenta, mensa Medica, ipsorumque profapia. Thucydides libro 1. de Paulania elatus se gerente, *τραπέζαν τε μηδικὴν περιτίθειτο*, id est, Mensam apponebat Medicam, quamquam scholiastes Græcus *περικὴν* legisse videtur, sed exponit recte *τρυφικὴν*, id est, opiparam deliciisq; affluentem. Diuerso plane sensu, *Μηδικὴν τραπέζαν*, id est, Medicam mensam extulit Athenagoras libro de mortuorum resurrectione, pro immitibus cruentisq; epulis, respiciens, ut opinamur, ad crudele Astyagis Medorum Regis factum, qui Harpago amico consiliorum omnium participi epulandum filio apposuisse legitur apud Iustinum Trogi Pompeii epitomiasen.

#### *Vbi Atridarum scapha.*

*Ἐπὶ σκαφῶν τῶν ἀτρεδῶν*, id est, Vbi scapha Atridarum, Adagio vtetur cum significabimus non esse curiosos nos de reā nobis peregrina, quæ nihil ad nos pertineat de qua non admodum sit nobis laborandum: v. g. si dicat quis te melioribus studiis additum non curare aut sollicitè velle indagare, quid rerum agat Pontifex, vbi zstuet Turca, quid appareat Cæsar, quidue molietur Gallus: quo sensu cecinit illud in odis Horatius:

Mulis amicis tristitiam & metus

Tradam proteruis in mare Creticum.

Portare ventis, quis sub arcto.

Rex gelidæ metuat oræ.

Quid Tyridaten terreat, vnice Securus.  
Vtitur Cicero libro ad Atticum septimo.  
Sed quoniam res eo deducta est, non que-  
ram, vt scribis, πῶς σκάψῃ τῶν Ατρείδων.  
Videtur alicunde è Tragœdia sumptum.

*Isthmum sinapi bibis.*

PROVERBII speciem redolet, quod apud  
Artemidorum lib. quinto Onirocriticon  
legitur: ἰσθμὸν τὸ κῆπι ὑπιου. id est, Isthmum  
sinapi bibis aut momordit: vbi ille exponēs  
visum & euentum somni cuiusdam, quo  
is qui visus sibi erat ebibisse liquidi sinapi  
trituratam, in ius vocatus, capite luerat, sub-  
iungit id quod illi acciderat, iam antea de-  
signatum fuisse prouerbiali dicitio modo  
dicto: sic. n. sonant eius verba: καὶ μὲντοι δὴτε  
κρίθειν πρότερον ἄπο τῆς λιθομένης, ἰσθμὸν τὸ κῆ-  
πι ἔπιον. quo miror quid Cornario viro  
alioqui doctissimo in mentem venerit, vt  
omisso verborum ductu, postremum istud  
verterit hoc pacto, Quis vmquam sinapi  
bibit? Vfus adagii esse poterit, quando ali-  
quem stomachabundum p̄s ira, animoq̄ue  
ringi crismachabundum significabimus:  
vel quando scommatis dicacitatisue pœ-  
nas dat quispiam, & numquam redituras  
per iugulum voces effuties in capitis pe-  
riculorum se coniecit, nam tunc mordax cõ-  
uictiorum sinapi appetit iuguli isthmon.  
Est autem Isthmus præter notam significa-  
tionem, inter septem narium, & oris gulæ-  
que inter sepimentum quod absumptum  
iri sinapis poculo denotabat somnium.

*Iccicæna.*

Da præparca & frugali cœna dicitur parœ-  
miacæ ἰκερδῆπιον. id est, Icci cœna, vt com-  
memorat Eustathius. Iccus Tarentinus  
fuit medicus. ὃς ἐπὶ βίῃ δὴτελεῖα εἰς παροι-  
μίαι κῆται, hoc est, cuius vitæ parsimoniã  
parœmia notat: diciturq̄ue inquit: ἐπὶ τῷ  
ἀπρίτω δειπνῶστω, Meminit Aelianus  
omnigenæ historiz vndecimo lib. Icci Ta-  
rentini non medici, sed luctatoris, quem  
toto certationis tempore, temperantissimo  
& coercito vicus genere vsum fuisse, venci-  
tisq̄ue omnis expertem scribit. Græce est:  
κικολασμὴν προσηύθει βιώσας. Simile est il-  
li quod supra adscripsimus, Hecales cœna,

*In cinere scribere.*

Εἰς τέφραν γράφειν, id est, Inscribere cineri,  
Suidas & ex eo Varinus exponit de eo qui  
inanem sumit operam: Cinis namq; im-  
pressos caracteras, quantumuis leuis aurulæ  
statu facile confundit. Adnotant iidem  
auctores de rebus quoque impossibilibus  
dici Citatur ex incerto auctore, apud quẽ  
vsurpari videtur, pro, nihil pensi faceret:  
Εγὼ ἢ τὸς θεοὺς ἀντὶ τὸ ἴπποβοίας, οἱμοὶ δ᾽ εἶναι  
εἰς τέφραν γράφειν, id est, Equidem illorũ  
iururandum cineri, iuxta prouerbium,  
inscribendum esse reor.

*Fruentium in populum.*

Φυρῶς εἰς δῆμον, id est, Frumentum in popu-  
lum, Prouerbiale dicitur in ambitus sus-  
spectos & officiis muneribusve gratiã vul-  
gi deniereri studentes: cuiusmodi fuere,  
qui frumentum populo viritum diuidendo,  
& tyrannidis gratia id facere putabãtur,  
vt ciuium libertatem in periculum voca-  
rent, occupatis tali libertate illorum ani-  
mis. Cicero lib. ad Atticum sexto iocatur  
in eam, quod elargitus fuisset in Atheniẽ-  
ses frumentum, tamquam qui ad tyranni-  
dem viam quandam affectaret, itaque ait,  
Sed heus tu φυρῶς εἰς δῆμος Athenis, placeat  
hoc tibi? Memorat Velleius Paterculus  
Tiberium, eiusq̄ue fratrem Caium, Gra-  
chos, præmuniendæ regalis potentiz gra-  
tia, frumentum populo dari instituisse.  
Quadrabit in omnes dui quauis ratione  
gratiam captant popularem.

*Iciens ictus est.*

Βίβλυται βάλων, id est, Iciens ictus est. Com-  
petit ius eum, qui sibi ipsi malum accersit.  
Ortum habet ab Herculo, qui in Olimpia  
statuam cõspiciat, eamq; latronem ratus  
esse, saxum eo contorsit, quod cũ resistisset,  
Herculem ipsum ferit. Effertur & ad hũc  
modum, πλῆξας καὶ πλῆγεις, i. Percuriens  
idem & percussus. Eustathius Iliad. λ. origi-  
nem paullo aliter refert, quod nimirum  
inter Elidem & Pisam statuam steterit, arte  
dædalea se vertens, quam cum Hercules la-  
pide percussisset, virum suspicatus, illa im-  
pulsã Herculem feriit. Eleganter vsus est  
adagio Philostratus in Iconibus de Capa-  
neo loquens: κατανύξας δὲ λέγειται κεραυνὸν βε-  
βλήδων, πρότερος μὲν οἱμοὶ κῆματα βιβαλῶν τῶν  
Διδ.

*Διζ* id est, Fulmine percussus fuisse dicitur Capaneus, qui prior (nisi me fallit opinio) instantia Iouem percusserat.

*Mulctores reipub. pestis.*

*Μουροὶ* siue *μοροὶ*, ac si mulctores dicas, proverbiali dichterio nominabantur oratores, quod populi pecunias, factiones atque exurgerent quodammodo, vt ex Pausaniz lexico adnotat Eustathius Iliad. λ. & iterū Odys. ε. qui etiam *μοροὶ* dicebantur, ab *ἀμείραν*, quod significat *καρπολογεῖν*, hoc est vindemari, atque inde natum proverbiū, *μοροὶ πόλεως ἔλεροι*, id est, mulctores civitatis perniciēs, Oratores olim secundiore aliquanto proventu & lucro, quam nunc aduocatorum turba, factiones seditionesque venali lingua fouendo, & reipublicæ, ætarium expilabant, & plebem exugebant temporariis patrociniis. Hinc fit quod tātas pecunias coegisse rhetores illi leguntur cum Demades Atheniensis talenta decem accepisse memoretur, non alia de causa, quam vt tacēdo causæ ne officeret, vt apud Gellium inquit C. Gracchus diserte profestus, se ipsum quoque non gratis ad concionandū prodiisse, aliosq; omnes qui verba ad populum faciunt, rei familiaris suæ pretium & præmium referre. Huc spectat oraculū in quod ludit Comicus Aristoph. *Μὴ μοὶ ἀνέλεος ἄνατι, ἀμολοῖ ἴσσορα.* i. Ne mihi Cecropidas studio laudetis inani, Mulctores etenim fient.

*Argentea fame conuiuari.*

*Ἀργυρῆν λιμῶν ἐσιᾶν*, ἢ *ἐλαπνάζειν*, id est, Argentea fame conuiuari epulariue dicitur proverbialiter, qui vere splendidam, hoc est, argenteis lancibus onullam, sed obsoniorum inanem mensam apponit, existat apud Epigrammatariū lib. 2. ti. in Patcos:

*Ἀργυρῆν λιμῶν τίς εἰς ἐλαπνίτην με καλέσσεις  
Ἐκταίει πεικλῆς τῶς πίνικας προφίρων.* i.

Ad cœnam accitum esuriet argentea nuper

Me necuit, vacuis lancibus assiduū.

Vbi ludit eleganter in voce *πινάκιον*, id est, lancium quarum serutatus etymon cum speraret eas fore sibi *πίνης ἀκρό*, hoc est, famis medelam, prorsus, *πεικλῆς*, i. famelicus & inanes reipsa fuit expectus. Huc spectat Epigramma Martialis, cuius ego mentionem alio loco feci:

Auro, non dapibus, oneratur mensa, ministri

Apponunt oculis plurima, pauca gula. Cum argentea fame eandem esse putant quam idem Epigrammaticus pretiosam vocat lib. 10.

Hic pretiosa fames, conturbatrixque macelli:

Sic enim in duobus vetustissimis exemplaribus lego reponēdūque censeo, pro quo vulgari libri habent, conturbatrixque macellus. Pretiosam autem famem illic & conturbatricem macelli intelligo, qua exoticæ deliciae & ganeata obsonia, inexhaustis pretiis alio ex orbe petebantur, quod Satyricæ carpit Petronius Arbitr, ibi:

Luxurizæ rictu Martis marcent mœuia,

Tuo palato clausus paruo nascitur.

Plumato amictus aureo Babylonico,

Gallina tibi Numidica, tibi gallus spado, &c.

Diuersa ab hac est, *ἀργυρῆν λιμῶν*, id est, argentea fame pro argenti pecuniæve inopia, apud Helychium.

*Qui celocem regere nequit, onerariam petit.*

COMPETIT in eum qui maiora aggreditur quam ferre valeant humeri. Citatur ex Apuleio in lib. de rep. his verbis: *Qui celocem regere nequit, onerariam petit.* Celox nauigiū est breue, à celeritate qua pollet, nomen habens: at oneraria, grauis est & tarda de onere, cui ferendo accommoda est. Celocem facili momento quis regat & impellat, maiori arte ac labore in agendis onerariis opus est. Non abludit hinc Syllæ dictum insultantis Marii Iunioris consulis capiti, quod memorat lib. 1. Apprianus. *ἐρέτην δ' αὖ πρῶτον γινέσθαι, πρὶν πιδάκλιος ἐπιχρῆσθαι.* i. Remigem prius esse oportet, quā tractādo gubernaculo manum admoueas.

*Araucarum plenus aliuus.*

*Ἀραχνῶν μεσηνέχης πλῆγασίρα.* id est, Senarius proverbialis apud Cratinū Comici in fabula quæ Doliū, siue Seria inscribitur. Proverbio egestas & extrema inopia significatur: ex quo detortū videtur Catullianum illud de se: Plenus sacculus est aranearū. Staphyla anus apud Plautum in Aulularia, metuens ne ædes inanes à furibus asportentur: Ita, inquit, inaniis sunt optectæ, atque araneis.

*De paxillo suspendere.*

**Παξίλλω ἀνακρεμάσσει.** id est, De Paxillo, aut clauo suspendere prouerbiale specie dicitur, qui rerum non fatagiat, sed negligentius quidpiam curat: sic exponitur ab Eustathio. Metaphora sumpta ab iis qui non reponunt aliquid accurate, sed velut aliud agentes, primo instrumento obuiio appendunt illud. Simili modo dictum est, sed tamen diuerso sensu, *κεράσαι τὴν ἀσπίδα*. i. suspendere, pro, quietem agere & in pace versari, quoniam pacis tempore scuta de parietibus suspenduntur.

*Iner Sotias & Tybios referre.*

**Εἰς σωσίας καὶ Τυβίους ἀποθιδύουσι.** id est, In Sotiarum & Tybiorum numerum referre, prouerbii specie dicemus quoties meritis prostitutumus & in inferiorem quam merentur classem atque ordinem redigimus. Synenhus ad Euoprium: *τῶν τε πλείων ἢ κίτρον & τὴν εὐγατρίδην, ὁ θεός ἠρώδης καὶ ἐν εὐρώδῃ, εἰς σωσίας καὶ τυβίους ἀπέδωκε.* id est, Huius vel Cecrope longe generosioris sobrinam auunculus Herodes ab ostiis, in Sotias & Tybios elocauit, hoc est in ignobiles & plebeios terre filios. Galenus Therapeutices lib. 1. indicat Tybios emptitios fuisse seruos, quamquam ibi male per, i, scribantur, eius verba sunt: *καθ' ἑπὶ γέται καὶ τιβίαι καὶ θρακίαι ἀργυρώντοιο.* id est, Getarum more & Tybiorum, Tracumq; venalitorum hominum Tibii a Phylarcho in Ponto ponuntur, ita quoque in Plinianis libris est, ut naturalis historiz c. 2. libri 7. Plutarchus symposiacion 5. c. 7. *καὶ τοὶ τῆσγε πρὸς τὸν πόντον οὐκ ἄντας παλαι τυβίους προσαγορεύοντες ἰσοραφίλας κερῶ, & παιδίους μόνον, ἀλλὰ καὶ τελέει & λιθίους εἶναι.* id est, quamquam Tybios dictos Ponti accolat, refert Phylarchus non pueris modo, sed & adultæ ætati falcino officere. Sotias vero in comædiis seruiles esse personas nemo est qui ignoret.

*Orestis somnium.*

**Ὀρέσει & ὄνειρον.** id est, Orestium somnium de re fabulosa & commenticia, futiliq; dicitur: ita vsurpat Galen. Therapeutices methodi lib. 1. *ὄνειρον ὄρεσιον δηγυθίσσαλαι.* i. Orestis somnium nobis narras Theffale. Huic simile est illud Dionis Chryso-

*mi. ἐνύπνιαι φανὸν ὄρεον ἀγροῦ καὶ κώμας.* id est, Videbar mihi videre in somnia quæpiam, agros & vicos, quos prædicabat.

*Reperit patella operculum.*

**ADAGII** istius Græci, salientes laruerunt hæcenus, donec diligentiorum aliquanto operam repastmandis Nonii Marcelli senticetis impèdens ego, primus illos aperui: cum illic non vno in loco legatur nullo prorsus sensu. Varro heurenulo pastopoma *πρὸς ὕτων μακίτων*, pro quibus verbis ita legendū ē manuscripto vetusto codice adnotatum à nobis in Animaduersorum libris fuit antea. *ὄρεον ἢ λοπάς τὸ πῶμα, πρὸς γρημακίτων*, Constat autem Varronem pleisq; suis libris prouerbiales inscriptiones dedisse. Est igitur adagium istud *ὄρεον ἢ λοπάς τὸ πῶμα*. id est, Reperit patella operculum, pure putèq; idem cum eo quod D. Hieronymus detorsit ad suum vsum: Dignum patella operculum: quo veturum si quando recordi marito fatuam obtigisse vxorè significare volumus, aut difficili homini rem esse cum morosis.

*Vitex floret, & botrus maturuit.*

**Ἡ ἄνθος ἀνθῆ καὶ ὁ βίτλος πιπῶνται.** id est, Flos vitice exit, & botrus maturuit. Plutarchus lib. 2. Symposi. vbi de remora pisce agit, ostendit vesiculum hunc vulgi sermone tritum fuisse, quando addit, *τῆτο δὴ τὸ λεγόμενον*, id est, quod dici solet: sed vsum non addit, neque originem adagii. Vti eo non intempesti uelicebit, quando indicabimus tempus esse ut iuuenis maturi ingenii speciem edat, *Ἄγριος* est quam salicem Amerinam & viticem Latini nominant, cuius frondes thori loco substrata, vneris impetum cohibere creduntur, vnde illi & nomè à sterilitatis argumento, quasi *ἀγριος*, hoc est, genitura inimico.

*Novus iste Palæphatus.*

**Καυὸς ἔγροσι παλάφατος.** id est, Novus iste Palæphatus. Venuste quadrabit in eos, qui fabulosa, qualia fidem non inueniant, seria oratione versimilia facere alitisq; approbare fatagunt Exstat apud Athenæum de cocto artem suam ostentante gloriosius, *ἰδὲ καυὸς ἔγροσι παλάφατος.* i. Ennouus iste Palæphatus, de quo ita Eustathius in Odyssæ-

decimūnonū sentit: *περὶ μὲν ζῆται τῆς πλεονο-  
λογώτας τὰ μὴ οἶα, τοῖσι τὰ προσοχῆν ἔχον.* i. Prouerbialiter torquetur in adfertores rerum, quæ fidem non merentur. Palzphatius scriptor fuit fabulofarum narrationū, quas ad historias transfert, eiusque hodie extat: *τῶν ἀπίστων* liber de rebus incredibilibus, in quod opusculum multa commentati fuisse dicuntur Heraclitus & Charax. Meminit eius & Virgilius in Ciri eo versu: Docta Palzphatia testatur voce papyr<sup>o</sup>.

*Aliud quidpiam exorna.*

**ΕΞΙΣΤΑΤ** apud Synesii in epistola ad Athanauum, prouerbiali schemate prolatū haud dubie: *ἄλλο μὲν τοι ποικίλλει.* i. Aliud coloribus exorna: nam cum Vlysses euadendi è spēcu Cyclopiis modos omnes rimatus, spem Galatheæ amorum illi fecisset, antrūque prius euerrendum ab illuue pecoris, ac thymiamate quopiam fragranti adolendum, & ferris corollis ornandum instaret, quo sic fugam captare liceret, ille non omnino stupide verba sibi dari subodoratus: *δριμύτατον μὲν εἰ βρωτοῖν, ἰνquit, ἔοικας εἶναι καὶ ἔγκαιτε τριμίον ἐν πράγμασιν ἄλλο μὲν τοι ποικίλλει, εἰ θέσθαι γὰρ ἔκ ἀποδράσεως.* id est, Callidissimus mihi videris homuncio, & in rebus versatissimus, nempe aliud pigmentis exorna, neque enim isthinc effugies. Sumptum à pictoribus qui colorum delinimentis variis rem exornant. Locus videtur aliunde ex poetæ tragicæ aliquid fabula, cui Cyclops nomen sit, desumptus. Non absimile est illi quod apud Plutarchū in Sympro. 8. Autobulus dicit: *πάνε ποικίλλων πρὸς ἡμᾶς.* id est, Desine ista apud nos variegare: Sophocles in Trachiniis: *ἄδεν ξωίημ' ἄν σὺ μὲν ποικίλλας πάλαι.* id est, Nihil horum capio quæ tu dudū exornas & lenociniorum verborum illecebrisque venustas, & iterum, Lichas ad Deianiram: *τί ποτὲ ποικίλλασθῆς.* i. Quid artificiose moliris, & exornas.

*Luteæ progenies.*

**Πυλογόμοι** vocabulè Callimachi dicuntur vasti homines & ignobiles, quasi è luto progenati: *πυλὸ τὸ ἐκ πύλλης γειρονέωα:* quales terræ filii habebantur, vnde Minutius Felix in octauio, qui lib. falso octauus Arnobio adscribitur, de Saturno loquens, Terræ enim,

inquit, & cæli filius, quod apud Italos esse ignotis parentibus proditus, vt in hodiernum opinantur visos, Cælo missos, ignobiles, & ignotos terræ filios nominamus, & Tertullianus in Apollogetico, Terræ filios vulgus vocat quorum genus incertum est. Eodem sensu *μηναῖς*, hoc est, terrigenæ dicuntur, apud Alexin Comicum:

*Ὀδ' ἔτι τερσὶ τῶν τύχοιμ' οὐράσας, Βῶλας ἄρορσον, γυνεὺς ἀνθρωπος.* id est, At alterum quo nomine obscuro feram?

Is ipse gleba est, stiuæ, terræ & filius. Quibus verbis, stupidū, insulsum, & ignobilem prosciindit. Quid, quod *γίγαστες*, hoc est, gigantes, non alii quam *ἐκ γῆς γεινυμένοι*, id est, humo enati, sonant græca voce. Haud dissimili schemate *γεώλοφοι* veteres dixerunt, crassum, indocilem, telluris inutile pondus, teste Aelio Dionysio, qualis ille fuit qui è somno euigilare non potuit, nisi compunctus in prellis altius aciculis, vt Eustathius insinuat: Translatio à terrei collis mole. Theodotius lib. de prouidentia *σ. ἄς γηλόφος τινὰς τῶ μιν βῆαι μιμῆται,* i. Immani corporis mole colles representat.

*Inestina adolens ipse carnes deuorat.*

**ΠΛΥΤΑΡΧΗΣ** in Problemate, vbi de vmbribus in conuiuia adducendis sententiam exquirat, senarium vt apparet, tritum adducit:

*Ἄλλως γὰρ ἡμῖν προσπαίξεται ὁ λέγοντῶν, Δελοφοῖσι βύσας αὐτὸς ἰψωκε κρέκασ.* id est, Alioqui iocularet illud in nos contorquet, Omenta ponens ipse carnes deuorat.

Quadrabit in eum qui deteriora aliis ponit, potiora sibi reseruat: exemplo Promethei, qui sola ossa adipe contexta Ioui apponebat, sibi totius hostiæ carnes seruabat: aut qui facit quidem quod deceat, sed non sine commodi sui respectu. Est autem *δέλοφος* seu *δέλοφός*, quod in porcino genere vulua à Latinis dicitur.

*Præsentē arbore, ligna omnes colligunt.*

*Δροῦς παρῆστος πᾶς ἀνὴρ συλλέεται.* id est, Præsentē quercu ligna quiuis colligit.

Præsentia citatur à scholiaste Theocriti. Facile cuius est scribere, parata dicēdi scribendū materia, cum res se vbertim suggerunt. recte namque dictum est ab Horatio:



Rem tibi Socraticæ poterunt ostendere chartæ.

pro, παρῶς, id est, ad manum præsentē & paratā legendum censuimus, τισθῶς, id est, tuente vel lapsa.

Ventis & mare & ignis seruiunt.

Ἀνέμοις θάλασσα καὶ πῦρ δαλδύει, id est, ventis mare ignisq; seruiunt. E Menecratis Democritiq; fontibus haustum adagiū, quo indicatē illi voluerunt, ita comparatū esse diuinitus naturæ lege, vt mare, quamuis Imperium in naues nauatasq; obtineat, ignis, in subiectā materiam, ventis tamē obsecundare cogantur: quam sententiam pleribus versibus expressit in Alexipharmacis Nicander:

Ἡ τε καὶ ἀτμῶν ἀνέμοις πῦρ ἐνοσίζαται  
Σὺ πῦρ, καὶ γὰρ δὴ το πνοαί; σιωδ' ἀμικταὶ  
ἐχθεραί;.

Πῦρ μὲν αἰέτων καὶ ἀχαιῶν ἔτρεσιν ὕδωρ  
Ἀργίας, &c. id est,

Inseruite dedit, ventis, maris arbiter, æquor.

Atque ignem: hic etenim flatu stridente domatur.

Nam viua Euro ignis timet, & mare vultum.

Gratia non ducitur pœnitentiæ.

BREVIUS, coucinniusq; Græcis dicitur, χάρις ἀμικταμέλιται. id est, Gratia pœnitentiæ expers. Elogium breue & Theoph. auctore dignum, & cuius gloriam discipulo non inuidit Aristoteles: quo significatur gratiam pœnitentiæ non duci, neque reuocare collatum beneficium, ita Terentianus Simo ad Sofiam libertum beneficii memoriam dicit se haud mutare factum, Conuenit eo vti, neq; sine venere, quando volumus significare non pœnitente nos beneficii in hominem non male merentem collocati. Antiph. Comicus apud Athenarum libro primo, eleganter:

Τὴ γὰρ πῖς ἄλλα πρὸς θεῶν περιετικα  
Εὐξατο πλῆτων ὀπορεῖν τε χρημάτων,  
Ἡ τὴ δ' ἰώαδω περιβουῖται τοῖς φίλοις  
Σπείρειν τε καρπὸν χάριται ἠδ' ἰσῶς θεῶν; i.

Qua gratia, testor deos, ditescere. Quis optret, atque effluere gaza diuite? Nisi vt suo ferat opem amico, & Gratiæ Inter deas primariæ fructum ferat.

Orestia insaniam insanire.

ΣΙΜΟΚΛΕΥΣ in epistolis de paupertate loquens, malum calamitosissimū illam vocat, qui cum nullus habere commercium desideret, etiam si Orestia in sania labores: ἔγωγ, inquit, τὴς ἐλέει τυλακίτω κακῶ σιωπαντῶν, ἔδ' αἰτ' ὄρεσι μοειῶν ἰσοῦν κατακρίεισθ. Orestis in sania pleni sunt auctorum libri, qua dixit scelerum vltices furie illum agitarunt, parricidii reum.

Tria Theramenis cauenda.

CUM periculum ingens denunciamus, aut cauendum esse negotium periculose alacplentium adnomenus, adagii vsus erit. Polyzetis Comicus in Demotyandoreo fabula: τρεῖν ἐν ἔν κακῶν ἢ ἐλέειδω, αὐτῶ τε πᾶσ' αἰάγκη,

Ἐύλοῦ τ' ἐφέλικον, ἢ πᾶν κόνηον, ἢ  
Προδόντα πλὴν πάω, ἕς τάχιστα τῶν κακῶν  
Ἀπαλλαγῆναι, τὰ δ' ἐστὶ τρεῖς βραμεινίς.  
Ἀ σιφυλακτεῖ ἐστίν. id est,

Tribus è malis vnum necesse legere erat, Induere palum, vel cicutam obducere, Vel naue prodita malis citu eximui, Theramenis tria hæc cauenda cenfeo.

Apparet versus esse trimetros, quorū priores parum suis numeris constant, corrupti nimirum. Aristophanes in Triphalate fabula:

Ἐγὼ γὰρ ἀπὸ βραμεινίς δ' ἰδύκα τὰ τρεῖς ταυ-  
τι. id est.

Ego metuo mihi tria hæc Theramenis. Theramenes, cuius dubia in reipub. administratione fides lreteris consignata est, tria pœnarum genera Athenis inuexisse videtur, aut sibi adligatum corpus licitori excarnificandum dare, aut cicutæ poculum ebibere, aut exilio solum vertere. Huc adlusit Menander Comicus eo versu:

Ἐν γὰρ τὴ τῶν τῶν τρεῖν ἔχει κακῶν. id est,

Id namq; de tribus malis vnum obrigit. Theramenes quomodo à triginta tyrannis è medio sublatus sit, quidq; dixerit, ne Isocrates suscepto illius patrocinio periculum sibi ipse crearet, legas apud Plutarchū in vita Isocratis. Non dissimile est quod refert Suidas, capitis reis tria apponi solere, gladium, restim, & cicutæ potunculam, quæ nominabāt τὰ τρεῖς τὰ εἰς θάνατον, hoc est, Tria letalia, vel τὰ τρεῖς τῶν εἰς ἐάντων, hoc est, tria mortu addictorū: cuius rei memi-

meminit in Aepolis fabula Alexis Comicus, quamquam etiam aliter illud effertur: τὰ τρία τὰ παρὰ τῆ ἀυλῆς, id est, Tria apud Prætorium siue iudicarij forum: quod inde natum quod capitale sententiam subituris fas esset, effari, libere cibo prius vinoque expletis. Zenobius auctaritate Aristidis commemorat, oraculum Delphicum consulentibus sortes exhiberi consueuisse annulo obfirmatas, cum admonitione ista, ne statim ante diem, eas resignarent, præuaricatoribus. n. impedere è tribus vnum, aut oculorum orbitate, aut linguæ iacturam, aut manus truncationem.

*Vita suilla.*

ΣΥΡΚΟΝ & contaminatum vinendi genus, ὕαδης βίϑ, id est, Suilla vita à Clemente lib. prædagogi tertio vocatur, ubi ait: τὴν μετὰ τῶν φανῶν σωφιστικῶν ἀνθρώπων ὕαδῆ γυρίζων ὁ πάνσοϑος διαμυσίως παιδαγωγὸς χοιρεῖον ἀπυροῦσιν μετὰ λακκοβάνειν. id est, Prædagogus ille omni. Scius sciens conuersationem cum improbis hominibus suinā esse, per Moysen venit porcina vesci: ὕαδης etiam stolidi crassique ingenio dicuntur, vt apud Aristophanis scholiatam Hiprocraatis liberi leguntur traducti fuisse per ora hominum de stupiditate, hoc est: διαβιβλαμμένοι εἰς ὕαδῆων, & Eudemus de iisdem ait: ὕαδῆς καὶ ἀπυροῦσιν ἐκωμοδῶντο, id est, suilli & illitterati Comicoꝝ salibus incessabantur: Aristoph. interpres de Phœnippo quodam, ὕαδης ἢ καὶ ἡτορκαῶς. id est, Suius & scortorum amoribus deditus erat. Βροτὶ ἕαντες dicti fuerunt propter ingenij crassitiam. Phœreocratis etiam ἡνίχων pro imperitia extulit, & Plato σὺνῆων pro indoctis & infulsis, suum more aliquid conari. Nazianzenus:

Αὐτοὶ δ' ἐν σφετέρῳ ἄχρισιν εἰσὶ σῦες. id est, Ipsi in suis ipsorum probis sunt sues.

*Supra fumum clauus.*

Ἐπὲρ καπνὸ τὸ παιδαλίον. id est, Supra fumū clauus. Refertur ab Eustathio Odyss. μ. Idem Odyss. π. indicat prouerbialiter dici securitatis aut incuriæ cuiusdam argumēto ἐπὶ τῶν ἀμελεχμῆων, de rebus iam secure sepōsitis: quasi supra fumum, ac proinde neglectis: Cui oppositum est illud Vlyssis consiliū ad Telemachum filiū, Ἐκκαπνὸς κρητῆρα id est, Extra fumum deposui dili-

gentiæ nauaræ iudicio, siquidem arma aut utensilia cum cura sepōnitur ne fumo denigrentur, sed splendorem seruent. Incuriam ostendit qui illud scripsit:

Η δ' ἀσπίς ἐν τῷ φιλέλω κρημίσσεται. id est, Hic clypeus appendetur iū fuliginē: nimirum neglectus propter diuturnam pacem atque obliteratus. Hesiodicum est: ὑπὲρ καπνὸς θειὰ παιδαλίον, id est, supra fumū sepōnere gubernaculum, pro, nauigationi superfedere: sic enim ait:

Παιδαλίον δ' ὑπὲρ καπνὸς κρημίσσεται. hoc est,

Clauum affabre factum supra fumum suspendere, & iterum:

Αἰψάκε παιδαλίον μὲν ὑπὲρ καπνὸς κατασσο. id est,

Abstque mora supra fumum sepone remonem.

Greg. Nazian. in epist. iocatur in Greg. Nyss. qui reiectis sacris li. & sepōsitis, profanos in manus assumpsisset: ἢ, ἰνὰ κρημὸν ὑπὲρ καπνὸς τίθεσθαι, ὡς τὰ παιδαλία χερμαῖον ἔρα, id est, an supra fumum libros sepōsisset, quemadmodum clauum solent brumæ tempore.

*Fluētibus obloqui.*

Ἐρὸς κῆματα λαλῶν, id est, Fluētibus abloqui prouerbialiter dicitur, cui cū homine refractario ac moroso res est, Refertur ab Eustathio Odyss. nono. A quo non abludivit illud Aeschylī apud Prometheum:

Οχλαῖς μάτην μεκίμ' ἔπας παροργῶν, id est, Hortando me obturbas vt vnda inaniter.

*Aesopicum onus.*

Αἰσώπηϑ φέρεϑ, id est, Aesopicum onus prouerbiali specie dicitur quod nō vsquequaque grauat, sed paulatim leuius redditur inimiciturque Natum ab Aesopo fabulatore, qui mazas strax & comieatus in longum ita parati vim magnam humoris exportandam in se recepit, iniquius nimirum & portatu difficilius onus, qua de causa ludibrio sannisque omnium patuit primo sed cum indices decederet aliquid oneri, demenso dictum inde in cibum assumpto. postea ob industriz specimen cunctis admirationi fuit, videntibus illi decrescere onus, conferuis, propter viz molestiā & diuturnitatē ingrauescere. Qui scholæ ergastulum suscipit, docendi insolens, subit quidem ille Aesopicum onus, sed quod vsu fit lenius.

*Lapis ad funiculum.*

**Λίθος ποτι πάρεται** *ὕδεταιται*, id est, Lapis ad funiculum aptatur, prouerbiū accom-  
modatur cum quid rite fit & ex v̄su, nec  
enim rubrica ad lapidis positum adapta-  
tur, sed pro rubricæ seu funiculi ductu, co-  
ria, in zdificiis seu lapidum ordinē adpo-  
site locantur. Vtitur eo Gregori<sup>9</sup> Palama:  
*καὶ λίθος ποτι πάρεται ὕδεταιται, ὃ πάρεται  
ποτι λίθον σωστικὸν*, id est, Et lapis ad  
funiculum apte locatur, non autem funi-  
culus ad lapidem componitur, Consiue est  
illi, Bos currum trahit, nō bouem currus.  
Est autem *πάρεται* is funiculus fabricorum  
czementariorum, quem ad perpendiculari  
normam extendunt, vt lapidum coria con-  
cinnius aptent atque componant. Potest &  
inuerti adagium, cum quid p̄postere ad-  
ministrari significabimus. Euripidis scho-  
liastes citat hoc modo adagium ἢ *λίθον ποτι  
τὸν πάρεται ἄγει*. id est, Funiculo lapidem  
applica. Refertur & ab Apollonii interpre-  
tibus Doricæ parœmiæ nomīne, ita: ἢ *δω-  
ρικὴ παροιμία, τὸν λίθον ποτι τὸ πάρεται ἄγον-  
τας*, id est, Dorico prouerbio dicitur, Lapi-  
dem ad spartum agentes.

*Capræ anniculæ pera.*

**ΚΙΤΑΤΥΡ** ab Eustathio Odysf. 9. parœmia  
heroicī versus lege astricta eiusmodi.

*Αἰγὸς ἐπιπρωτῶν ἔνδεχ' πῆσιν ἀρίστη*. id est,  
Anniculæ capræ ruffe pera optima fertur.  
Videtur autem conficta ad commendationem  
puellaris castitatis, sunt enim *πρωτῶν* an-  
niculi agni, vt exponit Hefychius. Vfus  
eius accommodabitur, si quando eundem  
iuuenem p̄claræ spei & modestum lau-  
dabimus, qui postea senii vitio morosior  
redditus intolerabilis euasit.

*Tibi ipse calendæ edicito.*

**Σταντῶν μηνίων κυρὸσσαν**. id est, Tibi ipsi no-  
uillunio diem aut Calendæ edicito. Licebit  
vti cū alicuius arbitrio permittimus quid-  
piam, vt pro suo iure statuat quod velit. Ap-  
paret olim cum penes sacerdotes ius om-  
ne esset intercalandi, ab iisq̄ue petenda es-  
set feriarum omnis ratio, consuetudinem  
suis rezeptam, vt p̄conis publici voce in-  
vulgus ederetur initialis cuiusq̄ue mensis  
dies, quem feriatum habebant: Est autem  
*μημίον*, nouillunio dicatus dies mensis au-

spex. Fit huius adagii mentio apud Hefy-  
chium: & indicat natum à Czari insulz in-  
colarum cōsuetudine, vbi pro prohibito ferias  
sibi quisq̄ue delibebat, incerta, & confusa  
dierum festorum ratione.

*Dissidij pomum.*

**DE** eo qui seminariū licium & rizarum  
spargit, dissidij auctur, prouerbiā dicit  
Nicephorus Callistus lib. 14 *τὸ μῖλον ἐρι-  
δος ἐς μέσον βάλλων*. id est, Contentiois po-  
mum in mediū proicere. vbi crasso errore  
la p̄sus est interpretis ita veniens. Contentio-  
nis ouem, vehementer eam perstringens,  
in medium protulit. Adlustrat fabulam  
de pomō, quod Eris discordiæ dea in con-  
tuitio deorum proieci inter accumbentes  
deas, in scriptum vt pulcherrimæ cederet.  
qua de re Lucianus legatur.

*Xenocratis testimonium.*

**DE** minime vano & indubitato testimo-  
nio efferri potest, siquidē hoc de illo prodi-  
tum legimus apud Laertium, quod cum  
nemini iniuratum testari liceret apud Athe-  
nienses, soli huic iurandum remissum  
fuerit: ἢ *ἵ, inquit: καὶ ἄξιότης σφιδρα, ἄστ  
μὴ ἔξω ἀνάμοτον μαρτυρεῖ, τὰ τῶ μότῳ σωτηχά-  
ρην ἀετιώων*. Quo spectat illud Ciceronis ad  
Atticum. Quæ mihi res multo honorifi-  
cior visa est, quam aut illa, cum iurare tui-  
cicus Xenocratem testimonium dicentem  
prohibuerunt, aut cum tabulas Metelli  
Numidici, cum hæ, vt mos est, circumfer-  
rentur, nostri iudices aspiciere noluerunt.  
Ex quo similiter Metelli tabulæ, pro incor-  
ruptæ integræq̄ue fidei tabulis, quibus etiā  
nō inspectis fides habeatur, in adagii vsum  
vocari possunt.

*Vlyssis vinculum.*

**Οδυσεύς δεινός**, id est, Vlyssis vinculum  
aut ligaculum, dicitur (vt adnotat Eusta-  
thius Odysf. 8) de rebus tuto sepositis ac  
diligente opera obseratis: ἐπὶ τῶν σφραγισ-  
μένων ἀσφαλῶς. Occasio adagii sumpta ex  
Homero, loco iā antea citato, vbi Vlysses:  
*Θαῶς δ' ἐπὶ διαμὸν ἵηλε*.

**Ροκίλον, ὃν ποτὲ μιν δ' ἔδρας φρεσὶ πότνια κί-  
κν**. id est,

Continuo firmum iniicit ille.

Vinculum, quod quondam monstrat  
nectere Cicer.

Vetuli

Verusti moris fuit vinculis munire, quod ab aliorum iniuria tutum esse volebant: recentior enim est clauium vsus, quas Laco num esse inuentum, sunt qui adnotant.

*Vulgari pisci non insunt spinæ.*

Ἐν ξυωχίθι ἀκκῶντι ἄ ἔισον. id est, Vulgari pisci non insunt spinæ. Democriti adagium est. Vulgus hominum, non ita ledere potest aut fortunas aliorum euertere, vti magnates: neque argumentis obuiam ire potest: idem etiam dissoluēdis syllogismis ineptum est, Plutarchus Sympos. lib. 2. ἐν γὰρ ξυωχίθι ἀκκῶντι ἄ ἔισον ὡς φησὶν ἡ Διὰ κριεῖς. id est, licet enim quod dixit Democritus, vulgaris piscis spinas nō habet. Refert Aelianus o vntigenæ historiz libro decimo, Archytæ Tarentini apophthegmate, vt difficulter inueniatur piscem spina carentem, ita & virum qui nihil habeat docti aut spinosi, græce illud sonat: ἔργον ἐστὶν ἀγῶνι ἰχθῶ ἀκκῶντι μὴ ἔχοντι.

*Arundinea crura, & tabis propheta.*

DE prætenui homuncione & macilento, atque etiā morboſo dicitur illud Comici Platonis:

Καλάμινα τέλει φορῶν, φθῶς προφήτης. i.

Arundinea habens crufcula, tabis propheta.

Torfit ille in Cinesiam Enagoræ filium, poetam dithyrambicum, qui vsque adeo imbecillo & macro corpusculo fuisse memoratur, vt tiliaceis asseribus circumquaque se cingeret, ne prælongum & exile corpusculum vltro citroque hæteretur, vnde φιλιρίνη, id est, Tiliacci cognomentum illi apud Aristophanem. incidit autem iste ex laterali morbo in epyema, collecto in thoracem pute, quapropter vetusto more, causā remedii contra pthifin, inultus fuerat. vt ex Platone Comico refert Galenus aphorism. lib. 7.

*Christi boni obtingunt.*

ΑΓΘΕΑΒΕΥΣ in primi Dipnosophistarum initio, versu hoc prouerbiali vitur ex Callimacho Cyrenzo desumpto:

Τῆς ὁ ἀπομαξαμένοισι βιῆ διδύκων ἄμην. id est,

Dant bona cuncta Dei, ter viuo flumine tinctis.

Postularat autem Timocrates communi-

cari sibi sermones eruditos in mensa variis de rebus habitos, neque patiebatur se excludi ab ea auditione tamquam profanum, & mysteriorum cognitione indignum. Solebant vero antea quam sacra attingerent, lustrari ter se lauando aut circumferendo, quod ipsum antiquum est sacrorum verbum, pro purgare, Plauto quoque vsurpatum, ibi:

Pro lauatore circumferam: quem more expressit Virgilius in 6. ait

Idem ter foctos pura circumtulit vnda.

Spargens rore leui, & ramo felicis oliuz, Lustrauitque viros.

Licebit vti quando postulabimus participes fieri scientiæ reconditæ, aut cognitionis rei cuiuspiam arduæ, tamquam symmista: veluti si anatomicæ dissectionis studiosus, rerum quarundam difficilium explanationem ab Andrea Vesalio, ea in arte extra omnem aleam peritissimo, efflagitet. Transferri etiam potest ad animum vti tiorum sentina liberum.

*Nodorum vincula sexentes.*

Quos non inueganti voce Vitiligatores vocauit Cato, testante Plinio, eos nō minore gratia ἐριδαντίας & ἰμαντιλικτίας dixit Democritus Abderita, illud quod iurgia serant contentiosi, hoc vero, quod veluti nexu quosdam vinculorum implicent, quibus alios inuoluant irretiantque Clemens Stromat. li. 1. ἐριδαντίες μὲν καὶ ἰμαντιλικτίες, ὡς ὁ Α Βοηρίτης ἐκείνους φησὶν. quæ lectio apud Plutarchum prima Synopsia. decade non nihil corrupta legitur hoc modo. ἐριδανταίων δὲ κατὰ δὴμόκριτον καὶ ἰμαντιλικτίων λόγος ἀφίτιον. id est, Missas facere oportet eorum fabulas, qui de lana caprina rixantur, & nodos texunt, vt est, apud Democritum.

*Tripuer senex.*

Τρίκισρον γερύτιον, quasi dicas, iam tertio puerum senem, vetulum decrepitum prouerbiali schemate vocat Alciphron, in epistolis, vbi Phœbiana delicata iuuenula senē ab intempertiuo amore deterret, acerbius illum his verbis increpās: ἄ πάντων τρίκισρον καὶ τελευτῶν γερύτιον περὶ τὰς ἀφ ἡλικίας ἀδόξας ἡμᾶς. i. nunquam ne defines Tripuer & cariose senex nos in ipso ætatis flore constitutas puellas sodere? simili figura serme,

serme , Trifelisensem vocavit Nestorem Nzuius, Quin & τριελισαν μῦθος ab Achylo in Agamemni. fabula dicitur .

*Coruus absente graculo pulcher.*

**ADAGIUM** spirat quod in Theophylacti epistolis legitur: κολοιδὴ μὴ φανείτω κινδωρῆ δὲ πρὸ πρῶσι καταλογιζοῖσθαι, ὄρσησι . id est, Nō apparente graculo inter speciosas aues numerabitur & coruus. Non inuenuste eo utimur, cum duorum fier comparatio simili prope deformitatis. Elegantius sonabit si ad ingenium transferatur, ut si dicamus: Salustii immanem illum in Cicerone dicacitatem, merum esse lusum præ effreni illa Caleni Fufii apud Dionem in eundem virulentia: κολοιδὴ ἀπότῳ τὸν κόρακα δὲ πρῶσις εἰς ὄρσησι .

*Medium sequere.*

**PROVERBIALES** sunt Senarii Pratinæ Tragicæ poetæ Philasii apud Athenæum in 14. Μὴ σὼ τὸν δῖωκε, μὴτ' αἰεμένη , Ἰασιχῆσαν, ἀλλὰ τὰν μέσαν νῆων , id est, Ne sequere mollem, quæ vocant Ionicū , Neueasperum tonum , viam at mediam tene .

Quibus adposite utemur vbi modum quo sine nihil recte fit , suadebimus, quemadmodum inter Harmonicæ genera, cum Lydii modi Lugubre quid sonent ac sibile: Ionici mollibus feruiant : at Dorii velut inter utrosque medii laudantur: ita indicè di ratione inter grande illud atque robustum genus, & alterum gracile, medium ex duobus stordum & picturam sequendū mouet Fabius. Huic ad fine est illud Damascii Syri in Philosophica historia: πλὴ δὲ τρῶσιν ἰκλαρώσατο μετρίαν τινα καὶ ἀερευτον, ἔτι καὶ κερῆσαν διὰ πινίαν, ἔτι διὰ πλῆτοι βλακδύσαν, ἀλλὰ μέσην καὶ μεσηνικὴν καὶ τὸν δῆρον τρῶποι ὡς ἀλθῶς ἡρμοσμένην, id est, Mensæ apparatus erat moderatus & frugalis, neque sordidior propter egestatem, neque dissolutior propter opulentiam, sed medius ac Musicus , in modum Doricorum modulorum reuera concinnus.

*Cras cerdo, hodie nihil.*

**VARRONIS** est inter paræmiacos librorū titulos prouerbiū non semel à Nonio Marcello citatum, quo mutationem & variabilem rerum humanarum sortem, significa-

ri autumo . Conforme illi est immo idem plane, Anaxandridæ Comici illius ex Amphile fabula:

Ῥολλοὶ δὲ νῶ μλι εἰσιν ἐκείδύβηροι ,  
Ἐς τ' ὄρσησι δὲ στυίας, εἰ τ' εἰς τρῆταν  
ἀγορὰ κέρησαι, τὸν μὲν αἰάκα σρέφω  
δαίμων ἑκάστω . id est,

Multi quidem sunt hodie liberi parum,

Quos Sunienses luce crastina, dies.

Sequens videbit perfrui claros foro.

Sor namque clauum versat hominum cuilibet.

Vbi per Sunienses , negotiatores intelligi puto, à Sunio Athenarum emporio notissimo, vbi rerum venialium forum erat, Donato teste : ut innuat repente quosdam e seruis negotiatores bona fortuna vsos euadere, mox etiam ciuiliū rerum gubernaculis adiungi, hoc est, ex Iris Cæcus, fieri. Exstat apud Aristophanem simile prouerbiū : Νῶ μλι εἰς εἰς ἀγορὰ δὲ ὑπερῆρας, ἰο . Qui nunc nullus, cras præmagnus. Consimili figura serme dixit Nazianzenus in Athanasium: χεῖς ἰερόσουλῶ καὶ συμμεροῖ ἰερέσιν, id est, Heri sacrilegi, hodie sacrificii : de iis qui sacra intemptiue tractant , adhuc tyrones artis, aut qui doctores esse presumunt, vix discipuli. Postremum autem illud: δῖωκε σρέφω δαίμων ἑκάστω, id est, Fortuna vertit clauum cuiilibet, prouerbiū sapit, quo sortastis vsus sit Varro similiter, ut haud absurdum sit illud apud Nonium reponere in dictione . Examusim , vbi sic legitur, Idem δῖωκεν, hoc modo legendo, Idem δῖωκε δάμαν . vt ex initiali voce notum tunc adagium agnosci poterit .

*Pulvere extriso decersat.*

Κόνιν ἀποψυσάμῃσι ἀγανίζεσθαι . id est, Extrito pulvere decersat , aut in certamen descendit . Citatur prouerbiū ab Eustathio Iliados penultimo . Quadrat in eū, qui victus animum resumit, & cum hoste digladiatur . Transfertur ad animum , si quis in congressu litterario herbam alicui dare coactus, nihilo animo deterior ad consistū redcat, quasi detersis pulueris sordibus.

*Hercules in Lydia.*

**HERCVLES** in Lydia prouerbialiter dicitur qui cultu corporis effeminatior incidit indecoro sibi habitu vtens, ut miles in toga talari conspicuus. Multorum scriptis ede

brator Hercules muliebribus indurus apud Omphalen Lidiz reginam. Aristides in oratione aduersus eliminatores: Ἡρακλῆς ἐν λυδοῖς ὤρχησατο. id est, Hercules iuter Lydos saltauit. Tertulianus lib. de pallio, Quales ille Herc. in serico Omphales fuerit. iam Omph. in Herculis scorto designata descripsit, ubi pro serico Beatus Rhennanus Theristio legit; innuit autem non minus pudendum fuisse Herculi muliebrem cultum adsumere quam Omphale Leonina pelle cingi.

*Asino gramen & baculus.*

SAPIENS praeceptum est, ὁ δὲ ἄσιν κωλύει βλάσιν, γὰρ ἄσιν κωλύει βλάσιν. id est, Asino foenum & baculus; seruo panis & scutica. Refertur à Gregorio Palama Thessalonicensi, ignauis sedentariisque desidiuissimum praezum; indicat namque duxerit habendos, qui nil recte faciunt, nisi vrgeas flagris. Seruilia ingenia non nisi plagis emendantur, Phrygum in morem; & quae in prauum induerunt, minis, verberibus, & Manlianus imperiis frangenda sunt; contra generosi spiritus dura omnia respuunt, laude excitantur, honorisq; ambitu quocumque velis ducuntur.

*Paruis parua dant dii.*

Αεὶ τοῖς μικροῖς μικρὰ δίδουσι θεοὶ, id est, Largitur paruis vsque pusilla Deus. Versus est Pentameter ad Callimachum auctorem relatus. Ita ferme natura comparatum est, vt tenuis conditionis homines, tenui oblata forte non secus exultent, quā magna solent magnates. Artemidorus in libro De somniorum interpretationibus quarti calce: ἐπεὶ δὴ ἄτοι καὶ τὸ τυχόν λαβόντες ἀναπαύσι καὶ ὑπερχαίρουσιν, δεδωῶς ἂν καὶ τὸ καλλιμάχου εἶχε τοῦ Αεὶ τοῖς μικροῖς μικρὰ δίδουσι θεοὶ. id est, Hi namque vulgare quidpiam nacti amplectuntur illud ac supra modum gaudent, propterea recte habet Callimachi dictum, Dat semper paruis munera parua Deus. Proinde monet vulgi prouerbiū vernacula lingua. Auream quadrigam esse ambiendam, à qua si contingat voto excidere, rota saltem aut aureus radius obtingere possit deherioque satisfacere.

*Agri podex.*

Φυλὴ ἀγρῶν, i. Agri nates, prouerbiale, est, de-

restibili agri seracitate, metaphora à carnulenticis natibus sumpta: sic & ἄσιν κωλύει accipitur, quod Virgilius vertit, Vber glebz. τὰ τῆς γῆς ποτάτων καὶ τροφῆς ἀναδοτικό. Hom. etiam γοῶν ἀλωῆς dixit, Varro sumen terrae. Non nulli efferunt adagium de hominibus immodice rusticis: Alii dici volūt de otiosis delicatisque qui non agro tantū addidit magno in otio, sed simpliciter quauis in re delicatius versantur: vt Eust. adnotat. Hefychius etiam locupletes homines & latifundios opulentos, ἀγρῶν πονηρῶν, dici aduocat, velut agris suffarcti: vt os.

*Vna clamore Neadas superat.*

Μείζονα μίαν τῶν κλάδων, id est, Vna clamore vincit Neadas. Aelianus libro 17. De animalibus indicat adagium fuisse in clamoribus mulieres: esse autem κλάδων, id est, Neadas animantium genus quorum clamore terra in hiatus discedat, auctoritate Aphronionis, qui etiam Samum desertam ab incolis propter harum Neadam multitudinē, scripto prodiderit. Neida in aemum mutatam ex Pherecyde fabulatur Didymus. Aedonis & Zethi filiam. Perstringit simili ratione seminarum uerbositatem Iuuenalis satyra sexta, ibi:

Vna laboranti poterit succurrere lunę.  
Tot pariter pelues & tintinnabula dicas  
Pul'ari.

*Retibus confert, nihil tamen capis.*

MEMORAT adagium huiuscemodi Hefych.

Δόνου μὲν εἰς ἐπακτῆριον, λαβῆν δὲ μὴ. i. Conferre retibus, nihil capere tamen. Verbulcus est iambicus trimeter. Competere videtur in hominem alienis inferuitem commodis, vnde plus iacturæ, quam emolumentū ad ipsum redeat. Adagio huic obnoxii sunt, qui typographis aduadum operam prestant, nullo vel exiguo certe cū suo lucro.

*Schema & gradus.*

DOXICVM prouerbiū est, χάμα καὶ βῆμα, quod communis lingua profert, χάμα καὶ βῆμα. id est, Habitus & incessus. Quo significabatur, non protinus ad altiora argum penetratilia esse prouolandū, & quasi supra septa excedendum, ac preoccupanda veluti sedilia certis ordinibus constituta sed pedetentū & ordine quodam pergendum esse,

ne prætereantur quæ præcedere debent rudimenta atque initia, sine quibus cognitio cassâ fiat & concidat reliqua omnis traditio. Exstat apud Etymologici auctorem,

*Quam facile canis exstat edit.*

**QVAM** facile canis exstat edit, proverbiale dicitur est apud Anneum Senecam in Apocolocyntosi, seu, Ludo de morte Claudii Cæs. vbi D. Augustus introducit hunc in modum sententiam suam edisserens. Qui vobis non posse videtur muscam excitare, tam facile homines occidebat, quâ canis extra edit. Ista namque lectio magis placet, quam vulgata, quæ legit, quam canis excidit, vt adnotatum est à menuper in adnotationibus in eum librum, fauentque illi scripturæ doctorum plerique Dicitur de re expedita & oppido quam facillima factu, quo pertinet illud Horatii.

Vt canis à corio numquam absterrebitur vincto.

*Io Saturnalia.*

**DION** lib. quinquagesimo octavo refert vulgatum fuisse dicitur, *ἰὼ σατυρνάλια*, hoc est, Io Saturnalia, quo vti licebit, vbi quis suæ conditionis in memoriam, auctoritatis sibi plusculum arrogat. Refert autem Dion, cum expeditionem in Britanos, velut extra orbem positos detrectarent legiones, nec A. Plautio egregie militaris famæ senatori, eius militiæ duci, obtemperaret, Narcissum, Claudii libertum, ab imperatore immisissum suggestum conscendisse, sed verba facere pro concione ad milites tentantem, coercitum fuisse, acclamante vnde quaque exercitu notum illud diuerbium, Io Saturnalia, eo quod in Saturnalibus serui herili apparatu induci epulabatur. Græce est: *συμβουσαι τις ἐξελίξαι τὸ δὴ τὸ βουλῶν μοι, ἰὼ σατυρνάλια, ἵπεδὴ πρὶ ἐν τοῖς κροβίοις οἱ δὲ χίλοι τῶν δειπωτῶν καὶ μετὰ συμβουσαι τις ἰστὴν χροῖ.* Pausillo diuersus extulit Martialis libro 11. clamant ecce mei Io Saturnalia, vctus,

Et licet. & sub te præside Nerua liber,

*Nihil ad Persium.*

**PROVERBIALITER** vsurpatum est à Cicerone libro De oratore secundo, quo vtetur, cum discrimen ingeus eruditionis

inter duos notare volumus: sic enim ait: Lælium Decimum volo, quem cognouimus virum bonum & non illitteratum, sed nihil ad Persium. Dextera est autem à C. Lucilii Satyrographi verbis hæc: Persium non curo legere, Lælium Decimum volo: quibus significare voluit se optare suis scriptis lectorem neque indoctissimum neque rursus doctissimum, quod ille nihil intelligat, hic morosius aliquanto iudicet, ac plus intelligat fortassis quâ ipse auctor de se, hunc locum attingit & Plinius in præfatione, naturalis histria, ita scribens. Præterea est quædam publica etiam eruditorum reiectio. Vtitur illa & Mar. Tullius extra omnem ingenii aleam positus, & (quod miremur) per aduocatū defenditur: Hæc doctissimum Persium legere nolo, Lælium Decimum volo.

*Rarum, carum.*

**PLATO** in Euthydemo: *Τὸ γὰρ σπάνιον ὡς ἐπιθυμητὸν τὸ δὲ ὑπόθετον ἐπιθυμητὸν ὄντως ἐφ' ἑπὶ πινδῶν*, id est, Quod rarum est Euthydem, idem etiam magni fit, at aqua, tamen res sit longe optima, quod Pindarus ait, nihil vilius. Ponerbium est & vetustissimum, & hodie vsitatissimum, quod *χρῆσθαι* versu omnibus in ore est: Quod rarū, carum, vilescit quotidianum. D. Hieronymus alicubi: Omne quod rarum est, plus appetitur. Pulegium apud Indos pipere est pretiosius. Martialis libro primo Epigrammatum: Rara iuuant, primis sic maior gratia pomis.

Hybernæ pretium sic meruere rosæ.

Facit namque fastidium copia, vt inquit Liuius: & frigidius amamus semper ea, quibus vbi libeat, potiri fas sit: Huc spectat quod libro ad Herennium tertio Cornificus ait: Vsitæ res facile à memoria elabuntur, insignes & nouæ manent diutius. Solis exortus, cursus, occasus, nemo miratur, propterea quod cotidie fiunt, at eclipses solis mirantur, quia raro accidunt, & solis eclipses magis quam lunæ, quoniam hæc crebriores fiunt, docet igitur natura se vulgari, & vsitata re non exultari, nouitate vero & insigni quodam negotio commoueri,

*Næ vicini quidem sentiunt.*

**CVM** indicare volumus ita geri tacite ac dis-

simulante quidpiam, ut ne proximi quidem subodorentur factum, aut rem adeo triuialelem esse & exigui momenti, ut ea nemo commoueat, prouerbii usus erit. Plato in Alibiade priore, dissetens quantum ponderis trahant res magnatum. Persarum: inquit, regi cum primogenitus nascitur, cui hereditario iure destinatur imperium, cuncti subditi festum diem celebrant: ἡμῶν δὲ γενόμενον, τὸ τῶν κωμαδοποιῶν, ἔθ' ὀ γείτονος τὰ δ' ἔρα τοι αἰδῶνόντου. id est, at nobis in lucem editis, ne vicini quidem (iuxta Comici dictum) magnopere id persentiscunt. Nō liquet nunc imhi è quo Comico petitū sit.

*Tamquam ouis meridians.*

SOCRATES apud Platonem in Phædro, de supino otio animiq; veterno extulit proverbialiter illud: ὡς οὖν προβάτιον μεσημβρίας, hoc est, tamquam ouis meridians: verba eius ita habent: κλημείς ὑφ' αὐτῶν δ' ἰσχυρῶν τῶν δικαστῶν, δικαίως ἀνκατακλιῶν, ἡγχι μὲν οἱ ἀνδραποδα ἀπὸ σφισιν ἐλθόντα εἰς τὸ καταγώνιον, ὡς οὖν προβάτια μεσημβρίας, ὡς οὖν τῶν κρινῶν δ' ἴσθαι, id est, Si viderint nos animi veterno torpentes, merito derideant, arbitrati mancipia quæpiam in suum delatagurgustium, tamquam oues meridiantes ad fonticulum indormire. Solent oues meridiam accedente sole ad fontium, aquas desides iacere aut in umbra.

*Ad Scirrhonem tendere.*

THEÆTETVS apud Platonem in cognomine sibi dialogo: σὺ δὲ μοι δοκεῖς πρὸς τὸν σκίρρον κ' μαλλῶν τείναι. id est, Videris mihi ad Scirrhonem potius spectare. Prouerbiali figura dictum de eo, qui efficacibus argumentis & scientificis demonstrationibus, cuiusmodi lineales necessitates appellat Aristoteles, compellit quempiam ad assensum. Sciron lacro fuit insignis, qui cognominatas à se Scironidas cautes in fides, compellebat viatores ex abrupta caute præcipites se dare, vt in Bibliotheces quinto scribit Diodorus Siculus. Euripidis scholiastes annotat solitum fuisse viatores ad ablucendos ipsi pedes cogere, atque ita inter lauadum improvidos de præcipitio impatis calcibus deturbare: huius meminit & Ouidius Metamorph. 7. & Propertio tertius:

Nec tamen est quisquam sacros qui lædat amantes,

Scirronis media si licet ire via.

Vbi Scirronis viam appellat periculi plenam. Pausanias in Atticis Scirronem memorat Pilæ regis Megaridis filium, qui de huius vrbis imperio cum Niso Pandionis filio contendens, belli ius & imperium ornate obtinuit, iudicante Aeaco arbitro: an autem hieidem sic cum latrone, ignoro. Cum hoc consonat & quod, mox Plato subiicit: σὺ δὲ κεν' ἀντῶν τι μοι μάλλον δοκεῖς τὸ δρᾶμα δρᾶν. id est, Tu fabulam agere mihi videris potius, qualem Antæus.

*Diitrephes dolia res habens alas.*

Διitrephῆς πτινοῶν ἔχω πτερά, id est, Diitrephes doliare habens pennas. Dici videtur posse de locuplete homine, quem tamen non pudeat vilibus mercomoniis aut opifitio vulgari quod tractarit olim insistere. Aristophanes in Auiibus.

Ὡς δ' ἰτιρέφης γι πτινοῶν μόνον ἔχω πτερά. i. Ceu Diitrephes victorias tantum pennas habens.

Fuit autem iste Diitrephes πτινοπλόκος, hoc est, victor qui vitilibus dolio compingebat, qui ex ea reditatus, tribunus euasit Athenis. Vnde eius mensam alicubi in Heroibus fabula traducit Aristophanovum hominem & neoplutum notās: ἀπὸ τῆς δ' ἰτιρέφης τρεπέφης Diitrephes mensam nominans è tenui lautiorum. Πτερά autem hic dicuntur vitilium extremitates. Meminit Suidas ex Euph.

*Circulator Cybelius.*

Μιτραγύτης, hoc est, Cybeleius circulator proverbiali specie dicitur homo contaminatus flagitiis & libidinibus temulentiq; addictus. Plutarchus de Ptolemao iunior loquens, qui in palatio temulentus tympano cōploso obambulabat: δεινὸν γὰρ εἰκασμένους καθύπερ μιτραγύτης βασιλείας χαλῶν ἀναμύραν, ὅταν πρῶτον ἀπόγεται τὸ τύμπανον, καὶ καταπαύσῃ τὸν θῆσαν. id est, Graue & calamitosum esse, si Cleomenes operiretur feriatum otium Regis Cybelei præstigiatoris, vbi primum ille tympanum posuerit, & cœtus tripudiantium dimiserit. Metragyte dicebantur Phrygiæ Cybeles sacris operati fanatici homines, qui tympani cōploso stipem corrogabant, qui & diuissim μιτρῆς ἀνύραται dicuntur, velut matris deorum præstigiatores. Dionysius Halicarnass.



nass. libro secundo Pessimuntiz, inquit, deę sacerdotes sunt Phryx vir & Pnygia femina quę deam circumferunt *μητρεγγυτων* per urbem, more patris suę, simulacra picta circumposita pectori gestantes, turba reliqua deam quę sequitur, tibiis circumstrepente, actympana complodente: at Romanorum civium nemo *μητρεγγυτων* aut tibiis personans incedit, variegato amictu conspicuus, aut origiis Phrygio ritu deam colens. Reliqui vocem gręcam quę in impressis codicibus legitur, quod Eusebius li. 2. Pręparationis Evangelicę locum Dionisii citans: *μητρεγγυτων* & *μητρεγγυτων* scribat, quę vox idem cum priore denotat, nisi quod ex etymi ratione menstruum circula torem intelligamus nam; quolibet mense cęterus faciebant stipem quę corrogabant ut ex Suida quoque discimus, cni hac voce nihil habet commune Mithras, quę solis appellatio est apud Persas, uti Lutatius Placidus in Statianis commentarii s adnotat his verbis, Sol apud Achæmenios Titan, apud Assyrios Osiris, apud Persas, ubi in antrocolitur Mithra vocatur. Vnde in fine primi Thebaidos sic Papinius:

Seu te roseum Titana vocati.  
Gentis Achæmęi ritu, seu præstat Osirin.  
Frugiferum, seu Persęi sub rupibus antri  
Indignata sequi torquentem cornua Mithram,  
Porphyrus libro quarto. De abstinentia ab animalis, refert Symbolum quępiam contexuisse historiam Mithriacham pluribus libris, in quibus Mithrę mysteria & orgia explicat: Meminit & Plinius lib. 36. Mithre Aegyptii regis, qui in Solis vrbe regnans primus obeliscos Solis numini consecratos posuerit. Persis quoque sole mne erat iuramentum per Mithram.

*Choros Tragicos moleste ferit.*

*Χοροῖς τῶν τραγῳδιῶν ἄχθεται.* diest, Tragicos Choros ægrefert. Suidas adnotat dici de sa melicis, quod morę sit impatiens venter, qui vero esuriit, hi choros, qui ferme prolixi sunt, in longum extrahi moleste ferāt. Aristophanes:

*Εἶτα πεινῶν τοῖς χοροῖς τῶν τραγῳδιῶν ἄχθει-  
το.* id est,

Deinceps esuriens tragicos choros indigne ferat. Fames implacabile malum est, morę quę diurnitate inualefcit magis eius impatientia. Pulchre Socrates illud prouer-

biale extulit in Phædone, *ὅτι ἄνθρωποι ἄδονται παντὶ* id est, Nulla cantillat auis, quando esurit. iacet voluptas omnis & animę gaudium, ubi esuritur.

*Dies digitus.*

*Δάκτυλος ἡμέρα*, id est, Digitus dies. Adagio indicatur vitę humanę spatium esse exiguum, quasiq; digitale: Hyperbole infra ita, Spithama vitę. Alceus poeta apud Athenęum: *Ρίνομι, τί τὸν χύγιον ἀμείνομαι, δάκτυλος ἡμέρα*, καθ' ὅσον λύχνους μεγάλης, ὡς τὸ ποιμίλλης. οἶνον γὰρ σήμελας καὶ σίδος λαβὴν δὲ ἀνθρώποισιν ἔδωκεν: ἔχχειαι, κίρνα ἕνα καὶ πλέεις, id est, Bibamus quid lucernam moramur? Digitus est dies: accipe maioribus copulis, quę tu obducas: vinum namq; Semeles Iouis quę natus obliuiofolum mortalibus dedit: infunde, misce vnum atque plura: Huc adlusit proculdubio auctor Epigramm. quod in fine 7. lib. legitur.

*Ρίνομι βῆκχιζωρόν πομα, δάκτυλος αἶως, Ἡ παλὶ κομιστὸν λύχνον ἰδέει μένομαι*, id est, Ducamus Bacchi latres, digitus brevis est lux, Somniger aut quid te lychne manere iuvat?

Quamquam in Alcei verbis pro *ἀμείνομαι* alii *σβείνομεν*, hoc est, extinguimus, supponunt. cum prioris lectiois fides vel ex Epigramm. astrui possit.

*Canibus ossa prodo.*

*Μὴνὸν κύνισι δῶτα*, id est, Canibus ossa commonstro. Prouerbiu est de eo, qui inimico suum patefacit consilium, velut si quis rivali amores suos detegat, aut litigator ad uersario actionem suam indicet. Extat Epigramm. libro 7.

*Ἄλλα τί μὴνὸν κύνισι δῶτα, μάστρεϋς εἶσι Τῆς ἀνεροσομῖνης οἰμῆδοι καλᾶμοι.* id est, Quid canibus prodo ossa, loquacis pte-mia linguę.

Quę sint, testatur Iouis arundo Midę. De arundine Midę fabula est apud Ouidiũ Metamor. vndecimo, quam perstrinxit & Petronius Arbiter his versibus:

Sic cõmissa ferens auid? referare minister.  
Fodit humum, regisq; latentes prodi-dir aures,  
Concepit nam terra sonum, calamiq; lo-quentes.

Inuenere Midam, qualē cõceperat index.  
Inter

*Inter lugentes iscati.*

*Formica semisam canis.*

DE eo qui alieniore tempore intempes-  
 ue aliquid designat aut loquitur, compe-  
 tit quod parœmiæ nomine recitat Demetrius Phaleræus, ἐν πινύσει παύζων, id est in-  
 ter lugentes ludere, verba eius sunt in capi-  
 te de homœoteleutis, ὅβι affectuam vocū  
 structuram criminatur: ἡ μὰ τὸν θεὸν πᾶσι  
 κινήσει ἂν εἴη, ἀλλὰ τὸν καλῶμενοι κλαυτήρι  
 λωτα, τὸ γὰρ ἐν πινύσει παύζων, κατὰ τὴν παροι-  
 μίαν, τὸ τὰ τραγῶν ἐν τοῖς παύσειν κωκοτεχίαν  
 ἔστι. id est, Non hercule affectum mouebit  
 aut miserationem, sed eum quem nomināt  
 mixtum sterui risum, nam in affectibus ta-  
 lia vitiose affectare, est idem quod inter lu-  
 gentes, ludere, iuxta prouerbii, quo in lo-  
 cuto ruspe mendæ in codicibus impressis in-  
 sederunt, siquidem male ἐπέσθριτο πινύσει  
 scriptum legitur, & ἔλαων, pro ἔλαον, &  
 ἐν πινύσει loco ἐν πινύσει. Quid, quod vox  
 ipsa κλαυσίγελως prouerbialis est, de simula-  
 tu sterui, qualis hæredū esse solet, iuxta Mi-  
 tum Publiæum, Hæredis steruus, sub per-  
 sona risus est, qua vltimū ostendit Xenophō-  
 tem Hermogenes rhetor cap. De Tenuitate:  
 est autem locus Græcatorum rerum lib. 7.  
 πάντας ἢ τὴν περίτας τότιγε τῶ ὄντι κλαυσί-  
 γελως ἔχει. id est, Cunctos qui aderant tenui  
 teuera permissus lacrymis risus. Apol-  
 lodorus apud Athenæū lib. 13. refert duas  
 fuisse Phrynæ meretriculas, quarum alexi-  
 asicis lachrymis cognomen dicit fuisse  
 κλαυτήριον, alteri a pudicitate σαπίρδιον.

*Pisillum exornatum.*

DEMETRIUS Phaleræus de siigiditate scri-  
 ptorum disserens, adagio hoc vitur, ὅβι ait,  
 idem esse siigiditatem, quod arrogātiā :  
 nam vt homo adrogans quæ in se nō agno-  
 scit, sibi tamen vendicat, tamquam adlinit:  
 ita qui humilibus rebus pōdus orationis:  
 adicit, similiter agit ille, qui in re tenui  
 superbit: καὶ ὁ ποιοῦν τι τὸ ἐν παροιμίᾳ τῆ κοσμῶ-  
 μινος ὑπερον, τοῦτόν τι ἐστὶ καὶ τὸ ἐν τῆ ἐρημείᾳ  
 ἐξεμμένον ἐν μικροῖς πράγμασι. id est, cuiusmo-  
 di est pistillum exornatum, quod in pro-  
 bium est, talis fuerit & tumor orationis  
 in re exili. Dicitur de re prepostere aut ine-  
 pte compta, aut oratione inepta fosculis  
 quibusdam parū apposite picturata. Qua-  
 drabit & in hominem gloriosum aut ope-  
 rose vestitum, in quo nihil sit salis aut pru-  
 dentia.

DE eo, qui subtilitates omnes persequitur,  
 & minutissima quæque dictioni immisce-  
 re elabatur: aut qui vltro citroque narratio-  
 nē rei implicat, prima mediis, vltima pri-  
 mis inuoluens temere, prouerbio dicitur,  
 μύμηξ ἀτράπηξ ἂν. hoc est, formicæ se-  
 mitas canit. Exstat apud Aristophancem in  
 Thesmophoriaz. de Agath. Comico di-  
 ctum, quem fugillat vt subtilia ac flexilo-  
 qua carmina scribentem: Formicæ viam  
 suam obliquant discursu implicito.

*Sirenas præternauig re.*

Ὅσπερ σαίνας παρεκλίαν. i. Sirenas præter  
 nauigare prouerbiali tropo dicitur, qui Phi-  
 losophicæ præceptis communis volupta-  
 tum illecebras despuit, aut quomodoque  
 vitiorum occasionem declinat. Socrates  
 apud Platonem: ἐάν δε ἰδῶσι, διακλινομένους  
 καὶ παρεκλίαντας σφᾶς ὥσπερ σαίνας ἀκ-  
 λήτους. i. Sin videant nos sermone confertē  
 tes & illecebris immobiles præternauiga-  
 re ipsos tamquam Sirenas quaspiam. Si-  
 militer dixit in Symposio: βία ἢ διαίτη  
 ἀπὸ τῶν σαίνων ἐπὶ χυμῶν τὰ ἀτα, οἰχομαι  
 φλύων. i. Fuga abeo. vim mihi adhibens,  
 & tamquam a Sirenibus aures obstruens.  
 Notissima est ex Homeri Odyssæa fabula  
 de Vlyssæ sociorum aures cera claudente,  
 vt periculū sibi suisque imminēs effugeret.

*Οἰκοῦν οἰκοῦε.*

Οἰκοῦν οἰκοῦε id est, de domo in domū tran-  
 sire dicitur Græci, quoties ab amico amicus  
 munus accipit, aut candide operam suam  
 amico desert, ita vsus est Iulianus apostata  
 in episto. qua fundum donat amico: ὅβι δὲ  
 σοῦδ' ἄρον αὐ φιλικεφρακὴ δ' ἴδωμι μικρὸν μὲν ὀ-  
 περιεστὶ, χρεῖν δὲ φίλον, παρὰ φίλον οἰκοῦν οἰκοῦ-  
 δε κατὰ τὸν σοφὸν πομπῆν πινύσει. id est,  
 Nunc oamicum caput, dono tibi do fun-  
 dum, exiguum quidem illum, sed amico  
 non ingratum, de domo in domum, vt cū  
 sapiente Pindaro dicam. Exstat apud Pin-  
 datum Olympiorum oia scita: δ' ἔξω το κῆ-  
 ρον οἰκοῦν οἰκοῦε. id est, præconium acci-  
 piat de domo in domum, hoc est, propriū  
 haud peregrinum. Certe quidquid non  
 aliunde accidit, sed quasi domi nostræ na-  
 tum & vernaculum nobis est οἰκοῦν οἰκοῦ-  
 redicimus, Aristides in oratione de tem-

plo Zeziceno: καὶ τῶν φυλακῶν τῶν ἀρχῶν ἐν ἀλλοτρίῳ, ἀλλ' οἴκοθεν ὡς ἀληθῶς ἐπισημαίεται το κοινῶν. σοντες ἀπὸντα. id est, Imperii tutelā non alienam, sed reuera domesticam constituerunt, rerum omnium communione. Idem in genethliaco Appellat: ὑποβάλλει δ' αὐτῶν τὸ νομα τὸ πατρὸς οὐ οἴκοθεν οἴκαδ' ἐγὼ ἔστ' ὁ μοῖος καὶ λόγος τῶν ἀρχῶν δίδωσι. id est, Imponit illi filii nomen adeoque dat quasi de domo in domum & generis & estimationis ex æquo principium. Non male ad vsum ita accommodabitur: Si tibi tuis ve studiis gratificari aut prodesse quid possum, huc libris siue pecunia, fac à me repetas ὡς οἴκοθεν οἴκαδ'.

*Mithæcum cum sit, Agamemnonem simulas.*

Μίθαικος ὄν Ἀγαμέμνονα ὑποκρίσται, Mithæcus cum sit, Agamēnonis personam agit. Competet in eum qui magnas opes iactat, inops cum sit & re tenui: aut in indoctum, qui tamen eruditionis opinione se populo venditat. Themisthius in prima oratione quæ βασιλική, quasi Explorator inscribitur, de plagiario sophista & doctrinæ quæ nulla erat, inani oratore: Εὐίσει ὡς ἂν δρόβος ἵτι ἐξαπατᾷ ὑμᾶς καὶ πρόσπονον Ἀγαμέμνονος ὑποκρίσται Μίθαικος τις ἂν ἐνδοθὸν ἢ διαρίων. id est, Non ignoratis viri optimi, hūc vobis imponere, & Agamemnonis personam histronice repræsentare, cum sit inutus Mithæcus quispiā aut Thearion. Mithæcus ex sece poetarum fuit, qui obsonādi more Siculo rationē conscripsit, at Thearion pistior seu panifex, quorum meminit in Gorgia Plato: Βακείων δ' ἀρτοποιῶν καὶ Μίθαικος ὁ τῶν δ' ἰσοποιῶν συγγυραφῶς τῶν σικελικῶν. Meminit Mithæci & Athen. eiusque ὁ ψαρευτικῶν citat, libro 7. quod est de obsoniorū conditura. Non abudit ab hoc adagio dictū Pelemonis ad sophistam quendam viles pisciculos & boletulos emētem: ἐκίσει τὸ Δαρίων καὶ Ξερξὸς φθόνικα καλῶς ὑποκρίσται τὰντα σιπημῶν. id est, Qui talibus visitat, magnos Darii & Xerxis spiritus apte exhibere non potest, vt refert Philostratus.

*Iupiter plue mel.*

GALENVS medicus lib. tertio τῶν τροφῶν δ' ὡς ἀμέλιος, id est, de potestate nutrimentorum, scribit estatis tempore, si quando in signis copia mellis passim in vrgultis ac ar-

borum foliis inueniretur, Rusticos exclamare consueuisse, ὡς ἔδης βερίχμημι. O Iuppiter plue mel, quo verbo commode vti conueniet, quando omnia fausta & felicia precamur. Angelus Politianus lib. 1. epistolarum ad Picum. diuersum citat ex Tiagedia quipiam, ὡς ἔδης βερίχμους τις πρὸς αἴσας. O Iuppiter plue calamitates. Sic exclamamus dum ob rei indignitatem, etiam perniciosi votis vtimur, ita quod Plato in dialogo, qui inscribitur Alcibiades secundus, putat esse probi Poetæ versiculos illos: Ζεὺ βασιλεύ τα μὲν ἰδὲ λαὶ ἢ δὺχομένους ἢ ἀδύκοις Ἀμμὶ δίδε, τὰ δὲ λυγρὰ καὶ δὺχομένους ἀπορίκας.

Hoc est, Rex Iuppiter, optima quidem nobis & vouentibus tribue: Ceterum perniciosā petentibus etiam quā longissime iubeas abesse.

*Manus in Aesolū, mens autem in Clodidū.*

ARISTOPHANES in Comœdia, cui titulus ἰππείδης τῶ χεῖρ ἐν αὐτοῖσι δ' ἔστ' ὄν ἐν κλαπιδῶν, quod de Cleone dicitur, in omnes illos torqueri potest, qui nunquam cessant vel a petendo, vel si hoc farum successerit ab alienis rebus sublegendis. Poeta germana sua festiuitate Aetolos ab αἰετον, id est, ab assidue & importune petendo deriuauit, quamquam etiam Athenæus τὸ κλωπαδῶν καὶ κερπύσσαι libro sexto, Democritoph. dicat esse Aetolicum. Ceterum cum Cropsiter populus sit ex Leōtide tribu: Poeta valde quā eleganter εἰν λ conmutauit, vt κλοπήν, id est, furtū exprimeret, cuius perpetuo reū agit Cleonem: meminit adagii & plutarchus, in libello de Curiositate.

*Λιζανίδου.*

STEPHANVS in dictione αἰζωνία quæ ciuitas est Magnesiæ, scribit αἰζωνίδου prouerbio dici vanos accusatores & lycophantas, Aexones enim vt idē inquit, βλάσφημοὶ ἢ συνοφάνται κωμῶδῶνται. Hæc oratione in dictionario 10. Oratore dictione αἰζωνίαι scribit hoc adag. Menand. & Platonem Comicos esse vsos.

*Βεργαίλων.*

STEPHANVS in dictione βεργαίλων, scribit βεργαίλων prouerbio dici: μηδὲν ἀληθῆς λέγειν, id est, nihil dicere, quod verum sit, adagio ab Antiphane Comico Beræzo nato, qui prof-

profus incredibilia & vana quædam scripserit.

*Theſſalu miſſus.*

PAVSANIAS in Græcia Attica, Theſſaliū miſſum, egregie lautum cibum ita dictū fuiſſe ſcribit, & Athenæus probat. lib. Δ. Δερνοſοφ. ὄτραπίζον ἐπίστον ἔτον, οἱ ἐπιπλοῖ, κατὰ τὴν ἐριφθ φουὸν ἐν πελάγῃ ἔτον, id eſt, in menſis inſtruendis valde quam ope-roſi fuerunt Theſſali, vnde & Eriphus Comicus in beliaſte ſic inquit:

Τὸ δ' ἔκρηθ' ἔτε λαῖς ὄστρε

Οὐδ' ὄτραπίζον ἐπιπλοῖ ἐρίων τροφῶν,

Illa vero non Corinthus, non Lais o Syre Neque item lautorum Theſſalorum hoſpitum alimenta.

Idem Athenæus lib. ιδ'. Δερνοſοφ. Theſſalos τῶν ἑλλήνων πολυτελεστῶν vocat.

*In oliū venari.*

APVD Athenæum ex Menandri Trophio Paraſitus, ἀβάκασσον ἐν τοῖς λοπαθίοις ἀλίσκεται tamenli mare nullo vnquam tēpore attingat; in oliis tamen egregiā capturam adſequitur. Prouerbum in eos compoſitis, quibus nullum vinum gratis eſt, quā alienum, qui vere dicuntur κλάκεις: ſunt enim iuxta Anaxillam Comici: τῶν ἐχόντων ἄστιας σκώλικες.

*Quatuor habens capita.*

ATHENÆVS libro decimo, dipno ſcribit Menandrum de Byzantii vinoſis atque temulentis mercatoribus dixiſſe, τὴν τράκας κίφλας ἔχων, id eſt, quatuor habens capita. Si quidē ebriis omnia geminata videntur. Cuius rei rationē reddit Alexander Aphrodiſienſis libro primo. Problem. 121 Et Laetan. de Officio Dei capite nono. Adagiū ad eos pertinere qui cum ſe largiam inuitarint, ſeſe putant non nunquam pro vno multa capita geſtare.

*Barbam ab vlnis puerorum vellere.*

LYCIANVS in tragedia cui titulus: ὠκύπυς, πάροικα τίλλακχερίων ἐπ' ὠλίωαις, Barbam vel le a puerorum vlnis, hoc eſt, inanem laborem ſuſcipere, & perinde nihil profuturum. Nam quod barbæ genus a puerorum vlnis poſſit, ego non video. Barbam igitur a puerorum vlnis vellunt, qui ſummunt inuilem operam, rebus egregie commodis paſſim præteritis & neglectis.

*Ocream capiti, ſibiſie galeam adaptare.*

LYCIANVS in Rhetore, Ironicos Rhetorē ſic inſtituit: ἀλλὰ τὸ πρῶτον ἔμπροσθεν, πρῶτον λεγέτω, ἢ ἢ ἔτω τὸ κ, τὸ τὸ τὸ μὲν πρῶτον μὲν ἡκούεις, τὸ τὸ τὸ κνίμη δὲ ἡκούεις. Verum vt vnum quodq; primū incidit, primo lo co dicitur; ad hæc ſi fors ita contigerit, fronti quidem ocrea, tibiæ vero galea adpropnatur. Prouerbum indicat nihil ſuo loco, ſed omnia præpoſtere fieri. Adagio ruruſus vtitur Lucianus in Commentariolo: ὑπὲρ τῆς ἐν τῇ προσαγορεύσει πρῶτισματ, id eſt, de errore cōpellationis, ὡς πρῶτον ἀν ἄστιας κνίμη τὸ κεράνος, ἢ τὸ τὸ τὸ κνίμη τῆς κνίμη τῆς ἐπιθῆσαιτο. Salluſtius in bello Iugurthino præpoſteros homines vocat, qui maiorum acta, & græcorum Militaria præcepta tum primum legunt, quando iam conſules facti ſunt. Nam gerere, quam fieri tempore poſterior eſt. Plinius ſcribit, Oryges eſſe contrario pilo, & ad caput verſo veſtitos, ita reperias quosdam homines, qui nihil ament, niſi quod ſit præpoſterum.

*Archilochi Vulpes.*

BASILIUS Magnus in Cōmentariolo ad Nepotes: ἢ τὸ ἀρχιλόχως ἀλώπεικ τὸ κεράνος τὸ ἢ ποικίλον τὸ λώσωμιν, Archilochæ vulpis verſutam atq; variam calliditatem immitemur. Adagiū in eos dicitur qui pro re nata conſiliū expeditiſſime capiunt, quemadmodum Archilochus in Apologiſ a ſe ſcriptis vulpem vbique callidiſſimam introduxit Auſtore Philoſtrato in Iconibus cap de fabulis meminit eius rei, & Ammonius in libello de differentiis vocum, dictione ἀνός.

*Senator abſque pronocatione. Legatus ſine mandatis.*

CICERO libro tertio de Legibus, ſed quæro quid hæc ſit turpius, quā ſine pronocatione Senator, Legatus ſine madatis Adagia ſunt egregie venuſta, de iis, qui cum nihil auctoritatis habeant, nullis deniq; iui libus muneribus fungantur, volunt tamē, vt conſuevit imperioſum hoc homi nūgenus, primi eſſe in omi loco & tempore: ad hæc ingenerata quædā inſolentia nihil nō ſibi tribuunt. Nemo autem ignorare poſteſt, ex iure conſultorum & hiſtoricorum ſententia pronocationes ad ſenatum fieri

tolitas, quamquam lege a Publicola lata ut Livijs libro secundo. Ab urbe condita docet, p̄scis Romanorū temporibus pro-uocatio à magistratibus ad populum erat. Ceterum quod ad Adagium pertinet, nemo Legatus esse potest, qui non reipublice sue legitimis mandatis instructus atque alio missus sit. Idem in 13. Philippica inquit. Senator voluntarius lectus ipse à se, de iis, qui se negotiis alienis administrandis etiam non, accessit ingerunt.

*Cantilena ex scholis.*

**CANTILENA** ex scholis, prouerbio dicitur res nugatoria ac plane nullius utilitatis, cuiusmodi. A Gellius scholice nugalia vocat. Cicer. libro primo, de Oratore, Neq; ex scholis cantilenam requirunt. Ita dicit Hieronymus in Proœmio 8. libri Commentariorum in Esaiam Testamentum autem, inquit, Grunni Corocottæ Porcelli decantant in scholis puertorum agmina cachinnantium. Idem aduersus Rufinum, Quasi non Cyrrhatorum turba Milesiorum in scholis fimenta decantent, & testamentū suis cachinno membra concutiat.

*Conchas legere.*

**CONCHAS** legere prouerbio dicuntur, qui ad animum remittendum non nunquam ad ludicra quædam sese demittunt. Ita Cicero in 2. de Oratore, Sed tamen ita narra-re solet Secuola, Conchas eos ad Caietam, & Lucrinum legere consueſſe, & ad omnē animi remissionem ludumque descendere. Hic scimus non defuturos qui nos dicant etiam gignere prouerbia, qui si velint, hoc Angelo Politiano rescribāt, qui prouerbio nominatim & adposite vtiſus est in Miscell. ca. 77. Atque eius viri auctoritas apud nos lōge sanctior est quā ut metuamus ab eius in-cōparabili eruditione velatam dignitū discedere. Valerius Maximus lib. 8. c. 8. de Scipione & Lælio, Itā animi quoque remissioni communiter ac quiescebant. Constat namq; eos Caietæ & Laurenti vagos, littoribus conchulas & calculos lectitasse.

*Sabula leonem excipere.*

**PROVERBIO** vtiſus Seneca libro vndecimo epistolarum in fine: cuius vsus est, si quando rem periculi plenam leuibus admodum & infimis præsidis depellere volumus. Subula leonem excipit, qui frigi-

dis rationibus fortissima argumenta conuelleret nititur.

*In eodem valetudinario iacere.*

**DE** iis dicitur, qui eodem periculi genere & communi malo implicatur. Prouerbio vtiſus Seneca libro tertio epistolarum Nō sum tam improbus ut curatioes æger ob-beam, sed tanquam in eodem valetudinario taceam, de communi malo tecum colloquor, remedia cōmunico. Cor. Tacitus in dialoco de Oratoribus: Qui in eodem valetudinario hæc ossa & hæc maciem probant.

*Deos absentes testes facit.*

**PLAVTUS** in Mercatore, Deos absentes testes memoras, qui ego isthuc credam tibi, prouerbiale de eo, qui cum summa confidentia strenue mentiat.

Sic Ajax de Vlyſſe apud Ouidium:

Sua narrat Vlyſſes Quæ sine teste facit. Et

Iuuenalis:

Solus enim hoc Ithacus nullo sub teste cauebat.

*Galinaceus Euclionis.*

**AVSONIUS** in præfatione Gryphi de ternario numero, Gallinaceum Euclionis prouerbio dixit, qui soleat omnia diligentissimè perquirere & inuestigare, ne puluisculolo quidē relicto, donec id inuenierit quod exquisita cura conquisierat.

*Sapientes sunt qui veteri vino vtuntur.*

**QUOD** Plautus in Casina de veteri vino dixit, hoc ad omniſ antiquitatis commendationem pertinet. Homerus certe vetus vinum, diuinam portionē appellat Odiss. β.

Εν δὲ πίβει οἶνον πικρὸν ἠδ' ὑπότοιον

Ἐσπασαν, ἄκρη τὸν, βῆσι ποτὸν, ἐν ἔχοντες. Ouidius 2. de arte.

Qui properant, noua musta bibant, mihi fundat animum

Consulibus p̄scis condita testa merum. Sapientissimi certe sunt existimandi, qui scriptoribus antiquis vtuntur nō iis quos præpostere veteres vocant; quos vappæ veteris & faci quam vino comparaueris. Gnæthæna siue vbi Phryne, vt est apud Athenijs libro 14. ἐπιδότω ἔδὲ τινὸς οἶνον ἐν λυκτικῆσθίω μικρὸν, καὶ εἰπὸν ἔδὲ ὅτι ἐκκαὶ δὲ κῆτος μικρὸς γι ἔφη, δὲ τοσούτων ἔτων. Pindarus in Olympiis Oda. 9. ἦντι δὲ πικρῶν.

Esiam

*Etiam vetus arbutum transferri potest.*

**SENECA** libro 13. Epistolarum, Aegialus paterfamilias dicebat etiam vetus arbutū transferri posse. Adagium est, omnem tantem ætatem posse ad optimam quamque viuendi rationem transferri & accommodari, quando & senex Cato græcas litteras didicit. Ita quod verissimum sit hoc Publilianū, Nulla est sera ad bonos mores via.

*Lacinia obtinere.*

**CICERO** in tertio de Oratore: Nam illud alterum genus, quod est temporibus locis, reis definitum obtinent, atque ipsum Lacinia. Lacinia tantum obtinere dicuntur, qui rem non integram intelligunt aut assequuntur. Plautus in Asinaria de amica amantem ægre dimittente: Lachrymātem lacinia tenet.

*Clauis thesauri incubare.*

**CLAVIS** thesauri incubare dicuntur qui rem quidem possident, ceterum nec uti norunt, neque frui possunt. Quintil. in x. Qui autem scierit, quo sint quæque modo dicenda, nisi tamquam in prociectu paratam quidem ad omnes casus habuerit eloquentiam, velut clauis thesauri incubabit, Est autem sapientis verbum, Theauri abstrusi & absconditæ sapientiæ nullam esse utilitatem,

*Teucrum Pacuuij ediscere.*

**CICERO** in i. de Oratore: Mallem ediscere Teucrum Pacuuij: de re magni negotij, & in qua consicienda oportet ingentem laborem insumere. Pacuuij Teucrum sæpe citat Nonius Marcellus: est autem verissimi Ie, poema hoc fuisse arduum & ex pari difficile, quod memoriæ non facile mandari potuerit.

*Musas hortari vt canant.*

**AVSONIVS** in epistola ad Symmacū, eiusmodi prouerbialia scitamenta, quibus significamus nos eum inhortari qui sua sponte atque adeo non rogatus in negotium incūbat, eleganter exprimit, Musas hortari vt canant maria vt effluant, auras vt vigeāt, ignes vt calcant.

*Equus Troianus.*

**EQUVM** Troianū prouerbio dicimus taci-

tas insidias & paucis intellectam imposturam. Sic enim Cicero non semel vsus est, pro M. Cælio. An Equus Troianus fuerit, quod tot inuictos viros muliebri be. ū gerentes tulerit? Pro Murena, Intus, intus inquam, est Equus Troianus a quo nunquam me Consule dormientes opprimebant. Et in 2. Antoniana, in huius me cōsiliū societatem tamquam in Equum Troianum includi cum principibus non recusō Ceterū Equi Troiani descriptio ex Homero & Virgilio notior est, quam vt hic recenseri debeat. Macrobius scribit Cincium in sua sione Legis Fannix seculo suo obieisse, quod porcum Troianum, hoc est, inclusis etiam aliis animalibus grauidum mensis inferrent.

*Calcei Sicyoni.*

**Υποδήματα σικωνία**, Calcei Sicyonii quemadmodum & Stephanus meminit, prouerbio dicuntur de re purchra quidē sed quæ virum parū deceat. Cicero in 1. de Oratore, ubi de Socrate loquitur: Quin etiā cum ei scriptam orationem disertus orator Lysias attulisset, quam si ei videretur, edisceret, & ea pro se in iudicio vteretur, non in uitis legit, & cōmode scriptam esse dixit, sed, inquit, vt si mihi calceos Sicyonios attulisses non vterer, quamuis essent habitiles & apti ad pedem, quia nō essent viriles, sic illam orationem disertam sibi & oratoriam videri, fortem & virilem non videri. Athenæus libro quarto meminit saltatores in conuitiis Sicyoniis esse vsos. Nam σικωνία, tantū plerique Græci vocant eiusmodi effeminatum calceorum genus. Lucianus in Rhetore: ἡ ἑμβὰς σικωνία πάλαις τοῖς ἀδελκοῖς ἐπιπέρασσε, id est, Solea Sicyonia albis vinculis ornata. Lucretius in quarto de delicatissima mollitie scribit:

Languent officia, atque ægrotat fama vacillans,

Vnguenta, & pulchra in pedibus Sicyonia rident.

Festus Pompeius citat hunc versiculum Lucilij,

Et pedibus læua Sicyonia demit honesta, Prouerbio vsus est & Picus ad Heimoiāū Barbarum libro nono Epistolarum Ang. Politiani.

*Pigmæum imponere Colosso.*

**PHILOSRRATVS** Sophista Nicete, pro-

uerbio dixit. Pygmeum imponere Colosso hoc est, rem minutam & abiectam amplissimam efficere. Cicero dixit arcem facere ex cloaca.

*In cauea minus bene canis lusciniā.*

**IDEM** in Scopeliano dixit, in cauea minus bene canere lusciniam, quo prouerbio comanode utemur, si quando significamus, libertatem esse rem inestimabilem, & ingenia libera rebus omnibus agenda esse accommodatoria, Homerus, *Odys.* libro 9. scribit, Iouem omnibus ferus in midiam animi portionem abstulisse, cuius & lato in sexto libro de legibus meminit: *ἤμισυ γὰρ τ' ἀρετῆς ἀποσύνταυ δὲ ῥόπα λυδὸς ἀνέρεθ'. δὲ τ' αἰνικατὰ δ' ἔλιον ἡμὰρ ἔλθον.*

*Problema Archimedeeum.*

**CICERO** libro duodecimo epistolarum ad Atticum πρόβλημα ἀρχιμήδειον vocat questionem reconditam & implicatam, quæ a nemine vel a paucis intelligi possit. Idem libro septimo ad Atticum, rem abditissimamero Platonis obscuriorem vocat. Vitruuius libro nono capite tertio scribit Archimedeum siquid abstrusum & multo labore quæsitum, vix tandem inuenisset, solitum exilire gaudio & currentem identidem exclamasse *εὐρηκα εὐρηκα*, i. reperi tandem reperi. Exemplum incredibilis & numquam intermissi studii Archimedis recenset Plutarchus in commentariolo, verum senisit administranda respub. *ἀρχιμήδην δὲ τῆ στανίδι προσκείμενον ἀποσπώντις βία ἢ ἀποδύοντις ἐπιφανοὶ ἐιρέπαιτες, δ' ἐπὶ τῶ σμικτῷ κληλιμένῳ δὲ γκαφε τῷ χύματῳ.*

*Byssina verba.*

**PLUTARCHUS** in Aropheteg. *παρίστεις ἢ κῆρ ἢ ἀρετῆς ἢ μίτη ἐνέδουσι τὸν βασιλέα μέλλοντα μετὰ παρῆσις σικλιγῶν δὲ βοσινὸς χερῶν δῆμασι*, hoc est, Parysatis Cyri & Artaxerxis mater, inbebat eum qui regem liberius esset adlocuturus Byssinis uerbis Byssina verba vocat quæ nitorem habeant cum granitate mixtum, immo quæ conmonendi asperitatem, iucundo quodā candore atque adeo niuea quadam facilitate cōdicant Aristoteles etiam præcipit eum principibus, aut rarissime, aut iucundissime colloquendum esse,

*Computatorum digiti.*

**COMPUTATORUM** digiti eleganti prouerbio dicimus, qui variis & incertis fortunæ calibus obnoxii sunt. Plutarchus in Aropheteg. *δρεῖταιὸς ὀβασιλῆος κρετωξέρεθ γαμβροῦ ἀτιμῆ περιπῶν δὲ ὀρχὴν ἢ κῆκατ γωδῆς ἐφ. κῆκατ πῆρ οἰτῶν ἀριθμητικῶν δ' ἀκτυ λρι, κῆ κῆ, μυριάδας. κῆ δὲ μοιάδῳ τῆ βῆου δ' ὠνῆται, τὸ αὐτὸ ἢ τῶν βασιλείων φίλθς κῆ κῆ δ' ὠνῆται, τὸ αὐτὸ ἢ τῶν βασιλείων φίλθς κῆ κῆ κῆ τὸ πῆρ δ' ὠνῆται, κῆ δὲ τῆ κῆ κῆ κῆ κῆ, hoc est, Orantes Artaxerxis regis gener, cū ob iracundiam, onorato loco excidisset, quemadmodum, inquit, Arithmeticorum digiti, nunc myriades, nunc autem vnum tantum significant, ita regum quoque amici ei sine purpura, nunc omnia, nunc autem nihil omnino possunt. Laetius hoc Soloni tribuit.*

*Vita Charadrii.*

**PLATO** in Gorgia Charadrii vitam intelligit hominis intemperantis, qui nunquā expleri possit, & in quem omnia influunt ut rursus effluant vt Seneca dixit. Ita Socrates loquitur: *χαρὰ εἶθ' τινὰ αὐτῶ βῆσι λέγεις, Charadrii quandam vitā referis. Charadrii autem Theodorus apud Aristotlem veritè rupicem sine hiathicolum: nam vt interpret Aristophanis in Aibus docet: ἀνομάτο ποῖται τὸ ἴσηον παρὰ τὸ τῶς χαρὰ εἶθ' εἰς δῆμασι δῆμασι, aus hæc ita dicta est quod hiatus & terræ voragines incolat. Iridem & intemperantes & incontinentes homines qui nunquam expleri possunt, perpetuo gancæum nidorem sequuntur, & nepotum pro seuchas incolunt. Suidas citat aliud prouerbiū ex Didymo: *χαρὰ εἶθ' εἶθ' μῆμιθ',* id est, Charadrium imitans, de his qui sese occultare soleūt. Siquidem autem hanc vendentes, occultare consueuerunt, ne prius emptori profis, quam sit vendita. Nam regio morbo laborantes quamprimum Charadrium adspexerint conualescunt. Plinius hoc ictero aut tributilibro 30. capite vndecimo.*

*Mittere lineam.*

**PLANTVS** in Mostellaris: Non ego ita exemplo meum ostēdam sensum, mittam lineam. Metaphora a pictoribus desumpta lineam mittere dicuntur, qui rem tantum adu-

adūbrant & coniecturis quibusda inquirēdam proponunt. Siquidem ex linearum ductu, iustum etiam picturæ artificium discimus. Vnde versiculus ille passim celebratur: Linea, quæ veterem longe fateatur Appellem.

*Volsellis pugnare non gladijs.*

**VARRO** libro quinto de lingua latina proverbiali verbo vitur: Volsellis pugnant non gladiis: quo commode possumus vit vel aduerfus eos qui parum viri sunt, nempe qui volsellis ita sine vulsi iuxta sententiam Ciceronis, vt nec vnicum pirum boni viri habeant, vel in eos qui prorsus infirmis argumentis vtantur. Ceterum de vulsi corpori bus in Demonacte Luciani abū de diximus.

*Fortes in tabula.*

**PLUTARCHVS** in Apophtheg. Laconicis: ἐπεὶ ἰδὼν τις ἐν πίνακι γραπτῷ λάκωνας ὑπὸ ἀβνύων σφαπτομένους, εἶπεν, ἀνδρείοι γ' ἀβνύων, λάκων ὑποτυχῶν, ἐν τῷ πίνακι εἶπιν. Quidam cum in tabula picta Lacones videret ab Atheniensibus interfici, atque ob id diceret, fortes, equidem Athenienses sunt, Lacon forte fortuna incidens subiecit: Et in tabula quidem: fortes autem in tabula sunt qui ficticia fortitudo in se passim vident, ceterum cum ad seruum certamen peruentum est, tum non milites sed plane mulieres esse videas. Docti quidem in tabula sophistæ, sunt, verum vbi eos excusseris, quam nihil nisi Antronios asinos, aut si quis isridius, aut impolitius ei possit inuenias.

*Nondum omnium dierum Sol occidit.*

**ELEGANS** adagiū est quo Philippus apud Liuium vitur decadis quartæ, libro nono, Nondum omnium dierum solem occidisse, quando significamus finem rei nondum apparere, ad quem adhuc multis & incertis peruenientum sit.

*Etiā inter vepres rosa nascuntur.*

**AMMIANVS** Marcellinus li. decimo sexto, cum de Eutherio Eunucho loqueretur, sic inquit, sed inter vepres rosa nascuntur, & inter feras non nullæ mitefcūt. Hoc geminum prouerbium ostendit in omni hominum genere, quantum vis peruerso ac de-

plorato, reperiri tamen aliquot bonos viros & qui moribus minime sint aspernandis. Gregorius theolog. in vita Athanasii dixit: φῦς δαυὶδ ἐξ ἀμπέλης βέρον, id est, nasci etiam e vite rubum, hoc est, ex optimo parente nonnunquam pessimum filium.

*Ne Sannione domi relicto.*

**IDEM** libro decimoquarto, agitant familiarium agmina, tamquam prædatorios globos post terga trahentes, ne Sannione quidem, vt ait Comicus, domi relicto. Adagium ex Eunucho Terentiano dicitur in eos, qui cum in publicum procedunt, magnifico & frequēti comitatu delectantur, quo potentiores esse videantur. Eiusmodi multos in principum aulis inuenias, qui passim seruorum & coraitum multitudinem contrahant, cū apud veteres, vt Athenæus docet, & Apuleius in prima apologetica meminit, præstantis, quique Romani, paucitate famulitii, sic enim ille inquit, gloriati sint M. Antonius octo seruos habuit. Manius Curius cum duobus tantum calonibus vtetur, pauciores seruos habuit, quam triumphos. Marchus Cato tres tantum seruos in Hispaniam ex vrbe secum duxit. Idem auctore Plutarcho quinque tantum seruos in militia habuit quod & de Scipione Aemiliano Plinius scribit, cū duobus tantum seruis, si quando etiam ad regem mitteretur, esse vsū.

*Tunc cannis cyeni, quando sacuerint graculi,*

**BASILVS** magnus in epistola ad Celestium: ἐγὼ δὲ περιμίαν ἐρεμ, μάλις καὶ ἀλνθ, μάλις καὶ δὲ σιῶτομοι, ὅτι τότε ἄσονται κύνες, ὅταν κωλοιοὶ σιωπήσωσιν. Prouerbio locus est, cū doctis oportunum esse, vt de bonis rebus quam possunt eruditissime differant, quando imperitis prius tamquam aqua & igni interdicitum sit ne loquatur. Eiusmodi dissimilitudinum plures prouerbiales formulas Ausonius ad Paulinum eleganter expressit:

Si vitulum tauro, vel equum comitris onagro,  
Si cōfers fulicas cyenis, & aedona parræ,  
Castaneis corylos æques, viburna cupressis.

*Lam: e turri.*

**QVINTVS** Septimus Forrens Tertulianus  
R r r 4 in li.



in libro aduersus Valentinianos : Nonne tale aliquid dabitur te in infantia inter sōni difficultates à nutricula audisse, Lamiz turres, &c. Prouerbiū est, de re quæ fingitur esse mire formidabilis, cum tamen omnino periculo careat: quemadmodum infantibus horribilia de Lamiis nutriculæ narrare confueverunt. Nonius Marcellus & Laetantius libro primo, capi. 22. diuinarum institutionum, hos versus, ex Lucilio poeta citant:

Terricolas Lamias . Fauni quas Pompeiūque

Instituere Numæ, tremis has, hic omnia ponit

Vt pueri infantes credunt signa omnia athena

Viuerē, & esse homines, sic isti hæc omnia ficta

Vera putant, credunt signis cor inesse & athenis,

De Lamiis & multa & abstrusa quæda diximus in Lamiam Politiani.

*Qualem demens ille Clamydem disperdit?*

**TERTYLLIANVS** in libro de pallio citat ex Menandro Comico, misum nisi prouerbiale, Qualem demens ille chlamydem disperdit? quod in eos com mode dicitur, qui rem suam viui videntemq; decoquunt, immo qui sua sponte sese in maxima magna mala coniciunt, cuiusmodi plures reperias, qui cum neque per se, nec ex aliis sapiant, non iam chlamydem tantum, sed & sese ipsos miserandum in modū perdunt.

*Deorum liberi sunt inuulnerabiles.*

**PINDARVS** iu Isthmiis Oda. 3. in Melisum Thebanum: *ἄρωτοις μὲν ἔσαν παῖδες,* Deorum liberi sunt inuulnerabiles: de potentioribus hoc commode dicitur, qui nusquam non euadunt, vt Cicero de nobilibus dixit in oratione pro Quinto: Homines nobiles seu recte, seu perperam facere ceperunt, ita in vtroque excellunt, vt nemo nostro loco natus absque possit.

*In Paro frigida quidem est aqua, sed pulchra mulieres.*

**INTERPREs** Aristophanis in Vespis, Prouerbiale Versiculum citat, nec eius usum

ostendit: *ἰν δὲ παύροις ψυχρὸν μὲν ὕδωρ, καλὸν δὲ γυναικίνας,* Paros habet quidem frigidam aquam, sed formosas mulieres. Ego quantum iudicare possum, existimo prouerbiū usum esse siquādo significabimus dispendium esse perpetuo compendio aliquo sacciendum. In Paro tamen frigida sit aqua, venustas tamen mulierum hoc quidquid est dispendii, abunde reponit, Quod si quis è numero doctorum melius mouerit quis adagio locus sit, is caudide admoneat reuerturus hominem gratum, tantum abest, vt ingenuis admonitionibus obtemperare nolim.

*Bellum cum Protogene mortuo gerere.*

**AVLVS** Gellius libro decimo quinto cap. vlt. scribit Rhodios Demetrio Polieiceti, qui tum eos oblidione eungebat, atque extra vrbs muros memoratissimæ illam Ialysi imaginem Protogenis manufactam absumere igni parabat, per Legatos ita respondisse: Quæ, malum, inquit, ratio est ut tu imaginem istam velis incenditæ ædium factio disperdere? Nā si nos omnes superaueris, & oppidum hoc totā ceperis, imagine quoq; illa integra & incolumi p̄ victoriā poteris: sin vero nos vincere oblidendo nequiueris, petimus consideres, ne turpe tibi sit, quia non potueris bello Rhodios vincere, bellum cum Protogene mortuo gessisse: ad eos autem pertinet, qui cū larus luctantur, & contempta memorabili lege Solonis, mortuos iam cōiuris insistantur, quod Homerus etiam intellexit dum inquit Iliad. libro 6.

*Καὶνὸν γὰρ δὴ γὰρον ἔειπεν ἄνθρωπος.*

Et Argamem non Iliad. 6.

*Ὀν γὰρ τῆς φρεσὶς κινῶν κατὰ τὴν δὴ πῶτον*  
*Γίνετ' ἐπιπικὴ βῆσις, &c.*

Et ex eius sententia Virg. libro vndecimo Aeneidos:

Nullum cum victis certamen & æthere cassis.

*Quantum vbiq; possunt due oboli?*

**BACCHVS** apud Aristophanem in Ranis, postquam accepisset ab hercule duos obolos Charonti pro trā missione paludis per soluendos esse, subicit: *ὡ μὲν δὲ ἄνθρωπος*  
*πρωταχθὲν δὴ ὀβόλων;* quantum vbiq; possunt duo oboli? prouerbiali nimirum dicto signi-

gnificās, pecuniam in omni te plurimum posse: quæ nisi esset, non committerentur etiam tot diuersi generis stigmata, ita quod rectissime dixerit Antiphanes:

Οπαδὶ ὅ ἡμεις καὶ ἄπὲρ ἰατρὸς κκεῖς  
 Τυφλὸς βλεποῦσας πικροκλαβῶν πῶτασ  
 ποιῶ.

Id est, diuitiæ tamquam malus medicus quos acciperint videntes, excæcare consueverunt.

*Echinus parturiens cunctatur.*

Ἐχίνος τὸν τόκον ἀναβάλλει, Echinus partum procrastinat. Echini teri estres, quos Erina eos dicimus, existimatur propter aculeos catulorum suorum partum morari solere, ac deinde aculeationibus factis catulos eggerime eniti. Vnde prouerbium, Βυδχο ετιᾶ τεστε, in eos vsurpatur, qui subinde vesuzam faciunt hoc est, creditorem mutant, sanus scenore saluunt, nomen nomine expungunt, atque illi dum fidem suam ad aliquid quod tempus labefactari nolunt, ad extremum fortunis omnibus euertuntur.

*Canum pedis offendere.*

Κοίλων τὸσ ποδὸσ δὲ εἶξαι, Helychius admonet ἐπὶ τῶν εἰσ φυγῶν τρεπομένων, id est, de iis dici, qui sint in fugam versi, qui pedibus sibi consulant. Vt Tuinus de Drance apud Virg. An tibi mauois  
 Ventosa in lingua pedibusque fugacibus istis  
 Semper erit?

*Alexandria deliue.*

QUINTIL. III. Verba ne Alexandrinis quidem delitiis permittenda, risu, & osculo excipimus. Alexandrinæ dilicias, luxum effeminatissimum, & molissimum appellauit. Alexandrini siquidem apud omnes scriptores hoc nomine male audiunt, quod propter anænitatem urbis cælique clemenciam immodice delicati fuerint. Ammianus Marcellinus libro 22. Alexandria vertetex omniam ciuitatum, imbi sunt auræ salubriter spirantes, aer tranquilluss & clemens, atque vt periculum docuit per varias collectum ætates, nullo pene die incoherentes hanc ciuitatem solem serenum non vident &c. Quam ex admirabili euentu cõdita sit Alexandria, docet Stephanus, quæ per excellentiam etiam πῶτασ διδα sicut, vt Athenæus ἐν Roma Urbis.

*Manubrium eripere.*

PLAUTVS in Epidico: Eripe manubrium è manu. Idem in Aul. Exeni è manu manubrium. Manubrium eripere scitissimè metaphora dicuntur qui nocendi causam adimunt, qui viam omnem oblespiunt quæ periculum ipsis imminere videtur.

*Geometriam exercere in cilio.*

Γεωμετρῆσιν πῶτασ τὸ ἐποικῶσεν, Geometriam exercere in cilio. Iulius Pollux libro quinto, cap. 15. de mulieribus dixit, quæ formam ascititiis lenociniis commendant, quod tadem ad omnes illos pertinet, qui fucis qui busdam adulterinis & quod Plautus ait, Exoticis condimentis sese suaque vendit. Prouerbi meminit & Hermolaus Barbarus libro quinto. Corollarii in Dioscoridem, Dictione γεωμετρῆσιν antiqui, vt ex Platone atque Plutarcho colligimus, non tantum in dimeticuda terra vli sunt, sed in omni negotio quod exactiss & diligentius tractamus ἐποικῶσεν autem extraneus ambitus est genæ superioris, quam antiqui cilium appellauerunt, & ex eo etiam supercilium in quibus superbia sedem habet, Auctore Plinio libro 11. cap. 37. Demetrius Phalereus χαριτοβλέφαρος a venustate superciliorum dictus fuit, Athenæo teste libro, γ. Dipnosoph.

*Simiæ sanguinem profudisse*

DIODORVS Siculus lib 10. scribit in Pitheculis cum honorem haberi Simiis quæ Aegyptii canibustamquam diis suis exhibent, viuere simul cum hominibus cibum ab iis absque omni n. etu capere, parentes isthic liberis suis a Simiis, vt alie gentes a diis imponere nomina: qui simiam occiderint, tamquam impium flagitium designassent, iis penam extremum supplicium esse constitutum, vnde etiam prouerbium apud eos dicatur de iis qui iam occisi & e medio sublati sint, ὅτι πῶτασ ἀκαποτῆσσαν, id est, Simiæ sanguinem eos profudisse.

*De scammate egredi.*

DE SCAMMATE egredi apud D. Hieronymum legitur, pro eo quod est proposito egredi. σκάμμα locus certaminis est, in quo congregiuntur Athletæ, fossa plerumque, aut saltem lineis cinctus.

*Herculis in Lydia.*

DICITUR in eî, qui cultu indecoro & sibi neutiquam accomodato vitur. Vlpianus. *Tesim.*

*Testudo volat.*

DE re absurda aut impossibili dicitur. Claudianus libro primo, aduersus Eutropium (qui cum eunuchus esset, tamen Romæ factus fuit consul) multas huiusmodi ἀδωμάτων species adfert:

Iam testudo volat, profert iam cornua vultur,

Prona petunt retro fluuii vada, Gadibus ortum.

Armenii dixere diem, iam frugibus aprū Acquor, & adfuetum syluis Delphiua videbo.

*Ornamentum in luto, dignitas indigno.*

VT minime conuenit ornamentū aliquod in luto iacere: ita parum dignitas homini infulso & indocto, qui honorem & titulū suum defendere non potest. Saluianus.

*Pica Syrenem imitans.*

SIMILE est illi: Sus Mineruam docet, de iniqua dicitur comparatione & absurda imitatione. Stulte enim pica Syrenas imitatur, garrula potius & obstrepera quam canora. Galenus.

*Myrica cibus poma ferent.*

Si quis idem sperat: laturas poma Miricas.

Speret, & e medio flumine mella petat.

Proverbialia ηεζ ἀδωμάτα apud Ouidium leguntur.

*Eburneis rastro solum verrere.**Ligonibus austris terram fodere.*

PRO re insigni & præclara abuti, vt si quis eruditione pollens, ea in rebus vanis, inutilibus & famosis abutatur. Prudēt. in Symn.

*Artem amat fortunam fortuna artem*

Τίμη τυχῆν ἔστρεψεν, καὶ τυχῆν τίμη. Aristoteles eonvius est iudicare volens, summam esse adfinitatem inter artem & fortunam, & alteram ab altera adiuuari.

*Quorsum opus amicis, si modo foneat Deus.*

Ὅταν δ' ἀδωμάτων δὲ δὲ δ' ἄ, τὶ δ' ἀφίλων, Hunc senarium tamquam vulgo celebrem citat Aristoteles, vbi agit de homine beato, an neille etiam egeat amicis, Qui putant eū omnia in se sufficienter habere, nec ideo vllis opus habere amicis, hunc senarium adferunt. Contrarium tamen Aristoteles concludit. Veri enim amici est dare potius beneficium quam accipere, virtutisq; proprium est benefacere, & pulchrius amicis benefacere, quā alienis: opus ergo amicis.

*Amicus cum viuis ferendus.*

CONVENIT cum eo: Mores amici noueris non oderis: non enim, inquit Chrysofostomus, fratres tantum sumus, sed & membra & corpus vnum Vide Saty. 3. Horatii. 1. Sermon.

*Amere frustra, odio ne sis frustra.*

INNIT apud omnes homines querendam esse gratiam & amicitiam, quousque sine nostro fieri possit damno: sed nullum temere suscipiendum esse odium, si non aliqua inde ad nos profectura sit utilitas. Chrysofostomus hoc dictum minime in Christianis probat, qui libere alter alterum admonere debent, neque odii causa tacere, Vult autem tum memores eius dicti nos esse, quando lingua nostra videtur prouoluta in conuicia, & maledicta.

*Amicus Plato, magis amica veritas.*

Φίλος πλάτων, ἀλλὰ μᾶλλον ἢ ἀλήθεια. Istud seu prouerbium, seu apophthegma, innuit nullum hominem tam carum nobis esse debere, vt in illius gratiam veritas vllō supprimatur modo. Galenus.

*Caritate septum esse oportet.*

A nequitia, rapina, & sceleribus virum bonum abesse oportet: caritate autem (vt inquit Saluianus) & beneuolentia, nou armis septum esse.

*Pter.*

PROVERBIALITER homo fastuosus & superbus à Græcis μολγός vel ἀσκός vocatur, quod scilicet in modum vtris inflatus tumeat. Aristophanes:

Μη μοι ἀθηναίως ἀνείπαι, μολγοί ἔσονται.

Ne mihi Athenienses laudate, vt res sunt.

*Nescit seipsum.*

CONTRARIUM est Delphico oraculo: Nescite te ipsum. Competit in superbos, adrogantes & homines inflatos. Noratur etiam Philautia, quod vitrium, homines vel talpa cæciores in propriis erroribus reddit. Chrysofostomus.

*Asinus de Aesopi puero.*

ASINUS de Aesopi puero modo venis, & iam exclamas. In eum vsurpari potest, qui recens in aliquem locum venit, & ibi mira inter ignotos iactat. Tertullianus.

*Plus verrere, quam ferere.*

IN avaros dicitur, qui nulla re exfatiati possunt. Plinius.

Picti.

*Vicinum semper inuenies.*

**V**TCVMQVE exturbet quis possessionibus suis vicinos & proximos, numquam tamē solus supra terram habitare poterit: quālibet enim cuncta peruadat, vicinum tamē semp inueniet. Dici potest in auaros, qui omnia sibi subiciere conantur, vicinorum domos & agros Saluianus.

*Mappam mittere.*

**M**ITTERE mappam, est certaminis incipiendi signum dare, in qua sententiā Suetonius in Nerone vsus est.

*Proletarius se ipior.*

**Q**VI in plebe Romana tenuissimi pauperumque, erant neque amplius quam M. D. ztis in censum deferbant, proletarii ciues appellabantur. Trahitur & hoc vocabulum latius vt dicatur proletarius se:iptor: proletarius homo, pro homine infirmi tubsellii, & auctore paruz eruditionis, & infimz classis. Aul. Gell.

*Minus presentis famam.*

**Q**UOD absens terrori est, præsens sæpe contemnitur. Claudianus: Plus nominis horror,

Quam tuus ensis aget, minuunt præsentiā famam.

Quod præsens est fere contemnimus: absentia vero & peregrina admiramur, & magno studio zmulamur.

*Balneum ingressus depono odium.*

**Ε**ἰς βελανῆν εἰσελθὼν, μὴ ζυλοπιήσης τὸν συμβαίον τὰ σοι εἰς τὴν μακτέραν, id est, ingressus balneum, ne certes odio cum eo, qui pedem habet tecum in eadem pelui. Sententia ad multa applicari potest: nempe in communibus locis, templis, theatris, balneis, conuiuibus manibus nullum exercendum esse odium. Iul. Pollux.

*Acum & filum sumens, rupturam consue.*

**Ρ**αφίδ᾽ ἀ καὶ λίον λαβὼν, τὸ δὲ ῥήγμα σύββαλον: acum & filum sumens, rupturam consue. Dici poterit, vbi quē volumus adhortari, vt studeat paci, & argumenta colligat, modosque excogitet, quibus inter offensos animos concordiam refarciat. Idem.

*Talis quisque est, quales quibus cum familiaris.*

**Τ**οῦτός ἐστι, ὡσαύτ᾽ ἔσται ἐμῶν. Senarius est Euripidis, quo indicatur familiarium vi-

tam & mores, in eum quoque transire, qui eorum consuetudine fruatur. Botrus oppositus botro matuescit.

*Aliud homini, aliud humanitati satis.*

**D**IGNA hæc sententia Varronis est, quæ pro verbis adnumeretur, quæ pulsat eos qui consuetudinem potius sequuntur in loquendo quam certas rationes. Humanitatem autem hic ponit pro curiositate, ac si diceret: Natura quidem paucis contenta, sed quod huic sufficit, non satis est curiositati.

*Insuere in saccum vel culeum.*

**I**NSVERE in saccum vel culeum, vulgo dicimus pro circumuenire aliquem vel ludere.

*Pulchra apud pueros simia.*

**P**ULCHRA ( inquit Galenus ) semper apud pueros est simia, nos admonens illusionem esse ridiculam puerorum hoc animal illudentium. Poterit autem istud pro uerbum quoque ad locum, secus iudicandi, commode transferri.

*Quasi locum in balneis occupare.*

**I**N publicis locis primum occupans, solet plus iuris habere. Vnde & iuriconsultus: Qui prior tempore, potior iure. Ad hunc morem adlusit Tertullianus vbi dicit: Sed quia prior eis venit, & prior virtutum documenta signauit, idcirco quasi locum in balneis, ita fidem occupauit, posteris quibusque præripuit.

*Primus secundus tertius.*

*Primus medius nouissimus.*

**P**ROVERBIA Græcorum sunt in eos, quos laudibus efferunt. Sic Isocrates laudat Alcibiadem: Τοῖαυτὰ δὲ τὴν ἀρετὴν, ὡς καὶ πρῶτος, καὶ δ᾽ ὑπὸ τῶν, καὶ τρίτος γενέσθαι, Theocritus quoque Idillio. 17. Ptolezum laudās dicit eum vitorum primum, medium & nouissimum: Αὐτῶν δὲ ἀν πτολεμαῖος ἐν πρώτοις λέγεται, καὶ πύκτος, καὶ μέστος, ὁ γὰρ προφειξίς τῶν ἀνδρῶν. Virgilius:

Nulli pietate secundus, id est, primus in pietate.

*Spicilegium relinquere.*

**I**N varias trahi potest sententias. Qui opus aliquod in signe edidit, tale tamen, cui ali quid adici possit, spicilegium reliquerit. Vlpio & posteris spicilegium tantum reliquit. Huc facit Antigonis Apophthegma qui cum suis pecuniam imperasset, & quidam diceret, non talis erat Alexander: ἐκ-

Θ (inquit) ἔθερε τῷ αἰσίῳ, ἐγὼ δὲ καλὰ ρῆμα, hoc est, ille demersit Asiam, ego spicas lego.

*Terram & aquam poscere.*

Ἐν καὶ ὕδαρ εἶν, id est, Terram & aquam poscere, & γὰρ καὶ ὕδαρ δίδοναι, id est, Terrā & aquam dare, Græci dicunt pro bellum alicui inferre, & bellum cum aliquo suscipere. Aeschines.

*Non hodie aut heri institutum.*

**D**E more aliquo veteri qui omnibus notus esse debet, vel de lege ex antiquo instituto. Sophocles.

*Ad Sirenum scopulos consensere.*

**P**RO, in re aliqua ad senium vsque demorari, aut miram quandam in ea percipere voluptatem, non secus ac si Sirenes, ipsas canentes audiamus. Aul. Gellius & Apud Sirenas, aut Lotophagos hæere dicitur.

*Adamante notare.*

**D**E his, quæ in perpetuam memoriam seruantur. Claud.

Iret adhuc in verba dolor, nisi Iuppiter alto

Cœpisset folio: voces adamante notabat Lene Iouis. Verba fingunt adamante notari, tamquam Deus nihil loquatur nisi sentium dignumque quod in perpetuam memoriam conuerteret.

*Sparsis redemerunt crimina nummis.*

**M**ULTOS pecunie perdidit, an famæ ad omne scelus genus dederunt: deinde omnium malorum seminarium & radix, auri est & argenti fames: quod qui sagatio ri animo perpendunt reiectis & contemptis pecuniis in huiusmodi vitia non incidunt, & sparsis nummis crimina redemisse dicuntur. Saluianus Simile quiddam apud Plutarchum de vitanda vsura de Philoxeno legitur, qui cum opulentissimam domum hereditate nactus esset, & delicias ac voluptates indigenam considerasset. Ματὸς θεῶν, εἶπεν, ἐμὲ ταῦτα καὶ ἀγαθὰ ἐκ ἀπολαῖ, ἀλλ' ἐγὼ τῶν θεῶν, hoc est, per deos, inquit, bona hæc me non perdent, sed ego illa.

*Nummum querit pestilentia, duos illi da & ducat sese.*

**A**DMONEMVR hoc prouerbio, vt lites & fora iudicialia quam possim: maxime sugiamus, & potius pestilentia, id est, pestilenti & pernicioso homini poscenti nummum, duos demus, quam propter vnum

litem cum eo contestemur, perdituri aliter in primis tempus, deum animi tranquillitatem, innocentiam & amicitiam. D. Augustinus.

*Sapientis in exitu canitur.*

**I**NDICAT finem vitæ spectandum esse: laudari enim penitus ante exitum vitæ prudentia non potest, nisi bono fine claudatur, cui ad finem est illud Solonis: Finem vitæ specta. figuratius tamen dicitur sapientiam in exitu cani. Saluianus.

*Multum nauigauit aque.*

Πολλὰ περιηλὼς. Dico, qui multas regiones peragrauit: & μεταφρηῶς de eo, q multarum rerum experientiam habet. Aristophanes.

*Familiaris dominus factum nutrit feruum.*

**Q**UO timeri, obseruari, coli vult à seruis suis, rarius cum iis loquatur, rarius congre diatur nulla ludicra cum iis exerceat: nihil etenim familiaritas contemptum parit, & vt Plinius secundus inquit, Mitum dominorum apud seruos ipsa consuetudine, metus exolefcit, Bernard.

*Vbi verber, ibi tuber.*

**I**NDICAT opulentia comitem esse fastum & superbiam. Apuleius. Terentius in He ceyra: Quia paullulum vobis accessit pecunie sublati animi adfunt.

*Conclamare vasa.*

**E**S T signum mouendi dare. Militare olim institutum erat, vt cornicis signum darent, quoties essent mouenda castra: id Cæsar vocat conclamare vasa: nam tum quisque cogebatur colligere vasa sua, itinerique se apparate.

*Pro aris & focis.*

**C**REBRO apud Romanos scriptores reperitur, pro aris & focis, quod idem ac sacra & prophana defendere. Originem habent ex sacramento militari: inter cetera enim milites etiam iurabant se pro aris & focis pugnaturus. Aul. Gellius.

*Gradum figere.*

**S**YMMENTVR ab Athletis crabræ metapho re, vt: Gradum figere: conferre gradum: de gradu cedere: in gradum redire: de gradu pellere: de gradu primo præcludere: eodem gradu occurrere. Gradum figere, est conceptam semel sententiam acriter defendere, & in ea persistere vel, vt Cicero ait, argumētum suum premere: quater eo ita Terullius

vſus eſt. Gradum conferre, quod Cicero & Quintilianus dicunt pedem conferre, eſt initium diſputationis facere & cominus aggredi. De gradu recedere, à ſententia recedere. In gradum redire, ad ſententiam & propoſitum reverti. Eodem gradu occurrere, pro eodem telo & argumento obuiam ire.

*Vinculis Hippocratis adligere.*

QV A E argumentis fortiffimis roborata ſunt, vel ſcripturarum teſtimoniis, Hippocraticis vinculis adligata dicuntur. Microſymus.

*Vt ſportum ſurunculus captare.*

CVM quis per fraudem quod ſibi non debetur amplectitur, & alienum ad ſe trahit, vt ſportulam ſuru. culus captare dicitur. Tertull. Natum ab amiculis & clientibus Romanorum poteſtiorum, à quibus mane ſalutabantur, & per urbem incedebant ſtipati, quibus viciffim ſub veſperam dabant honorarium aliquod munuſculum, ſportulam videlicet. Inter hos autem clientes & amiculos, cum iam dandum eſſet munus, alii clam ſe immiſcebant, vel ab abſentibus ſeſe ſubmiſſos mentiebantur, quos ſurunculos vocabant.

*Totam ſpirare Arabiam.*

Τὴν ἅπλην ἔρεβίαν ἀποπιέσαι, id eſt, Totam Arabiam ſpirare, eſt, vnguenta prætioſa, vt olium in vſu veterum ſuit, aut vt iunc, moſcham olere. Arabia ponitur pro odoribus & vnguentis, continens pro contento. Lucretius.

*Calathum Sycaminorum in malis habere.*

ARISTOTELIS δὲ λέγει αὐτὸν εἶναι συμμικτὸν τελευρον, i. Videris eſſe iſtum Sycaminorū calathum, in eum dicitur, qui faciem & mala hypopio aut cetuſſa ſucarit, quē ὀπωπλημίον Græci vocant.

*Perſonam non faciem gerit.*

Ὁδὲ πρόσωπον ἄλλ' προσωπῆον φέρει dici poteſt in homines perſiſtæ frontis quod nihil pudet, & maxime in mulieres meretricis, quæ faciem ſtibus, & ceruſſa ſucāt. Iul. Pollux.

*Tabernariam exerceſ fronte.*

Καπηλείου ἀγοκὴ πρόσωπον. Superiori ſimile eſt, & in eodem dicitur. Pollux.

*Formoſus ſine pulchritudine.*

Ἐρῶν ἂν ὄνυς κἀλλος. Non diſſimile ſuperio-

ribus. in eos dicitur, qui pigmentis exoticam formam adſciuerunt Ariſtoteles.

*Omni ſine remiſſo.*

πάντα κἀλῶν ἀνάς, id eſt, Omni rudete remiſſo. Contrarium eſt eius quod habet: πάντα κἀλῶν σίαν. hoc eſt, Omnem mouete rudentem: hoc autem ſignificatur ſumma diligentia illo vero ſumma omniſque negligentia & ignavia. Pollux.

*Sine perſona laſciuire.*

DEMOSTENES: Ἐν τοῖς πομπῶν εἶδεν τὰ προσωπῆα κωμάζειν, In pōpis ſine perſona aut larua laſciuire. Dicitur in eos qui nihil non palam & aperte facere audent, quibus impudētia ipſa loco προσωπῆα, i. perſonæ, aut larux eſt.

*Per eandem lineam ſerram reciprocate.*

COMPETERE videtur in eum, qui ſemper ideam argumentum tractat & eandem cantilenā canit, Sumptum à ſectoribus lignorum, qui partes trabium ſecandas prius ſo lentlineis diſtinguere: qui ſe ſemper hæreant in eadem linea, raro quidquam abſoluent.

*Ad ſcamma producere.*

HOC eſt, In certamen prouocare. Ab Athletis ſumptum eſt, cuiuſmodi multa in libro ad martyres apud Tertullianū ſunt, σκαμμα quid ſit vide in adagio: De ſcammate egredi.

*Ferrum vitrum attrahit.*

Ἐλακτὸν ἄνδρα σιδῆρος. In omni re & ad omnem rem multum valent oculi. Sic viſa ſolum ſemina ad amorem accendit, viſi inimici mouent dolorem, ferrum viſum trahit ad bellum. Tertullianus Græco dixit hemiſtichio, quod alicubi apud Homerum legitur:

Ἐλακτὸν δὲ τὸ ἄνδρα σιδῆρος. i. ferrum vero vitrum trahit.

*Eloquentia male ſine moribus diſcitur.*

ANTIQUI morum probitatem ſemper antepoſuerunt ſacundæ. Orator inquit Cato, vir bonus dicendi peritus. Lege Ciceronis præſationē libri de Inuentione primi.

*Vinalia ſine vino expediri non poſſunt.*

VARRO in libri de lingua Latina præſatione. Multa, inquit, ſocietas verborum, nec vinalia ſine vino expediri, nec curia calabra ſine calatione poteſt aperiri: quibus dictis prouerbialibus ſeie excuſat, ſi in libro ſui: quæſam

quædam adferat, quæ absurdiora videantur. Nō enim potest fieri ut ille, qui nōmīnum originē conatur explicare, non interdum dicat, quod ab omnibus non probetur.

*Volsellis pugnare cum gladio.*

**QVI** fragilia argumenta ad rem quam-  
piam probandam adferunt, dicuntur vol-  
sellis cum gladio pugnare.

*Bene consulis, sed malefacis.*

**SENARIUM** proverbialem ex Anaxandrida  
Arist. citat, ἡ πάλαι ἐβλάθη, ἢ νόμον ἔδεν μέ-  
λα hoc est, Vrbis consulit, cui nulla legum  
cura est. Dicitur in omnes qui recta quidē  
consulere norunt, recta autem facere no-  
lunt. Non ab simile huic quod habet Cice-  
ro in Catone: Athenienses sciunt quæ re-  
cta sunt, sed facere nolunt.

*Soracis malorum.*

**Κακῶν σὺλφακ** id est. Malorum corbis, dici-  
tur eadem proverbiali forma, qua: ἀγαθῶν  
ἢ κακῶν ἄμαξαι, id est, Bonorum vel malo-  
rum plaustra pio ingētibus & malis copio-  
sis. Aristophanes: κακῶν τοῦτόν σωλίλιμα  
τὸν σάρακον, id est, breuibus malorū ipsū  
mihi corbē refer.

*Tamquam super spinas incidere.*

**Ὡσπερ οἱ ἐπὶ τὸν ἀκκαὶ θῶν ἐπιβάνοντες**, id est,  
Tamquam super spinas incidentes, dicun-  
tur à Luciano equites, qui obtortis cruri-  
bus, & contractis equitant:

*Ex cubitis cenare.*

**Ἐπὶ ἀγκῶν** & **δαιτηῶν**. Dicitur in delicatos, &  
aulicos, qui quiduis sibi permissum pu-  
tant & decens,

*Πτωχομάστο*.

**SIGNIFICAT** Grammaticulum, vel Rhe-  
torculum, vel potius rabulam forensē,  
qui litteras ob nihil aliud, quam ventis  
caussa & ad quæstum scire videtur.

*O. estis somnium narrare.*

**IS** dicitur, qui absurda loquitur. Sic Gale-  
nus Thesalo iusulat: Quiesce dum miser  
time in stratis tuis: nāque haud vides quæ  
tu putas nosse probe. Orestis mihi som-  
nium narra Thesale.

*Κερίμυλοι*.

**LICEBIT** in impudentes interpretari, quod  
scilicet more arietis tamquam cornibus  
quemlibet impetant, qui mox fere indocto-  
rum est, καί enim idem quod arietes. Ga-  
lenus.

*Puissam i naribus allio & cæpe detergere.*

**ΥΒΕΡΠΑΥΡΑ** Galeuo aduersus stupidos,

demōstratiuæ methodi & dialecticæ impe-  
ritos, nec non deprehensos & argumentis  
conuictos.

*Ne Mercurius ipse quidem cum Musis sanarit.*

**ET** hoc à Galeo in stupidos dictum legi-  
tur, & omnium rerum ignaros.

*Sua fronte.*

**SVA** fronte proponi dicitur, quod libere  
& aperte, non autem coacte aut occulte.  
Tertullianus.

*Romana libertas, Latina libertas.*

**ΣΥΜΜΑΒ** libertatis olim erat populus Ro-  
manus, ut qui nulli subessent regi, princi-  
pi, aut Imperatori: ipsi vero infinitis natio-  
nibus, reginīs & regibus imperarent. Non  
nihil tamen inter Romanam & Latinam  
libertatem interest: plus enim Romana,  
iuris minus Latina habet. Saluianus.

*Quidquid licet, minus desideratur.*

**QVIDQUID** inquit D. Hieronymus licet,  
minus desideratur, ergo è contrario, quod  
non licet, fomentum accipit desiderii Oui-  
dii.

Quod licet ingratum est: quod non licet,  
acrius urget,

Et alibi:

Nitimur in vetitum semper, cupimusq̄  
negata.

Omniū rerum, inquit Plinius, cupido  
languescit, cum facilis occasio est.

*Litterarum radices amare, fructus dulces.*

**INDICAT** aditum ad litteras esse difficilem  
multisq̄ue laboribus & vigiliis constare,  
ipsarum vero possessionem iucundam &  
dulcem. Hieronymus. Idem expressit Ho-  
rat. in arte Poetica:

Qui cupit optatam cursu contingere me-  
tam.

Multa tulit, fecitq̄; puer, sudavit & alsit.

*Introite, nam & h.c. dii sunt.*

**LAVDABILE** Heracliti dictum: Introite,  
nam & hoc dii sunt: admonet ut libros  
quam familiarissimos nobis reddamus, stu-  
diaq̄ue colamus, ex quibus omnia arcana  
mysteria licebit haurire, & non deos tantū  
videre, sed etiam cū iis familiariissime collo-  
qui dabitur. Aulus Gellius.

*In com muni pisce non insunt spinae.*

**Ἐξωμῶν ἰχθῶν ὄγκοι ἐν ἰχθῶσι σπιν.** Videtur com-  
petere in heluones & gulæ nepotes, qui  
fraudatis aliis apposita, quiq̄e priusquā  
forti-

fortiti sunt, communia deuorant, absumunt. Plutarchus.

Εὐκκῆς.

ΓΡΑΚΣΙ sine connexione pro eo, quod est mediocriter perinde atque si Latine dicas, bene male, quo licebit quoque uti, indicare volentibus nobis vitam humanam, partim ex prosperis & letis, partim ex tristibus & aduersis constare. Euripides.

Εἷς ἡ sapiens.

Τῶν σοφῶν βίτα. In eum cōpetit, qui in aliqua re, nec primus nec infimus est. In Eratosthenem dictum fuisse auctor est Strabo, ut qui nō primas sed secundas inter doctos teneret. Theocrit.

Omnis virtus est mediocris.

ΥΕΤΥΣ Academia dixit virtutes omnes, quādam mediocritatem esse moderatam. Cicero.

Υε Αετιμυε ρεσπονα νυμνιη πρῶδικαε.

PROVERBIUM in eum cōpetit, qui aliquid absens & memoriter dicit. Aeditui enim ut à numine oracula accipiebant, sic ore consulentibus, referebant, uon ex scripto. Macrobius.

Qua in te clarus quisque est, ad eam properas.

Εἰ ἂ βέλτιος ὁ δακίς εἶναι, αὐτὸς εἶναι τὰ ταῦτα διακρίβει.

In quo quisque sibi excellentissimus videtur, in eo versatur Aristo. Sic Ouid.

Scilicet est cupidus studiorum quisque suorum:

Tempus & adueta ponere in arte iuuat.

Quos ilicis folia. Quos fluctus insula.

HYPERBOLAE prouerbiales, quæ de immenso numero, vel magna multitudine dicuntur. Plutarchus.

Ὅσον ὕδωρ κατ' ἀλίδον, ἢ ἄμφοι πέτυλα. i.

Quot quercus foliis, quot fluctibus insula abundat.

Leguntur etiam & tales hyperbolæ apud Homerum:

Ὅνδ' ἄμα τίσα δόν, ὡτα ἡ ἀμφοδὸς τε κόνις.

id est,

Nō si tāta daret quot arenis litus abūdat: Ouidianæ hyperbolæ de immenso numero hæc sunt

Gargara quot segetes, quot habet Methymna racemos,

Æquore quot pisces, froude teguntur aucs,

Quot cælum stellas, tot habet tua Roma puellas.

Et alio loco.

Quot lepores in Atho, quot apes pascuntur in Hybla:

Cerula quot baccas Pallados arbor habet, Littore quot conchæ: tot sunt in amore dolores.

Aristoteles huiusmodi hyperbolas pueriles vocat, quod scilicet pueros & homines iracundos deceant, non graues viros.

Deorum dona sepe non dona.

CITANTVR ab Aristotele hi senarii:

Πολλοὶ δ' δάμοι κατ' ἐνοικον φέρων

Μεγάλα δ' ἴδωσιν ὀτυχηματα, ἵνα

Τὰς συμφορὰς λάβωσιν ἐπιφαντέρας, i.

Multos deus non beneuolenti pectore

Ad summa rerum protrahit fastigia,

Ut inde grauius postea miseri cadant.

Indicant summæ felicitatis plerumque comitem esse insignem calamitatem, nec temere esse, si quādo homines nimia rerum omnium prosperitate vrantur.

Bene Claudianus:

Tolluntur in altum

Ut casu grauiora ruant.

Ἀμπλαγρεῖν, φορορῆραφῆν.

ES T putare, vel in modum storeæ aut sporæ confluere. Inde, qui in angustias aliquas pelluntur, & in nāsam quandam inducuntur, prouerbialiter dicuntur φορορῆραφῆ-δω. Acsthynes.

Determinare fossam.

HOC est, Concludere aliquem intra circum, vel certum aliquod spatium, extra quod egredi non debeat: Sic vsus Tertulianus: Hanc tibi fossam determinauit ipse qui te non vult aliud credere, quā quod instituit, ideoque nec querere.

Oculis clausis agere vel perstringere.

DICUNTVR qui indistincte & nullo iudicio agūt. & minime cernētes quid facere oporteat. D. Augustinus: Quæ tandem vis, nisi cæcitas & vanitas animi cogit hominem clausis (ut dicitur) oculis tamquam in alterum iacere, quod cum in eum iecerit, continuo redeat.

Cera & ere nobilis.

CERA & ere nobilis dicitur cuius nomen & scriptis & statuis celebratum est. Romani maiorum egregia facta & litteris mandabant, & in foro statuis honorabant. In

cercis



cereis autem tabellis olim scribere solebāt & ex ære statuas formare.

*Hippodromica bona.*

**I**T A vocat Chrysoſtomus, bona huius mūdi, quæ mure celeris equi cito diſcurrunt, & tranſuolant.

*Sub tunica & ſinu.*

**Q**UOD occulte, non palā ſit, id hodie pro- uerbialiter dicitur ſibi ſub pallio. Tertul- lianus paullo elegantius exprimit: Sub tu- nica & ſinu.

*Sub pallio condere.*

**P**RÆCEDENTI aſimile, de eo quod clam & occulte adſeruat, non autem palam oſtenditur. Galenus.

*Εξ ακαθόν.*

**I**D. eſt: malum foras, eadem forma dicitur qua, *ἔξω βδελιγόν*, id eſt, Foras ſamem. Ter- tull. Vti licebit quoties deprecari malum aliquod aut infortunium volumus, vt etiā exclamare ſolemus: dii meli ora. Sic enim Græcorum *ὀφθαλμῶν* circumloqui. Cicero ſolet.

*Felix & fauſtum ſit lumen.*

**V**ARRO auctor eſt, Græcos cum lumen in- fertur. dicere ſolitos, *φῶς ἀγαθόν*, id eſt, fau- ſtum ſit lumen.

*Elige vitam optimam.*

**Εἰς βίαν τὸν ἀρῶν, ἢ δὴν γὰρ αὐτὸν ἢ σωθήσῃν ποίησεν.** id eſt, Elige vitam optimam, hanc enim iucundam reddet conſuetudo Pytha- goræ ſententia ad virtutem commonētis. Plutarchus.

*Cum aquila eſſe queas, inter gra- culos primas ne opæ.*

**C**ONVENIT cum ſuperiori Pythagoræ di- cto. Optima aut ſemp ſectanda ſunt, circa quæ deſicere landabilis eſt, quam in vilio- ribus ſuperare. Nazianzenus.

*Λύδιον φῦγμα.*

**Αἰθίον φῦγμα**, id eſt, Lydium pſegma, de re pretioſa, & auri plena dicit. Baſilius in ho- melia ad nepotē, eſt φῦγμα arena, ex qua aurum expurgatur, quæ apud Lydos co- pioſa eſt. Statius: Viue Midæ gazis, & Lydo ditior auro.

*Pythiæ Myſtaſcalta.*

**D**E theſauro maximo & diuitiis ampliſſi- mis.

*Hortus altera ſuccidia.*

**S**UCCIDIUM dicitur Lardum ſuillum, po- nitur hic pro carnario, cuius vicem hortus

implet: nam vt Plinius inquit, expedita res & parata ſemper neque egent igni qui hortos habent. Crudis enim cibus facile ve ſcuntur & coctū facilebus. Seneca.

*Ad ſolārium verſari.*

**D**ICITUR in adſentatores & paraſitos, & amicos illos ollare, qui curioſe ſolent vin- bam ſolarii obſeruarē & tempus cœnæ inde diſcere. Cicero.

*Suum me ſuffocet.*

**P**ARASITORVM & gnatonum proverbiū eſt, de his qui gula, luxui, & deliciis dediti ſunt, comode dici poterit, ſuaſ eos ſuf- focare. Chryſoſtomus.

*Da mihi hodiernum, tu ſume craſſimum.*

**H**O C eſt, fruar ego hac vita, tu futura. Di- ſtum, quod in ore habere ſolebant homi- nes voluptatibus addicti. Chryſoſtomus.

*Sal patriæ pluriſ faciendus eſt, quam hoſtium menſa.*

**D**ICTVM Aechiniis, quo ſignificatur, plus deberi patriæ & ciuitati, quam amicus aut vlli neceſſitati.

*Centū viri vnum pauperem ſpoliare non poſſunt.*

**P**AUPERſAS omni caret metu, intrepide vbiq; verſatur, nullos metuens ſures, nul- los latrones. vnde Horatius:

Cantabit vaeuus coram latrone viator. Maxima paupertas propugnacione deſen- ditur, quam nullus rex, nullus Imperator vincere poteſt. Chryſoſtomus.

*Qui honorat, ſeipſum honorat.*

**V**ULGO dicitur honorem non eſſe apud ho- noratum, ſed apud honorantē. Ariſtoteles.

*Expumicare.*

**P**RO, expurgare & expolire in vſu fuit. Vſus enim pumicis eſt in chartis lz uigan- dis & ſordibus detrahendis. Tertull. Simi- lia fere ſunt: exaſciare, edolare, interpola- re, colophonem imponere, ad vmbilicum ducere.

*Soudium generat ſudium, ignauia ignauiam.*

**V**BI ſemel bonum opus cœptum eſt, reſu- mendum eſt, donec habitum cōſequamur: quem vbi ſemel conſecuti fuerimus, non erit quod ipſum deſerere poterimus, cu- iuſque enim rei dulcedo cui adſueti ſu- mus trahit. Chryſoſt.

*Ne hoc quidem male.*

Οὐδ' ἄρα κακῶς, id est, Ne sic quidem male. Quo licet ubi ubi res licet præter spem aut initiatum, non infelicitè tamen accidèrit. Plutarchus commentario τῶν δὲ θυμίων. Originein habet à priuigno, q. cū aberrās a cane quem lapide petebat, percussisset no uercam, ἄδ' ἄρα κακῶς dixit.

*Ratio sapienti pro necessitate.*

PROVERBIALIS sententiā qua docetur, sapientem nihil metu adactum aut necessitate, sed consilio omnia facere. Plinius Iunior.

*Quod dubites, ne feceris.*

BENE (inquit Cicero) præcipiunt qui uentant quidquam agere, quod dubites equū ne sit an iniquum, æquitas enim luget per se, dubitatio autem cogitationem significat iniuriz.

*Nihil desperandum & nulli rei fidendum.*

NEMO desperet quod non habet, nemo cōfidat is, quæ habet.

Seneca in Thyeste:

Nemo confidat nimium secundis:

Nemo desperet meliora lapsis.

*Indigentia mater famitatis.*

A medicis sumptum, qui parsimoniam & ciborum parcitatem commendant. Chrysofomus ad animam trahit, qui non corpora ieiunio solum roborari, sed & animā à uitiis expurgari docet.

*Domus militiae q̄s.*

PRO quo Gizei dicunt ἐν εἰρήνῃ καὶ πολέμῳ, id est, In pace & bello, de eo dicitur qui & semper & nusquam non uilem seipsum præbet. Aeschines.

*Eodem ingo uergeri.*

PRO eadem necessitate dicitur, sumpta metaphora a iumentis iugalibus. Tertull. p. test etiam dici tamquam in eodem periculo uersari, ut in eodem luto hæcere, in eadem nauis esse.

*Mulum de asino pingere.*

DICI potest quando exemplar & res efficta non mulcum inter se distant: uel quando ineptiæ ineptiis repræsentantur, uel mendacitudo mendaciis astruuntur. Magna similitudo inter asinum & mulū est. Tertullianus.

*Repenie samquam procella.*

Hoc utimur, cum significare uolumus, aliquid subito euenisse: ἄρ' ἐπι τῆτο τῷ κακῶ ἔτυπε ἑξάφνης ἐν τῆς ἰσχυρίας ἄνωγε πτόνῃ.

ἐξάφνης, Id est, Deinde subito rhetor illo tempore ex tranquillitate, ceu procella uenti ap paruit. Demosthenes.

*Ultra pedem.*

Υπὲρ τὸν πῶδα. Ultra pedem, id est, Ultra uulgarem modum & uiuendi consuetudinem. De sumptuosio dicitur.

*Sufflaminare.*

VSUS est Hieronym. pro cohibere, compescere & retardare: nam sufflamen retinaculum est quo una rotarum religatur, ne currus, in præceps ruat si quando uia est prior. Vnde Iunialis:

Ipse rotam stringit, multo sufflamine cōsul.

*Tempore pacis cogitandum de bello.*

Εἰ εἰρήνη μελετῶν τὰ πολεμικά. Admonet pro uerbum in tempore de necessariis prospiciendum esse, Lucianus.

*Panis prior prora.*

Πῆς τὸ ἐν εἰρήνῃ πρῶτος τὸ φορέσθαι, Id est, coitfectio panis prior est ipsa prora. Vt licbit tum cum persuadere uolumus, ut id quod maxime necessarium est, anteponatur et quod minus: tum ut ordine res que priam agatur. In hunc sensum tamquam adagio uisus est eo Demades rhetor, cum Athenienses iuberent tritremes e na ualibus producere, easque milite complere, deficientibus interim pecuniis bellorum neruis. Lepos dicti in hoc situs est, quod licet prora anterior & prior pars nauis sit, tamen aliud prius est expediendum in bello nauali, ut scilicet de victu & comæatu prospiciatur. Plutarchus.

*Mithrii pœnas sustinere.*

ΜΙΤΗΡΗΙ pœnas sustinere, pro grauissimas pœnas suffere dicitur. Nazianzenus.

*Pharus.*

ELEGANTER usurpatur hæc dictio Pharus à Tertulliano, eo modo, quo à poetis Arx, arx, portus, anchora, & similia. Fuit Pharus alissima Aegypti turris, quæ nocturnis ignibus naues ad portum dirigebat.

*Intra quatuor esse.*

Εὐτὸς τῶν τετράρων εἶναι. Pro eo quod est, intra ianuam esse, in ædibus, uel in tuto, familiaris loquendi modus apud Græcos. Iul. Pollux. Simili schemate etiam dicitur, Intra quadrangulum esse, pro eo, quod intra propriam domum, uel in tuto.

*In portu dormire.*

**Εν λιμένι καθύπνισιν.** Hoc est in tuto & extra omne periculum esse, & tranquillè agere vitam: Chrysolom.

*Ager quàm multos habuisti, & quàm multos habiturus es dominos.*

**CIΤΑΤΥΡ** à Chrysolomo ex his, quæ vulgo dicuntur: quod & ad domos, pecunias, vestes, ornamenta, & terrena omnia rectissime medici potest: indicat quæ huius seculi sunt relinquenda esse solam vero virtutem & recte factorum conscientiam nobiscum ad supercelestem illam vitâ commigrare.

*Manuarium æs.*

**ΜΑΝΥΑΡΙΥΜ** æs, videtur vocare Gellius illud, quod in commune confertis, qui in certaminibus lusibusque factus est inferior,

*Briarei manus iniicere.*

**HOC** est, Furaces et violentas. Hinc qui iniustam opulentiam colligunt, & facultatibus præda & rapinis partis ditantur, dici possunt Briarei manus iniicere. Briareus gigas fuit, cui centum brachia & manus fuisse dicuntur, sequissimus & immanis pyrata. Nazianzen.

*Fluvij cursus non detorquendus.*

**SENTIT** proverbium, naturæ non debere fieri vim, sed ad quod unumquoque natum est, eo adhibendum.

*Κωμωδότης χαλκωδία.*

**COMODOTRAGODIA**, res dicitur ex lætis simul & tristibus constans. Haud illepide sic appellatur vita humana. quæ nunc pro speris, nunc aduersis rebus vititur. Item & matrimonium. Phorphyrius.

*Paucâ male parata, multa bene comparata perdunt.*

**MULTVM** adinis hæc Chrysolomi sententia Plautinz est:

*Male partum male disperit.*

*Ad oculos magis, quàm ad vesicam pertinet.*

**DE** redicitur, quæ voluptatem magis & oblectationem, quàm lucrum creat. Vesica ponitur pro pecuniarum receptaculo: nam porcinæ & bubulæ vesicæ in eû vsum à veteribus haberi solebant. Varrò.

*Eos in lingua.*

**POLLVCIS** sententiam apud Homerum: *χρότια χαλκεία*, &c. docentis fuisse commutationem rerum citra nummos, & sic

permutationem, non venditionem comprobatur Paullus iureconsultus libro. Pandect. 18. tit. de contrahenda emptione. Plutarchus scribit Thesum nota bouis nummum signasse, ex quo hoc proverbum, de iis qui corrupti pecunia tacerent, ut Demosthenes, cum dictus est argentaginam patri addam illud Philost. in Scopel. *Βωὸν ἀφωρίας ἐπι γλώττιον βιβλιμείον*.

*Conscientia crimen prodit.*

**CONSCIENTIA** nihil aliud est, quam secretum, & quod falli non potest facti nostri iudicium, & mille testes, ut dici solet. Nam sua quemque fraus, & suus terror maxime vexat, suum quemque scelus agitat, amentiaque afficit, suæ malæ cogitationes, conscientiaque animi terrent. Cicer. pro Sexto Ros. Ame. Paullus Pandect. lib. 40. tit. 9. qui & a quibus manumissi liberi: & imperator Antoninus Calpurnio Critoni rescripsit, eo tempore quo quis propter facinorum suorum cogitationem iam de pena sua certus esse poterat, multo plus conscientia delictorum, quam damnatione ius dandæ libertatis eum amisisset. Post sub finem; conscientia animam verberat.

*Patere legem, quam ipse tulisti.*

**PAVLLVS** lib. Pandect. 32. tit. de legatis & fideco. cap. 32. ad hoc vulgo iactatum proverbium adluisse videtur. Decet enim imperatoris maiestati, eas servare leges, quibus ipse solutus esse videtur. Vnde Claudianus: In commune iubes, si quid censetur tenendum primus iussa tibi: tunc obsequantior æqui sit populis. nec ferre vetas cum viderit ipsum auctorem parere tibi.

*Tonderi pecus, non radi debet.*

**IN** principes grauiora consuetis vici galia imperantes. Tiberius Aemilio rasto Aegypti prætori rescripsit: Tonderi pecus se velle non radi. Cuius dictum istud recenset ita Dion: *κέρισμαίς τε πρόβατα, ἀλλ' ἔκ ἀποβρίσμαίς βέλομαι*, nimirum humaniter, haud mancipiorum modo tractandos provinciales innuens. Sunt enim qui rem exactius, quàm sat est, ac morosius excutunt, & ad vinam cutem refecant, quod alio proverbio ad vinum vsque radere dicitur. ut & Boni. past. est tondere pecus nõ deglubere.

*Tem-*

*Temporibus seruire decet.*

**LVCANVS** ad Calphurnium Pisonem:  
Temporibus seruire decet, qui tempora

certis  
Ponderibus pensauit, cum si bella voca-

bunt,  
Miles erit: si pax, positis toga gestiet ar-

mis.  
Hunc fore pacatum, bellantem castra de-

cebunt.  
Cicero libro de finibus tertio commemo-  
rat inter præcepta veterum sapiētum, quæ  
constat prouerbiorum vice celebrata: Quæ  
que sunt, inquit, vetera præcepta sapientū  
qui iubēt tempori parere, & sequi Deum,  
& se noscere, & nihil nimis. Pro parere,  
sunt qui parere legunt. Ad finia sunt, Ser-  
uire scēz. & Vti foro.

*Pygmæi vel Tiodamas cum Hercule.*

**AMMIANVS** lib. 22. ubi Iuliani imperato-  
ris animi inuictam constantiam & susur-  
renum contemptricem laudat, prouerbia-  
li schemate illud extulit: Frustra virum cir-  
cumlatrabant immobilem occultis iniu-  
riis, ut Pygmæi vel Tiodamas aggressis ho-  
mo Lindius cum Hercule. Innuit enim  
Iulianum nihilo magis commotum fuisse  
blateronum aulicorū iuriis dieteriisq̄  
quam Hercules Pygmæorum adfultibus ex-  
territus fuerit, immo ea ipsa contempsisse  
risiſſeq̄ velut Thiodamnatis Lindii pro-  
bra conuiciaq̄: aultus neglexit Hercu-  
les. Ad illud de Pygmæis adlusit Alciatus  
inrisconsultus in Emblemate quodam, in  
eos, qui maiora viribus aggrediuntur, suæ  
imbecillitatis non conosci, quod hunc in  
modum habet:

Dum dormit, dulci recreat dum corpora  
somno

Sub picea, & clauam ceteraq̄: arma tenet.

Aleide Pygmæa manus prostertere letho:

Posse putat, vireis non bene docta suas:

Excitus ipse, velut pulices sic proterit  
hostem,

Et seui implicitum pelle leonis agit.

De Thiodamante hæc est fabula: Cum in-  
Thiodamantem Lindium terram aratro  
proscindentem ex improviso incidisset fa-  
melicus Hercules, alterū ex iugobouum iu-  
gular illo præſente & deuorat, quam ille in  
iuriam maledictis fuit aggressus: At iste il-  
lum sibi amarissime conuiciantem cum ri-

su & cachinis audiit. Sunt qui Herculem  
bis integrum deuorasse bouem scribunt,  
semel apud Lindum urbem, & iterū apud  
Driopas Thiodamantis bouem.

*Amor fit ira iucundior.*

**ISTVD** præterquam quod vsu verum esse  
intelligitur, testimonio etiam atque aucto-  
ritate Plutarchi confirmatur, in commen-  
tario, quem *ἔρωτικων* vocauit: Quæadmodū  
enim, inquit, cum e nubibus exit sol, ac  
post caliginem denique seruentior est: ita  
amor cum intercessit ira aut suspicio, pace  
facta, reconciliatisq̄; animis iucundior est  
atque acrior. Plautus præterea simulatum  
Amphitritioni Iouem idem induxit loquē-  
tem: verum ire, si quæ forte conueniūt huius-  
modi, inter eos, rursum si reuentum in gra-  
tiam est, Bis tanto amici sunt inter se quā  
prius. Hinc Terentius in Andria: Aman-  
tium iræ, amoris integratio est.

*Voluptas malorum esca.*

**VOX** Platonis grauis in *Τίμειο*, *πρῶτον μὲν  
ὁ δῖόν μιν εἶπον καὶ δῖλκας*. A Cicero in  
libello de Senectute, ita expressa: Diuinus (in-  
quit) Plato escā malorū voluptatē appella-  
uit, quod ea videlicet homines capiuntur  
ut hamo pisces. Sed a Plauto in mercator e  
in Latinum prius versa: Demipho, Sapien-  
tium illud dictum, te audisse reor sapius,  
voluptas est malorum esca, quod ea nō m-  
nus homines, quā hamo capiuntur pisces.

*Cæna sine sanguine.*

**DIPHILVS** comicus, cœnā sine sanguine  
vocauit, quam Plautus tereſtrem appella-  
uit. Ambo autem tenuem pauperemq̄ue  
hoc est, vilibus dapibus instructā mensam  
intellerunt, ille ob quam ornandam nul-  
la cæle forent animantes, hic ob olera. Car-  
men autem ipsum Diphili ex Atheniensi sex-  
to libro *Dipnosophistarum* hic apponā:

Ὅταν μὲ καλέσῃ πλάσιον, δῖα πῶν ποιῶν,

Ὅν κατανοῶ τρήγλυφ' ἔδῃ τὰς σῖγας,

Ὅδῃ δοκιμάζω τὰς κορινθίους καὶ δῖας.

Ατίνης δὲ τῆρῶ τῆς μαγείρης τὸν κάπνον.

Κάν μὲν σφοδρὸς φρεσῶμεν, εἰς ἑρόδον τρέχῃ.

Γέγνηκε. ἢ χαιρῶ, ἢ πτίρυσσόμεαι.

Ἐάν δὲ πλάγῃς, καὶ λεπτὸς δῖεὺς τοῦ.

Ὅτι τὸ δὲ μοι τὸ δῖα πῶν, ἀλλ' ἔδῃ σὺ μ' ἔφα.

Inducitur autem parafitus ab elegantī fa-  
cetoq̄ue poeta ita loquens:

*Pisces magni parrulos comedunt.*

Id apud Græcos & maiores nostros in usu fuit, & adhuc hodie vulgo nos usurpamus cum de iniuriis opulentorum quætimur, significamusque nouum non esse, quod tenuiores exuantur patrimonio a potentioribus. sumptum ab animante immani, ac que expertem omnis humanitatis. M. Varro in Menippeis libro quem Margopolim siue *πρωί ἀρχής* inscripsit, apud Nonium: Natura humanis omnia sunt paria, qui pote plus vrget, pisces vt læpe minutos magnus comest, vt aues enecat accipiter. Polybins 15. lib. historiarum: *ἄδ' ἐν κελάρει οἱ τυράννοι, βραχέων δὲ τινα προβαλλόμενοι τ' αἰχμῶν πρόσφατιν, ἀλλ' ἔστ' ἀνώθην ἢ θηρία θῶς ἕτως, ὡς τε προσόφλεν τὸν λεγόμενον τῶν ἐχθρῶν βίαν, ἐν οἷς φασὶν ὁμοφύλοις ἕσσι τῶ τῶ μῶσι* & *ἀπώλεον παμίλοιο τροφήν γίνεσθαι καὶ βίον*, id est, Nec faciunt (inquit) hoc more tyrannico, sed modicum aliquem dede coris pretextum præmittunt, & confestim impudenter ac ferociter sic agunt, vt atrocitas ipsorum, vitæ piscium conuorsari possit: de quibus fertur, quod cum eiusdem generis sint, nihilo tamen minus minorum perditio, maiorum sit cibus & vita.

*Gutta cauat lapidem.*

Hoc Quidiano hemistichio ex quarto libro de Ouidio vtitur, quoties temporum diuturnitate omnia absumi significamus: Gutta cauat lapidem, consumitur annulus vsu,

Et teritur præssa vomer aduncus humo.

Chrzilus: *Πέτρων κλάσει θανὸς ὄκτος ἐν δειλεσίῃ.*

Hunc versum citat Simplicius in commentatio suo in octauum librum Naturalis auctusculatioris, quem his verbis Lucretius protulit:

Nonne vides etiam guttas in saxa cadentes

Humoris, longo in spatio pertundere saxa?

*Pro incerta spe, certa præmia.*

SALLUSTIUS in Coniuratione Catilinae; de Allobrogibus loquens, diuersa consilia animo volentibus, inquit enim Pro incerta spe, certa præmia. Animaduertendū præterea cum eum idē de bello Iugurtae narrat ita: Metellum regi Boccho suauisse, quam

quā opibus suis confideret, tamē non debere certa pro incertis mutare, respexerit (vt puto) ad sententiam versus Hesiodi, valde celebratam, inquit enim sapiēs ille poeta:

*Νηπιός, ὃς τὰ ἴτοιμα λιπῶν, ἀέτιοιμα δ' ἰώκει.* hoc est,

Stultus, qui parata relinquit, & imparata persequitur.

Theocritus in Cyclope: *τῷ πρὶ ἔσσαν ἀμαλγῆτι τὸν φθύγοντα δ' αἰκίς* Mulge præsentē, quid enim fugientem læstatis? Vbi scholiastes Hesiodi versum citauit. Hoc age igitur, quod præsens: quodq; præ manu est, et in id tibi mens intenta sit: de eo cogita, nō interea inanes cupiditates & vana somnia sequaris. Plautus autem apertius illā vertit, cum Pseudolum, callidum seruum, secum philosophantem induxit, in aliisq; multis dicentem; Stulti haud simus, frustra vt simus, quam quod cupienter dari, petimus nobis, quasi quid in rem sit, possimus noscere. Certa amittimus, dum incerta petimus, atq; hoc euenit, in labore atq; in dolore, vt mors obrepit interim. Hoc autem prouerbio monemur, vt præsentibus commodis fruamur, & absentium cupiditate nos nō excruciemus. Iuxta hoc Philemonis comici, *ἔαν δ' οἷς ἔχομεν, τοῖς γέ μὲν ἔχρωμετα.* Eundem habet sensum quod alibi nobis dictum est: Præstat possidere, quā persequi.

*Cana terrefrigit.*

*Ἀδ' ἔχ' ἔχομεν ζητήσιν, ὡν κλί δ' ἄε τυχερῶν, ὡν δὲ αὐτῶν ἐσόμεθ' ἐστρεφόμενοι.*

Si præsentibus non vtitur.

Absentia quærimus: his quidem nostra culpa,

Illis vero per fortunam priuabimur.

Narrat enim se dissentire ab ingenio multorum, qui cū vocati sunt ad cenā a deuite aliquo, fortunatoq; homine statim domū introeuntes laudat triglyphata, recta laqueata, corynthiaq; vasa, coniectis in huiusmodi ornamenta ædium oculis: se namq; his rebus spreto, intentis oculis respicere sumum culinæ, quod si ille impetu quodā directo latus sit, se gaudere, ac præ gaudio exultare. Contra autē si obliquus ac tenuis ilico cognoscere cenā, quod ei vehementer dolebat, sanguinem non habituram. A signo igitur ille iudicat se male acceptū iri: neque enim huiusmodi cena ipsum delectabat. Plautinus contra senex in Capriuis, para-

parasiticum ludit, ostendens se huiuscemodi cenam ei daturum: Asper mens vinctus sana est, cui ille: Sērisne escitas? Sequitur: Aegio. Terrestris cena est. Par. sus terrestris bestia est. Aeg. multis oleribus. Par. curato xgrotos domi. Nihil autem inimicitius esse oleribus parasito, & hic declarauit, & apud eundem Græcum comicum in Mercatore, quidam qui accusat alium & pisces & caues, & omnes demum delicatiores escas coementit. Inquit enim sumptibus & voracitate illius fieri, vt & ipse, et vniuersa ciuitas necessario ad olera redigatur, ac pugnet sæpe, contendantque inter se de apiis, vt in Isthaniis fieri solebat: quorum certaminū corona victoriæ præmium erat ex apio. Nam iocatus in hoc lepide est. Inquit: ἢ κείνι ὕχνηρον ὑπόσθ μετακλαβείν. Σωφικῶς ἤμῶν εἰς τὰ λαχλακῶν πολῶν. Περὶ τῶν σιλίων μακρότερόν ὄπισθε ἰδύμιοσ.

#### Massilienses mores.

PLAUTVS in Casina Massilienses mores, quos micris laudibus Strabo & Cit. in oratione pro L. Flacco efferunt. tamquam optimos & probatissimos dixit: Vbi, inquit, tu es qui colere mores Massilienses postulas? Massilianam enim peregrinationem pro Attica disciplinæ gratia suscipiebant Romani.

#### Ο τρέσας ἢ ἰκείται.

GRÆCO hoc prouerbio vsus est Suetonius in vita Claudii, quo suboscure significare voluit se remedium illi malo, quod ei fecisset, inuenturum, sublaturumque; Nerone, quo stulto consilio, imperium vt res postea docuit, Britanico eripuisset, Sue tonii verba hæc sunt. Et subinde obuium sibi Britannicum arctius complexus, hortatus est, vt cresceret, rationemque; a se omnium factorum acciperet. Græca in super voce profequuntur. τρέσας καὶ ἰκείται, hoc est, etiam læsus sanatur, vel a nullo sanari potest vulnus, nisi ab eo qui infixit. Prouerbum autem hoc ab Achille ortum est, qui eadem hasta, qua Telephum vulnerauit, ipsum postea sanauit. Ciebius vero id est apud veteres auctores. Plutarchus in commentario, quem inferi pit τρέσας ἀκεία, de morsu quodam, qui in animis ingeniorum adolescentium a philosophia excita tur, loquens dicensque posse illum a ratio-

ne ipsa, quæ ipsam infixit sanari, non minus ac plagam illam Teleph. manifeste ad hoc prouerbium respexit, cum etiam verbis ipsis vsus sit, quamuis verum eui Euri- pidi addat, quo Poeta ille eandem rem tragice commemorarit. Verba Plutarchi hæc sunt: εἰ μὴ μόνον ἄς ὑπερίδης φησι, το τολίφης τρέσας περισσοῖσι λόγχης εἰλίγεται ξινήμασιν, ἀλλὰ ἢ τὸν ἐκ φιλοσοφίας ἐμυθόμενον βυφνίσι εἰσὶς δηγμῶν αὐτός ο τρέσας λδγῶται hoc est: Neque vero, vt auctor est Euripides, solum Telephi vulnus ab eadem hasta, quæ illud infixerat, sanatum existit, sed etiam ingeniosi adolescentis, qui in philosophia probe est institutus, acceptus morsus eadem oratione vnde illatus est, emendari potest.

#### Tonitrus imbrem antecedit.

Hoc est post minas verbera, ductum verbū a lepida voce sapientissimi viri, qui absurdos asperosque mores vxoris patienter admodum tulit, quæ cum ipsi antea maledixisset, postea autem aquam in eum effudit, Nonne inquit ille amicis, hoc futurum dixeram: ὅτι ξαντίπην βροτῶσα ἢ ὕδωρ ποίσει. Vix enim Latine hoc pronuciari posse puto, vt maneat, in ea lepos elegantiaque, quæ in ea his verbis pronuciata percipitur.

Nam tonitrus imbrem antecedere certum est.

#### Campas dictis abigi.

CAMPAS dictis abigi, Plautus in Trinummio pouerbialiter dixisse videtur de iis, qui verba non curant, sed rem ipsam. Solent enim Campæ quibusdam carminibus extingui. M. Catoni sunt vermiculi æstatis tempore olera & arbores infestantes, nos brucas appellamus.

#### Dignus qui rani minister.

Nos vulgo verbum hoc sæpe vsurpamus, atque quoties vini ministratores reprehēdimus, quod nimium aquæ ingerunt, ac vini ipsius vim penitus perdunt: Pherecrates apud Athenensum lib. 10 δ' αἰπισσοφισῶν: ἐξ ἑ ἐς κοράκας, βατράχοις οἰοχῶν σι δ' ἔν.

#### Fumus pulcherrimem persequitur.

Hoc prouerbium non recens est, sed multis seculis & apud diuersas gentes celebratum est ac viguit, quo fertur, fumum natu- ra sua formosorem totius domus sectari,

Aristoph. apud Athenæum libro. sexto. *δ'επινοσοφιστων*: ubi parasit us in formosis tē- tandis, cum se reliquos superare dicere vel- let, inquit in illis se sumum esse: *ὑπομίθεσ πλῆγας, ἀκμῶν, καὶ κοινύλας. πλάττει δὲ τιλα μῶν, τῆς καλῆς περῆν, καπιός.*

*Crispiores apio.*

APVD epigrammaticos extat prouerbiali schemate dictū illud: *ἄλλοτερον σιλίων, apio magis crispum Quo spectat illud Aristote- leum in Rhetorices tertio: σελιωῦθλα τὰ σκέλη φορῆ, apium crispum habet crura. Et Lucianus in Amoris: πολὺ τῶν ἐν λαμῶνι ἄλλοτερον σιλίων, multo crispiores pratensis apio.*

*Hylam vocare.*

IΥΧΤΑ Cium Mysium fluuium, cui ciuitas adiacet: item Cius dicta, a nymphis raptus fuit Hylas ab Hercule adamat, quem in genti vociferatione vocans Hercules nihil profecit. Vnde prouerbii manauit, de vo- cantibus non audientes, Hylam vocare. Vi de Theocritum Eidyllio 13. quod Hylas inscribitur. Erudite descripsit eandem fa- bulam Apollonius Rhodius in fine primi libri Argonauticorum, qui sic ait: Hercu- lem, cum regionem Driopum accolarum Parnassi tranisset, voluisse eripere bouē ad sacrificium Theiodamanti Driopi, quod cum ille prohiberet, ab Hercule interfectū & regionem disreptam. Atque Hylam in- fantem adhuc Theiodamantis filium ē cu- nis abreptū, in familia Herculis educatū, & ab Hercule adamat, edoctum, ac tan- dem, cum aquā peteret, raptū à nymphis.

*Αιγρῶς ἀν' ἐσπερῆ. Pigris semper esse festum.*

OLIM valde potentes fuere Tarentini, sed deliciae eos perdidit, quia plures apud eos facti dies per annum quam alii celebrā- tur, institutis propter ocium ac delicias cō- tinuis feriis, vnde & vulgari prouerbio fertur: Pigris temper esse festum. Hoc vsus est Theocritus in Bucolicis. notatum est supra: ignaui semper ferat.

*Caracalle nummi.*

CONVENIT in eos, qui aliud præ se ferunt, aliud tegunt, quiq̄e fūco corrupti sunt & pallent, in blandos vultu, sed animo viru- lento, Dion autem narrat Antonium Ca-

racallam in vsu habuisse nummos adulte- rinos. plumbumque argentum, & xs in- auratum, pro argento vel auro suis sena- toribus dedisse. Hinc natum est prouer- bium.

*Fabula Milesia.*

FABVLAE Milesie prouerbio dicuntur ser- mones nec veri, nec verisimiles, nec in ali- quem vitę vsum parati & congruentes: sed tantum ad voluptatem & extrahendū tempus, vel in conuiuio, vel in coetibus vi- rorum ac feminarum, qualia sunt etiam amatoriz omnia. Ideoque Lucianus ser- mones amatorios vocat Milesios, & Capel- la quaedam poetarum fabulas, Scripsit inq̄- minatum de Milesis Aristides libros ali- quot *μικροτακῶν*, & Apuleus asinum, ex Lu- ciani asino desumptum & concinnatum. Eiusmodi narrat vetulæ pueris ad focum, ne plorēt, aut molesti sint. Milesia à Mile- to Ioniz, quæ de luxu & deliciis malè au- diuit, dicuntur.

*Iyngem habere.*

VSVS apud Græcos obtinuit, vt hi iyngem habere dicantur, qui velut prestigis qui- busdam homines ad se amandū, prouocāt. Iyng enim auricula est oblongo collo & lin- gua, crebrò collum circumagitans, ea vene- sic ad exantationes vtuntur, vt inquit. Pindari interpret in Nemis. Latine totu- cam nominare possumus à torquendo col- lo. Quidam putant e. m. esse, quæ alio no- mine vocatur *σπειροπυγίς*, Latini motacillā vocantur. Iyngē verò trahi etiam prouer- biali figura dicitur à Theocrito eidyllio 2. versus qui repetitur.

*Ἐκ πίνακος καὶ πιλάως.*

PROVERBIUM de re commentitia, quoniā in porticibus & tabulis depingi fabulę so- lebant. Plutarchus in libello de particula ei inscripta foribus Delphici templi. Cete- rum ista, inquit, prorsus ex porticu & ta- bula.

*Mel satietatem gignit.*

DIONYSIVS Halicarnasæus in compara- tione Herodoti, & Thucydidis: Satietas enim gignit, ait Pindar, & mel, & dulces res venerez. Iam verò illud in animo repu- tati quā suavis & iucunda res sit in histo- ria, scriptiōnis varietas & immutatio. Lau- rentius

rentius Hunfredus de Nobilitate libro ter-  
tio. Sed quicquid nimium est, ingratum  
& iniucundum est, eiusque omnis in fruendo  
suauitas amittitur. Theocritus in Mega-  
ra: καὶ ὑψοσύνης κέρδι εἶσι id est, & lætitiæ  
fatieta est.

Ἐν τετραδίο γυνθία.

QUARTA Luna natos prouerbiali schema  
te dicimus, quibus sinistra parumque au-  
spicata rerum omnium sunt initia. Quod  
ipsum non tam ad diem quartum, quam  
ad postremum lune quadestem refero. In  
ter alia in vita Aristophanis legitur: Διο καὶ  
Ἰσκαπτὸ ἀριστῶν μῦθος, τε ἢ ἀμειψίας τετραδίο  
λέγοντες, αὐτὸν γιγνόμεναι, κατὰ τὴν περιμίαν  
ὡς ἄλλοις ποιήντα, τὰ μετὰ πρῶτα γὰρ διὰ  
καλλιστέρας καὶ φιλονόδων καθεῖσι δράματα. id  
est, quæ ipsum exagitarunt, seu contem-  
pserunt Aristonimus & Amipsias dicen-  
tes, quarta luna (quod aiunt) natum: quod  
aliis laboraret. nã primas fabulas per Cal-  
listratum & Philonidem exhibuit.

*Aurum ex stercore colligendum.*

HOC utimur quotiescunq; significare vo-  
lumus id, quod Plinius iam olim dictita-  
bat, nullum librum tam malum esse, quin  
parte aliqua prodesse queat. Rectè etiam  
olim dictum esse puto, non quis, sed quid  
dicatur, considerandum. Modestè enim est,  
quod alicuius seculi cõmune linguæ fuit  
vitium, dissimulare. Nec enim video autũ  
minori esse in pretio quod in vase fictili  
hoc, illud in splendida arca custodiatur.  
Nonne gallus Aescopius dum vertit ster-  
corarium, nitidam gemmam reperit?

*Lydia arena.*

Αὐδῖον Ἰγγμα, speciem habet prouerbii, quæ  
admodum illa: Lydius currus, Lydius la-  
pis Apparet autem id de re nõ vili aut con-  
temnenda dici, cum & multum auti in Ly-  
dian prouenire receptum sit, vt est apud Lu-  
cianum in dialogo, qui inscribitur Contẽ-  
plantes. Hoc vsus est Batilius ad nepotes:  
Et ex Lydia harena fit aurum.

*Aquæ sursum dulciores sunt.*

EXTAT inter Hebræorum prouerbia non  
dissimile senatio Græco: λυκτικὸ ἵπωμα φύ-  
λακον ἐκλελοιπὸν, id est, dulce pomum,  
cum abest custos. His utemur, cum signifi-

cabimus impunitate malos ad peccandum  
prouocari.

*Mense Sicule, Asiæ, Persicæ, & Italianæ.*

PRAELAVTAE & oppiparæ dicebatur. Pla-  
to Politicoium libro tertio: συμφρασίαν δὲ  
ὠφίλει τρεπίλαιον. καὶ σικελικὴν ποικιλίαν. id  
est, Syraculanam amicè mensam, & Si-  
culam in obsonii varietatem, non videris ap-  
probare. Idem in quadam epistola ad Dio-  
nis propinquos: ἰταλιωτικὴν τε καὶ συμφρα-  
σίαν τρεπίλαιον πλεονεξίας. Lucianus in dialogo  
Simili ac Polystrati, ἢ τρεπίλαιον, inquit,  
ὑπὲρ τὰς ἰσικελίας. ac mensæ Siculis lau-  
tiores. Docet hoc libro duodecimo copio-  
sè Athenæus. Persicis & Asiæ delicias ni-  
hil olim inquinatus nec mollius: de quo-  
rum delictis in animos hominum impres-  
sa opinione, perpetuò inualuit. Macro-  
bius libro Saturna. septimo: modum eum  
seruat, qui vili potens est, & in mensa Sicu-  
la vel Asiæ.

*Dardaniæ artes.*

DARDANIÆ artes, pro magicis vsurpauit  
Columella lib. 10. Veniant (inquit) Darda-  
niæ artes. Dictæ autem sunt à Dardano in  
signi (vt tradunt) magno cuius commenta-  
riis diligenter perlectis, longè doctissimus  
euasisse Democritus memoratur. Consulte  
Plinium li. 30. c. 1. Apuleius, vel ipse Dar-  
danus, vel quicumque alius post Zoroastrè,  
Euseb. lib. Ἰσχυρῶν προφητῶν. 3. ὅτι ὁ δὲ  
δωκεῖ, ἢ μὲν βίῳν καταδιδάξας, τὰ μυστήρια.

*Neptuni, siue Maris filij.*

SCRIBIT Gellius in 15. cap. 21. ferocissimos  
& immanes, & alienos ab omni humanita-  
te tãquam in mari genitos, Neptuni filios  
dicere poetas consueuisse. Apud Plutarchũ  
autem in Dialogo: Sitne rationis vis in be-  
stis. In marinis (inquit Aristotimus) nul-  
lum esse gratiz sensum, amorè nullũ nec  
ingenti suauitatem: rectèque Homerus ait,  
Glaucũ te genuit de immãsucto, & omnis  
societatis expertè dixit quòd beneuolum  
mitèque: nil mare gignat.

*Omnia omnibus annuis.*

DICITUR in valde senes, in quibus calorũ  
naturalis inopia imbecillitatem, imbecil-  
litas tremorem efficit, ita vt caput perpe-  
tuò moritantes, oĩ. omnibus annuere vide-  
antur. Catullus in nuptiis Iulicæ & Manlii.



Vtque dum tremulum mouens cana tem-  
pus auilitas  
Omnia omnibus annuit.

*Nec mulieri, nec gremio credendum.*

**N**ec mulieri, nec gremio credi oportere,  
prouerbum est, quod & illa inuerti, & leuis  
animi est, & plerunq; in gremio posita, cū  
in obliuionem uenerint exurgentium, de-  
cidunt. Festus.

*Plaustrum perculit.*

**P**ROVERBIUM rusticum, quo plaustrum  
perculisse dicuntur, qui negotium aliquod  
euerterunt ac perturbarunt. Meminit Do-  
natus in Eunuchum, ubi ait seruus: Percu-  
leris tu iam me, id est, impellendo pertur-  
baueris. Et eo vsus est Plautus in Epidico:  
perii, plaustrū perculi: id est, eueri ac per-  
turbaui rē falsa emptione. Percellerere enim  
est euertere, & ad terram deicere.

*Telum ira facit.*

**I**DEM ibidem. Telum ira facit. Huic confi-  
ne est eiusdem: Furor arma ministrat. Cui  
non dissimile est apud Basilium ad nepo-  
tes suos: τὴν ἡθελωσάντα γὰρ ἔπις δὲ τὸν ἀπὸ λῶς  
λιγίστην, ἐπὶ ἑχθρῶς θυμὸς ὁ πλῆζει γέρε. Trage  
dix enim nequaquam est credendum dicē-  
ti, inimicitias armabit ira manus. Plaut. in  
Merc. Perii, seditionem facit lien, occupat  
præcordia Virgil. 10. Aeneid.

Spes addita suscitatur iras,  
Tela manu iaciunt.

*Aufidus Hadriam retrō fugis.*

**VIRGILIUS II.** Aeneidos:

Amnis & Hadriacas retrofugit Aufidus  
vndas.

**V**bi Seruius admonet subesse prouerbum  
de re neque uerisimili, neq; consistente. Ad  
Iusum est ad paræmiam: Sursum uersus sa-  
crorum fluminum feruntur fontes. Cū  
præposte rē hoc fieri uelit significare. Aufi-  
dus amnis oritur ex montibus Hirpinis, &  
Canusium præterfluit.

*Lapides ad filium.*

**V**IRPAVIT Basilium ad nepotes cap. 6. cū  
iuberet ab honestarum artium præscriptum  
mores & studia nostra applicari & corrigi  
perinde quasi lapides iuxta Doricam pro-  
uerbium, ad filium, uel lesbiam regulam di-

rigentes, κατὰ inquit τῶν δαιμονίων προσημίων,  
τοῖς λίθοις ποτὶ τὸν πατέρα ἀγοντας, Exstat  
trochaicus apud Plutarchum in libro de  
Profectu eius sententiæ πρὸς ἑαδμῆν πέτρον  
τῆς Ἰουδαίας, μὲντι πρὸς πατέρα ἑαδμῆν, id est, la-  
pis amussis est, applicandus, non amussis ad  
petram.

*Pythie Mysii talenta.*

**P**ROVERBIUM speciem habere uidetur, & illi  
confine esse Tantalii talenta: Cuius opes di-  
citur enim utrunq; de immensis opibus.  
Diuus Basilium ad nepotes capite decimo  
quinto. τὰ πυθίξ τῆς μυσῆς, &c. At nobis ni-  
si Pythæ Mysii talenta, &c.

*Rore pasciunt.*

**S**I hoc referamus ad prouerbum, transfer-  
tur ad ingenium, siue stylum iciumum &  
aridum, aut per ironiam in hominem ue-  
hementer obeso corpore. Theocritus in  
Nomeo Batto: μὴ πρὸς σπιρίζιται ὄσπρις ὁ  
τέπιξ. Nūquid rorem depascitur ut cicada?  
Cicadas autem rore alii, testis est Plinius li.  
12. cap. 26. Ore carent, sed habent in pectore  
fistuloso quiddam aculeatum, linguis  
simile, eo rorem lambunt. Cū excitatē su-  
buolant, reddunt humorem: quod solum  
argumētum est illas rore pasci. Neq; enim  
ad excrementa corporis vllum foramen est  
Virg. in Daphnide:

Dum iuga montis aper, fluuios dum pi-  
scis amabit,

Dumque thymo pascentur apes, dum ro-  
re cicadæ,

Semper honos, nomenque tuum, laude  
manebunt.

**H**æc sunt τὰ ἀναγκαῖα, id est, necessaria, &  
puerbi speciem habent, quibus indicare li-  
cebit, quod in vita perpetuum nobis futu-  
rum intelligi uolumus. Itidem Virg. hoc  
quod habetur quarto Aeneidos: dum me-  
mor ipse mei, dū spiritus hos reget artus.

*Conando Græci Troia positi sunt.*

**I**N Syracensis anus dixit: Conando Græcos  
Troianis positos fuisse, & omnia perfici co-  
nando, qua prouerbiali figura significatur,  
conando, & experiendo, quantumuis  
etiā ardua, perfici posse.

*Facnidum unum una in arbore.*

**HABETUR** in Eidylio 35. & frequens hodie in populi ore versatur, quum sit sermo de non temere mutandis veteribus amicis. Amicos enim subinde novos amplecti veteribus neglectis turpe est, Inconstantia in amore nihil crebrius, neque vulgaribus est in communi vita, *πελευψία*, id est, subinde mutare amicos, veteres fastidire, & novos amplecti. Id olim perinde probrosum atque infame habebatur, ut si qua mulier subinde alios atque alios viros admitteret. Is igitur qui bene audire apud homines honestos vult non leuis neque inconstans in colendis amicitiiis esse oportet.

*Sternutamentum amores.*

**EX** Thalissa Theocri ti apparet prouerbialeditum fuisse, quod aliqui de signo bono, alii de diuerso & malo intelligunt. Amores sternutauerunt, hoc est, sternutando signum præbuerunt, quod esset amaturus, ipsum euevit.

*Biliū in naribus.*

**IDEM** in Thyrside de Pana: est amarulentus inquit, Aepolos, & illi semper acerba bilis in naribus sedet. Prouerbiale, de homine bilioso & iracundo. Qui biliosi sunt hoc est abundant flaua bile, iracundi sunt. Hic enim humor mobilis est, & acutus, quare facili irritatur & efferuescit.

*Orimalides cum Acylis ne consuleris.*

**EST** autem hoc prouerbiale apud eundem in viatoribus quod magnam similitudinem, & iniquam comparationem significat. Latron: *ἄδὲ γὰρ ἄδ' ἀκυλλῶν δριμυκλιδῶν*. id est, Neque agrestia pomā cum Acylis, scilicet æquaueris. Acyla autem fructus, siue nux *πιπύρα* arboris, similis nucifagi. Dioscorid. lib. 1. cap. 26. Orimalides poma montana, ab *ὄρε* montous, & *μύλα* pomum.

*Annulus aureus in nare suilla.*

**SIGNIFICANTES** quippiam non in loco factum dictum ve dicunt quidam: Annulus aureus in nare suilla: pro quo alii, in lenticula vnguentum. Habetur Prouerb. c. 11. Circulus aureus in naribus suis. Id transferri commode potest in improbum & facinorosum hominem de virtute & honestate verba facientem, aut præcepta de mori-

bus præscribentem, cum id non deceat, nisi eum qui sit moratus & vitæ iuculpatæ. Malum enim hominem etiam bene loquentem non esse audiendum cæset Plato. Vide Gellium lib. 18. cap. 3.

*Sua cuique rei tempestiuitas.*

**CVM** omnia suo tempore fiant, & hic queratur quid sit bonum, videndum est, ne id alieno tempore queratur: ve enim inquit Ecclesiastes c. 3. aliud ferendi aliud merendi, &c. sic aliud felicitatis, aliud infelicitatis tempus est. In hac vita, tempus est miserie, quod si quis in ea bonum querit, perinde facit ac si velit sementis tempore metere. Expectanda messis est, hoc est, futura vita: in qua non, ut in hac, pro iure regnauit iniuria, sed sola dominabitur iustitia & veritas, sublatis erroribus. Sed vitam illam non curantes voluntati indulgent. Vulgo ita fertur: Omnia tempus habent. Hoc cum aliis superioribus confer. Nosce tempus. & aliam ætatem alia decent.

*Planus semel crura fregit.*

**PORPHYRIO** in epist. Horat. ortum esse moner ab insigni quodam impostore qui sæpe fingens crui sibe fractum aliquando multos irrisit, quorum in vehicula tollebatur: tandem vere fracto crure, quasi etiam tum luderet, neglectus est. Hæc est pœna hominis mendacis, ut, si quando cœperit verum dicere, careat apud omnes fide: de quo existat apologus apud Aesopum elegantissimus.

*Absens hæres non erit.*

**DE** iis, qui ob absentiam suam quapiã utilitate frustrantur. Tractum ab illis, qui cum propinquitate quadã legitimam alterius successionem sperare possit, eadem, dum absunt, oportunis obsequiis & delinimentis aliorum priuantur. Demosth. Xenoph.

*De fumo ad flammam.*

**GALLVS** Cæsar, inquit Ammian. Marcell. in. lib. 14. de flamma ad fumum, hoc est, de letalium insidiarum periculo & timore ad ipsam planè necem tetendit. Et Plato de iustro. 8. Populus, inquit, liberorum hominũ fugiens fumum, in flammam feruulis dominationis incidit. Notatur isto stulta temeritas, & calamitas eorum, qui à similitate, vel dubio, vel minimo malo in certum & ingens odium & malum prorunt.

*Nun.*

*Nunquam lagenam crateri impone*  
Μὴ δ' ἵποτ' οἰνοχόην τιδὲ μὲν κρητῆρα ὕπερ-  
δου.

Πρόβιτων. ὀλοὴ γὰρ ἐπ' αὐτῷ μοῖρα τέτυκται.  
Ne cratera super potantium pone lagenā:  
Qui facit, eucniet mors illi cruda repen-  
te. Hesiod. 1. ἔργων.

**N O N** simul omnia effundenda, & aliorum  
libidini prodigenda, quæ habeas; ne ipse  
eogens deinde & famelicus pereas: quod ita  
etiam vulgò efferunt: Nunquam exuas te,  
anteq̃ cubitum eas. Tæzes ita interpreta-  
tur: Nunquam priuatim publico, parrem  
toti, deterius meliori præfer. Vilior enim  
ἰνοχόν crateri est. Nam κρητῆρας quoddā  
erat, vt lebes, in symposiis adhibitum, vino  
diluto repletum: οἰνοχόν vero, οἰοκίλις, aut  
quid simile quo ex crateri bibituri haurie-  
bant. Proclus eo admoneri putat, ne iratos  
verbis prouocemus magis & irritemus: &  
nugaces homines, atque importunè gar-  
rulos lecto ne recipiamus. Aliis videtur  
Hesiodus deterrere omnes ab assiduis per-  
potationibus: ibi enim nihil aliud quàm  
crateri œnochoe imponitur certe Mosco;  
pulus genituum pluralem absolūtè sume-  
re videtur, his verbis: μὴ δ' ἵποτι πινώτων τι-  
δῶν καὶ συμποσιαζόντων.

*ibi vber, ibi tiber.*

**N I H I L** homini tam diuinitus datū, ni-  
hil tam prosperè succedit, quin admixtum  
sitaliquid difficultatis. Apul Florid: 4.

*Oleo fraudare lucernas.*

**D I C T V M** est ab Horat. sat. 5. in Nattam ho-  
minem etſi nobili & honesta familia natū,  
valdè tamen sordidum qui se inungebat  
vili, raucido, & ad lumina relegato olei ge-  
nere, (Aetius λιχνῶν, lucernarium appel-  
lat) atque ita lucernas suo alimento & fo-  
mento defraudabat. Turn. Aduer. 4. ca. 9.  
Simili migratione faceret dicemus sordidè  
& cibus sine sanguine victitantè, fraudare  
iumenta suo alimento, &c.

*Est modus matule.*

**S A T V R A** quædam Varro inſcribatur:  
Est modus matule, vel vt alii libri scribūt,  
modus matula: qua inſcriptione mouebat  
adhibendum esse modum computationi  
& ebrietati. Nam è matula potum significa-  
uit, cum cibum sicciorum in ventrem, liqui-  
diorum in vesicam descendere censerent.  
Varro alio loco: Diuinitum apotheca Chyas  
ad cōmuniem reuocat matellam. Plautus;

Nolo in vesicam quod eat; in vētrem volo.  
*Paludem & salinas emere oportet.*

Τὸ ἔλθ' πρῶτον καὶ τὸς ἄλλας. Quærenda bo-  
na aliquando sunt. quamvis non omnino  
carcāt incommodo. Natum fortasse, ab eo,  
qui cum salinas venales haberet, in quibus  
erat palus, salinas alienare sine palude vt  
veller, induci nullo pacto potuit. Ita Frac.  
Luſinus Paretigon. 1. è vet. codice & exē-  
plari Veneto castigat & explicat id: Oleum  
& salem emere oportet.

*Salamina nauis.*

**D E** iis, quæ vilia non sunt, nec omni tem-  
pore exposita, quæque difficillimis tempo-  
ribus necessaria reſeruantur: qualem se Pe-  
ricles præſtabat: ἄθ' ἐπὶ παρῶν εἰς τὸ πλεῖστον,  
ἀλλ' εὐαυτὸν ὡσπερ σαλαμινίαν πηλῆην, φυλῆ  
κρητῆρα, πρὸς τὰς μεγάλας χρεῖκας ἐπιδ' ἰδῶς.  
Plut. in Pericle :

*Noxa caput sequitur.*

**P R O V E R B I A L I T E R** hoc Gordianus Imper.  
pronunciauit in c. Licet. C. an ser. pro suo  
facto post ma. tenea. Nam, vt, M. Cato ait,  
nequiter factum semper durat, & reum cō-  
mitatur. Sic & Pœta, Pœna potest demi,  
culpa perennis erit.

*Herculis clypeus.*

**P R O V E R B I I** loco vsitur Iustinianus in  
Hexalicho Digestis. præposito, διατις ἱερά-  
κλει πανάλοιο ἄσσοδ' α τὸ βέλες. Sumptum ap-  
paret ex opere Hesiodi, cui Titulus est, ἑ-  
ρῶσις. Dicitur autem de re pulcherrima & va-  
riis ornamentis insigni.

*Lex Africani.*

**D I C I T V R** de re perplexa & obscura, Sum-  
ptum à Responſis Africani iuriscōf. diffi-  
cilibus, Delium natatorem efflagitantibus.  
Lex Africani est, ergo difficilis, in ore om-  
nibus est ea ratiocinatio.

*Ab aula recessit.*

**V T I T V R** Iustinian. in c. Ne in arbitris C.  
de Arb. Si enim, inquit, vera consuetudo  
ſtupulationum, & subtilis, imò magis ſu-  
peruacua obseruatio ab aula concessit, cur  
non, &c. Distum de re, quæ amplius in vsu  
non est. Metaphora sumpta ab emeritis.  
Palatinis iudicibus.

*Lenato velo de causa cognoscere.*

**S C H E M A T E** hoc vtuntur Imp: in c. 5. C. de  
nauſtra. lib. 11. De submersis, inquit, nau-  
ibus decernimus, vt lenato velo istæ cauſæ  
cognoscantur, hoc est, summam. Ea-  
dem figura, quæ, de Plano cognoscere.

*Mus in pera, &c.*

**H**OC proverbium cum nonnullis aliis ab Innocentio Pontifice citatur in cap. Etſi, de Ind. Indxi inquit, nobis illam retributionem impendūt, quam (iuxta vulgare proverbium) mus in pera, ſerpens in gremio, & ignis in ſinu ſuis conſueverunt hoſpitibus exhibere. Enarrantur & alia in iure Pontificio, Vno collyrio, inſtar empirici omnibus morbis mederi, ca. Neceſſere, Diſt. 29 facibus ſolem adiuuare, c. Si omnia, 6 q. 1. quod de ſuperſtitione & abſurdis dici conſuevit. Fruſtratum lupus comedat agnum 19. q. 1. ca. Eccleſiaſt. Si miſe eſt illud ab Iuriſc. noſtri ſæculi crebriò vſurpatum: Heret tamquam mus in pice, cum quis pendet ambiguoſus, incertuſque quo ſe explect.

*Canis in eadem dormitat tegula.*

**I**NTERROGATUS Empedocles, teſte Ariſtot. li. Moral. 2. c. 11. cur nam ſemper in eadem canis dormiret tegula, reſpondit canem ſimile quid habere tegulae, & proinde ob ſimilitudinem eò tendere vſurpatum hoc ab Ariſtot. proverbii loco, de iis, quæ in ſtinctu nature ſimiliter erga ſimilia affecta ſunt. Adiungit & illud ſignificantius: Graculus graculo aſſidet, ſemperque Deus ſimile agit ad ſimile. Luſin. parerg. 3. 10. cauſam facit. quod *κακιδίς* ſeu cretacea vaſa ſerè habeant canum & aliorum animam effigies ad quas tamquam viuas accuriſſe canes aliquando teſtatur Athen. 13.

*Pauperi Viſulus eſt caſtrum.*

**P**RO eo, quod quiſque ſuis quantumuis exundantibus fortunis, grauetur, hiſce diſſicilibus temporibus, ſuus enim morbus cuique diſſicillimus eſt, inquit alicubi Plinius. Nec hoc hac tempeſtate vſurpandum apud aſſictos, quod dici ſolet: De minimis, non curat p̄tor.

*Spinofum aliquid in prato.*

**P**ROVERBIALITER hoc dixit Iuſtinian. de Concep. Dig § 6. Quasi diceret: in re pulcherrima & venuſtiſſima turpe quiddam eſſe immixtum, quod illam dignitatem aq̄ ſpeciem immipuat, vt ſi in prato viridiſſimo & amœniſſimo ſpinæ & vepretulæ inſeſſent, quæ in ambulantium pedibus olende rēt. Et hoc tamen perarò, inquit, ne ex occasione huiuſmodi lapſus oriat̄ur aliquid in tali prato ſpinofum.

*Non ſoli Ariſtides vxores amant.*

**R**E F E R T Vlpian. in c. 13. de adult. ex Homero: apud quẽ idiplum reſpondit Achileroſ Vlyxi, cum ab eodem rogaretur vt in caſtra, vnde cauſa Bryſceidis ſibi ab Agamemnone ademptæ abierat, redire vellet. Sextus Cæcilius hoc dictum venuſtè tranſtulit. ad eos, qui vxores quamuis iniuſtas habent, vt adulteri accuſatio non minus iſtis, quã iis, qui iuſtas vxores habent, permittatur.

*Cratetis Poetica.*

**Κράτις** & **Ποικιλία** proverbialiter conuicio egeſtas & mendicabulum dicitur teſte Demetrio Phalereo Occaſionẽ adagio dedit poemarium Cratetis philoſoph. quo manticam ſuam deſcripſit.

*Troia non producit Thracem.*

**Ανίκα** & **Τρέϊν** **Θρακίων** **ἔρι** **φορ** **οει**, Treicium non Troia virum produxit vnquam. Significatur è degeneri proſapia haud naſci generoſum pectus: Diuerſa ratione dixit Flaccus: Nec imbellem foroces progengerat aquilæ columbam: exſtat apud Stephanũ. Troiani ob luxum effeminati audierunt. at Thraces bellicoſi ſemper: vnde Thracia Martis domicilium Manlio Autocho ſignitur.

*Domusæ quilibet rex.*

**ΚΥΟΤΕΣ** vulgò ſignificamus nos, quæ volum', liberet, & inculpate in edibus noſtris, agere dicimus nos domi regnum poſſidere: eò reſpicit illud Homeri:

*Αὐτὰρ ἑγὼ δὲ οἶκῳ ἄναξ ἔσομαι ἡμετέρῳ.*

Nec ab eo abludit hoc Iuuenalis:

Tu tibi liber homo, & regis coniuua videris.

Transferri poteſt ad animum. Arcẽ enim, quam quis perfectè nouit, ſine imperitorũ rephensione quiuis exercere poteſt. In ſuo opere auctor, niſi velit alterius limam, ſpongiã, ſtylum deniq; tolerare non debet.

*Pro amphora vrceus.*

**H**ORATIUS initio de arte poetica ex eadẽ planè fornace igneam illud adfert: Amphora cœpit Iuſtitui: corrente rota cur vrceus exit? qua proverbiali locutione ingenioſè & aptè optimus ſententiõſq̄ breuitatis magiſter ſecũdam artis præceptũ: aut, ſi malis primi præcepti appendicem, & ſimul maioris lucis gratia adductam ſimilitudinem concluſit, Præceperat, vt ſcripta præſertim magnificè partib' ſibi ſuis, iisq; bella

bellè & aptè compositis cōstarent, & ut longa *ἑπεσόδια* aliaque ambitiosa ornamēta ipsam rem principem obscuriātia & deformantia suggererent. Laudabat pictores, qui hoc vitium sua in arte studiosè cauerent: Subiicit deinde, utrunque poetam & pictorem, si aliter fecerint, nihil aliud quā prod:uros esse, superbiam suam inopiam, & imperitiam: non secus atque illi, qui amphoram magnum & amplum vas meditati & aggressi, viccum tandem, minimum & alia longè forma vasculum effingunt: & opus auspiciati, in opusculum monstrosè desinunt. Licebit cōmodè torquere in omnes eos, qui oneri suscepto impares succumbunt: item qui temerè ad aliena à re proposita aberrant. Vtitur eodē Hieronymus sæpius in epist.

*Dum vitat humum, nubes & inania captas.*

Ex eadem officina prodit illud, quo licebit ineptum scriptorem irridere, qui sermonē rei aut personæ non accommodat, sed aut nimium abiectio & famulari oratione vitatur, ubi grandi & elata opus erat: aut cōtrā.

Verūm ita risores, ita cōmēdare dicaces. Conveniet Satyros, ita vertere seria ludo. Ne, quicunque Deus, quicumque adhibetur heros

Regali cōspectus in auro nuper, & ostro, Migret in obscuras humili sermone tabernas:

Aut, dum vitat humum, nubes & inania captet.

Castigat Horat. poetas, qui præter decorū diis & heroibus tabernariorum & opificū orationem tribuunt: & contra opificibus magnificentiam verborum planè heroicā & cælestem. Metaphoræ rationem nos natura docet: ut ab Icaro aut aliundè nō opus sit eam arcessere. Nō inueniunt idem quædrabit in eos qui nulla in re mediū tenent: sed ut plurimum in alterutram partem peccant. Similiter, migrare in obscuras tabernas, non malè vsurpabimus pro, abicere se & infimo hominum genere digna in se admittere.

*Cinerem querere.*

VSURPATVR pro, esse abiectum, vile & sortidum. ab actione ut opinor, qua est inter cæteras abiectissimas mediastini functiones. Pyrgopol. Jaqueo Melphidippæ & Palæstrionis nam propè adstrictus: satū hæc

quoque me deperit? Meam laudat species: ædipol huius sermones haudquæquam cinerem quæritant. P. A. Quo argumento? P. Y. Quia enim loquitur lautè & minime sordidè. Tum ipsa nimium lepida nimisq; vitida scemina. Alii putant militem iis verbis dicere, debere eorum sermonum perpetuam esse memoriam, sed sequentia non videntur satis hanc interpretationem admittere. Aliorum iudicium facio.

*Benefacta benefacti alijs perlegito, ne perpluans.*

MONET Philo Lysitelem suum, ut, cum se semel ad bonam frugem recepisset, porrò pergeret. alioqui futurum ut totam rectè antea vitam vna atque altera macula statim deturpet. à lignorum siue quæ sub diuo posita si rara est aut exigua; lapsu pluviz ad imum vsque fæscem situ & putredine extabescit. Cicero Philip. 14. Nec dispersis bustis humili sepultura crematos, sed contectos publicis operibus, atque muneribus, eaq; extructione, quæ sit ad memoriam æternitatis ara virtutis.

*Vtramque inflare sibi.*

Εἰς ἑκάτερον αὐλοῦ αἰεῖν. In eos qui omnē momentū lapidē. Aristid. de Paraph. Simile, δὲ χεῖρ ἀσπίδος ἰπύχῃ, saltare bifariam. Ibid. Et ἀπλᾶ κερᾶν bifariam pulsare. vide sup. 71. Item, μέσση δυνὸν καὶ δίξιδου, inter duas sedere. Idem Sicula 2.

Aggeram plura etiam diuersissima, sed modo quo antè, μέτεσι μοι τὸ πολέμῳ, pro, eius negotii non sum planè rudis. Idem caprearum rupes. Claudian. extulit de regia crudelis & libidinofis principis. Vide Suet. in Tiberio. Satyrion bibuisse, pro ad libidinem incitatum esse. Nota vis Satyrri herbar, & etymon. Petron. Hieme Gallica stigidior. intelligit eam, quæ ad Septentriones vergit. Idem. In aquam hiantem ore desilire, pro, appetentem esse mortis. Senec. in Nat. quæst.

Οὐ βραχὺ δάειν, prandium serarum, cuius nemo sit particeps. Scaliger in Varr. ex Plutarch.

*Clypeum post vulnera sumere.*

Næ hoc quidem relatum ab adagiornū scriptoribus absque controuersia παραμυθητικῶς offendi. Dicitur autem de pestiulo auxilio, & præsidio. Ouid. de Tristibus. 1. 3.

Et quamquam scid̄ clypeum post vulnera sumo,

Attamen hanc odiis exonerare fugam.

Conuenit huic Diogenianum illud, Post bellum, machinas. Quo longius trahetur, eò erit venustior eius vsus. Ad externa: Hic homo incipit esse parcior frugaliorq; iam consumptis opibus: clypeum post vulnera, ut aiunt. Ad corpus: assidua κληροπλάγη effectum & enervatum corpus iam continentiam meditatur, clypeum nempe post vulnera. Ad animum: Hic filium suum perversa animi natura & improborum societate perditum ad probam frugem videtur recepturus vereor ne post vulnera, quod aiunt, clypeum sumat.

*Vulpes pilum mutat, non mores.*

RESIPERE adagium videtur illa senis bulci. sententia qua apud Suet. Vespasianus Cæsar p̄strictus est, qui negata sibi gratuita libertate, quam imperium adeptū suppliciter orauerat, proclamauerit: Vulpem pilum mutare, non mores. Sensus est titulis dignitatum & amplissimis fortunæ muneribus corporis, non animi sordes tolli in veteratore & avaro homine: fortunā improbis & subdolis splendorum & nitore corporis conferre, non abstergere animi illuuiem, ingeniiq; sordes: exuere hominē callidum pannis, non item vitis: Vel senectutem addere annos, non etiam virtutes: Huic illud simile est, Lupus pilum mutat, nō mentem Hodie Flandris trita sunt. Lupus non emendatur senio. Et: Vulpes ætate fit astutior, non etiam melior.

*O cyma cantare.*

SATYROGRAPHVS ille fertissimus (sic enim à D. Hieronymo laudatur) qui teste Fabio, multum veræq; gloriæ assequutus est vinicolibello: lepidissima ἀλλυγογία proverbiali: Ocyra cantare pro probris, conuitiisq; adspargere, & maledictis in seclati dixit saty. 4. vbi, cūm genus & formam tanquam eximias naturæ dotes instanter Alcibiades efferrer, alioq; teneræ ætatis imbecillitate ad Rempublicam gerendam parum idoneus, præsertim rerum vsu destitutus & veri, rectiq; sordidus auctor: Socrates eodem loco nihilo meliorē facit Baucide Pannucia. discernit, socordemq; vernam maledictis grauius impetente;

Dinomaches ego sum. suffla, sum candidus: esto,

Dum ne deterius sapiat Pannuccia Baucis, Cūm benè discernit cantauerit ocyma vernæ.

Sensus est: Iacta quantum vis, natales claros, egregiamq; corporis pulchritudinem si ingenium sordidum sit: & prudentia rerumq; solertia absit: nihilo meliores vinoſa & suffarcinata aliqua anu, ætate & vino delirante (talis enim inducitur Baucis) quæ probè desitcat conuitiis socordem & dissolutum seruum dominatum. Ducta est allegoria à verum more inter serendum ocymum vsurpato: quod teste Plutarcho & Plinio. lib. 19. cap. 7. creditum est prouenire copiosius & felicius, si maledictis additis sereretur. Eodem planè sensu, eademq; figura prouerbiali possumus dicere: Cuminum serere: quod etiam auctor est Plinius cum imprecatione ne exeat, postquam satum fuerit, terra adacta pauit.

*Gratijs litæ.*

NON potuit festiuus, aut magis prouerbialiter dici, quàm est à Platone Atheniensis philosopho dictum. ad Xenocratem discipulum suum, qui semper teste Laertio lib. 4. tetrico vultu & seuro habitu incedebat, nulla animi hilaritate offensa, nulla oris facetia, frontisq; nitore tristem seueritatem mitigante ac temperante. Volens igitur Plato seueri grauisq; ac vultuosi, ac prouide molesti hominis mores comi quodam blandeq; festino habitus genere componi, ornariq; illum δὲ ἀντὶ τῶν χερῶν iussit, quod Gratijs inducantur semper à Poetis, liberali oris effigie, & renidenti facie, solutisq; Zonis. Et de inhumano ac barbaro: Nunquam ille Gratijs litauit.

*Sicula aula.*

IUVENALIS traducens sæuitiam matronarum Romæ in seruos ancillasq; mira libidine animi ad quamuis occasionem iniquè & crudeliter verbis & verberibus debacchantium, earum domū translatione proverbiali Siculam aulam vocat. Aluit enim Sicilia p̄fiscis sæculis plurimos tyrannos miserabiliter in humana corpora pro libidine grassantes, ut Phalariden, Dionysium, & id genus monstra exitialia, Carmen Iuuenalis ex Sat. 6. hoc est:

Et cædit, donec classis cædentibus, exi,

Intonat horrendū, tā cognitione peracta

Pro 3

Profectura domo Sicula nō mitior aula. Aptissimè vtemur de civitate, vel domo iniqui crudelisque principis satis superbè & insolenter omnia pro imperio gerentis, bonosque capite, & fortunis oppugnantis, ubi, ut canit Ovidius:

Victa pugnaci iura sub ense iacent.

Commodè etiam dicitur, de schola plagiarum: alicuius magistrelli sœuitia & inscitia furentis, qualem puer ego cognoui cuiusdã re & nomine Κρομφης, planèque Scytharum cuius schola non leuius personabat verberum stridore Sicula aula Phalaridis, aut Dionysiorum. Vsq; adeò siane erat homini ciulantium puerorum voces audire, & longissimo temporis spatio cæforum lachrymis ac gemitu miserabili pasci. Nomen tacebitur, terra à quisque obruendū, vulcanoque sacrandum Faceta est Diogenis χερσ̄ & proxima proverbio, de gymnasio Euclidis: ἡ σχολή, ἀλλὰ χολή. Et Platonis ludum, non διατριβήν, ἀλλὰ κακὰ τριβήν appellantis.

*Alcinoo poma dare.*

**M** x r e proverbiale est illud Martialis poetæ facetissimi pariter & lepidissimi, quod συγγεν̄ eius iniquè studiis sodalis ἀνίτηται, Satyr. 5. Alcinoo poma dare. Quando tenuis rei vel facultatum homo magis opibus abundanti, eiusque quod datur largissimè diuiti munus aliquod κειμήλιον, offert dedicatque: Vel cum tenuioris eruditionis vir sommo excellentique ingenio vi-

ro, summaque doctrina nobili Iugeniū aliquid leuidentz, ut ait Cicero, munusculū nuncupat: quod nec sic fastidiri conuenit. Martialis lib. 7. ad Castricum modo, quo exposuimus vitur: cuius hæc sunt verba:

Muneribus cupiat si quis contendere tecum.

Audeat hic etiam, Castrice, carminibus. Nos tennes in utroque sumus, vinctique parati:

Inde sopor nobis, & placet alta quies.

Tam mala cur igitur dederim tibi carmina, quæris?

Alcinoo nullum poma dedisse putas?

Iuuenalis Satyr. 5. taxans Trebum amicū, qui se parasiticum Virroni cuiquam opulento exhibebat, omni contumeliarum genere quotidianisque probris à diuites illo vexatus, ad proverbium superius adludit carminibus, quæ subiciam: etsi poma Alcinoi de sapore & gustu suauibus & delicatissimis specie pro genere vtendo, licet dice re etiam proverbiali colore:

Virro sibi & reliquis Virronibus illa iubebit.

Poma dari, quarum solo pascaris odore.

Qualia perpetuus Phzacum autumis habebat.

Alcinoi pometum ( sic enim Tertullianus loquitur ) graphicè describit Homerus Odyll. n.

F I N I S.

## Series Chartarum.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z:

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp

Qq Rr Ss Tt Vv Xx Yy Zz:

Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii Kkk Lll Mmm

Nnn Ooo Ppp Qqq Rrr Sss,

Omnes sunt Quaterniones.





Profectus domo Sicula non melior sola.  
Aprolindē videntur de ciuitate, vel domo iu-  
qui exulantesque priuati sunt superbi &  
insolentes omnia pro imperio gerentes do-  
nosque capite, & fortius oppugnantis.  
Vbi est ceteri Quidam.

Villa pugnari intra sub ense facent.  
Commodi etiam decor, de schola plebeo-  
fationibus magis illi tenentis seruicium fa-  
rentis, qualem poerego cognoui cuiusda-  
re & nomina K. & o. & plurimae Sythae;  
autus schola uno locum personabat verbe-  
rom stridens Sicula aula Phalaridae, aut  
Beryllorum. Vique ad hoc inuenerat ho-  
mimelolumum poereum vopex audire,  
& longitudo temporis fano colorum la-  
chryma negentem miserabili pafci. No-  
reque acclatur, terra a quique durissimū,  
volcanosque ferocem. Focet est. D. & o.  
Vbi est & p. & o. & o. & o. & o. & o. & o.  
Et p. & o. & o. & o. & o. & o. & o.  
Vbi appellatur.

*Alicino poma dare.*

M. & s. proverbiale est illud Martialis poe-  
te sacratissima patres & lepidissimi, quod  
vixit. eius inuicē studiū solalis ab-  
m. & s. Alicino poma dare. Quan-  
doteum rei vel exultatio homo magis  
quod abundant, civique quod carerit,  
vixit. Alicino manus aliquod vixit, af-  
fuit. Alicino. Vbi est inuicē erudi-  
tione vix summo excellenti que ingenio vi-

re sunt equo dicitur nobili / ingenio ali-  
quod leu. & vixit Cicero, munificenti  
nunciatum non per se fuit illi conuenit.  
Martialis b. & s. ad. Alicino poma dare. Quo-  
ta potum vixit. & o. & o. & o. & o. & o.  
M. & s. Alicino poma dare. Alicino poma dare.

Ades hic etiam, Castitice, vixit. Alicino poma dare.  
Not. Alicino poma dare. Alicino poma dare.

Inde Alicino poma dare, & Alicino poma dare.  
Tunc mala caritatis dederim tibi carum  
na, quod.

Alicino poma dare. Alicino poma dare.  
Inuenit Alicino poma dare. Alicino poma dare.

qui se parafitum Vixit. Alicino poma dare.  
to exultabat, omni contumeliam gene-  
re quod dicitur. Alicino poma dare.

zarus, ad procerum fuscus ad dicit car-  
minibus, que subiciant. Alicino poma dare.  
Alicino de sapore & gusto fuscus & delicatiss-  
fimis fuscus pro genere vixit. Alicino poma dare.

re etiam in ore biali colorer.  
Vixit sibi & reliquis Vixit. Alicino poma dare.

bebant.  
Poma dari, quam in solo pascaris odore.  
Qualia poereus Phaxum actum et h-  
bebat.

Alicino poma dare (sic enim Tertullianus  
loquitur), graphice dicitur Homerus  
Odyss.

I. I. N. I. S.

## Series Chartarum.

A B C D E F G H I X L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp

Qq Rr Ss Tt Vv Xx Yy Zz.

Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii Kkk Lll Mmm

Nnn Ooo Ppp Qqq Rrr Sss.

Omnes sunt Quaterniones.







